SVPERIORI *æſtate cum Iudicia uacationem propter calores haberent, & à cau-ſarum controuerſiis otium eſſet, ne intermiſſo forenſi labore induſtria noſtra langueſceret, faciendum eſſe duxi, ut otii tædium, & caloris moleſtiam, honeſtis occupationibus huius artis, cui eſſem addictus, minuerem ac leuarem: habet enim ipſa etiam iuris ac legum ſcientia ſua oblectamenta quàm plurima, quæ defeſſum animum reficiant, atque interim induſtriam tamen retinere poſſint. In hac cogitatione cùm uerſarer, nec adhuc certi quidquam ſtatuiſſem, uiri quidam optimi eiuſdem ſcientiæ profeſſores, mecum plurimis officiis coniunctiſſimi, quorum cauſa omnia uelle debeo: à me magnopere contenderunt, ut nonnullas communes ſententias, à iuriſconſultis appellatas, & complures iuris regulas iis adiunctas, quas obſeruando collegiſſem, & cum ipſis pro mutua noſtra beneuolentia, ſtudiorumq; coniunctione, communicaſſem, edere uellem ac promulgare. Aſſirmabant enim earum lectione ſe ita delectatos eſſe, ut dignas indicarent, quæ in manibus doctorum uerſarentur. Ego uerò oſtendebam hunc laborem eo conſilio à me ſuſceptum fuiſſe, non ut eas res in lucem proferendo doctorum hominum iudicium ſubirem, ſed ut laborem, quem poſtea caſus afferret, minuerem, omnium ferè exemplo, qui in multiplici, lateq; diffuſa aliqua ſcientia uerſantur, qualis eſt hæc ipſa iuris prudentia, tanta rerum multitudine, tanta opinionum uarietate: neminem enim ferè eſſe exiſtimo, qui uſu quotidiano doctus, memoriæ, quæ ſibi ſemper conſtare non poteſt, ſubſidium aliquod non paret, ut cùm res ferat, quædam habeat ad manum parata & digeſta, quæ laborem adimant inquirendi. His rationibus illi ſuam ſententiam magis confirmabant, cùm dicerent, optimè cum iuriſconſultis actum iri, ſi quiſque quamcunque partem obſeruando & colligendo, diligentiùs tractaſſet, ſuos labores in medium conferret, ita futurum eſſe, ut huius artis ratio multò facilior ac ſolutior eſſet, proinde ne dubitarem hac parte, quantulacunque mihi uideretur, rem communem iuuare. Quid multa? obtemperandum fuit, his præſertim iuris quorum authoritas apud me plurimùm ualeret. Itaq; mihi faciendum fuit, ut per eos dies, quibus à forenſi labore otium eſſet, has ipſas communes ſententias ac iuris regulas, recognoſcerem & emendarem, quibus idoneum indicem adiunxi, ut in manus ſtudioſorum commodiores exirent. Te igitur lector humaniſſimè etiam rogo, ut hos noſtros labores, qualeſcunq; ſint, quemadmodum non inanis laudis cupiditate adducti ſed obſequendi, & iuuandi ſtudio, damus, ita beneuole ac libenter accipias. Meum quidem conſilium fuerat has ſententias & regulas, pluribus aliis exceptionibus & limitationibus per doctores traditis, quas breuiter & ſummatim notatas nondum explicaui, aliiſque ornamentis augere & amplificare, ſed multis animi moleſtiis impeditus, nec quod propoſitum fuerat, adimplere, nec mihi ipſe ſatisfacere potui, quod tamen ipſum, quoniam tempora Dei benignitate meliora eſſe cœperunt, ut breui præſtem, pro uiribus enitar, ſi modò hæc non diſplicuiſſe intelligemus. Interim, lector optime, ſi quem fructum ex his rebus capies, immortali Deo, ſine cuius ope humana imbecillitas nihil per ſe præſtare poteſt, mecum gratias & ages, & habebis: ſin ſecus acciderit, boni tamen noſtram conſules uoluntatem. Vale Calendas Octobris. 1557.*

COMMVNES OPINIONES,

SIVE SENTENTIAE IVRISCONSVLTORVM,

PER FRANCISCVM TVRZANVM *ab Inciſa Iuriſconſultum collecta, ac diligenter examinata.*

SVMMARIA.

1 *Periurus fit ipſo iure infamis, de Iure Canonico. Limi. niſi iuramento in contractu appoſito cōtrauenerit.*
2 *Periurus de iure Ciuili non fit ipſo iure infamis. Limi. niſi in terminis l.ſi quis maior. C. de tranſact.*

I.

Qvamvis, iuxte ſanctorum patrum ſtatuta, licito iuramento alibi quàm in contractu poſito contraue-
1 niens, & ſic periurium incurrēs, ipſo iure infamis fit infamia Can. q ex quolibet mortali peccato iure pontificio irrogatur, c.infames, 6. q. 1. gloſ. in c.illi. ea. cauſa & q. Inn. & Imo. in c.teſtimonium, de teſt. & ſola pœnitentia aboletur, d. c.illi, 6.q.1. tradunt idem Inno. & Car. in d. c. teſtimonium. per tex. in d.c.infames. & per not. in c. ſi quis conuictus. 25, q.5. & per glo. in c.querelam. de iureiuran. &
2 in d.c.illi qui, 6.q.1. Secus tamen eſt de Iure Ciuili, quia iſto iure nemo periurus infamatur ipſo iure, ſed per ſententiā, niſi ſit periurus ex iuramento promiſſorio, & iuramentū ſit de futuro, & præſtitum ei, cum quo contraxit. no. Bal. in l. ſi ueteris, ante finem, C. de fid. inſtru. per tex. in d.c.teſtimonium. ubi gl. uerſi. emendatus, & in l. obſeruare §. proficiſci. q. 33. ff. de off. procon. ubi tenet quòd nullus periurus, infamia notatur, niſi in terminis legis ſi quis maior. C. de tranſact. idemq; tenuit Arch. in c. quicunq; circa med. 6. q. 1. & Bar. in l. Lucius, & ibi gl. pen. ff. de infa. hancq; opinionē communem eſſe atteſtātur Pau. Imo. & Abba. in d.c.teſtimonium. ea inquā ratione quia pœna infamiæ iuris non imponitur niſi in caſibus a iure expreſsis, ut habetur in l. 2. ff. de arbitris. & cum ſolus reperiatur caſus, in quo periurus efficitur infamis, uidelicet in terminis d.l. ſi quis maior, C. de tranſact. de illo ad alios non eſt facienda illatio. arg. c. pen. de pœn. diſt. 1. qua in re uideas Fely. in d.c.teſtimoniū. de teſt. qui hanc concluſionem latè examinat, & reprobato Cardinali tenente de iure Canonico periurū ipſo iure infamē, atteſtatur communem in contrarium. Diuus autē Thomas 2.2. q. 99. ar. 3. circa med. ut ipſe refert, cōcludit, q periurus, ratione iuramenti aſſertorij, infamis ipſo iure nō efficitur, ſed ſolum per ſententiam diffinitiuā in cauſa accuſationis contra ipſum latam. ſecus uerò ſi ex iuramento promiſſorio quis periurus efficitur, concludens tunc infamiam ipſo iure talem incurrere, fretus hac ratione, quod iuramentum promiſſorium futurum tempus reſpiciat. ac merito in poteſtate iurantis ſit, ut poſtquam iurauit, non peieret, quod non procedit in iuramento aſſertorio, quod ſtatim euolat. à communi tamen non eſt recedendum in iudicando maximè, & de iure deciſiuè reſpondendo.

SVMMARIA.

1 *Poſt periurii incurſum non datur nec peti poteſt abſolutio. Limit. in tribus caſib.*
2 *Pœna adiecta periurio, locum nō habet ceſſante dolo.*
3 *Actus abſolutionis ſiue habilitationis operari non debet ultra abſoluentis intentionem.*

II.

Si debitor in diem periurium incurrerit, uel ex tēporis lapſu, uel quia ex creditoris interpellatione conſtitutus ſit in mora: Quidam in cap. debitores, de iureiuran. & ibi Butrig. inter alios tenuere debitorem hunc abſolutionem à iuramento petere poſſe, mouētur ſic talis debitor ad duo cenſetur obligatus, uidelicet ad ſoluendum in termino, & ad ſoluendum ſimpliciter. l. Celſus. ff. de arbit. & c.
1 cum dilectus, de dol. & contu. & quatenus quidem termino non ſoluit, periurus efficitur, & peccat, quatenus uero poſt terminū ſoluere tenetur, peccare nō dicitur, ſicq; abſolutionē à iuramēto petere prohibetur, uel ſaltem ſoluere poterit elapſo termino, nec peccabit, ſi poſt modū ſolutū repetierit. d.c. debitores. Abb. tamē in c. 1. de iureiu. dicit hanc rationē potius facere pro cōi opinione, quæ habet poſt periurij incurſum nō dari, nec peti poſſe abſolutionē à iuramento. idemq; tenuit Imol. in c.debitores: ea motus ratione quòd licet quis poſt diem ſit obligatus, non tamen ex hoc ſequitur abſolutionem ab eo peti poſſe, cum iam inciderit in periurium, per tex. in cap. quia fruſtra, de uſur. nec ob id debitor ipſe, ut idem tradit Imol. iuris remedio erit deſtitutus. Quia licet cogatur ſoluere, poterit tamen poſteà ſolutum repetere, ſicque communem hanc ſententiam approbat, & ab ea Felyn. non recedit in d. c. ex adminiſtrationis, ubi atteſtatur ſe uidiſſe ita ſæpius iudicari. Quam tamē opinionem dicit tribus in caſibus non procedere. Primus eſt, quando petens abſolutionem, in peccato nō perſeuerat: licet enim ſemel contraueniendo, in periurium inciderit, abſolutionem tamen petere poterit, ut uoluit Abb. in d.c.ex adminiſtrationis. 2. & ibi Fel. col. 9. & ſeq. Secundus eſt quando Iudex prohiberet iurantem intra terminum ſoluere. Tertius quando quis citra dolum periurium incurreret, ut potè, ſi in termino non ſoluerit ex culpa, non autem ex dolo, uel ſi aliter excuſatur à periurio ratione neceſsitatis, uel difficultatis, pœ
2 na enim adiecta periurio locum non habet ceſſante dolo, ut eleganter tradit Bal. in d.l. obſer. §. proficiſci, de offic. procō. & leg. & per gl. 1. in c.breui, eo. ti. de iureiu. cū alijs cōcor. de quib. ibi & latè ſcribit Feli. in. d.c. 2. col. 10. ubi concludit, ad hoc ut quis poſsit uenire contra actum iuratum, nō ſufficere primam habilitationē à iuramento factam ad effectū agendi, ſed requiri ſecundam, id eſt relaxationē ipſius iuramēti. exempli gratia,
3 ſi habilitatus à iuramento ad effectum agendi dicere uelit contractum uſurarium, uel metu factum, probare tenetur uſuras, uel metū: non. n. ad effectum reſciſsionis & cōtraueniendi ɔ̄ctui prima illa ſufficit abſolutio ſeu

& contraueniendi contractui, prima illa ſufficit abſolu
tio ſeu habilitatio, ſed requiritur ſecunda, id eſt relaxa-
tio à iuramento, aſsignat rationem Felin. quia actus ha-
bilitationis limitatus eſt illam cauſam agendi duntaxat,
ideo limitatum producit effectum. l. in agris, ff. de acqui
rendo re. domi. licet ergo habilitatio ad effectum agen
di ſit aperta uia, ut ſublato iuramento, quod ſibi obſta-
bat, agere poſsit: adhuc tamen iuramentum huiuſmo-
3 di obſtat reſpectu obſeruationis contractus. itaq; actus
abſolutionis, ſiue habilitationis operari nō debet ultra
abſoluentis intentionem, l. non omnis. ff. ſi cer. peta. &
ita Felin. intelligere uidetur tex. in l. hæc ſcriptura. ff. de
condit. & demon.

SVMMARIA.

1 *Fructus beneficiorum uacantium applicari poſſunt ad
tempus per Epiſcopum menſæ Epiſcopali, ex aliqua
rationabili cauſſa. Limit. ut ſeq. ibid.*
2 *Omnimoda ſuppreſsio beneficii fieri non poteſt niſi eo
uacante, fructuum uerò diminutio ex cauſa fieri po
teſt etiam beneficio non uacante.*

III.

FRuctus beneficiorum uacantium applicari poſ-
ſunt ad tempus per Epiſcopum menſæ Epiſcopa
li ex aliqua rationabili cauſa, ut puta, ſi debitis
ſit onerata eccleſia, & accedente Capituli conſenſu. ita
uoluit gloſſ. in cap. unico, ut eccleſ. benef. ſiue dimi. con
ſe. in uerbo conſtituat. ubi docto. communiter ita tenēt
& præſertim Imol. & gloſſ. in cap. ſi propter tua debita,
in uerbo concedimus, de reſcript. in 6. ubi etiam domi.
colum. 7. & Butr. in c. 1. de. eccle. ædifi. Quod tamen nō
procederet ſi fructus huiuſmodi ſingulari iure alteri de
berentur, ut tradit Feli. in c. cum acceſsiſſent. column. 9.
nume. 23. de conſtitut. Vel ſi illorum applicatio in per-
petuum fieret, ut idem Felin. latè ſcribit in d. c. cum ac-
ceſsiſſent. ubi etiam dicit omnimodam ſuppreſsionem
beneficij fieri non poſſe, niſi eo uacante, fructuum uerò
diminutionem ex cauſa, ut ſupra dictum fuit, & benefi-
cio non uacante: idque probari in capitu. 1. de reb. ec-
cle. non alie. in 6. & ex traditis per Abb. in c. ad hæc, de
exceſ. prælat.

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio ſimpliciter facta in actu, ſiue ab unius, ſiue
plurium uoluntate dependeat, nihil operatur niſi
in actu qui tunc uel incontinenti explicatur.*
2 *Quando ſumus in actu à plurium uoluntate dependen-
te, ad hoc ut operetur, proteſtatio fieri debet corā
altero, uel uno ex illis, à quorum uoluntate actus
ille dependet.*

IIII.

PRoteſtatio ſimpliciter facta eo tantum in actu
operatur, qui tunc uel ſtatim explicatur: ut tra-
dit Barto in l. non ſolum. §. morte in princip. ff. de
no. oper. nunc. & in l. item quia. §. fina. de pact. in l. qui
aliena. §. fina. de acquirend. hæred. & in l. Titia. §. pen. de
uerbor. obligat. & in l. pacta nouiſsima, ubi etiam Sali.
de pact. per tex. in l. cum in plures. §. locator. horrei. ff.
loca. ſecundum unum intellectum. gloſ. tamen ibi ſum-
mat ſic. propoſitum in mente retentum nihil operatur,
& patientia pro conſenſu habetur. & per text. in l. per
retentionem. cum gloſſ. uerbo rara, C. de uſur. idem te-
nent Anton. & Imol. in c. cum M. de conſt. Et licet con-
cluſio hæc multipliciter limitetur, ac in certis caſibus lo
cum non habeat, inter quos eſt, ubicunque proteſtatio
ſit in actu, qui à ſolius proteſtantis dependet uoluntate,
quoniam tunc trahitur ad actum etiam poſtea & ex in-
teruallo ſecutum, ut Bar. & Ang. uoluere in d. l. pacta
nouiſsima. C. de pact. communis doctorum eſt opinio
ut proteſtatio ſimpliciter facta in actu, ſiue ab unius, ſi-
ue plurium uoluntate dependeat, nihil operetur niſi in
actu, qui tunc, uel incontinenti, explicatur: ut rectè ſcri
bit Felin. in d. c. cum. M. col. 54. de conſtitut. quoniam,
inquit ipſe, nulla ſaltem bona inter iſtos caſus reddi po
teſt diuerſitatis ratio, niſi dicere uelimus quod quando
ſumus in actu a plurium uoluntate dependēte, ad hoc ut
operetur, proteſtatio fieri debet coram altero, uel uno
ex illis, à quorū uoluntate actus ille depēdet. ut ibi per 1
Feli. quia hac in materia proteſtationis tunc quādo pro
teſtatio fit, uel fieri dubitatur propter metum illius, cū 2
quo quis nollet contrahere, uel inuitus contrahit, puta
cum Tiranno, multa quidem & ualde accuratè ſcripſit,
ut ibi licet uidere.

SVMMARIA.

1 *Probatio ex partis confeſsione procedēs admittitur cō
tra præſumptionē iuris, et de iure. Limit. ut ſeq. n. 3.*
2 *Sententia quæ in rem tranſiuit iudicatam, retractari
poteſt, ſi pars in cuius fauorem fuit promulgata, il-
lam eſſe iniquam fateatur.*

V.

1 PRobatio ex partis confeſsione procedens ad-
mittitur contra præſumptionem iuris & de iure.
ut gloſ. & communiter Doct. uoluere in auth. ſed
iam neceſſe. C. de dona. ante nup. & in corpore, unde ſu
mitur, quòd etiam ſentit Inno. in cap. quia plerique. de
2 immu. eccle. ubi no. ſententiam, quæ in rem tranſiuit iu
dicatam retractari poſſe, ſi pars in cuius fauorem fuit
promulgata, illam eſſe iniquam fateatur. Quæ tamen cō 2
3 munis cōcluſio tunc procedere limitatur, cum talis præ
ſumptio eſt in ipſius confitentis fauorem, ſecus autem ſi
in fauorem rei, uel contractus. exempli cauſa, aliquis cō
traxit ſponſalia cum muliere, poſtmodum illam carna
liter cognouit, & ſic matrimonium contraxiſſe præſumi
tur, ſi deinde cum alia contrahat, hoc ſecundum matri
monium contractum contra primum pro quo eſt præ-
ſumptio iuris, & de iure, redditur nullum, c. is qui. & ibi
no. de ſponſ. licet enim uir opponens confiteatur, quòd
mulierem carnaliter cognoſcendo animum non habuit
illam maritali affectione cognoſcere: talis tamen con-
feſsio huiuſmodi præſumptioni iuris & de iure non o-
beſt. quoniam hic, non de ipſarū partiū, ſed matrimonij
fauore agitur. ita uoluit Abb. in d. c. is qui colu. 2. num.
5. de ſponſa.

SVMMARIA.

1 *Vno ex prouiſione capituli recepto in canonicum, alio
uero poſt uigore mandati Apoſtolici, admittendus
eſt is pro quo eſt mandatum Apoſtolicum.*
2 *Receptus authoritate Apoſtolica non tenetur neceſſa-
rio facere mentionem in literis ſuis de recepto au-
thoritate Capituli.*

VI.

1 SI unus ex capituli prouiſione receptus ſit in canoni
cū, alter uerò poſt mādati apoſtolici uigore, quāuis
receptus authoritate capituli ad primo uacaturā p-
bēdā admittēdus uideat, per tex. in c. cū qui, de reſcript.
in

in 6.contrarium tamen uerius eſſe cenſetur ſecundum
Abb.in cap.relatum,col. 2.de præb.dicentem tex. illum
procedere quãdo prior,& alter receptus, ius habens pa
riter affectum,hoc autem in caſu receptus authoritate
Capituli ius habere non dicitur ad præbẽdam primò ua
caturam, ſed ad petendum,ut ſibi præben.prouideatur.
c.hi qui,eo.ti.de præben.in 6.Et licet Innoc.tenuerit,ꝙ
receptus authoritate apoſtolica mentionem ſuis in lite-
ris facere teneatur de recepto authoritate Capituli, a-
liàs literæ huiuſmodi ſubreptionis uitio ſubijciantur,&
ob id excipi poſsit,prouiſum authoritate apoſtolica ad
mittendum non eſſe, communiter tamen Doctores uo
luere,ut refert Abba.in d.cap.relatum,mentionem hãc
a neceſſariò non eſſe faciendã, aliàs ſequeretur, quòd ca
nonici, & capitulum facile poſſent pontificiam pote-
ſtatem illudere. ſicque communiter obſeruari.

SVMMARIVM.

Prælatus ſua ipſius authoritate, & abſque ſui capituli uel conuentus conſenſu, procuratorem, uel œconomum conſtituere poteſt. Limit. ut ſeq.

VII.

PRAELATVS ſua ipſius authoritate, & abſque ſui capituli,uel conuentus conſenſu, procuratorem uel œconomum, conſtituere poteſt:in his tamẽ, quæ ſibi, & cap.communia eſſe dicuntur, ut uoluit gl. 2.in c.edoceri.de reſcrip.Innoc.autem Abba. & communiter alij ſcribentes in d.c.edoceri.tenuerunt, quòd indiſtinctè poſsit procuratorem conſtituere: cui enim per ſe licet comparere, & agere, procuratorem quoq; is facere non prohibetur. l.j.de procu. quod etiam procedit in religioſis,ut tradit Inno.in c.cum 1. & A.de re iud.hancque communem opinionem ſequitur Abba.in d.c.edoceri,col.4.per tex.in c.petitio.de procu.Inno.tamen ibi tenet hanc opinionem locum non habere,quando prælatus conſtituere nellet procuratorem, uel officialem, aut œconomum generalem ac perpetuum ad omnia negocia,tàm in iudicio, quam extra pariter gerendum,& faciendum : cum enim tunc factum huiuſmodi inter ardua connumeretur, non poteſt illud citra capituli,uel conuentus conſenſum explicare, nec iſto in caſu laicus poteſt eſſe procurator.hoc tamen uerum eſſe limitat,quando dictus officialis uel œconomus haberet etiam iuriſdictionem in clericos, & præeminentiã in rebus ſpiritualibus.ſicque intelligit tex.in c. iudicatum.89. diſtin.

SVMMARIVM.

Sacramenta ſpiritualia,ut puta Baptiſma, confirmatiò, ordinũ collatio,benedictio virginũ,eccleſiarũ conſecratio,et huiuſmodi,Papa nõ poteſt delegare laico.

VIII.

SACRAMENTA ſpiritualia,ut puta Baptiſma, confirmatio, ordinum collatio,benedictio uirginum, eccleſiarum conſecratio, & huiuſmodi, ſolis Epiſcopis reſeruantur, ut,inquit tex.& gloſſ. in c.quamuis 68.diſt.& de ijs delegandis tres fuerunt doctorum ſententiæ,una uidelicet,quòd Papa ſolis presbyteris poſſit hæc delegare.Altera,quòd etiam ſimplici clerico. dũ tamen illum habeat ordinem, quem ipſe ſibi delegatũ alteri eſt collaturus. Tertia uerò quòd etiam laico poſſint delegari, dummodo laicus ſit inſignitus ſacramento,quod ſibi per alium delegatur. hancque ſententiam tenuiſſe uidetur Innoc.in c.quanto.de conſue.ubi ex Silueſtri diſpoſitione regulam conſtituit,nempe, quod ex pontificia delegatione quilibet poſsit eoa ordines conferre, quos ipſe recepit. Abb. tamen in d.ca.quan-
1 to,colum.3.nu.7.tradit magis communem eſſe Doct.o-
pinionem,quòd laico ſacramenta huiuſmodi non po-
tuit Papa delegare,hancque iuſtiorem uideri;quoniam
hinc ſtatus eccleſiaſticus denigraretur, à quib. ſummus
ſacerdos magnopere præcauere dẽt,ca. & ſcilla. 1.q.7. 1

SVMMARIA.

1 *Conſuetudo ut introducta dici poſsit, non neceſſariò requiritur quòd obtenta fuerit in iudicio contradictorio, uel quòd ſemel ſaltem pro illa iudicatũ fuerit.*
2 *Ex actu iudiciali conſuetudo introducitur.*
3 *Conſuetudo ſi perfectè introducta fuerit, ſolo actu non interrũpitur, ſed requiritur tãti tẽporis curſus, quãto introducta fuit, ad qđ ſufficit decẽ annorũ tẽpus.*
4 *Cõſuetudo nondũ perfecta, actu cõtrario interrũpitur.*

IX.

QVAMVIS aliqui huius fuerint ſententiæ, quod
conſuetudo non aliter dici poſsit eſſe introdu
cta,quàm ſi in contradictorio iudicio obtenta
fuerit,ut puta altera parte contradicente,uel ſi illam eſſe
conſuetudinem,ſaltem ſemel iudicatũ fuerit, ut uoluit
a tex.in l.cum de conſuetudine, iuncta gloſ.de legi.& in
capit.Abbate ſane uerbo contradictorio.de uerbo.ſign.
Doctores tamen utriuſque cenſuræ communiter tenent
neceſſariò non requiri,ꝙ ſemel fuerit iudicatum,cõſue
tudo enim moribus, ac utẽtium uſib. inducitur.§.ex nõ
ſcripto.Inſti.de iure naturali.ſicq; iudiciarius actus ne-
ceſſariò non requiritur,alias conſuetudo nunquam poſ
ſet introduci:oportet enim,quod initiũ habeat,& ſic pro
conſuetudine iudicari non poſſet, ex quo nunquam ob-
tenta fuiſſet in iudicio,in hoc tamen Doctores cõiter in
utroque iure non diſſentiunt, uidelicet ex actu iudicia
li conſuetudinem introduci,ut puta, quia iudex popu-
2 lo ſciente,& non contradicente,aduerſus legem iudica
uit, ſicq; iudicialem actum ad probandum conſuetudi
nem ſufficere, non ut actum iudiciarium, ſed quia per
huiuſmodi actum populi conſenſus declaratur.hancque
opinionem communem attellatur Abba.in c.cũ tanto,
col.9.de conſuetu.ubi ſentit quod præmiſſa, & quæ ibi
tradit gloſſ. ita ſunt intelligenda : illud tamen non eſt
3 ignorandum,quòd ubicunque conſuetudo perfectè fuit
introducta,tunc ſolo non interrumpitur actu,ſed tollen
da eſt eo temporis curſu, & modo, quibus fuit introdu
cta : cum enim conſuetudo tam perfectè inducta pro
lege habeatur, tolli non poteſt niſi tanquam lex, & ad
eam tollendam tempus annorum decem ſufficit : ſicque
intelligenda eſt gloſ.in l.nemo alieno nomine.§.1.de re
4 gul.iur.ſed ſi conſuetudo nondum eſſet perfecta,tunc a-
ctu contrario interrumperetur : ex tali enim actu appa-
reret de tacito populi conſenſu, nolentis conſuetudinẽ
inducere propter actum in contrarium geſtum,arg.tex.
in l.ubi repugnantia.de regu.iur.& in cap.ſolicitudinẽ,
in fi.de appell.quod etiam tradit Abba.in d.c. cum tan-
to.col.10.circa princ.de conſuetudine.

SVMMARIA.

1 *Pontifex neminẽ ſine cã abſoluere poteſt à iuramẽto.*
2 *Non ſubſiſtente cauſa, Papa non poteſt diſpenſare.*
3 *Qui ſine cauſa diſpenſationem Apoſtolicam obtinuit, quo ad Deum, non eſt tutus.*

X.

AVCTORITAS Pontificis in quolibet iuramento ſemper excepta intelligitur, ut not. gloſſ.in capitul. ſignificaſti, uerbo auctoritate, de electio.& ibi in gloſſ.præcedenti. in uerbo, pro unitate,habentur caſus,quibus iuramentum licitè requiritur, his duobus uerſibus explicati, uidelicet, Paa, &

 fama,

fama,fides,reuerentia,cautio damni,Defectus ueri, ſibi
poſſunt magna caueri. quod tamen procedit in ijs quæ
dependent à libera & plena Pontificis diſpoſitione, in
cæteris uerò non ut tenet Abba.in cap.uenientes.de iu
1 reiurand.Quinimo pontifex neminem ſine cauſa abſol
uere poteſt a iuramento,ut tenuit gloſſ.in c.quanto, de
conſuetudine, & Innocent.in capitul.primo, in fine de
renuncia.quam quidem opinionem communem eſſe di
cit Abba.in dicto capit. ſignificaſti. column.3.nume.8.
ubi tenet idem eſſe dicendum in cæteris omnibus, quæ
ſunt de iure diuino, uidelicet, ut cauſa non ſubſiſtente,
2 Papa non poſsit abſoluere nec diſpenſare, & quo ad
3 Deum,illum nequaquam eſſe tutum qui ſine cauſa diſpē
ſationem Apoſtolicam obtinuit, ut audacter tenuit gl.
in cap.non eſt.in uerbo adimplere.de uoto & uoti redē-
ptione. Ego tamē in his & cæteris ſpiritualibus uel qua
ſi,exceptio ipſius Pontificis & poteſtatis plenitudinem,
ſecundum quam omnia poſſe arbitror, ex his quæ uo-
luit gloſſ.in cap.principalem.9.q.3. & in clem. dudum,
§.uerum.de ſepul.

S V M M A R I A.

1 *Si conſtat eccleſiam eſſe iure patronatus laicorum affe*
ctā, tunc ſi laicus per ſe,uel etiam parrochiani cum
ipſo ad eccleſiam huiuſmodi Rectorem pro tempo-
re præſentarent,ius patronatus præſcriberent.
2 *Ius competens laico ex ſui natura per alium laicū præ*
ſcribi poteſt.

X I.

LIcet parochiani alicuius eccleſiæ, uel quis alius
laicus in ea ius patronatus regulariter præſcri-
bere non poſsint, ut Collecta, & alij tradidere
in capitu.cura de iure patrona.quoniam omnis eccleſię
diſpoſitio ad Epiſcopum pertinet, & quicquid iuris ec-
cleſiarum fundatores in illis habent id totum ex ſuperio
ris gratia proficiſcitur, meritoque ab alijs trahi nō de-
bet in exemplum cap. quod alicui ob gratiam. de re-
gu.iur.in 6.de priuile.cap.ſane,illud tantum uerum eſſe
locum habere intelligitur,in eccleſia libera. ſed ſi con-
1 ſtaret eccleſiam eſſe iure patronatus laicorum affectā,
tunc ſi laicus per ſe,uel etiam parochiani cum ipſo, ad
eccleſiam huiuſmodi Rectorem pro tempore præſenta-
rent,ſanè ius patronatus præſcriberent.c. 2. de capell.
mo.& c.ad audientiam.& ibi doct. de præſcri. cuius rei
2 illa eſt ratio: quia huiuſmodi ius competens laico, ex
ſui natura per alium laicum præſcribi poteſt, ut poſt lō
gam diſputationem concludit Io.And.in d.c. quòd ali-
cui ob gratiam,in mercnt. idque à Doctoribus commu
niter tenetur,ut notatur in apoſt.ad ipſum collecta in d.
cap.cura.& in cap.querelam.ubi etiam Io.An. de elec.
& Feli.in c.quanto.de iud.ubi uidere poteris ad ſaturi-
tatem,cum res ipſa poſtulabit.

S V M M A R I A.

1 *Si prælatus ordinarius, uel quis alius inferior, ad quē*
ſpectat inſtitutio, diſpoſuerit de beneficio iuris pa-
tronatus,contempto patrono, uel ipſo non uocato,
diſpoſitio huiuſmodi nullius eſt momenti.
2 *Vbi nulla eſt patroni præſentatio, ibi Epiſcopi,uel alte*
rius prælati ad quem ſpectat,nihil prodeſt admiſsio
ſeu diſpoſitio.
3 *Si prælatus ad quem ſpectat, ſciente & non contradi-*
cente patrono,aliquem ſibi præſentatum inſtituat,
talis inſtitutio ualet.

X I I.

1 SI prælatus ordinarius uel quis alius inferior, ad
quem ſpectat inſtitutio, diſpoſuerit de beneficio
iuris patronatus, contempto patrono, uel ipſo nō
uocato, diſpoſitio huiuſmodi nullius eſt momēti. ut per
Tolet.Concilium decretum fuit,in c.decernimus,16.q.
7.quod etiā Doctor.communiter ſequuntur, teſte Col-
2 lecta in c.nobis.colum.fi. de iure pa. ubi enim nulla eſt
patroni præſentatio ibi epiſcopi, ſeu alterius prælati ad
quē ſpectat, nihil prodeſt admiſsio, ſiue diſpoſitio, ut
tradit Archi.in c.1.24.diſt.per tex. quem ipſe adducit.
in c.2.ne ſede uac.& in c.cum inter.ad fi. de re iud. ſi ta
3 men prælatus ad quem ſpectat, patrono ſciente,& non
contradicente,aliquem ſibi præſentatum inſtitueret,ta-
lis inſtitutio ualeret,ſecundum Innoc.& Ioan. And.in
c.ſuper eo,de offic.deleg.

S V M M A R I A.

1 *Epiſcopus non conſentiente capitulo, non poteſt facere*
ſtatutum ſeu conſtitutionem de percipiendis uel nō
percipiendis fructibus in abſentia.
2 *Pontificij familiares fructus ſuarū præbendarum poſ-*
ſunt in abſentia percipere,conſtitutione alia contra
ria non obſtante.

X I I I.

QVAMVIS Epiſcopus, etiam Cap. non conſen-
tiente, uideatur poſſe facere ſtatutum, ſeu con
ſtitutionem de percipiendis uel non percipiē
dis fructibus in abſentia,ut per tex.in c.cum dilectus. de
cle.non reſi.Docto.tamen in c. cum omnes. de conſtit.
contrarium communiter concludunt, & ad text.in. d.
1 cap.cum dilectus.reſpondetur,quod ibi intelligi poſsit,
ſtatutum huiuſmodi conditum fuiſſe accedente c. con-
ſenſu,licet hoc expreſſe non dicatur,uel fortè ibi hac de
re non erat quæſtio,aut nemo fuit qui talem conſtitutio
nem oppugnaret.ad quod facere uidentur not.in c.cum
2 conſuetudinis,de conſue.illud tamen non eſt ignorādū,
Pontificios familiares, fructus ſuarum præbendarum
poſſe in abſentia percipere,conſtitutione contraria qua
libet non obſtante.ut probatur in d.capit.cum dilectus,
& ibi Imo.not.in fi. quòd licet religioſus ordinis men-
dicantium efficiatur capellanus Pontificis, non tamen
ob id habilitatus cenſetur aduerſus cle.1.de relig.cuius
diſpoſitione,mendicantes huiuſmodi beneficia eccleſia
ſtica obtinere prohibentur, niſi cum ipſis aliter diſpen
ſatum fuerit.

S V M M A R I V M.

Si relictū uel legatum quid ſit prælato, conſiderandum
eſt,an huiuſmodi legatum factum ſit ab extraneo:
tunc enim contemplatione eccleſiæ relictum cenſe-
tur.nam ſi à propinquo uel coniuncta perſona relin
quatur,tunc contemplatione ac intuitu ipſius perſo
næ,& non dignitatis relictum cenſetur.

X I I I I.

ET ſi in alia materia Doctores diſtinguere con-
ſueuerint, an uerba diſpoſitiua dignitati, uel
perſonæ, & an ſub proprio, uel appellatiuo
nomine, aut ſub utroque dirigantur, ut co-
gnoſci poſsit,utrum diſpoſitio tranſeat ad ſucceſſorem,

& perſonam illius ad quam directa ſunt egrediatur, pro ut Abba. Ioan. Andr. & alij diſtinguunt in cap. quoniã Abba. de offic. deleg. & Barto. in l. ſi ſeruus communis. de ſtipu. ſer. in relictis tamen, ſeu legatis in ultima uoluntate factis, prælato, ut puta Epiſcopo, uel rectori Eccleſiæ, talis diſtinctio fieri non ſolet, ſed hoc tantùm cõſideratur: an legatũ huiuſmodi factum ſit ab extraneo, & tunc contemplatione eccleſiæ relictum cenſeatur, ſi uerò à propinquo, uel coniuncta perſona illius, cui relinquitur, tunc contemplatione ac intuitu ipſius perſonæ & non dignitatis relictum dicatur, ut uoluit gloſſ. & ibi Doct. not. in c. requiſiſti. de teſta. Bart. in l. ciuibus. ff. de reb. dub. per tex. in d. cap. requiſiſti. ubi Imo. hoc in articulo diffusè ſcripſit, & atteſtatur hanc opinionem eſſe communem.

SVMMARIA.

1 *Tres ſunt exceptiones peremptoriæ, quæ litis conteſtationẽ impediunt. Videlicet: rei iudicatæ, tranſactionis, & litis finitæ. Limit. ut nu. 2. Amplia ut nu. 3.*

4 *Pactum de non petendo, litis conteſtationem non impedit. Limit. ut nu. 5.*

6 *In pacto de non petendo requiritur cauſſa, utpotè donationis expreſſio, quæ ſi immenſa ſit requiritur etiã inſinuatio.*

7 *Si reus opponat peremptoriam exceptionem & nihilo minus reſpondeat ad libellum Actoris tunc inducitur litis conteſtatio.*

X V.

1 TV, qui nihil iam perlecti ſoles obliuiſci, illud etiam memoriæ commendabis ex peremptorijs exceptionibus tres duntaxat eſſe, uidelicet: rei iudicatæ, tranſactæ, & litis finitæ: quæ ſi opponantur lite nondum conteſtata, litis conteſtationem impediũt l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condit. indeb. cap. 1. & c. fina. in fin. de litis conteſtatio. in ſexto. quod tamen non
2 procederet, quando huiuſmodi exceptiones altiorem indaginem requirerent. tunc enim illis ad proceſſum, & poſt litem conteſtatam reſeruatis ad litis conteſtationem eſſe procedendum, ut tradit Barto. in l. nam & poſtea. colum. 2. in fin. princip. ff. de iureiurand. Et quod de
3 ijs tribus exceptionibus dictum fuit, idem quoq; dicendum uidetur de qualibet alia, per quam concluderetur actionem agenti non competere, qualis eſt exceptio ſolutionis acceptilationis, & huiuſmodi. uel ſi exceptio ex aliqua lege oriretur, cuius uerba reſpicerent principium cauſæ, & iudicij, ſecus uerò ſi reſpicerent finem,
4 aut cauſæ effectum, quoniam tunc litis conteſtationem non impedirent. ut not. Bar. in d. l. nam & poſteà. nume. 4. & 6. de iureiurand. & hinc eſt quòd ex quo Prætor ſuo in edicto propoſuit, pacta ſeruabo. non autem dixit, actionẽ denegabo, & ſic ad effectum cauſæ reſpexiſſe uidetur, ob id pactum de non petendo, litis conteſtationem non impedit, ut tradit Bartol. in dicta l. nam & poſtea. cuius opinionem communiter approbant Doct. ut refert Alex. in l. creditori, C. de pact. licet Fulgo. & non
5 nulli alij contrarium uoluerint. Hoc tamẽ limitatur nõ procedere, quando allegans pactum huiuſmodi, illud per publicum documentum oſtenderet, tunc enim talis exceptio tanquam notoria, & quælibet alia notoria litis conteſtationem impediret, ut idem Alexand. tenet in dicta l. creditoris. C. de pact. per gloſſ. & Ioan. Mona. in c. ut circa. & ibi Ioan. Andr. de elect. in 6. & ex præmiſſis idem Alex. in d. l. creditori. & ibi Ric. & Bartho. à Saliceto. inferunt ad aliud, uidelicet, quod licet in pacto de non petendo tanquam liberatorio nõ requiratur
6 cauſa, ut putà, donationis expreſſio, & ſic in eodem neceſſaria non ſit inſinuatio, de qua per tex. in l. ſancimus. C. de donat. magis tamen communem opinionem in cõtrarium eſſe dixit Bart. in l. Modeſtinus. ff. eodem titulo. Cæterum illud eſt annotandum, quòd per alias peremptorias exceptiones oppoſitas, litis conteſtatio non impeditur, ſed aliarum oppoſitione non obſtante, neceſſariò lis erit conteſtata, d. c. ſi. de lit. conteſta. in 6. Quod tamen limitatur non procedere, quando opponens peremptoriam non ſimpliciter excepit, ſed ulterius procedit, puta, ſi exceptionem ſe probaturum obtulerit, uel teſtes ad illam probandam iam induxerit, tunc enim litis conteſtatio inducitur, ut rectè tradit Peruſ. in c. cum cauſam. in primo. de appellat. ſecundum unum intellectum Bal. ad illum tex. quem dicit magis eſſe notandũ. quam dictam glo. in d. c. fina. de lit. conteſta. in 6. ubi gl. ſentit, tex. illum non procedere, quando reus opponens peremptoriam exceptionem, reſpondet etiam actoris li
7 bello. nam tunc per huiuſmodi reſponſionem, uel negationem, inducitur litis conteſtatio.

SVMMARIVM.

Dans procuratori uel curatori facultatem ſolutionis recipiẽdæ, cum hac clauſula, quòd in prædictis & circa ea liberam habeat adminiſtrationem, is uidetur etiam hoc conceſſiſſe ut terminum ſoluendi debitori datum prorogare poſſit. Limit. ut ſeq.

X V I.

SI quis procuratori, tutori, curatori, uel id genus perſonis, ſolutionis recipiendæ a debitore facultatem dederit cum clauſula, quòd in prædictis & circa ea liberam habeant adminiſtrationem, & ijs quoque ut terminum ſeu dilationem debitori cõceſſam prorogare poſſint, conceſſiſſe cenſetur, ut uoluit Barto. in l. qui Romæ. §. Callimachus, de uerbo. obligatio. cuius opinionẽ a cæteris doctoribus communiter approbari atteſtatur Alex. in l. pactum curatoris C. de pact. Aduertendum tamen eſt, inquit Bar. in d. §. Callimachus. uerſi. ſed hic aduerte quod ſi dictum fuerit, conſtituo te procuratorem in cauſa, quam habeo, uel habere intendo, puta cum Sempronio concedens tibi liberam adminiſtrationem, & poterit tunc ipſe procurator in hac ſpirituali cauſa perinde prorogare terminum ſolutionis, ac ſi cũ generalis adminiſtrationis clauſula fuiſſet conſtitutus. ſed ſi dictum ſit, facio te procuratorem ad agẽdum, defendendum, libellum dandum, litem conteſtandum, & dans tibi liberam adminiſtrationem, & tunc non cenſetur conceſſa libera adminiſtratio cauſæ, ſed inſtantiæ tantum, ideoq; ſuper cauſa tranſigere nõ poterit, ſed dũtaxat ſuper inſtantia, itemque ſi dictum fuerit: conſtituo te procuratorem in cauſa, quam habiturus ſum cum Titio: nec cauſam exprimat, tunc uerbum, cauſa, neceſſario nõ refertur ad ius ipſum principale, quod eſt de præſenti, ſed ad inſtantiam tantum, quæ futurum tempus reſpicit, allegat. l. cum ſtipulamur, & l. ſi à colono. eo. ti. de uerb. obligatio.

SVMMARIVM.

Epiſcopus cum conſenſu capituli ſui poteſt condere ſtatuta etiam in præiudicium aliorum prælatorum inferiorum, aliarumq; eccleſiarum; ita tamen, ut prælati inferiores & agentes pro eccleſiis ſubiectis præſentes conſenſum præſtiterint.

XVII.

EPiscopvs cum ſui capituli conſenſu poteſt cōdere ſtatuta, præiudicium aliorum prælatorum inferiorum, aliarūmque eccleſiarum concernentia, ſi tamen prælati inferiores, & agentes pro eccleſijs ſubiectis, præſentes conſenſum præſtiterūt. alias ſtatuta huiuſmodi non ualebunt in præiudicium aliarū eccleſiarū ſubiectarum, uel inferiorum ſubditorum nō conſentientium, ut Ioan. Andre. & alij communiter tradiderunt in c. noſtra, de loc. per ea quæ not. in c. pen. & cap. fi. de ijs, quæ fiunt à præl. ſin. con. cap. Valent tamen huiuſmodi iſta tuta licita cū ſolo conſenſu, quando ſuper ijs duntaxat fiunt, quæ ad epiſcopi iuriſdictionem ſpectant, non autem in præiudicium inferiorum eccleſiarum c. ut animarum de conſti. in 6. & c. 2. de maio. & obed. & not. in c. cōſtitutionē de uerb. ſign. quod & Alexā. tradit in cōſ. 148. proſpectis, col. 4. & 5. in prin. lib. 2.

SVMMARIVM.

Populus ſuperiorem non cognoſcens, ſaltem de facto, poteſt reſtituere ad famam, eorum ratione quæ agūtur in ſuo territorio. Limit. vt ſeq. nu. 2.

XVIII.

1 DOct. communiter tenent, quòd ſi populus ſuperiorem ſaltem, de facto non recognoſcat, poteſt ad famā reſtituere eorum ratione, quæ ſuo in territorio aguntur: ut Barto. & Ange. uoluerunt in l. 1. §. de qua autem, de poſtu. l. idem Bart. in l. infamem. ff. de pub. iud. But. & Abb. in c. cum te. de re iudi. ſi uero ſuperiorem recognoſceret tunc reſtituere non poſſet, ut not. in d. §. de qua autem, niſi infamia eſſet irrogata ex forma ſtatutorum eiuſdem populi, & non de iure cōmuni, ut tradit Barto. in d. §. de qua autē, & in l. 4. ff. de teſta. Bal. in l. cum mulier circa pen. char. ſolut. matr. & Canoniſtæ in d. c. cum te, quorum opinionem ſequutus eſt Alex. in conſi. 556. repetitus, uolu. 2.

SVMMARIA.

1 *Hæres inuentarium non conficiens, tenetur ad integra legata, etiam ultra uires hæreditatis.*

2 *Hæres non conficiens Inuentarium non amittit Trebellianicam ſecund. Crauettam.*

XIX.

1 REceptior eſt doctorum ſententia, quòd hæres inuentarium non conficiens teneatur non ſolū ad integra legata, etiam ultra uires hæreditarias. auth. ſed cum teſtator. C. de le. fal. ſed etiam Trebellianica priuetur: ut tenuit Paulus Caſtren. in conſi. 445. circa primum, column. 2. circa medium, lib. 2. ubi refert ſe ita ſæpius conſuluiſſe. Idemque atteſtatur Roſellus, qui ſua ipſius ſubſcriptione dictum conſilium approbauit. Hanc etiam magis communem eſſe uoluit Cor. conſi. 303. colum. 2. in 5. dubio, lib. 1. conſi. 22. col. 9. lib. 2. & conſi. 168. column. 4. in 3. dubio, lib. 3. Dec. conſi. 480. colum. fin. uerſicu. Poſtremò in caſu iſto. & 495. colum. 6. Curt. iunio. in conſi. 54. col. 3. Socin. in rubri. ff. ad Treb. in fi. & in l. Marcellus. §. quod autem. col. pen. in fin. eod. titu. Capra. conſi. 7. in fin. idemque uoluit Guid. Papa in extraneo, ſecus in filijs ut in q. 53. Iaſon uerò contrarium tenuit in conſi. 114. & Aym. Crauetta, qui poſt quam retulit plures doc. hoc in articulo ſibi ip-
2 ſis contrarios, tandem concludit, quod ob non inuentarij cōfectionē Trebellianica nō amittatur: ut uidere licet apud eum in conſilio 17. in prima parte.

SVMMARIVM.

Vxor poteſt agere ad dotis reſtitutionem ſi maritus ad inopiam redigatur, non quidem ut maritum dotis commodo priuet, ſed ut ex eius fructibus ſe maritū & liberos alat. Limit. ut num. 2.

XX.

1 MArito ad inopiam uergente, uxor agere poteſt ad dotis reſtitutionem, non quidem ut uirum dotis commodo priuet, ſed ut dote ipſa in tuto collocata, ex ipſius fructibus poſsit alere ſe ipſam, maritum, & ſobolem: ita ſcribit Bar. & plerique alij in l. ſi conſtante ſolu. matr. & in l. ubi adhuc. C. de iu-
2 re dot. ubi not. huiuſmodi dotis reſtitutionem locum non habere, quando extraneus mulierem dotaſſet, & dotem ſibi reſtitui fuiſſet ſtipulatus: tunc enim ſtipulatio collata cenſeretur non in tempus, quo maritus ipſe ad inopiam uergit, ſed quo matrimonium diſſoluitur, poterit igitur extraneus ſibi conſulere cautionis remedio, de quo in l. in omnibus, ff. de iud. uidelicet dotem ſibi reſtitui ex iuſta cauſa, ſic communiter tenuerunt Doc. teſte Barto. in d. l. ſi conſtante q. 6. col. 10. circa principium. ſolu. matri.

SVMMARIVM.

Vxore ad dotis reſtitutionem agente, quia maritus ad inopiam uergeat, uel ſua abutatur ſubſtantia, poterit maritus omnes exceptiones iuridicas opponere, & quantum ad ipſam repetitionem, debet obſeruare tres regulas, quæ ſeq.

XXI.

VXore ad dotis reſtitutionem agente, quia maritus ad inopiā uergeat, uel ſua abutatur ſubſtantia poterit maritus omnes exceptiones iurīdicas opponere tam contra libellum, quā perſonam, ut putà, quòd libellus ſit ineptus, generalis, & obſcurus, & huiuſmodi, & quòd ipſa mulier ſit minor, & ſine patria conſenſu agere non poſsit, quò uerò ad negotium principi. uidelicet repetitionem ipſius dotis, duæ ſunt regulæ affirmatiuæ, & una negatiua. Prima eſt, quòd omnis exceptio quæ cōſtante matrimonio obſtaret uxori quòad dotis diminutionem, eadem obſtare poteſt quò ad reſtitutionem. l. quamuis & ſeq. ſolu. matr. & l. quod dicitur de impen. in rebus dot. fact. Altera eſt, quod omnis exceptio, ſua omiſſa conſultum non eſſet marito ſoluto matrimonio, qualis eſt exceptio, quod maritus non conueniatur, niſi quatenus facere poteſt, ſi agatur ad dotis reſtitutionem cōſtante matrimonio poterit opponi. Regula uerò negatiua eſt, quod nulla exceptio procedens ex cauſa, quæ conſtante matrimonio dotem non minuit uel qua omiſſa conſultum eſſe poteſt marito ſoluto matrimonio, poteſt opponi aduerſus agentem ad dotis reſtitutionem, quia maritus uergit ad inopiā. l. ubi adhuc. in fin. C. de iur. dot. quas quidem regulas tradit Bart. in d. l. ſi conſtante. col. 14. nu. 2. ſolut. matri.

SVMMARIVM.

Actio ex natura rei, in qua ipſa continetur uel ad quam competit, mobilis uel immobilis iudicatur.

ILLVD

XXII.

ILLVD Doct. communiter tenuere ſecundum Bar. in l. ſi ſic legatum. §. ſi quis ita, uerſi. ultimo, per legem iſtam. numero 5. de leg. 1. uide licet actionem ex natura rei, in qua ipſa actio continetur, uel ad quam competit, iudicari mobilem aut immobilem. ita not. Dyn. in l. poteſt. ff. de author. tut. gl. in l. 1. §. ſi adner. tranſ. & in authen. de non alie. reb. §. 1. & l. ad rē & l. ſequen. C. de præd. mi. Hinc eſt, inquit Barto. quòd ſi minor actionem habebat ad fundum uel ad centum alteroatiuè, & liberum, ut debitori ſoluere quod maluerit: ſi fundum ſoluerit, ut actio ſibi cedatur, ceſsio nō ualebit, ſi facta ſit abſque iudicis decreto: quemadmodū enim minor alienare non poteſt rem immobilē ſine iudicis decreto, l. lex quæ, C. de admi. tut. & l. ob æs de præ. mi. ſic & actionem ad illam competentem citra iudicis decretum cedere prohibetur, & ceſsio aliàs facta non ualebit. ſi uerò debitor ſoluerit centum, tunc ceſsio actionis ad centum tanquam ad rem mobilem facta tenebit.

SVMMARIVM.

Mater quæ fundum filij alienauit, filium hæredem inſtituit, filius hæreditate adita fundum uendicare uolens, exceptione repellitur. Limit. ut ſeq.

XXIII.

MATER alienauit fundum filij, poſt modum illum hæredem inſtituit, adita hæreditate filius uendicare uolebat fundum. Quærebatur an poſſet? diſtinguitur: aut filius pro debito bonorum ſubſidio fuit inſtitutus in re particulari altero hærede uniuerſali inſtituto, quo caſu habetur loco legatarij. l. 1. §. ſi fundo. ff. de hæred. inſtit. & tunc poterit fundum uendicare, ſi uerò inſtitutus ſit in quota hæreditatis, tūc pro parte ipſum tangente ſibi uendicanti obſtabit exceptio, poterit tamē ab altero hærede illud repetere, tanquam ſibi fuerit euictum: debet enim habere huiuſmodi bonorum ſubſidium abſque grauamine, uidelicet legatorum, & fideicommiſſorum, non tamen æris alieni, ut not. gl in l. cùm à matre. uer. Itē quid in debito. C. de rei uen. cuius opinionem cōmuniter teneri Bar. atteſtatur in l. fi. §. in cōputatione, col. 2. uer. contra iſtam gl. C. de iure delib. ubi gl. contrarium ſentit.

SVMMARIVM.

Iudex appellationis non tenetur in ſua ſententia ponere uerbum condemno uel abſoluo, ſed ſufficit ipſum primam ſententiam confirmare uel infirmare.

XXIV.

QVIDAM uoluere quòd iudex appellationis debeat non ſolum confirmare ſententiam iudicis, à quo fuit appellatum, prout ſibi acta, & probata perſuadebunt, ſed etiam uerbum condemno, damno, uel abſoluo addere teneatur. arg. tex. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. eorum, gl. magna. in l. eos. C. de appel. contrarium tenuit, per text. in l. Chirographis, de admi. tut. Alij autem tradidere nihil referre ſi iudex appellationis uerbum condemno, uel abſoluo non addiderit, quando primam ſententiam confirmat, ſed ſi infirmat, & prima ſententia abſolutoria fuerit, tunc neceſſariò addendum ſit uerbum, condemno, &c. aliàs ſententia infirmans non ualeret, quia nec condemnationem, nec abſolutionem contineret l. preces, C. de ſent. & interloq. om. iud. ſecus autem ſi prima fuiſſet condemnatoria, & ita uoluit glo. in l. offi. de leg. 3. cōmunis tamen eſt doct. opinio, ut refert Bar. in d. l. eos. col. 2. C. de appell. quòd etſi nihil additum ſit, ualeat tamen ſententia, quia ſatis eſt etſi non dixerit condemno, uel abſoluo, ut æquipollens exprimat. d. l. præſes. unde ſi iudex ſententiam abſolutoriam infirmat, & iniuſtam declarat, perinde eſt ac ſi pronunciaret reum condemnandum & ipſum condemnaret, declarat enim eum debitorē, l. ſi prætor, in princ. ff. de iudi. & l. quæro in princi. de ædil. edict. cum alijs per ipſum Bartolum alleg. in d. l. eos.

SVMMARIVM.

Termino præfixo ad probandum, probatumque habendū, non ſufficit teſtes eſſe productos, atque iuraſſe, ſed debent, etiam eſſe in totum examinati.

XXV.

QVOTIES Iudex terminum præfigit ad probandum, probatumque habendum: uerba iſta, probatumque habendum, arguunt probationis complementum fieri debere in termino præfixo, nec ſufficere, quòd intra terminum teſtes fuerint inducti, & iurauerint, ſed illorum examen antequam terminus expiret, perfectum eſſe debet: ita communiter tenēt Doct. ut refert Abb. in c. licet cauſam. col. 6. in fin. de prob. ubi annotant etiam, an in termino probatorio ſufficiat iuraſſe teſtes? Quidue dicendum quando terminus ſtatuitur ad teſtes inducendum, & examinari faciendum, uel ad proban. ſimpliciter. ſiue ad probandum, & probatum habendum tantùm, aut ad probandum, probatumque haben. per omne genus probationis, ut ibi uidere licet.

SVMMARIVM.

Iudex ad cauſam appellationis ab interlocutoria interpoſita duntaxat delegatus, finito appellationis articulo, aggredi poterit principale negotium, & illud cognoſcere, quamuis ſibi ſpecialiter non fuerit commiſſum.

XXVI.

IVDEX ad cauſam appellationis ab interlocutoria interpoſitæ duntaxat delegatus, finito appellationis articulo, aggredi poterit principale negotium, & illud cognoſcere, quamuis ſibi ſpecialiter non fuerit commiſſum, ut uoluit glo. fin. in c. ſi. 2. q. 6. Inno. & Hoſtien. in c. ut debitus. de appella. Et licet Vin. ibi contrarium ſentiat, niſi ſpiritualiter fuerit commiſſum, idemque tenuere uideatur, dum dicit conſideranda eſſe uerba reſcripti, ut ſentit etiam Feder. de Senis, conſi. 72. Butr. tamen & alij in dicto cap. ut debitus, communiter tenuere opinionem Gloſſ. Hoſtien. & Innocen. eamque uerinrem eſſe cenſuit Abbas in eodem capitu. ut debitus. columna prima, in fin. quoniam principalis negotij cauſa acceſſoriè uenit ad cauſam appellationis, ſicque commiſſo principali, commiſſum uidetur etiam omne conſecutiuum præſertim ea ratione, ne partes ipſæ diuerſa per tribunalia diſcurrere teneātur, ad quod etiam facere uidetur text. in cap. prudentiam in fin. de off. delega.

Sum-

SVMMARIVM.

Iudex appellationis poteſt,ſi petat appellans,omiſſo appellationis articulo,ſuper principali negotio cognoſcere, aliàs non debet prius appellationis articulum cognoſcere,quàm negotium principale.

XXVII.

ILLVD quoque communiter tradiderunt Doct. in d. c.ut debitus. de appellatio. iudicem appellationis indiſtinctè non debere prius cognoſcere appellationis articulum,quàm principale negotium: ſed ſi appellans petierit ut omiſſo appellationis articulo iudex ipſe principale negotium cognoſcat,id facere poterit, per tex.in c.cordi.eodem tit.de appel.in 6.& latius per Abb.in d.c.ut debitus.

SVMMARIVM.

Omiſsio ſigni Tabellionatus Notarii,non uitiat inſtrumentum.

XXVIII.

VVLGARIS fuit Doct. quæſtio, uidelicet Rom. & Imol.in rubri.de no.oper.nuncia. Barto. in l.ad teſtamentum.§ ſi quis.ff.de teſtamen.Gul. in l.comparationes.C.de fide inſtrumen.Cyn.& Bal. in l.contractus,eodem titu.eiuſdem Bal.in l.ſcripturas.C: qui potio.in pignor. & Alijs in locis. An omiſsio ſigni Tabellionatus notarij uitiet inſtrumentum? & communiter concludunt omnes,non uitiare,quia illius appoſitio de iure neceſſario non requiritur,ut refert & ſequitur Alexander in dict.rubri.colum.5.num.14.ubi uidere poteris.

SVMMARIVM.

In qualibet materia communis loquendi uſus eſt attendendus.Limita.ut ſeq.

XXIX.

IN qualibet materia etiam pœnali, & tam odioſa uel ſtricti iuris,quàm fauorabili,communis loquendi uſus eſt attendendus, ut doct. communiter uoluere, præſertim Bar.& Alex.in rub.de no.op.nun. col. 6.& alijs in locis ibi per ipſum Alex.adductis,hancque ſententiam communem eſſe refert Zacha. in apoſt. ad Abbat.in c.nonnulli de reſcript. Quæ tamen non procederet, ſi ſtatuto caueretur, quod uerba ſtatuti propriè ſint intelligenda, tunc enim communis hic loquendi uſus non attenderetur, ut tenet Bartolus in l. labeo. ff.de ſupell.leg.

SVMMARIVM.

Oppoſita exceptione perẽptoria uel dilatoria, & à iudice reiecta, ſi opponens eam ſe probaturum dixerit,licet per eiuſmodi oblationem appellatio quo ad deuolutionem iuſtificata uideatur, tamen exceptio non ideo probata dicetur,ſed probanda erit coram iudice appellationis.

XXX.

SI quis peremptoriam, aut dilatoriam exceptionem coram iudice oppoſuerit, & illam per iudicem reiectam ſe coram eodem probaturum obtulerit, licet per oblationem huiuſmodi iuſtificetur appellatio quoad deuolutionem, ut tradunt docto. in c. interpoſita, de appellatio. non tamen ob id probata dicitur exceptio, ſed probanda erit coram iudice appellationis, quoniam parti obeſſe non debet iudicis iniquitas, ut communiter uoluerunt Doct.in d.cap.interpoſita.

SVMMARIVM.

Appellationi ſemper eſt deferendum ubicũque iudex in iure uel in facto merito poteſt dubitare.

XXXI.

APPELLATIONI nunquam eſſe per iudicem deferendum, niſi euidenter ſibi conſtet illam eſſe admittendam, uoluit Ioan.Andr. in cap. ad Romanam, 2.quæſt.6. Inno. autem in c.paſtoralis, colum.2.de offic.deleg.tenet appellationi ſemper eſſe deferendum ubicunque iudex in iure, uel in facto merito poteſt dubitare; hancque opinionem communem eſſe teſtatur Collecta. in cap. ut debitus colum.4 in fin.de appellat.

SVMMARIVM.

Tutor & curator poſſunt ſuper iniuria patri pupilli illata pacem componere, ſi modò id pupillo utilius fuerit, quam uindictam proſequi.

XXXII.

TVTOREM & curatorem ſuper iniuria patri ipſius pupilli, uel adulti, illata, pacem poſſe componere cum inferente, nõnulli uoluerunt, ſi iniuria patens, & notoria non fuerit, alias ſecus. Quidam uero indiſtincte pacem fieri poſſe tenuerunt, ſi tamen id pupillo aut adulto utilius fuerit, quàm uindictã proſequi, hosque melius ſenſiſſe uoluit Caſtrenſ.in l.pactũ curatoris.C.de pact.ubi Butrig.Bald.Salic.Alexand. & plerique alij,id communiter tradidere,idemque uoluit Bal.in l.1. C.de in integ.reſt.

SVMMARIVM.

Poteſt quis renunciare reſcripto,etiam inuito eo contra quem impetrauit.Limit.ut ſeq.

XXXIII.

ALIQVIS, poſtquam reſcriptum impetrauit, illi inuito eo aduerſus quem impetrauerat, renunciare uolebat; quærebatur an poſſet? & doctor.in c.ex conqueſtione de reſt. ſpoliat. Bald.in l. petendæ,col.5.C.de tempo.in integ.reſtit.communiter concludunt, eum renunciare poſſe, exceptis tamen quibuſdam caſibus, quos enumerat Fely. in rub. de reſcript. col.ſecunda,ubi uidere poteris.

SVMMARIVM.

Ius patronatus etiam ad extraneos hæredes tranſit.

QVAMVIS

XXXIIII.

QVAMVIS aliqui tenuerint Ius patronatus ad hæredes extraneos non tranſire: Innocent. tamen in rub. de iure patr. in fi. & Io. And. in c. cum ſeculum. eod. tit. contrarium uoluere, quorum ſententiam ueriorem, & communem eſſe dicit Abb. in cóſ. 54. uidetur, col. 2. in fin. lib. 1.

SVMMARIVM.

Literis teſtimonialibus, etiam ab Epiſcopo datis, non eſt credendum, niſi in iis quæ ſunt leuis præiudicii.

XXXV.

LITERIS teſtimonialibus etiam Epiſcopi aliquid atteſtantis de iure non eſt adhibenda fides, niſi in ijs, quæ ſunt leuiſsimi, aut leuis præiudicij, ita communiter uoluerunt doct. in cap. poſt ceſsionem. de proba. refert & ſequitur Abb. in conſ. 53. attingo dicta dubia. in fi. col. pe. lib. 2.

SVMMARIVM.

Notarius non præſumitur eſſe rogatus, ſed oportet ut cõſtet de eo.

XXXVI.

SI Notarius priùs deceſſerit, quàm de inſtrumento per ipſum recepto ſe rogatum fuiſſe atteſtatur, uel aliàs de illius rogitu conſtare poſsit, communis eſt Doct. ſententia, eum non præſumi de inſtrumento huiuſmodi fuiſſe rogatum, ideoque inſtrumentum hoc nullius eſſe momenti, ut Inno. & plerique alij uoluere in cap. 1. de fid. inſtrum. ubi Inno. admonet utile futurum, ſi notarius id in inſtrumento dixerit, idemque tradidit Ioan. Andr. in addi. ad Spe. tit. de inſtrum. edit. §. breuiter. uerſi. & not. & in tit. de teſtib. §. 1. uerſi. quid ergo ſi dicatur. in fin. refert, & ſequitur Alexan. in conſil. 296. uidetur in prima conſideratione. colu. 2. in fi. uol. 2.

SVMMARIVM.

Relinquo, uerbum, ad rem ſeu certam quantitatem relatum, non poteſt trahi ad filii hæredis inſtitutionem.

XXXVII.

COMMVNIS eſt Doctorum opinio, uerbum relinquo, ad rem, ſeu quantitatem certam relatum trahi non poſſe ad filij hæredis inſtitutionem. Doctor. in §. aliud quoque capitulum iuncto. § cæterũ: in authent. ut cum, de appella. cogn. Imol. in c. Raynutius, de teſt. not. etiam in l. 1. §. quoties. & in l. his uerbis in princ. ubi Bar. Bal. & Ang. ff. de hæred. inſt. Bart. & alij in l. cogni. in prin. ad Treb. Alex. conſi. 321. col. 4. nu. 10. lib. 2.

SVMMARIVM.

Inſtitutio facta in dote de iure ſuſtinetur.

XXXVIII.

INSTITVTIONEM factam in dote de iure ſuſtineri communiter uoluere Doct. poſt gloſſ. in l. 3. §. ſed utrum. ff. de mino. Spec. in tit. de inſtru. edit. §. ut autem, uerſi. ſed ſupra. Ang. in l. 2. §. 1. ſu l. ma. But. & Imo. in c. Rayn. de teſta. & in l. ſuus quoque, in prin. de hæred. inſtit. Alex. in d. conſ. 321. col. 5. lib. 2.

SVMMARIVM.

Obligatus ad faciendum aliquid, ſi non fecerit, tenetur ad intereſſe.

XXXIX.

OBLIGATVM ad factum, ſi quod ipſe facere promiſit, minimè fecerit, teneri ad id quod intereſt. Doct. communiter uoluere in l. ſi inſulam, ff. de uerbo. obligat. Bart. in l. ſtipulationes non diuidun tur. colu. 2. ſepen. nume. 5. eo. tit. ubi tradit tres agendi modos hoc in articulo, quorum primus eſt, ut petat factum in libello, & tempore ſententiæ interrogetur reus, ſi uult facere, uel non: & ſi dixerit quòd non, iudex condemnabit eum ad intereſſe, argumento l. ſi quis ab alio. ff. de re iudi. & ita not. dicit in l. 1. ff. de act. emp. in gl. mag. ſecundus eſt, ut creditor, priuſquam agat, reum interroget, an promiſſa ſit facturus: quod ſi recuſauerit, tunc ad id quod ſua intereſt agere poterit. & dicit ipſe Bar. quòd hic modus traditur in d. l. 1 ff. de act. emp. & quòd modus iſte eſt uerior omninò. Tertius modus hic eſt, quòd ſic agat; peto factum promiſſum fieri, & ſi nõ fecerit, peto intereſſe. unde abundantius ibi per ipſum Bart.

SVMMARIVM.

Legata ad pias cauſas non debentur niſi adita hæreditate, fallit in ſuis hæredibus.

XL.

LEGATA ad pias cauſas, hæreditate non adita, non debentur, ita tenuit Alexand. in conſi. 354. ſtatutis. col 5. circa princ. numer. 17. uolum. 2. ubi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & eam non procedere, quando ſuus hæres fuiſſet inſtitutus. tunc enim propter ſuitatis exiſtentiam legata ſuſtinentur, per tex. in l. generaliter. §. ſed & ſi quis, ff. de fideicom. liber. Bald. in authen. hoc amplius. C. de fideicom. ubi not. ita intelligi debere illorum opinionem, qui hæreditatis aditionem neceſſariam non eſſe dixerunt prout dicit Bal. in l. fi. in princi. C. de teſta. manu.

SVMMARIVM.

Periculum proueniens à caſu fortuitu, non pertinet ad fideiuſſorem.

XLI.

PERICVLVM à fortuitu caſu proueniens, ad fideiuſſorem non pertinet, ut not. Doctor. in l. exceptione. §. ſi culpa tua, de fideiuſ. ubi dicunt præſertim Iaco. ab arena, hanc eſſe receptiorem ſententiam: idemque tenuit Bald. in l. ſi propterea. quæſt. penul. C. mane. per Glo. in l. ſi quis prohibuit. ff. de public. Ioannes Andreas in regu. damnum. in mercuri. proba-

probatur & in l. ſi procuratorem. §. in ignorantes. ff. mand. refert & ſequitur Alexander in conſ. 365. quoniã in quæſtione. col. ſi. circa med. uol. 2.

SVMMARIVM.

Princeps poteſt ex cauſa, maximè quæ publicam utilitatem reſpiciat, auferre dominium alicui ex cõtractu iurisgentium quæſitum.

XLII.

LIcet princeps de iure auferre non poſsit dominium quæſitum ex contractu iurisgentium, ex cauſa tamen id facere poterit, præſertim ſi cauſa huiuſmodi publicam utilitatem reſpiciat. l. item ſi uerberatum. §. 1. de rei uend. locus. C. de euictio. l. uenditor. § ſi conſtat. ff. com. prædio. probatur etiam ſecundum Ange. in l. 2. & in l. bene à Zenone. C. de quadr. præſcri. hancq́ue opinionem magis eſſe communem dixit Alexand. in conſi. 361 Argucn. col. 4. uerſi. pro hoc, nu. 10. uol. 2.

SVMMARIVM.

Teſtis dicens ſe audiuiſſe aliquid publicè dici, non ob id probat hoc eſſe publicam famam, ſed debet deponere ſe audiuiſſe à maiore parte populi.

XLIII.

SI teſtis dixerit ſe audiuiſſe aliquid publice dici, non ob id probat de hoc eſſe publicam famam, ſiquidem eſſe poteſt, quòd ab uno tantùm id dici audiuerit: ad hoc igitur, ut probetur fama, deponere debet ſe audiuiſſe dici à maiori parte populi, ut rectè tradit Bar. in l. de minore. §. plurimum, uerſi. ſed quid ſi teſtis dicit. num. 21. ff. de quæſtio. & in l. 2, §. eius, de teſtibus. Alex. conſi. 317. uiſis. col. 3. in prin. nu. 5. uolu. 5. idque à Doct. communiter teneri atteſtatur Imol. in l. hęredes palam. in prin. ff. de teſt. Rot. tamen tenet cũ Bal. in c. præterea. de teſt. & ſequac. uidelicet quòd ſufficit ſi teſtes deponerent publicè dici audiuiſſe, ut famam probent teſtes. Caſſad. tit. de probatio. deciſ. 3.

SVMMARIVM.

De iure pontificio ſufficit duos teſtes cum presbytero parochiano intereſſe confectioni teſtamenti.

XLIIII.

IVre Pontificib, quod diu in terris eccleſiæ obſeruandum eſt. c. ſi duobus in fin. de appel. c. ſi clerici, de iud. cum ſimil. cautum eſſe reperitur in teſtamento, pro illius ualiditate, duos teſtes ſufficere cũ presbytero parochiano, ut probatur in c. cùm eſſes, de teſta. & in d. c. ſi clerici, de iudi. & in auth. de ſanct. epi. §. ſin autem eccleſia, & ſeq. quibus in locis Doct. pontificij iuris hanc opinionem receptiorem eſſe tradiderunt, eamq́ue refert & approbat Alexander in conſ. 32 1. uiſo Themate, col. 2. uer. nec obſtat, nu. 9. uol. 2.

SVMMARIVM.

Peſtis tempore ſi teſtamentum factum fuerit, tenet, ſi factum ſit coram quinque teſtibus, maximè ſi teſtator ſit ruſticus, uel peſtis adeò magna ſit, ut non poſsint habere plures teſtes.

XLV.

TEstamentvm, quamuis tempore peſtis conditum fuerit, requirit tamen perfectum teſtium numerum: alias non ualebit, ut probat tex. in l. conficiuntur. §. Codicilli, & ibi Angel. de iu. cod. idẽ tenet Fulgoſ. in l. fin. C. de teſtam. Alex. in conſi. 321. col. 3. num. 26. uol. 2. Decius autem in conſi. 284. lib. 2. & conſilio. 504. nu. 6. lib. 3. tenuit huiuſmodi teſtamentum ualere, ſi factum ſit coram quinque teſtibus. Idem, que dicendum, ſi conditum ſit in terris eccleſiæ etiam non tempore peſtis. Quod & Salice. & Io. noluere in l. ſi. ff. de teſta. mil. Hippo. Marſil. in l. 1. §. præterea, de quęſti. Barb. in c. cùm eſſes, col. 7. de teſt. & ut teſtamentum tempore peſtis factum coram quinque teſtibus tantùm ualeat, cenſuit Alexan. requiri non ſolum difficultatẽ habendi teſtes, ſed etiam quòd teſtator ſit ruſticus. Alex. conſ. 77. uerſ. præterea communiter, num. 6. uol. 2. allegat Bar. in l. 1. ff. de bon. poſſ. ex teſt. mil. Alexa odranus uerò in conſi. 74. nu. 3. & conſi. 165. diſtinguit. Aut peſtis adeò magna eſt, ut teſtes reperiri non poſsint, & tunc ſufficiunt quinque teſtes, aut modica, & ſeptem requirunt, adducit Hercul. in l. 2. de legi.

SVMMARIA.

1 *Statutum filias excludens à ſucceſsione ſtante patre et fratribus, non extenditur ad bona extra ſtatuentiũ territorium exiſtentia.*

2 *Statutum loci eſt attendendum, ſiue in re, ſiue in perſona loquatur.*

XLVI.

1 STatvtvm filias perſonæ defunctæ ab inteſtato excludens ſtante patre, & fratribus defunctæ perſonæ, non extenditur ad bona extra ſtatuentium territorium exiſtentia, ut Iacob. Rauen. Guil. de Cu. & Rapha. tenuerunt in l. cunctos populos. C. de ſumma Trini. & fi. cath. ubi Bal. in l. reper. ubi concludunt hanc opinionem eſſe magis communem, arg. l. pupillo. ff. de tut. & cura. datis ab his, & l. Titium. §. tutoris. ff. de adm. tut. & ab eis non diſſentit Alex. eam pariter magis communem inquiens in conſi. 16. uiſo titulo, uolu. 1. quem uide. eſt quidem ſtatutum huiuſmodi iuri contrarium: ideo debet reſtringi: ut doct. ſuperius allegati uoluerunt in d. l. cunctos populos. & Alex. ubi ſupra, argu. l. certa forma. C. de iure fiſci, lib. 10. & l. conſtitutionibus. ff. ad muni c.

2 Quatenùs autem dicitur loci ſtatutum eſſe attendendũ, id procedit ſiue in re, ſiue in perſona loquatur: ut tenuit Anch. in rep. c. canonum ſtatuta, de conſtit.

SVMMARIVM.

In abſolutione à iuramento, uel in ſimplici etiam habilitatione, requiritur partis citatio.

XLVII.

IN abſolutione à iuramento, uel etiam in ſimplici habilitatione requiri partis citationem magis communiter teneri à doctoribus atteſtatur Hippo. Marſil. in rep. l. de unoquoque. ff. de re iudi. nu. 163. ubi allegat Maria. Soci. in repe. Rub. de diſt. char. 14. colu. 3. in prin. & Soci. in cõſi. 39. in cauſa, col. 5. uol. 3. plene hac in materia loquentem.

SVMMARIVM.

Emptor rei locatæ præſtando conductori id quod ſua intereſt, poteſt eum expellere. fallit ſi locator iuraſſet contractum ſeruare.

Emptor

XLVIII.

EMPTOR rei locatæ, & pro locationis obſeruatione ſpecialiter hypothecatę prçciſè non tenetur ſtare locationi ex iure retinendi, quod in re conducta vigore ſpecialis hypothecæ competit conductori. ſed præſtando conductori id, quod ſua intereſt ex re conducta, id eſt propter non uſum & patientiam rei locatæ non præſtitam illum poterit amouere, ut not. Neguſan. in tract. de pig. & hypo. in 2. parte, col. 3. ubi teſtatur hãc eſſe communẽ opinionem, & refert Socinum cõtrarium ſubtiliter tenere. limitat tamen hoc non procedere, quando locator iuraſſet contractum obſeruare, tunc enim præciſè cogeretur ſtare locationi ſecundum Alexandr. quem refert idem Neguſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, col. 7. de uerb. obligat. & Iaſo. in l. ſi pecuniam. ff. de cond. ob cauſam. in principio. & in iuramẽ ao multum ſe fundat Soci. in conſil. 90. viſa quibuſdam actis, col. 4. dicit tamen à communi non eſſe recedendum.

SVMMARIVM.

Compendioſa ſubſtitutio uerbis directis concepta, ualet intra pupillaris ætatis tempus iure directo, poſt ue-
2 *rò, iure fideicommiſsi tantùm.*

XLIX.

COMPENDIOSA ſubſtitutio uerbis directis hunc in modum concepta, videlicet: Quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, Sempronius heres eſto: intra pupillaris ætatis tempora ualeret iure directo, poſt uerò iure fideicommiſsi: ita communiter tradiderunt Doct. in l. Centurio. ff. de uulg. & pup. ſuſti. contra glo. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſti. & in cap. Raynaldus. de teſt. qui uoluerunt quòd propter illa uerba, ſi ſine liberis deceſſerit, &c. ualeat omni tempore iure fideicommiſsi, qua in re uidendus eſt Papien. i ſua praxi in forma libelli, quomodo ex ſubſtitutione agitur, verbo. compendioſa. col. 2.

SVMMARIA.

1 *Remedium c. reintegranda. 3. q. 1. & l. ſi coloni. C. de agric. & cenſi. competit cuilibet qui à poſſeſsione ſine iuſta cauſſa ceciderit.*

2 *Remedium c. reintegranda. datur etiam contra poſsidentem titulo & bona fide, ſi res uitioſa, uiolenta, aut furtiua ſit.*

3 *Remedium c. reintegranda. datur tam pro rebus profanis quàm eccleſiaſticis.*

L.

1 REMANSVM c. reintegranda. 3. q. 1. & l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib. 11. competit cuilibet, qui poſſeſsione ſuarum rerum eccleſiaſticarum aut aliarum quaruncunque ſine iuſta cauſa ceciderit, ut communis eſt Doct. ſententia ſecundum Barto. in d. l. ſi coloni, & Alexand. in conſi. 55. Viſo, uolum. 1. & in conſi. 91. in cauſa. uolum. 5. & doct. in cap. ſæpè, de reſti tu. ſpo. Quòd præſertim locum habet, quando agitur contra poſsidentem ſine titulo, quoniam illius poſſeſſio præſumitur clandeſtina, ut not. Alex. in cõſilijs ſupe
2 rius adductis. Datur etiã cõtra titulo & bona fide poſſidentem, ut tenuit idem Alexand. in conſilio 117. num. 3. & 4. uolum. 1. quod tamen intelligendum eſt, quando res eſt uitioſa, aut uiolenta, uel furtiua, ut declarat Alexand. in conſilio 118. num. 1 eod. uolumi. ubi dicit, quòd competit etiam illi, qui nullum ius habebat. Gozadinus autem in conſi. 28. numer. 36. tenuit ſimpliciter quòd non detur cõtra titulo & bona fide poſsidentem, quod & Ancha. placuit: quãdo poſſeſſor probat ſe poſſeſsionem iuſte acquiſiuiſſe. conſi. 42. numer. 2. Et quòd
3 remedium huiuſmodi detur tam pro rebus profanis, quàm eccleſiaſticis, tenuit Alexandrinus in conſi. 4. num. 1. allegat Bart. Angel. Aret. Alex. Aquen. & Soci. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſ. & Ang. in conſi. 557. in quæſtione prædicta. Quæ uerò probationes requirantur, ut remedium hoc locum habeat, not. Dec in conſ. 57. lib. 1. & conſ. 252. lib. 2. idem autem Aleſandrinus ſufficere uoluit, probare antiquiorem poſſeſsionẽ, ut in conſi. fi. in principio, ubi adducit Innocent. in capitul. poſt electionem de conceſſ. præben. Aleſand. in conſi. 6. col. 2. uol. 3. & conſi. 89. uolu. 5. & conſilio 103. uolum. 7.

SVMMARIA.

1 *Trebellianica detrahi poteſt etiam cõtra teſtatoris prohibitionem.*

2 *Trebellianica indiſtinctè prohiberi poteſt tam in liberis primi gradus, quàm in alijs.*

LI.

1 QVAMVIS Doctorum ſit controuerſia, an contra teſtatoris prohibitionem detrahi poſsit trebellianica: receptior tamen eorum eſt ſententia eam detrahi poſſe, ut tenuit Alexand. in conſilio 67. conſideratis, uolum. 2. & conſil. 5. col. penult. in fin. uolum. 3. Quod Bal. procedere uoluit in liberis primi gradus duntaxat, in alijs uerò non, in l. iubemus. C. ad Treb. per auth. ſed cum teſtator. C. ad leg. fal. iuncta l. Marcellus, uerſ. quòd autem. ff. eo. tit. cuius opinionem Alex. in d. cõſi. 67. non approbat, nec improbat, ſed allegat Cynum in d. l. iubemus, & in l. cohæredi. §. cũ filiæ. & ibi Raph. Cuma. ff. de uulg. & pupi. tenentes contra Bal. quòd aſit trebellianica indiſtinctè prohiberi poſsit tam in liberis primi gradus, quàm in alijs, cõmunẽ eſſe opinionem atteſtatur Alexandrinus conſi. 2. nu. 26. ubi allegat Ang. in cõſ. 125. Signorolum in conſ. 235. in fin. Alex. in l. ſi debitor ad leg. falc. Iaſ. i d. l. Marcellus, col. 12. ad treb. Cor. cõſ. 22. col. 9. uol. 2. Alex. cõſ. 29. uol. 5. Aret. conſ. 67. in fi. Curt. conſ. 51. col. penult. Idem Alexandrinus conſi. 43. num. 12. ubi ultra alios ſuperius allegatos adducit Cynũ in d. l. iubemus, & Cuma. cõſ. 25. Picum, & Deci. in conſ. 81. & 218.

SVMMARIVM.

Contra poſſeſſorem tertium agi nõ poteſt, niſi prius diſcuſſo principali debitore, & illius fideiuſſore.

LII.

ILLVD tu, qui cuncta ſoles rimari, non debes ignorare, uidelicet: contra tertium poſſeſſorem agi non poſſe, niſi prius diſcuſſo principali debitore, & illius fideiuſſore, ut communiter tradiderunt Doctor. in l. perſecutione, C. de pigno. & in authent. præſente. C. de fideiuſſ. & licet contrarium diſponi uideatur, in authent. de litig. §. uel hec, colla. 8. & in authen. hoc ita. C. de pigno. illa tamen iura procedere nolunt Doctor. in caſu ſpeciali, ſcilicet, quando lite iam incepta contra debitorem, rẽ de qua agebatur, debitor alienauit: quo caſu, quamuis litigioſi uitium nõ contrahitur, quoad omnia, in hoc tamen contrahitur, ut poſſeſſor ipſe cauſam habens à debitore poſsit conueniri

antequam

antequam debitor conueniatur, hancq; ſolutionem necesſariam eſſe dicit Barto. in d. l. perſecutione, ubi annotauit modos, quibus ipſa fieri debeat diſcuſsio, & ex Butrig. ſententia concludit, in hoc iudicis interlocutoriam non requiri.

S V M M A R I A.

1 *Collegii alicuius bona ſi alienanda ſunt, itemq; in cæteris arduis & ponderoſis actibus, ſingulorũ nomina de collegio in inſtrumento alienationis exprimenda ſunt, alias non ualet alienatio.*

2 *Abſentes qui ſunt de uniuerſitate, collegio, uel capitulo, qui in arduis negociis uocãdi ſunt, uocari quoque debent ſi bona aliqua alienãda ſunt. qui uero abſentes habeantur, intellige ut ſeq. nu.*

L I I I.

1 ILLVD etiam non eſt ignorandum: quod quando alicuius collegij bona ſunt alienanda, & in cæteris arduis, & ponderoſis ſingulorum de collegio nomina exprimenda ſunt alienationis in inſtrumento, alias alienatio non ualet, ut not. Bar. in l. 1. de albo ſerib. per tex. in l. fi. C. de uend. re. ciuil. lib. 11. & Bal. in l. Ciuitas in fi. ſi cer. pet. & in l. 1. de mag. côue. Butr. in c. 1. colu. 2. de ſind. hancq; opinionem cõem eſſe atteſtatur Alex. in conſ. 2. col. 3. uol. 4. & Archi. in c. ſine exceptione 12. q. 2. quã ſequitur Bal. in l. imperatorũ, col. fi. uerſ. Adde. ff. de iuram. cal. & in c. tertio loco, col. 3. de prob. exprimẽda ſunt eẽ bona alienanda, ut ſcribit Deci. c. cũ oẽs, col. 6. de conſtit. allegat Bal. de contrah. empt. tacito loco; quem dicit uoluiſſe, quod non ſufficeret ſi in inſtrumento ſindicatus uniuerſitatis ſimpliciter diceretur ad uendendũ bona uniuerſitatis &c. qui tamẽ hoc non dicit, & locus omiſſus eſt in rubrica 3. q. C. de contrahen. empt. Sed hoc tantum inquit ſufficere, mandatum de uendẽdo talia loca factum per eos, qui haberent poteſtatem ſtatuendi, ſi autem talem poteſtatem non haberent, non ualeret nec ſufficeret, quod generaliter ſindicus conſtitutus eſſet ad uendendum loca communis, & ita ſe ex facto conſultum reſpondiſſe per text. in l. prohibere, §. planè. ff. quod ui aut clam. ex quibus inferri uidetur actũ alienationis eſſe ualdè præiudicialẽ: & ob id dici poſ-
2 ſe, quod abſentes, qui ſunt de uniuerſitate, collegio, uel capitulo qui & in huiuſmodi arduis negocijs uocari debent, ut not. Imol. in cap. 2. de ope. no. nuncia. & ibi Butri. & in c. fina. col. 2. de maior. & obed. in huiuſmodi quoq; alienatione uocandi ſint, idq; communiter tenẽt Doct. ſecundum Dec. in c. cum omnes, col. 6. de conſti. ubi allegat Fed. in cõſ. 287. caſus talis eſt in quodam publico inſtrumento. & in conſi. 148. caſus talis eſt, aliqui ſunt canonici. licet Bal. in auth. hoc ius porrectum. col. 2. uerſi. ſubſequenter quæritur, teneat uocationem hanc abſentium eſſe neceſſariam, quæ op. non procedit, quando abſunt à loco, ubi congregatur uniuerſitas, collegiũ uel capitulum, ſunt tamẽ in ciuitate uel oppido, uniuerſitatis, collegij, aut capituli huiuſmodi, quia tunc habet locum communis: ſecus autem ſi eſſent extra ciuitatem uel oppidum, & actus uniuerſitatis, collegij, ſeu capitularis, aliàs quàm ſuperã fuit dictum, factus, non ualet, ut tenet glo. in d. c. cum omnes de conſtit. Cald. conſ. 3. eod. tit. in fi. & quamuis aliqui tenuerint, quod abſentes tũc quoq; ſint uocandi, quando ſunt extra ciuitatem uel oppidum, communis tamẽ opinio eſt in contrarium, ut dictum fuit, & firmat Innoc. in d. c. cum omnes, & in ca. fi. col. 2. de maior. & obe.

S V M M A R I V M.

In actibus neceſſariis uel ſaltem utilibus, collegii uel uniuerſitatis, illud attenditur, & prævalet, quod fit à maiore parte præſentium. ſecus in uoluntariis.

L I I I I.

HVic etiã pertinet, quod notari ſolet in l. quod maior. ff. ad muni. & per gl. in c. 1. uerſi. tractatos. de reb. eccleſ. non alie. in 6. uidelicet, quod in his quæ communia ſunt pluribus, ut uniuerſis, ut puta in rebus collegij, uel uniuerſitatis, illud attenditur & præualet, quod fit à maiori parte præſentium, ut communiter tradunt Doct. in cap. cum omnes, de conſtit. & Alexand. in l. iuriſgentium. §. fin. ff. de pact. Lap. allegat. 131. Quæ tamen opinio locum ſibi uendicat in actibus neceſſarijs, uel ſaltem utilibus: ſecus in uoluntarijs, ut Inn. & alij uoluerunt in d. c. cum omnes, & Lap. d. alleg. 131. & glo. in d. c. cum omnes. uerbo conſtitutum, quæ communiter approbatur. ſecundum Dec. d. c. cum omnes, col. 3. in fi.

S V M M A R I V M.

In actibus uniuerſitatis duæ partes adeſſe debent, & tũc ſufficit quod maior pars præſentium efficit.

L V.

ILLVD etiam huc accedit, quod communiter not. Doct. in l. nulli, ff. quod cuiuſque uni. no. & in l. nominationum, C. de decu. lib. 10. in d. l. quod maior, ad muni. & in d. c. cum omnes, de conſtitut. uidelicet, quod in actibus uniuerſitatis duæ partes adeſſe debent, & tunc ſufficit quod maior pars præſentium efficit.

S V M M A R I V M.

Si unus ex tribus iudicibus delegatis appellationi detulerit, licet alii non detulerint, cõmunis opinio DD. eſt, cauſam ad ſedem Apoſtolicam non deuolui.

L V I.

SI unus ex tribus iudicibus delegatis appellationi detulerit, licet alij non detulerint, cauſa tamen ad ſedem apoſtolicam deuoluitur, idque fieri dicitur ob ſedis ipſius reuerentiam, & hoc ex dominorum ſacri apoſtolici cauſarum palatij ſententia, de qua deciſi. 222. incip. nota quod ſi unus, de appellat. in antiq. arg. c. ſi duob. de appel. & c. ſi à ſede. de præb. in 6. Communis tamen Doct. ſententia eſt in contrarium, ut tenuit Bald. in auth. hodie. uerſi. ſed quid ſi appellauit. C. de appella. Peruſi. in cap. fin. q. 7. de conſtit. Ang. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matr. Card. in cle. 1. q. 26. & ibi Imol. col. pen. de appellat. & facit tex. in d. clem. 1. ibi coram ipſis, uel maiori parte ipſorum, & latè Doct. in c. cum appellationibus. §. 1. uer. ſed quid ſi erant, de appel. in 6.

S V M M A R I V M.

Fama ſemiplenam inducit probationem.

L V I I.

FAMA ſemiplenam inducit probationem, ut communiter teſtantur Doct. poſt glo. in l. 3. §. eiuſdẽ, uer. cõfirmat. ff. de teſtib. & in c. uerbo fama, de appella. & c. item ſæpe, uerbo famam. 3. q. 3. ut refert

Sali.

Sali.in l.ea quidem,in fi.C.de accuſ. Fulg. in conſi.145. quoniam pluri ma.Aleano.conſ.18.uiſo proceſſu.col.2. uol.1.& conſ.143.col.2.quoniam abundè,uolu.2.And. Sic.conſ.8.col.1.& 2.lib.1.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumento amiſſo,tenor eius probari poteſt per teſtes,ſi ita periti ſunt,ut cognoſcãt defectũ inſtrumẽti,uel recognoſcant literas illius notarii.*

2 *Notarius,qui dicit ſe uidiſſe & legiſſe quoddã inſtrumentum,non ſufficienter probat de eius tenore.*

LVIII.

1 TEnor inſtrumenti probari poteſt per teſtes, quando inſtrumentum fuit amiſſum,& teſtes ita ſint periti,ut cognoſcãt defectum inſtrumenti, puta aduocati,uel notarij,& recognoſcant literas illius notarij,quod uoluit Bar.in auth.ſi quis in aliquo. C. de eden.per tex.in c.cum olim.primo. de priui. cuius opinionẽ atteſtatur eſſe cõem Deci.in d.auth. ſi quis in aliquo,col.6.nu.29 ſed ſi notarij deponerẽt ſe uidiſſe & le-
2 giſſe aliquod inſtrumentũ,quamuis ſint periti, eis tamẽ non crederetur,ut not.Bar.in auth.ſi quis in aliquo, cuius rei illa eſt ratio,quia non ſunt examinati tanquã teſtes,nec rogati ut notarij,nec tali caſu rogari potuerũt ut notarij,cũ notarius rogari non poſsit niſi de his quę fiũt inter partes. Vnde ſi quis notario dixerit,ut rogetur qualiter Titius hominẽ percuſsit, uel occidit, & in inſtrumentũ hac de re confecerit,inſtrumentũ hmõi nullam faciet probationẽ,ut uoluit Bar.in in l.itẽ ſenatus, in fi.prin.ff.ad turp.Bal.in l.fi.col.pe.uerſ. reſtat quærere.C.de prob.& Alex.in l.prętor,in prin.ff.de eden.ubi Pau.Caſt.circa fi.uerſ.pone exemplum,refert dum ipſe fuiſſet ea facto conſultus Florentiæ ab uno,qui notariũ rogauerat,ut de filij ſui iniquitate inſtrumentũ conficeret:reſpondit,per tale inſtrumentũ filij iniquitatem nõ probari,niſi Iudicis authoritas acceſſerit. Quod dictũ procedere non poteſt,quoad plenam probationem,indicium uerò & præſumptio ex tali inſtrumẽto adeò induceret,quòd in probationis ſupplementũ deferri poſſet iuramentũ,ſecundum Bal.in rub.C.de fid.inſtr.colu. 2.uer.ſed dubitatur,ubi ex hoc infert ad milites ſtipendiarios,habentes inſtrumẽta de morte equi in bello, ut uidere licet apud ipſum.

SVMMARIVM.

Præteritione filii iam nati uel naſcituri teſtamentũ patris dicitur nullum à principio.Limit.ut ſeq.

LIX.

PRæteritione filij iam nati, uel naſcituri, teſtamentum patris iuris ciuilis diſpoſitione dicitur eſſe nullum à principio, licet filius nullum eſſe non dicat, ut receptior eſt Doct.ſententia in l.1. ff. de iniuſto rupt.& irri.fact.teſt. Inſtit. de exhæred. libe. in princip.idque tenuit Deci.in l.poſthum. colum.6.C. de bon.poſſ.contra tab.ſi tamen in teſtamento adiecta fuerit codicillaris clau.quæ communiter apponi ſolet, uidelicet: & ſi iure teſtamenti non ualet aut ualebit, ualeat iure codicillorum &c.tunc teſtamentum iure fideicommiſsi ſuſtinebitur, & filius ſcriptis hæredibus hæreditatem reſtituere grauatus cenſebitur, ut tradit Barto.in l.1.q.5.ff.de iu.cod.& plenius Alex. in conſi. 32.in cauſa mota.col.2.uol.1.ubi tenet hanc eſſe communem, idemque atteſtatur Deci.in d.l. poſth.colu.6. circa princip.

SVMMARIA.

1 *Poſthumus propriè dicitur, qui poſt patris humum & mortem naſcitur.*

2 *Pupillo & minori currit tempus iudiciale, utpotè inſtantiæ,appellationis, &c. & competit ipſis ad id quod intereſt actio aduerſus tutor.uel curat. qui ſi ſoluendo non ſint,datur reſtit.integr.*

LX.

1 POſthumus is propriè dicitur, qui poſt patris humum, & mortem naſcitur.l.3.§.1.& ibi glo. & Bar.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſt.Alex.in rub. ff de poſthu.hæred.inſtit.& in conſi.183. incip. circa primã dubitationem,col.7.lib.3.& Iaſ.in l.Gallus,in princip. col.12.de lib. & poſth. ubi atteſtatur hanc eſſe cõmunẽ opinionem,quod etiam affirmat Dec.in l. poſthum. in principio.C.de bon.poſſe.contra tab.& ex Bar.ſententia.idem Iaſ.in d.l.Gallus,in principio,tenet. quod appellatione poſthumi inſtituti,ille propriè ueniat,q poſt mortem patris in lucem prodijt:per tex.in d.l.nomen filiarũ.de uerb.ſign.quæ iura id expreſſe probare uidẽtur,quamuis Deci.in d.l.poſthumo.in princ.C.de bonorum poſſ.contra tab.dicat tex.in d.l.nomen filiarum nihil facere.

2 Quamuis pupillo, uel minori tutoris, aut curatoris culpa currat tempus inſtantiæ, aduerſus tamen ipſos tutorem & curatorem,ad id quod ipſius pupilli,uel minoris intereſt,competit actio. Quod ſi tutor & curator,ſoluendo non fuerint tunc pupillo,& minori,contra lapſum inſtantiæ, datur in integrum reſtitutio, ut tenuit Caſſad.deciſ.5.de appel.& Claro probat tex.in l.properandum.§.illo.uer.hæc autẽ omnino.C.de iud.ubi Pau. Caſt.& alij communiter hoc tradiderunt. Hincq; annotandum eſſe uoluerunt,quòd tempus iudiciale, ut puta, inſtantiæ cauſæ principalis,& appellationis, ac tempus ad appellan. à iure conceſſum currat ipſo iure, contra text.in l.fi.C.de tempo.in integ. reſti. qui locum habet in alijs temporibus.

SVMMARIVM.

Seruitus conſtituta præſumitur, ſi pro ea coniecturam quis induxerit, uidelicet quòd ſciente & nõ contradicente domino uſus ſit ſeruitute.per x.annos inter præſentes,uel xx.inter abſentes.

LXI.

SI quis alleget ſe habere ſeruitutem uel cauſam perpetuam, ueluti aquæ ductum,uel quaſi perpetuam, uti ſtillicidium,habentem ex titulo conſtitutam,licet hoc per teſtes aut inſtrumentũ probare non poſsit, ſi tamen pro ſuæ intentionis adminiculo coniecturam induxerit,uidelicet quòd ſciente & non contradicente dño uſus ſit ſeruitute huiuſmodi,per decem annos inter præſentes,uel uiginti inter abſentes, tũc ex cã allegata, & quæ præceſsiſſe prætenditur,ſeruitus cõſtituta præſumitur,ut docet gl.ordi.in l.ſeruitutis.uerbo cõſtitutam, in fi.ff.de ſeruit.tit.generali,à qua gl.non eſſe in iudicando recedendum ſentit Imo.in l.1.in fi.ff.de aqua plu. arcen.iua.not.per Iacob. Butr.in l.1.C.qui pro ſua iuriſd. ubi reſpõdet in cõtrariũ allegatis in l.ſi certis annis. C. de pactis.hancque gl.opinionem communem eſſe dicit Pau.Caſtr.in d.l.ſeruitutes.ex utriuſque iuris doctorũ.

ſententia,

ſententia,quod & Alex.affirmauit in conſ.79.circa primum dubium.col.3.circa princ.uol.5.

SVMMARIA.

1 *Sententia lata poſt peremptam inſtãtiã dicitur nulla.*
2 *Sententia poſt peremptam inſtantiam lata, cenſetur à non ſuo iudice lata.*

LXII.

1 SENTENTIA poſt peremptam inſtãntiam lata, dicitur eſſe nulla,ut Docto.communiter tradiderũt in l.properandum.C.de iud. & in c. de cauſis. de offic.deleg.Ioan.And.in additione ad Spe.in tit.de iud. deleg.§.reſti.uerſi.quid ſi ſtatuto.& Bal.in l. obſeruare. §.proficiſci.ff.de offic.procon.& leg.& in c.ex ratione, de appell.cuius rei illa eſt ratio,quia lapſa inſtantia perinde firma remanet prima ſententia, ac ſi nũquam appellatum fuiſſet.l.2.in fi.§.illud.C.de temp.appella.l. ſi
2 contra.C.de appel.& cle.pen.ſicque huiuſmodi ſententia lata cenſeretur à non ſuo iudice.c.1c ſi clerici.de iud. & toto titulo.C.ſi à non compe.iud.fu.

SVMMARIVM.

Matrimonio durante,actio de dote nata non dicitur.

LXIII.

MVLIER, conſtante matrimonio, conditionalis eſt creditrix mariti, ratione dotis, matrimonio enim durante, actio de dote nata non dicitur.l.1.C.de repu.l.cum notiſsimi.§.illud.C.de pręſcr.30.an.& i l.in rebus.§.omnes.C.de iur.dot. & tenẽt Doct.in l.ſi cõſtante.§.1.ſol.matr.hancque opinionem communem eſſe tradit Alex.in conſ.106.uiſis lib.5.

SVMMARIA.

1 *Iudex ſententiam quam pronunciauit per uerbum condemno uel abſoluo,non poteſt amplius corrigere neque emendare.*
2 *Sententia recitata, Iudex deſinit eſſe Iudex, præterquam in acceſſoriis.Limit.ut ſeq.nu.3.*
4 *Ad perfectionem ſententiæ ſufficiunt illa uerba Condemno uel Abſoluo.*

LXIIII.

IVDEX poſtquam in cauſa pronunciauit,& ſententiã pro perfecta habuit,ut pote quia per uerbum condemno,uel abſoluo,aut ęquipollens pronunciauit; quo caſu dicitur habuiſſe ſententiã pro perfecta,ut not. gl.& ibi Bar.in l.actorum,& in l.poſtquam Iudex.de re iu.in l.mortis.§.iſte ferè.ff.de pœnis,& in l.1. in princi
1 pio,col.4.ad turpil.illam amplius corrigere,neq; emẽ-
2 dare poteſt,quia ſtatim ſententia recitata definit eſſe Iudex,præterquã in acceſſorijs. ex doc. Gulie. de Cu. in l. quia arbi.ff.de arb.Secus ſi pro perfecta eam nondũ ha-
3 buit.arg.tex.in l.cõtractua.C.de fid.inſtr.& not.per gl. in d.l.actorũ:ubi Pau.Caſtr.& in d.l.Iudex poſtquã,ubi etiam Bar.de re iu.Nec ad ſolam ſententię perfectionẽ ſolùm illa uerba,uidelicet,lata,data, &c. ſufficiunt, ſed
4 dicta uerba condẽno,uel abſoluo requiruntur,ſecundũ gl.quã Alex.in conſ.118.omnis,col.2.nu.12.lib.3. allegat,& dicit eſſe communiter approbatã,in c.fi.in uerſi. illuſerunt,de re.iu.in 6.quæ tamen eſt in uerſ.ſententia.

SVMMARIVM.

Si actus per uniuerſitatem gerendus eſt grauis ponderis ut ad ipſam obligandam,aut alteri ſubmittendam, &c.tunc ſingulorum de uniuerſitate ſpecificanda ſunt nomina in ſindicatus inſtrumento.

LXV.

QVOTIES actus per uniuerſitatem gerẽdus grauis eſt ponderis, & ad diminutionem patrimonij ipſius uniuerſitatis, ueluti rerum, & bonorum, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,uel ad ipſam uniuerſitatem obligandã,aut alteri ſubmittendam, tendit,tunc ſingulorũ de uniuerſitate ſpecificanda ſunt nomina in ſindicatus inſtrumento,iuxta tex.in l.fi.C.de uend.re.ciui.lib.11.& not.Bal.in l.3. in princ.ff. de re co.& in l.ciuitas,in fi.ff.ſi cer.peta. Idque a Doct. communiter teneri atteſtatur Alex.in conſ.1.col.2.lib.4.

SVMMARIA.

1 *Mandatario non intelligitur datum mãdatum,ut mandans ex facto uel delicto eius in pœnam incidat,niſi expreſsè hoc dictum fuerit.*
2 *Vniuerſitas non obligatur,ex facto officialis ſui delinquentis.*
3 *Dominus non obligatur,ex delicto ſeruorum.*

LXVI.

IN generali mandato nõ intelligitur data facultas
1 mandatario,ut ex facto uel delicto ſuo incidere faciat mandantem in pœnam,niſi expreſsè dictũ fuerit,ut probatur in l.ſi procurator.§.Celſus.ff.de conditio.indebi.in l.3.§.ſi procurator. & ibi gl. ff. quod quiſque iur.& in l.pater.ff.de ijs,quæ in fraud.credit. Quod & Bar.ac alij communiter tradiderũt,in l.iubemus nullam.C.de ſacroſanct.eccl.per ea quæ not.in reg.delictũ perſonæ,de reg.iur.in 6.& in ca.1. de dolo & contu. & per Bal.in l.meminerit, in fi. C. unde ui.Idque tenuit &c Alex.in conſ.105.Magnifice Domine Pręior.col.fi.lib.
2 3.ubi loquitur de officiali uniuerſitatis delinquente, cuius factum,aut delictum uniuerſitatem ipſam non obli. & Iaſ.in l.frater à fratre, colu. mihi 16. poſt gl.ibi. ff.de
3 cond.indeb.ubi quod dominus nõ obligatur ex delicto ſeruorum,& remiſsiuè de famulo,& an poteſtas teneatur de delicto familiæ ſuæ,tibi tradidit.

SVMMARIVM.

Eccleſiæ res poſſunt etiam ultra filios & nepotes in Emphyteuſim concedi.

LXVII.

QVAMVIS res eccleſiæ in emphyteuſim ultra filios & nepotes concedi non poſsint, ſecundum text.in §.Emphyteuſim,in auth. de non alie.reb.eccle. contrarium tamen communiter tenent doct.per tex.in §.licentiam damus, in auth. de alie. & emphy.& not.per gl.in emphyteuſis, & §.alienationis, eo.tit.gl.& doct.in auth.ſi quas ruinas, & in auth. propterea.C.de ſacr.ſanc.eccle.ubi etiam Bal. Idq; teſtatur & Alex.in conſ.110.Circa primum dubium.col.5.li.3. ubi allegat plura loca,in quibus idẽ concluditur,ad quę recurrere poteris data factu contingentia.

Sum-

SVMMARIA.

1 *Laici ſuper iure diuino ſtatuta condere non poſſint.*
2 *In obſeruatione iuramenti recurrendum eſt ad forum eccleſiaſticum.*
3 *Licet ſtatutum infringat contractum & iuramentum fauore iurantis, tamen tenetur iurans obſeruare iuramentum.*

LXVIII.

1 LAici ſuper iure diuino ſtatuta condere non poſſunt, ut probatur in l. non dubium. C. de leg. & in ca. quamuis, de pactis. in 6. unde ſequitur, quod nec ſuper iuramento cum ſit de iure diuino. cap. & ſi Chriſtus ibi reddite iuramenta ueſtra Deo. de iure iurand. & tradit Bartol. in l. omnes populi. 3. q. princ. hineque dixit Imo. in cap. cum contingat. eo. tit. de iureiuran. quod ſi ſtatutũ redderet contractum, ac iu-
2 ramentum inualidum, tunc recurrendum eſſet ad forum eccleſiaſticum pro iuramenti obſeruatione, & ut iurans illud obſeruare cogeretur. Dixit etiam Abb. in d. c.
3 cum cõtingat, quod licet ſtatutum infringat contractũ, ac iuramentum fauore iurantis, tenetur tamen iurans obſeruare iuramentum. Et Bar. opinionem ſequuntur Ioan. ab Imo. & Anch. in d. c. quamuis, de pact. in 6. & hanc magis communem eſſe dixit Alexa. in conſi. 38. in fo. col. 3. lib. 4.

SVMMARIVM.

Notarii uerba hoc tantum probant, de quo ipſe à partibus eſt rogatus.

LXIX.

SI Notarius aliquid in ſua ſcriptura atteſtatur, quod eius rogitum, uel aliquem iudicis actum non concernat, talis atteſtatio non probat, nec illi prodeſt, qui huiuſmodi atteſtationi innititur. Verba enim notarij id tantum probant, de quo ipſe à partibus fuit rogatus, uel quod factum ſit à Iudice, ſi de tali facto uel actu atteſtatur. Idque Innoc. & alij communiter tradiderunt in c. quoniam contra de prob. & ſentẽt. Ioan. An. in add. ad Spe. in tit. de teſti. §. ſequitur. & Bar. in ca. fraternitatis. col. pe. de teſt. ubi dicit, quod licet notarius dicat ſic, uidelicet, talis teſtis iuratus &c. ex hoc tamen non probatur iuramenti præſtatio.

SVMMARIA.

1 *Mãdatum executiuum nulla præcedente ſententia, uel parte non citata, nullum eſt.*
2 *Verba iudicis dicentis: Viſa citatione &c. non probant citationem præceſſiſſe.*

LXX.

1 MAndatum executiuum nulla præcedente ſententia condemnatoria, uel parte non citata, decretum nullum eſſe dicitur, l. 1. ubi not. C. de exec. rei iud. & l. ſi cum nulla. ff. eod. tit. Nec uer-
2 ba Iudicis dicẽtis in ſequentibus uiſa citatione &c. probant citationem præceſſiſſe, præſertim ſi lata fuit parte abſente, ut Bar. & alij uoluere in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. Inno. in c. quoniam contra de proba. Barto. & alij in l. 1. ff. quam appel. ſit. & in l. 1. C. de rela. pleniusq; hæc in re ſcribit Ale. in cõſ. 41. uiſo proce. in principio uolumine 4. ubi dicit hanc opinionem eſſe magis communem.

SVMMARIVM.

Pœna alicui facto adiecta ab eo qui fœnerari non ſit ſolitus, uel ex alia quàm mutui cauſa, tũc debetur, nec in fraudem uſurarum adiecta præſumitur.

LXXI.

VBicvnqve alicui facto adijcitur pœna quæ in aliquem euentum uni ex partibus ueniat applicanda, ſi adiecta fuerit ab eo, qui fœnerari non ſit ſolitus, uel ex alia quam mutui cauſa, tunc debetur, nec in fraudem uſurarum adiecta præſumitur, ut tenet gloſ. in l. ſed & ſi quis. §. ſi. & ibi Bar. & Ang. ff. ſi quis cau. & in l. uſurum. §. ſi. de pet. hær. in l. pœnam. ff. de uſu. gloſ. in c. illo uos. de pigno. Bal. poſt Pet. & Cyn. in l. cum allegas, C. eo. tit. de uſur. Inno. in c. cuã. de pœn. Archi. in c. cum deuotiſſimam. 12. q. 2. & probatur in pluribus alijs locis ex quibus conſtare poteſt hãc opinionem eſſe magis communem, à qua in conſulẽdo & iudicando nunquam eſt recedendum, ut recte monuit Bar. & alij in l. fin. C. de pœn. iud. qui mal. iud. & Canoniſtæ in c. 1. & in c. trinitatis, de cõſti. Bal. in c. 1. §. Iudices, de pact. iur. ſir. & in l. 2. uerſ. & ſanè creditores, de offic. quæſt.

SVMMARIVM.

Fructus ante litis conteſtationem percepti, neceſſariò ſunt in libello & ſententia exprimendi.

LXXII.

FRvctvs, ante litis conteſtationem percepti neceſſario non ſunt exprimendi in libello, & in ſententia. ut tenet Inno. in cap. ſanta. de excel. præl. in cap. cum ad ſedem. de reſt. ſpol. & in cap. inter dilectos. de dona. Rot. deci. 220. fuit dubitatum, in no. Barto. autem contrarium tenuit in l. ex diuerſo. §. ubi autem. ff. de rei uen. per tex. in l. ædiles. §. 1. item ſciendũ ff. de ædil. edict. Cuius opinionem tanquam communem ſecutus eſt Ale. in conſi. 232. in cauſa colum. fin. uolum. 2.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ad extraneos hæredes non tranſit.*
2 *Emphyteuſis eccleſiaſtica nõ trãſit ad filium legitimatum, exiſtentibus legitimis.*
3 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ſi alicui pro ſe & quibuſcũq; hæredibus conceſſa fuerit, tunc etiã ad extraneos hæredes tranſit.*

LXXIII.

COrrectio. §. emphyteuſis. in authent. de non alie. aut permu. rebus eccleſia. inducta eſt per §. licentiam. in authen. de alien. & emphy. quo ad tempus duntaxat, non autem quo ad ſucceſſorum qualitates ut tenuit Bald. in l. etiam. ff. ſolut. matri-
1 mo. in l. de ſuis & legi. ubi dixit, emphyteuſim eccleſiaſticã ad alios quam liberos & hæredes copulatiuè nõ tranſire. allegat gl. quam ualde notandã dicit in d. l. et, quã tamen non reperi. puto uoluiſſe allegare gloſſam in l. præcedẽti, in uer. eaq; ibi & in eccle. emphyteuſi, quæ allega. tex. in d. §. emphyteuſim in authen. de non alie. Ad extraneos autem hæredes eam non tranſire tenuit Spec. in tit. de loc. §. nunc aliqua, uerſi. 125. Bar. Bald. & Ang. in l. Gallus. §. etiam ſi à parente. ff. de lib. & poſt. & in l. in conuentionibus de uerb. obli. Hancq; receptiorẽ eſſe ſententiam conſuluit Alex. in conſi. 531. uiſis Themate & inſtrumento. colu. 3. in fin. & in conſi. 9 uol. 2.
2 Cald. in conſi. 6. titu. de loc. cõt. 3. Non tranſit etiam huiuſmodi emphyteuſis ad filium legitimatum tantum, ſi naturalis, & legitimus extet, ut Alex. in conſi. 60. nu. 4.
3 uol. 2. & Ioan. de Imo. conſi. 57. dixere, ſed ſi alicui perpetuo conceſſa fuerit pro ſe quibuſcunque hæredibus, tunc eam ad hæredes extraneos trãſire tenuit Gozad.

in conſi. 39.& Alex.d.conſi.9.uolu.2.ea ſui autem natura tranſit ad deſcendentes,ut glo.Bart.& alij uoluere in d.l.etiam ſol.ma.Io. An.& in alijs in c. in præſentia,de prob.Alex.in conſi.38.col.fi. uol. 2.

SVMMARIVM.

Donatio inter uirum & uxorē iuramēto cōfirmatur.

LXXIIII.

DONATIO inter uirum & uxorem iuramento confirmatur, ut But. Cardina. & Imo.tradidere in c. cum contingat de iureiu.r Fede. Senen. conſi.140.per id quod probatur in authen. ſacramenta puberum,C.ſi aduer.uendi. & hanc opinionem atteſtatur eſſe commu.Alexand.in conſi.150.niſi,colum.2.in uol. 2.

SVMMARIVM.

Appellatione coniunctorum,ueniunt tranſuerſales ad quartum uſque gradum ad effectum agendi tantū.

LXXV.

AD effectum agendi tantum, appellatione coniunctorum ueniunt tranſuerſales ad quartum uſque gradum:ut tradunt.Guid. de Suza.Cyn. Sali.& Bald.in l.exigendi.C.de Procur. Bald. & Ang. in l.non ſolum.§.ſed & hæc.ff.de procura. Idque ab omnibus approbari dixit. Alexan.in conſi.146.uideretur. col.3. uolumine ſecundo.

SVMMARIVM.

Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ facta tempore confeſsionis, non ualet.

LXXVI.

RENVNCIATIO non numeratæ pecuniæ, facta tempore confeſsionis, non ualet: quemadmodum enim quis pecuniam inueniendi cauſa facilis eſt in confitendo, ſic facilis eſſe cenſetur in renunciando,ut Iac.ab Arena.Cyn.Bar.Bal.Ang.& Sali. tradiderunt in l.ſi.ex cautione.C.de non num.pecunia, ubi atteſtantur hanc opinionem eſſe communem.

SVMMARIA.

1 *Prælatus uel rector Eccleſiæ abſque conſenſu capituli ſuperioris authoritate,ſuper rebus eccleſiæ, maxime uero illis quæ abſq; conſenſu et authoritate prædicta alienari non poſſunt,cōpromittere non poteſt.*

2 *Clericus ſuper rebus propriis & fructibus perceptis non autem percipiendis,uel iuribus eccleſiæ,compromittere poteſt,abſque authoritate ſuperioris.*

LXXVII.

RECTOR,uel prælatus eccleſiæ abſq; capituli conſenſu, ac ſuperioris authoritate, de iure non pōt compromittere ſuper rebus eccleſiæ,præſertim illis,quę citra capituli conſenſum,et tractatū, ac ſuperioris authoritatem alienari non poſſunt, et licet aliqui tenuerint contrarium, hæc tamen communis eſt ſententia, ut tenuit Hoſt.in c.peruenit,et in c.cum tempore de arb.et clarius in ſumma, §. de qua re uer. quid de clerico.eo.tit.But.et Imo. in d. c. cum tempore.ubi
2 concluſūt,quod quanuis clericus compromittere poſſit, ſuper rebus proprijs, et ſuper fructib. eccleſiæ iam perceptis, tamen ſemper fructibus futuris, ac iuribus eccleſię non poteſt ſine ſuperioris authoritate. Quod etiam tenuit ſpec.in tit.de arb.§ reſtat.uerſ.ſed nunquid, et §.fuit, uerſi.ſed nunquid prælatus, in fine. Fed. Sen. in conſi.8.et Soci.conſi.18.incip.pro ſequen.ordinem, col.4.in fi.ubi atteſtatur hanc eſſe communem.

SVMMARIVM.

Sententia ex falſis probationibus contra abſentē lata, eſt ipſo iure nulla.

LXXVIII.

SENTENTIA contra maiorem abſentem, contumacem, per dolum, et falſas probationes producentem lata, eſt nulla, præſertim ſi iudex ſecutus fuerit probationes huiuſmodi ut probatur in l. ſi prætor,§. Marcellus et ibi gloſſ. Bartol.et alij de iud. Abb. in cap. cum uenerabilis, de except. et plenius in cap.licet cauſam de proba.probatur etiam in l.qui agnitis eo.tit.de excep.faciunt l. 1.2.et 3. C.ſi ex falſ.inſtru. et quod notatur in l.querela.C.de falſ.Ioan.And.in d.c. & licet cām.hancq; opinionem ſecutus eſt Soc.in conſ. 18.col.8.in 1.parte.

SVMMARIVM.

Matrimonium ex ſola annuli delatione,itemq; aliis caſibus his poſitis,non probatur.

LXXIX.

ET ſi Doctorum fuerit controuerſia in cap. illud, de præſumptione.et in cap.per tuas,de prob.an ex ſola annuli delatione, præſertim in locis, in quibus hoc ſignum à mulieribus ſolet paſsim circumferri, probetur matrimonium præſumptiuè, et ſimiliter an ex ſola fama uel cum mutuis tractatibus pro uiro et uxore,aut ex ſola dotis, et donationis propter nuptias nominatione in inſtrumento facta ſeu ex ſola cohabitatione matrimonium probetur eſſe cōtractum: receptior tamen doc.eſt opinio matrimonium non probari. ut tradit Soci. in conſi. 39. uiſis et inſpectis col. 2. in 2. parte.

SVMMARIVM.

Falſum committens in aliquo actu qui deficiat in forma uel ſubſtantialibus,non punitur.

LXXX.

SI quis falſum commiſerit in aliqua ſcriptura, uel teſtium depoſitionibus, aut alio actu, qui deficiat in forma, uel in ſubſtantialibus, ea falſitate huiuſmodi tanquam non præiudiciali neque nociua, puniri non poterit: ut ſentit Bart. in l. ſi quis legatum.ff.ad l.Cor. de fal.cuius opinionem cæteri communiter approbant, et ab ea non diſſentit Soci.in conſil.104.poſt reditum.colum.3.in prima parte,licet contrarium tenuerit Salic.in l.1. C.de ſepul.uiola. ubi not. quod ſi quis in libro ſuo falſo reſcripſerit aliquem ſuum eſſe debitorem, uel ſi notarius in ſui fauorem falſum inſtrumentum confecerit,quod non ualeat:ut probatur in l.filij.§.1.de falſis.tales puniuntur pœna falſi:quantum enim in eis fuit, ualidius falſum committere non potuerunt.

SVMMARIVM.

Acta cauſæ falſificans uel corrumpens,cauſam ipſam amittit qualiſcunque cauſa uel perſona fuerit.

LXXXI.

LICET falſificans inſtrumenta, uel teſtes, cauſam non perdat, ut tenuit Bartolus in l. in fraudem, §.quoties.et ibi gloſſ.uerbo cadat. ff. de iur.fiſci: ſi tamen acta cauſæ falſificauerit, uel corruperit cauſam ipſam amittet qualiſcunque cauſa uel perſona fuerit,ut idem Bartol.dicit in d.l.in fraudem, quod et Ancha.placuit in conſi.388.in caſu præmiſſo, col.pe.uerſi.Itē non obſtat prædictis.et Boe.in q.291.parte. 2.ubi atteſtatur hanc opinionem eſſe communem, quamuis Cardi.contrarium tenuerit, quoad inſtrumenta,in c.olim,de reſcript.

SVM-

SVMMARIVM.

Procurator poteſtatem habēs recipiēdi ſolutiones a debitoribus, cum clauſula, quod circa id liberam habeat adminiſtrationē, terminū ſolutionis prorogare poteſt. Limit. ut ſeq.

LXXXII.

PRocvratorem, tutorem, curatorem, & huiuſmodi perſonas, ſi eis conceſſa & data ſit poteſtas ſolutiones à debitore recipiendi cum clauſula, quod in prædictis, & circa habeat liberam adminiſtrationem: terminum & dilationem ipſi debitori prorogare poſſe, uoluit Bartol. in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de uerbo. oblig. & eum communiter in hoc doct. ſequi ſcribit Alexand. in l. pactum curatoris. C. de pact. tu. tamen aduerte quia Bar. & ibi tres caſus ponit. Primus eſt, cum quis conſtituit procuratorem in aliqua cauſa illi ſpecificata & expreſſa, uidelicet cōſtituo N. Procuratorem meum in tali cauſa quam habeo, uel habere intendo cum ſiue contra N. concedens liberam & generalem in prædictis adminiſtrationem & tūc illud, quod importat liberæ & generalis adminiſtrationis cōceſsio, quo ad omnia iuxta l. ꝓcuratorē cui libera. ff. de proc. illud idem importat adiecta ad certā ſpeciem uel cām. l. ſi duo. ff. de adminiſt. tut. c. qui ad agēdum. eo. ti. in 6. Secūdus quando conſtituitur procurator ad agēdū & defendendum, libellum dandum, litem cōteſtandum &c. cum clauſula dans in prædictis liberam adminiſtrationem, tunc tali procuratori non eſt conceſſa libera adminiſtratio cauſæ, ſed ſolū inſtantiæ, ut ipſa uerba ſonāt, & tunc nō poteſt tranſigere, & conſequenter dilationē ad ſoluendum prorogare, ſed ſolum ſuper inſtantia conuenire & paciſci poterit. Tertius caſus eſt, quādo conſtituitur in cauſa, quam conſtituens habet, uel habiturus eſt cū N. cauſa aliter nō expreſſa, & iſto caſu uerbū cauſa impropriatur, & de neceſsitate refertur ad inſtātiā, quæ eſt de futuro, & non ad ius quod eſt de præſenti: & merito ſuper cauſa paciſci, nec aliter conuenire, nec dilationem prorogare poterit. ex qua caſuum poſitione cōſtat Alex. in d. l. pactum. C. de pact. minus indiſtincte loquutum fuiſſe, & de diſt. Bar. non eo tunc meminiſſe.

SVMMARIA.

1 *Pactum de ſuccedendo iure improbatur.*

2 *Si quis alicui promittat bona ſua præſentia, poſt mortē accipienda, talis promiſsio tenet.*

3 *Facta generali uel etiam ſpeciali diſpoſitione, donatione uel uenditione bonorum de præſentibus tantū, nō etiam futuris, intelligi debet.*

4 *In Hypotheca bonorum generali expreſſa uel etiam tacita ueniunt tam futura quam præſentia bona.*

LXXXIII.

1 PActvm, de & ſuper hæreditate uiuentis inter aliquos initum, iure improbatur, tanquam contra bonos mores, & uotum captandæ mortis inducens l. fin. C. de pact. & extra de conceſ. præb. cum ſimil. & ibi Docto. in l. pactum quod dotali. C. de pact. & in l. pactum. C. de collā. habetur, quod nemo ex pacto uel ex ſtipulatione hæreditatem ſuam in alium transferre poteſt. l. cum donationis. C. de tranſactio. ibi nec ad implendū promiſſum hæreditatis propria pollicitatione quiſquam aſtringitur, & d. l. pactū quod do-
2 tali. ſi tamē aliquis bona ſua alteri poſt mortem ſuā promittat, hoc eſt in tempus mortis ipſius promittētis, conferat: promiſsio iſta iure non prohibetur, cum eo caſu, promiſsio ad uniuerſam hæreditatem non trahatur, ſed ad bona tantum quæ poſsidebat, & habebat promiſsionis tempore. l. ſi ita legatum eſt. ff. de auro & argento lega. l. fin. §. qui in diuiſam. ff. de lega. 2. & hanc concluſionem tanquam magis communem ſequitur Alex. in d. l. fin. col. 1. in fin. C. de pac. cuius rei diuerſitatis ratio eſt, licet Alex. non aſsignat, quia 1. caſu promiſsio, & pactū liberam teſtandi facultatē auferr, contra tex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. eo. de uerb. obl. & in præal. l. pactum. C. de collatio. cum hæreditas ius totum, & uniuerſum paciſcētis cōplectatur. l. hæreditatis appellatione & l. pecuniæ. §. hæreditas. ff. de uer. ſig. quod ſecus eſt ſecūdo caſu cū appellatione bonorū ſiue in diſpoſitio-
3 ne generali, & ſimpliciter facta, ſiue etiā particulari, nō relata ad futura in huiuſmodi liberali promiſsione, donatione, nec non uenditione, & legato, non ueniāt futura, ſed præſentia tantū. d. l. ſi legatum. ff. de aur. & argen.
4 lega. l. Plautius. eo. ti. quod non contingit in generali expreſſa, ſiue etiam tacita bonorum hypotheca. in qua ueniunt futura illis etiā nō expreſsis. l. ſocietatem uniuerſarū fortunarum. ff. pro ſocio. l. ſi. C. quæ res pigno. obl. poſſunt. & ratio differentiæ eſt, quia primis caſibus ſi uenirent etiam futura, uendens, donans, uel legans nimiū damnum ſuſtineret præter eius cōſenſum, alio quidē caſu minimè, quia propterea quod in ſimplici & indeterminata bonorum hypotheca, ueniāt etiam futura, non magis obligatur, nec ad plus debitor conſtituitur, licet plenius creditoribus cōſulatur, & caueatur, ad gl. in d. l. 1. C. quæ res pig. obli. poſſ. & ſic iſtis caſibus ſupereſt, de quo promittens & donans in terminis de quibus loquimur, poteſt teſtari d. l. ſtipulatio, hoc modo concepta. ff. de uer. obli. cum ſimil.

SVMMARIVM.

Tranſactio propter teſtamentum de nouo repertum, retractari poteſt.

LXXXIIII.

TRansactionem prætextu teſtamenti de nouo reperti retractari poſſe tradit gloſſ. in l. ſub prætex. C. de tranſact. la prima. cum concor. ibi alleg. & probat tex. in l. fin. C. de reb. cred. ubi, quod ſi legatarius iureiu. ſibi delato iurauerit legatum in teſtamento ſibi relictum fuiſſe, ſi teſtamento poſtmodum reperto, id non relictum apparuerit, ab eo condicitur & repetitur legatum iuramento non obſtante, & licet aliqui contrarium tenuerint in ſententia, ut illa prætextu teſtamenti, uel inſtrumenti alterius de nouo reperti, non retractatur, per gl. quæ hoc expreſsè firmat in l. 3. §. itē ſi ipſe in uerbo euicerit. ff. ſi cui pluſquā, per l. falc. & ibi Ang. Imo. & Fulgo. in d. l. ſub prætextu. ſpe. tamen in tit. de ſent. exec. in §. poſtremo, uer. item illud. Bal. & Cy. in l. 1. C. de con. indebi. cōtrarium tenent, cum quorum opinione tanquam communi concurrit Alex. in d. l. ſub prætextu, col. 2. nu. 6.

SVMMARIVM.

Infamis poteſt conſtitui procurator ad cauſſas, de iure ciuili. Limit. ut ſeq. De iure Canonico antē non pōt.

LXXXV.

PRocvratorem ad cauſas infamem conſtitui poſſe ciuilis iuris cenſura non prohibet. not. Doct. in l. 2. C. de digni. lib. 12. & eſt text. in §. ſi iuſti: de excep. limitatur tamen hæc concluſio, ut per Bald. in l. Caſsius. ff. de ſenato. & in l. milites. §. militia miſſus. ff. de excuſatio. tuto. iure autem pontificio hoc prohiberi probat gl. in c. cum deputati. extra de iud. & in c. Imperatorum, de iuramen. calum. & firmat Spe. tit. de procu. §. 1. uer. item quod eſt infamis. Sequitur tanquā commune dictū Alex. Imo. in l. reum criminis. C. de procura.

SVMMARIVM.

Sententia propter deprehenſum errorem non eſt nulla, niſi error in ea expreſſus ſit.

LXXXVI.

VOLVARVNT Iaco. de Ra. Pe. & Cy. in l. ex diuerſo §. fin. ff. ſol. ma. quod ſiue ſit expreſſus error in ſententia, ſiue deprehendatur ex actis, utroque caſu ſententia iudicis ſit nulla. mouentur hac ratione, quod ſententia ſemper ad acta referatur, & ſic ſi error ſit in actis, pariter & in ſententia expreſſus cenſeatur, allegant tex. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpol. & in l. 2. C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate profe. gloſſ. & Doc. in l. ſi quis ibi per eos exhibendum. ff. de exceptio. re. iudic. & alia de quibus ibi per eos. & inter cætera referunt Rotam hanc opi. ſequi. deciſ. 405. & dicunt incipere, dubitatur utrum auditor, quam tamen in libro meo etiam diligẽter ſingulis ſic, ut aiunt, incipiẽtibus uiſis non inueni, reperio tamen gloſſam in l. primã C. de error. calcu. quæ ſecundum unum intellectum firmat contrarium, ſcilicet, quod niſi error ſit in ſentẽtia expreſſus ualeat. quam ſequuntur Ang & Sali. Alex. uerò ab Imol. ſequitur diſtinctionem Barto. ibi dicentis, aut in ſententia eſt expreſſus error, & tunc ſententia eſt ipſo iure nulla. l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſ. l. 1. ff. quæ ſenten. ſine appellatione reſcin. aut non eſt expreſſus error in ſententia, ſed apparet ex actis, & tunc ſubdiſtinguit: aut ſentẽtia eſt lata per relationem ad illa acta, in quibus eſt error, & uidetur expreſſus in ſententia, d. l. 2. C. de ſenten. quæ ſine certa quant. profe. & l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. aut eſt lata ſimpliciter. & eo caſu dicit aduertendum. quia quædam ſunt acta, ad quæ ſententia neceſſario refertur, ut libellus. l. ut fundus. ff. communi diui. ſimiliter ſentẽtia lata in cauſa appellationis, quæ de neceſſitate ad primam ſententiam refertur, quã Iudex approbat, uel improbat. l. eos, C. de appellat. & tali caſu ſi in libello, uel in prima ſnia eſt expreſſus error, ſententia ſecũda ſimpliciter lata uideretur erronea, & errorem contineret, & merito eſſet nulla. d. l. 1. ff. quæ ſententiæ ſine appel. reſcin. & iſto caſu poſſet eſſe uera opinio Iacobi de Ra. Si uero error apparet in alijs actis tunc non redditur ſententia nulla, & ſic intelligitur opinio gl. in d. l. 1. C. de error. cal. & in d. l. C. quę ſen. ſine ap. reſc. & l. prę ſes. ff. de re iud. Opinionẽ tamẽ illam, quod niſi ſit expreſſus error in ſentẽtia, approbat idem Alex. in d. l. 1. C. de erro. cal. pro qua allegat te. in d. l. ex diuerſo. §. fin. ff. ſol. ma. & l. poſthu. §. ſi quis ex ijs. ff. de inoffi. teſt. & l. ſi expreſsim à contrario. ff. de appel. Bart. & Ang. in d. l. 1. in prin. ff. quæ ſentẽ. ſi appel. reſcin. Bar. & Imo. in d. l. ex diuerſo. & But. in ca. ab excommunicato, de ſententia excõmunicatio. in 6. & quæ ipſe Alex. latè dixit in l. cum prolatis. ff. de ſent. & re iu. ex quibus omnibus uidetur communior.

SVMMARIVM.

Procurator ad cauſas & lites non poteſt ſubſtituere ante litis conteſtationem. Limit. ut ſeq.

LXXXVII.

PROCVRATOR ad lites, & cauſas conſtitutus, ante litis conteſtationem ſubſtituere non poteſt l. quod quis. C. de procura. capit. 1. §. 1. eod. titul. in 6. limitatur tamen iſta concluſio per Alexand. in d. l. quod quis quadrupliciter, primo quando diſputatur, & quæritur de perſona ipſius conſtituti, uidelicet an ſit procurator, uel ne. Quia in iſtius diſceptationis articulo poterit aliũ ſubſtituere, quia tunc cenſetur illa cauſa eſſe propria ipſius conſtituti ad gloſſ. fina. in l. licet. C. eod. titul. de procur. Secundò in procuratore rei, qui ſatis dedit iudi. ſol. qui immediatè poſt ſatiſdationem eſt effectus dominus litis, l. Titius. ff. eodẽ. quod intelligitur ſecundũ Bal. Sali. & Pau. quoad præiudicium ſuũ, nõ autem domini, & ſubdit quod aut loquimur de procuratore, qui cum mandato comparuit tanquam procurator rei, & tunc ante litis conteſt. non poteſt ſubſtituere. l. neque. C. eo. titu. de procurato. aut loquimur de eo qui ſine mandato comparuit, quo caſu contra eum debet fieri executio. l. Plancius. ff. eo. & tunc poteſt ſubſtituere, d. l. Titius. & ibi Bar. et Io. And. in c. 1. extra eod. tertio caſu fallit, ubi eſt cõſtitutus ad excipiendũ tantũ, quia tunc poterit incontinenti ſubſtituere, ex quo ſuper exceptione lis non conteſtatur. ut per Bal. in l. ſi procuratorem. §. 1. ff. manda. quartò in cauſis in quibus lis nõ conteſtatur, ad Bar. in l. ab executione. §. fin. ff. de appel. et in l. nulla. C. eod. tit. de procu.

SVMMARIA.

1 *Procurator generalis ad omnia conſtitutus, poteſt ſubſtituere quãdocunq; uelit, & in præiudiciũ Domini.*

2 *Procurator ſpecialiter cõſtitutus, ſi certa & limitata forma in mãdato præſcripta non ſit, non põt aliquẽ ſubſtituere, ſecus uerò ſi limitata forma data ſit. ut nume. 3.*

LXXXVIII.

PROCVRATOR uerò ad negotia. generaliter ad
1 omnia conſtitutus, quandocunque etiam in
præiudicium domini ſubſtituere poteſt, per
d. l. ſi procuratorem, et l. cuicunque. in fin. cum ſequen.
ff. de inſtitut. et l. prima. §. magiſtro. ff. de exercit. Specia
2 liter autem conſtitutus regulariter ſubſtituere non poteſt,
ubicunque certa, et limitata forma in mandato non
ex. ſtit. puta, fuit conſtitutus ad uendendum fundum
non deſignato, nec limitato pretio: quo caſu uidetur
electa induſtria perſonæ. l. in uſucapione. §. primo, uerſi
cul. item adijciendum, et ibi Barto. de diuer. et tempo.
prę ſcriptio. et in l. 1. in fi. ff. de procura. teſ. ſi uero conſti
3 tutus eſt cum certa et limitata forma, iuxta tex. in capit.
ſi cui de offi. dele. in 6. primo reſpõſo. ſubſtituere poteſt
ſecundum ipſum Alexan. in d. l. quod quis. C. de procu.
col. 2. ubi latius uidere poteris.

SVMMARIVM.

Filius ſoluens debitum pro parte uiuente, non præſumitur donãdi animo ſoluiſſe, niſi exiguũ eſſet debitũ.

LXXXIX.

DECIDIT Barto. in l. 1. §. ſi uerò. uerſic. 3. quæro quid in dubio. ff. de donatio. quòd filius uiuente patre ſoluat debitum ipſius patris, nec appareat an animo donandi, uel ex propoſito repetendi, et ſic in dubio præſumatur animo donandi, allega. tex. in l. ſi filius. ff. de neg geſt. hanc tamen ſuam opinionem Imo. et Doct. cõmuniter in d. l. ſi filius. et Rom. in l. quæ dotis. ff. ſol. matrim. damnant, concludentes, quod ſiue appareat quod animo repetendi ſoluerit, ſiue non appareat, et ſic in dubio, competit filio ſoluti repetitio, per tex. illum in dicta. l. ſi filius, ibi, animo donandi argu. à contrario ſenſu et per textum in l. hæredes. §. ſi filius. ff. fami. hercíſ. Docto. tamen antiqui, Petrus, Cyn. Iaco. But. Rain. Baldus et Salicetus limitant communẽ non procedere, ubi debitũ ſolutum uel impenſa pro parte facta eſſet exigua, per tex. in l. utrum. ff. de dona. inter uirum et uxo. et glo. in l. ſed et ſide ſua. C. eod. tit. et per nota. in l. prima. et in l. alimenta. C. eod. tit. de nego. geſt. et cum dicta communi concordat Alexand. in d. l. ſi filius, dicens Bar. in hoc fuiſſe ſibi contrarium.

SVMMARIVM.

Spiritualis quæſtio quæ conſiſtit in facto tantũ, põt cognoſci per iudicem ſecularẽ. ſi uerò ſit in puncto iuris, tunc pertinet ad ſpiritualem.

St

XC.

SI coram iudice laico, & ſæculari de aliquo diſceptetur, & indicit quæſtio ſpiritualis, puta uſurarum, uel matrimonij, ſi quæſtio ſit, & conſiſtat in facto tantum, ut potè, dico inſtrumentum inter te, & me confectum de duplo factum fuiſſe in fraudem uſurarũ, tu uero negas, uel ſi dico, quod talis non deſponſauit B per uerba de præſenti, & de deſponſatione nullũ oſtenditur nec apparet inſtrumentũ, tunc cum iſtæ quæſtiones ſint ſuper facto, nec aliquid ſpiritualitatis contineant, poterũt per laicum cognoſci, ſi uero ſpiritualitatem concernant, ueluti ſi ſit cõtentio, an inter aliquos potuerit cõſiſtere & eſſe matrimoniũ: uel an ſint aliqua uerba, quæ habeant inducere matrimonium tunc hæc dicitur quæſtio ſpiritualis, cuius cognitio meritò ad eccleſiaſticum pertinet iudicem, cap. tuã. qui fil. legi. ſint, cap. lator, de ordi. cog. Similiter vbicunq; quæſtio eſt ſuper aliquo contractu certo, utrũ eſſet uſura, uel ne, puta in cõtractibus & inſtrumentis, emptione frumẽti quæ fiunt ante tẽpus recollectionis, uel ſi opponatur de excommunicatione in iſtis, & ſimilibus ſemper recurrẽn. eſt ad epiſcopum. Ita nos docet Bar. in l. quoties. C. de iudic. & in l. omni nouatione. C. de ſacro ſanct. eccleſ. & in l. Titia. ff. ſoluto matrimonio. quam diſtinctio. ſequutus eſt Alexan. in d. l. quoties, ueluti magis communem.

SVMMARIVM.

Inſtrumenta confecta per Notarium putatiuum, inter ignorantes, nihil probant.

XCI.

QVÆRVNT Doct. in l. teſtes. C. de teſta. utrum inſtrumenta per notarium putatiuum inter ignorantes confecta fidem faciant: & idem requirunt in l. Barbarius. ff. de offic. præto. & Cano. in ca. primo de fide. inſtrum. & Barto. in l. actuarios C. de numera. lib. 12. & in l. Herennius, per illum tex. ff. de decu. qui optime probare uidetur negatiuam, dum ibi decidit decurionem non argui, nec factum cenſeri ex longa & præſcripta ſalarij ſolutione, neq; ex eo quod diu deſcriptus ſtetit in albo, niſi ſecundum legem creatus ſit. Ex quo dicto arguit gl. contra eos, qui in eccleſijs canonicè non ſunt inſtituti: quod ex longo tempore, longaq; fructuum, & emolumentorũ perceptione non inducatur etiã præſumpta canonica inſtitutio: & licet de quæſtione prædicta in tabellione putatiuo ſit inter doctores magnum certamen: attamen Specul. & Io. And. in titulo de inſtru. editi. §. reſtat, uerſi. quid ſi is, concludũt quod ſi talis tabellio fuit creatus ab habente poteſtatem creandi, & deputandi notarios, ſeu tabelliones, licet poſtmodum appareat illũ nõ potuiſſe tabellionem creari, ut puta ſi ſeruus, nihilominus ualebũt eius inſtrumenta, exẽplo Barbarij, qui fuit electus prætor à populo iuriſdictionem habente, cuius detecta ſeruilis conditio non uitiauit geſta, & ſententias per ipſum in officio prætorio latas. Si uero non fuit à ſuperiore, & habente poteſtatem creatus, nec habuit priuilegium, quamuis communi opinione fuerit reputatus notarius, non propterea communis error potuit ipſum conſtituere & facere notarium, & hanc diſtinctionem confouet tex. in d. l. Herennius. ff. de decurio. eamque tanquam magis com. obſeruat Alex. in d. l. teſtes col. 5. in fin. C. de teſta.

SVMMARIVM.

Exceptio falſi procuratoris ſi poſt litem conteſtatam opponatur, incumbit onus probandi opponẽti & neganti. Limit. ut ſeq.

XCII.

GLo. in l. licet. C. de procur. in uerb. inueniatur ibi probare &c. uoluit quod ſi exceptio falſi procuratoris, ueluti tu non es procurator, poſt litis cõteſtatio. differatur, ex tali mora transferatur onus probandi in negantem, & opponentem, illam tamen reprobant Guliel. de Suza. Cyn. Franc. tig. & Barto. tenentes contrarium, uidelicet ipſum procuratorem allegantem ſe habere mandatum teneri illud probare per Tex. in l. actor. C. de probatio. & l. aſſeueratio. C. de non nu. pecu. cum quibus conuenire uidetur Imo. in c. quoniam cõtra, de probatio. & ibi Abb. Alex. tamen dicit gl. ueriorem, & cum ea tranſit, cũ qua cõcordare dicit aliam gl. in l. Põponius. §. trahi. ff. eod. & ibi Ange. Bal. quoque Sali. Fulgo. & Caſt. in d. l. licet tranſeunt cũ gl. limitat tamen hanc opi. idem Caſtren. nõ habere locũ, ubi reus condemnatus ad impediendum executionem ſententiæ contra eum latæ opponeret, quod hactenus procurator nõ habebat mandatum, quia tunc, cum non dicatur opponi ad impediendum proceſſum cauſæ cum iam ſit finitus, ſibi nõ incumbit onus probandi quod eſſet falſus procurator, ſed ipſi actori quod mandatum haberet. Secus tamen quando opponitur ad impediendũ proceſſum, & nihil allegat, ac propterea Alc. ibi hoc dictũ paruipendit dicens, quod leges ſupra allegatæ uidentur, ſi diligenter conſiderentur, etiã procedere in caſu iſto hac ratione quia dominus petendo executionẽ ſententię latæ ad eius fauorem cum falſo procuratore, uidetur habere ratum quod idem aſſertus procurator geſsit, & hoc facere poſſe, & iſto modo ſententiam alias nullam conualidare, per gl. quam dicit magis communiter approbatam in l. ſi mater. §. iure. ff. de exceptio. re iud. & applaudit Bar. dicenti in d. l. licet, col. fin. quod quãdo declaratum eſſet procuratorem eſſe legitimum, uel approbatum fuiſſet inſtrumentum mandati, ſi poſtmodum in proſecutione litis opponatur exceptio falſi procuratoris incumbat onus probandi opponenti. uide latius ad præ. omnia per Alex. in d. l. licet, col. 2.

SVMMARIA.

1 *Procurator uictus in cauſſa in qua fuit conſtitutus, tenetur appellare, appellationẽ uerò proſequi nõ tenetur, fallit ſi eẽt cõſtitutus generaliter. ut ſequit. n. 2.*

3 *Procurator in dubio non præſumitur conſtitutus ad futuras cauſſas, ſed ad præſentes tantum.*

XCIII.

1 EX tex. in l. ſi. ff. An per alium cauſæ appel. &c.
colligitur, & ibi not. quod ſimplex procurat.
uictus in cauſa in qua fuit conſtitutus appel-
lare tenetur. An autem proſequi teneatur, dicit ibi glo.
quod lis eſt ſub iudice, Alexand. in l. inuitus. C. de pro-
cur. dum gl. ibi in uer. extendere allegat l. ſi actor. C. de
appella. dicit illum eſſe bonum tex. pro opinione, quæ
habet, quod actor, et pari ratione procurator con-
ſtitutus ad unam cauſam, nõ tenetur cauſam appellatio-
nis proſequi, et hanc magis communem fatetur, et ſequi
tur idem Alex. in d. l. inuitus, col. 2. C. de procu. per tex.
in d. l. actor. et in d. l. inuitus, in uer. nec eandẽ. et eſt tex.
apertus in c. non inutilè, in ſi. eod. tit. extra de procura-
2 to. niſi eſſet conſtitutus generaliter ad omnes cauſas
præſentes, et futuras: et ſic ſequitur Bar. qui ibi hoc de-
cidit dicẽs ita intelligi debere tex. in d. l. ſi. ff. An per aliũ
cau. appel. ſubdens, quod in dubio non intelligitur con-
3 ſtitutus ad futuras, ſed ad præſentes tãtum, et in hoc e-
tiã magis cõmuniter conuenire Doct. cũ quibus eſt gl.
in l. omnium ff. eo. de procura. et in l. domus. §. ſi quis ui-
cinas ædes, uerſi. angere. ff. de dam. infe.

S V M M A R I A.

1 *Procurator tenetur proſequi appellationē ab interlocutoria factam. Limit. vt ſeq. nu. 2.*

3 *Procurator generalis non tenetur proſequi appellatióuem extra prouinciam.*

XCIIII.

AN autem actor poſsit conſtitui ad cauſas futuras. habes in l. item eorum. §. ſed & ſi ita. ff.
quod cuiuſque uniuer. no. & ibi Bartol. & in
quantum aliqui uoluerunt hoc quod dictum eſt de pro-
ſecutione appellationis non habere locū in appellatio-
1 ne ab interlocutoria per rationem l. ad rem mobilem,
& in l. ad legatum. ff. eod. de procurato. ſed quod illam
2 omnino proſequi teneatur. Sali. tamen dixit hoc ue-
rum, niſi cauſa appella. ab interlocutoria eſſet tractāda
in loco remoto: quia tunc cum ob hoc remoueatur ab
alijs procuratoribus negocijs ſuis, non tenētur proſe-
qui. l. ſancimus ad fi. C. de aduoca. diuerſo. iudic. & l. ſed
& hæc, §. non ſolum cum concor. de quibus in gloſſ. ff.
eo. de procurato. pro quo facit, quod no. Bald. in d. l. in-
3 uitus, tenens quod generalis procurator non teneatur
proſequi cauſas appellationis extra prouinciā p d. §. nō
ſolum. rationem tamē Salic. reprobat idem Alex. ubi ſu
prà, motus, quia ratio per Docto. allegata, quæ ſumitur,
ex d. l. ad legatū, & l. ad rem mobilem. procedit etiam
iſto caſu, uidelicet, quādo cauſa appellationis eſt tractā
da in loco remoto à loco, in quo iudicatum fuit: & im
putet ſibi qui mandatum ſuſcepit ad agendum cauſam,
in qua ſciebat appellandū eſſe ab interlocutoria ad Tri
bunal iudicis in alio loco remoto. arg. l. qui bona, §. de
illo, cū ſimil. ff. de damn. infec. quæ ratio ſecundū ipſum
Alex. ceſſat in d. l. ſancimus. Recurre ad ipſum Alexan.
ubi ſuprà. & ibi diffuſius hanc materiam declaratam, &
explicatam habebis, & col. fina. habes etiam an ubi non
cogitur, poſsit, ſi uelit, proſequi.

S V M M A R I V M.

Hæres non conficiens inuentarium, tenetur creditori- in ſolidum. fallit in legatis. ut ſeq.

XCV.

ET ſi de iure ueteri hæres obmiſſam inuentarij confectionem in nihilo plus creditoribus, neque legatarijs tenеretur, ut probaretur ex tex. in l. 1. §. qui. ff. ad Treb. iure tamē nouiſsimo authenticorum ſecus & aliter introductum, & diſpoſitum fuiſſe legimus. §. hinc autem nobis, in authen. de hæred. & falc. colla. 1. ubi habetur quod hæres non conficiens inuentarium tenetur creditoribus, legatarijs & in ſolidum ultra uires hæreditarias. probatur etiam ex tex. in l. fin. §. ſi quis autem temerario, C. de iur. delib. non tamen intelligas, quod adeò illis obligetur, ut etiā debitū iure naturæ perdat: quia illud non amittit, ſed de legatis detrahitur, & illa diminuet, & ſic diminuta legata in ſolidū hæres præſtabit, & ita ex hac declaratione generali, quā ibi tradit Bar. in auth. ſed cū teſtator. col. 3. in princ. C. ad l. fal. quæ fuit prout refert Ric. Mal. & Cyn. intelligit illud quod dicitur hæredē inuentariū cōficientem in ſolidum oneribus hæreditarijs teneri, quia non procedit quoad legata, ut ibi cōcluditur & tradit gl. in d. l. fi. §. ſi quis autem temerario, in uerbo ſacramētum, C. de iure delib. in fi. quam Alex. ibi ſequitur, & dicit in illam opinionem fere omnes conuenire.

S V M M A R I A.

1 *Vbi deficit lex ſcripta, recurrendū eſt ad conſuetudinē.*

2 *Iudex contra conſuetudinem iudicans facit litem ſuā.*

3 *Tranſgreſſor conſuetudinis ſimiliter punitur vt tranſgreſſor legis.*

4 *Conſuetudo etiam iniqua excuſat à pœna temporali, nō etiam ſpirituali. ut num. 5.*

6 *Conſuetudo inducitur ſpatio decē annorum à die primi actus de conſenſu populi, ſiue ipſo ſciente & tolerāte, geſti & facti.*

XCVI.

NOn ignorant iuris periti præſertim in rebus &
negotijs forēſibus uerſati, aut iudicādi munere,
aut cōſulendi iubendi uè, & agēdi officij fungē
tes, quod ubi lex ſcripta deficit, ſeu ut magis proprie di
cam, non reperit ſemper in deciſorijs, cōſuetudo, ſi exi-
ſtit, eſt attēdenda & ſeruanda, cū iure cōſultus in l. quib.
ff. de legib. uelit in caſibus, in quibus ſcriptis legib. non
utimur, id cuſtodiri, quod moribus, & cōſuetudine indo
2 ctū eſt. hinc eſt quod iudex cōtra conſuetudinē iudicans
cū ſit altera lex, l. diuturno, ff. eo. ita facit litē ſuam quem
admodum ſi contra legem ſcriptam iudicat, uel decer-
nit. ad Bal. in authen. iubemus. C. de iud. per illum tex.
3 & pariter punitur conſuetudinis, ueluti legis ſcriptæ
trāſgreſſor, c. in ijs. 11. diſt. glo. in c. generali. de electio.
4 in 6. & in c. ex literis, de conſuet. & cōſuetudo ēt iniqua
excuſat à pœna. glo. eſt in c. cū uenerabilis, quā multum
extollit ibi Abb. de conſuetud. & glo. in c. ſanè, in uer.
antiqua, de tēpo. ord. & in c. flagitia in uer. omnes. 32. q.
5 6. intellige tamē de pœna tēporali, nō autē de ſpiritua-
li, & æternoa ſecundū gl. in c. deniq;. 4 diſt. pro qua uide
Roma. conſ. 166. uidetur prima frōte. per quā gl. Aoch.
in d. c. cū uenerabilis dicit conſulu ſſe in q. facti contin-
gente tali uidelicet, quidā rector uillæ fecerat cōplures
in carcerē detrudi, quamobrem fuerat accuſatus, quòd
carceres priuatos teneret, & quia probauit anteceſſores
ſuos ſic facere conſueuiſſe, nō poterat puniri pœna pri-
uati carceris, & fuit talis, accuſatus abſolutus eſt, igitur
uidendum quanto tempore inducatur talis cōſuetudo
ad præmiſſos, & alios effectus per Bald. enumeratos
in repetitione dictæ l. de quibus in 16. col. uerſi. uiſo de
cauſis. & dic quòd licet gl. in uerſic. inueterata, in d. l. de
quibus ponat duas opiniones, quarum una eſt, quòd re
quiratur tempus, cuius initij memoria in cōtrarium nō
6 exiſtat. altera quod ſufficiat tēpus decem annorū decur
ſorū, a die & tēpore primi actus de conſenſu populi, ſi-
ue ipſo ſciente, & tolerante geſti & facti. hęc tamen ulti
ma opi. ab omnibus, ſeu magis communiter celebratur,
& cuſtoditur, per. Iaſ. in d. l. quibus colum. 10. ut uidere
licet.

S V M M A R I A.

1 *Iuriſdictio demandata, morte mandantis in re integra euaneſcit, & expirat.*

2 *Iuriſdictio perpetuatur per ſolam citationem.*

3 *Ad iuriſdictionem perpetuādā ſufficit etiam ſola commiſsio ad citandū, ſi talis cōmiſsio facta ſit præuia cauſſa cognitione. ut nu. 3.*

XCVII.

1 DEMANDATAM iuriſdictionem morte mandantis re integra euaneſcere, & expirare certum eſt, probatur iſta regula, & concluſio ex text. in c. relatum, & in c. gratum in c. licet undique, de offic. deleg. cum gloſ. & not. per Doct. & in §. recte iuſti de mand. ſed ius eſt ſcire quando dicatur res non integra ad hoc, ut ipſa iuriſdictio perpetuata, & non expiraſſe dicatur. Et habemus gl. in l. morte, ſeu uerius in l. ſeq. quæ incipit & quia, in uerſic. antequam. ff. de iuriſd. om. iud. quæ concludit, quod per litis conteſtationē tantum

dicitur

dicitur perpetuari,cum qua gl.fuit Iac.But.& Azo. ibi
dicit quod pro iſta opi.eſt text.ad literam in d.c.relatũ,
de offi.delega.quem text. cum aliàs Bononiæ ſuper hoc
eſſet contentio, & idem Azo. aduocatus pro una parte
tenuiſſet opi.d.gl.fuiſſetq; allegatus tex.in c.gratũ,eo.
tit. ubi expreſſè dicit quod ſufficit ſola citatio ad iuriſ-
dictionem perpetuandam, remanſit ut Hoſt. in d. l. &
quia refert confuſus.concludunt itaq; Bart.& alij com-
2 muniter in d.l.& quia,cõtrarium, id eſt ſufficere ſolam
citationem ad perpetuandam iuriſdictionem, & ut res
non dicatur integra,& morte delegantis mandatum nõ
expiret.pro qua opi.ultra tex.in d.c.gratum,eſt tex.in c.
fi.de offic.leg. ibi ſi horũ citatio non præceſsit arg.à cõ
trario ſenſu.& facit tex. in l.ſi poſteaquam, ff. de iud.&
quod no.Bar.& alij poſt eum in l. ſi pluribus, ff.de leg.
1. ubi quod quando quærit de præuentione quoad exer
citium iuriſdictionis, dicitur præueniſſe ille, à quo ci-
tatio emanauit,& cum d.communi tranſit Iaſo.in d.l.&
quare,& Aret.in d.§.rectè.Inſt.de mãda.& Ang. prout
refert Iaſ.ubi ſuprà,dicit, quod hanc obſeruat conſue-
tudo.quinimo Bar.in d.l.& quia,concludit, ſufficit ad
perpetuandam iuriſdictionem delegati,ſola commiſsio
de citando facta nuncio per ipſum delegatũ. quoniam
cõmiſsio eſt actus iuriſdictionalis.§.fi.Inſt.de pœ.teme.
litig.Barb.in d.c.relatum,& in terminis probat.gl.in c.
ne aliqui in uerſi.incepta, ubi quod per quemlibet actũ
iudicialem citra citationem perpetuatur iuriſdictio,de
hæret.in 6.ponderat pro hoc tex.in d.l.& quia, ibi geri
cœpit.pro quo eſt tex.ſimilis in d.c.licet.Vndiq;,de of.
deleg.uide per Bart. & latius Iaſ.in d.l.& quia,quã le-
git.in l.more.quæ eſt l.Præcedens.ff.de iuriſdictio.om.
iudi. col. 10. & in col. 12.& ſeq.habes an cõmiſsio,ſiue
præceptũ factum per iudicem nuncio de immittẽdo ali
quẽ in poſſeſsione,uel de capiẽdo aliquem morte iudi-
cis committentis expiret,& cõcludit quod ubi tale præ
ceptum,uel aliud quodlibet eſt factum,præuia cauſæ co
3 gnitione, eſt perpetuum,& tranſit ad iudicis ſucceſſorẽ,
& poteſt de illius commiſsione,abſq; ulteriori partis ci
tatione per ipſum nuncium, cui primus iudex commi-
ſit, exequi. recurre ad Iaſo. ibi, quia plura utilia & in
practica contingentia,& in col.5. cum duobus ſeq. ha-
bes,quod quando princeps cõfirmat actum inualidum,
& quando actum, quem putabat extare, qui tamẽ non
extat, & quando confirmat ſtatuta alicuius ciuitatis, &
quando priuilegium aliquod,quando cenſeatur dare de
nouo,& quãdo nõ,& in 6.col.in principio tradit.quòd
licet quis ſortiatũ forũ in loco cõtractus.l.hæres abſens.
§.fi.de iudi.& c.Romana.§.contrahentes,de for.cõpe.ſi
tamẽ cõtractus in uno loco celebratus, in alio confirme
tur, nõ ꝓpterea cõueniri poterit in loco cõfirmationis.

S V M M A R I A.

1 *Deficiente lege & conſuetudine,attenditur ſimile con-
ſuetudinis.*
2 *Simile conſuetudinis nunquam uincit legem ſcriptam.*
3 *Correctio legum non debet per ſubauditum intellectũ
corrigi.*
4 *In correctoriis non debet fieri extenſio de uno caſu ad
alium à maioritate rationis.*

XCVIII.

CVM ſuperius dictum ſit quod deficiente lege
ſcripta ſuccedit conſuetudo loci, ſi extat, ſci-
re quoque uelis,quod ubi utrunque deficit, at-
1 tenditur in caſu occurrenti ſimile cõſuetudinis.no. Iaſ.
in d.l.de quibus ff.de leg. Sed ſimile conſuetudinis nun
2 quam uincit nec ſuperat legem ſcriptam, cum non ſit
conueniens, quod lex ſcripta corrigatur per ſimilitu-
dines. Et ob id, ſi eſſet conſuetudo in loco loquens
in uno caſu, ad alios ad correctionem iuris communis
trahi. & extendi non deberet, quia per ſubauditos in-
tellectus non debet correctio legum induci. gloſſ. in c.
cupientes.§.quod ſi per uiginti, de electio.in 6. imò ne-
dum à ſimili,ſed nec à maioritate rationis debet fieri ex
4 tẽſio de uno caſu ad alium in correctorijs,adde gl. com
muniter approbatã,& ibi Iaſ.in auth.quas actiones. C.
de ſac.ſanct.eccle.Bar.in l.ſi cõſtãre,in 9.q.primæ partis
ibi alijs.ff.ſol mat.ſolus Fulg.prout refert Iaſo.in d.l.de
quibus,col.3.fuit in contraria opi.uidelicet,quod ſimi-
le conſuetudinis uincat legem ſcriptam, communis ta
men ſecundum ipſum Iaſ. ibi eſt in contrarium, & præ
ualet,& ad Fulg.multifariam reſpondet,in quantum ta-
men Fulg.dicit,quòd ſi conſuetudo extat in loco,uel ci
uitate,quod filius maſculus excludat fœminam: licet de
iure communi non excludat,cum par omnium ſit condi
tio.l.maximum uitiũ,C.de lib.præte.tamen ſimile con-
ſuetudinis uincet legẽ,& ſic excludet nepotem.licet ſe-
cundum communem opi.de qua ſupra ſecus ſit, cũ etiã
ex maioritate rationis ſimile conſuetudinis non uincat
legem,cõcludit tamen Iaſo.alia ratione quàm Fulg.quã
per te uide in d.l.ſi quis,col.4. quod non excludet nepo
tem,ſed è contra ſecundum communem opi.de qua per
Bal.Sali.& omnes in l.uenia.C.de in ius uoc.per gl.ibi,
& concor.per ipſum Iaſ.traditas.

S V M M A R I A.

1 *Derogatio conſuetudini facta per legem uel ſtatutum
tam ad futura quam præſentia operatur.*
2 *Derogatio facta ꝑ uerba generalia,ſeu indefinita,tra-
hitur ad omnia.*

XCIX.

SI in lege uel ſtatuto derogetur cuicunque cõſue-
1 tudini contrariæ: derogatio huiuſmodi ad præ-
ſentes, ſeu de præſenti uigen. conſuetudines re-
fertur, & circa illas tantum, & non ad futuras opera-
tur, ſecundum gl.in cle. ſtatutum, in uerbo conſuetu-
dinem,de electio ſed contra dictam gl. communiter cõ
cludũt Bar.Bal.Ang.& alij poſt eos in l.ſi mihi & ibi.§.
in legatis.ff. de leg.1.& ibi Ale.col. 3.cum dicta commu
2 ni trãſit,quando derogatio eſt facta per uerba generalia
ſeu indefinita, quia trahitur ad omnia per tex. in c.ſolu
tæ,de maio.& obed. & probatur ſecũdum ipſum Alex.
in l.in fraudem.§.fi.ff.de teſta.mili.& in l. 3. §.diuus.ff.
ſepul.uiola.Iaſ.uerò in d.l.de quibus.ff.de legi. col. 14.
paſsim cum dicta communi tranſit.

S V M M A R I A.

1 *Teſtamenti inuentio & origo eſt Iurisgentium.*
2 *Teſtamẽtum Iure perfectum per reſcriptum principis
non reſcinditur.*
3 *Princeps poteſt Ius poſitiuum deſtruere etiã nulla ſub
ſiſtente cauſa.*

C.

TESTAMENTVM origine, & inuentione de iure
ciuili exiſtere uoluit Bartol. in progreſſu com-
menti ſui in l. ex hoc iure, col. 3. in principio,
ff.de iuſt.& iur. & ſentit gloſ.in l.1.ff.de acquirend.rer.
do.ſed idem Bart.in l.interdum. colum. 3. circa princi-
pium,eod.titu.tenet contrarium,uidelicet, quod inuen
tione ſit de iure gentium, quia eo ipſo tempore, quo
primum gentes fuerunt, cœperunt teſtari de bonis ſuis
poſt mortem,reſpectu uero ſolennitatũ ſit de iure ciuili,
quod hæ cũ eo iure introductæ ſint,dico partim,& par
tim de iure prætorio.Inſt. de teſta.in prin.& quod inuẽ
tione ſit de iuregẽtium tenent cõmuniter Doct. in rub.
extra.eo.de teſta.& probatur ex tex.in l.ſi teſtamentum
C.eo.de teſt.ubi quod per reſcriptum principis,teſtamẽ
tum iure perfectum non reſcinditur. quod oſtendit ue
ram eſſe concluſionẽ,quia ſi de iure ciuili eſſet princeps

in totum tolleret per reſcriptum,& quãlibet aliam eius
3 diſpoſitionem poſſet.cum ius poſitiuum tanquam ſupra
illud,& illius conditor deſtruere poſsit etiam nulla ſub
ſiſtente cauſa,ut per gloſ.& Docto. in l. fin. C. ſi contra
jus,uel util. pub.in & ca. quæ in eccleſiarum, & ibi no.
extra de conſti.& per Bar.in proœ. ff. cum qua commu
ni tranſit etiam Iaſ.in repe.l.admonendi. qui etiam atte
ſtatur communem,col.74.circa fi. ff. de iureiuran.

SVMMARIA.

1 *Victus uictori cõdemnatur in expẽſis,Limi.ut nu.ſeq.*
3 *Si iuratum ſit ab initio de calumnia, præſumitur quis*
habuiſſe iuſtam cauſſam litigandi.
4 *In curia Romana uictus uictori indiſtinctè ſemper in*
expenſis condemnatur.
5 *Pactum inter contrahentes de refundẽdis expenſis &*
damna in caſum quo alter eorum promiſſa non præ
ſtaret,valet.
6 *Lex non præſumit aliquem uelle delinquere.*

CI.

REGVLARITER uictus uictori condemnatur in
1 expenſis c.calumniam, extra de pœn. c. fin. de
maior. & obe.c. finem litibus,de dol.& contu.
auth. generaliter, C.de epiſcopis & cle. l. properan-
2 dum,§.ſin autem alterutra, C. de iud. fallit ubi quis ha-
buit iuſtam cauſam litigandi, ut in locis præfatis no.
& in l.qui ſolidum.ff.de lega. 2. quæ cauſa præſumitur
3 ubicunque eſt iuratum ab initio de calumnia. gl.in d.c.
finem litibus,ratione illa, quod uerisimile nõ ſit quem-
piam propriæ ſalutis immemorẽ.c.ſancimus. 1.q.7.facit
text.in c.ſacro.extra de ſenten.excõ. quem d.gl.allegat.
quæ quidẽ fallentia in Ro.cu.præſertim in ſacro apoſto
lico cauſarum palatio nõ uendicat ſibi locum,cum ſem
4 per indiſtinctè Reuerẽdi patres Domini Auditores ui-
ctum uictori in expẽſis cõdemnẽt.teſte Caſſa. deciſ.13.
nu.2.tit.de reſcriptis. & tẽpore meo,ſic obſeruari uidi.
locus mihi obſcurus,& licet hoc admodum tritum ſit,
illud tamen inter loca iſta cõmunia & hoc in loco ubi
infra dicendũ q.in materia expenſarum paulo infrà nõ
abſonum putaui,cum aliquãdo ea, quæ in triuialibus lo
cis habẽtur,etiam ſæpiſsimè uiſa, & iterum atque iterũ
perlecta ſubiungã collocare,adeò à memoria excidant,
quod niſi cum aliqua temporis cõteratione mentis effe
ctus repetuntur. An conuentio,ſiue pactum inter contra
hentes ſtipulatione uallatum,quo agitur,ut in euentum
quod unus,uel alter cõtrauenìat promiſsis,& cõuentis,
uel alias illa non obſeruet, alteri contrahẽti damna,&
expenſas reficere teneatur,ac de illis ſimplici uerbo uel
iuramento ſtare promiſit,ualeat.in qua quæſtione repe-
rio quod Bar.in l.ſi.col.2.n.4.ff.de præto.ſtip.reſpõdet
affirmatiuè,cum hac tamẽ diſtinctione. Aut ille in cuius
fauorem facta fuit ſtipulatio nondum ſuper expenſarũ
& damnorum quantitate declarauit,& tunc nõ adeo o-
bligatur ex tali pacto quin reuocare ante declarationẽ
poſsit uolũtatem in pactum collatam,allegat tex. in l.ſi
quis iuſiurandum detulerit,C.de reb.cred.& argu.à for
tiori ut ibi per eũ, aut iam declarauit,& iſto caſu ualeat
declaratio,ſi tamen iniqua,& exceſsiua,ſiue immodera-
ta fuerit eius declaratio,ad boni uiri arbitriũ reduci po
terit per tex.in l.ſi libertus la.2.ff.de ope.lib. & no.in l.
pẽ.ff.de arbi.& in l.ſi cũ ea.C.de dot.promiſsio.per alia
per ipſum citata.Spe.uerò in titulo de prob.§. uidendũ
uerſi.quid ſi.ubi dicitur,tenet quod tali conuẽtione non
obſtãte iudex nihilominus per iuramẽtum iam in cauſa
præſtitum uel de nouo præſtandum interrogabit acto-
rem ſuper expen.quantitate.allegat tex.in d.l.properan
dum,§.ſin autẽ ex geſtis,de iud.& alias probationes ad
mittet, & ſic ſentit conuẽtionem huiuſmodi nõ ualere.
eandem opi.tenet Cy.in l.ſi quis in conſcribendo.C.de
epiſ.& cler.communis tamen eſt cum Bar. & Dyno.in
d.l.ſi.ff.de Præto.ſtip.quod ualeat,ut per Iaſ.& Albe.in
d.l.iuſiurã.quod ex cõuentione,pro qua uide Alex. cõſ.
37.aliàs ſecũdum aliam impreſsionẽ.179.incip.uiſo,&
oportunè diſcuſſo,col.8.in fin.& ſeq.in principio lib.2.
qui dicit op.Ray.in d.l.ſi quis in cõſcribendo. C. de epi-
5 ſco.& cler. tenentis, quod ſi actor modum in taxando
expenſas exceſſerit,iudex taxare poterit æquiſsimas. &
eam ſequitur.iſtam tamẽ communem multipliciter im
pugnat Iaſo.in d.l.iuſiurandum, quod ex conuentione.
& tandem defendit cum duabus limitationibus, quarũ
prima eſt, quod non procedat in tutore, quia ſi talem
fecerit conuentionẽ,non ualebit.altera quod non ita ua
leat quin ante declarationem reuocari poſsit, ex dictis
Bar.in d.l.ſi.de præt.ſtip.Alc.tamen in conſi.130. diffi-
cultas,in fin.lib.1. dicit quod communis opi. eſt contra
Bar.q.ad hoc,ſed ipſe Iaſ.adhęret Bar.cum modificatio
ne tamen, uidelicet, ſi ſuperuenerit noua cauſa iuſta,
& rationabilis reuocandi iuramentum, puta,quod ille
cuius dicto ſuo iuramento ſtari promiſſum fuit,effectus
ſit unus ribaldus.aliàs noua non ſuperueniente cauſa al
legata,& probata nõ poſſet reuocari,argu.l.ſi cum Cor
nelius.ff.de ſolutio.ſecundũ Ang.Imo.& Cuma.in d.l.
ſi.ff.de præt.ſtip.& Alex.in d.l. iuſiurã.quod ex conuẽ-
tione.& ita aliàs iudicatũ fuiſſe, & ſæpiſsimè conſultus
reſpondiſſe,& quod ſic iudicaret, & rationem tenentiũ
contrarium uidelicet cõuentionẽ nõ ualere,ex eo quod
inuitet ad periurium.cõfutat idem Bar.in d.l.ſi.dicens,
quòd reductio ad arbitriũ boni uiri in caſu exceſſus per
actorem in taxando commiſsi, illam deſtruit. ego autẽ
ultra eos pro communi moueor alia ratione.certũ quidẽ
eſt pacta,quæ neque dolo ullo contrahentiũ, & paciſcẽ
tium fiunt, neque legibus aut conſtitutionibus, uel etiã
bonis moribus obuiãt,nec repugnãt,licitaque, & hone
ſta,ualere l.iuriſgentium §.prætor ait.ff.de pact. l.pacta
quæ contra leges,C.eo.c.1.eo.tit.in 6.c. ſi.extra eo. ſed
pactũ,& conuentio,de qua loquimur, eſt huiuſmodi,er
go ſeruanda,d.§.prætor ait.facit reg. quæ ab initio ſunt
uolũtatis & poſt reducũtur ad neceſsitatẽ l.in cõmoda
to.§.ſi ut certo.ff. commo. l.ſicut,cum ſimil.C.de actio.
& oblig.nec ratio illa,quod ex tali cõuẽtione & pacto
inuitetur quis ad periuriũ,& ſic ad delinquendũ,obſtat
mihi,quia quod quis uelit delinquere lex nõ præſumit l.
2.C.de off.ciui.iud,uulga.l.merito.ff.pro ſocio.cũ ſimi.
& cum periurus Deum habeat ultorem,propter iuſiurã
di,& religionis contemptum, & cum propria peieran-
do lædat conſcientiam,l.iuſiurãdi, C. de reb. cred.non
præſumitur quis propriæ ſalutis immemor.d.capit. ſan
cimus prima q.7.& conſequenter quod peierare uelit:fa
teor tamen, & mihi placet, quod ſi perpenderetur ma-
gnus exceſſus,patens, & diſcretus ex qualitate perſonæ
illius, cuius iuramento ex conuentione ſtandum eſſet,
quod tũc iudex moderare poſſet,iuxta not.in l.ſi quãdo
C.unde ui,& reducere ad moderatas & rationabiles ex
pen.de quibus in d.l.properandum,§.ſin autem alteru-
tra,C.de iud.cũ iſto caſu appareat,quod uelit delinque-
re,& detegatur dolus,qui ſemper in generali diſpoſitio
ne etiam ſi in ſimplicem alterius uoluntatem confera-
tur,exceptus in dubio intelligit l.creditor. §. lucius. ff.
mad.Bar.d.l.fin.in fin.& l.ſi quis arbitratu.ff.de uer.ob.
& hęc ſufficiant pro ijs,quæ nunc in q.propoſita ſuccur
runt.Sed adhuc inſtari poſſet contra hanc meã rationẽ
d.l.fin.C.de pact.& no.ibi & in l.pactũ quod dotali,eo.
tit.& in c.2.de conceſsio.præben.vbi quod pactũ de fu-
tura ſucceſsione, & hęreditate uiuẽtis improbat quod
ideo eſt quia inducit uotũ captãdæ mortis,& bonis mo
ribus aduerſat,& tñ nec iſto caſu ex generalitate regu-
læ,quæ ſumit ex d.l.2.C.de off.ciu.iud.& l.merito. ff. pro
ſoc.

ſoc. non eſſet præſumendum, quòd paciſcẽtes, in mortẽ filius, de cuius hæreditate agitur, cõſpirare uelint, & cõſequenter pactum non deberet improbari: prout improbatur, ſed reſpõderi poſſe arbitror, ꝙ in terminis principalis qõnia noſtræ ideò ualet pactũ de ſtando iuramẽto paciſcentis ſuper expenſarũ & damnorũ quãtitate, quia ſic paciſcendo, & cõſentiendo tali iuramẽto, religionẽ, & fidẽ illius approbare uidetur, & meritò, quòd dicto iuramento iurans declarauit, impugnare non põt, etiam quòd ſi teſtis in propria cauſa, adde Bald. in l. parentes, C. de teſti. Ancha. in c. nulli licere, de electio. in 6. Inno. in c. cũ venerabilis, col. pen. de excep. & quæ abũdẽ dixit Aym. Cra. conſi. 100. incip. Titius Seius, in fin. At in pacto de futura ſucceſsione, & viuẽtis hæreditate inter duos uel plures inſcio eo, ſuper cuius hæreditate paciſcitur, facto, ceſſat ratio præmiſſa, hinc eſt quòd tex. in d. l. fi. C. de pact. ſubiungit niſi fortè is, de cuius hæreditate pactum eſt, cõſenſum ſuum eis accõmodauerit, & uſque ad extremum uitæ ſpaciũ perſeuerauerit, tunc etenim ſublata acerbiſsima ſpe, licebit eis illo ſciente, & patiente pactiones ſeruare, & ſic probat ibi text. quod cõſenſus abſtergit præſumptionẽ uoti captãdæ mortis, ea inquam ratione, ꝙ ex tali conſenſu uiſus ſit, ut dixi, fidẽ & religionem paciſcentiũ approbare, & ex concurſu opinionis ſic approbantis cũ iuris præſumptione prædicta ceſſat illa præſumptio, quòd in mortẽ eius de cuius hæreditate paciſcitur machinari uelint, cũ una præſumptio tollat aliã uulga. l. diuus. ff. de in integ. reſtit. cum ſimil.

SVMMARIA.

1 *Homicida nõ poteſt retinere beneficiũ eccleſiaſticũ, maximè ſi beneficiũ illud ordinẽ annexum habeat.*
2 *Beneficium retinere non poteſt, qui non poteſt dicere officium.*
3 *Beneficium datur propter officium.*
4 *Homicida ipſo iure non eſt priuatus, ſed priuandus, beneficio. fallit ut num. 5.*
6 *Notorium nunquã habet uires ad aliquẽ deponendũ uel priuandum, niſi ſequatur ſententia priuationis.*
7 *Collatio facta periuro, non eſt nulla, ſed annullanda.*

CII.

1 BENEFICIVM eccleſiaſticũ, ordinem præſer-
tim annexum habens, homicidã retinere nõ poſ-
ſe, etiam poſt peractã pœnitentiam probatur ex
tex. in c. miror l. diſtin. & in c. in quibuſdam, de pœnis,
ſecundum Ioan. And. ibi quòd ideò eſt, quia ille, qui nõ
2 poteſt dicere officiũ, non põt obtinere, & recipere be-
neficiũ c. quòd a te & c. diuerſis fallacijs, de cler. cõiu.
c. cum ſecundũ, de præben. quòd beneficium datur pro-
3 pter officium, c. fin. de reſcri. in 6. & tradunt legiſtæ in l.
4 qui ſub prætextu, C. de ſacroſan. eccl. & homicidã ipſo
iure nõ eſſe priuatum, ſed priuandũ uolunt cõiter Doc.
in c. inquiſitionis, de accuſa. & in c. cũ nõ ab homine, de
iudi. & in c. cum noſtris, de conceſ. præben. ubi præſer-
tim Inn. ante fin. gl. primæ, quam conclu. tanquã cõmu.
ſequitur Fel. in d. c. inquiſitionis, tradens cautelam, ut an
te priuationẽ homicida taliter renuntiet, puta amico,
qui poſt abſolutionẽ & diſpenſationẽ ei retrocedat. fal-
5 lit tamen dicta concluſio in homicida cõmittente homi
cidium qualificatum puta cum aſſaſsinio ſecũdũ ipſum
Fel. in d. c. inquiſitionis eadẽ col. quare talis homicida ip
ſo iure eſt priuatus beneficio per tex. in c. 1. de homi. in
fin. li. 6. ibi ipſo facto &c. & quantuncunq; aliquis bene
ficiatus, uel prælatus ſit notoriè criminoſus, non propte
rea eſt priuatus beneficio, neq; dignitate, nec depoſitus
ipſo iure, & ſi ſit homicida, dũmodo nõ qualificatus, ut
dixi ſecundũ Bal. in l. cũ fratrẽ col. 3. de his qui. ut indi.
6 dicentẽ notoriũ nunquam habere uires ad aliquẽ depo
nendum, uel priuandũ, niſi ſequatur ſententia priuatio-
nis, vel depoſitionis, & dixit Anch. i regu. peccati venia
in prima oppo. li. 6. illud certum eſſe, ꝙ ſi homicida pro
mouetur ad beneficiũ, recipit titulũ. Allegat Inn. in præ
alleg. c. in literis de cõceſ. præb. voluit quoq; Abb. in c.
fin. pe. no. de exceſ. præla. quod homicida uel irregularis
non ſit ipſo facto beneficio ſuo priuatus, ſi homicidum,
uel irregularitas ſecuta eſt collationẽ beneficij, ut opti-
mè probari dicit in c. ex literis eo. tit. & in c. clericis, ne
cle. uel mo. & Fed. de Se. conſi. 50. quod incipit à colla-
7 tione &c. uoluit quò d collatio facta periuro, non ſit
nulla, ſed annullanda; allegat Ioan. And. poſt Compoſt.
in c. capitulum, de reſcrip. in gl. uerſi. quid ſi eligitur. Ad
de, & uide Rot. deciſ. 262. incip. religioſo. Inno.

SVMMARIVM.

Ab interlocutoria de nõ exequendo, appellari nõ põt.

CIII.

AB interlocutoria de nõ exequẽdo appellari nõ poteſt, Feli. in c. quòd ad cõſultationẽ col. 9. de ſent. & re iud. Dec. in c. nouit. 4. no. de ap. Craue. cõſ. 273. nobilis dñe cõmiſſarie col. pe. in fi. hancque ſequitur ſentẽtiã tanquã à Doc. cõiter obſeruatã Alex. quem etiam ipſe refert conſi. 95. uiſis proceſsibus, lib. 2.

SVMMARIVM.

Actio, non res, efficitur per litis cõteſtationẽ litigioſa.

CIIII.

REM litigioſam non effici, ſed ipſam actionem quando actione perſonali agitur lite conteſtata in iudicijs particularibus, probat tex. i l. 1. ff. de litig. in l. 2. C. eo. in l. 1. ubi Bald. C. de præſcr. long. tempo. Inn. c. cũ tu. de cõſti. & in c. dilecti, de exceptio. Bal. conſ. 40. maritus, col. 2. li. 1. & cõſ. 332. ſtatuto ciuitatis Vincentiæ in fin. li. 3. Rom. conſ. 270. pro deciſione ſecũdo dubio dicens, quòd eſt cõis Doct. concluſio in d. l. 2. C. de litigio. actionẽ effici per litis conteſtationẽ litigioſam, non aũt rem. quã tamen concluſ. intelligit Guid. Papa. cõcluſ. 479. procedere in actione directa tantũ, non aũt inutili, & licet Feli. in d. c. dilecti de except. col. pen. in fin. contrariũ tenere uideatur, tamẽ à communi non eſt recedendum. Et ubi quis uellet cõtra communem inſtare, & tenere, illud cõcedi poſſet quo ad alios effectus reſultantes ex uitio litigioſi, non autem reſpectu pœnę, ſecundũ Crau. cõſ. 279. ſcripſi aliàs pro Nicolao, col. 2.

SVMMARIVM.

Vſufructuarius omnium bonorum, ad æs alienum non tenetur, ſed ſpectat ad hæredem.

CV.

QVAMVIS Bar. in l. fi. ff. de uſufru. leg. voluerit vſufructuariũ omniũ bonorum ad æs aliẽnũ teneri, attamen contrariũ cõiter, & ad hærẽdẽ pertinere, ipſiq; hæredi permitti ad bonorũ hæreditariorũ pro ſolutione dicti æris à defuncto debiti diſtinctionẽ & uenditionẽ deuoluere Doc. ut plenè per Pau. de Caſt. in cõſ. 394. aliàs 386. in cauſa quæ uertitur Bononiæ, col. 2. ad fi. & duabus ſeq. Et in conſ. 459. dubiũ. de quo quæritur col. fin. lib. 2. Alexand. in l. uſufructus. ff. ad l. Falc. Soci. in conſil. 131. colum. 6. uerſic. demum dubi-

dubitatur lib.1.& in l.1.in prin.col.2. uerſi.3. collegio. ff.ad Trebell.Dec.in conſ.485.ad fin.col.pen. ubi quod cõis opinio eſt contra Bar.in d.l.ſi,imò plus uoluit Bal. in conſi.237.Titius in teſtamento in 3.dubio li. 1.& in conſ.237.Paſſutius,lib.5. quòd dicti ęris alieni ſolutio, & onus totaliter,ad ſolum hæredẽ pertinet, ita ut uſuſfructus ob ipſum æs alienum non minuatur, cõtrarium concludens in uſufructuario hæreditatis,ut tunc non ſolus hæres,ſed ipſe quoq; uſufructuarius cum hærede teneatur,quia onus eſt totius patrimonij, & nõ fructuum. l.ſi.ff.de uſufruct.lega.uide ipſum Bal.d.conſi.237.

SVMMARIVM.

Contractus per ſe nullus,firmatur iuramento.

CVI.

LICAT plerique Doct.fuerint uarij, aliqui tenentes contractum nullum, defectu ſolennitatum à ſtatuto requiſitarum,puta à minore, uel muliere ſine conſenſu propinquorum celebratum, iuraméto nõ firmari,aliqui contrarium ſentientes,horum tamen communior,& receptior ſententia eſt,ut uidere, licèt in c.cũ contingat.de iureiur.ubi Butrig.Abb.& Imol. Paul. de Caſt.in repet.authen.ſacramenta pube.C.ſi aduerſus uẽdit.Abb.in diſputat.ſua incipiente, ſtante ſtatuto ciuitatis Senarum.Soci.conſ.147.col.4.incip.uiſa facti, lib.2.

SVMMARIVM.

Conductori debet fieri remiſsio, ſi damnum quod in re conducta paſſus eſt,enorme ſit.

CVII.

VBICVNQVE, ſecundũ uulgi opinionẽ, damnum per conductorem in re locata paſſum eſt enorme,& intolerabile, debet ipſi conductori fieri remiſsio.glo.eſt magis cõiter approbata in l. licèt. C.locat.& in l.ſi uno,in princ.ff.eo. quam uti magis cõmunem ſequitur Cardi. in c. propter ſterilitatem. extra eod.tit.ubi uide Imol. plenè hunc articulum diſcutientem,& Soci.conſi.100.in cauſa Baptiſtæ.in prin.libr.1.

SVMMARIA.

1 *Annuli delatione uel datione non probatur matrimonium.*

2 *Matrimonium ex ſola fama non probatur.*

CVIII.

1 MATRIMONIVM ex ſola anuli delatione nõ probari,maximè in locis, quibus hoc ſignum eſt æquiuocum,teſtatur Old.conſ. 158.nec ex
2 ſola fama ſecundum Doct.in cap.illud, de præſump.quæ decreta eſt clauis in materia iſta. conſuluit Bart. conſil. 113.proceſſum eſt.facit tex.in c.ueniens primò, de teſt. & licet Imol.d.cap.illud.uideatur uoluiſſe famam cum cohabitatione probare matrimonium, tamen poſteà contrarium concludit, & ſic communiter tenent Doct. in dicto cap.illud. Quibus adde Sozi.conſi.39.uiſis.col. 2.ubi latè,libr.1.

SVMMARIVM.

Reſtitutio in integrum poſt quadriennium non competit,niſi adſit enormiſsima læſio.

CIX.

RESTITVTIONEM in integrum poſt quadriẽnium non competere,regulare eſt.c.1. & c.2.de in integ.reſtit.li. 6. fallit tamen ubi adeſt enormiſsima læſio,quia tunc ſiue eccleſia, ſiue minor ſit,qui taliter læſus ſit,reſtituitur lapſu quadriennij non obſtante.gl.eſt in d.c.1.de in integ.reſtit.quam Sozin. dicit cõmuniter approbatam in conſi.216.in cauſa.col. 12.li. 2. ubi uideas quãdo dicatur enormiſsima læſio. quod conſilium,prout affirmauit mihi dominus meus reuerẽdus & excellentiſsimus do. Antonius Auguſtinus, apoſtolici cauſarũ palatij ex primatibus Auditor meritiſsimus tempore ſuo Rota ſequuta fuit,& obſeruat,addi poteſt. Rom.conſi.123.circa princ.col.4.nu.5.Alex.uerò cõſi. 30.ponderatis,col.2.li.5.inquit,quòd poſt quadrienniũ nõ datur reſtitutio aduerſus rem iudicatam,etiam ſi de læſione conſtet.potes tu intelligere pro concordia, niſi læſio ſit enormiſsima, quia tunc ſecùs, ut per Socin. & Ro.allegatis conſilijs.

SVMMARIVM.

Remedium c.reintegranda, non ſolum in eccleſiaſticis, ſed etiam in laicis & prophanis rebus ſibi locum uendicat.

CX.

REMEDIVM, ſiue conditio canonis reintegrãda.3.q.1.nõ ſolùm in rebus eccleſiaſticis & clericorum prout aliqui uoluere, verùm,etiam laicorum,& profanis locum ſibi uendicat.aiunt Anton.de Butr.in c.cùm ad ſedem.de reſtit.ſpolia.Innoc.& Ioan. And.in cap.ſæpè.eod.tit.Bart.in l.ſi coloni.de agricol. & cenſi.lib.10.Angel.conſi.154.in quæſt.1. & So.l.rem quæ nobis.ff.de acquirend.poſſ.qui hanc communem refert & ſequitur.

SVMMARIVM.

Iudex delegatus Appellationis,ſi pronunciat cauſſam appellationis legitimam, poteſt de principali negotio cognoſcere.

CXI.

QVAESTIONABANT Doct.an iudex delegatus appellationis ſi pronũciat cauſam appellationis legitimã,poſsit de principali negotio cognoſcere.& deniq; Abbas poſt antiquiores in c.ut debitus. de appellat.concludit quòd ſic: quia dictum negotiũ acceſſoriè uenit ad ipſam appellationis cauſam,quæ committitur.Et cùm in ipſa cauſa principali etiam acceſſoria includantur c.prudentiam.in ſi.de offi. deleg.Ratio tamen iſta uidetur dubitabilis, quia illa acceſſoria tantùm cenſentur cõmiſſa,& ueniunt, ſine quibus cauſa expediri,& cõmiſsio adimpleri nõ poteſt.l. ij.ff.de iuriſd. om.iud.no.in c.præterea.& in c.ex literis. eo.tit.de offi. deleg.ſed cauſa principalis non eſt neceſſaria ad cauſam appellationis, cũ ſine illa poſsit ipſa appellatio expediri.Inn.d.c.ut debitus.alleg.gl.in c.ſolet.i uer.ſuperiorẽ. de ſent.excõ.quæ dicit,ꝙ nec etiam ueniunt ea,cum quibus cauſa faciliùs expeditur.Dec.tamen in d.ca.ut debitus,col.pen.dicit primam opinionem magis cõmunem.

SVMMARIVM.

Poſsidens ciuiliter, ſi naturalem poſſeſsionem per decennium negligat,etiam ciuilem amittit.

CIVILITAS

CXII.

Civilitar poſsidens, ſi naturalem per decẽnium negligat, ciuilẽ etiam amittit poſſeſsionẽ. Decius diffuſe in regula ſine poſſeſsione. & ibi Ioan. And. de reg. Iur. in 6. quia per decennij lapſum inducitur obliuio. l. ſi id quod. §. ſi fortè. ff. de acq. poſſeſ. l. clam poſsidere. §. qui ad nundinas. eod. ti. ſequitur Sozi. conſi. 38. pro deciſione. col. 8. li. 1. tãquam communem.

SVMMARIVM.

Matrimonium eſt & cenſetur cõtractũ per illa uerba: Promitto non accipere aliquã in uxorẽ, niſi te, idq; procedit inter eos, qui tractabant de matrimonio.

CXIII.

Antonius de But. in c. ex parte. circa fi. in uerſi. ſed eſt dubium. de ſponſa. uoluit, quòd ſi dico, promitto non accipere aliquam in uxorem, niſi te, ex iſtis uerbis non cenſeatur, nec ſit contractum matrimonium, quia reſoluitur in potentia, ſed Abb. ibi poſt Cardin. contrarium tenuit, & hanc dicit cõmunem opinionem Deci. in l. tranſactione. col. 3. in princ. C. de trãſa. quam dicit procedere, & locum habere inter eos, qui tractabant de matrimonio ſecundum ipſum Abb. in ca. prætereà. l. 1. col. 1. eo. tit. de ſponſalib. tu dic ſecùs ſi aliter, & alio effuſo ſermone talis promiſsio emittitur, quare tunc non animo ſe obligaodi, & contrahendi emitti uidetur, ſed potiùs applaudendi.

SVMMARIVM.

Teſtamentum præteritione filii in poteſtate exiſtentis, nati uel naſcituri, ab initio nullum eſt, etiam ſi filius non dicat nullum. Limit. ut ſeq.

CXIIII.

Testamentum præteritione filij in poteſtate exiſtentis & nati, uel naſcituri de iure ciuili à principio eſt nullum, abſq; eo, quòd filius dicat nullum, probatur Inſtit. de exhæredatio. lib. in princ. ibi initio non conſtiterit, teſtamentum, ad idem tex. in l. 1. ff. de iniuſt. rupt. irritoq; teſt. ibi nullius momenti. l. 3. §. ex his ibi illi ſemper, & in l. quæ uxorem, ibi continuò rumpitur, eod. tit. l. inter cætera. in fin. ibi inutile eſt teſtamentum. ff. de libe. & poſthu. in l. 1. §. hoc interdictũ. ff. de tabu. exhib. l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicom. libertat. & pluribus alijs locis probatur iſta cõcluſio, quam ueram fatentur Doct. in l. 1. col. 6. C. de bon. poſſeſſ. contra tabu. in princi. & communem, ut per eos in auth. ex cauſa. C. de libe. præte.

Limitatur autem iſta concluſio ſecundum Alex. in dicta auth. ex cauſa. quinimò filius eſt exhæredatus, & conſenſit ſe exhęredari. licèt Iaſ. etiam ibi plurimùm, & pluribus medijs impugnet.

Limitatur 2. ſecundum ipſum Alexandrum, quando teſtamentũ habet ſolitã clauſulam codicillarem, ſi non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorũ, quia tunc ſuſtinetur, & ualet iure fideicommiſsi, & filius cenſetur grauatus reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus. tradit Bart. in l. 1. q. 5. ff. de iure codicil. in l. ſi iure, in fi. ff. de leg. 3. Alex. conſi. 37. in cauſa. col. 2. li. 1. & in d. authen. ex cauſa. C. de libe. præte. ubi hanc cõem opinionem eſſe atteſtatur, & ſequitur, & idem tenet conſ. 41. uiſo themate. eod. li. 1. & in conſ. 142. circa primã dubitationem, aliàs ſecundum librũ meũ 285. col. 2. circa finem. li. 5. & conſ. 31. põderatis, li. 3. Ang. cõſ. 119. uiſo themate, col. 2. Bal. conſi. 431. incip. gl. in auth. ex cauſa li. 3. & conſi. 204. caſus talis eſt, li. 5. & deniq; Ro. conſ. 122. id quod, quę omnia ſufficiant tibi ad probationẽ dictę cõmunis.

SVMMARIA.

1 *Dotalis res, præſertim immobilis, etiam conſentiente muliere, alienari non poteſt per uirum, imò nec ſi millies conſentiret.*

2 *Rem dotalem alienatam vir repetere poteſt ab emptore, etiam ex propria perſona.*

3 *Vir & eius fideiuſſores tenentur de euictione, ſi res dotalis per eum alienata, poſtea ab eodem, uel uxore eius euicta ſit.*

4 *Si rei dotalis uenditio in mulierem ſonet, tunc ea euicta, neque ipſa mulier, neq; fideiuſſ. eius tenetur de euictione.*

5 *Si emptor ſciuit rem alienatam eſſe dotalem, tunc ea euicta, non habet pretii repetitionem.*

CXV.

Quamuis ad regulam, quæ habet, quòd res
dotalis præſertim immobilis etiã muliere cõ-
ſentiente alienari non poſsit per uirum, toto
tit. ff. & C. de fund. dotal. cum alijs uulgar. tradunt tamẽ
aliqui fallentiam, quando mulier poſt biennium ſecun-
dò conſenſit, uel lapſi ſunt tertiò, ſiue etiã ſecundum ali-
quos decem anni, ex quorum lapſu præſumatur geminatus
conſenſus: quod intellige, ſi uiro ſuperſunt tot bona
ultra rem alienatã, ex quorum pretio uxori in euentum
dotis reſtituendæ conſuli pro ſua indemnitate ualeat:
iuxta tex. in auth. ut immobile ant. nupt. & hanc opi. te-
nuit ibi Placen. & quidam alij, ac gl. in c. peruenit. extra
de empt. & uend. contrarium tamen cõiter concludunt
1 Doct. in locis prædictis: & gl. in d. auth. ut immob. ante
nup. in uerbo ualebit, ubi ꝙ nec ſi millies cõſentiret mu-
lier, ualet alienatio. & in auth. ſiue à me, uõ ſumit. C. ad
Senatuſ. Velle. & Doc. in d. c. peruenit. ea potiſsimũ ra-
tione, quia ſi hoc eſſet uerũ, ſequeretur ꝙ fauor dotis,
qui per illã auth. extenditur, reſtringeretur cõtra priui-
legia ipſius dotis, quorũ principiũ eſt, ut indiſtinctè res
dotalis alienari non poſsit. l. 1. §. & cũ lex. C. de rei uxo.
actio. Inſti. qui alie. li. in princi. & hac in materia diffuſè
loquutus eſt Bald. nouel. tracta. ſuo de do. par. 7. primo
ſpeciali. col. 4. vſq; ad decimã incluſiuè, qui tradit ad re-
gulã nigiuti fallentias, & ibi col. 7. inquit, ꝙ cõiter con-
2 cludunt Doct. ꝙ uir etiã ex propria perſona rem dotalẽ
alienatã repetere poteſt ab emptore, cõtra multorũ opi-
nionem. & col. ſeq. ait ſimiliter Doct. cõiter tenere uirũ
in caſu proximè dictæ communis, reſpectu perſonalis
actionis ſi ſol. matr. per eũ uel per uxorẽ res ab emptore
3 euincatur, ipſum, & eius fideiuſſores de euictione tene-
4 ri, quando uenditio cantat in ipſius uiri perſona, ſecus ſi
in perſonam uxoris, quia tunc nec ipſa, neque ſui fideiuſ-
5 ſores tenentur. & ibi etiam ſubiungit emptorem ſcien-
tem rem alienatam eſſe dotalem, non habere pretij re-
petitionem, quaſi fuerit in culpa, & damnum propte-
reà ſibi imputandum. reliqua circa materiam iſtam ibi
inuenies pleniùs explicata.

SVMMARIVM.

Dominium non ſufficienter probatur per titulũ vacuæ poſſeſsionis, traditionem & pretii numerationẽ, ſed neceſſe eſt etiã probare uenditorem fuiſſe Dominũ.

DOMINIVM

CXVI.

DOMINIVM tribus his concurrentibus, uidè licet titulo uacuæ poſſeſsionis, traditione, & pretij numeratione probari uoluit Placen. in l.cùm res.C.de proba.gl.tamen ibi, in uerſi.uenditam, contrarium concludit. Mouetur quia ex iſtis tribus neceſſariè non inferatur emptorem dominũ fore, cùm poſsibile ſit uenditorem dominũ rei uenditæ non fuiſſe, traditio.ff.de acqu,rer. do. oportereq; neceſſariò probare, quòd uenditor fuerit dominus, aliàs obſtat regula, quæ ſumitur ex l.neq; natales.C.eo.de proba.& ideò Bar.in d.l.cùm res.ſequitur d.gl.quam dicit cõmuniter teneri.

SVMMARIA.

1 *Eccleſia ſuccedens priuato aduerſus quem fuerat inchoata præſcriptio, pro tempore præterito utitur iure priuati, in futurum autem, iure ſuo.*

2 *Contra Eccleſiam regulariter non currit præſcriptio niſi 40. annorum.*

CXVII.

1 SI Eccleſia ſuccedit priuato, aduerſus quem fuerat inchoata præſcriptio, pro tempore præterito utitur iure priuati, in futurum uerò iure ſuo, arg.tex. in l.fiſcus.ff.de iure fiſci.ſic cõmuniter concludunt Doct. in auth.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.& Cano. poſt Io. And.in c.unico.de iure pat.in 6.hinc dixit Bar. in d.auth. in fin.quòd ſi contra priuatum effluxum erat tempus decem annorũ, intellige in caſu quo uiginti ad præſcribendũ requirũtur, ſi poſtmodùm ſuccedat eccleſia, completa non erit medietas præſcriptionis, nec ſufficiet contra eccleſiam complere reliquã medietatẽ, uidelicet
2 aliorum decem, ſed triginta requiruntur. Cùm contra eccleſiam regulariter nõ currat præſcriptio niſi quadraginta annorum.c.de quarta, de præſcrip.

SVMMARIVM.

Pactum de ingrediendo & occupando rem hypothecatam propria authoritate extenditur contra tertium ſingularem ſucceſſorem habentem cauſſam à debitore, ſi debitum fuerit liquidum.

CXVIII.

PACTVM de ingrediendo & occupando rem hypothecatam propria authoritate, & ſic ad executionem iuris realis, id eſt ipſius pignoris, & hypothecæ, adiectum contra tertium ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam à debitore, ſi tamen debitum erat liquidum, in ipſo inſtrumento extenditur. l.3. & ibi Bartol.colum.4. uerſicu. Item dubitatur quid de ſingulari ſucceſſore.C.de pigno.& ibi Pet. Cyn.Ray.& Bald.Specul.quoque in titul.de pigno.§.1.uerſic. Item quid ſi debitor. idem uoluit per text.in l.ſi Titius.ff.de ſer.export. Et pactum huiuſmodi eſt dicti iuris realis exequutium & conſequutiuum, prout tradunt Bartolus, Bald. & magis communiter Doct. in dicta l. tertia. quamuis ut idem Bartolus ibi inquit, antiquiores ea fuerint in opinione, quòd pactum prædictum ius tantum perſonale cauſet, & conſequenter quod ad ſingularem non tranſeat ſucceſſorem. Corn.uerò conſi.ducenteſimo decimooctauo, uidetur in hac conſultatione, uolumine tertio, latè hanc diſcutit, & examinat quæſtionem, recurre ad eam.

SVMMARIVM.

Dote non conſtituta, ſi mulier nubat, non cenſetur in dubio omnia bona ſua in dotem uiro dediſſe.

CXIX.

MVLIER nubens, dote uiro non conſtituta in dubio, omnia bona ſua in dotem ipſi uiro dediſſe cenſetur, quãdo uiro congruit matrimonium. ſic uoluit gl.in l.mulier bona. ff.de iure dot. quæ tamẽ ut Dec.refert in auth.vnde vir.col.3.nu.6.C.vnde vir & uxor.cõiter reprobatur, illamq; & Ariſtotelis allegatã authoritatẽ, & ſententiam improbat Bart. in diſpu.ſua incip.mulier habens amplũ patrimoniũ, tanquã contra legẽ concludens, quòd uno caſu tantùm omnia bona ſua in dotẽ uiro dediſſe cenſetur, ſcilicet, quãdo priori uiro in dotẽ dederat, & ſimpliciter ſecundo uiro tradidit, quia tũc dos ipſa repetita uidetur, ſi ex priore matrimonio nõ extant liberi, aliàs ſecùs, uide per eum ibidẽ.

SVMMARIVM.

Filius non tenetur credere matri ſuæ etiam in articulo mortis aſſerẽti eum ex adulterio vel damnato coitu conceptum & genitum.

CXX.

DISCEPTATIO eſt inter Doct. aliqui uolentes filium teneri credere matri ſuæ etiam in articulo mortis aſſerenti eum ex adulterio uel alio damnato coitu conceptum, & genitum, aliqui negatiuam tenentes, & inter cæteros Cyn. in l. ſi uicinis. C.de nupt.qui redarguit filium illius reginæ, qui credit matri aſſerentì ipſum illegitimum, & patris putatiui regnum renunciauit. propter quod à pluribus damnatus & illuſus fuit, quòd fatuè ſe geſſerit.receptior tamen & magis communis illa eſt, quòd ſiue ſibi, ſiue alij, uel alijs mater ipſa ſic aſſerat, non teneatur, neque debeat credere, ut per Boer.q.299.col.5.part.2. ubi latiſsimè q.examinat, & cum communi tranſit, attenta iuris præſumptione, quæ eſt pro filio, etiam ſi mulier alij uiro ſe commiſcuerit, ca.illud.& ibi not.extra de præſump.c.tanta, qui filij ſint legi.cum ſimi.& not.

SVMMARIVM.

Procurator ſi litem conteſtatus fuerit, nõ dominus, ſed ipſe, citandus eſt, at ſi neuter conteſtatus eſt, uterq; citari poteſt. Limit. ut ſeq.

CXXI.

CITANDVS eſt procurator, & non dominus principalis, quando ipſe procurator, & non dominus litem fuit conteſtatus. ſed ſi procura. non fuit litem conteſtatus, tunc uterque ipſorum citari poteſt, ex ſententia Maria. Socin. in tracta. ſuo de citatio. quinto principali artic.quæſt.4.cuius opi.approbat tanquam communem, & a nemine improbatam. Boer.q.285.col.3.qui illam limitat ex mẽte Bal.in c.in nomine domini.q.ultim.uerſi.quæro nunquid. extra de teſt.non procedere quando procurator eſſet abſens, uel aliter impeditus, ſiue etiam iam ſe nolle comparere declaraſſet, quã caſibus iſtis dominus, etiam quòd non ipſe, ſed procur.litem conteſtatus fuerit, & procuratorem conſtituẽdo ſe à comparendi onere ex legis cõſilio exonerauit.

neravit.l. r. §. uſus,ff.de procu.cum inuitus comparere non teneatur.l.1.C.en.de procu,c.1,extra de iudi.citari poterit,& iudicium ualebit.Concordat Fely. cum Bal. in d.c.in nomine domini.col.10.nu,33.de teſt.& ibi Petrus.& in c.ſi quem,de procur. in 6. ubi etiam babes de tacita,& expreſſa reuocatione,& an,& quando procurator inuitus reuocari,uel non reuocari poſsit.

SVMMARIVM.

Laudo reclamari poteſt, ſiue re ipſa, ſiue arbitratoris dolo,iniquum ſit,non obſtantibus iuramento & renunciatione.

CXXII.

APPELLATIONI, reclamationi, nullitatis dictioni & reductioni ad arbitriū boni uiri cum promittentes renunciare poſſe, uoluere Bart. Bald.& Sali.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorū.ff.pro ſocio. Caſtrē.conſ.254.aliàs 261.uiſis cōpromiſſo, laudo,puncto,& alijs,per text.in l.non diſtinguemus.§, cùm quidam.ff.de recep.arbi. quibus tamen contradicit Alb. de Roſa.d.§.arbitrorum col.3.uerſi. item quæro an renunciari poſsit,concludens ſiue re ipſa,ſiue arbitratoris dolo iniquum ſit,laudo reclamari poſſe,iuramento & renūciatione non obſtantibus,ut plenè per ipſum in l.ſi quia arbitratum.col,3. uerſi. quæro nunquid renunciari poſſit.ff.de uerb.obli.& in l.non uidetur fraudare.ff.de reg. iur. idē concludit Dyn.in regu.ſcienti.eo.tit.item Caſtr. conſi.123.col.2.uer.2.uidēdū eſt,in no.impreſſ. Spec, in tit.de arbit.§.ſequitur.uerſic. quid ſi compromiſſum. & ibi Io.And.in uerſi.uiri,late Cap. Tholoſ.deciſ.267. & Guid.Papę q.519.& latiſsimè Boer.q.284.& hoc cōmuniter teneri affirmat ipſe Alberi. d. §. arbitrorum.d. col.3.prout etiam refert idem Boer,ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

Editio libri,inſtrumenti,teſtamenti & ſtatuti, ſi petatur, non totum edi debet, ſed tantum particula ad cauſſam & ius ipſius petentis faciens.

CXXIII.

SI quis ſibi edi petat ſtatutum,librum,inſtrumentū, vel teſtamentum, particula tantùm ad cauſam & ius ipſius petentis faciens edi debet, & nō totum. Bart.& cōiter ſcriben.Rub.ff.de noui ope,nuncia.Boe. latè.q.253.col.4.allegat text. in l.ex conuentione ibi ut pars inſtrumenti,& ibi Bal.Sali.& Moder.C.de trāſac. quem tamen non reperio ſub d. tit. & l.eo quod à multis.ff.ſi cert. pet.ubi hoc gl.ſentit,& tex.ibi Angel.in l.ſi duobus.ff.quemadmodum teſt.aper.facit tex. & ibi gl. Bart.& Alexan.in l.argentarius.§.edi.ff.de eden.

SVMMARIVM.

Subſtitutio neq; pupillaris neq; exēplaris ualet, ſi ille cui aliquid in teſtamento relictum fuit,ipſum teſtamentum impugnet.idem de fideicommiſsis & legatis cenſendum.

CXXIIII.

QVAMVIS ſecundum gl.quam Bart. & Doct. cōiter ſequuntur in l.1.§.fin.ff. de uulg.& pupil.ſubſtitutio pupillaris, & exemplaris cōſeruentur,ſi teſtamentum præteritione, uel exhæredatione filij rumpatur,per textum in auth. ex cauſa, ibi,cætera nunquam firma manent.C,de libe,præte.Si tamen ille, cui aliquid in teſtamento relictum fuit, ipſum teſtamentum impugnet,tunc nec fideicommiſſa, ſiue legata,neq; ſubſtitutiones huiuſmodi conſeruantur, per dictā auth. ex cauſa,uerum omnia ſunt nulla ex Iaſonis ſentētia in d.auth.ex cauſa.in prima limitatione, & not.in regul.ex eo quod quis,de reg.iur. hancq; ſequitur Boe,tanquam com.q.147,col.pen.ſed ſi teſtamentum ſit nullum ex eo quod capite ſuo,quod eſt hæredis inſtitutio.§.ante hæredis. Inſti.de leg.l.ſi.ff.de iure codi.d.§.in primis. inſtit. de fideic.hæred.l.proaimè.cum gl.ff.de his,quæ in teſta. delen.caret.nec pupillaris, neq; exemplaris ſubſtitutio ualet.d.§.fin.ubi text,apertus.

SVMMARIA.

1 *Præſcriptio in actionibus rei non perſecutoriis, currit etiam minoribus.*
2 *Triennalis inſtantia de qua in l.properandum.§.fin.C. iud.currit etiam minoribus.Limit.vt num.3.*
4 *Tempus appellādi,& appellationem proſequendi, currit etiam minoribus.*
5 *Tempus datum ad excipiendum de dote non numerata,currit etiam minoribus.*

CXXV.

1 PRAESCRIPTIO in actionibus redhibitoria, & quanto minoris, alijsq; rei non perſecutorijs, quæ anno olim,& hodie expirant.§. eas. Inſti. de perpe.et tempo.actio.contra minorem abſque ſpe reſtitutionis currit ex ſententia.Caſtren. quem Docto.communiter in l.fin col.2.C.in quib.cau.in integr.reſti.non
2 eſt neceſſ.ſequuntur.currit quoque contra ipſum minorem inſtantia triennalis,de qua in l.properandum, §.fi. C.de iud.et ibi Doct.et idem Caſtr.d.l.2,ead.col.et ibi Bart.col.1.16.oppo.ubi etiam in tempore dato ad cōficiendum inuentarium idem concludit per tex.in l.ſi.C.
3 de iure delib.fallit tamen, quod dicitur de triennali inſtantia,quādo tutor uel curator, ſiue etiam procurator, cuius dolo,uel culpa inſtantia ipſa perijt, nō eſt ſoluen. quia tunc datur in ſubſidiū in integ.reſt.ſi læſus perſiſtat. d.§.fin.et ibi idem Caſt,poſt Bar.concluden, idē in tem
4 pore dato ad appellandum,quod eſt decem dierum.authen.C.de appel.et tempore ad appellationē proſequēdum,quod eſt annus,et ea cauſa biennū,et longius c. ex ratione,eo.tit.de appel.auth.ei qui.C.de temp.et repar. appell.quod ideò inductū eſt,ut iuris rigor conſeruetur. auth.de appell.et integ.quæ tēpo.in prin. et uoluit gl.in l.auxiliū.in uer.ceſſant,ff.de mino.et idē concluditur in
5 tēpore dato ad excipiendum de dote non nume. pecun. quam habuiſſe confeſſus fuit,non fuiſſe ſibi numeratā.l. in contractibus in princ.cum gl.in uer. periturus. C. de non num.pecu.et habetur per ipſum Caſtr. ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

Procuratorē nemo conſtituere cogitur etiam ne excommunicatus quidem.

CXXVI.

PROCVRATOREM conſtituere nemo cogitur c.querelam,de procura.gl.in c.intelleximus.de iudi.uerſi.cōuenire.vbi quod excommunicatus procuratorē conſtituere non cogitur,et licèt Cald, ibi contrarium uoluerit,cum glo.tamen omnes conueniunt,& illa ſequuntur.

SVM-

SVMMARIVM.

Reali actione agenti, liberum eſt ſiue coram iudice prouinciæ uel diœceſeos in qua res ſita eſt, uel corā iudice domicilii Reum conuenire.

CXXVII.

Etsi gl. in c. ſanè de foro comp. admoneat actorem reali actione agere nolentem ut reum, de & ſuper re, ad quam agere intendit coram iudice prouinciæ uel diœceſia in qua res ſita eſt, conueniat. Goſ. tamen, quem Inno. in c. dilectus filius. el ſecundo. de reſer. & Cald. in d. c. ſanè ſequuntur, uoluit ꝙ ſit in ipſius actoris optione, uel coram prædicto, uel & coram domicilij iudice agere, quibus aſſentit ibi Abba. qui hāc communem teſtatur, & comprobat ex not. in fin. C. ubi in rem act. & in c. fin. eo. titu. de foro compet.

SVMMARIA.

1 *Citatione etiam vnica, firmatur iudicium & perpetuatur iuriſdictio.*
2 *Citationis emanatio reſpectu actoris, licet non fuerit executa, ſufficit ad inducendum litis pendentiam.*

CXXVIII.

1 Iudicium firmari, et iuriſdictionem perpetuari
per primam etiam unicam citationem firmat gl. in
uerſi. citationes. in cle. 1. de iudi. & in cle. 2. in uerſ.
citatio ut lite penden. & ibi quòd ſufficit quoad perpetuandam iuriſdictionem emanaſſe, licet non fuerit executa, ſecus tamen quoad inducendam litis pendentiam,
quia quoad hoc requiritur quòd ſit executa, d. cle. 2. ad
2 quòd ſolum ſufficiat decretum, et emanatio citationis
reſpectu actoris, quoad inducendum litis pend. in tantū,
ut ſi aliquid attētet ipſe actor poſt decretum citationis, ante illius executionem ueniat per uiam attentatorum reuocan. Rot. in antiq. deci. 227. et in nou. deciſi. 75. et ultra gl. prædict. in clem. præallegatis habes aliam glo. in c. propoſuiſti. de foro compe. et ibi licèt Pet. contrariū teneat, Abbas, tamen glo. ſequitur dicens modernos illam communiter tenere.

SVMMARIA.

1 *Spoliatus in beneficialibus & ſpiritualib. non tenetur iuſtificare titulum poſſeſsionis, ſed ſufficit eum poſſeſsionem titulo uel alio modo ſaltem colorare.*
2 *Pro colore poſſeſsionis ſpoliati, ſufficit confeſsio ſpoliatoris confitentis titulum ſpoliati.*

CXXIX.

Longa fuit inter doctores diſceptatio in cap. in
literis. de reſtit. ſpol. An in beneficialibus, & ſpiritualibus ſpoliatus teneatur iuſtificare titulum
ſuæ poſſeſsionis, uel ſufficere ei poſſeſsionem ſolā probare, iuxta text. in c. conſultationibus. de offi. deleg. aliqui uerò uoluere, ꝙ titulum probare teneatur, alij quòd
ad partis inſtantiam minimè. ex officio autem iudicis ſecus, alij quòd nec ad partis inſtantiam, neq; ex officio teneatur ſpoliatus probare titulū, nec colorare poſſeſsio-
1 nem, ſed iudex in ipſius ſpoliatoris odium, illum eijcere
debeat. Alij ꝙ non tenetur præcisè probare titulum, ſed
ſufficiat poſſeſsionē ſuā titulo uel alio modo colorare,
& pro horum ſententia eſt gl. in clem. unic. de cauſ. poſſeſ. & proprietate. & cum eis cōis opinio eſt per Abb. in d. c. in literis. & tenet Rot. deciſi. 679. eo. tit. de reſtitut. ſpoliat. in antiq. hancq; hodie ſacrum obſeruat palatiū,
2 & ſacias quod pro colore ſufficit confeſsio ſpoliatoris
confitentis titulum ſpoliati, prout concludit Rot. 408. &
421. eod. tit. de reſtit. ſpolia. in no.

SVMMARIVM.

Mandans & faciens æquiparatur.

CXXX.

Statutum loquens in faciente, habet locum in mandante. Bartol. in l. ſed ſi unius. §. ſeruus meus. ff. de iureiur. uerſi. ſtante ſtatuto. & Iaſ. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. om. iud. qui in hanc ſententiam communiter Doct. concurrere, inquit, & hanc tenuit Rota, anno 1551. 16. Martij in una Bononien. caducitatis bonorum de Buchia, in qua ego eram pro iſta parte, uidelicèt pro dominis Gaſpare & fratribus de Buchis contra do. Ioannem Baptiſtam & Ludouicum etiā de Burhis corā R. P. D. meo. D. Fabio Koiæ Decano meritiſsimo, doctrina, et integritate ſingulariſsimo.

SVMMARIA.

1 *Citandus primò debet citari perſonaliter & in faciem ſi reperiri poteſt, ſed ſi non reperiri poteſt, ſufficit citatio ad domum facta.*
2 *Citandus non reperiri poſſe dicitur, ſi abſit à ciuitate.*
concor. num. 3.
4 *Citatus ſemel perſonaliter, poterit deinceps ſemper ad domum citari.*

CXXXI.

Fuit opinio Dyn. in l. 1. ff. de lib. agnoſc. quòd
ſufficiat citandū ad domū citare, per tex. in l. ſcire
oportet. ff. de excuſ. tut. qui alternatiuè loquitur
ad faciem uel ad domū, in quibus alternatiuis ſufficit alterā partem eſſe uerā. reg. in alternatiuis. ff. de reg. iur.
in 6. ſed hæc ſua opinio damnatur à doct. in ca. cauſam
1 quæ. de dol. et contu. ratione illa quia iura cōtrà uolūt,
ut quis primò citetur perſonaliter, ſi reperiri pōt, et ubi
reperiri nō pōt, admittunt citationē ad domum, ut in d. cauſam. et in d. l. 1. de lib. agnn. et decidit Bar. in l. 4. §. ꝙ ait prætor. ff. de dā. infect. et ad l. ſcire. reſpondet, ꝙ illa eſt alternatiua ordinis, id eſt ut primò in faciem ſi pōt, aliàs ad domū citetur: ſimile eſt in c. mandato. de præb. in 6. quādo aūt dicatur non reperiri, uariæ fuere opiniones. prima fuit Hoſtié. in d. c. cauſam, ꝙ oportet abſit citandus à prouincia ad hoc ut ſufficiat citatio ad domū, innuens, ꝙ ſi ſit in prouincia, debeat citari perſonaliter.
2 alia fuit Inn. in c. ſi. de eo qui mit. in poſſ. ꝙ ſufficit abſit
à ciuitate per id quod habet in auth. de exhib. re. §. fin. alia fuit Bart. in d. l. 4. §. prætor ait, diſtinguentis: ꝙ aut ſumus in his quæ celeritatē requirunt, et tunc ſufficit ꝙ non reperiatur in iudicio, ut citari poſsit ad domū. d. §.
3 prætor ait. iuncta l. 1. ff. eo. ſi uerò cauſa celeritatem non
exigit, ſufficit citandū abeſſe à ciuitate, ſi citandus nunquā fuit citatus, ut quia ſit prima citatio. l. ut perfectius. C. de anna. excep. et tenet Inn. in d. c. ſi. de eo qui mir. in poſſ. eſt enim ſibi imputandū, ſi non dimiſit procuratorē. durū quidem eſſet, quòd per totā prouinciam perquirere teneretur, ſcias tamē quòd uigore citationis ad domū, ſolum proceditur ad ea, quæ ſunt leuis præiudicij,

puta

puta ad miſsionem in poſſeſsionē etiam contra abſentē ex cauſa reip. l. ignorare. C. de teſta. milit. intellige quan
4 do prima citatio ſit ad domum, ſecus ſi alias fuiſſet perſonaliter citatus, quia tunc ſufficit ad quoſcunq; actus & ad ſententiam citatio ad domum, ut cōcludit Rot. deciſ. 48. tit. de citatio. in not. ſit de citatione ad domum uide per Inno. & latè per Abb. in d. cap. fin. de eo qui mitt. in poſſeſ. cauſ. rei ſeruan.

S V M M A R I A.

1 *Minor, mulier & ruſticus, renunciantes beneficio l. 2. C. de reſc. vendi. ſi de ipſo beneficio, non certiorati ſint, poſſunt nihilominus agere ad reſciſsionem, niſi iuramentum interueniſſet.*

2 *Mulier intercedens pro aliquo medio iuramēto, etiam ſi poſtea appareat eam non eſſe certioratam de beneficio, non liberatur.*

3 *Remedium l. 2. C. de reſc. uend. nō competit ſi iuramentum interuenerit de non contraueniendo.*

4 *Minor iurans in contractu non contrauenire, etiā ſi beneficio reſtitutionis non renunciauerit, tamen à beneficio illo excluditur.*

C X X I I.

VOLVIT Bal. in l. 2. q. 4. C. de reſcin. uen. ꝙ niſi minor, mulier, & ruſticus renunciando benefi-
1 cio illius legis certiorati fuerint de ipſo beneficio, poſsint nihilominus contrauenire, & ad reſciſsionē agere, quod tamen procedit, & uerū eſt, quando renūciatio fuit abſq; iuramento, ſecus ſi cū iuramento, ita tradunt Anch. & Io. And. in c. quāuis, de pactis, in 6. & bo
2 nus tex. in c. 1. uer. ex reſcripto. de iureiu. & ibi gl. & Docto. tradunt, ꝙ ſi mulier pro alio intercedat cū iuramento, ēt ꝙ non appareat certioratā fuiſſe dicto beneficio, non adiuuatur ex eo. idē tenet Butr. in c. ſi diligenti. col. 6. de fo. compe. & ſic ſtat concluſio, ꝙ interueniēte iura
3 mento de non contraueniendo, nō cōpetit reſciſsio, ſiue remediū, d. l. 2. C. de reſc. uendi. quam ēt tenēt Bart. in l.
4 ſciendum. in fi. ff. de uerb. obli. & ibi Ang. in repe. c. concludens, ꝙ ſi minor iurauit in contractu non contrauenire, etiā ꝙ aliter beneficio reſtitutionis in integrum non renunciauerit, excluditur ab ipſo beneficio. & probatur in auth. ſacra puberum. C. ſi aduer. uendi. & ibi hoc tenent Bart. Ang. & Pau. de Ca. & idem Bar. Fulgo. & Ludo. Rom. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Bal. in l. 1. C. de reb. cred. & in l. 1. C. ſi aduer. uendi. Bal. in l. qui iure milit. ff. de teſt. milit. Cuma. & Ro. in d. l. ſciendum. ff. de uer. oblig. idem Caſt. in l. fi. §. fi. ad Velleian. Et hanc puto magis communem opinionem.

S V M M A R I A.

Sententiæ quæ tranſiuit in rem iudicatam ſtandum eſt, & pro ea ſemper præſumendum eſt.

C X X X I I I.

SENTENTIAE, quæ in rē tranſiuit iudicatā ſtandum eſt, & pro dicto eius proceſſu præſumitur ſiue de præſenti ſiue de antiquo, & ſiue in præſentem, ſiue in abſentem lata ſit. Inn. & Imo. qui aſſerunt hanc communem in c. cum in iure peritus. de offi. deleg. col. 9. Fely. in c. quoniam contra. col. 19. uer. 4. concluſio. & col. 13. uer. 3. concluſio. de probationibus.

S V M M A R I V M.

Teſtis extra iudicium aliquid dicens, & ſuper eo ſcripturam aliquam propria manu conficiens, poſtea in iudicio contrarium deponens, poteſt propter uacillationem illam torqueri.

C X X X I I I I.

SI teſtis, qui extra iudiciū dicit, & depoſuit unū cōficiendo de ſuo dicto ſcripturā manu propria annotatam, poſteà in iudicio dixerit contrariū, dicit uacillare adeò, quòd ex tali uacillatione poteſt torqueri. probatur ex tex. in l. eos. 2. reſp. ibi, quia contra ſignū ſuum &c. & ibi Bart. not. ff. ad l. Corn. de Fal. Pet. & Ancha. in c. de teſtibus. extrà de teſtib. Bar. in c. cum in tua de teſt. ubi ꝙ quando uariatio eſt circa ea, quæ teſtis dixerit extra iudiciū & in iudicio, redditur ſuſpectus de falſo, in tantum, quod poteſt torqueri: allegat no. in l. cap. 5. ff. ad l. Corn. de adult. & in c. per inquiſitionem. de electio. & in hanc omnes concurrere ſententiā inquit Alexan. in conſ. 63. dico, lib. 1. ubi diffuſius uideri poteſt.

S V M M A R I V M.

Ad caſſandam ſententiam pro actore latam, ſufficit ſi iudex probationes rei non uiderit.

C X X X V.

SI iudex non uidit probationes rei, hoc ſufficit ad caſſari faciendū ſententiā pro actore latam. l. hoc aūt. poſt principiū ibi liquere q; prætori. ff. quib. ex cauſ. in poſſeſ. eatur. l. properandū. §. & ſi quidem ibi negotij acta &c. C. de iudic. firmat Alex. atteſtatus cōem hanc ſententiam conſil. 53. quæritur in fin. lib. primo.

S V M M A R I V M.

Statuto aliquo innalidante contractū iuratū, & pœnā illi qui tali inſtrumento utatur imponat, iurās tamē nihilominus tenetur ad obſeruantiam.

C X X X V I.

QVAMVIS ſtatutum inualidans contractū iuratum, pœnam utenti tali inſtrumento imponat, iurans nihilominus ad iuramenti obſeruantiam tenetur. concludunt Abbas & Imol. in c. cum contingat. de iureiur. & Caſtr. in l. ſi ff. qui ſatiſd. cogā. & licet pleriq; alij contrariū defendere conentur, priorē tamen ſententia melioribus, & maiorum authoritatibus confoueri, & corroborari, magisq; cōem eſſe ait Alexā. Imo. conſ. 59. uiſo inſtrumēto. col. 3. nu. 9. li. 1. admonēs uti uolentē tali inſtrumento ne incidat in pœnā ſtatuti inſtrumēto utēdo, ut eam obſeruet cautelā, uidelicet, dicat ſe uti uelle illo dūtaxat pro ipſius iuramenti, nō aūt cōtractus obſeruātia, & hoc modo impune uti poterit.

S V M M A R I V M.

Reus conuentus ſi reſpondeat libello actoris negatiuè vel affirmatiuè, dicat tamen quòd non animo litem conteſtandi, præciſè cogi poteſt ad reſpondendum, et litem conteſtandum.

C X X X V I I.

SI reus conuentus reſpondeat libello actoris negatiuè, uel affirmatiuè, dicat tamen ꝙ non animo litis conteſtandi, licet aliqui uoluerint ꝙ iudex poſsit pronunciare litē haberi pro conteſtata, & hoc ſufficiat. Bar. tū in l. conſentaneū. ex gl. ibi in uerſi. contumacia. C. quom. & quando iudex, cōcludit ꝙ iuſſus ad litē conteſtādam, ſi contumax fuerit, cogi poterit per primum, & ſecundum decretū. ſequitur Zacha. in Apoſt. ad Abb. in c.

in c.cùm M.col.6.in fi.de conſt.ibi. Adde tu quid operetur reſponſio.ubi q potest iudex præcipere ei,quòd litẽ purè conteſtetur,& ſi recuſet, non poteſt pronunciare litem haberi pro conteſtata,ſed procedet ratione cõtumaciæ contra eũ ad primum, & ſecundum decretũ, & idẽ concludit Alex.in l.ſi finita.§.Iulianus,col.10.in fi. ff.de dã.infe.expreſsè dicens,putat ipſum cogi poſſe ad præciſe reſpondendum,& quòd hæc uidetur eſſe magis cõis,quã ſequitur Caſtren.in l.ſi dominus.§.in pecunia. ff.de leg.1.aliàs ſequeretur q eſſet in ipſius rei p̃tãte deludere actorẽ ne perueniret ad diffinitiuã ſcientiam,cõtra tex.in l.ne in p̃tãte ff.de arb.uide tex. in d.l.quotiẽs, cum gl.ff.de noua.eundẽ Alex.in l.qui in alien.§.celſus, col.3.ff.de aeq.hær.hanc quoq; magis cõmu.eſſe aſſerentẽ,& obſeruãdã per tex.in l.inter ſtipulantẽ,§.1.de uer. obl.in l.quotiens,in prin.uerſi.omninò.ff.de noa.& ibi Bal & Pe.tex.in d.l.cõſentaneum.C.quo. & quãdo iudex.& ex ſentẽtia Cano.in c.1.de litis conteſt. & quod dictũ eſt præciſè cogi poſſe, procedit in principali litigante.quid autem ſit in procuratore,tutore,& patre legiti.adminiſtratore tradit ibi idem Alexand. d. §.Iulia. col.10.præalleg.in fine.

SVMMARIVM.

Laudum non tranſit in rem iudicatam etiamſi intra anni ſpatium ab eo non reclamatum fuerit.

CXXXVIII.

Etiam ſi per annum ſteteris, quod à laudo non reclames;non propterea tranſit in rem iudicatã ex ſent.Bar.& aliorũ in l.ſi ſocietatem,§ arbitrorum.ff pro Soci.Bal.in l.ſi.uerſ.quæro uſq; ad quantum tempus,C.de contrahen.empt.Bal.& Ang.in l ſicut.C. de præſcrip.30.uel 40.anno.But.in c.quintauallis de iureiuran.& hanc tanquam com.ſequitur Alex.conſ.237. uiſis proceſsibus,col,fin.li.2,ſequendo ordinem primi.

SVMMARIVM.

Sententia ipſo iure nulla redditur, in qua Iudex ſe ad acta expreſsè refert, in quibus error deprehẽditur.

CXXXIX.

Si iudex in ſententia refert ſe expreſsè ad acta, & ex illis apparet de errore ipſius Iudicis uitiatur ſententia, & eſt nulla. Quia quemadmodũ error expreſſus in ſententia illam uitiat, nullam & ipſo iure reddit.l.ſi expreſſus.ff.de appel.l.2.C.quando prouocare non eſt neceſ.c.1.de re iud. Ita quando error deprehenditur ex actis, ad quæ ſit relatio cũ hæc pariſicẽtur. arg.tex.in l.ait prætor,§.1.ff.de re iud. & l.penult.C.de ſent.quæ ſi.cer.quantit. & l.Inſtitutio talis.ff.de condi. inſt.firmat Bar.in l.1,C.de error.calc.Abb.in cap. quoniam contra.de proba.hancq; ueram & magis cõem cõcluſ.teſtatur Alex.conſ.123.diſcuſsis.col. 4.nu.4.libr.1. Inn.tamẽ in c.in præſentia.de renunc. diſtinguit,quod, aut Iudex expreſsè ſe refert ad acta,in quibus error deprehenditur,& tunc uera eſt communis, aut non expreſsè ſe retulit ad illa,& tunc ſecùs,quia fortaſsis Iudex ex alio fuit motus,quod nõ apparet ex actis,hancq; diſtinctionem ſequitur Abb.in cap.inter cætera,de re iud.

SVMMARIVM.

Sententia lata contra principalem,non habet executionem contra fideiuſſorem contractus,ſecùs eſt in fideiuſſore iudicii.

CXL.

Sententia contra principalem lata nõ habet executionẽ paratam contra fideiuſſorem contractus,in fideiuſſore uerò iudicij ſecùs ſecundum gl. in c.1.de iniur.& dam.dat.in 6.in uerſi.prægrauatur.& Bart.in l.1.ff.iud.ſol.ſed agi debet ordine iudiciario ſeu nata actione ex ſtipulatu, & quomodò agendum ſit docet Imol.in c.peruenit,col.3.de fideiuſſo. qui pi.glo.& Bart.ubi ſupra communem inquit.

SVMMARIVM.

Republica, quã propter multitudinẽ populi neceſſe eſt regi per ſuos adminiſtratores,aduerſus læſionem ex contractu inſurgentem,reſtitutionem petere poteſt.

CXLI.

Quaeſiuit non ab re dubitari poſſet. An caſtro populoſo,& hominũ & perſonarũ multitudinem habente,in integrum aduerſus læſionem ex quouis actu,uel contractu inſurgentem,daretur reſtitutio,& ratio dubitandi eſſet doctorũ hac in re colluctatio,aliqui tenẽtes ciuitatẽ,rempublicã, & caſtrum huiuſmodi ſi lædantur,aduerſus læſionem ipſam,in integrum reſtitui,aliqui contrariũ defendentes, ut uiderè licet per Inno.& alios in c.1.de in integ.reſtit.per Io.An. in add.ad Spec.eo.tit.§.ſi quis aũt,in addit.incip. & ibi Bar.tamen in l.reſpublica.C.quib.ex cauſ. maio.cõcludit,Caſtrũ populoſum,quod præ nimia populi multitudine,neceſſe eſt per ſuos regi adminiſtratores in integrũ reſtitutionẽ poſtulare poſſe,arg.tex.in d.l. reſpublica.& in l.rempublicã.C.de iur.reipub.lib.11.cum quo in uno,et reliquo eadẽ militet ratio,hancq; com.inquit, et ſequitur Rom.conſ.423.pro pleniore,colu.1.uol.3.

SVMMARIVM.

Filii patre teſtatore grauati in teſtamẽto ad eũ caſum, ſi ſine liberis deceſſerint,nõ ſolum legitimã ſuã,ſed etiã quartam Trebellianicam,detrahere poſſunt.

CXLII.

Vbicunque grauamen à teſtatore eſt iniunctum filijs,ſub conditione ſi deceſſerint ſine filijs,ipſi grauati, nedum legitimã iure naturæ debitã, uerum etiam Trebellianicam detrahere poſſunt.no.Docto.in l.quãquam,ff.ad l.Falc.et in l.in ratione. §.quod uulgò ff.eo. Imper.in l. Iubemus. C.ad S. C. Trebell. hancq; ſequitur ſententiam tanquam communem Alexan.conſi.139.eleganter vol.1.

SVMMARIA.

1 *Caſus fortuitus unus in obligatione aliqua expreſſus,ſi deinde generalia verba ſubiiciantur, facit vt etiam veniant non expreſſi.*

2 *Caſus fortuitos omnes in ſe recipiens, in obligatione aliqua non intelligitur caſus inſolitos in ſe recepiſſe,ſed ſolitos tantum.*

CXLIII.

1 Si in obligatione exprimatur unus caſus fortuitus, et deinde generalia uerba ſubijciantur,expreſsio illius operatur taliter, quod in eadem etiam ueniunt non expreſsi, ut habetur per gloſſ. et Docto. in l.ſed ſi quis,§.quæſitum.ff.ſi quis cautio. et in l.2.ff.commoda.et in ca.1.eod.titu.de commo. hancque pro magis communi adducit,et ſequitur Alex.cõſ. 3.incip.uiſo in-

Incip. uiſo inſtrumento concluſionis, col. 2. in fi. lib. 1. argu. tex. in cap. qui ad agendū de procurato. in ſexto. Ad uertendum tamen eſt quod ſi quis in ſe omnem fortuitū caſum ſuſcipiat, omneque periculum, nonquam tamen uenit ſub tali obligatione caſus inſolitus ſecūdum Bar. & alios in d. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. per text. in l. ſiſtu las. §. frumenta. ff. de contrah. empti. Bal. in l. falſus, col. pe. C. de fur. & latè idem Alex. cōſ. 28. uiſis col. eod. lib. 2. & ibi plura hanc concluſionē corroborantia cumulat, & in conſ. 3. uiſo inſtrumento, col. 2. & 3. eod. lib.

S V M M A R I V M.

Rei hypothecatæ alienatio ualet, ſi alienatio non expreſſe prohibita ſit. habet tamē hypothecarius retentionem ut ea uti poſsit pro pœna & intereſſe, donec illi ſatisfiat.

C X L I I I I.

Res ſpeciali, uel generali hypothe. ſuppoſita, ſi in contractu cui adijcitur, nō ſit pacto expreſſo dictæ rei alienatio prohibita, ſi alienetur, ualet alienatio, habebit tamen ille cui res hypothecata fuit, retētionem, & ea uti poterit pro pœna, & intereſſe, ſeu ipſam pœnam loco dicti intereſſe quouſque de illo ſibi ſatisfiat, conſequeter tradunt Bar. & alij in l. ſi non fortem. §. ſi centum. ff. de condi. indeb. & Neguz. qui ſic cōmuniter à Docto. concludi aſſerit in tracta. ſuo de pigno. & hypoth. par. 2. col. 2.

S V M M A R I V M.

Prouiſio ſine cauſſa ineficax eſt, nec præſumitur ex certa ſcientia facta, ideo dicenti incumbit probatio.

C X L V.

Prouiſio ſine cauſa inefficax eſt l. 2. §. circa. ff. de dol. except. & erronea, non autem animo liberali, & ex certa ſcientia facta præſumitur & dicenti quòd ex certa ſcientia proceſſerit, probandi onus incūbit Bal. in l. generaliter. 4. & 6. oppoſ. C. de non nu. pec. & ibi Sali. & Ang. qui ſic conſuluiſſe aſſerit. concordat Alex. qui affirmat hanc com. conſ. 13. ex his. uol. 1.

S V M M A R I V M.

Conſtitutum in generali bonorū hypotheca appoſitū, operatur ut hypotheca extendatur et ad bona futura.

C X L V I.

Si in generali bonorum hypotheca apponatur, conſtitutum operatur ut hypotheca extendatur etiā quo ad bona futura, ſic inquiunt Sal. & Butr. in l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſſe. & conſuluit Bart. conſi. 76. punctus talis eſt, pater filio ſuo emancipato, eamq; Fauen. in ſuo tract. de pigno. & hypo. 2. membro poſt principium tanquam com. ſequutus eſt ſententiam.

S V M M A R I V M.

1 *Confiſcatis alicuius bonis, non ueniunt ea bona quæ delinquens ita in emphyteuſim habet, ut ad hæredes extraneos non tranſeant.*

2 *Confiſcatis alicuius bonis, non ueniūt ea bona, quæ reſtitutioni per fideicommiſſum ſubiecta ſunt. uide latius ibid.*

C X L V I I.

1 Ex delicto emphyteutæ rei eccleſiæ, quæ ad extraneos non tranſit hæredes, uel etiam rei priuati, quæ ea lege conceditur, ut ad ipſos extraneos non tranſeat, bonis dicti emphyteutæ delinquentis confiſcatis, res ipſa emphytheutica non tranſit in fiſcum, nec in ipſorum bonorum confiſcatione uenit, ex ſententia Bar. & aliorum in l. fi. finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de dam. infect. cum quibus conuenit Alex. conſi. 73. prima conſideratione. col. 2. in fin. & 3. in principio uol. 1. aſſerens hanc communiter Doct. ſequi opi. con-
2 cludens inſuper, bona reſtitutioni fideicommiſſi ſubiecta, ſequuta bonorum grauati confiſcatione in fiſcum cū tertij præiudicio non tranſire, in præiudicium autem ipſius grauati delinquentis, & illius uita durante, uel quoadusque reſtitutionem principalem meruerit obtinere, tranſire per tex. in l. ſtatius. §. Cornelio Feli. ff. de iur. fiſci, & alia per eum ibi cumulata.

S V M M A R I V M.

Bannitus cum bonorum confiſcatione non inhabilitatur quò ad bona hæreditaria ſibi in alio loco delata.

C X L V I I I.

Bannitvs cum bonorum confiſcatione non inhabiliter adeò, quin bonorum, quæ ſibi ex teſtamento legitimo & ualido deferuntur, in alio loco exiſtentium & illorum ſucceſsion. capax ſit bonorū quidem in loco, à quo bannitus reperitur confiſtentium, uel etiam in alio loco ſibi ex forma ſtatutorum loci, à quo eſt bannitus delatorum ſucceſsionis indignus efficitur, & inhabilis: conſuluit Alex. hanc tradens pro cōmuni ſententia conſ. 26. circa primum lib. 1.

S V M M A R I V M.

Exemplum non probat, niſi originale exhibeatur. amplia, ut ſeq.

C X L I X.

Regvla quæ habet, quod exemplum non probat, niſi originale exhibeatur, quæ ſumitur ex tex. in l. procurator in fi. C. de eden. procedit & habet locum non ſolum ſi unus, uerum etiam ſi centum notarij exemplarent, quinimmo & ſi originale uidiſſe ſine macula, & non uitiatum, & illud exemplum auſcultaſſe, & cum originali concordaſſe atteſtātur. tradunt Iaſo & communiter Doct. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. & ipſum confitetur ibidem Caſtr. reprobans dictum Spe. quod in tit. de inſtru. editio. §. reſtat, uerſ. pen. tenuit qui illa uerba per nos, ſiue à me uiſo & lecto operentur, ut probat ipſe Caſt. quod ſemper miratus fuit de hoc dicto Specu. quia eſt contra dictam auth. ſi quis in aliquo generaliter loquentem, & rationem allegatam in glo. ibi, & poteſt eſſe &c. & ſemper credit dictum Spec. non eſſe uerum, ſubdens, quod licet cōmunis practica notariorum, ſeruet dictum Spec. tamen illa procedere poteſt ſi pars non opponeret, ſed parte opponente minimè. Alex. tamen in d. auth. in fi. non recedendo ab opi. Caſt. Ang. & communi. in d. auth. ſubſtinendo dictū Spec. ubi ſupra dicit illud uerum in terminis ſuis, quia loquitur inter partes contrahentes, & tunc uera eſt con cluſio ſua, ut quo ad illas dictum exemplum probet.

S V M M A R I V M.

Prebēda tali qualis canonico aſsignari ſolet à Papa alicui conceſſa; uidetur etiam canonicatus collatus.

C L.

Vbicvnqve Papa alicui clerico ad canonicatum habili præbendam uni canonico aſsignari conſuetam & uacantem confert, ſiue conferri mandat, canonicatus quoque collatus cenſetur, quòd ideo inquam eſt, quia præbenda magnam cum canonia habet connexitatem, qua ratione hoc indoctum eſt, φ & pari ratione id conuerti dicendum ſit

C ut

ut argu.tex.in ca.tranſlato de conſtit.áliaq; hac ratione comprobandum, quia præbenda ad canonicatū acceſſoria eſt, quo fit ut ſi collata prębēda, canonicatus collatio ſequitur, & ſic principali, quanto magis econuerſo, cum acceſſorium à principali, ſed hoc ab illa reguletur. l. ex pupillari, & ibi not. ff. de uulg. & pup. reg. acceſſorium, de regu. iur. in 6 concluſio probatur ex trad. per gl. in c. propoſuit, in uerſi. inueſtitus, de conceſ. præb. quam Dočto. communiter ſequuntur, quibus, & ſi pet. in c. clericos, de præben. contradixerit, & ea fretus conſideratione quod aliud ſit canonica, aliud præbēda ac meritò ad unius collationem alterum non ſequi dixerit, prima tamen communis eſt teſte ipſo Imo, in d. c. propoſuit col. 4. de conceſ. præbend.

S V M M A R I V M.

Ius patronatus ſi ad plures tanquā ſingulos, & non tanquam uniuerſos, pertineat, non opus eſt in præſentatione rectoris uel capellani, oēs patronos uocari, & in unum conſentire, ſed ſufficit habere cōſenſum maioris partis, ſecus tamē eſt in inſtitutione. ut ſeq.

C L I.

VBicvnqve ius patronatus eccleſiæ, uel capellæ aut alterius loci pij canonicè conſtructi, & erecti, ad plures, non tanquam uniuerſos, id eſt non tanquam collegium, aut uniuerſitatem, ſed tanquā ſingulos pertinet, tūc de neceſſitate in præſentatione rectoris, uel capellani ad eccleſiā, uel capellaniam uacantem, omnium patronorum uocatio non exigitur, neque quod inſimul & in unum ad effectum dictæ præſentationis conueniant, ſed ſufficit, quod ſinguli, & ſeparatim ꝑſentēt ēt ſi agatur de præiudicādo minori primi patronorum ex præſentatione maioris partis, quia ſatis eſt habere cōſenſum maioris partis ſeorſum & ſeparatim. Ita tradidit Abb. cōſ. 76. incip. plura ſunt col. 1. 2. dubio lib. 2. affirmans hāc communem opi. & licet Roch. in tract. ſuo de iur. patro. in uer. honorificum. contrarium noluerit, attamen fundamēto Roch. licet de eo non faciat uerbum. reſpondet Dec. in c. cum omnes col. 8. uer. retenta tamen de conſti. qui pariter hāc col. atteſtatur. nō tamē arbitreris idē eſſe inſtitutione, quæ præſentationis uigore fit, quia in ipſa, antequam is ad quem inſtituere ſpectat, ad illam procedat in genere, ſaltem omnes, quos id tāgere poteſt negotium, & ſua quomodolibet intereſſe putantes, ad cōtradicendum, ac ſic præſentatus inſtituatur, & inſtitutio cōfirmetur, ſuo debet edicto in eccleſia, ad quam ſit præſentatus exiſti legendo, uel illius ualuis affigendo, ubi certi non ſunt qui ſe prȩſentationi & inſtitutioni opponere uelint, ut infra certum peremptoriū terminum illis eodem præfigendum edicto compareāt coram ipſo, ad quem pro inſtitutione recurritur, admonere, iuxta tex. in c. ſi. de elect. in 6. qui tex. procedit etiā in inſtitutione ſecundum gl. ibi in uerſi. elect. communiter approbatam, ut inquit Cran. qui etiam atteſtatur & ſequitur dictam commu. conſi. 63. primum dubium. parte prima. quomodo autem ubi uniuerſitas ius patronatus habet, præſentatio fieri debeat, ſcribit Fede. de Se. cōſi. 65. infrá ſcriptæ quæſtionis. 4. & 5. dubio. Calder. conſi. 9. de iur. patro. & quid, ac quomodo quando, per Abbatem tradit Rot. deciſ. quinta, in antiq. ubi etiam quando ad capitulum pertinet, formam habes.

S V M M A R I V M.

Remedium l. 2. C. de reſcind. uend. locum etiam habet in bonis per ſubhaſtationem uenditis.

C L I.

QVamvis Cort. ſen. conſi. 66. col. penul. uer. & per iſtas rationes uoluerit, quod remedium. l. 2. C. de reſcind. uend. non procedat, nec locum ſibi uendicet in uenditione ad incantum, ſiue ſubhaſtatione facta ex his, quæ ſcribit Bal. in l. ordo. C. de exce rei iud. & Alex. in l. ſi quis cū aliter. ff. de uerb. oblig. Idem tamen Bald. conſi. 375. caſus ſuper quo ad lib. 1. Paul. Caſt. conſi. 156. uiſis actis, & actitatis. co rā d. locum tenentem, col. 1. in ſi. lib. 2. Cal. conſi. 25. colu. 36. ante medium. Idem Bal. conſi. 513. Iudex. lib. 5. contrariū tenet, ſequitur Guido Papa. q. 22. i ſi. & ibi, quòd etiam procedit in alienatione rei minoris, idem ſentit q. 31. ubi ad ipſam 22. ſe remittit, concurrit Alex. qui dicit hanc magis com. eamq; ſequitur conſi. 117. circa ſi. lib. 7. ubi uideas. Rationem huius prioris ſententiæ aſſignat Bar. in l. 1. C. de præd. de præd. decurio. lib. 10. uidelicet, quia decretum operatur, ne quis conqueri poſſit de deceptione ultra dimidium.

S V M M A R I A.

1 *Cōſuetudo inducitur, etiam ſi in contradictorio iudicio non obtenta ſit.*

2 *Conſuetudo à lege non differt, & à lege ad conſuetudinem argumentari licet.*

C L I I I.

LIcet aliqui eius fuerint ſententiæ in l. de quibus. ff. de leg. & in glo. in §. ex non ſcripto. Inſt.
de iur. nat. gent. & ciui. cano. in c. fin. de conſue-
1 tu. in 6. quod conſuetudo ſuper aliquo non inducatur,
niſi in contradictorio iudicio id obtentum ſit. Bald. tamen conſ. 210. caſus talis eſt quidam. ff. col. 2. lib. 1. Soc. conſi. 99. Incip. in cauſa col. 2. uerſi. & licet illa conſuetudo lib. 1. Cor. conſi. 293. col. 3. ad fin. uerſic. non enim obſtat. quòd nō fuit obtenta lib. 1. & conſi. 155. incip. ex quo ſtatutum col. pen. in fin. & in princip. lib. 4. ibi licet opituletur, ſit obtenta in contradictorio, non tamen eſt neceſſarium Abb. conſi. 73, col. pen. in 3. dubio lib. 2. Veron. conſi. 31. in ſi. Iaſo. conſ. 46. col. 2. lib. 2. contrarium ſequuti ſunt, & hanc pro communi allegat Soci. d. con-
2 ſi. 99. hac ratione motus, quod conſuetudo à lege nō differt, niſi tāquam tacitum ab expreſſo, & ſicut lex inducitur abſque actu iudiciario expreſsè: ita & cōſuetudo, ut concludunt Bart. & alij in d. l. de quibus, & communiter cano. in d. c. ſi. de conſuetu.

S V M M A R I A.

1 *Beneficii collatio, ſi ad capitulum ſeu canonicorū collegiū pertinet, nulla eſt ſi abſentibus canonicis, qui tamen ſunt in ciuitate, facta ſit.*

2 *Abſentia canonicorum ex ciuitate non præſumitur, niſi probetur.*

3 *Clericus à ſua eccleſia abſens, præſumitur ex propoſito abeſſe.*

C L I I I I.

VBicvnqve beneficij collatio ad capitulum ſiue canonicorum collegium pertinet, ſi fiat abſentibus canonicis, qui tamen ſunt in ciuitate, non uocatis, eſt nulla, uel ſaltem nulla decernenda, & declaranda, Feli. in cap. cum omnes colum. 8. Dec. colum. 6. uerſic. 3. concluſio, & ibi communiter alij ſcrib. de conſtitut. Quinimmo uoluit Oldrad. conſil. 159. impugnatur. colum. fin. quod etiam abſentes à ciuitate ſunt uocandi, aliàs non ſubſiſtit ipſa collatio. limitatur tamen Oldrad. ſentent, ſecundum Craue.

Craue.conſi.88.quæritor.col.pen. 58.parte 5.non procedere,quando talis uocatio periculum eſſet ipſi capitulo,& collegio allatura, ut dubitaretur de præuentione Papæ uel Apoſtolicæ ſedis legati, quia iſto caſu taliter abſentibus etiã non uocatis ad ipſam collationẽ,ad euitandum præiudicium quod eis,& eorum iuribus inferetur,pcedere poſſent,allegat gl. ĩ pragmatica de colla. §.item uiſum uerſi.non ualeant cart.88.quod an uerum ſit affirmare tibi nequeo,quia dictam pragmaticã nunc uidere nequeo,cum penes me non extet, tu autem qui
a illa poſsides per te uideas,iſta tamen abſentia à ciuitate non præſumitur, niſi probetur ex eo, quod canonicus ſua in eccleſia reſidere tenetur,ne præſumamus delictũ contra iuris regulas.Oldr.conſi.198.incip.circa primũ punctum,col.ſi.hinc eſt, quod clericus à ſua eccle. ab-
b ſens,præſumitur ex propoſito abeſſe.Imo. in c.ſi. de eo qui mit.in poſſeſ. ſit in tract. ſuo de beneſi. parte 4.q.5. col.2.in latiori impreſsione.

SVMMARIVM.

Intereſſe nulli,etiam ne mercatori quidem paciſci licet, ante diem moræ.

CLV.

NVLLI etiam mercatori antequam debitor ſuus ſit moroſus in ſolutione, uel reſtitutione pecuniæ ſibi debitæ, puta ſi dilationem ad ſoluendum,uel reſtituendum debitori conceſſerit, ad aliquod intereſſe paciſci licet,etiam quòd mercator in loco mutui facti tantum fuiſſet uerìſimiliter lucraturus,quia etiã ſolito negotiari non conguit ante moram de aliquo intereſſe paciſci,neque illud ſibi debeatur ex doct. Aret. conſi.9.dub.3.Deci.in cap.cum uenerabilis col.6.de except.in conſi.156.in ſi.conſi.445. ad ſi.hac fretus ratione quia ſi ſibi non debetur ante moram, nec in pactum deduci poteſt,ſic quoque arguit ipſe Deci.conſi.119.uer. in oppoſitum col.4.ibi quia demum rem & hanc ſecutus opi.communem affirmat idem Aret.conſi.152.uiſo. Themate col.ſi.dubio 2.& conſi.157.uiſis diligenter ad fin.licet idem Deci. contrarium forſan, de dicto Aret. non recordatus,ſequutus fuerit conſi.111.col.4.ad fin. uerſi.non obſtant quædam reſponſiones,ab authoritate tamen Are.non uidetur recedendum,quem etiam ſequitur Crauet.cõſ.87.incip.Sempronius,parte prima,ſubdit tamen ipſe Deci. loco prææallegato ſe putare,qui habito reſpectu ad intereſſe uerìſimile,puta in caſu,l.iurabi.C.de actio.empti.certa quãtitas promitti & de ea conueniri licitè poteſt,cum tũc de uèro intereſſe appareat,& ſi communi contingentia inſpecta & fundo uẽdito tot fructus percipiuntur,qui ualent decem plus tamen & minus,ſecundum uarietatem temporis,illa promiſsio à principio facta iuxta illa decẽ, parum plus uel minus non uidetur illicita, quia ad fructus & intereſſe commenſuratur,& uidetur facta quædam tranſactio futuro euentu inſpecto,ad ſubmouendum probationis difficultatem, pro quo allegat tex.quem dicit bonum in l. ſi.ff.de præto.ſtip.fatetur quoque col.5.nu.14.ſententiã illam Doct.qui tenuerunt intereſſe tueri,& peti poſſe communem, quam tamen iure nõ benè probari inquit, eò quod tale intereſſe dicitur, extra rem, de qua nulla ratio habetur etiam ſi conſiſtat in damno.allegat tex.in l.ſi ſterilis.§.cum per uenditorem,de actione empt.

SVMMARIVM.

Sententia iniqua,eadem nulla eſt,idemq; de laudo quod contra ius pronunciatur cenſendum eſt.

CLXI.

SCRIBIT Iaſo in §.bonæ fidei.col. mihi.3. num.6. quod ſi ſententia Iudicis, ſiue iudicũ delegatorũ ſit iniqua,erit quoq; nulla,nec poteſt eſſe iniqua, quin ſit etiam nulla,ea,inquit,ratione, quia illis mandatur,ut iuſtitiam faciant.ſi igitur iniquam ferant ſententiam, mandatum non adimplent, uerum contra illius formam pronunciant,conſequenter nulliter c.cùm dilecta,de reſcript.cum alijs uulga. quæ Iaſ. ſententia alio ſic corroborari poteſt medio, ſi compromiſſum ſiat in aliquem ſeu aliquos ea lege, quod de iure tantum decidant,& diffiniant,ſi quidem arbitri contra ius pronuncient,laudum erit nullum, non diſtinguemus.§. ſi.ff. de recep.arb. Barto.in l. diem proferre.§. ſtari.ff.eo. Aret. conſi.68.col.pen.uerſi.3.oſtenditur.Cor.conſi.177. col. 5.lib.2.ergo idem dicendum in Iudice delegato cui mãdatur,ut pronunciet ſecundum ius. Sed contra Iaſ. dictum inuehitur & tenet Fely.in c.cauſamque de re iud. ſequitur Ripa in l.qui Romæ §.duo fratres col.2.circa mediũ.ff.de uerb.obli.& breuitatis ſectator & amator, uerusq; leg.Interpres.But.Aſten.conſi.69.col.ſi.uerſ.7. ipſe delegatus,pro opinione uerò Iaſ.tenet Cor. conſi. 177.col.5.n.27.lib.2. Ita demum ſi expreſsè mandatũ ſit iudici delegato,quòd prout de iure pronunciet, ſequitur Oldrad.conſi 93.magiſter ordinis.col.2. poſt medium,uerſic.& ſic cũ iuſtas cauſas.& conſ.295.orta materia col.1. Barba.in c.prudentiam in prin.col.12.& c.in literis de offi.dele.Fe.tamen ubi ſupra dicit illam opini. com.ſed dici poteſt Iaſo.& ſequa. opi.procedere poſſe quando diſpoſitiue demandaretur,quod de iure pronũciaret,& non ſub uerbis illis generalibus iuſtitiam faciat,quia tunc,licet demandatũ ſit quòd tacitè ineſt,illa tamẽ diſpoſitiua expreſsio aliquid operari debet, iuxta tex.in l.ſi quando.ff.de leg.2.& in c.ſi Papa,de priuil.in 6.cum ſimi.& pro hac declaratione deſeruit dictũ Bar. in d.l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi.Abb.d.c.cum dilecto de reſ.Fulg.conſi.11.

SVMMARIVM.

Præſumptio niſi allegatur,nihil ſuffragatur,etiam ſi ſit à lege.

CLVII.

PRAESVMPTIO etiam ſi ſit à lege, debet allegari, aliàs non ſuffragatur,l.ſi adulterium cum inceſtu. §.idem pollieni. cum not.ff.ad l.Iulium.de adul. etiamſi id quòd ſic lex ipſa præſumit notorium ſit Feli. in c.cum ordinem col.8.& ibi Deci.col.2. ad fin. de reſcript.idem Deci.in c.ex inſinuatione circa ſi. & c.ut debitus in 3.not.de appel.ſequitur Iaſ.in l. ex quacunque col.8.ff.ſi quis in ius uoca.non ier. & in l. ſi uerò.§. qui pro rei col.2.ff. qui ſatiſd. cogant. hic eſt, quod licet bona fides præſumatur,niſi allegetur,non prodeſt, tradit Alex.conſi.49.colu.3. & conſ.136.col.pen.lib.2.ac conſi.69.col.3.lib.3.& quòd neceſſariò illud a lege præſumptum etiã ubi notorium exiſtit,ut proſit ei,qui ex tali præſumptione ſe iuuare,& illam pro ſe inducere uult, allegari debeat,communiter à Doct.nemine diſcrepante teneri ait Crau.cõſi.258.efficaciora col.ſi.ubi uideas Doct.hanc ſectantes opinio.per ipſum relatos.

SVMMARIVM.

Nulliter geſtum non opus eſt reuocare. Limit.ut in ſi.

CLVIII.

REVOCARE non oportet,neque debet, quod nulliter factum geſtum ue fuit, ubi omnino ſi id factum non eſſet,fieri deberet,ratio eſt, quia ex quo de nouo ſic faciẽdum eſſet, parũ non intereſt quòd reuocetur. & uoces quorum non

intereſt recipiendæ, & audiendæ non ſunt, inquit Iur. cõ
ſul. in l. 1. ff. de appell. recip. probatur concluſio ex tex. in
l. ſi §. ff. de eo quòd met. cauſ. & ex his quæ ſcribũt Ang.
& Alex. in l. ſi finita in prin. ff. de dam. infect. Areti. in §.
quadrupl. mihi, col. 19. Inſt. de actio. qui loquuntur in
ſententia nulliter data. Pau. de Caſt. conſi. 472. in cauſa ca
pturæ Iacobi. in fi. li. 1. Soci. conſi. 113. ad fi. li. 3. Dec. in
c. cum ceſſante in fi. de appel. & in conſi. 449. col. 3. Iaſ.
in l. a Diuo Pio. §. in uẽditione, col. 3. de re iud. & in l.
ſi pacto quo pœnam, in 5. not. C. de pact. Curt. Iun. in
cõſ. 127 col. 3. uerſ. accedunt ad confirmationem Gozza-
di. conſ. 21. col. 7. Abb. conſ. 29. in fi. par. 2. Imo. in conſ.
105. col. 2. uer. nec obſtat quod legitur, & notatur. quos
omnes pro comprobatione communis ſententiæ, quam
atteſtatur, refert Craue. conſ. 189. in cauſa appellationis
col. 2. nu. 6. ad quã data facti cõtingentia recurrere po-
teris, & ad eundem conſi. 65. ſorores col. 2. & conſ. 140.
in cauſa ſpolij in fine, quam concluſionem ueram ſe cre-
dere ait d. cõſ. 65. quando ex iiſdem actis conſtet. quod
illud quòd nullum eſt de nouo fieri deberet, aliàs ſecus.

SVMMARIA.

1 *Minor, mulier, & ruſticus in uenditione ultra dimidiũ læſi, licet non contrauenire iurauerint, gaudent nihi lominus beneficio & remedio l. 2. C. de reſc. uend.*

2 *Iuramentum non abſtergit ſimplicitatẽ minoris, mulieris, & ruſtici.*

3 *Iuramentum à minore, muliere, & ruſtico præſtitum, ceſſante læſione ultra dimidium, uel dolo ex propoſito, aut metu reuerentiali, non relaxatur.*

CLIX.

SI Minor, mulier, uel ruſticus enormiter, & ultra di
1 midinm lę dantur in contractu uẽditionis, uel alio,
etiam quod non contrauenire & obſeruare pro-
miſſa iurauerint, data tali læſione poſſunt nihilominus
iuramento non obſtante ſe circumuentos & læſos, be-
neficium & remedium l. 2. C. de reſcin. uend. implora
do allegare, ratio eſt, quia iuramentum ſimplicitatem
2 harum perſonarum non abſtergit, ut inquit Bal. in rub.
C. de re. permu, & ex tali enormi & enormiſsima læſio-
ne dolus ex propoſito etiam arguitur: & paria ſunt qđ
adſit dolus ex propoſito, & quod adſit re ipſa, cum utro
que caſu, iuramento non obſtante, competat remediũ
d. l. 2. ut not. Doct. in l. ſi quiſquis cũ aliter. ff. de uerbo.
obli. & concluduntur in d. l. 2. & ſequitur Alex. conſi. 42.
lib. 1. in minore tantùm quando iurauit ſimpliciter non
contrauenire, quia iura ſibi magis ſubueniunt propter
eius imbecillitatem, & in conſ. 89. alias ſecũdum aliam
impreſsionem 231. uiſo, col. 4. uerſi. nec huic reſpõſioni,
& col. pen. uerſ. & idem tenet Sali. lib. 2. licet contrariũ
tenuerit, conſi. 125. col. 6. eo. lib. 1. & 127. aliàs in aliã
impreſsione 189. uiſo proceſſu. col. 2. circa fin. uerſi. ta-
men quando, lib. 2. Vbi quòd quando minor iurauit nõ
uenire contra ratione minoris ætatis, uel alia quacunq;
de cauſa, tunc perdit beneficium. d. l. 2. ſed primam opi.
ſequitur Soci. conſi. 48. in fi. lib. 4. Corn. conſ. 189. colu.
3. & ſeq. lib. Idem Corn. conſi. 147. colu. 2. ex doctrina
Imol. in c. cum contingat, de iur. iur. 291. colu. fin. lib. 4.
quibus in locis concluſit ita limitari opi. gl. & Doct. in
in d. l. 2. C. de reſcin. uen. quæ habet quod iuramentum
excludit à remedio d. legis, ut non procedat, quando læ
ſio eſt multum exceſsiua ultra dimidium iuſti pretij, pu
ta in triplo, uel in quadruplo, quia eo caſu iſtis ſaltem
perſonis competit remedium, & poteſt intentari, maxi-
mè petita abſolutione à iuramento, quæ non debet de-
negari, quinimmo plus dixit Bal. c. 1. §. item ſacramẽta,
col. 3. de pace iure iurando, quod boni præſides faciunt iu-
ramentum minorum, & uiolentas extorſiones caſſari &
capturam perſonæ, quod dictum tanquam not. adducit
& ſequitur. Iaſ. in l. Generaliter. 3. not. ff. de uerb. obli.
& præmiſſam cõcluſionem amplectitur & ſequutus eſt
Deci. conſ. 101. col. 4. & 378. col. fi. Cur. Iuni. conſi. 53.
col. 3. dubio. 2. & conſ. 141. col. 2. Grau. quoque iuramẽ
tum à minore præſtitum, ceſſante læſione ultra dimidiũ,
uel dolo ex propoſito, aut metu reuerentiali, non rela-
xari eum tex. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduer.
uen. mandet huiuſmodi minorum contractus iuratos
inuiolabiliter obſeruari, & à Doct. communiter conclu
ſa dixit conſ. 7. Aymmondus col. mini. 3. circa fi. par. 1.

SVMMARIA.

1 *Probationes non ſunt de ſubſtantia Iudicii.*

2 *A communi uel magis communi in conſulendo & iudicando non recedendum.*

3 *Quæ dicatur magis communis.*

4 *Doctorum grauiorum obſeruanda eſt ſententia.*

CLX.

PRobationes de iudicij ſubſtantia exiſtere, Vl-
tra glo. fi. in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, de conſtit.
plurimi tenuere doct. quos refert Cla. conſi. 265.
illuſtris Marchio, col. 4. circa fin. Verſi. non obſtat par-
1 te 2. ipſe tamen ibi magis com. contrariam ait eſſe ſen-
tentiam, ad quam ſi primam tueri uolueris, diſputatiuè
loquendo recurrere poteris, & magnæ authoritatis ui-
ros illam ſectantes comperies, à communi tamen uel
2 magis communi in conſulendo & iudicando oculos cõ-
ſcientiæ non auertas alias illam lædes, cum ipſam com-
munem uel magis commun. tunc ſequi tenearis, ex om-
nium poſt Bar. ſcriben. doctrina in l. fi. C. de pœ. Iud. qui
ma. iud. & in l. cum prolatis. ff. de ſent. & re iud. & in
quæſtione per ipſum Bart. diſputat. incip. Iudex per in
præcedentiam, & Cano. in c. ne imitaris, de conſtit. quæ
3 autem dicatur magis communis tradit Iaſ. in l. ſi his qui
pro emptore, col. 70. ff. de uſucapio. ueruntamen Docto-
4 rum qui grauiores ſunt, eſt obſeruanda ſententia, inquit
Ang. in l. ſi idem cum eodem. ff. de iur. omn. iud. per il-
lum tex. in fi. & facit tex. in l. ob carmen. in fi. ff. de teſta.
id quòque ſcribit Alex. cõſ. 13. ex his, col. 5. uol. 1.

SVMMARIVM.

Rector uel prælatus ſuper rebus Eccleſiæ quæ abſque cõſenſu capituli ac ſuperioris authoritate alienari nõ poſſunt, non poteſt compromittere.

CLXI.

DVbia etſi quæſtio ſit, An rector, uel præla-
tus de rebus Eccleſiæ ſignanter, quæ abſque
capituli conſenſu, & tractatu, ac ſuperioris au-
thoritate alienari non poſſunt, compromiſſum de iure.
& in arbitrum, ſine conſenſu capituli, & ſuperioris au-
thoritate, facere poſsit, ut uidere licet in c. cum tempo-
re de arb. ubi uidetur negatiua, quam nonnulli ſecuti
ſunt. pro quibus facit quod uoluit glo. fin. & ibi Hoſt.
in ca. peruenit. eo. tit. & in d. c. cum tempore, & aper-
tius idem Hoſti. in ſumma, in titulo de Arb. §. de qua re
uer. quid de clerico. ubi indiſtinctè concludit, clericum
ſuper rebus Eccleſiæ ſuæ, quas per ſe libere alienare
non ualet, compromiſſum facere non poſſe, licet ſecus
ſit de proprijs rebus, ea, ut inquit, ratione, quia in re
propria quilibet eſt moderator & arbiter, l. in re man-
data. C. mand. alij uero, quos Inno. in d. c. cum tempore
cõminiſcitur, contrarium uoluerunt, magis tamen com
munis & receptior illorum eſt ſententia qui negatiuam
aſſumpſere, illãq; tuentur, cũ quibus fuit Ant. de But. &
Imo.

Imo. in d. c. cum tẽpore: quo in loco ibidẽ Imo. ſcribit quòd licèt ſuper proprijs rebus, & fructibus præteritis huiuſcemodi perſonæ compromittere abſq; capituli cõſenſu, loquendo de prælato, & ſine ſuperioris authoritate poſsint, ſuper fructibus tamen futuris & iuribus Eccleſiæ, ſecus eſſe, & alia quã plurimi, quos Soci. qui hãc magis com. affirmat refert cõſ. 18. proſequẽdo, colu. 14. lib. 1. ſequuntur, cum quibus fuit Abb. in d. c. cum tempore, ut ibi uidere licet.

SVMMARIVM.

Filia dotata ſi ſtatuto excludatur, maſculis exiſtẽtibus, & quam diu ſuperſint: illis poſtea deficientibus & mortuis, recuperat locũ ſuũ, ac ſi nunquam excluſa fuiſſet, ac ideo quoque ſi præterita ſit à patre, rumpit teſtamentum.

CLXII.

SI Statutum excludat filiam dotatam non ſimpliciter maſculis exiſtentibus, ſed donec ſuperſint maſculis, illis deficientibus & mortuis recuperat locum ſuum, & reintegratur ad patris ſucceſsionem, perinde ac ſi nũquam excluſa fuiſſet demonſtratur, quia ſi pater, ipſa filia præterita in ſuo teſtamento filium uel filios maſculos inſtituat hæredes, teſtamentum corruit, & ex die mortis ipſius nullum eſt, ut tradunt Bal. & Sal. in l. Auus, de pact. Ang. & Imo. in l. qui conſulendo. ff. de hæred. inſtit. ubi idem Ang. collegium Bononiæ ita conſuluiſſe inquit, ergo ſuccedit tanquam ſua, dixit quoque Bart. qui quæſtionem noſtram etiã in terminis ponit in l. fin. ff. ad ſena. conſul. tertulli. quod ex quo pendet dubium, an teſtamentum ipſum rumpatur, arg. tex. in l. ſuus quoque. §. ſiue. uerſi. & ideò, de hæred. inſtit. & l. uentre. ff. de acquir. hære. non iudicabitur, nec cenſebitur interim ualidum, ita quod filius ſic inſtitutus hæreditatem adire ualeat, & ad ſolutionem alterius quæſtionis an talis filia dotata præterita teſtamentum rũpat. arguit ſic: ille filius, qui nõ ſuccedat & ab inteſtato præteritus, rumpit teſtamentum. l. 1. §. pe. ff. de bono. poſſ. cõtra tabu. ergo filia, quę ex forma ſtatuti quouſque ſuperſunt maſculi excluditur, ac ſucceſsione patris ſi in eius fuerit teſtamento præterita, rumpit teſtamentum, & deficientibus maſculis ſuccedet tanquam ſua, ac ſi nũquam fuiſſet à ſtatuto excluſa, quę Bar. ſententia, ut Soc. ait cõſi. 63. in cauſa, col. 2. circa fin. lib. 1. magis commune celebratur, id quoque affirmauit conſi. 92. circa primum. col. 10. uerſi. circa quartam dubitationem, licet ut inquit collegiũ Senenſe in terminis, primò propoſitæ quæſtionis, filia, nõn temporaliter donec ſuperſint filij, ſed perpetuo excluſam à paterna ſucceſsione, ſi filij tẽpore mortis patris extent, conſuluiſſe referat. Opinio tamẽ Bart. in d. l. fi. ff. ad tertul. communem atteſtatur. & Doct. illã ſequentes commemorat. quos per te ibi uidere potes.

SVMMARIVM.

Subſtitutionem extraneis ita facta; Si Titius & Sempronius deceſſerint, Caium ſubſtituo: ad hoc ut ſubſtitutus admittatur, oẽs mori neceſſe eſt. Diſting. ut ſeq.

CLXIII.

QVANDO ſubſtitutio fit à teſtatore perſonis extraneis. puta ſi Titius, & Sempronius deceſſerint, ſiue moriantur, Caium ſubſtituo: fuit dubitatum à Iure conſultis. An ad hoc ut ſubſtitutus admittatur, oporteat omnes mori, an uero uno moriente locus ſit ſubſtitutioni, & Bart. ac alij magis communiter in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & Bald. ac ſcrib. in l. pen. C. de impub. & alijs ſubſtitut. multis quoque alijs in locis diſtinguunt, an ſubſtitutio ſit uulgaris, ſeu pupillaris, uel fideicommiſſaria. & primo caſu noluit Bar. quod ex quo effectus ſubſtitutionis trahitur ad tempus, quo locus eſt iuri accreſcẽdi, cum ipſa ſubſtitutio locum non habeat ante aditam hæreditatem, niſi cõditio illa. ſi hæredes nõ erunt, de pluribus hæredibus inſtitutis omnium perſonas, non extiterit, ſubſtitutus non admittitur, alijs uero caſibus, quia illarum effectus porrigitur in tempus, quo iuri accreſcendi locus non exiſtit uidelicet poſt aditã hæreditatem, in cuiuſcũq; perſona extiterit cõditio. regulariter locus erit ſubſtitutioni. fallit Regula ſecũdũ ipſum Bar. ibi duobus caſibus, primo quãdo ex præſumpta uoluntate teſtatoris iuri accreſcẽdi locus eſt, uel ẽt ex natura rei legatæ ut ſi relinquat uſumfructum, uel habitationem, in quibus facta eſt inſtitutio, ut in l. codicillis, in prin. ff. de uſufruct. leg. ubi ẽt ipſe Bart. idem uoluit. ſecundo, quando ſupereſt aliquis qui ex coniecturata mẽte teſtatoris ſubſtitutum, & fideicommiſſarium excludat. l. ſi qui ducẽta. §. itẽ ſi pater. ff. de reb. dub. l. cũ acutiſsimi. C. de fideicõ. l. cum auus. C. de cond. & demonſt. d. l. penult. C. de impub. & al. ſubſti. Vbi autem ſubſtitutio ſit perſonis nõ extraneis, uelutí filijs, & nepotibus, ſi moriantur indiſtinctè, tũc ſubſtitutus nõ admittitur, niſi omnibus mortuis, ratio colligitur ex cõiecturata. & tacita mente teſtatoris, quæ fuit, ut donec aliquis ex ipſis filijs, & nepotibus ſupereſſet, ſubſtitutus excluderetur, ut inquit Bar. in d. §. cũ ita. cũ quo conueniunt Ang. & Imol. per tex. in d. l. ſi is qui ducẽta. §. item ſi pater. ff. de reb. dub. & alia iura per eũ allegãta, per quæ iura ſic quoq; dixit Rapha. Fulg. & cæteri poſt eũ ſcrib. in d. l. pe. C. de impub. & alijs ſubſti. & probat tex. in d. §. cum ita, ubi ex coniecturata mẽte teſtatoris ſubſtitutus admittitur, etiam ſi uerborum proprietas aduerſetur & repugnet, ut in caſu d. §. in quo ſubſtitutio facta fuit. ſi uterque aliorũ, ſine filijs decederet, et tamẽ licet primus relicto filio deceſſerit, ex quo alter nouiſsimo loco abſque filijs deceſsit, neptis ſubſtituta ad ſucceſsionẽ partis deficiẽtis admittitur, ea inquit ratione iure conſultus. quòd abſurdum ſit, neptem ipſam, quã teſtator ſi nouiſsimus filius priori ſucceſsiſſet. quod futurum erat, ſi ipſe quoq; ſine filijs deceſsiſſet, totã hæreditatem habere uoluit à partis dicti ultimo ſine filijs decedentis petitione excludi. hancq; communem opinionẽ atteſtatus, ſequitur Soc. conſ. 77 in præſenti conſultatione, col. 5. et conſ. 80. Map. de duob. col. 3. lib. 1. et pro intelligentia Bar. in d. §. cum ita, in quantum, loquẽdo in ſubſtitutione uulgari, mouetur ex ratione iuris accreſcendi. uide Alex. conſ. 38. uiſo, col. 2. lib. 1. qui dicit opinionem Bar. à Doctor. damnari.

SVMMARIA.

1 *Feudum ſi per mortem Vaſalli aperiatur & ad Dominũ reuertatur, Dominus feudi ſiue prælatus, ẽtſi iureiurãdo adſtrixerit quod Rom. Pontifice incõſulto*
2 *de nouo nõ alienaret, ſi tamẽ eccleſiæ ſuæ uiſum fuerit ut alienatio fiat, libere alienare poterit.*

2 *Feudum tranſit in filium, ſi pater propter delictum in Dominum eo priuatus ſit, niſi ex gratia Dominus illi concedat.*

3 *Emphyteoſis potius debet renouari poſteris quondam Emphyteotæ, quàm extraneis.*

CLXIIII.

1 SI per mortem uaſalli feudum aperiatur: et ad Dominum reuertatur, 2 dominus feudi ſiue prælatus, etiam ſi iureiurando fidem ſuam aſtrinxerit, quod Romano Pontifice inconſulto nequaquam de nouo alienaret, ſi tamen eccleſiæ ſuæ, quod

alienatio fiat uiderit expedire illud, iureiurando nõ ob-
ſtãte, liberè poterit alienare, ad conſultationem Medio
lanenſis Archiepiſcopi. Inno. 3. reſpondiſſe habes ex de
cretal. ex parte. de feud. ibi, liberè ſi uideris expedire,
quod uerbũ, liberè idem, quòd ſine alicuius impedimen
to, & cõtradictione importat, c. licet, in fi. de ſepul. in 6.
l. libertas, in prin. ff. de ſtat. homi. cum ſimil. facit etiam
pro concluſione, text. in c. 1. ſi uaſſa. feu. pri. ubi ſi uaſſal-
2 lus propter delictum in dominum commiſſum feu. pri.
uetur, non tranſit feudum ad filium, niſi ex gratia domi-
nus illi concedat, quod uerbum, ex gratia, liberam fa-
cultatem denotat nullo iuris aut obligationis uinculo
aſtrictã. c. gratioſè, & c. gratia de reſcrip. in 6. ex qua cõ
cluſione ad emphyteoſim inferri poſſe uidebatur, cum
de uno ad alterum procedat, argu. commun. Doct. ſentẽ
tia ut Soci. ſcribit, conſi. 167. non utilis col. 10. lib. 2. niſi
iure communi contrarium ſtatutum & prouiſum repe-
riatur, maximè quando diſpoſita, & dicta in feudis non
exorbitarẽt à iure communi, nec illi aduerſantur, ſecus
ſi ſunt contra ius cõmune, quia eo caſu non habent lo-
cum in emphyteoſi, tradunt Doct. in c. 1. de feu. & hanc
æquiparationem, facit glo. in c. 1. in uerſi. aut utrunq;, in
tit. an agnatus, uerſi. hinc quoque dicit Hoſti. in ſum. de
feud. in prin. & Iſer. in primo feud. in 3. car. uerſ. itẽ quæ
ritur in feudatario, quòd contractus feudalis & emphy-
theoticus ſunt ſimiles, & licet Doct. quandoq; differen-
tiam conſtituant inter unum & alterum, ut patet ex not.
per Barto. in l. ut iuſiurandi. § liberi. ff. de op. libe. & per
Bal. in auth. ſi quis ruinas. c. de ſacroſanc. eccl. declarãt
tamen illud uerum eſſe & procedere in caſibus, in qui-
bus iura in feudo loquentia ſunt cõtra Regulas iuris cõ
munis, aliàs ſecus. Nam eo caſu iura loquentia in feudis
adducuntur, & deſeruiunt ad deciſionem earundem du-
bitationem in contractu emphyteotico emergentium,
ut omnes poſt Bar. inquiunt in l. ſi mihi & Titio. ff. de
uerb. oblig. contrarium tamen eſſe tenendum, probatur
ex traditis per Bar. i l. 1. §. permittitur. ff. de acqua quot.
& æſtiua. l. prima in fi. per illũ tex. ff. de priui. credit. qui
bus in locis concludit, quòd finita emphyteoſi, ut quia
conceſſa fuerit, uſq; in tertiam generationem, eaq; fini-
ta ſit, ſi concurrant agnati eorũ, quorum linea eſt extin-
cta, & extranei requirentes dominum emphyteoſis, uel
prælatum eccleſiæ, ut de ipſa emphyteoſi inueniat, & rẽ
emphyteòticam eis cõcedat, præferre debet agnatos, a-
liàs illis iniuriam infert, dixit etiã Bal. in addit. ad Spe.
tit. de loca. col. 8. quòd dominus emphyteoſis debet po
tiùs renouare eam poſteris eius qui olim fuit emphyteo
ta, quàm alijs extraneis, & ſi alijs pcedit, infertur agna
tis iniuria, allegat d. l. 1. §. permittitur. ff. de aqu. quot. &
æſti. hancq; comm. ait, & tenet Alex. cõſ. 80. uiſo & ani-
maduerſo, col. 6. nu. 7. lib. 1. ubi latius uidere poteris.

SVMMARIVM.

Obligatus ad nudam cautionem, non tenetur ſub pœna promittere. Limit. ut ſeq.

CLXV.

QVOD obligatus ad nudam cautionem, tenea-
tur promittere ſub pœna uoluit gl. licet ſub
uerbo forte in l. 1. §. ſed & ſi dubitet. ff. de iud.
& in l. 3. §. quãuis, el ſecũdo, ſub eodẽ uero forte, in uer:
quibus in fi. ff. ſi cui pluſquã per l. fal. & in l. 3. §. finali. ff.
de aliena. iud. mutan. c. fac. ſequitur Imo. in l. ſi prius. ff.
de oper. no. nunc. idem Imo. & Caſtr. in l. diuortio. §. in-
terdũ. ff. ſol. matr. Bar. ĉt quẽ alij in l. ſi. per not. per glo.
ibi. ff. de præto. ſtip. ſequuti ſunt, & in l. 2. §. fin. ff. qui ſat.
cog. fuit cõtrariæ ſententiæ, cõcludens, id in iudicis arbi
trio reſidere, an cũ pœna, uel ſine pœna debeat cauere,
quẽ quatuor in caſibus, quòd pœna inferat, arbitrari de
bere ait, quorũ primus eſt, ſi interponitur ſuper re inæſti
mabili per tex. in l. procurator ad exhibendum. ff. rem
rat. habe. in §. fi. ſecundus eſt quando ſufficit nuda cau-
tio ſine fideiuſſore, per dictam gl. in prælle. l. 3. §. quã-
uis el. 2. ff. ſi cui pluſquam. per. l. falc. Titius quando hæc
ſtipulatio interponitur ad purgandum, uel ad euadendũ
aliquam pœnam, uel obligationẽ in quam inciderat,
tunc enim æquum eſt, quòd certa pœna promittatur &
magna, ita ex glo. in d. l. 3. ad fi. de alie. iud. mut. cau. fac.
Quartus, & ultimus caſus eſt, quando conſuetudine
hoc indictum eſſet, quod cautio cum pœna interpone-
retur p tex. in l. quòd ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ædil. e-
dict. l. ſi pignore. ff. de pigno. actio. in fi. & l. ſi prius. §. pri
mo. ff. de aqu. plu. arcen. quos caſus, Bal. quoq; excipit &
enumerat in l. 3. in prin. ff. de cond. ob cau. in l. ſancimus
C. de uerbo. ſig. in l. uniuerſa. C. de preci. imper. offer. &
in l. executorem. C. de exe. rei iudi. col. 8. ubi quod non
debet cum pœna caueri, niſi conſuetudo eo in loco ui
geat de ipſa pœna adijcienda. hanc eãdem concluſionẽ
tenet Alex. tãquam communem in d. l. diuortio. §. inter
dum ſolut. matri. & ibi per eum poſt Imol. & Paul. de
Caſt. habes quòd qui ad nudam cautionem tenetur, ſub
hypotheca promittere debet cũ hoc ſibi facile ſit. l. ſi fi
lio in fi. ff. ut leg. no. caue idem concludit ipſe Bar. in d.
l. ſi prius. ff. de ope. nou. nunti. & in locis alijs per ipſum
Alex. in d. §. interdum relatis, ubi etiam habes, quod ubi
quis idoneè cauere tenetur, non ſufficit cauere ſub hy-
potheca, ſed cum fideiuſſore, uel pignore cautio eſt præ
ſtanda, quia dicta cautio cum hypotheca dicitur medio
cris, non autem idonea, & licet glo. in l. ſi mandato Ti-
tij in glo. parua in §. ſi. ff. mand. contrarium uoluerit, il-
lum tamen Alexan. d. §. interdum tanquam male locutũ
reprobat. Limitatur autem quod dictum eſt de fideiuſſo
re, non procedere, neque locum habere, quando talis à
quo dicta cautio exigitur, eſſet multum diues, & ido-
neus, quia tunc ſufficit nuda cautio cum hypotheca,
per text. in l. ſi ſtipulatus ſum, ſtichũ. ff. de uerb. obli. ita
inquiunt Ang. & Imo. in l. prætoriæ la. 3. ff. præto. ſtip.
refert & ſequitur idem Alexan. prælle. §. interdum ea.
col. 2. & quid quando lex diſponit ꝙ quis plenè, & qũ,
quod cõpetenter, uel recte caueat, ſiue etiã dicat caueat,
uel ſatiſdet, ibidem per ipſum Alex. poſt præſcriptos an
te eum ſcrib. explicatum, & declaratum habebis.

SVMMARIA.

1 *Legitimatio ſi facta ſit poſt obitũ patris, nõ retrahitur ad ſucceſsionẽ aliis tẽpore mortis patris ab inteſtato delatam, in caſu quando bona non ſunt uacantia tempore legitimationis.*
2 *Medius actus extremorum cõiunctionem nõ impedit.*
3 *Si alicui Apoſtolica authoritate de aliquo eccleſiaſtico beneficio prouideatur, uel prouideri mãdetur, et antequã conſenſus epiſcopi uel canonicorũ acceſſerit, uel cõditio adimpleatur, alii purè prouideatur, hic illo, licet in gratia priore potior erit.*

CLXVI.

QVAERITVR, an legitimatio filio naturali uel
ſpurio poſt patris obitum, legitimatio ipſa ad
bona alijs medio tempore ex ſucceſsione ab
inteſtato quæſita, retrotrahatur, ita quod illa ipſis ab
inteſtato ſuccedentibus, legitimatus auferre ualeat.
Aliqui in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.
huius fuere ſententiæ, quod ſic prout dicitur in poſthu-
mo poſt patris mortem nato, qui ſi hæres à patre nõ in
ſtituatur, prius teſtamentum paternum rumpit, & hære
ditatem ab hæredibus, in priori inſtitutis teſtamento
uindicat l. ſi quis poſthumos. ff. de lib. & poſthu. l. cum
quidam.

quidam.§.quod dicitur.ff.de acqui.hæred. Item & exemplo captiui filij exhæredati.qui ab hoſtibus reuerſus rũpit teſtamentum paternũ,& bona apud hoſtes exiſtẽtia per alios occupata,recuperat,l.ſi quis exhęredato.§.ſed ſi pater.ff.de iniuſt.rupt.irritoq; teſt.gl.tamen in d.§.& quid ſi cautum,in uer.emancipatus,contrarium ſequuta fuit,illamq; Bar.iſto ſaltẽ caſu quãdo bona nõ ſunt uacãtia,legitimationis tẽpore,ſequutus eſt ibi col.6.& ibi Iaſ.Caſtren.& alij.& idẽ Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore, col.mihi 8 2.ff.de uſucap.Ratio eſt ſecũdum ipſum, quia impedimentum medio tempore contingens & ſuperue
2 niens facit ne retrotrahatur,cum actus medius, extremorum coniunctionem impediat.c.quamuis,de reſcri. in 6.l.ſi indebitum.ubi gl.& Bar.ff.rem rat.haberi.Bal.
3 in l.fin.C.ad Macedonianum. Hinc diximus, quòd ſi alicui Apoſtolica authoritate, de aliquo eccleſiaſtico beneficio,puta canonicatu,& præbenda,ſiue tertij, puta epiſcopi & canonici, ſiue etiam canonicorum cõſenſus acceſſerit,prouideatur,ſiue prouideri mandetur,& antequam conſenſus accedat,& ſic conditio adimpleatur eadem authoritate,alij purè prouideatur etiam per executorem ad id deputatũ,hic illo.licet in gratia priore,potior erit.ad tex.in c.ſi pro te.de reſcriptis,in 6.ad materiam tamen præmiſſæ dubitationis uide Canoniſtas in c.per uenerabilem,extra qui filij ſint legitimi.& in Apoſtil.ad Bar.in d.§ & quid ſi tamen. in uerſ. retrotrahatur.ubi diffuſius concluſio pertractatur.

S V M M A R I A.

1 *Pater filio ſuo emancipato dotem quàm à nuru nomine filij accepit, ipſius nurus conſenſu uel iuſſu tradẽs,liberatur ab actione de dote,ita ut mortuo filio à nuru moleſtari nequeat,diſting.ut num.5.*
2 *Mulier ex ſuo conſenſu conditionem ſuam quo ad dotẽ deteriorem facere non poteſt.Limit.ut ſeq.*
3 *Fortuna aduerſa non eſt in conſideratione.*
4 *Futurorum proſpectus ad prudentes quidẽ ſpectat, ſi tamen quis non cogitet,damno non afficitur.*

CLXVII.

1 QVAERITVR, an pater qui pro filio ſuo & eius nomine dotem nurus ſuę recepit,ſi poſtmodũ illam de ipſius nurus iuſſu & conſenſu, ipſi filio ab ipſo patre, ſeorſum habitanti reſtituat,liberetur ab actione de dote, ita quòd mortuo poſtmodùm dicto filio, à nuru moleſtari nequeat. Bar.in l.ſane.ff. de iur.dot.tenuit quod adeo liberatur,quod amplius ab ipſo ſocero nurus petere ſiue repetere non poterit.allegat Ricard.Malumb.Idem firmat Pau.de Caſt.ibidem. Sed aduertendum eſt,quia & Bar.& Caſtren.loquuntur quando filius tẽpore reſtitutionis à parte emancipatus erat,& ſic reputabatur extraneus.l.1.aliàs unica.§.extraneum.C.de rei uxo.actio. Nec reputatur de familia & agnatione.l.de tutela.ff.de cap.diminu.Bart.in l.1.§.domioi,el 3.& ſeq.ff.ad Senatuſconſul. Syl. & tũc non uidetur procedere regula,l.de die, & l.Attilicinus. ff. de
2 pac.dota.quæ habet,quod mulier ex ſuo conſenſu conditionem ſuam quoad dotem,deteriorem facere nõ poteſt,quia procedit quando conditio deterior fieret fauore uiri,ſecus ſi extranei.Bal.not.tract.ſuo de dote priuile.34.col.2.uer.unde poteſt dici.alleg.quod habetur in ſimili.in l.2.in prin.ff.ſol.mat.ubi legitur quod mulier à uiro petere poteſt ut dotem ſuam alteri,per uiã delegationis reſtituat in euẽtum ſoluti matrimonij, & licet non cogatur uir quãdo aliquod ſibi ex ipſa promiſſione contingere poſſe ſuſpicatur præiudicium ſiue damnum, ubi tamen ſuſpicio ceſſat,cogitur,ut probari dicit ibidẽ à contrario ſenſu,& nihilominus accidere poſſet quod ſic,reſtituendo ſoluto matrimonio,remaneret mulier ipſa in dotata,nec conſideratur,quod ex iſto ſuo cõſenſu & hac ſua uoluntate conditio ſua poſſet effici deterior, contra tex.in d.l.de die,& in d.l. Attilicinus. Poſſet tñ iudicio meo reſpoonderi,quod hoc ideo ſit quia iſto caſu ab initio mulieris conditio nõ ſit,nec eſt in ſpe quod
3 ſiat deterior,quia aduerſa fortuna non eſt in conſideratione,l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerbo. obligatio.& ibi no.in caſu uero.l.de die.& l.Attilicinus.ff.de pact.dotal.ſtatim ab initio cõuẽtionis dotis,ſiue mulieris conditio deterior redditur,cum paciſcitur quod dos ipſa longiori die,eo quod à iure reſtitutionis ſtatutum eſt, uidelicet in immobilibus ſtatim ſoluto matrimon. in mobilibus uero infra annum à die ſoluti matrimonij reſtitui debet. præallegata l.unica.§. exactio. C. de rei uxo.action.reſtituatur, & ſic mulieris iactura uidetur imminere de præſenti,quod non eſt alio caſu, de quo in l.2.Et licet contingere poſſet quod ex tali delegatione, & promiſſione mulier remanet indotata,puta ea ſuperueniẽte inopia eius cui maritus reſtituere promiſit, qa tamen id habet ſe ad eſſe & non eſſe,& forte eueniet,& fortè non,tanquam remotum ualde non debet conſide-
4 rati,& quamuis futurorum proſpectus ad prudentẽ ſpectet uirum, ſi tamen quis non cogitet,damno non afficitur,ut inquit Bald.in l.eadem colu.mihi.3. in fi.C. loca.allegat l.ſi quis domum.§.1.ff.eodẽ.& tex.in l.quæſi
5 tum.ff.ſi quis cautio.Sed redeundo unde digreſſi ſumus ad propoſitam dico quæſtionem diſtingue,quod aut filius idemq; maritus tempore quo uxor cõſenſit ſocero quod ipſi uiro dos reſtituatur erat in patris ſoceri poteſtate,& ſic pater & ſocer dotẽ ipſam nurui, nec ipſi filio marito reſtituere tenebatur, & iſto caſu mulier ex iſto ſuo cõſenſu ſibi nõ præiudicat,quia cõſentiendo reſtitutioni,& remittendo ius,& actionẽ quod & quam habebat,& quæ ſibi competebant,liberalitatem exercere uidetur,& ſic prout donatio inter uirum & uxorem, ipſo iure prohibetur.l.ſi ſponſus.§.circa,& §.ſi uxor, & per totum.ff.de donat.inter uirum & uxorẽ.ita & inter ſocerum & nurum.l.3.§.2.ff.eod.& merito ſocer reſtituẽdo non liberatur,quod ea quoq; ratione ſuadetur, quia uxor ſuo ex conſenſu, & pacto ſuam non poteſt,ut dictum eſt, efficere deteriorem circa dotis cõditionem, dicta l.de die & l.Attilicinus.ff.de pactis dotali. Prima tñ ratio procedit quando uir uel ſocer cuius ius remittitur,uel liberatio fit,ex illa uel illa locupletatus, aliàs ualet remiſſio ſeu liberatio,per textum in l.ſi mulier.ff. eodẽ,de donation. inter uirũ & uxorem.id tamen non contingit iſto noſtro caſu,quia ſocer dotem reſtituẽdo non ſit locupletior. Aut quo tempore dos reſtituitur p ſocerum filius, & maritus emancipatione familiam, & patriam poteſtatem exiuerat,& tũc illi ſeorſum ab ipſo patre ſocero habitanti & dotẽ ſibi ut ſe ſuamq; alat uxorem & familiam reſtitui petenti de ipſius nurus conſenſu,& uoluntate, reſtituendo pater iſq; ſocer liberatur, nec ſi ſoluti matrimonij per ipſius filij ſui & mariti prædecedentis tempore, hæreditas ſua pro parte uel etiam in totum ſoluendo non eſſet, aliter ſoluere cogeretur. quia ſolutionem ipſam, ſine dotis reſtitutione lege nõ probibente, imo permittente fecit, ut per Bartolum poſt Richardũ Malub. in præallegata l. ſanè. ff. de iure dotiũ.ergo factum legitimũ ipſo ſocero, minusq; illius hæredibus damnoſum eſſe nõ debet.l. Gracchus. C.ad legem Iuliã de adulter.cũ ſimilibus. Et ita deciſam habes hanc quæſtionem per Baldum dicto tractatu de dote ſupra allegat.priuil.342.& 3.col.ubi uideas.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio in ſententia non retrotrahitur,caſualis ſit, ſecus ſi poteſtatiua.*

CLXVIII.

QVAERITVR utrum in ſententia conditio retrotrahatur. Bart.& ſcribent.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſucapio. uolere quòd ſi conditio eſt caſualis retrotrahatur, ſecus ſi poteſtatiua. ſequitur ibi Iaſ.colum.mihi 78.& quòd æquiparetur contractui, & non ultimæ uoluntati,ut aliqui eius fuere ſententiæ. Adde pro ratione à Iacobo de Are.aſsignata in l.in minorum. C.in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria. quem citat Bartolus in l. centeſimus. §. fina.colu.1.ff.de uerborum obligationi.quod ſententia ſit ſtricti iuris.l.1.C.ſi pluri.una ſenten.ultimæ uerò uoluntates,bonę fidei contractum inſtar habent. Hãc tamẽ pro tuta idem Iaſ.ibi non habere ſe ait,cum ultimæ uoluntates bonæ fidei contractuum inſtar duobus tantùm caſibus habeant. In cæteris uero ſtricti iuris naturam contractum ſequantur,ex doctrina Bart.in l. ſi hæres.ff. de eo quod certo loco,ubi etiam ipſum Iaſ.uideas.

CLXIX.

AN bannitus, & condemnatus in centum cum adiectione, quòd ſi non ſoluerit infra decem dies poſtquam uenerit in fortiam communitatis amputetur ei lingua,ſi eo deducto in fortiam prædictam, & in carceribus exiſtente non ſoluerit,& interim fiat nouum ſtatutum, quòd omnes banniti retro,ſiue in ære,ſiue in perſona rebanniantur, ſoluta certa pecuniæ quantitate, quam ſi iſte exiſtens in carceribus ſoluit, an dicatur rebannitus, & poſt plurimorũ ſententias, quas Iaſon refert denique in dicta l.ſi is qui pro emptore. colum.80.in fi.ff.de uſur.fuit opinionis, quod ſtatutum ſibi ad euadendam pœnam abſciſsionis linguæ proſit, & eam dicit benigniorem interpretationem, teſte quoque Barto.ergo amplectẽdam,l.interpretatione,& l.hodie.ff.de pœn.cum concordan.de quibus in glo. in d. l. interpretatione.

SVMMARIVM.

Pœnam aliquam ſi quis incurrit,tũc reſpicere debemus tempus delicti,& non ſententiæ,ſi certa pœna à lege conſtituta ſit,aliàs contra.

CLXX.

AN ille qui incurrit in pœnam à ſtatuto impoſitã, puta ſtatuti cenſura cautum erit,quod uendens ſal priuato, incideret in pœnam capitis, & Sempronius ſtatuto contrauenerit,an ſi antequàm condemnetur ex ipſa contrauentione, nouo ſtatuto diſpoſitum reperiatur, quod talis ſal ſic uendens pœna tantum pecuniaria,puta quinquaginta librarum puniatur,debeat Sempronius pœna premi, an uero ſecundi ſtatuti plecti, & ſic an debeat attendi tempus commiſſi delicti, uel condemationis,& ſententiæ: text.in l. 1. ff.de pœn.probat quod tempus delicti & non ſententię eſt attendendum,tex.uero in l.penul.ff.ſi ex noxal.cauſ. aga.de directo contrariũ ponit: eſt enim ibi caſus,quod ſi pro aliquo ſeruo quis iudicio ſiſti cauerit, ſi poſtmodum publico uel etiam iniuriam ad priuatum commodum,& ſic priuato accuſetur crimine,& contra eũ agatur,& iudicio pendente, dominus illum libertati cõdonet.non rectè ſiſtitur, quia aliter de ſeruo ſupplicio & uerberibus de iniuria ſatiſfiat,aliter de libero uindicta ſumitur. Eſt igitur ibi tex.apertus quod tẽpus condemnationis,& perſonæ conditio de eo tempore conſideratur, & non de tempore ſententiæ: Bart. tamen in d.l.1. ff.de pœn.declarat,& ſoluit difficultatẽ inquiẽs, quod ubicunque pœna delicti eſt a lege uel ſtatuto certa,& limitata,quocunq; agatur crimine ſeu publico, ſeu priuato,ſemper delicti tẽpus conſiderandũ, & attendendum eſt:& tunc procedit text.in d.l.1. Si uero pœna non eſt certa & limitata,tunc condemnationis, & ſententiæ tẽpus inſpicitur,& eo caſu habet locum tex.in d.l.penul. ff.ſi ex noxal.cauſa aga.& unam aſsignat rationẽ uidelicet quod ubi pœna eſt certa,& ſtatim delinquẽs eſt debitor pœnæ,& illi aſtrictus,quod ſecùs eſt ubi arbitrio iudicis pœna relinquitur,quia non debetur niſi poſtquã fuerit arbitratus,allegat text.in l.ſi.C. de contrah. emptio.& uen.Doct.ubi ſupra.

SVMMARIA.

1 *Excommunicatus ſub conditione,ſi poſtea deſierit eſſe de ipſius Epiſcopi iuriſdictione,& tunc demum conditio extiterit,non cenſetur excommunicatus ſi cõditio ſit caſualis.*

2 *Conditio caſualis per ſententiam non retrotrahitur.*

3 *Aequitas aliquando fingit quod non eſt.*

CLXXI.

AN ſi Epiſcopus excommunicat aliquem ſub
conditione,& tali pendente conditione de ip
ſius Epiſcopi iuriſdictione, & foro eſſe deſierit,ſic excommunicatus cenſeatur cõditione poſtmodũ
exiſtente, Ioan.And.in mercu.reg.cũ ſunt partiũ iura.de
1 reg.iur.poſt aliquorũ opiniones quas refert,deniq; con
cludit,quod ſi cõditio ſub qua excõicauit non fuit pote
ſtatiua,ſed caſualis cẽſeatur,& ſit excõicatus, quia huiu
2 ſcemodi cõditio caſualis in ſententia retrotrahitur ad
diẽ condẽnationis.ſequitur Iaſ.in l.ſi is,qui pro emptore,col.79.in princ.ff.de uſucap.quod bene notandũ ait.
Ratio eſt qua ẽt aſsignat Bart.in d.l.col.16.uerſ.prædicta,quia in caſuali cõditione nõ eſt in poteſtate in terminis noſtris,eius quem ſic Epiſcopus excõmunicauit,
cõditioni parere,quod ſecus eſt in poteſtatiua,ideo tũc
æquitas ſuggerit,qđ retrotrahatur & fingatur ab initio
conditionem extitiſſe,eſt enim ipſa ſolum æquitas cau-
3 ſa fictionis,Bar.ubi ſupra col.11.uerſ.ubi æquitas,nã æ-
quitas fingit iã natũ qui non eſt,l.qui in utero. ff. de ſta.
homi.l.ſi.eo.tit.& fingit eũ uincere q̃ mortuus eſt.§.ſed
ſi in bello,inſtit.de excuſa.tut.l.ſi.ff.de uaca.mune.

SVMMARIVM.

Diuiſio præſumitur ſi duo fratres diu bona eorũ pro diuiſo & ſeparatim tenuerunt & poſſederunt.

CLXXII.

AN ſi fratres diu bona eorum pro diuiſo poſſederunt præſumatur diuiſio.gl.in l.penu. uerſic. ſed quid. C.commu.diuidun. tenuit quod ubi unus probat rem aliquam uti propriam per decem annos inter præſentes, & uiginti inter abſentes poſſediſſe, & munera atque onera ſolus ſubijt, & commoda ſenſit, præſumitur diuiſionem præceſsiſſe, argum.text. in l.cum de in rem uerſo. ff.de uſu.cum alijs per eam allegat. Et facit text.quem dicta glo.non allegat in l.ſi certis annis.C.de pact.Sed Petr. & Cyn. in d.l. reprehendunt opinionem dictæ gl.inquiunt enim ipſi,quod licet ex ui temporis ubi præſtatio interceſsit præſumatur titulus ſi allegetur d.l.cũ de in rem uerſo.& l. ſi certis annis,quod ideo contingit,quia ſoluere, & præſtare durũ eſt,cum nemo facilis in donando ſit,arg.l. cũ de indebito.§.ſi.ff.de prob.cum ſimilib.ideoque ex præambulo titulo & cauſa præſumatur. quæ cauſa probatur probata dicta annua diutina prȩſtatione,quod ſic non accidit in ſola patiẽtia,cum pati graue,& damnoſum nõ ſit, Alex.

tamen

tamen de Imol.cõſi.cxxxiiij.uiſo, & diſcuſſo, colu. ij. uerſi.nec obſtat.lib.2.ſequendo ordinem : primæ reſpõdendo rationi Petr.& Cyn.fatetur quòd ſi quis,puta Titius paſſus eſt Sempronium longo tempore rem ſuam poſsidere,ex illa ſola patientia donaſſe neq; alio titulo in Seium tranſtuliſſe non præſumitur niſi uerè titulus probetur,l.nullo.C.de rei uendi. Sed ubi ego patior te longo tempore rem aliquam pro tua poſsidere,& tu frater meus aliã rẽ uel quotã ſic poſsidere quòd non præſumatur titulus negat concludens quod præſumatur ex cauſa diuiſionis poſſediſſe,& ſic ex ipſo præambulo titulo ſi allegetur propter illos poſsidendi actus reciprocos ſit ſeorſum factos l.itaque.ff.pro ſocio.Et deniq; hac cõcluſione,quòd ſi duo fratres diu bona eorum pro diuiſo & ſeparatim tenuerunt & poſsiderunt, præſumatur diuiſio,magis commu.atteſtatur.d.conſi.134.nu.14.ſubdens,ꝙ ubi gl.firmat pedes,ab ea non eſt in iudicando, & conſulendo recedendum,ex doctrina Iac.But. in l.1. C.qui pro ſua iuriſd. & aliorũ quos ibi refert. quos per te uide.hanc eandem concluſionem ſequutus eſt Bal. in ſuo compendioſo conſilio cclxxij.proponitur.lib.2.opinio.d.gl.in præalle.l.pen. C. cõmu. diuid.ſequutus.

S V M M A R I A.

1 *Confeſſus crimen extra iudicium,poteſt reuocare confeſsionem re integra,ſcilicet ante torturam & ulteriorem proceſſum,& ubi aliæ non apparent nec ſuperueniunt probationes uel inditia, ita ut ulterius torqueri non poſsit.*

2 *In Cõfeſsũ nullæ ſunt iudicis partes niſi in cõdemnãdo.*

C L X X I I I.

AN cõfeſſus crimẽ extra iudicium poſsit reuocare cõfeſsionẽ, ita ꝙ ex ipſa reuocatione euitet torturã,quæ ex ipſa cõfeſsione eſſet ſibi inferẽda,ad quã facit indicium ſufficiens iuxta tradita per gl. in l.capite quinto,ff.ad leg.Iul.de adult.& not.per Doc. in c.ar ſi clerici,de iudi. Barto.in l.qui ſine,colu.4.num. 3.ff.de quęſtio.Marſi.in l.repeti. col.8.ff.eo.de quæſtio. ubi quòd cogi poteſt talis confitens perſeuerare in dicta cõfeſsione,Bald.not.in l.1.col.fi.ff. de confeſ.concludit quòd ſi reuocatio fiat re integra, ſcilicet ante torturã,& ante ulteriorem proceſſum, prodeſt,ut ex tali confeſsione ſic reuocata non poſsit ulterius torqueri, nec procedi,ſi aliæ non appareant,& ſuperueniant probationes,& indicia,quod nota.Idem quod poſsit reuocari cõfeſsio facta in tormentis ante ſententiam, & condemnationẽ,uoluit Paris de Put.in tract.ſuo ſolemni Syndica.char,mihi 102.in fi.uer.teſtis totus. Inno. in c. per inquiſitionem,de electiõ. uide ad materiam & quãdo confeſsio criminis eſt ultronea,probabilis, ueroſimilis, & poſsibilis.quòd plenè probat ad condemnandũ per ipſum Marſi.in l. de minore,in princip.col.9.ff.eo.ti.de
2 quæſtio.Ratio eſt, quia in confeſſum nullæ ſunt partes iudicis niſi in condemnando,l.proinde,ff.ad legẽ Aqui. l.ſi confeſſus,ff.de cuſto.& exhibitio.reo.l.cum ſententiam,C.de pœn.cum ſimilib.

S V M M A R I V M.

Confeſsio in iudicio facta, poteſt in alio iudicio reuocari,ſi contra eam in contradictorio iudicatum fuit.

C L X X I I I I.

AN cõfeſsio in uno iudicio facta,in alio reuocari poſsit,ſiue ad eundẽ,ſeu ad aliũ emanauerit effectũ.gl.in auth. itẽ poſſeſſor.in uerſi.transferatur,in fin.C.qui potior.in pigno.habeant.uoluit quod ſi poſſeſſor conuentus hypothecaria à creditore negauerit rem in bonis debitoris fuiſſe cõſtituti pignoris & hypothecæ tempore,ſi conuictus de mendacio,ut quia creditor agens ſuam probet intentionem,id eſt, rem ipſam in bonis ipſius debitoris fuiſſe,rem ipſam retinere uelle contendat & nitatur priorem allegando hypothecam, uel alia ex cauſa,puta quòd illam de dicti creditoris cõſenſu ſibi retinere liceat, ante omnia eam (ut mendacij pœnã luat)reſtituere cogitur,& exinde audiẽdus erit, ſuamq; cum id ſibi alio in iudicio iure non abnegetur, poterit reuocare abnegationem,& contra propriam uenire confeſsionem.Tu uero concluſionem, quòd confeſſio in uno iudicio facta in alio reuocari poſsit,ueram & procedere intellige quando cõtra dictam confeſsionẽ fuit in contradictorio iudicatum,ita declarat & intelligit Alex. Imo.in l.magiſtratibus,col.1.ad fi.ff. de iuriſd. om.iud.& docet Barto.in l. Papinianus,§. ſed nec impuberis,ff. de inoffi.teſtam.per illum tex. ubi Bar.uariationem admittit ſi uarians in prima ſuccubuit inſtantia, aliàs ſecus admitti inquit, uide ibidem data ibi facti & rei contingentia.

S V M M A R I V M.

In hæreſim relapſus, ſi per inquiſitorẽ iudici laico tradatur,iudex nõ neceſſe habet abſq; ulteriore cognitione ſtatim exequi,ſed poteſt ſi uelit ſuper crimine ex integro cognoſcere,ſecus eſt de iure Canonico.

C L X X V.

AN ſi aliquis tanquã in hæreſim relapſus per hæreticæ prauitatis inquiſitorẽ dãnatus ſit & ob iuriſdictiõis & poteſtatis ipſius inquiſitoris ad pœnã ſanguinis defectũ,ad laicũ iudicẽ remiſſus ſit idẽ laicus de crimine hæreſis & illius ueritate rurſus ex integro cognoſcere, & condemnare, an uerò ſolum exequi debeat,Bar.in l.Diuus,la.2.& in l.non dubium, de cuſto.& exhibiti.reo,dixit iudici laico inquiſitoris remittentis exequendi ſententiam nouo abſque proceſſu neceſsitatem nõn imponi.uerum ſi uult de nouo inquirere & procedere prout quoq; ſibi uidebitur cõdemnare poſſe,eiuſq; hac in re ſentẽtiæ fuit Guliel.de Cuneo, in d.l.magiſtratibus,ff.de iuriſ.om.iud.quem ibi ſequuti ſunt Bald.Paul.de Caſtr. & Ange. ſubdit tamen Ange. quòd inquiſitores quandam habent extrauagantem Federici,quæ contrarium diſponit.Idem tamen Ang. in l. 1.C.de exhib.& introdu.reis cõtrarium uoluit,per tex. in cap.præſidentes, & in cap. ut inquiſitionis, de hæreti.in 6.Pro opinione tamen Bart.& gloſ.in authen. clericus,in uerſic.per epiſcopum,C.de epiſcop. & cler.ibi conſpiciente acta corã præſide,& an rectè proceſſerint, & an probetur reus. hancq; ſententiam legiſtas cõmuniter ſequi reſtatur Imol.in cap.1.de offic. ordina.quamuis Canoniſtæ contrarium ſequuti ſint,per tex. in d.c. & inquiſitionis, in §.prohibemus, de hæreti. in 6. & in §. ſi autem eccleſiaſtica,cum glo.in auth.de ſanctiſsi. epiſcop.quib.in locis iudici ſæculari de hæreſi cognoſcere inhibetur, reſpondentes ad text. in §. ſi uero crimen, in auth.de ſanctiſsi.epiſcop.colla.9. quòd in alio procedit crimine,de quo tam ſęcularis quam eccleſiaſticus iudex cognoſcere poteſt,ut in crimine ſacrilegij,l.1.ff.ad leg. Iulia.pecu.cum alijs concor.de quib.autem criminibus uterque cognoſcere poſsit,habes ex traditis per Doctores in ca.cum ſit generale,de foro compet.

S V M M A R I A.

1 *Dictum ſpecialiter de uno, trahitur ad omnia ſimilia.*

2 *De ſimilibus ad ſimilia proceditur.*

3 *In ſimilitudine nõ requiritur ut tota res toti ſit ſimilis*

ſed

ſed ſufficit in eo ad quod confertur.
4 *Nullum ſimile eſt idem cum eo cum quo confertur.*
5 *Non refert aliquid fieri, uel eius ſimile.*

CLXXVI.

1 AN dictum ſpecialiter de uno trahatur ad omnia alia ſimilia, habes ex tex. in c. mulri, 3. q. 5. & ibi gloſ. in uerſic. ſimilia, quæ plures concordan. allegat, quòd ſic, nam de ſimilibus ad ſimilia proce
2 ditur c. inter cæteras, de reſcrip. c. ſuper quoddam, de ſta. monac. & regul. & ibi gloſſ. & eſt tex. in l. non poſſunt, ff. de legar. tradit Bald. in lege conuenticulã. C. de epiſcop. & cleric. & de ſimilib. idem eſt iudicium d. c inter cæteras, de reſcri. c. inter corporalia, de transla. l. illud, ff. ad leg. Aquil. cum ſimili. & cum quid prohibetur, conceditur, uel ſtatuitur, & eius ſimile. l. ſed & ſi reſtituatur, §. ex quib. ff. de iudi. l. fi. §. fina. ff. manda. nõ tamen dicuntur ſimilia ea inter quæ aliqua eſt diſsimilitudo gl. eſt in uerſic. curam animarum, in c. nõ põt, de præbẽ. in 6. facit quod dicitur ſententia in qua adiectio uel detractio diei uel quantitatis adiectæ in priori deformitatem inducit, ita quod cle. ut calumnijs, de ſent. & re iudi. locum non habet, iuxta tradita per Alex. conſi. 229. in cauſa & lite, col. 1. lib. 2. Eſt enim ſimilitudo ſecundũ Boeti. ſuper Topi. ſal. in 4. rerum ſingularium uel diffe
3 rentiũ comparatio, unde in illa non requiritur quòd res tota, ſit rei toti ſimilis, ſed in eo ad quod cõfertur. ita inquit gl. præalle. in d. c. non poteſt, de præben. in 6. Illud
4 tamen uerum eſt quod nullum ſimile eſt idem, cũ eo cui eſt ſimile, l. quod Nerua, & ibi Bar. col. 1. ff. depoſi. l. ſi
5 idem cũ eodem, C. de codic. non tamẽ refert quòd quid fiat uel eius ſimile, l. fi. ff. manda. & de ſimili iuris non ſcripti debet iudicare l. 1. C. quæ ſit long. conſuetu. & ibi gl. pen. & Cyn. in tertia op. Similia quoque illa dicuntur quorum quantitas eſt una & eadem Bald. in d. l. 1. C. quæ ſit longa conſuetu. & hæc tibi ſufficiant ad ea quæ accedunt noſtræ.

SVMMARIA.

1 *Confeſsio ficta defuncti, non tranſit ad hæredem, neque ei nocet. Limit. ut ſeq.*
2 *Confeſsio ficta quæ ex ſententia declaratur, non facit fidem in alia cauſſa, ſed in illa tantum.*

CLXXVII.

QVÆRITVR an ficta confeſsio defuncti, quæ ex contumacia oritur tranſeat ad hæredem & ſibi noceat. text. in l. eius qui delatorem, ff. de
1 iure fiſci, & ibi Barto. & in l. Manichæos, C. de hæretic. probant negatiuam, dixitque Barto. quòd illum tex. allegabat alias pro caſu ad q. quòd ſi filius eſt contumax, & ſic habitus pro confeſſo, talis confeſsio non nocet patri, ut ex illa puniatur, idq; comprobat idẽ Bar. in l. 2. §. ſi is, ff. de bon. eo. qui ſibi mor. conſci. Limitatur tamẽ iſta concluſio tribus in caſibus ſecundum ipſum Bar. in d. l. ſecunda. primo in hærede latronis: ſecundò in hærede eius qui in crimine læſæ maieſtatis incidit: tertio in hærede eius qui damnatam ſectatus eſt hæreſim. Limitatur quarto ſecundum Bal. in l. 1. colum. mihi quarta, uerſicul. ſed dubitatur, C. ex delict. deſ. procedere quando talis confeſsio ſtat in puris terminis cõfeſsionis d. l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſci, ſecus uero ſi tranſit in condemnationem iudicis uel legis, puta ſi lex pœnam ipſo iure irrogaret, quia tunc ad hæredem tranſiret & ſibi
2 noceret. iſta tamen ficta confeſsio quæ ex ſententia declaratur, puta aliquis per ſententiam declaratur factus contumax & tanquam talis condemnatur, non facit fidem in alia cauſa, ſed in illa tantum, text. eſt in l. 2. §. Diuus, ibi quin non in aliã cauſam &c. ff. eo. de iure fiſci, quod ut menti commendemus ualde nos admonet ipſe Bar. in præallega. l. eius qui delatorem, ad fin. princi. ff. de iure fiſci.

SVMMARIA.

1 *Legatum ſub conditione ſimpliciter, ſi legatarius decedat non ſequuta conditione nõ tranſmittitur ad hæredes legatarii.*
2 *Legatum ſub conditione, cum hac additione: ſi conditio extiterit, ex nunc lego tunc ſi legatarius decedat ante euentum conditionis, non tranſmittitur ad hæredes, ſecundum Bar. ſecus uerò ſecundũ Iaſ. ut nu. 3.*
4 *In ultimis uoluntatib. teſtatoris uoluntas inſpicienda & attendenda eſt.*

CLXXVIII.

QVÆRITVR quid ſi quis legat puta Sempronio fundum ſub aliqua conditione, an ſi legetarius, & adhuc non ſequuta conditione decedat, tranſmittat legatum ad hæredes, & quæſtio uidetur indubitabilis pro negatiua, ut probatur per text. in l. uni. §. ſin autem ſub conditione, C. de cadu. tol. & in §. ex cõditionali, inſtitu. de uerborum obligationibus. ubi pro
1 batur quòd legatum conditionale, deficiente legatario ante euentum conditionis ad hæredes nõ tranſmittitur, ſed quid ſi ſubiunxit teſtator hæc uerba, & ſi conditio
2 ipſa extiterit ex nunc lego fundum, an tunc exiſtentia conditionis trahatur retro ad diem mortis teſtatoris, & perinde habeatur ac ſi mortis tẽpore extitiſſet, ita quòd ſi mortuo teſtatore exinde legatarius conditione non exiſtente decedat, tranſmittat legatum ad hæredem, & Barto. in l. ſi is qui pro emptore, col. mihi 18. nume. 5. uerſi. ſecundo ad illud, ubi ponit quæſtio. hanc, tunc ſibi in facto contingentem concludit quòd non tranſmittitur legatum ad hæredes, & ipſos hæredes legatum petere non poſſe, & eis non deberi: mouetur quòd ſecundum ueritatem deberi nequeat, ut ex ſe patet, nec poteſt deberi ſecundum fictionem, quia cum iam legatarius eſſet mortuus, tempore exiſtentis conditionis, & ſic extremum a quo reperiatur tunc & ſit inhabile, fictio ex conſequenti non poteſt operari effectum retrotrahitionis.
3 Iaſo. tamen in d. l. ſi is qui pro emptore, colu. mihi, 83. uerſi. ſed licet omnes, inuehit & tenet contra Bart. & communem quæ uidetur tranſire cum eodem, hac potiſsimũ fretus conſideratione, quòd teſtator poſsit ex ſola uoluntate facere, quòd id quod ſui natura non eſt, fiat tranſmiſſibile ad hæredes ipſius præmortui pendente conditione, allegat Bal. in l. uni. 2. no. C. ut actio ab hæred. ubi hoc explicitè inquit, & l. ſi pater, quæſt. quarta. C. de inſtit. & ſubſtit. & in c. cumana, colu. 6. de electio.
4 ſubdit quoque idem Iaſ. in ultimis uolũtatib. teſtatoris uoluntatem inſpiciendam & attendendam eſſe, cum tanquam regina prædominetur, & conditiones regat l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demon. Teſtator igitur in propoſita. q. adijciendo uerba illa, & ſi conditio extiterit, ex nũc lego. uoluiſſe uidetur, quod legatum conditionale, legatario ante conditionis euentum de medio ſublato ad hæredes tranſmittatur, ac ſi eo uiuente extitiſſet, & ſumat initium ante euentum cõditionis, ea demum purificata perindeque deberi, ac ſi ipſi Sempronio & hæredibus ſuis legaſſet, & reſpondet ad fundamenta Bar. ſe quoque quod hæc mera ſit ueritas credere eo in loco ait, ubi eum de q. conſultus fueris uidere poteris.

SVMMARIVM.

Miſſam à Sacerdote concubinario, ſi de eius concubinatu certò conſtat, nemo tenetur audire.

CLXXIX.

VTRVM miſſam à Sacerdote quem concubinarium & ſubinductam mulierẽ retinere ſcimus audire debeamus, uidetur dicendum quod ſic: quia licet in hoc ſit ualde reprehenſibilis, exemplo tamen Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui nec Iudam etſi falſus eſſet diſcipulus ab Apoſtolatu, ſiue diſcipulorũ conſortio, & numero iecit, & qui ſolem ſuper malos & bonos oriri facit: cuius actio noſtra eſt inſtructio, & quia nos cum laici ſumus de presbyteris iudicare, nec de illorum uita quærere debemus, & ſic Nico. ad conſultationem Bulg. reſpondiſſe legimus, c. conſulendum, 29. diſtinctio. Idem probari uidetur ex text. in c. nullus & capi. præter. 32. diſtinctio. ſed diſtinguendum puto, ſic, Aut crimen concubinatus eſt notorium uel per ſententiam, uel per criminoſi confeſsionem, ita quòd nulla tergiuerſatione celari poteſt, & tunc abſtinendum eſt: Aut eſt occultum ueluti eorum qui ab eccleſia tolerantur, nec operis euidentiã habent, & tunc à tali quandiu ab eccleſia toleratur, & operis euidentia deſinit, diuina myſteria audire, aliaq; eccleſiaſtica ſuſcipere ſacramenta liberè & licitè poſſumus, tex. eſt in capit. ueſtra, & in capitu. tua de cohabi. cleri. & mulier. & gloſ. in dicto cap. nullus, 32. diſtinctio. Ratio in tex. & per Abba. uidelicet ſentent. ibi aſsignatur. uidelicet quòd non poteſt aliquis quantumcunque pollutas manus habeat, diuina polluere ſacramenta. quæ cunctarum exiſtunt purgatoria contagionum, quid autem ſit manifeſtum, quid fama, quid notorium, & quotuplex notoriũ, ut tradit ibi glo. in d. c. ueſtra, in uerſi. notorium, & ibi Abb. ad quem poſt ipſam gl. recurre, cum illorum diffinitionem & intellectum habere uolueris.

SVMMARIA.

1 *Statuto uel conſuetudine ſtante in loco peccati nutritiuo, iudex ſæcularis adiri poteſt, ut deſuper decernat & illud uel illam non tenere declaret.*

2 *Teſtis periurus in cauſa criminali, per iudicem laicum ad mortem condemnari poteſt (licet alias Papa ſuper iuramẽto cognoſcat) alias ſi ex obſeruantia tantum quis periurium incurrit, infamatur tantum.*

CLXXX.

NVNQVID ſtantẽ ſtatuto uel conſuetudine in loco peccati nutritiuo ſiue nutritiua, ſecularis iudex adiri poſsit, ut deſuper decernat, & illud uel illam non tenere declaret, uidetur dicendum quòd non, quia decernere ratione peccati & ſuper concernẽtibus peccatum, ad eccleſiaſticum iudicem, non autem ad laicum pertinet, c. nouit. §. ſiue, uerſic. non enim intendimus, de iudici. ubi Papa de quolibet mortali peccato decernere, & quemlibet corrigere, ad ipſum & eius ſpectare officium ait: idem eſt text. in §. ſi uero eccleſiaſticum, in authen. ut cler. apud propr. epiſcop. colla. 7. Abbas tamen in cap. ex parte, colum. 2. uerſicu. ego puto, de conſuetu. uoluit quod ad laicum etiã hoc ſpectet, & ipſum adiri poſſe, ea inquam motus ratione, quòd ad ipſum quoque peccato occurrere pertineat, allegat text. in l. ſenatus, ff. de offic. præſi. qui tamen mihi hoc non probat. Tex. uerò in c. Rex debet, 23. quæſt. 5. hoc ſatis probare uidetur, ibi periuros non ſinere uiuere, cum tamen alibi dicatur de iuramento & periurio cognoſcere ad Papam & eccleſiaſticũ iudicem pertinere, dicto capit. nouit uerſic. licet autem, de iudi. habes igitur ex illo text. quòd periurus ad mortem per laicum damnandus eſt, gl. tamen declarat hoc intelligi de teſte, qui falſum in criminali cauſa dixit teſtimonium. l. 1. §. ff. ad leg. Corneli. de ſicar. ſecus uerò ſi aliter, puta ex inobſeruãtia contractus quis periuriũ incurrat, quia tunc tantum infamatur. l. ſi quis maior, C. de tranſactio. uel alias ſolum Deum habet ultorem, l. 2. C. de reb. credit. uel per Principem fuſtibus caſtigatur, l. ſi duo, §. ſio. ff. de iureiurando. alias quoque pœnas ſuſtinet de quibus in cap. quicunque. 6. q. 1. ubi uideas. & ad propoſitũ concluſionis noſtræ facit quod colligitur ex tex. & ibi per Barto. in l. ſub prætextu, ff. de extraord. crimin. inquiens quòd Capitaneos & poteſtates terrarum uidere poſſunt ſtatuta & ordinamẽta iſtorum diſciplinatorum & ſi in illis quod ad religionẽ non ſpectant, uel quod illi aduerſetur ſtatutum adinueniant: non ſolum ſtatuta & ordinamenta ipſa, caſſare & irritare, uerum etiam collegium diſſoluere, ſequitur Bald. in cap. primo, §. conuenticulam, de pa. iura. firman. Vbi ſubdit quòd epiſcopus coget ipſos diſciplinatores ad edendum & præſentandum dicta ſtatuta & ordinamenta, & quòd contra malas conuentiones habet epiſcopus iuriſdictionem à Iure, d. §. conuenticulam, & cum Bar. tranſit idem Bal. in l. unica. C. de monopo. & in l. collegium, C. de hæred. inſtitu.

SVMMARIA.

1 *Pater filio prodigo legitimam aſsignans, ſi filius eam dilapidauerit non tenetur ei aliam aſsignare.*

2 *Pater filio legitimam dans, ea dilapidata, tenetur ei nihilominus alimenta ſubminiſtrare. Limit. ut nu. 3.*

4 *Alimenta quæ iure naturæ filio debentur pater tenetur filio præſtare, etiam ſi filius iurauerit de cætero non petere alimenta. ſi tamen filius non egeat, pater non tenetur.*

CLXXXI.

AN pater filio prodigo cui legitimã uel aliquid
in peculium aſsignauit, ſi illam uel illud ludendo
uel aliter diſsipauit, rurſus aliam aſsignare
teneatur, Bar. & Bal. cum quib. uidetur tranſire Ioan. de
Imol. in l. cum dotem, §. ſi poſt ſolutum, ff. ſolu. matrim.
2 & cæteri quos idem Alex. refert partem ſectantur nega-
tiuam. Sed an pater ipſe alimenta dicto caſu illi ſubmi
niſtrare teneatur. Bal. in l. 2. §. 1. ff. eo. ſolu. matrim. & in
2 l. ſancimus in prin. q. 6. C. de inoffi. teſtamen. concludit
patrem alimenta denegare non poſſe per tex. in l. liber-
tus, qui operarum, & ibi trad. per Iacob. de Aret. ff. de
oper. liberto. Idem tamen Bal. in authen. cõtra rogatus,
uerſi. & facit ad duas quæſtiones, C. ad Trebellian. limi-
3 tat hoc quod dicitur de alimentis non procedere, ubi fi-
lius dolo uel lata culpa diſsipaſſet, quoniam tunc ali-
mentis etiam indignus efficitur nec illa ſibi debentur.
ſunt tamen alimenta quæ iure naturæ debentur. c. ius na
turale. 1. diſtin. l. 1. §. penul. ff. de iuſti. & iure. Inſtitu. de
iure natura. genti. & ciui. in princip. & c. ſi quis relique-
rit. 30. diſtin. l. cum nõ ſolum, §. hoc proculdubio, uerſi.
ipſum autem filium. C. de bo. quæ liber. cum ſimilib. &
4 adeò ac in tantum, eo iure debentur, quod etiam ſi fi-
lius iurauerit non petere alimenta: ſi tamen egere ce-
perit, & in inopiam inciderit, iuramento non obſtante
illa ſibi per patrem, & è conuerſo, ſubminiſtrari pete-
re poterit, & miniſtranda erunt, tex. eſt clarus & aper-
tus in cap. inter cætera, 22. quæſt. 4. Quæſtionem quo-
que ponit Speculat. in titu. qui fil. ſint legiti. §. primo, uer
ſicu. ſed pone talem, uidelicet quidam emancipauit

filium

filium,& dedit ei partem, filius iurauit nõ petere de cætero alimenta à patre, nunc laborat inopia, quæritur an hoc non obſtante, filius alimenta petere poſsit, & ſoluit quæſtionem affirmatiuè, mouetur quia pactum huiuſce modi eſt contra ius naturale, quo iure alimenta debentur, dicto cap. ius naturale, 1. diſtinctio. & ca. ſi quis relinquerit. 30. diſtinctio. ideò improbatum, nec ualet l. ius autem agnationis, ff. de pact. & conſequenter, nec iuramentum tanquam acceſſorium, reg. acceſſorium. de reg. iur. in 6. & ueluti cõtra bonos præſtitum mores nõ obligat, capit. non eſt obligatorium, eod. ti. & lib. cum ſimili. & ijs contentus eſto quoad propoſitam hoc in loco quæſtionem.

SVMMARIVM.

Pœna contractui licito loco intereſſe adiecta, poteſt excedere duplum. Digeſt. ut ſequit.

CLXXXII.

QVAERITVR utrum pœna conuentionalis, quæ in contractu adijcitur ut loco intereſſe ſuccedat, poſsit duplum tranſcendere, fuerunt opiniones uariæ ut habetur in glo. in uerſi. proferuntur, in l. 1. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. Petr. de Ancha. conſi. 147. incipien. apud antiquos, & modernos, prout refert Iaſo. in l. ſi quis maior, colum fin. in princip. uerſicu. 5. & ultimo, de iſto text. cuius dictum, ut etiam inquit Ludoui. Roma. in l. ſtipulatio iſta, ff. de uerbo. obli. ſibi arrogat, & appropriat, decidit, quod ubi contractus in quo ipſa pœna adijcitur iuramento cõprobatur pœna ſic appoſita duplum excedere poteſt, allegat ad hoc text. in d. l. ſi quis maior, quem tamen idem Iaſo. hoc non probare ait, cum non appareat quanta eſſet iſta pœna, & de ipſo text. Ancha. magnum feſtum facere. Sed contra Iaſo. & pro Ancha. ſatis uidetur ibi text. apertus, põderando in uerbis illis reſtituta pœna. quæ pactis probatur inſerta cum illa indefinita, uidelicet pœna uniuerſali æquipolleat, l. ſi pluribus, cum multis concordantijs, de quibus ibi in gloſ. ff. de legatis ſecundo cap. ſolitæ. §. nobis de maioritа. & obedien. & clarum ſit, quòd in ſtipulatione pœna ad quamcunque quantitatem dici poteſt, §. alteri, cum gloſſ. in uerſicu. quæ ſit, Inſtitut. de inutil. ſtipula. l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ſimiliter cum glo. in uerſicu. quantitas, ubi idem tex. ff. de uerborum obligatio. §. omnes autem, & ibi gloſſ. in uerſicu. actio circa fin. Inſtitu. de action. gloſſ. in d. l. prima, §. ſancimus, in uerſic. proferuntur, C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. ad quam ſe remittit gloſſ. in d. l. ſtipulatio, §. alteri, ff. de uerb. oblig. & ita ponderaſſe Anchar. arbitror & in hac opinio. quod partes contrahentes, pœnam ad quam maiorem quantitatem, etiam duplum, triplum, quadruplum, & quintuplum aſcendentem in ſtipulationem deducere poſſunt, fuere Vltramont. ut Barto. refert in dicta l. ſtipulatio. §. alteri. gloſſ. uero in præalleg. lege prima, C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. uoluit quod ſi pœna per uerba multiplicatiua adijciatur, puta duplum, triplum, & centuplũ, excedere non poteſt, Bar. in d. l. ſtipulatio, §. alteri, col. 1. n. 20. aliter diſtinguit, uidelicet aut pœna in inſtrumento adijcitur certa in eadem quantitate quoque expreſſa, puta uendis domum uel prædium pretio ſpecificato, ueluti ſi dicas pro centum florenis, & in fine adijcis clauſulam conſuetam, quæ omnia, & ſingula attendere, adimplere & obſeruare partes promiſerunt ſub pœna, & ad pœnã ad dupli, tripli, quadrupli, quintupli, ut ſupra, & hoc poſſunt, & ualet uſque ad quã tãq; ſummã ſtipulatæ fuerunt, & adijcere poſſunt prout uolunt exempli quoque gratia, uẽdo pro quinquaginta ſubiungo ſub pœna mille, alleg. text. in l. ſi dictum, ff. de euictio. Aut apponitur pœna reſpectu incerti, puta ſub pœna dupli, tripli, uel quadrupli, eius quod res uendita ualebit, uel eius quod intererit partis, & tũc per hæc nomina duplum tranſcendere non poteſt, alleg. d. l. uni. C. de ſentent. quæ pro eo quod inter. & ſic in effectu hæc ſua diſtinctio concordare uidetur cum glo. ibi in d. uerſicu. proferuntur. aſsignat diuerſitatis rationẽ inter primum & ſecundum caſum, quia primo pœna, quantitatem adiectam & expreſſam excedere non poteſt, ſecundo quidẽ caſu nimium, & ſatis ultra partium cogitationem, & intentionem aſcendere poſſet; & à Bar. non uidetur diſcedẽdum, cum ſua diſtinctio optimè probetur ex traditis per gloſſ. in d. l. ſi dictum, ff. de euictio. & corroborari uidetur per d. gl. in d. uerſicu. proferuntur præalleg. Et licet aliqui huius fuerint ſentẽtiæ quod legalis pœna quadruplum excedere non poſsit, d. §. omnes, Inſtitu. de action. gl. tamen in c. cum deuotiſsimam. in uerſ. componat, 12. q. 2. dicit ſanctius eſſe ut dicatur, quòd tam legalem quam conuentionalem in infinitũ extendi poſſe pro qualitate negotij uel delicti, habito uerò reſpectu ad rem quadruplum excedere non debere. uide ibid. & not. quia omnes uidentur tenere contrarium.

SVMMARIVM.

Prodigus cui bonorum adminiſtratio interdicta eſt, non tenetur ad obſeruantiam contractus qui per ſe non ſubſiſtit, etiam ſi iuramentum interuenerit.

CLXXXIII.

VALDE diſceptatum fuit inter Doctores an ſi alicui prodigo bonorum adminiſtratio interdicta fuit, & contingat ipſum alienare, uel alias contrahere iureiurãdo adhibito contractus ille qui per ſe, iudice ſic uetante, non ſubſiſtebat iuramento adeò roboratur, quòd ad ipſius obſeruantiam prodigus ipſe teneatur, & contractus ſubſiſtat. Dicebat quidam quòd ſic, arguendo de prodigo ad pupillum pubertati proximum, ſaltem quando acquirendum ſibi ex ſtipulatione, ut not. ex l. is cui bonis, ff. de uerbo. obliga. iuncto text. in l. obligari, ff. de auctor. tutor. ſed pupillum iuramento obligari, & ad illius obſeruantiã teneri, probatur ex tex. & no. in authen. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſ. uend. ergo idem ſtatuendum, & dicendum in prodigo, quòd & alia ratione ſuadetur, prodigus ex delicto obligatur, ut per Franc. Accur. in l. ſi quis in tantam, contra glo. ibi, C. unde ui. quem Bar. in d. l. is cui, refert & ſequitur, & communiter omnes ibi ſcriben. firmant. ergo ad iuramenti obſeruantiam tenebitur, quia omne iuramentum quod poteſt ſine eternæ ſalutis periculo, & interitu ſeruari ſeruandũ eſt, c. cũ contingat de iureiu. & ne in periurium, & cõſequenter in delictum incidat, teneri & ex ipſo iuramento obligari dicendũ eſt, per tex. in d. authen. ſacramenta puberum. qui licet loquatur in adulto, ad pupillum tamen doli capacem extenditur, ut Bar. & Sali. ubi inquiunt, quorum opinionem quamuis à pluribus impugnatam, & reprobatam tutiorem tamen fatetur Alex. in d. l. is cui, col. mihi 5. ad fin. Et in hac quoq; ſententia fuere Anto. de But. & Imo. in d. c. cum contingat, de iureiuran. & Ludoui. Roma in d. l. is cui bonis, qui ponit quæſtionem, & concludit prodigum iuramento non obligari. contrariam tamen ſententiam ſequutus Iacob. de Aret. in l. qui habet, §. ſi pupillus. ff. de tutel. tenuit Bar. in d. l. is cui bonis, col. 2. uer. quid ſi aliquis, nu. 3. & in d. l. qui habet, §. ſi pupillus. dum ſe ad dicta per eũ in d. l. qui habet, §. ſi pupillus, dum ſe ad dicta per eum in d. l. is cui remittit. Federi. conſi. 30. Abb. in d. c. cũ cõtingat, colum. 10. uerſicu. in eo tamen quod Antonius num. 18. de iureiurand. Bal. in §. furioſi. colu. 2. Inſtitut.

de

de curato. in qua ratione quod iuramentum hos debet habere comites, iudicium, iuſtitiam, ueritatem, & diſcretionem, quæ idem quod iudicium eſt adde glo. in authē quod eia, C. de nupti. c. & ſi Chriſtus, de iureiurand. Sed prodigus non habet diſcretionem, ergo, &c. Mouetur quoque Bart. ibi alia ratione, ſcilicet quòd iuramentum iſto caſu abſq; interitu ſalutis æternæ ſeruari nō poſsit, quod ſic probat, lex prohibet expreſsè prodigo ne contrahat. unde contrahendo contra legis & principia præceptum mortaliter peccat, iuxta illud, qui nō obedierit Principi, morte moriatur. de quo in c. ſecundo. de maiori. & obedien. & merito iuramentum ſi obſeruaretur ad interitū ſalutis æternæ uergeret, cōtra tex. in d. cap. cum contingat, de iureiurand. & hanc deniq; Iacob. But. Bar. & ſequa. cōmu. ſententiam attendatur idem Iacob. But. & Franciſ. Cur. in d. l. is cui, ab illa igitur non eſt recedēdum ad tex. in l. 1. ff. de omnq. quæſt. Bar. in l. ſi. ff. de pœ. iudi. qui male iudica. Cano. in c. Capellaniæ, de fer. & in capit. ne innitaris. de conſtitutio. Imol. in clem. ne Romani. colum. 1. de electio. Intelligo tamen quando dicta communis, eſt Antiquorum, & modernorum, capitu. 1. ad fin. de ſum. Trini. & fi. catho. & ibi Compoſtel. & Ioannes Andreas, & ibi quando ſequenda non ſit, & quid quando non apparet, quæ ampleсti debeat, docet ibidem idem Imo.

S V M M A R I V M.

Lex uel ſtatutum ſi actum uel cōtractum aliquem certa forma fieri mandet, cum clauſula, ſi ſecus fiat; non ualeat quod factum uel actum ſit: tunc actus uel contractus ille ipſo iure nullus eſt, neque opus eſt ſententia ſuper eo.

C L X X X I I I I.

NVNQVID ſi lex uel conſtitutio aliqua mandet aliquid ſub certa expreſſa forma fieri, & ſubiungat ſi aliter uel ſecus factum fuerit, non ualeat quod geſtum factumue fuerit: uerbum illud nō ualeat, intelligitur, & importat ipſo iure uel exceptionis ope, gloſſ. in c. nonnulli, in uerſi. ſed nunquid, de reſcri. tenuit quod ope exceptionis tantum. Nam, inquit, quod literæ ad lites per alium alterius nomine abſque ſpeciali mādato impetratæ ualent, ſi ex aduerſo non opponatur. quam gl. ibi ſequitur Abb. in §. ſiue, uer. ſunt & alij, col. 3. uer. ego ſum ſolitus, mouetur quia text. per uerba futuri temporis ualeant, non autem præſentis loquitur. adducunt theoricam gl. in regu. in pœnis, de regu. iur. in 6. & glo. ac Bar. in l. in criminali, C. de iuriſdict. omniū iudi. quo in loco tex. eum qui in ius aliquē inuetito examine, id eſt coram iudice penitus incompetenti in ciuili ſiue in criminali cauſa uocauerit, ſiue nullitatem popoſcerit executionem multari iubet in hæc uerba, Actor quidem propoſiti negotij actione multetur, reus uerò pro condemnato habeatur. gloſ. ibi ait per ſententiam non ipſo iure. non enim dicit multatur, ſed multetur, quod eſt futuri temporis. quam glo. ea ratione Bar. ibi commendat, quod bene dixerit. Allegat quoq; idem Abba. ubi ſuprà tex. cum gl. in l. uniuerſa, C. de preci. impe. offerend. ubi tex. iuncta glo. tenuere quod ualeat reſcriptum quo debitori dilatio moratoria ad ſoluendum conceditur, etiam ſi non fideiuſſerit de ſoluendo finita dilatione. iuxta diſpoſitionem illius text. ſi non petatur, & ſic probatur ibi quòd uerbum non ualeat nullitatem ipſo iure non inducit, & nos admonet ipſe Abb. ut text. in d. c. nonnulli, & text. in d. l. uniuerſa, cum gloſſ. ſemper menti teneamus. Contrarium tamen uoluit Innocē. in c. quia propter, de electio. ſcilicet quod ſit nullū ipſo iure. & licet plerique alij primam tueantur ſententiā, quia tamen Innocen. & ſeq. opinio communior, & uerior eſt, ut idem Abb. in d. cap. quia propter uer. uel ſaltem, col. 1. ſequutus eum teſtatur, & quia ut in præcedenti quæſtione diximus, à communi in conſulendo & iudicando non eſt diſcedendum, illorum rationes, & loca citare non curaui.

S V M M A R I A.

1 *Conductor ædium, ſi incendium cōtingat, tenetur Domino ædiū, nec non etiā uicino, de leui culpa. aliquādo etiam de leuiſsima, ut nu. 2.*

3 *Commodato res data, ſi incendio in ædibus commodatarii perierit, tenetur de leuiſsima culpa, ſi ſua tantum gratia res commodata ſit.*

4 *Conductor qui cauſam incendii dedit, tenetur Domino ædium, nec non uicino de refectione damni ex incendio illati.*

5 *Vicinus licitè poteſt diruere domum mediā inter ſuam & aliam flagrantem. ſi omnino ipſo incendio combuſtura erat.*

6 *Conductor ædium nō tenetur de facto familiæ ſuæ, ideo de incendio non tenetur ſi aliquis ex famulis uel famulab. cauſam incendii dediſſet, & de eo conſtaret.*

7 *Incendium ſi cauſetur ab extraneo, qui non ſit de familia inhabitantis, conductor nō tenetur de damno.*

8 *incendium præſumitur ab inhabilitantibus originē traxiſſe, ſi dubitetur uel ignoretur quis cauſauerit.*

9 *Incendium præſumitur ex culpa patris familias ortū, niſi de certa & præciſa perſona doceatur.*

10 *Paterfamilias tenetur uicinis de incendio, ſi de certa perſona quæ incendiū cauſauerit non doceatur.*

11 *Incendiū & furtū non fiunt ſine culpa, ſaltē leuiſsima.*

12 *Locati actione nō uenit culpa leuiſsima. ſed leuis tātū.*

13 *Ignis in dubio præſumitur ab inhabitantibus uel in domo conuerſantib. immiſſus.*

Carceratus fugiens præſumitur culpa cuſtodium fugiſſe uel effregiſſe.

15 *Caſus quidam abſque culpa accidiſſe præſumitur, qui ſine culpa fieri conſueuerunt, ut eſt uis hoſtium, impetus aquarum, & ſimil.*

16 *Ad hoc ut quis de incēdio teneatur, requiritur ut probetur certi & determinati hominis culpa, alias incertitudinē condemnatio ſequi non poteſt. concord. num. 18.*

17 *Si habitantes in domo uigiles eſſe conſueuerunt, ſi alia indicia contra eos non appareant, de incendio non tenentur.*

19 *Si duo fuerint in domo incēſa, nec conſtat à quo ignis immiſſus ſit, neuter condemnari debet.*

C L X X X V.

QVAERITVR & eſt latiſsima & nodoſa quæſtio. An ſi contingat incendium fieri, in domo uel hoſpitio conductis uel aliter retentis aliena tamen, conductor uel alio modo domum ſiue hoſpitium tenens ad emendam damni ex tali incendio domino domus ſiue hoſpitij, uel uicinis, ſiue alijs habentibus res in dicta domo cōbuſtas illati. & de qua culpa teneatur: & in hoc ultimo caſu diſtinguendum eſt, & quòd aut quis domum uel hoſpitium conduxit, & de refectione damni dictæ domus uel etiā uicini eodem incendio combuſti quæritur, & tunc de leui tantum culpa tenetur per text. in l. ſi ut certo, §. nunc uidendum, el primo, ff. commoda. iuncta gl. & tex. in l. dominus horreorum,

rum,cum gl.in uerſi.receperit, & in l.qui mercedem,&
ibi etiã gl.in uer.pro cuſtodia,ff.loca.§.præterea, & ibi
Aret.inſti.quibus modis contrahi.obliga.licet aliquan-
do conductor etiam de leuiſsima teneatur, uelut cum
mercedem pro cuſtodia accepit d.l. qui mercedem, ff.
loc.Imo.in l.domus,ff.de leg.1.& ibi Alex. qui inquam
Imo.uoluit quòd culpa inhabitantium incendium in do
mo conducta factum præſumatur, niſi aliter ipſe condu
ctor probet, quòd abſque culpa ſua ortum & factũ fuit,
impugnat,& ei contradicit ex glo.in d. §. præterea, ui-
detur malè locutus,quia dictam glo. quatenus uoluit in
cendium non fieri ſine culpa leuiſsima, reprobat Bal.in
l.cum duob.§.damna,ff.pro ſocio.ſequutus gl.ibi quem
paſsim refert,& ſequitur Are.in d. §. præterea. Aut lo-
quimur de rebus quas quis commodato habuerat eodẽ
incendio attritis,uel eo caſu quo conductor de leuiſsi-
ma culpa tenetur,de quo paulo ante dixit, & tunc ſubdi
3 ſtinguendum eſt,Aut ſumus in proprio commodato,ue
luti cum ſit recipientis gratia tantum,& tunc tenetur de
leuiſsima,d.§.nunc uidendum,& ibi Caſtr. & quãdo de
dolo tantum,& quando de leui tantum,& quando de ca
ſu fortuito teneatur commodatarius docet gl.in §. at is
qui utendum,in uerſi.exactam. Inſtitut. quibus mod. re
contr.obliga.& Caſtren.in d.§.nunc uidendum,ſed pro
maiori declaratione, & dictæ q.intelligentia, ruſus ali
ter diſtingue: aut conſtat quod pater familias uel domi
nus ſiue conductor domus in qua incendium ortum ha
buit cauſam incendij dedit, aut dubitatur ſiue ignora-
tur, quis cauſam illi præbuerit, & primo quidem caſu
4 clarum eſt illum qui cauſam dedit,ſiue in cuius domo in
cendium ortum habuit ad damni alteri ex incendio illa
ti refectionem teneri,per tex.in l.ſi ſeruus,§.fornicatiua
& §.ſi furtum,ff.ad l.Aquil.Sed huic ſubinſeri poteſt a-
lia incidens quæſtio.

An is qui tertio ſitu, & loco immediatè habens do-
mum ſuam timens ne uagetur ignis iam in priori domo
exortus,& inualeſcens domum ſuam inuadat, & com-
burat intermediæ uicini domus parietem de facto de-
ſtruere,& proſternere impunè pro ſui domus tuitione
poſsit.& dic quòd ſi domus ipſius tertijerat omninò ex
5 ipſo incendio cõbuſtura, licitè id facere poteſt per tex.
in l.ſi alius.§.eſt & alia.ff quòd ui aut clam ibi.æquè pe
rituris ædib.&c. & ſic debet intelligi textus in l.ſi quis
fumo,§.1.& quod ibi not. per Flor. de ſancto petro.ff.
eo.ad legem Aquil.& in l.ſecunda.§.ait prætor,ff.de in
cend.ruin.naufrag. Sed redeundo ad ſecundum caſum
uidelicet ubi non dominus uel conductor, ſed alius ex-
traneus incendiũ cauſauit, iſto caſu aut eſt de ipſius do
mini uel conductoris familia, aut penitus extraneus, &
ſi de familia,gloſ.in l.ne quid,in principio in uerſi.à poſ
ſeſſorib.ff.eo.de incend. ruin. naufrag. uidetur uoluiſſe
quòd ſic allegat text.in §.fin.Inſti.de oblig.quæ ex qua.
deli.naſcun.Sed illam damnat & reprobat Bart. ibi, ea
inquam ratione,quod tunc demum dominus de ædmiſ
ſo,& facto familiæ ſuæ teneatur cum in officio ſiue mi-
niſterio cui illam præfecit in quo illius opera utitur de
linquit, ex tex.in l.prima,§.familiæ nomen, ff. de publi-
ca.in ſecto princ.illius tex.quo in loco habetur, q actio
ex illo edicto contra publicanos,etiam ex facto eorum
familiæ pro illicitè extortis,iis à quib. extorta ſunt,cõ-
petit ad duplum,cuius familiæ nomen ut ibi tex.& Bar-
tol.inquit ad ſeruos, & liberos qui in eodem miniſte-
rio adhibentur,refertur,& ſic uidetur ibi probari,quòd
niſi familia delinquat in eodem officio ad cuius exerci-
tium eſt addita per dominum, & patremfamilias nõ te
neatur paterfamilias, hoc quoque probari uidetur in l.
ſi uendita, de peric.& commo.rei uendit.dũ text. ait,q
ſi ſeruorum negligentia inſula uendita, combuſta fuit,ſi
dominus diligentiam quam homines frugi, & diligen-
tes adhibere conſueuere adhibuit, quod quidem uerbũ
oſtendit leuem culpam tantum abeſſe debere, ut uendi-
tor de incendio non teneatur,cum ad ipſam culpam tan
tum ſic adaptetur,adde tex.in l.ſi cum uenderet,cum ſe-
quen.ff.de pigno.actio.not.in l.in reb.ff.commod.Bar.
in l.quod Nerua.ff.depoſiti.Alexan.per hæc iura,conſil.
275.uiſis lib.2.& conſequenter conductori,de quo hoc
in loco quærimus,qui de leui tantùm culpa tenetur con
6 gruit,meritoq; conductor ipſe de incendio nõ tenetur,
nec factum familiæ facit tranſire periculum caſus in do-
minum,cùm de illius facto dominus non teneatur ut ibi
Bald.dixit,ſed ipſi familiares teneantur,& dominus tra
dendo noxam à noxa liberetur,ut tradit Barto.in l.cum
ſi exhibuiſſet,ff.eo.de public.ſi uerò penitus extraneus
7 eſt is à quo ignis cauſatus eſt,ut quia nec de familia ne-
que de habitantib.in dicta domo eſt,& tunc quia culpę
domini ſiue conductori caſus imputari & aſcribi nõ po
teſt,ad emendam damni non tenetur l.qui inſulam,§.2.
ff.loca.tertiò autem principali caſu quando dubitatur,
aut ignoratur,à quo ignis originem traxerit, iuris præ-
8 ſumptione ab habitantibus in domo ignis iniectus ſiue
incendium exortum fuiſſe dicimus, & eorum culpa in-
cendium factum præſumitur, quotquot ſiue unum ſiue
plures ſint probatur ex text.in l.quiæ ſalutem,§.& quia,
ff.de offic.præfect.uigil.ibi plerunq; incendia culpa in-
habitantium fiunt.Dictio enim plerunque, facit regulã,
adde glo.in leg.non dubitamus, & ibi ad hoc not. illam
Imol ff.de condit.& demonſtr.ſequitur Alexan.in con
ſilio 262.uiſis & oportunè, columna ſecunda, lib.ſe-
cundo,& trad.Doctores in leg.ſi quis ex argentarijs, §.
prætor,ff.de edend.& ibi Iaſo.column 4.nume.30.uer-
ſicu.ſed aduertendum, ait ex hac Doctorum concluſio
ne ſuccedere in practica,quod incendio probato, fun-
data eſt contra inhabitantes intentio,niſi ipſi quòd abſ-
que ipſorum uel ſuorum culpa incendium ſequutũ fuit
probent,allega.Salyc.in dicta leg. ſi uendita Imol. in l.
domus,de legatis primo,& Canoniſt.in capitulo ſecun
do de depoſition.Angelus in conſilio 197.incip. incen-
dium eſt ortum,qui hanc eandem ſectati ſunt ſententiã.
Idq; in quocunq; qui de cuſtodia tenebatur locum ſibi
uendicat,ut inquit gloſ. in capit. quamuis, quod eſt pe-
nult.in uerſiculo paſtor,de reg.iur. in antiq. & ſic ſi do-
mus combuſta inhabitata erat,præſumptio erit quod ali
quis de inhabitantibus incendij author fuerit. de certa
autem perſona ex his lex non præſumit, ſed incerta, &
indeterminata ex illis,ut probare uidetur tex.in d.l.ſi uẽ
dita,ibi neque ſi ſeruorum negligentia factum eſt, con-
tinuo dominus in culpa erit,quamobrem ſi diligentiã,
9 &c.ff.de peri & commo. rei uendi. ueruntamen niſi de
certa,& præciſa perſona doceatur patris familias inha
bitantis culpæ aſcribitur eius imperio & mandatis, cæ-
teri de familia ſubſunt, quaſi minus diligens fuerit quã
debuerit,in igne cuſtodiendo, quæ negligentia eo ipſo
oſtenditur,quod incendium in dicta domo ortum fuit,
d.l.3.§.& quaſi plerunque,ff.de offic.præfe uigil.cum ut
ſuprà dixi dictio,plerunque,in præſumptionibus, præ-
ſertim regulam faciat,adde text.in l.plerunque ff.de iu
10 re dot.& ſic pater ipſe familias uicinis ad damni refe-
ctionem teneri. dicendum eſt, dict. l.ſi ſeruus ſeruum,§.
ſi quis inſulam,& §.ſi fornicarius,& in l. qui occidit.§.
in hac.ff.ad l.Aquil.l.capitalium,§.quod ob inimicitias
ff.de pœn.huius quoque fuit ſententiæ Angel. Aret. in
tracta.ſuo maleſ.in uer.incendiario, ex trad. per Socinũ
in allegato per eum conſilio.Idem tenuit in præallega.
§.præterea,Inſtitut.quibus modis re contrahi. obligat.
reprobata glo.ibi in uerſiculo debet, quæ æquiparan-
do incendium furto dicit neutrum citra leuiſsimam cul
pã fieri,ſequutus gloſ.in l.cum duobus.§.damna, ff.pro
11 ſocio,quæ ait quod furtum,& incendium nõ fit ſine cul
pa ſaltem leuiſsima. ſic innuit quod poteſt etiam cum
culpa leui fieri, & fieri præſumitur, & gl.ipſam appro-

bari

bari ibi à Baldo prædictam gl. in verſiculo debet reprobare, idq; ſumè no. & hoc de facto ſibi contigiſſe in cauſa cuiuſdam D. Apolloniæ uiduæ inquit, & quod in actione locati non ueniat iſto caſu culpa leuiſsima, ſed le
22 uis tantum, firmat Alexand. præallegato conſilio 272. uiſis, & opportunè, lib. 2. qui conſuluit in materia de qua loquimur, & quod culpa huiuſmodi, præſumatur, niſi de alio incendij authore doceatur, uoluit Bal. in l. ſi creditor, de pigno. actio. ubi quod tunc probatur culpam abeſſe, probando unde incendium ortum habuerit, puta ab hoſtium incurſu, id quoque ait in l. quæ fortuitis, colum. 3. uerſic. item quæro de igne, & ibi Saly. C. eodē
23 de pigno. actio. ubi quod ignis immiſſus ab habitantib. uel in domo conuerſantibus præſumitur per text. in l. ſi uero, uer. quod ſi ex mediano. ubi tex. ſic ad literam, Quod ſi ex mediano cenaculo quod deiectum ſit uerius eſt omnes teneri, ff. de ijs qui deie. uel effude. niſi immittentem ignem oſtendat, per text. in c. ſupra alleg. l. domini borreorū, ff. loca. & in l. ſi ita, §. ſi. de fund. inſtr. & in l. ne quid, ff. de incendio ruina & naufragio. Sic quoque tradit idem Bal. conſi. 174. caſus eſt talis, quoddam foenile, par. 2. & conſi. 138. factum quæſtionis, & ſeq. ea. par. ſequitur idem Alex. conſi. 272. col 3. uerſi. ſecundus caſus eſt, ubi etiam col. 5. uoluit quòd in materia de qua loquimur, eadē ſit & par præſumptio contra conuerſantes, & contra habitantes in domo cōbuſta propter aptitudinem & potentiam, & ſic eadem ratione, & in eiſdē terminis quoque conſuluit Barto. in l. ſi quis ex argentarijs, §. prætor. alia, §. an uerò nec hæredi, ff. de eden. dum inquit quod aliqui ſunt caſus qui faciliter euenire non conſueuerunt, niſi culpa præcedente ut furtum, l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſocio, & incendium d. l. ſi uendita, ff. de peri. commu. rei uendi. & ſeruorum fuga, & aliorum qui debuerunt cuſtodiri, puta carceratorum, &
24 in iſtis culpa præſumitur, niſi caſus probetur. Aliqui uerò ſunt caſus qui abſque culpa contingere conſueuerūt,
25 puta uis hoſtium, impetus aquarum, & in ijs probata rei amiſsione præſumitur caſus niſi culpa probetur, l. contractus, ff. de regu. iur. l. ſi merces, §. culpæ, ff. loca. Ex ijs igitur habes, quod ubi caſus qualitas talis eſt quæ culpam non includat, ueluti incurſus hoſtium, uis fulgoris, loquendo in terminis noſtræ quæſtionis, & ſic facto naturæ, & per uim quandam diuinam, qua aliquando incendium contingit, ut Bal. conſi. 174. caſus talis eſt, col. 2. lib. 2. dicit non eſt neceſſariò articulandum, nec probandum culpam abeſſe, ſiue abfuiſſe in aduentu & contingentia caſus, qui tunc ſatis probatur reipſa, ex ipſo caſu ſic qualificato: ſecus uerò ubi caſus includit culpā ut furtum, & incendium, quia tunc utrūque & caſum, & culpam affuiſſe probari debet, & ita intelligenda eſt gl. in l. ſi fundum, §. imperator, ff. locat. ſecundū ipſum Bal. in d. l. creditor, col. 2. C. de pignorat. action. Verū quia ſuperius diximus, quòd orto, & ſequuto incendio niſi de certa, & ſpecifica perſona doceatur, patriſfamilias ad culpā imputatur. Ioannes tamen de Ana. conſi. 51. uiſis, & diligenter ponderatis, quem paſsim refert Iaſo. in dicta lege ſi quis ex argentarijs, præallegatis, §. prætor. nume. 31. ff. de edend. dixit quod ad hoc ut de incen
26 dio quis teneatur, oportet quod probetur culpa certi, & determinati hominis, quia cum incendium inhabitantiū culpa factum præſumatur, id tamen abſque certæ & determinatæ perſonæ culpa fieri non poteſt, quæ culpa expreſſæ, & determinatæ perſonæ nō præſumitur, prout dicit ipſe probari in text. in dicta leg. ſi uendita. & ita tenere ait Saly. ibi. quem omninò uide, quia multa bona hac in materia tradit, & ex ijs quotuplex, & quādo inhabitator in culpa eſſe dicatur, quem etiā uide in d. l. quæ fortuitis, aſsignat rationem, quia quando de certę & determinatæ perſonæ culpa non probatur, remanet incertitudo, & ſic condemnatio ſequi nō poteſt. l. licet. §. ſi. ff. naut. caupo. ſtabu. allegat Bal. in d. l. creditor. & in l. pignus, ſed non, ibi, uerum in prædicta. l. quæ fortuitis, de pigno. actio. quod Iaſ. no. dicit pro defendendo amico. Addit inſuper conſi. Anchar. 349. eſt tamen. 348. incip. pro deciſione conſulentis, quòd ſi conductor domus noctis tempore in domo conducta duas tantū puellas 12. annorum, & puerum, 10. annorum reliquit. non dicitur eſſe in aliqua culpa lata ſaltem uel leui ita quòd de incēdio teneatur, quamuis dicti pueri ignem minus diligenter cuſtodierint, quia conſueuerunt patres familias diligentes in eorum domo, tanquam tuto refugio, ut inquit text. in l. plerique, iuncta. l. neque impuberes. ff. de in ius uocand. familiam tam maiorum quam minorum habere, & merito communis conſuetudo culpam excludit, l. pignus. C. de pign. action. inquirens Iaſ. ubi ſuprà ſic in facti contingentia in ciuitate Cremonæ obtinuiſſe, ubi tamē probaretur, quòd habitatores circa alia incendia, negligentes eſſe conſueuerunt de incendio alio etiā non apparente, tenerentur, ſecundum Alex. eod. conſil. 272. ad fin. alleg. Bald. conſilio quoddam ſuo, quod ut dicit incipit quidam Riſtorius, argu. text. in l. non omnes, §. a Barbaris, ff. de re milita. l. argentum, ff. cōmod. quod conſilium non inueni. Illud idem conſilium Bald. allegat ipſe Alexand. in l. ſi quis ex argētarijs. §. prætor, colum. 3, uerſicu. non omitto, de eden. caſum conuertendo, uide-
27 licet quòd ſi in domo habitantes, in domo uigiles eſſe conſueuerunt, ſi alia indicia contra eos non appareant, de incendio non teneatur indiſtinctè. Hinc dicit Ange, dicto ſuo tractat. eodem uerſiculo incendiario colum, 7. in magna impreſsio. uerſicu. aduertendum eſt, quod per illum uerbum plerunque in d. l. 3. §. & quia, ff. de offic. præfec. uigil. datur intelligi, quod regula eſt in contrarium, uidelicet, quod regulariter non præſumitur incendium inhabitantium culpa cauſatum, niſi probetur quod circa ignem habitans erat ſolitus negligenter uerſari, & uerſatus fuit, ita dicit ipſe loquitur text. in d. l. ſi uendita, alias niſi agens contra habitantem, deducat, & probet negligentiam ſolitam, & etiam tempore incēdij adhibitam, habitator de igne condemnari non poteſt, quod dicit ſingu. not. hoc tamen mihi non placet, quia cum uix uel rarò talis negligentia ſic præciſa probari poſſet, nunquam uel rarò, damnum ex incendio aliena culpa cauſatum. quæ culpa ut dictum fuit in caſibus, illā annexam habentib. ſuperius redactis, & ſimilibus, ipſo facto probatur, ꝙ contrarium non oſtenditur ad glo. in d. l. ſi quis fundum, §. Imperator, ff. locat. emendaretur quod non eſt dicendum. Pro eo autē quod dictum fuit ſupra, quod ubi non oſtenditur certus homo ignis author, incertitudinis ratione, condemnatio cōtra pa-
28 tremfamilias domum habitantem fieri non poteſt, facit quod uoluit Bal. in conſi. 441. quidam magiſter Grāmaticæ, column. 2. §. item dictus ignis ab incerto authore, par. 1. ubi conſuluit quod ignis qui ab incerto authore cauſam habuit, illi magiſtro non eſt imputandum, etiam ſi unus ex ſcholaribus ignem immiſiſſet, allegat text. in d. l. ſi uēdita, ubi dicit caſum eſſe quæſtionis ſuę,
29 & quod quando duo erant in domo incenſa, nec conſtat à quo ignis immiſſus fuerit, quod neuter ſit cōdemnandus, uerum uterque abſoluendus inconcuſſe tenuit Roma. conſilio 401. eo præſuppoſito. Et pro complemento huius materiæ, uide quæ remiſsiuè copioſè adducit Veronenſ. in titulo de igne, in tract. ſuo de ſerui, ad fin. qui dicit hanc amplam, & profundam materiam eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Monachus tenetur potius obedire Abbati quam Epiſcopo, & Abbas in ſuos monachos ubicunque delinquant uel contrahant, iuriſdictionem habet. Limit, ut num. 2. & 3.*

QVAERITVR,

CXXXVI.

QVAERITVR, & magnus fuit Doctorum confli
ctus, hacq; in re uarij fuere cui magis, & prius
Epiſcopo, an uerò Abbati, Monachus parere
teneatur, & quia longum nimis legentib. moleſtum
non parum eſſet ſingulas ſingulorum referre ſententias,
quoniam tamen materia utilis, & quotidiana eſt, teſto
Panormi. in capitulo cum contingat, colu. 6. numer. 21.
de foro compet. Ideo aliquorum opiniones referre non
prætermittam, demumq; quid reſpondendum ſit ſubiũ-
gam. Et quidem primo Matthæ. quem Zabare. clem.
ne in agro, §. quia uero, quæſtio. 8. de ſtatu monacho-
rum refert, & paſsim ſequitur, huius fuit ſenſus, quod
ubi monachus ab epiſcopo animarum curæ præficitur,
quoad ipſam curam concernentia, in reddenda quoquo
primitiarum, & decimarum ratione, ac in cauſis iuris
ordine pertractãdis, ipſi Epiſcopo potius, quã Abbati.
in fractione uerò uoti, abſtinentiæ, & ſilentij obſeruatio
ne, ac cæteris ad regulæ, & ordinis monachalis obſeruã
tiam attinentib. Abbati obedire debet & tenetur. Sed
quod in omnib. Epiſcopo parendum ſit teſtari nobis ui
detur quod Auguſtinus libro cõfeſsionum ſecundo ait,
maiorem inquam poteſtatem minori ad obediendum
præferri, cap. æquè contra morẽ, 8. diſtinctio. ubi propo
ſitio maior quoq; probatur, prout quod Epiſcopo mo-
nachus ſubiectus, & illi meritò obſequẽdum ſit, probat
tex. in cap. monaſteria, el primo, 18. q. ſecunda. ubi quod
monaſteria & monachorum diſciplina ad eum perti-
nent Epiſcopum in cuius territorio ſunt inſtituta, & tex
tus in cap. cognouimus. eadem cauſa & quæſtione. quo
in loco Gregor. Vitali Sardiniæ defenſori, cum ad ipſius
Gregorij perueniſſet auditum quod pro ſuo quiſque li
bito uoluntatis diuerſisq; de cauſis tam fœminarũ quã
Dei ſeruorum uirorum monaſteria perturbabat, reſcri
bens illi, ut in poſterum illa ſic perturbare & uſurpare
ſua authoritate nequaquam permittat, admonet, & ut
Epiſcopus ſub cuius moderamine ſunt deſuper intẽdat,
& ipſius ſolicitudo ſit cauſas quoque & utilitates inter
monachos diſponere iubet, & monachos itaq; Epiſco-
pis ſubditos fore ibi legitur. Ad idem facit textus in c.
non ſemel, eadem cauſa & quæſtione. ubi Aurelianen-
ſis Concilij Conſtitutio, Epiſcopis ut non ſemel, ſed
ſæpius monachorum monaſteria uiſitent, & ſi quid cor
rigendum putauerint, & fuerit corrigãt iniungit. huic-
que gloſſ. in capitulo hoc tantum. 18. quæſtion. 2. dum
correctionem ad epiſcopum pertinere ex textu illo ar-
guit. addere non erit abſonum id ipſum comprobari dã
cere ſas eſt, ex textu in capit. qui uerè, 16. quæſtione pri-
ma. ubi ex Calcedonienſi Concilio, monachos ſolitariã
in eremo uitam ducentes, ut honore quo propterea me-
riti dijudicantur uenerentur, ab Epiſcopi ſubiectione
exemptos, eos uerò qui in monaſterijs per ſingulas ci-
uitates, & poſſeſsiones exiſtentibus degunt illis ſubie-
ctos exiſtere ſancitum legimus, Epiſcopum quoque mo
nachis præcipere, & legationis munus iniungere poſſe
einſdem Concilij authoritate, in capitu. quidam mona-
chi, eadem cauſ. & quæſtion. iuncta gloſſ. ſua cõprobatũ
habemus ex textu in capitul. relatum. ne cle. uel mona.
ſecular. nego. ſe immiſ. ubi Epiſcopus monachos reli-
gione neglecta, ſeculari more uiuentes, ad regularem
obſeruantiam impellit, & cogit. Ipſumq; Epiſcopum
in monachos poteſtatem habere firmat glo. in capit. nul
la, 18. quæſtione ſecunda. Verum alij hac in materia ſic
diſtinguendum putarunt: quod aut pro minimis exceſ-
ſibus contra monachos agendum eſt, & iſto caſu Abba
ti, uel priori ſubſunt, ab illoq; plectendi ſunt, aut de gra
uibus quæritur & agitur exceſsibus, & ab ipſo ſunt Epi
ſcopo puniendi, refert gloſſ. in dicto capitu. hoc tantũ.
18. quæſtio. 2. allegat textus in capitu. monachi. de ſen-
tentia excommunicatio. & in capitu. ſi quis monachos
90. diſtinctione, & in cap. non dicatis, 12. quæſt. 1. quæ
tamen gloſ. aliter diſtinguit, hanc ſeniorem inquirẽs ſen
tentiam, quod aut contra monachum iuris ordine proce
ditur, & agatur, & tunc coram Epiſcopo agendum eſt,
ad gloſſam, in capitu. perſona. 11. quæſtione. 1. Aut non
in forma iuris, & tunc ſecus, allegat textum in capi. re-
prehenſibilis, de appellatio. qui textus loquitur indiſtin
ctè de exceſſu, & monachum ac religioſum, cum pro aliã
quo exceſſu fuerit corrigẽdus contra regularem præla
ti ſui, & capituli diſciplinam appellare prohibet. ſicque
Matthæ. & Zabarel. opinionem ſupra citatam corrobo-
rat: eamq; textus in c. ad noſtram, el primo, eodem titu.
comprobat: ab ipſa tamẽ nõ prohibetur Epiſcopus cor-
rectione, ubi in ea Abbas negligens, & remiſſus fuerit,
ut probat textus in d. c. relatum. ne cleric. uel mona. ſe-
culari. nego. ſe immiſc. & gloſſ. in d. capitu. de perſona.
11. quæſt. 1. ac text. in capit. corripiatur. 24. quæſt. 3. &
in cap. quanto. de offic. ordin. ad Abbatem quidẽ in mo
nachos, tam quo ad regularem diſciplinam & correctio
nem, iuxta tex. in cap. ea quæ. de ſta. mona. quam etiam,
quo ad reliqua extra illam plenariam pertinere iuriſdi
ctionem nonnullorum ſententia teſtatur, ut glo. d. c. de
perſona, ait, ipſosq; ſuos monachos excõmunicationis
ſententiæ aculeo feriri poſſe, ex text. in c. cum in eccle-
ſijs de maiorita. & obedien. quod probari pariter uide-
tur ex gl. in allegat. c. æquè contra morem. 8. diſtin. ibi.
ergo magis obedit monachus Epiſcopo quam Abbati.
quod falſum eſt. & in c. 1. & 2. 1 IX. diſtin. Inno. uerò in
d. cap. quanto, de offic. ordin. illã ſectatus eſt ſententiam,
quòd ſi agatur contra monachum ad correctionẽ ſecun
dum regulam, primo loco correctio ſpectat ad Abbatẽ,
ſed ſi accuſatur criminaliter, debet coram Epiſcopo ac-
cuſari, ſi uero agatur contra eum de pecuniaria uel ciui
li cauſa, & principaliter ad monaſterium in quo dictus
monachus reſidet, ſpectat, nõ ipſius monaſterij Abbas,
ſed epiſcopus ſi quidem ad aliud dicto Abbati ſubiectũ
monaſterium pertinet, tunc uterque cognoſcit & eſt iu-
dex ſcilicet Abbas & Epiſcopus, & in actoris optione
eſt, coram quo ipſorum conuenire uelit. Quid denique
in tanto opinionum conflictu approbandum ſequendũ-
que ſit proſpiciendum eſt. dic non recedendum eſſe ab
ea, quæ primo fuit Io. de Ligna. ſententia in d. cle. ne in
agro, de ſtat. monach. quam Abbas & cæteri ſcriben. in
d. c. cum contingat, col. 11. circa finem, uerſi. & in iſtis,
de foro compe. ſequuntur, uidelicet Abbatem in mona
1 chos ſuos ubicunque delinquant, contrahant uel reſide-
ant, tam in ciuilibus quam in criminalibus, & tam corre
ctionaliter quam iuriſdictionaliter & priuatè ad Epiſco
pum, non autem accumulatiuè iuriſdictionem habere.
Fely. quoque idem in c. paſtoralis, uer. ſeptimo limita,
de offic. ordina. dummodo de crimine quod depoſitio-
2 ne & degradatione dignum ſit, puta hæreſis, ca. ad abo-
lendã, de hære. in 6. de litterarum apoſtolicarum falſita
te, c. ad falſariorum, de crim. fal. non agatur, iuriſdictio-
nẽ habere, & coram ipſo Abbate primo cõueniẽdos fo
re. ſi tamẽ cõmodè adiri poſsit, & loci diſtantia nõ repu
3 gnet, ſed aptum, & commodũ præbeat aditum: alias &
data Abbatis negligẽtia, coram ipſo conueniretur Epi-
ſcopo d. c. quanto. c. Abbates. 18. quæſt. 2. c. religioſus, de
teſta. in 6. c. religioſus, de electio. eodem lib. c. ſicut, de ſi
mo. & prællega. c. in eccleſijs, de maio. & obedien. &
ſi ordo iſte peruertatur, fori declinatoria & exceptio
obſtabit hanc eandem opinionem ſecutus eſt idem Ab-
bas in c. cum ab eccleſiarum, col. 3. nu. 10. uer. in mona-
chis tamen, & in c. paſtoralis, col. 2. n. 6. de offic. ordina
& in d. c. quanto, col. fi. in quantum ſe ad ea quæ in præ-
dicto cap. cum ab eccleſiarum, dixit, ad quæ pariter in c.
ſi quis contra clericum, 2. not. col. 2. eod. titu. de foro cõ
peten. ſe remittit, eamque paſsim Roma. conſi. 375. in

propoſita

propoſita queſtione,& Cal.conſi.20.an Abbas,de regu.
& ſta.mona.ſequuti ſunt utrobiq; & atteſtati, ſicut d.c.
quanto,de offi ordina.ac Doctores communiter cóclu
di,ab ea igitur ut iam dixi,in iudicando præcipuè & cō
ſulendo non eſt recedendum. l.1.ff.de offi. quæſto.cum
alijs allega.ſupra.q.8.ad finem.

S V M M A R I V M.

Patris ſtipulatio Emphyteuſim pro ſe & filiis recipientis, nō ſtatim, ſed ordine ſucceſsiuo, committitur et effectum ſortitur.

C L X X X V I I.

QVAERITVR an ſtipulatio patris emphyteuſim
pro ſe & filijs recipientis ſimultanee & illi-
co poſtquam adiecta eſt, uel ex poſt facto, &
ordine ſucceſsiuo committatur & effectum producat,in
qua quæſtione Barto.in l.quod dicitur.ff. de uerborum
obligati.non ſtatim, ſed ordine ſucceſsiuo committi &
effectum ſortiri ita ut inquam pater ipſe primò & dein-
de filij ad ipſam admittantur emphyteuſim, uoluit,cir-
ca quam quæſtionem,quia non multum expedit, aliter
non inſiſtam,ſed aliam ſatis utilem,& a Doctoribus ma
gno tractatam conflictu & opinionum uarietate ſubne-
ctam,uidelicet.

S V M M A R I A.

1 *Res Eccleſiæ uel alterius uenerabilis loci, non pōt dari in perpetuam Emphyteuſin, ita ut ad quoſcunq; ēt extraneos hæredes tranſeat: à qua opinione tanquā magis cōi non eſt recedendum, ut nu.7. Limita tamē ut nu.2.3.4.& 5.*
6 *Emphyteuſis rei eccleſiaſticæ ſi fiat in perpetuum, ſine cauſis & debitis ſolēnitatib. ad extraneos nō trāſit.*
8 *Emphyteuſis nō uenit in fideicommiſſo, ſecundum Bartolum. Baldus uerò diſtinguit, ut num.9. cuius ſnīa magis communis eſt.*
10 *Pater in dubio præſumitur ſtipulari filio tāq̄ hæredi.*

C L X X X V I I I.

AN res eccleſiæ uel alterius uenerabilis loci in
perpetuam emphyteuſim ita ut ad quoſcun-
que etiam extraneos tranſeat hæredes, conce-
di poſsit,& licet in emphyteuſi à priuato conceſſa hoc
iure expeditum ſit illam perpetuò concedi poſſe, &
ad omnes extraneos tranſire hæredes,§.adeò, inſtitu.de
loca.l.uiam ueritatis, C.eo.l.1.C.de iure emphyt. Ta-
men eccleſiaſtici utriuſque cenſuræ Doctores uarij &
contrarij hac in re fuerunt. aliqui enim in hanc decli-
narunt ſententiam, quod ad extraneos minimè, ſed ad
perſonas tantū,in §.emphyteuſim, in auth. de non alie.
aut permut.re expreſſus,cum quibus Specu.in tit.de lo
ca.§.nunc aliqua, uerſic. 113. prope fin. Bald. in l.cum
uirum, C.de fideicomm. Bar.in l.etiam alijs ex diuerſo.
§.etiā, in glo.ibi ea quæ.ff.ſol.matr.in l.quod dicitur.ff.
de uerb.oblig.in l.ut iuris iurandi,§ ſi liberi.ff.de oper.
liber.in l.ſi tibi decē,§.ſi pactus.ff. de pact.in l.Gallus,
§.quidam rectè,alias,§.etiam ſi à parēte.ff.de libe.& po
ſtu.Bal.in l.2.C.de ſuis & legiti.Roma.in d.l.etiam, ff.
ſol.matri.Imol.in l.ex facto.la grande,ff.ad Trebelli.in
8 quiens hanc communem, & huic non obſtare ſenten-
tiæ text.in §.licentiam,in auth.de aliena.& emphyteut.
quia corrigitur per textum in ca. nulli de rebus eccleſia
ſticis non alie.capit.apoſtolicos in duodecima,quæſt.2.
ubi perpetua locatio, ſeu emphyteuſis conceſsio im-
mobilis rei eccleſiæ,ex Côcilio apud Sylueſtrum habito
interdicitur & prohibetur, pro quo facit tex. in capitu.
hoc conſultiſsimo,quod eſt ſecundum,eodem titulo,in
vj.& pro huius opinionis corroboratione idem Roma.
loco præallegato adducit text.in §.illud,in aut.ut de cæ
tero commuta.non fin. arguendo a ſpeciali quod indu-
ctum ait in una eccleſia,ut alij in perpetuam emphyteu-
ſim rem ſuam immobilem côcedere ualeant, ergo in cō
trarium eſt ius commune.l.quod uerò.l.ius ſingulare,ff.
de legi.hanc eandem ſententiam Roma. ibidem alijs cō
probat iuribus præcipuè ex text. in cap. ad aures, cum
gloſſ.eod.tit.de reb.eccle.non alie.& in auth.ſi quas rui
nas iuncta gloſſ.C.de ſacroſanct.eccle. non alie. & alijs
modis ut ibi uidere licet. Alij quidā pura Iaco.de Belu.
& Ang. ſectati ſunt gl.in §. alienationis in auth. de non
alie.aut permutan.rebus, quæ ex duabus ſententijs ibi-
dem relatis,primam ſequitur, quæ fuit, quod in perpe
tuum,id eſt,donec redditus, ut uerbo ſuo utar,ſiue ca-
non ſoluatur, & ſic in perpetuum,& ad quoſcunq; tran
ſire, ad quam gloſſ.in d.§. emphyteuſim, & pariter ſe re
mittit hancq; tenet gloſſ.in §.illud,in auth.ut de cætero
commuta.ibi ſed hodie communiter fieri in perpetuū.
allegat dictum §.licentiam,& in dicto §.adeò.Inſtit.lo
ca.& in auth.ſi quas ruinas,& ibi Pet.Cy.& Bal.Bart.
in authen.perpetua,C.de ſacro ſanct.eccle.Specu.qui in
hoc fuit ſibi contrarius in d.§. nunc aliqua, uerſic.ſepti-
mo,de loca.& alij quamplures quos referre nō expedit
cum ſufficere arbitrer magis communem & receptiorē
2 referre. Iſtam tamē opinionem limita procedere & ue
ram eſſe quando in conceſsione dictæ emphyteuſis ſu-
beſt neceſsitatis uel utilitatis eccleſiæ cauſa,& adhiben-
tur ſolēnitates quæ neceſſariò adhibentur & requirun-
tur in alienatione rerum immobiliū eccleſiæ, ut Alexan
der tradit in l.ſi patroni,colu.7.ff.ad Trebellianum,al-
lega.Imol.in leg.ex facto,la grande.ff.de hæred.inſtitu.
& in conſilio 181.uiſo & maturè diſcuſſo.2. uolu.quod
optimè ſubnixum, uidelicet ratione ſumendo argumē
tum a fortiori, & à maiori ad minus. nam ſi legitimis
ſubſiſtentibus cauſis & ſolēnitatibus, de quibus in text.
in c.in ſumma,& in c.ſine exceptione.12.q.2.& in auth.
hoc ius porrectum,C.de Sacro ſanct.ecc.cum ſimili. in
tercedentibus plena & perpetua ipſarum eccleſiæ ſtabi
lium rerū alienatio permittitur ut iuribus prædictis,&
habetur in capitulo primo de rebus eccle.non alie.& in
cle.1.eo.tit.ergo & eo magis huiuſmodi emphyteutica
conceſsio, quæ non proprie & ſtricte,ſed large dicitur
alienatio,dicto §.alienationis in authen.de non alienā-
dis ſeu permutandis rebus. & prædicto capitulo nulli,
extra eodē titulo,de rebus eccl.nō alienandis, facit reg.
cuilibet,de reg.iur.in 6.cum ſimili.Hanc quoque ſentē-
tiam quod ad omnes tranſeat ſequutus eſt legēdo Alex.
Imo.in d.l. diuerſo, aliâs eſt l.etiam, col.2.& 3.ff.ſolu.
matrimo.contrarijs pro prima allegatis abundè reſpon
dendo, tribus duntaxat exceptis caſibus, quorum pri-
mus eſt, ex doctrina Ange.in præallega. §. emphyteu-
3 ſim,ubi eccleſiæ cuius res conceditur,conſuetudo iuua-
bit,quod ad extraneos non tranſeat,arg.tex.in l. ſemper
in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.& per alia iura & autho
ritates per eum adductas.Secundus eſt ex doctrina Im.
in d.l.quod dicitur,ff.de uerb.obli.& Abb.in c. præſen-
tia,de probatio.& caſus iſte tangit quod paulò ante di-
ctum eſt,de obſeruatione ſolennitatum,uidelicet quan-
do res ipſa eccleſiæ aliâs ſolennitatibus requiſitis adhibi
tis & ſeruatis conceſſa fuiſſet,quia & ſi poſtmodum ad
eccleſiam redeat & deuoluatur eadem ſolēnitate omiſſa
& nō adhibita,rurſus ſub eiſdē qualitatibus, quibus pri
mò facta fuit,côcedi poterit,& ad extraneos trāſibit hę
redes,fretus authoritate gl.in cle. 1.in uer. ad menſam,
de exce.præl.& per alia iura per eū ibi citata. Tertius &
ultimus eſt in conceſsione rei Côſtantinopolitanę Ecc.
ſan.Sophiæ & cæteris illi ſubiectis eccleſiæ, quia, in il-
la,& in ipſis tex.in d.§.emphyteuſim,remanet correctus,

per text.in §.in d. auth.de non alie. Primam tamen opinionem quod ad extraneos non trãſeat firmat idem Alex.conſi.23.oportunè conſideratis,col.3.in prin.li.5.p text.in d.§.emphyteuſim, et in §. alienationis, et in §. ſi uerò etiam perpetuam,in auth. de nõ alienan. aut per mutan.rebus,et hanc magis communem atteſtatur, adducẽs omnia ſuperius pro iſta opinione allegata,et iuxta iſtam pariter conſuluit cõſi.9.alias in meo,in quo ordo et numerus primi uol.continuatur, eſt 151.uiſis dictis themate una cum inſtrumentis,col.3.uerſi.ſecundo ad idem adduco,lib.2.hanc itidem communem et communiter obſeruari affirmat,ſubdens d. §. emphyteuſim in emphyteuſi eccleſiaſtica incorrectum perſiſtere alle. Specu.in ſupra allega.§.nunc aliqua.uerſi.7.et uer.155. contrariũ tamẽ tenuit conſi.334.uiſo.col. 6. ad fin.uers.reſpondetur, lib. 2. ſuperius enim dixi eccleſiæ con-
4 ſuetudinem inſpiciẽdam ut ſi ita quod ad extraneos trãſeat concedere conſueuerit,tranſeat et ſi,ut nõ tranſeat, ad illam extranei non admittantur,et ab ipſa conſuetudine recedendum non eſſet per tex.in c. 2. deferri ad fi. et trad.per Bart.in auth.qui rem C.de ſacro ſanct.eccle.
5 in fine, ſi uerò de ipſa conſuetudine non liquet inſpiciẽdum et attendendum eſſe, an in ipſa conceſsione interceſſerit aliqua ex cauſis de quibus in tex. in d.c. in ſumma.12.q.2.et ſolẽnitas,de qua in d.c.ſine exceptione ex cau.et quæſt. et ſi interuenerunt tunc dubio procul, ad quoſcunque tranſit hæredes. ſi autem cauſa non adfuit neque ſolennitates acceſſerunt, tunc ſi alias ſaltẽ ſemel illis adhibitis et obſeruatis cõceſſa extitit, illis iſto caſu aliter non adhibitis, et non ſubſiſtente cauſa cõceſſa ad extraneos indubitanter tranſibit,ſicq; à doctoribus cõmuniter concludi. ſed ſi de tali conceſsione modo præ-
6 miſſo facta non apparet,tunc fatendum eſt quod ſi hæc ſine cauſis ut ſolẽnitatibus prædictis ad extraneos nõ trãſit,in d.l. poſtmodum,uer ſi.ſecundo reſpondetur præallegato, audacter et indiſtinctè affirmat utrum non eſſe quod ad extraneos tranſeat, et ſic communiter teneri ait. Aliam quidem ſententiam quod non tranſeat ad extraneos firmat idem conſi.180.conſideratis.col.2.uerſi. alia rõne,li.2 5.quo in loco atteſtatur hanc magis communem,concordat Pau. Caſtr.conſi.147.par.1.impreſſione facta Papiæ Anchar.in conſi. 33. mortua dicta domina,et conſi.44. primo de uiribus et efficacia, et cõſi. 134.plenè et ſubtiliter,qui ait ab iſta opinione recedere
7 tutum non fore in conſulendo,& deniq; iſta uidetur magis communis,ut ex cumulatis per Dec.in d.c.in præſentia, col.17. uerſi.ſit ergo concluſio,de proba.ubi etiá eo atteſtatur & probari uidetur,quam tamen limitat & declarat procedere quando eccleſia concedit rem in emphyteuſim, eo tantum reſpectu quia ſic concedi & locari conſueuerit,& ſic ex conſuetudine,& non ex eo quod ſubſit aliqua ex cauſis de quibus in præallega. text. in c. in ſumma. 12.q.2.& non adhibitis ſolẽnitatibus de quibus in c.ſine exceptione.ex.cau.& q.ſecus uerò ibi conceſsio ipſa ſit alicui & hæredibus ſuis ex cauſis prędictis & eis ſolennitatibus præmiſsis,quia tũc nõ ualeat plenaria & omni reſpectu facta de rebus eccleſiæ alienatio in quoſcunque, ut iuribus prædictis & alijs concordantibus probatur, ita & multo magis iſto caſu quo tantum utile dominium transfertur & alienatur, trãſire debeat ad extraneos,& hoc modo concordat ipſe Deci. has opi.in ſ.q.col.18.ad fin.ubi uidere poteris,& ibi habes reſponſiones ad contraria indiſtinctè quoque eadem col. 18.in princi.concludit.d.§.emphyteuſim,per §.licentiã, immutatũ & correctum ſolum quo ad numerum perſonarum & hæredũ, non autem quo ad qualitatẽ hæredũ, & ſic quod concedi poſsit recipiẽti pro ſe filijs nepotib. & deſcendentibus,& infinitum,nõ autẽ quod extraneis hæredibus deferatur & ad alios tranſeat.& in hoc ſimiliter omnes conuenire Doctores teſtatur. Tamen gl. & Imo.in c.potuit, col.3. prope fin. uerſi.aduerte tamen, extra de loca.inquit uoluere d. §.emphyteuſim. per §. licentiam indiſtinctè corrigi.concurrens & ipſe in eandem diſtinctionem, an ex conſuetudine eccleſiæ uel ex cauſa. ut primo caſu nõ ſecundo tranſeat ad hæredes extraneos eadem col.8.& licet aliqui inter quos Bal.in l. prima quæſtio. 34.ff.de rerum diuiſione, & in c.Imperialem.col.penul.de prohibi.feu.aliena.& alijs quos citat idem Deci.col.16.& Alex.in d.l.etiam,col.fin.uerſi. in ea glo.ff.ſoluto matrimo.huius fuerint ſenſus & opiniõis,quod licet quæ ſuperius dicta ſunt procedãt quando ſimpliciter dictum fuit pro ſe filijs & hæredibus; ſecus tamen ſit ubi expreſſum fuit quod pro ſe,filijs & hæredibus quibuſcunq;, quia iſto caſu extranei includuntur etiam in materia ſui natura ad extraneos non trãſitoria.ut quoque Alex.loco ſupra proximè allegato noluit, cum quo cæteri per eum ibidem,& Deci.d.capit. in præſentia,col.decimaſexta,uerſicul.& hoc procedit, relati tranſeunt.hoc quoque uerum ſit & procedat, ſi dicatur pro omnibus hæredibus; propter uniuerſalitatẽ huius dictionis omnibus,quæ neminem excludit,c.ſolitæ,cum ſimilibus,de maiorita.& obediẽ. & idem Bal.in præallega.cap.in præſentia.col.7.de proba.ſcribit.Contrarium tamen dixit in capit.1.§.donare,uerſic.ſed dubitari poteſt,in fine quali.olim feu.aliena.po.quem ipſe Deci.refert ibi quod illud uerbum quibuſcunque intelligitur de habilibus,& alios reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam,quam Bal.ſententiam Areti.& Moder. in d.l.Gallus,§.etiam ſi parẽte,ff.de libe.& poſthum. ſequi atteſtatur Deci.in d.col.decimaſexta,qui hanc de iure ueriorem ſententiam affirmat, pro qua allegat eundẽ Bal.in l.cum uirũ,circa fin.C.de fideicom. & ẽt alios quos ibi per te uide,et hoc maxime uerum eſſe et procedere in contractibus in quibus uerba dubia contra illum qui ſe in et ex illis fundat interpretãtur,l.ueteribus ff.de pact.cum ſimili.Pręterea Bar.in ſuprà alleg.l.ſi patroni.ff.ad Trebellia.in fideicõmiſſo non uenire emphyteuſim dixit, ea ratione, quod ad hæredes ut hæredes non tranſeat.ſed domini ſiue eccleſiæ concedentis beneficio,iuxta glo.et not.d.l.etiam. ff. ſoluto matrimonio. Dyn.uerò in l.hæredes,C.de omni agro deſer. lib.undecimo, contrarium determinat et ſequitur ijs potiſsimũ rationibus quod in hæreditatis petitione non ſolum iura ueniunt directa,uerum etiam fideicommiſſaria conſequenter ueniant in fideicommiſſo. l. item uidendum, in fi.ff.de peti.hære.iuncta glo.quæ tamen in feudo locuta eſt,ueniet quoq; in familiæ erciſcundæ iudicio uel uniuerſ. corpus hæreditarium,ex tex.in l.item prædia. ff.famil. erciſcun.quo tamẽ in loco ſermo eſt de priuati et municipum,non autẽ de eccleſiæ,ſiue eccleſiaſtica emphyteuſi, inter quas illa cadit differentia, ex qua una ab altera diſtinguitur,ut puta quia prima ad extraneos tranſitoria, ſecunda nequaquam eſt, ibi, et quia ſpecialiter legari poteſt ergo et fideicommitti, ſeu per fideicõmiſsũ relinqui.l.ſi domus,ad finẽ,ff.de leg.primo.Bal.uerò cõſilio lxx.col. 2. lib.2. incip. caſus, alias incipit conceſſio, horum opinio.declarat et diſtinguit ſic,quandoque aliquis recipit ab aliqua perſona eccleſiaſtica emphyteuſim pro ſe et filijs ſimpliciter,non adiecto uerbo hęredibus,et tũc uera eſt et procedit Bar.doctrina. Aliquando uero cum adiectione uerbi huius hæredibus, et iſto caſu procedit et locum ſibi uendicant. Dyni ſententia reſtricta et limitata ſecundum Ioannem And.ſenſum et opinio.quam Dyni ſententiam loco præallegato Bart.in d. l. patroni. in emphyteuticarijs bonis Reipublicæ, ut tributarijs,quæ ad omnes tranſeunt hæredes,et legari poſſunt,ut dictis legibus per Dy.allegatis procedere ait, ſecus in rebus eccleſiæ uel etiam priuati, quæ ad extraneos,non ut hæredes,ſed domini concedentis beneficio ad liberos tranſeunt,quia in fideicommiſsi reſti-

tutione

sutione non ueniunt ſicut & opere libertorum: d.l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi,ff.de oper.liberto.& dum Barto.in d.l.iuriſiurãdi, utriuſq; concurſum qualitatis non exigi noluit,uidelicet q ſint filij & hæredes,Alea.d.§.etiam ſi parente,ff.de lib.& poſtbu. eandem ſequutus ſententiã hanc magis communem teſtatur arg.l.ea tamẽ adiectio, ff.de leg.3.eundem ſequutus quoq; fuit Ange.ibid.paſſum hunc profundum eſſe dicens: quam tamen concluſionẽ duobus non procedere caſibus inquit.primò,quãdo reſultaret abſurdum,de quo in l.Publius. ff.de condi tio.& demon. puta q teſtator extraneum filio prædilexerit,quoniam ad abſurdum illud euitandum, utriuſq; concurſus exigitur,d.l.Publius. Secundò fallit in contractibus in quibus ſemper quando pater recipit aut ſtipulatur pro ſe filijs & hæredibus,requiritur utriuſq; con

10 curſus quoad filios, cum in dubio pater filio tanquam hæredi ſtipulari uideatur,adde not.per gl.& Doct.in l. ſi tibi decem,§.ſi pactua,ff.de pact. quoad extraneos autẽ copula illa,&,auget,& eos comprehendit ſi ſint hæredes.intelligendum tamen ait prout Bartol. declarat in d §.ſi pactus,prout ipſe quoq; intelligit in d. §. ſi liberi, hancque concluſionem nota dicit,quia paſſus eſt ualde ambiguus, et malè declaratus in dictis locis, et Docto. multum uariaſſe, et eam meliorem affirmat Caſtren. in d.§.et ſi parente,utriuſque qualitatis concurſum exigit. tenen.cum opi.reprobata.

SEQVVNTVR QVAEDAM REGVLAE VARIIS IN LOCIS A DOCTORIBVS ELICITAE,

Per me obiter, horiſq; ſucceßiuis collecta.

1 REGVLA eſt, quòd unica tantum interpellatio ſufficit ad conſtituendũ quem in mora, et ſe excuſandum ab aliquo,ut in l.Titia. Seia.§.Seia.et ibi Bart.ff. de lega.2. et in l.mora,et ibi etiã per Bal. ff.de uſur.fallit tamen ſecundum Alex. conſi.18.volu.1. incip.uiſo proceſſu,col.2.in cauſa appellationis,ubi appellans ſumma ope in proſequutione eiuſdem debet inniti,ut dicit text. in l. fin.§. illud,C. de temp.appel. & propterea per unicã interpellationẽ non diceretur appellans ſumma ope inniti,ſed debet interpellatio & requiſitio fieri cum ea inſtantia,& diligẽtia,cum qua debent apoſtoli peti.ſic inquit ipſe Alexan. etiam ex mente Angel.conſi.126.in ordine ſuo,incipiẽ. quidem Matthæus.

2 Regulariter ius ſubſtitutionis non trãſmittitur ad hæredes.l.totiens.ff.de acq.hære.& l.qui liberis.§. hæc uerba.ff.de uulg.& pup.fallit tamen ſecundũ Alexan. conſil.20. col.4. uol.1.quando ius pupillaris ſubſtitutionis eſſet coniunctũ cum iure accreſcendi,quia tunc trahitur à iure accreſcendi, ut tranſmittatur ad hæredes ſuos,ſicut tranſmittitur ipſum ius accreſcendi.l.qui ex duabus, ff.eo.de acquirend.hæredita.l.ſi ea pluribus. ff. de ſuis & leg.

3 Regulare eſt quòd probibitio de non alienando, ſeu conuentio,& pactum non impediat alienationem poſteã factam,nec eam reddat inefficacem ut in l.ea lege,C. de condi.ob cau.& ibi per glo.Bart.Bal.& alios,& in l. ſi itaque.§.ea lege.ff. de uerb.obl.& ibi per ſcrib.& atteſtatur Neguſ.in tract.ſuo de pig.& hyp.parte 2.col.2.& iſtud procedit ſecundum eum, etiamſi in dicta prohibitione,conuentione,& pacto interueniſſet generalis bonorum hypotheca,ſecus tamen ſi ſpecialis,quia tunc cenſetur reſeruatum ius in ipſa re,& impeditur alienatio poſteà facta per tex.quem dicit ſing.in l.ſi creditori.§.ſi.de diſtr.pig.ſecundum literam Piſanam, & ibi per Bart.& Bal.uide latius per ipſum Fanenſem.

4 Regula eſt,quòd in generali oblig.bonorum ueniant etiam futura ſecundum ipſum Neg. in ſuo tract.de pig. & hyp.membro 2.in prin.per tex.in l.ſi. C.quæ res pig. obl.poſ.uide ibi ampliationes.

5 Regula eſt ſecundum Iaſo. Inſtitut. de action. §. ex maleficijs colu.15.quòd in delictis in dubio ſemper debemus intelligere factum tempore licito, non autem prohibito, ex mente Barto.in l.non ſolum.§.ſed ut probari.ff.de oper.no.nuncia.et aliorum, de quibus per ipſum Iaſ.ibi.

6 Regulam tradit Bald. in tract. de duobus fra. poſito in tract.Bart.poſt tractatum ſuum etiam de duob. fratr. quòd quando tutor poteſt aliquid nomine ſuo, et nomine pupilli facere, in dubio cenſetur proprio nomine factum.

7 Regula eſt ſecundum Iaſ.in l.is apud quẽ.C. de eden. col.3.quòd iudex per ſuam interlocutoriã caſu quo aliquid non fecero infra terminum mihi aſsignatum ad aliquid facien. non poteſt ius mihi quæſitum auferre: niſi bis me moneat durante termino.uide illationem ibidẽ, quam facit.

8 Regula eſt quòd paria ſunt aliquid fieri ante, uel incontinenti poſt glo.in l.Pomponius.§.rati.ff.de procu. glo.in l.2.in prin. in uerbo poſt narrationem,C. de iura. cal.uide per Iaſ.qui hanc regulam tradit in l. ſancimus, col.3.C.de iud.

9 Regulam tradit Iaſo.in l.apertiſsimi.C.de iud. quòd minor ſuſpitio eſt ſufficiens ad repellendum iudicẽ tanquam ſuſpectum,quam remouen.teſtem, ratio eſt, quia facilius eſt inuenire alium iudicem,quàm teſtem.gl.eſt 2.in cap.cum R. Canonicus de offic. deleg. uide latiùs per Iaſo.ubi ſuprà.

10 Regula eſt quòd contra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam,non poſsit aliquid opponi.l.2.C.quando prouo. non eſt neceſ.l.2.C. ſent. reſcin. non po. cap. quo ad conſultationem, extra de re iudi. Alexand. per hæc iura. in conſi. 42. columna.5. incipiente ſuper, uolum.1.

11 Regula eſt, ſecundum Iaſo. in l. fructus.§. ſi fundum, ff.ſolut.matrim.colum.2.quòd nunquam habet locum pœna priuationis iuris,niſi lex expreſsè dicat,per tex.in authen.de non elig.ſecun.nub.§.cum igitur.uide per Iaſo.ubi ſuprà.

12 Regulam tradit Iaſ.in l.ſi ante nuptias colum.2.ff.ſolut.matrim.quòd ad quem non ſpectat periculum rei intereritus,non ſpectant alij fructus,quia iſta conuertuntur, uidelicet non habet periculum, ergo non debet debere fructus,tex.eſt in l.2.et ſequenti.ff.de in diem adiect. et ibi gloſſ.

13 Regula eſt, quam Iaſ. in §. ex maleficijs, Inſt. de actio. col. 15. colligit, quòd quádo ſunt duo caſus à iure æqui parati, quòd ſtatutum in uno, habet locum in alio, etiá contra regulas iuris communis ſecundum gloſ. quam dicit ſingular. licet uulgatam in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit, in uerbo corrumpi. & ibi Bar. & alij. C. de fur. & aliam gloſ. expreſsionem in l. quòd uerò circa, ff. de leg. dicit tamen ipſe Iaſ. quòd in d. §. ex maleficijs eſt glo. ſignanda quæ limitat ipſam regulam non procedere in pœnalibus, uide latiùs per eum ibi.

14 Regula eſt quòd iuramentum in litem non habeat locum in actionibus ſtricti iuris, Bart. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. col. 2.

15 Regulam tradit Bart. in d. l. in actionibus col. 3. quòd omnis actio, in qua res non reſtituitur ad mandatum iudicis ſeu ſecúdum præceptum ſuum, dicitur arbitraria, ut iudex habeat poteſtatem deferédi iuramentum in litem & iuxta illud condemnandi ſiue ſit actio ſtricti iuris perſonalis, ſiue in rem, ſiue quæcunq; alia, & dixit eſſe de hoc tex. in l. qui reſtituere in fin. ff. de rei uend.

16 Regulam habes traditam in l. ſi. C. ad macedo. & in cap. ratihabitionem, extra de reg. iur. quòd ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur, & quomodo procedat iſta regula uide per Alexandrum conſi. 78. uiſo, uol. quinto.

17 Regula eſt, quòd conuentus ſuper ſpolio non poteſt reconuenire actorem, niſi ſuper ſimili ſpolio eiuſdem rei, c. ſi. de ord. cog. & c. cum dilectus, eodem titu. Alex. conſi. 94. incip. uiſis, uol. 5.

18 Regula eſt quòd in hypothecaria pretium non ſuccedit loco rei. l. 1. ff. de diſtract. pig. quia ad pretiú non agitur niſi in ſubſidium. l. ſi. cum ibi not. ff. de neg. geſt. & l. mater cum not. C. de rei uend. uide ad intelligentiam Regulæ Alex. conſi. 108. incip. uiſo, in ſi. uol. 5.

19 Regulam habes ſecundum Alex. conſi. 59. incip. uiſo inſtrumento uolu. 1. col. ſi. quòd etiam replicando quis non audiatur, allegando turpitudinem ſuam contra eú, qui tractat de damno uitando. l. uiro atque uxori. ff. ſolut. matri. l. apud Celſum, §. Marcellus, ff. de dol. excep. uel etiam contra eum, qui non fuit particeps fraudis. l. tranſactio finita. C. de tranſact. not. Bal. in l. iuſiurandú, quod ex conuentione. §. final. cum l. ſequenti. ff. de iureiurando.

20 Regula trita eſt prout legitur in l. admonendi. ff. de iur. iu. & in l. in bonæ fidei eod. tit. & in c. ſi. de iureiuran. & dicit Alex. conſi. 66. uiſo proceſſu lib. 1. quòd ſemiplenè probanti ſit deferédum iuramentum ſuppletiuum, ſi fuerit petitum.

21 Regula eſt, quòd ſuper incidenti non pronunciatur ſecundum Alex. conſi. 77. uidendum, uol. 1. col. ſi. per tex. in l. 1. C. de ord. iud.

22 Regula quæ habet, quòd ſurrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſurrogatur per tex. in l. eum qui, §. qui iniuriarú. ff. ſi quis cau. procedit ſecundum Bar. in l. certi conditio. col. 3. ff. ſi cert. pet. in ijs, quæ inſunt actioni ex ſua primordiali natura, non autem in ijs, quæ ſuper ueniunt ex caſu, uide latiùs per Bartolum ibi.

23 Regula eſt, quòd cuicunq; reo conuento ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter, uel ex cauſa mixta licet negare factum contra ſe propoſitum in iudicio, adeò q ſi mentiatur, & conuictus fuerit, pœnam in aliquo ſuo iure pro ſua defenſione proponendo, non patiatur. Aret. Inſt. de actio. §. idem iuris col. 22. car. 333. In mag. impreſ.

24 Regula eſt, quòd exceptionem objcies intentationẽ agen. non uideatur fateri ca. exceptionem objciens de re. iur. in 6. & l. non utique. ff. de except. quę quando procedat uide per Ang. Aret. Inſt. de excep. car. 326. col. 3. circa mediú. ego uerò plura cumulaui & poſui ad l. non utique &c.

25 Regula eſt, quòd conuictus de negatione ab actore, aliàs ſuas defenſiones proponere non prohibetur, l. nemo. ff. ad exhib. uide latiùs per Ang. Are. Inſt. de actio. §. idẽ iuris col. 28. cart. mihi 334. col. 1. allegat Salic. in auth. ꝫ qui propriá. C. de non nu. pec. & dicit perp. not.

26 Regula eſt, quòd filius naturalis excludat ſubſtitutú uocatum, in caſu quo ſubſtituens decedat ſine liberis. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, ff. ad Treb. l. cum pater. §. uolo, & l. Lucius, §. fin. ff. de leg. 2. Alex. conſi. 94. conſideratur in prin. lib. 1.

27 Regula eſt, quòd communitas immunitatem concedere non poſsit, l. uacuatis. C. de decurio. lib. 11. l. immunitas. C. de agr. & cenſ. eo. l. uide latiùs per Alex. conſi. 5. uol. 5. incip. uiſis col. 3. dico. 101.

28 Regulam habes relatam à Iaſo. in uſib. feu. car. 9. col. 1. quòd ubi aſſertio facit contractum, uel negotium eſſe licitú, quòd aliàs eſſet à iure improbatum uel improbatum, tales cautiones, uel huiuſmodi pactum renunciationes non probant, nec eis eſt ſtandum, imò potius ex talibus uerbis circunuentio iure oſtéditur, niſi ſic eſſe, ut enunciatum eſt, per legitimas probationes doceatur: & dicit hanc regulam nunquam fallere.

29 Regulam tradit ipſe Iaſ. in prælud. feu. car. 7. col. 1. q cauſæ feudales, quæ non repetiuntur expreſſe determinatæ per feudales conſuetudines in libro feudorú debent decidi per arg. & ſimilia iuris ciuilis, per tex. in capitulo primo de feud. cogn. & ibi Bald. col. 2.

30 Regulariter permittitur cuicunque uenire contra actum etiam conſenſu ſuo, & ad commodum ſuum geſtum, ita Alex. conſ. 123. incip. diſcuſsis col. 4. uol. 1. per tex. cum not. in l. 2. C. ſi aduer. rem ind. & ſi contra actú à ſeipſo geſtum per tex. in l. quemadmodum. C. de agr. & cenſi. lib. 10. & hoc, ſi actus ipſe ſit ipſo iure nullus, uide latius in d. conſi.

31 Regulariter a minori, uel pari non procedit argumẽtum in beneficialibus, uel priuilegijs. c. ſane de priuileg. cap. ſi cui de non ſacerdotali, de præb. in 6. quia nó ſit extenſio, fallit quando in maiori includeretur minus, ca. ex literis de exceſsio. prælato. Rot. deciſ. 136. in additione, in no.

32 Regulam habes generalem, quam colligit Domi. in gloſ. ſi. in capitulo ſi apoſtolicæ de prob. quod in omnibus literis beneficialibus per quas ius antiquum conſeruatur, uel augmentatur, ut in confirmatione Papæ, factis ad reſeruationẽ legati ſui, debet fieri mentio de alijs beneficijs, quæ impetrans huiuſmodi literas obtinet, uide ipſam gloſſ. quæ hoc clarè tibi dicit & Archid. in capitulo ſi motu proprio, eodem titulo & lib. & in capit. cum aliquibus de reſcript. eod. lib. & per Pau. in cle. fin. de offi. ord.

33 Regulam tradit Alex. conſi. 134. uidetur, uolu. 1. col. 2. quæ trita eſt, quòd ulti. uoluntas defuncti, & non prima ualet, & ſeruari debet, quia ambulatoria eſt. l. 4. ff. de leg. l. cum his ſtatus. ff. de don. int. uir. & ux. cum Marte extra de cele. miſſ. 13. q. 2. c. ult. uoluntas.

34 Regula eſt, quod delegatus ordinatus ad certam cauſam non poteſt ſubdelegare, quia hoc eſt priuilegium conceſſum delegato à principe. C. de iud. l. ſi à iudice & de appel. c. cum cauſam. uide Rot. deciſio. 258. in no.

35 Regula eſt, quòd ſubdelegatus delegati à Principe ſubdelegare non poteſt articulum cauſæ cognitionem requirentem, prout legitur & no. in c. cum cauſam, & in c. cum Bertoldus, de re iud. uide Rot. ubi ſupra.

36 Regula illa ſi uinco uincentem te &c. de qua 24. q. 1. in c. rogatum & in l. uendicantem. ff. de euict. quádo procedat, & quando non, uide optimè per glo. in c. authoritate, de conceſ. præben. in 6. in uerbo primam.

37 Regula eſt trita, quòd facilius aliquid à prin. impeditur fieri quàm poſt factum tollatur. l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iur. c. quemadmodum, circa med. extra de iu. iur. & c. ad apoſtolicam, extra de regu.

Regula

38 Regula eſt, quòd multa fieri prohibentur, quæ tamẽ ſi facta forent, tenerent. cap. ad apoſtolicam de reg. l. 1. ff. de excuſa. tuto. Rot. deciſ. 450. in no. quæ regula ſecũdum ipſos Reuerendos dominos infallibiliter procedit in actibus irretractabilibus, ut in iuramento, matrimonio, & in aliis non habentibus perpetuam cauſam prohibitionis.

39 Regula eſt, quòd in dubio omne tempus ſemper currit de momento ad momentum, & ſemper dies termini computatur in termino, niſi in caſibus in quibus à iure reperitur expreſſe determinatum contrarium, ut per Inno. in cap. ſuper, eodẽ cap. quem ibi in col. 4. refert Phi. Franc.

40 Regula eſt, quòd ante præſentationem literarũ iuriſdictio non confertur, nec aufertur iudici, refert Philip. Fran. in capitulo ſuper, extra de app. col. 4. Bald. in l. 1. C. ut lite. pend. idem Franciſcus in capitulo, ut debitus honor &c. de appel. qui columna prima & ſecunda infraſcriptas tradit regulas uidelicet.

41 Regula eſt, quòd nullus poteſt recedere à iudice cõpetenti per appellationem ante ſententiam diffinitiuã, niſi appellet ex cauſa rationabili in ſpecie expreſſa, aliàs appellatio eſſet nulla, requiruntur tamen duo, primo, quòd appelletur, ſecundo, quod exprimatur in appellatione cauſa rationabilis, & talis quæ ſi foret probata, legitima repuraretur, text. eſſe dicit in dicto capitulo ut debitus, & in clem. appellanti. eodem in titulo, uide l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minor. & ibi Baldus.

42 Regula alia quod hodie quando quis grauatur à iudice, ſi uult grauamen reuocari, eſt neceſſe, quod ſpecificè & expreſsè appellet, quia nullus alius actus habet uim appellationis, & debet appellare corã iudice, à quo grauatur, & in eius præſentia, ut eſt textus ſecundum ipsũ Franciſcum in dicto capitulo ut debitus, & ex ipſa regula deciditur quod hodie non ſufficit ſola acceptio itineris ad Papam, uel miſsio nuncij ad curiã, nec habet uim apoſtolicã, nec ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, à quo, ut in eod. tex. habetur.

43 Regula alia, & tertia in materia reſcriptorum, quod licet per antiqua iura ſecundæ literæ, facientes mentionem de primis, tollant primas, ut in capitulo cæterum, de reſcr. & in capitulo ſecundo, de dolo, & contu. tamẽ per textum in dicto capitulo ut debitus uidetur, quod nunquam poſsit opponi, & excipi de hoc, niſi quando primæ literę fuerant iam coram primo iudice delegato præſentatæ, & ſic quod attendatur tempus præſentationis an per ſecundas literas derogetur primis, uel econtra. Et de dicto articulo, an indiſtinctè procedat, uide per eundem in loco allegato in quarta gloſſa, in fine, & in glo. 5.

44 Regula alia, & quarta quam dicit nouam, & ſingularem, & ſemper menti tenendam, quæ probatur ex textu in dicto capitulo ut debitus, ſecundum communẽ intellectum eſt quod iuriſdictio delegati poteſt perueniri p ordinariũ, dummodo literæ delegatoriæ nõ fuerũt primo pręſentatę iudici delegato: ex quo ſequitur, quod ſi citatus corã iudice ordinario excipit, quod Papa, uel princeps primo illam cauſam commiſit alteri, non auditur, & imputet ſibi impetrans, ex quo prius literas non præſentauit, & tantus procedit etiam ſi impetrans fuiſſet impeditus, ut non potuiſſet præſentare, & rõ ſuit ſauor ordinariæ iuriſdictionis, quæ eſt fauorabilis, & largo modo adiuuanda, & interpretanda, qui fauor nõ cadit in delegata, quæ eſt extraordinaria. c. de cętero. ff. de tranſ. & uelut odioſa eſt reſtringenda, ſecũdum gloſſã, notã in uerbo uolumus, in clem. fin. de off. ord. uide latius per ipſum Franciſcum in d. loco col. 1.

45 Regula alia, et quinta, quod iudex ad quem ſuccedit loco iudicis, à quo, et deuoluitur ad eũ cognitio, et diffinitio cauſę negotij principalis, et ipſe habet cognoſcere & diffinire de cauſa principali, ſicut habebat iudex à quo fuit appellatũ. Ita probat ex tex. in d. c. ut debitus, & tradit Spec. tit. de appel. §. de officio, uerſicu. ſi autem peremptoria col. 5. in fi. concludens ꝙ quicquid debuit facere iudex à quo, debet facere iudex appellationis.

46 Regula quæ habet, quod ſi fuiſſet expreſſum, utique fuiſſet conceſſum, de qua in c. ſuſceptum. & in c. ſuper literis de reſcriptis procedit, quando illud expreſsũ fuit gratia demonſtrationis, ſecus ſi gratia taxationis. uel limitationis, quia tunc non continebitur illud ſi fuiſſet expreſſum, fuiſſet conceſſum, uide Rot. dec. 178. in antiq.

47 Regula eſt, quod non eſt ueriſimile, quod princeps uelit præiudicare iuri tertij præſenti uel futuro per priuilegium conceſsionis: quam facit, quia non eſt ueriſimile quod hoc uelit facere in iniuriam tertij. l. fi. & ibi Doc. C. ſi contra ius uel ut. pub. l. prima. § merito, & §. ſi quis à principe, ff. ne quid in loc. publico. Rota dec. 331. in no. quam uide.

48 Regula eſt quod ita probant teſtes, ſicut inſtrumẽta. l. in exercendis. C. de fid. inſtru. c. cum Ioannes, ex. eo. ti. Rot. dec. 332. in no.

49 Regula eſt, quod cum quis priuatur iure conferendi uel eligendi, ſolus papa ſupplet. de elect. c. bonę, el primo, in fi. ca. quia diuerſitatem, eodem titu. 6. it. quia diuerſitatem eodem titulo et lib. Car. in clem. ſi de beneſic. de præben. col. 2

50 Regula quæ habet, quod expreſsio eorum quę tacitè inſunt nihil operatur, de qua per tex. in l. 3. ff. de leg. 1. et in l. non rectè. ff. de fideiuſſ procedit, et intelligitur, quã do exprimitur per eũ modũ, per quem tacitè ineſt, ſecus ſi aliter ita relatum habes per Dom. in c. ei cui de pręb. in 6. col. 12. per tex. in l. 3. ff. de lib. et poſth. iuncta l. filium. §. ſed cum exheredatio. ff. de contra tab. cum ſimil.

51 Regula eſt, quod cõditio reſpiciens executionem nõ ſuſpendit. l. ita demum, ff. de arbit. quæ tamen procedit ſecũdũ Domi. in c. ei cui, de præb. in 6. col. 13. in re trãſmiſsibili, ad hæredem, ſecus in non tranſmiſsibili, ut in beneficio, q. à tũc ſola appoſitio diei impedit natiuitatẽ obligatiõis de quo p Bar. in l. ita ſtipulatus. ff. de uer. ob.

52 Regulariter nõ requiritur tractus capituli, niſi in caſibus à iure expreſsis, tradit Domi. in c. unico. §. uerum de clerico ægro. et dicit conſuluiſſe Oldr. conſi. ſuo 44. ubi tenet, quod ſufficit ſolus conſenſus abſq; alio conſilio capituli: quia conſenſus habet incluſum conſilium eodem contextu licet non præcedat in tempore.

53 Regula eſt, quod ubi expeditio unius actus, ſeu negotij pertinet t. ad aliquem iure ſuo, ſi ex poſt facto adijciatur ſibi forma, quam debet facere, puta de conſenſu, uel conſilio alterius quod facit dicta forma, ſeu conſẽſu nõ adhibito, non ualet, hanc reg. uidetur poſuiſſe glo. ordinaria in clemẽ. 1. de iur. patron. in uerbo prohibitioni: Inno. in ca. dudum, de reb. eccle. non alie. in 6. ſequitur Rot. dec. 466. in no.

54 Regula eſt, quod ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus. Bar. in l. 1. §. fine autẽ, & §. ſtrictiſsimè, et in l. inter dicto, ff. uti poſſ. uide Ang. inſt. de actio. §. quadrupli, nume. 18. et nume. 22. ubi habes fallen. ad regulam, quarũ una eſt, quãdo detegitur præſumptio iniuſtæ poſſeſsionis agentis, quæ eſt defectus notorius proprietatis agẽtis propter diſpoſitionem iuris communis, quod fundat intentionem rei in dominio contra agentem, ut eſt caſus in c. fi. de reſt. ſpol. in 6. uide latius per Are. ubi ſupra et adde Oldr. conſi. 209. Roma. conſi. 499. et quod contra petentem reſtitutionem obſtet exceptio ſententiæ, ut uoluit Oldr. conſi. 311.

55. Regulariter poſſeſsio releuat ab onere probandi ca. ex literis de probatio. et c. 1. 12. q. 5. Imo. in c. unuſquiſque, de pec. cle. col. 2.

56 Regulariter res empta ex pecunia mea non efficitur

mea l.ſi ex ea.C.de rei uend.uide latius per Imo.in c.inquirendum de pec.cler.col.prima, fallit in caſibus enumeratis per glo.in l.ſi ut proponis.

57 Regulariter nõ competit hypothecaria ſine perſonali,ut per Bar.in l.1.§.cum prædium,ff.de pigno.fallit tamẽ quando primus creditor obligat non nomen ſed pignus ſibi datum a ſecundo creditore, quia tunc ſecundum Bar.in l.græce.§.cum pignori.ff.de fideiuſſ.cõpetit utilis hypothecaria,& non perſonalis:& hanc limitationem ſequitur ſimpliciter Imol.in c.cum contra de pigno.col ſi.

58 Regulariter quis non poteſt plus iuris trãsferre in alium,quam ipſe habeat,regula nemo plus iuris. de reg. iur.in 6. fallit quando hoc facit iuris, & iudicis authoritate, prout contingit in creditore uenden. pignus acto. iudicis, & legis ut per text. in §. primo Inſt. quibus alie.licet.& not.per glo.in capitulo Romanus, de conſecr. diſt. 4. ita inquit Imol. in cap. cum contra, col.2 de pig.

59 Regula eſt,quod quando per legem prohibetur contractus principalis,etiam contractus acceſſorius prohibetur:intelligitur, puta pignus & iuramentum, tex. eſt ſecundum Iaſ.in l.principalibus,col.3.ff.ſi cer.pet.& in l.non dubium.C.de leg.hinc dicit ipſe Iaſ.eſt quod ſi cõtractus principalis non ualet,nõ ualet etiam acceſſoriũ aliquid.glo.eſt ſecundum ipſum in l.ſi patronus,§.patronum.ff.ſi quid in frau.par.quæ eſt ſolennis & quam dicit multum not.Baldus in l.prima. columna quinta, C.de inofficio.do.& in l.Imperator.colum.penultima, ff.de ſtat.ho.hinc uidemus. quod ſi non ualet contractus principalis,non ualet etiam conſtitutum:dicit Bald. in l.ſecunda ad fin. C.de fideicommiſſ. & idem Bald. ſub dubio tamen in capitulo ſecundo extra de feu.dat.In uinc. l.co.& hinc etiam uidemus,quod ſi non ualet cõtractus principalis,nõ ualet etiã confeſſio in eo appoſita tãquã acceſſoria.ff.de cõſtitut.pecu l.ſin.quẽ text. allegat pro ſingulari & in l.ſi abſentis,col.6.C.eod tit.& in rubr.de conſt.pec.col.2.uide abundius per ipſum Ia.d.l.principalibus.col. 6.

60 Regula eſt,quod officiales durante eorum officio nõ poſſunt mutuare, nec alios contractus facere, & adeo ſunt prohibiti contractus,quod etiã finito officio cõfirmari nõ poſſunt etiam mutuo conſenſu expreſſo,uel tacito.text. eſt ſecundum Iaſonem qui hãc regulam tradit in l.principalibus.ff.ſi certũ petatur.in princi.in l.1.uer. pen.C.de contract.iud.& eodem modo prohibẽtur proceres,ſiue curiales principis tex. in l.ſi. iuncta gl.in uerbo Palatinos.C.de reſcinden.uendi.quæ dicit, quod ille text.habet locum in omni contractu. Vide ibi Baldũ qui dicit quod habet locum in magnis conſiliarijs magnorum dominorum, uide ampliationes, & limitationes ad regu.per ipſum Iaſonem,ubi ſupra.

61 Regulam tradit Bart.in l.ſeruum ſuũ. ff.ſi certum petra.quod omnia, quæ dicuntur in ſeruis, uendicant ſibi locum in monachis noſtri temporis, quam uarijs locis repetit uidelicet in l.1.in princip.§. item ſi fructuarius. & in l. communis ſeruus ita.2.& 3. quæſtione. et in l. ſi ſeruus teſtamento.in fine.et in l.3. §. quod ſeruus.ff. de ſtipula. ſeruo. uide ibidem. et uide Iaſo. in d. l.ſeruum meum.colum.9.et 10.

62 Regula eſt ſecundum Iaſonem in l. uinum. col. 13.in fin.ff.ſi certum peta.quod ſententia debet eſſe cõformis libello.l.ut fundus.ff.communi diuidundo.ca.licet heli de ſimo.cum ſimili.uide fallẽtias plurimas per ipſum illinc uſque ad col. pen.

63 Regula eſt,quod non ſolet fieri melior conditio illorum qui litem conteſtantur,quam eorum, qui non conteſtantur.l.non ſolet.ff.de regu. iuris.

64 Regula eſt,quod per interpellationem extraiudicialem debitor cõſtituitur in mora.gloſſ.in l. uinum in uerbo precium.ff.ſi certum pet. et in l.qui Romæ.§.cohæredes,in uerbo teſtator.ff.de uerborum obliga.et glo.in l. fideiuſſor obligari.§.ſin.ff.de fideiuſſo.amplia,et limita, ut per Iaſ.d.l.uinũ.in d.gl.in uerbo periculum, quẽ uide.

65 Regulam aliam tradit idẽ Iaſ. ubi ſupra.col.9.quod geminata interpellatio,quãdo ſit diuerſo tẽpore,magis grauat morã, quia ubi alias admitteretꝛ purgatio moræ geminata interpellatio impedit, ne poſsit mora purgari.ita probat text.no.in l.traiectitiæ.§.de illo.ſecundum unam lecturam. ff.de act. et obligat.not Ludoui.Roma.in l. inſulam. et ibidem Alexand. ff de uerbo.obliga.no.Ludo. in l.et l ſi poſt tres.char. penult. ff.ſi quis cautio.et in conſilio 352. dubio ſecundo principali.

66 Regula eſt ſecundum Iaſ.ubi ſupra in dicta l.uinum. col.8.et quod in contractibus ſtricti iuris,acceſſoria nũquam ueniunt à tempore moræ, et ſic à tempore interpellationis extraiudicialis,ſed ſolum à tempore litis cõteſtatæ,et ideo in contractibus ſtricti iuris non ueniunt fructus et uſuræ,niſi a die litis conteſtatę.l.cum fundus. in princ.eo.ff.ſi cert.peta.et habetur in l.uideamus. §. ſi actionem.et in princip.text.ff.de uſur.uide latius per ipſum Iaſ.ubi ſupra.

67 Quando habemus duas regulas, quarum una eſt prohibitiua,altera permiſſiua.in dubio præfertur prohibitiua.Alex.in l.conuenerit.ff.de re iudic. per text.quem dicit not.in l.3.circa principium ff.de ſuſpect. tut.inducendo prout ipſe Alex.ibidem inducit.

68 Regula eſt,quod etiam filius familias poteſt eſſe procurator alterius,etiam in iudicio, nec patris conſenſus requiritur,intellige ſi eſt maior annis 25. quia procurator ad iudicia nõ admittitꝛ ante iſtam ætatem c. qui generaliter de procura.in 6. hanc regulã tradit Abb. in c. non iniuſtæ de procurato.colum.2. qui dicit contra opin. Ioan.And.et cæterorum aliorum hanc procedere ſiue opponatur, ſiue non.uide Ibidem.

69 Regulariter quis nõ cogitur procuratorem conſtituere.c.querelam.de procurato.fallit tamen ratione delicti ut puta in bannito.uide per Abba.in c.intelleximus. de iud.num. 5.

70 Regula eſt quod præualet probatio certa,et clara,et uincit probationem,quæ præſumptiuẽ concludit.caſus eſt in l.ob carmen §.ſi teſtes.ff.de teſti. Bal.in l.presbyteri ad ſi.C.de epiſcop.et cleri.Soci. conſi.270.col.2.

71 Regula eſt, quando aliquis è lucro contemplatione alicuius remouetur,illi applicatur,cuius contemplatione aufertur, ſiue remouetur per text.in l. ſi legatarius. C.de lega.l.ſi defunctus.C.de ſuis et legitimis. l.in legatis.§.amittere.ff.de his quibus ut indi. et in l.4.§.ſi duo fratres.ff.de colla. bono.

72 Regula eſt,quod qui trahit clericum in uetito examine perdit cauſam,text.eſt in c.ſi diligẽti cũ glo.in uerb. perdant.de foro competẽti,et in c.ſi clerico. de iure patrona.in c.ſi quis in atrio.17.q.4. no.Bal.in l.ſi uero.§. de uiro.ff.ſolut.matri.uide de his regulis per Soci.cõſilio.5.preſens conſultatio.colum.8.li.1.

73 Regula eſt,quod in generali bonorũ obligatione,et hypotheca ueniunt bona præſentia et futura.text. probat in l.ſin.C.quæ res pigno.obli.po.uide ampliationes et reſtrictiones, quas ad ipſam regulam tradit Neguſan.in tract.de pigno.et hypo.in ſecunda parte. colu.4. uerſi.ſequitur cum pluribus col.ſequentibus.

74 Regulã tradit tibi gloſſ.in c.peruenit.95.diſtin.quod nihil habet epiſcopus,quod ſibi iuriſdictionis ratione cõpetat,quin delegare poſſit, ſecus in competentibus ratione ordinis ſpiritualis,ut per gloſſ.in c.quanto. colu. tertia de conſuetudi. in ſi. et regulam huiuſmodi notabilem Abbas d.c.quanto, ead.col.

75 Regulariter domeſtici teſtimoniũ iure improbatur. l.etiam.C.de teſti.cum concordan. de quibus in glo.fallit tamen regula tribus in caſibus.

Prin.

Primo, quando ueritas aliter apparere, & probari nō poteſt, ut quia agatur de probando actum, qui non ſolet fieri niſi inter domeſticos.

Secūdo fallit in cauſis criminalibus ad probādum innocētiam alicuius, quia tunc admittuntur, & plene probant domeſtici. Itaq; frater pro fratre admittitur ad probandum eius innocentiam, uel quod homicidium fecit ad ſui defenſionem.

Tertio fallit, quādo ageretur ad uindictam publicam ſeu ad fiſci utilitatem, ut ſi ageretur ex delicto puta uulnere, uel percuſsione, ſeu homicidio alicuius uide. Iaſonem in l. ſed & ſi quis. in prin. ff. ſi quis cautio. & ibi has limitationes authoritatibus & legibus probat.

Idem quod de cæteris domeſticis dicit de uxore, quæ in caſibus prædictis pro marito admittitur, cum & ipſa domeſtica dicatur.

76 Regula eſt, quod qui nō habet in ære, luat in perſona l. fin. cum ſimil. ff. de in ius uocand.

77 Regula eſt, quod in dubio ſolutio cēſetur facta nomine proprio. l. & magis. ff. de ſolut.

78 Regula eſt, quod compenſatio ipſo iure non fit, niſi opponatur. communis ē opinio Doctorū in l. ſi conſtat. C. de compenſatio. fallit tamē ratione euitandæ pœnę, ut per gloſſ. & doctores ubi ſupra, & habetur per Bald. in l. 1. C. eod. de compenſa.

79 Regula eſt ſecundum Bartolum conſil. ſuo. 88. incipiente, in quæſtione, quod quando aliquid dicitur factū certo tempore, illud debet probari, ut l. 1. in fin. ff. incen. ruina naufrag. & iura quæ dicunt, quod non eſt quærendum de tempore, procedunt ubi nō agitur de actu facto certo tempore, ut nota. C. de teſtibus. l. teſtium, & l. ob carmen. §. fin. ff. eod.

80 Regula eſt affirmatiua, quod prælatus eccleſiæ poteſt in feudum dare bona eccleſię conſueta infeudari.

81 Regula alia eſt negatiua, quod contra non conſueta dare non poſsit. uide de ambabus per Iaſonem in libro primo feudorum. colu. 4. ubi habes primā & octauam, ubi habes ſecundum.

82 Regula eſt ſecundum Bal. in l. ex placito in principio C. de rerum permutatione. quod quoties unum uenit ad implemētum alterius, non agitur ex implente, ſed ex impleto, ut in dicta l. ex placito. & in l. ſi ſtipulatus. & l. cū enim. ff. de donatio.

83 Regula eſt quod indefinite ei, qui nō repudiauit, perpetuo licet adire hæreditatē. l. ſi curatoris. C. de iure deliberandi cum gloſ. & gl. in l. cum antiquioribus. C. eo.

84 Regula eſt, quod ubicunque pręcedit titulus, & ſequitur conditio, trāsfertur dominium per text. in l. quædā mulier. ff. de rei uendi. & ibi not.

85 Regula eſt, quam tradit Alexand. Imol. in l. ſi filio familias colu. 4. ff. ſolu. matrimonio, quod uniuerſalis ſucceſſor teneatur ſtare colono per tex. in l. uiam ueritatis C. loca. & in l. hæredem. ff. de regu. iur.

86 Regulam habemus quod exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, ca. dixit dominus. 32. q. 1. & in capit. quoniam. de côiug. lepro. Intellige tamen regulam firmari in caſibus non ſimilibus, & non ſpecificè exceptis l. 1. ff. quod ui aut clam. c. cum dilecta de confir. utili uel inutil. diſtingue tamen ſecūdum Ange. de Claua. in ſua ſumma. in uerbo alienatio. §. 1 n. quod ſi cauſę ſimiles non excipiuntur ſpecificè. Alibi in materia fauorabili, & pia, extenditur ex idētitate rationis. gl. in illud. C. de ſacroſa. eccle. ſecus in materia reſtringibili, ut not. in l. 2. C. de patr. qui filios diſtra. uide quod not. in c. inter alia de immunita. eccle. & d. c. cùm dilecta. & c. quoniā. & hoc not. quia facit ad multa.

87 Regula eſt, quod nemo præſumitur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt. l. nemo. ff. de regulis iuris. facit. l. cùm donationis. C. de trāſactio. & regu. ſcienti. extra eodem tit. de reg. iur. lib. 6.

88 Regulam habes in l. donat. ff. de regu. iuris, quod donare uidetur, qui nullo iure cogente conceditur.

89 Regualriter attenditur locus cōtractus. l. ſi fundus, in fin. ff. de euiction. & notatur in l hæres abſens. ff. de iudi. & Papi. in forma libelli quo agit uxor ad doté, & uſum fructū in uerbo dictæ d. Margaritæ. colu. 2. quem uide.

90 Regula eſt, quod ubicunque & in caſibus, in quibus oblatio, & depoſitio facta a principali, prodeſt ad eum liberandū, eodem modo ſi ſit facta à tertio, refert Iaſ. in l. 2. in repetitione colum. 24. C. de iure emphyteuti. per text. in l. cum & poſtliminij. & ibi Bart. Bal. & Ang. not. hoc. C. de poſtli. reuer. & eſt text. in l. qui decem. §. 1. & ibi gloſſ. & Bart. ff. de ſolutio. & glo. & Bart. in l. ſolutionem. eod. titulo.

91 Regula eſt in materia purgationis moræ, quod ubi dies & pœna procedunt ab eodem fonte, ut à lege, nunquā admittitur purgatio moræ, ſecus ſi dies ab homine, & pœna à lege imponeretur, & ecōtrà. ita Iaſ. in repetitione d. l. 2. C. de iure emphy. col. 55. per gloſſ. not. in c. licet canon, in uerbo licet priuatus. de electio. in 6. & tenet Ang. Imol. & moder. in l. ſi inſulam. ff. de uerborum obligationib.

92 Regula eſt, quod quando ius non explicat, nec determinat tempus, nec locum, quo actus celebrari debeat quocunq; loco & tempore geſtus, & factus ualet. l. ambiguitatis. C. de teſtame. l. præpoſteri. ff. de bonis auth. iu. poſsi. l. in uenditione. §. de tempore. ff. de uentre inſpic. l. 1. §. meminiſſe. ff. de tut e. l. quæ habet. §. quolibet. uide Romanum qui hanc tibi tradit regulam conſi. 340. inci. circa primum, in princ. allegat. d. l. præpoſteri. quam tamen non inuenio.

93 Regula eſt, paria fore actum explicare cum uolūtate eius, cuius ab initio conſenſus requiritur, uel explicare ſine illius uoluntate, cuius requirebatur cōſenſus ab initio, quem explicans credebat conſenſurum prout poſtmodum ſuperuenit, & conſenſit, text. eſt ſingularis ſecūdum lecturam ſecundæ gloſſ. in c. Lugdunen. 9. q. 3. Roma. tradit ubi ſupra. colum. 2. in prin.

94 Regula eſt paria eſſe conſenſum à princip. cū ille requiritur, interuenire, uel ratihabitionem ex poſt ſactum ſubſequi. c. ſolēnitate. 63. diſtin. 16. q. 1. c. fin. c. cum nos. de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capit. c. cura. de iure patrona. & c. ſuggeſtum. eo. tit. C. ad ſenatuſconſultum Macedonianum. l. fin. regula ratihabitio. de regulis iuris. Ludoui. Roman. ubi ſupra.

95 Regula illa, quod ciuilis actio præiudicat criminali, non habet locum in inquiſitione, quia nullum iudicium præambulum habet, ſiue pendet cum eo. licet coram eo Bal. in l. 1. col. 5. de appellatio. prope ſi.

96 Regula ſumitur ex traditis per Bartol. in l. 1. §. quod ſi ſit aliqua. ff. de præto. ſtipulat. & in l. ſi quis ex his. ff. de lib. agno. quod quoties iudicium ſummarium parat pręiudicium reparabile alij iudicio non requiritur plena ꝓbatio in ipſo ſummario per text. in l. ſi deletum. ff. ad legem Aquil. & in 3. §. cauſa, ff. de libe. cauſa. ſequitur Fely. c. cùm ſuper. colum. 6. in fi. de re iudic.

97 Regula eſt, ſi uinco uincentem te multò. magis uincote. l. de acceſsionibus. ff. de diuer. reſcrip. l. uendicantem. ff. de euict. fallit tamē in caſu, de quo in authen. licet patri. C. de natu. lib. & ibi glo. in uerſi. legitimè, & alijs in caſibus per ipſam gloſſ. relatis, quos per te ibi uide, & uide text. in l. hæredem. cum gloſſ. C. de euictio.

98 Regulam habes, quod quotieſcunque tractatur de cōſeruatione iuris realis, & emphyteutici, ſemper factū negotij geſtoris prodeſt, nā tertius ſoluēs pro emphyteuta prodeſt emphyteutæ. l. arboribus. §. quid tamē. ff. de uſu fruct. & tenet Iaſ. in l. 2. col. 23. circa medium. C. de iure emphyt. et faciunt multa ibi per eum relata.

99 Regula eſt, quod omnis actio ſpacio triginta uel quadraginta annorū tollitur. l. oēs, et l. ſicut. C. de præſcrip.

trigInta uel quadraginta annorum.

100 Regula quod ubi eſt dies & pœna, non admittitur purgatio moræ.l.magnam.C.de contrahēda & commi. ſtipul.l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de actio.& obligatio.no. in l.ſi inſulam.ff.de uerb.obl.& in l.ſi poſt tres.ff.ſi quis caut.intellige hanc regulam quando dies & pœna apponuntur a lege . ſecus ſi dies à lege & pœna ab homine. uel econtra gloſſ.eſt no,in cap.licet canon. in uerbo priuatus,extra de electio.in 6.firmat Iaſo. in l.2.col.25.de iure emphyt.uide de intellectu huius regulæ per ipſum Iaſo.ubi ſupra.co. 26.

101 Regula eſt,quod in dubio tenenda eſt opinio . quæ eſt pro eccleſia.l.ſunt pſonæ.ff.de religi.& ſumpti.fune.

102 Regula prima eſt quod actiones ideo dicuntur arbitrarię, primò propter officium iudicis quod uertitur in arbitrando intereſſe ratione loci.ff.& C.de eo quod certo loco.

103 Regula 2.eſt,quod dicuntur quandoque arbitrariæ in taxando quātitatem,& deferendo iuramento in litē. l.actio.ff. de in litem iuran.

104 Regula 3.eſt , quod dicuntur arbitrariæ interrogando,ut in actione noxali .

105 Regula quarta & ultima eſt, quod quandoque dicūtur arbitrarię ad imponēdam pœnam.l.ſi enim exceptione.§.in hac.ff.quod metus cauſa.& in actione de dolo.l. arbitrio.ff.de dolo.ibi enim augetur pœna,quia iudicis præcepto non eſt partium.uide hæc omnia per Baldum in l.hoc edicto. ff.de publica.

106 Regula eſt,quod leges ex identitate rationis trahūtur in argumentum l.non poſſunt.ff.de legi.intellige tamen hoc uerum,quando per hoc contra aliquam legem ſcriptam non ueniremus,ita Bart, in authen.quas actiones.C.de ſacroſanct.eccle.col.3.

107 Regula eſt uulgaris,quod res de facili reuertitur ad naturam ſuam,gloſſ.eſt ſingu.reputata in c.ſtatutum, in uerbo numerandum , de præben.in ſexto.quam ſing.reputat Anto.de Butr.in c.olim ſibi de uerbo, ſigni.Alexand.in l.ſi conſtante.in prin.in 5.col.ff.ſoluto matrim. Iaſ.in l.ſi unus.§.pactus ne peteret.uer. quod ſi ī ſpecie. ff.de pact.Curt.Iuni.cōſilio 99.incip.Iacobinus de Puteo.nume.3.& eſt text.in l.quis ergo caſus.ff.pro ſocio. eſt etiam alia gloſſ. ex qua regula ipſa colligitur in c.ab exordio.35.diſtin.ſed aduerte,quia regula procedit quādo res non eſt extincta, ſed eſt mutata accidentia ſeu natura & ſubſtantia ipſius rei:Ita not.in d.l.ſi unus.eodem §.pactus.ff.de pact.tradit Socin.conſilio 260.col.4.li.2.

108 Regula notiſsima iuris eſt,quod cum oratio una ad plura referri poteſt , in dubio ad id referatur ſecundum quod obligatus tenetur in minus,non autem in plus. l. qui concubinam.§.cum ita.ff.de legat.1.l.apud Iulianū. §.Seio.de lega.2.quæ iura,& ſi in ultimis loquantur uoluntatibus,attamen quia cum ultimæ uoluntates iudicijs & econtra æquiparentur.l.nō eſt mirū.ff.de pign.actio. procedunt etiam in iudicialibus ſecundum Roma, cōſ. 455.in caſu præmiſſo in fine.

109 Regula eſt quod cū ius ſiue lex non determinat certum locum uel tempus ad explicandum actum,quocunque loco uel tēpore actus explicari poteſt.l.ambiguitates.C.de teſt.l.præpoſteri.ff.de bon.iudi.auth.poſsid.l. in uenditione.§.de tempore.ff.de uentre inſpi. l.qui habet.§.quodlibet.ff.de tutelis.Romanus elicit.conſ.340, circa primum.col.1.

110 Regula eſt parua eſſe quod actus explicetur cum uolontate eius cuius ab initio conſenſus requiritur,uel explicari ſine illius uoluntate eius conſenſus requiritur, quem tamen explicans cōſenſurum credebat ſi poſtmodum ſuperuenit.tex.eſt ſecundum Roma.præalle. conſi. col.2.nume.7.ſingularis ſecundum dec.2. gloſſ.in capit. Lugdun.9.q.3.ubi quod ualet ordinatio facta ab epiſcopo alieno ſub ſpe quod proprius epiſ. opus illā ratā habebit ſi poſtmodum proprij epiſcopi cōſenſu acceſſerit.

111 Regula eſt quod à pari procedunt conſenſu à principio cum requiritur interuenire,uel ratihabitionem ex poſtfacto ſubſequi:capitulo ſolonitan:e.63.diſtinctione capitu.fin.16.q.1.capitu.fina.de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capi.c.cum nos.cura.cap.ſuggeſtum.de iure patronatus.l.fin.C.ad Macedonianum,Regula ratihabitionem.de regul.iuris.in 6.

112 Regula eſt quod ſucceſsio ex teſtamento regulatur ſecundum naturam ſucceſsionis ab inteſtato.l.1.§.uocētur.ff.de bono.poſſeſ.contra tabulas.§.legare inſtitu.de legat.Bar.in l.gallus.§.& quid ſi tātum.ff.de lib.& poſthum.Socin,conſi.275.in cauſa fratrum.Col.5. lib.2.

FINIS REGVLARVM VTRIVSQVE IVRIS.

OPINIONES IN IVRE COMMVNES, IN ORDINEM ALPHABETICVM DIGESTAE

PER CELEBERRIMVM IVRECONSVLTVM D. Ioannem Baptiſtam à Villalobos Toletanum, vnà cum Additionibus, quæ illis antea ſubiunctæ fuere: nec non Summarijs, ſolummodò tamen neceſſarijs, cæteris autem omnibus reſectis.

Omnia diligentius & caſtigatius quàm antehac, edita.

INSVPER ACCESSIONE NOVARVM ADDITIONVM, ET ALIQVOT Centuriarum Communium Opinionum, per clariſsimum Iureconſultum D. IOANNEM FICHARDVM FRANCOFVRTENSEM, multa uariaq. Lectione Collectarum, nunc primùm locupletata.

ANTO. AVGVSTINVS EPISCOPVS ALLIFANVS BAPT. VILLALVPIO S.

Et contrarium tenet Carol. *. in ſecunda parte commenta. Super conſuet. Pariſienſes: quem omnino uide.

45 Emphyteoticus contractus de ſubſtantia non requirit quod certa quantitas præſtetur. Iaſo. ibi nu. 3. communem dicit.

Io.

Io. Fren.

Emphyteutica bona ueniunt in generali obligatione bonorum. communem dicit Matth. de Afflict. deci. 191.

46 Emphyteutica res præſumitur ſi poſsidens tanquam emphyteuticam, diu ſoluerit canonem. Iaſ. in d. l. 2. nu. 55. communem dicit.

47 Diu in hac materia dicitur ad cauſandam hanc præſumptionem quando lapſi ſunt triginta anni, Iaſ. ibi eo. nu. 155. communem dicit, & idem dicit Balbus de præſ. in 3. par. q. 10. col. 16. nu. 36.

Additio.

Vnde limitatur illud dictũ quòd cõtractus emphy. ſcripturã requirat prout addidi ſupra in uer. caducitatis ſub nu. 1 cir. fi. quia in hoc caſu præſumitur, ſcripturam et contractum præceſsiſſe. ſi dicto tempore quis fundum poſſedit ac pro eo canonẽ ſoluit. Alber. aũt in l. in emphyteuticarijs. C. de iur. emphyt. nu. 10. dicit talẽ contractũ emphy. pręſum ſi per 40. an. penſionẽ ſoluerit, unde dici poteſt quòd dixerit 40. ex abundantia, licet ad cauſandam dictam præſcriptionem ſufficiant 30.

48 Nota quòd emphyteuſis perpetua præſumitur præceſsiſſe ſolenniter, ſi diu fuit poſſeſſa res, tanquã emphyteutica ſi res erat priuati: ſecus tamen ſi erat eccleſiæ, quia non præſumitur perpetua, ſed uſque ad tertiã generationem. Balbus de præſcript. par. 3. q. 10. colu. 16. nume. 35.

49 Emphyteuſis ſi finiatur, quia finitæ ſunt generationes, conſanguineus emphyteutæ poteſt petere à Prælato, ut renouet emphyteuſim, & facit iniuriam non reuocãdo, & poteſt adiri ſuperior per uiam appellationis, uel querelæ, ut compellatur renouare, Barbat. in c. 1. nume. 18. de locat. dicit communem ex Bar. in l. Ait prætor. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſti. Quam intelligit Pano. in c. bonæ el. 11. de poſtul. prælat. nu. 18. quando prælatus extraneo uult conferre, ſecus tamen ſi apud ſe uult habere. Et uide octo limitationes ad iſtã communẽ per Corſet. in addi. Abb. ibidem in uerb. renouationem.

50 Emphyteuſi conceſſa uſq; ad tertiam generationem expletam comprendit non ſolum nepotes, ſed etiã pronepotes, ſi tamen concedat in tertiam generationem: nõ comprehendit niſi nepotes. Lud. Gozad. conſ. 25. nu. 17. communem dicit ex Alex. conſ. 125. uol. 5.

51 In emphyteuſis recipiens ab eccleſia rem propriam, nõ ut propriam, ſed ut rem eccleſiæ, contractus non ualet, communem dicit Fran. Ripa in l. ſi aliquam, nu. 34. ff de acqui. poſſ.

52 Emphyteuſi finita per generationẽ, & non propter culpam, emphyteuta retinet melioramenta, communẽ ait Deci. conſ. 518. col. 1. nu. 2. & per totum.

Si emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ ſolet ex cõſuetudine dari ad tertiã uſq; generationẽ maſculorũ, detur uſq; ad tertiam fœminarum generationem uel in perpetuum, utrum in totum, an pro parte ualeat.

53 Emphyteuſis eccleſiaſtica quæ ſecundum cõſuetudinem ſolet dari uſque ad tertiam generationem maſculinam, ſi datur uſque ad fœmininã, uel in perpetuũ, uitiatur pro parte pro qua non erat conſuetudo: ualet tamen quo ad aliam partem. Iaſ. in l. qui rem aliquam. C. de ſacroſanct. eccleſ. nu. 21. communem dicit. l. licet ſibi non placeat. Decio tamen placet nu. 22. & nota unam concluſionem per eum traditam ibi nu. 19. & 20. quòd res eccleſiaſtica, quæ ſolita eſt dari in emphyteuſim, poteſt concedi abſque ſolẽnitate, per tex. in cap. 2. de feu. & ibi Abbas, & ſolitũ probatur per duas uices cõceſſas intra quadraginta annos, per Bal. in l. de quibus. ff. de legi.

54 Emphyteuſis eccleſiaſtica pro filijs, & nepotibus trãſit ad eos, etſi non ſint hæredes. Gur. Iuni. conſ. 78. nu. 4. communem dicit.

Additio.

An aũt per dicta uerba trãſeat ad filias fœminas ad quas & emphyteuſis eccleſiaſt. tranſit, ut habetur in §. emphyteuſim in auth. de non alien. colla. 2. & maſculinũ concipiat fœmininũ uulg. iuribus Saly. uidetur dicere quòd ſic in l. 4. C. de iur. emphy. in q. 17. Contrariã tamẽ opi. cõem dicit Corſet. in repert. ad Abb. in uer. emphyteuſis facta pro ſe. illud aũt quòd maſculinũ cõcipiat fœmininũ diſtinguit Archid. in c. ſi quis ſuadente, nu. 4. cũ duobus ſeq. 17. q. 4. cũ addi. Super ad. Sed ſi diceret pro ſe & liberis ad differentiã pro ſe & filijs, tunc contineretur filia fœmina, ut in latiori uocabulo Petr. de Anch. in conſ. 125. Viſis, nu. 2. Alex. conſ. 61. Super eo, per totum uol. 1.

55 Amplia, etſi filius repudiet hæreditatem, Alci. de pręſump. reg. 1. præſ. 31. in princ. communem dicit.

56 Amplia ſecundò, etſi nõ ſit facta de filijs mentio, quia in dubio præſumitur & pro filijs recepta, Iaſ. in l. emphyteuticarijs, nu. 18. C. de iur. emphy. communem dicit. Et ideò cùm indiſtincte conceditur, non tranſit ad hæredes extraneos Cor. Iun. conſ. 130. nu. 5. communem dicit, & Deci. in conſ. 171. & Segu. magis communem dicit, in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. & pup. nu. 160. & Anto. Rube. in repe. §. quidam rectè, de liber. & poſthu. ff. col. 69. uerſi. penul. colligitur concluſio Decij ex conſ. 411.

57 Amplia iſtam ſecundam partem iſtius cõis: quia ſicut tacitè non comprehenduntur hæredes extranei in conceſsione emphyteutica de rebus eccleſię, ita nec expreſſe poteſt concedi ut ad extraneos tranſeat. Anto. Rubebe. in § quidam rectè. d. l. Gallus. ff. de lib. & poſth. colu. 74. communem dicit ex Decio conſ. 71.

58 Reſtringe tamẽ iſtam ampliationem, ſi cõcedatur in perpetuum cum ſolemnitate, c. ſine exceptione, quia tũc poteſt concedi ut tranſeat ad hæredes extraneos, idem Anto. rube. col. 74. ex Decio in d. conſi. 71. communem dicit.

* Et ex hoc dicit dictus Segu. ibi quod ſtante l. 9. For. ll. tit. de las mandans. quod ſtantibus liberis, non poteſt teſtator tertiam bonorũ legare extraneis. quòd ſi fiſcus ſuccedit in bonis defuncti, nõ ſuccedit in d. tertiã: & ad corroborationem d. l. 9. eſt l. 25. tau. uide infra in uerbo, fiſcus, nu. 105. Et nota quòd emphyteuſis priuati ſi ſit cõceſſa tali lege, quòd non tranſeat ad extraneum: ſi bona emphyteutæ confiſcentur, nõ tranſit ad fiſcum. Segu. in d. §. nu. 262. communem dicit. ex Bart. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de damno infecto.

59 Amplia iſtam reſtrictionem, ſi recipiatur emphyteuſis pro ſe, & pro hæredibus quibuſcunque, quia tunc cõprehenduntur hæredes extranei. Anto. Rube. in d. §. quidã rectè, col. 37. uerſ. pro reſponſione, communem dicit.

60 Reſtringe iſtam ampliationem ſecundã, ſi aliàs ſit appoſita in emphyteuſi clauſula, quibus dederit, quia tũc bene tranſit ad extraneos hæredes. Curt. Iun. conſ. 130. nu. 2. communem dicit.

61 Amplia tertio, quòd pater recipiens emphyteuſim eccleſiaſticam pro ſe, & filijs ſuis, non poteſt uni donare, nec ſignare. Stephan. Bertrand. conſi. 138. uol. 2. quẽ refert, & ſequitur in Addit. Alci. in tract. præſ. reg. 1. præſum. 1. communem dicunt.

G Amplia

62 Amplia quartò, quòd pater nō poteſt uni ex filijs prę legare. Alex conſi. 24.uol.4.magis communem dicit. Iaſ.autem in l.emphyteuticarijs, de iure emphy.C.num. 211.diſtinguit: quem uide.

63 Amplia quintò, etiam ſi pater recipit emphyteuſim mediante pecunia. Ant.Rube.in repetition.§.quidam recte dict.l.gallus, de libe.& poſthum.ff.colum.67.in fin. uerſic.quartus caſus, communem dicit, licet dicat in puncto iuris ueriorem eſſe contrariam per l.fi.ff.de aſsigna. liber.

64 Nota quòd emphyteuſis conceſſa pro ſe,& filijs, non facta mentione de hęredibus, non comprehendit fœminas, Deci.in l.fœminæ de reg.iur.cōmunem dicit, & in conſi.336.nu.3. quia in contractibus, appellatione filiorum non ueniunt fœminæ. Bar.in l.1.ff.de uerb.obli.

65 Nota ſecundò, quod cum emphyteuſis ſit accepta per patrem pro ſe,& filijs & hæredibus: non poteſt ſuccedere filius, niſi ſit hæres. Alex.in conſ.129.uol.5.& Io.Duran.in arte.teſtan.tit.11.cau.10.communem dicit.

66 Nota tertio, quod ſi pater acquiſiuit emphyteuſim à priuato pro ſe,& filijs, tūc acquiritur filijs ut hæredibus. Anto.Rube.col.68.uerſ.quintus & ultimus caſus, communem dicit.

67 Emphyteuta alienans non ſalua uoluntate domini, cadit de iure ſuo. Ripa.in c.cum m.de conſt.nu.8. communem dicit.

68 Amplia iſtam communem, etiam ſi non uerè tradit: ſed fictè per clauſulam conſtituti. Tiraquel.de conſtitu. par.3.limit.26.nu.6.communem dicit.

69 Fallit primo, ſi alienatio ſit facta ſaluo conſenſu domini: non alias nec alio modo. idem Ripa ibi communem dicit.

70 Fallit ſecundo ſi non tradit: quia etſi alienet ſine cōſenſu domini non cadit à iure ſuo. Iaſo.in l.cum dubitatur, nu.132.C.de iur.emphy.communem dicit.

71 Nota quod ſi emphyteuta alienat,& tradit, etſi celeriter redimat, cadit à iure ſuo. Iaſo. ibi nu.135. communē dicit, quæ communis procedit de rigore iuris: ſecus de æquitate, præcipuè ſi dominus eſt eccleſiæ: quia clerici non debent in pœnis eſſe tenaces, præcipuè ubi eorum conditio non deterioratur, c.fraternitatis.12. q.2. ſecundum Ant.de Butr.conſi.34.in fi.quod nota.

72 Fallit tertio, quando fuit data poteſtas emphyteutæ, ut poſsit alienare cui uoluerit, quia tunc poteſt irrequiſito domino alienare. Iaſ.in l.3.de iur.emphy.C.nu.7.cōmunem dicit.

73 Fallit quarto, in donatione uel legato, etſi ſit emphyteuta fiſci, uel priuati, poteſt legare, uel donare ſine eo quod denūciet domino Iaſ.in d.l.3.& in l.ſi domus.§.ſi. nu.31.ff.de leg.1.& Cur.Iuni.conſ.130.num.8.communem dicunt. Et deceptus eſt Io.Duran. in arte teſtan. tit.6.cau.46.dicens Iaſonē tenuiſſe contrarium. & ſecūdum Iaſo. hæc denunciatio nō eſt ad finem ut ſpectetur dominus ſi uelit ſibi donari, ſed ad finem ut dominus recognoſcatur,& ſibi ſoluatur laudimium ex approbatione, quam dominus facit,& cum hoc ſtat communis opinio,& ſic emphyteuta, licet poſsit donare, nō tamē tradere, ut tenet Caro. * in addi.ad Alexan.conſi.129. in uerſ.donari, quod nota.

★ Nota has cōmunes ad limitationem l.29.tit.8.par.5.

74 Amplia iſtam limitationem ad emphyteutam eccleſiæ, quia poteſt donare ſaluo iure eccleſiæ, Iaſ.i d.l.3.n. 72.communem dicit. In poſſeſsionem tamen non poteſt eū inducere anteaquam eccleſia ſit certiorata, Curt. Iuni.in d.conſ.130.in fi.quod nota.

75 Emphyteuta priuatur per non ſolutionem canonis: etſi ſit unius nummi. Iaſ.in l.qui rem alienam.C.de ſacr. ſanct.eccl.nu.16. communem dicit.

76 Amplia,& ſi ignorabat rem eſſe emphyteuticam,& non ſoluit canones per tempus ſtatutum, cadit in cōmiſſum, ſed tamen reſtituitur. Ioan.de Imol.in cap.potuit, de locato nu.56.communem dicit. Et uide in uerſi. reſtitutio.nu.52.

77 Amplia, quod ſi plures ſint emphyteutæ,& unus nō ſoluit canonem, etſi omnes alij ſoluant, cadunt in commiſſum. Alci.in l.2.nu.97.de uerb.oblig.ff.communem dicit.

★ Nota iſtas communes ad intel.l.28.tit.8.par.5.

78 Fallit primo, ſi dominus noluerit: quia tunc nō cadit in commiſſum,& tertius non poteſt opponere quod nō ſoluit canonem. Iaſ.in l.emphyteuticarijs.nu.11.de iur. emphy.communem dicit.

79 Fallit ſecundo, ſi per impetum guerræ non potuit laborare agrum emphyteoticum: taliter quod nihil collegit, non tenetur ad penſionem: ſi tamen tantum collegit quod ſufficiat pro penſione, ad totam tenetur. Imol. in c.potuit de locat. quē refert Iaſ.in l.1.de iure emphy. nu.92.C.& in l.poſsideri.§.in admittēda.ff.de acq. poſſe.nu.6.communem dicit.

✱ De iure regio in locatione l.22.tit.8.par.5.diſponit, quod ſi inquilinus, propter impetū guerræ, uel aliàs, uel per alium caſum fortuitum, non percipit fructus qui ſufficiant ad ſoluendam penſionem, deductis expenſis ſi uolit, poteſt domino dare omnes fructus,& per l.23.ſequētem ſi locatio eſt facta per duos, uel tres annos quod cōfertur fructus duorum annorum.& facta locatione deductis expenſis, ſupereſt pro penſione ſoluenda, dominus recipit, aliàs recipit quod ſupereſt tantùm.

80 Fallit tertio, ſi inueniatur quod non ſoluit niſi unum annum, quia requiritur biennium cōtinuum unum poſt alium: ſecùs tamen ſi interpellatur, quia non cadit. Deci. conſi.138.nu.7.communem dicit.

81 Fallit quarto, ſi ſoluit per tres annos próximiores, quia præſumitur ſoluiſſe per alios anteriores ab illis tribus. Curt.Iuni.conſ.96.nu.5.communem dicit.

✱ Nota iſtam communem, etiam àd intellectum l.18. tit.8.par.5.& intellige iſtā communem quando ſolutio trium annorum fuerit facta, quælibet de per ſe unaquæque ſingulis annis, ſecus, ſi ſimul & ſemel ſoluiſſet ſecundum Bal.in l.2.de dot.promiſ.nu.2.& alios quos coagerit addi.q.235.in Tholoſ.deci.

Io. Fich.

Emphyteuta propter non ſolutum triennio canonē, nō priuatur aut cadit ab emphyteuſi ipſo iure, niſi Domina uolente,& hoc declarante. Communem dicit Iaſ. in l.Emphyteoticarijs nu.10.C.de iure emphy.

82 Nota quod emphyteuta & non dominus tenetur probare ſoluiſſe canonem: licet negatio domini ſit fundamentum ſuæ intentionis. Iaſ.in l. emphyteuticarijs. nu. 132.de iure emphy.Communem dicit.

83 Nota quod ſolutio probatur per duos teſtes. Iaſ.in d. l.emphyteuticarijs nu.132.communem dicit.

84 Nota quod ſi emphyteuta promiſit ſoluere penſionem ſub certa pœna: dominus non poteſt conſequi ſi nō ſoluit illa duo, uidelicet adiectionem,& pœnam, niſi ad omnia ſe obligauerit emphyteuta. Iaſ. ibi nu.144.communem dicit.

85 Nota quod emphyteuta non compellitur ſoluere in æſtimatione pecuniæ alteratæ, ſed in æſtimatione pecuniæ tempore contractus. Addi.Ang.in l.cum quod.ff.de reb.cred.communem dicit.

86 Emphyteuta tenetur ad ſolutionem canonis, conditione ex lege zenonia. Iaſ.conſi.8.nu.1.& in l.1.nu.68. de iure emphyt.C.communem dicit.

87 Emphyteuta priuatur ſi deteriorat rem emphyteuticam: poteſt priuari. Iaſ.in l.qui rem aliquam, nu.6.C.de ſacroſanct.eccle.communem dicit.

88 Amplia, ad ceſſionem arborum, quia uaſſallus, uel emphyteuta non poteſt ſcindere arbores. Iaſ.in l.diuortio.

§.ſi

§.ſi fundum.ff.ſoluto matrimonio.nume.4.communem dicit,ubi uide duas limit.

89 Nota quod ſi emphyteota priuatur emphyteoſi,propter culpam ſuam,priuatur etiam melioramento. tamē ſi priuatur propter generationem finitam,uel propter tēpus non perdit melioramenta.Deci.in l.qui rē.C.de ſacroſanc.eccle.nu.15.communem dicit.Et quæ dicantur melioramenta uide per Pau. de Caſt.conſ.170.uol.1.

90 Emphyteotæ duo,ſi diuidant inter ſe,nō debent ſoluere laudemium,uel quinquageſimam.Iaſ.in d.l.3. C.de iure emphy.nu.47.communem dicit.

Io. Fica.

Emphyteoticus contractus præſumitur, atque etiam præſcribitur ſpatio 30.uel 40.annorum,magis communem dicit Iaſ.in l.1.n.155.C.de iure emphy.& ſequitur Carol. * in 1.par.Conſuet.Pariſ.fol.7.nu.34.

Io. Fica.

Enormiſsima læſio,eſt iuſta cauſa petendæ relaxationis iuramenti,communē dicit Iaſ.poſt copioſiſſ. allegationes in conſ.133.uol.3.& ſequitur Prob.in add.ad Io. Monach.in c.quamuis,de pact.lib.6.in fi.

91 Episcopus non eſt dandus niſi in magnis ciuitatibus.Alciat.in c.perniciosam,de offi.ordi.nu.2.communem dicit.

92 Epiſcopus in aliena diœceſi,abſque licentia diœceſani poteſt portare annulos,& celebrare in pōtificalibus Panor.in cap.1.nume.7.ut lite penden. communem inquit ex gloſſ. in clemen. in Archiepiſcopum,de priuileg.

93 Epiſcopus non diſpenſat in delictis maioribus adulterio,niſi inueniatur conceſſum.Feli.in ca.at ſi clerici.§. de adulterijs nu.1.de indi.communem dicit.

94 Epiſcopus cum adultero,& inceſtuoſo diſpenſat. ibi Feli.communem dicit.

95 Epiſcopus moniales exēptas propter iniectionē manuum in clericum excōmunicatas abſoluit. Panor. in c.monialibus de ſent.excom.communem dicit.

96 Epiſcopus non poteſt excōmunicare laicum iudicē ſecularem exemptum,cum petitur brachij auxilium, ſi non præſtat.Alex.in c.perniciosam,de offi.ordi. n.157. communem dicit.

97 Epiſcopus tenetur adimplere mandatum Romani Pōtificis,directum capitulo,ſede uacāte,ſi inuenit nō adimpletum.Panor.in c.eam te,de reſ.numer.4.communem dicit.

98 Epiſcopus audiens miſſam ſine ſolēnitate priuata,etſi ſit excommunicatus,non efficitur irregularis.Præpo. in c.ſi quis epiſcopus.11.q.3.communem dicit.

99 Epiſcopus committens crimen læſæ maieſtatis cōtra Principem,non debet degradari actualiter,ſed ſolùm uerbaliter. Curtius Iunior conſ.159.nu.1. communem dicit.

100 Epiſcopus delicti,priuationis beneficij digni, poteſt ferre ſententiam,ſuper beneficium,exiſtens extra ſuam diœceſim.Panor.in c.poſtulaſti,de foro comp. communem dicit.

101 Epiſcopus,ut ſuſpectus recuſatus,uel cauſam minori remittere,uel delegare de conſenſu partium debet, non tamen eligere delegatum.Pan.in c.ſi quis contra de for. compe.communem dicit.

102 Aestimatio non facit emptionem quando pretiū non eſt condignum rei,communem dicit Pariſius in cōſi.81.nu.1.l.3.

103 Exceptio dilatoria non appoſita ante litem conteſtatam in prima inſtantia,nō poteſt poni nec in ſecūda. Iaſ.in l.ita demum,nu.7.de procu.communem dicit.

Eiuſde,5.limita per eum.

* Nota iſtam communem cum ſequenti ad intel.l.2.tit. 6.lib.3.ordi.& ad c.8.l.42.in pragm.& l.5.tit.8.li. ordi. & l.1.tit.4.li.3.ordi.

104 Fallit primò,niſi opponatur exceptio contra procuratorem:ut puta,quod ſit monachus :quia poteſt opponi & poſt litem conteſtatam.Ant.de Tremo.in addi.ad bona in pra.exceptio.in rubr. de impe. & excepti. quæ contra reſ.nu.9.uerſ.6.fallit,communem dicit.

105 Fallit ſecundò,ſi exceptio dilatoria nō erat orta reo ignorante,uel ex errore non propoſuit:quia poteſt proponere. Iaſ. in l. error. nu.19. de iuris & facti ignoran. communem dicit.

106 Exceptio dilatoria ſolutionis debet proponi ante litis conteſtationem.Præpo.in c.1.ſi quis.3.q.6.communem dicit.

107 Exceptio eſt actionis excluſio.Defenſio autem repulſio intentionis.Coua.in reg.poſſeſſor,de regu.iur. in 6. num.4.communem dicit ex glo.in c.1. de lit. conteſt.in 6.ex Soci.in rubr.de except.Hinc eſt quòd exceptio nō excludit intentionem eius,qui ſine actione experitur. Idem ibidem ex Dec.in rub. de excep. extra communē aſſerit,ex quo infertur negationem nō eſſe exceptionē, cum non excludat actionem,idem ibi nu.4.in uerſ. quarto planè communem dicit.

108 Exceptio dominij,etiam quæ in prōptu offertur probanda:aliter quàm per ſententiam latā in petitorio, non obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ, dicit communem Aret.in l.ſi de eo.§.ſi.ff.de acquir.poſſ.quod dicit notād. Ripa.in l.naturaliter.§.nihil commune,numer.98. eodem tit.

109 Exceptio,tu es conſanguineus non potes eſſe Iudex: ſi non opponatur,ualet tamen iudicium. Iaſ.in l. qui iuriſdictioni.nu.6.ff.de iuriſdict.omni.iudic. communem dicit.

110 Nota quòd licet exceptio ſolutionis non ſit appoſita: ſi conſtat ex actis eſſe natam cum obligatione ante litē conteſtatam,abſoluitur reus.alias autem ſi poſteà nata fuit,condemnabitur ex prima obligatione.Ant. de Tremo.in addi.ad bona,in pra.exceptionē,in rub. de impe. excepti.quæ contra reſ.nu.9.in uerbo ante litem conteſtatam communem dicit.

111 Exceptio peremptoria poteſt opponi,etiam poſt ſententiam : ſi agatur prima actione,& non actione in factum ex prima ſententia, Balb. dec.13. communem dicit.

112 Exceptionibus omnino contrarijs, reus poteſt opponere,& ſe defendere.Hiero.Cagno.in reg. nemo, nu.3. ff.de re iudic.communem dicit.

113 Exceptio quæ ſecundum ſtatutum,non poteſt opponi,tamen res poterit detineri loco pignoris.Boer. deciſio.42.nu.15.communem dicit.

114 Exceptio nullitatis,licet per ſtatutum tollantur omnes exceptiones : non cenſetur ſublata.Curt.Iunior cōſ. 119.nu.3.communem dicit.

* Nota iſtam communem ad intel.l.primæ,& 4. tit.8. lib.3.ordi.& hoc quod hæc communem uidetur innuere.l.7.tit.10.lib.2.For.ll.

115 Exceptio nullitatis non requirens altiorem indaginem,ſed quæ poteſt incontinenti probari, impedit executionem.Iaſ.in l.qui ſe non obtulit.§.condemnatum. nu.5.ff.de re iudic.communem dicit.

* Concor.cum l.uigeſima ſeptima,tit.2.parte tertia,dicens quod excipiens de dominio,ſi ſtatim probat,admittitur,aliàs non.

116 Amplia iſtam communem ad iudicem poſſeſſorium: ubi non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem.Curt.Iun.conſi.108.nume.14. communem dicit.

ADDITIO.

Exceptio reſtitutionis in integrum ſimiliter impedit executionem, Alberi. & alij in c. ſuſcitata, de in integ. reſti. quod limita niſi ſit obtēta poſt tres conformes iuxta terminos clem. 1. de re iudi. limita ſecundò niſi calumnioſe petatur, Lap. alleg. 53. an oporteat, nu. 8. ut de his M. Ant. Bard. in tract. de temp. uti. & contin. in c. 5. num. 2.

117 Exceptio indignitatis non iuuat poſsidentem hæreditatē, quin teneatur reſtituere: Corne. conſ. 150. uol. 2. Iouan. Durao. in arte teſtan. tit. 11. cau. 12. cōem dicit.

118 Exceptio adulterij contra mulierem repetentē dotem, durat in perpetuum. Balbus de præſ. 4. par. 2. partis q. 2. communem dicit.

119 Excipiens contra reſcriptum quòd non fecit mentionem de primo, non ſolum exceptionem proponere, ſed debet appellare à tacita uel expreſſa reiectione, ad hoc quod proceſſus ſit nullus. Feli. in c. ſub ortu, nu. 4. de re iudi. magis communem dicit.

120 EXCOMMVNICATVS teſtari poteſt. Feli. in c. cum uoluntate, de ſent. excom. communem dicit. & uide Coua. in rubr. de teſta. parte ſecunda, nu. 8.

IO. FICH.

Excommunicatus non poteſt eſſe teſtis, eſt concluſio indubitata ſecundum omnes in c. teſtium, de teſti. ut refert Lanfran. in rep. c. quoniam contra, in uer. Teſtium, nu. 80. de proba.

Tamen ſi eſſet abſolutus, uerior & communior eſt (ut ibidem) quod poſsit eſſe teſtis. Limita niſi fuiſſet excommunicatus propter delictum, quia tunc non poteſt eſſe teſtis, ut ibidem.

121 Amplia, quia tam actiuè quàm paſsiuè habet factionē teſtamenti. Ioan. Duran. in arte teſta. titu. 1. cau. 10. Barba. in c. quia ingredientibus, de teſta. communem dicit.

122 Amplia ſecundò quòd excommunicatus poteſt contrahere: & ualet contractus celebratus per eum. Panor. in c. ſi uerò, de ſent. excom. communem dicit. & Herculanus in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, el. 2. ff. ad Trebe. ubi dicit magis communem.

123 Excommunicatus, ſi eſt in loco inſigni, etiam ad defendendum non poteſt eſſe in iudicio per ſe, ſed per procuratorem. Feli. in cap. intelleximus, de iud. communem dicit.

✱ Nota iſtam communem ad intel. l. 4. ti. 10. lib. 2. For. ll. in fi. & l. ſtili. 176.

124 Amplia, quod non poteſt agere contra actionem, ut proſequatur iudicium. Feli. ibi nu. 7.

125 Amplia ſecundò, quod nec poteſt opponere de nullitate ſententiæ. Feli. ibi communem dicit.

126 Excommunicatus eſt ſponſus de futuro, percutiens clericum inuentum cum ſua ſponſa, gl. communiter approbata in capit. tertio, de ſententia excommunicationis. Coua. in ep. quarta cap. 1. nu. 12. communem dicit.

127 Excommunicari poteſt Notarius contumax ſine monitione. Deci. in c. 1. de iudi. nu. 75. communem dicit.

128 Excommunicationem nō euitat quælibet cauſa: niſi ſit iuſta imponentis manus uiolentas in clericū. Alciat. in ca. cum non ab homine, de iudi. num. 26. communem dicit.

129 EXECVTOR teſtamenti non poteſt uēdere niſi pecunia præſente, ad hoc quòd transferat dominium rei uenditæ. Iaſ. in l. à diuo Pio, de re iudi. ff. §. ſed emptor, nu. 8. communem dicit.

130 Executor teſtamenti poteſt agere contra hæredem, ut fiat executio, & habeat bona. Pyrrhus de executio. inſtru. c. 17. in conſuet. Aurel. communem dicit, ex Sali. in l. nulli. C. de epiſcop. & clericis.

131 Executor teſtamenti non tenetur cauere de exequendo. Pyrrhus ibi communem dicit ex Bart. in l. diuus. ff. cui pluſquam.

132 Executor teſtamenti non poteſt alienare, aut diſtrahere bona defuncti pro executione. Pyrrhus ibi communem dicit ex Bar. in l. a lio. ff. de leg.

133 Executoris teſtamenti officium, poſt eius mortem tranſit ad Epiſcopum. Curt. Iuni. conſi. 66. nu. 2. communem dicit.

134 Fallit, niſi ſit dictum à teſtatore ut tranſeat ad hæredes executoris, idem Curt. ibi communem dicit.

135 EXECVTIO ſimplex, ſi mandetur fieri, nō requiritur citatio, ſi eſt facienda in eadem re quæ adiudicata eſt: ſecùs tamen in alia. Deci. in c. ex ratione, nu. 17. communem dicit, de appellat. ubi ponit duas limitationes.

136 Executor mixtus, ſi eſt maior iudice priori: poteſt recipere omnes exceptiones infringentes ſententiam. Iaſ. conſ. 9. uol. 3. communem dicit.

137 Executio facta non ſeruato ordine, ut primò mobilia, & poſteà immobilia ac deinceps perſona capiatur, ualet. Iaſ. in l. à diuo Pio. §. in uenditione, de re iudi. nu. 10. ff. communem dicit, licet ſibi non placeat.

★ Nota iſtam communem ad intel. l. 4. tit. 8. li. 3. in ordi. Et nota dictum ſolemne Ang. in l. fin. C. de edicto di. Adri. ſuper gl. in uerbo diſpoſitionibus. & Curt. Iuni. ibi num. 65. dicentem contractum per teſtes probatum habere executionem paratam: licet Bart. & Alexan. in l. 1. in fin. ff. de his quæ in teſtamento deleo. & Pau. in l. noſtram. C. de teſta. teneat contrarium: quas opiniones cōcordat Bellonus in conſi. 22. nu. 9. dicens opinionē Ang. procedere, quia contractus eſt cancellatus, uel deperditus & teſtes deponunt de tenore inſtrumenti, & dictū teſtium redigitur in ſcriptis: aliàs autem cum in ſcriptis dicta teſtium nō rediguntur, ratio tamen eſt: quia dicta teſtium faciunt notorium, ſicut inſtrumentū, iuxta text. in cap. ſignificanti, de teſt. & hoc uidetur de mente Petri & Baldi in d. locis.

138 Executioni, ſi per ſtatutū mādetur ſcriptura priuata alicuius: intelligitur etiā ſi per aliū ſcribatur, Pyrrhus in conſuetu. aurel. de execut. inſtr. c. 21. communem dicit ex Ang. l. cum antiquitus. C. de teſtam.

✱ No. ad intel. l. ulti. in curijs de Madrid. de 1534. annis, quæ loquitur de apocha recognita.

139 Executionem impedit reſtitutio in integrū, etſi requirat altiorem indagationem. Iaſ. in l. qui ſe obtulit. §. cōdemnatum, nu. 27. ff. de re iudic. communem dicit.

ADDITIO.

Limita niſi reſtitutio petatur poſt tres conformes ſeu poſt duas ſi per ſtatutum ſufficiant duæ, limita ſecundò niſi calumnioſe petatur, ut addidi ſupra in uer. Exceptio, ſub nu. 116.

140 EXHAEREDATIO appoſita poſt omnes gradus, refertur ad omnes gradus ſuperiores ex præſumpta uoluntate teſtatoris, quæ præſumptio eſt iuris. non tamen de iure, quin admittatur probatio in contrarium. Segu. in repe. l. 3. §. fin. de liber. & poſth. nu. 82. communem dicit.

141 Exhæredatio facta in principio teſtamēti, ante gradus trahitur ad omnes gradus ſequentes, & ita facta in fine trahitur ad omnes præcedentes, ita communiter teneri dicit Iaſ. in l. 1. in principio, nu. 3. C. de lib. præter.

142 Exhæredare poteſt pater filium ex iniuria uerbali ſibi illata per eum. Curt. Iun. conſi. 148. nu. 1. communem dicit, & concordat cum l. 4. tit. 7. par. 6.

143 Nota quod ſi filius poſtquàm commiſit ingratitudinem pœniteat, uiuo patre, non poterit exhæredari, Pyrrhus in conſuet. Aurel. de ſucceſsio. c. 25. cōem dicit.

Io.

Io. Fich.

Exhæredatio liberorum non ſolum ex xiiii. cauſis in §.his aliud.in auth.ut cum, de appellat. cognoſc.enumeratis,uerum etiam alijs conſimilis grauitatis & ingratitudinis,aut maioris,fieri poteſt.communem dicit Iaſon.in authen.non licet.C.de liber.per multas auctoritates,& plures inſuper accumulat Rimi. in §.1.nu.538. inſtit.de dona.

244 Exemplum inuentum in archiuo publico,facit fidē, Bello.conſi.57.communem dicit.ex Angelo,& Iaſo.in auth.ſi quis in aliquo documento.C.de eden.

245 Exemplo creditur,quando eſt confectum ab eodē Notario qui originale confecit.Iaſ.in l. ſi quis in aliquo num.3.C.de eden.communem dicit, uide alia in uerbo procurator,nu.370.

246 Expensas rei,qui abſolutus eſt ab inſtātia propter abſentiā actoris,ſunt deducendæ de expenſis actoris ſententiæ diffinitiuæ. Iaſ.in l. properandum.§. etſi quidem nu.21.de iudi.C.communem dicit.

Io. Fich.

Expenſarum condemnatio in diffinitiua non poteſt per Iudicem reſeruari.ſed bene taxatio earundem. ita cōiter poſt Cyn. teneat DD. in l. terminato. C.de fru-ctib.& lit.expen.refert Miſing.obſer.45.Cent.1.

249 Expressum non ſolùm dicitur illud quod uerbis inſinuatur,ſed & illud quod euidentibus ſignis colligitur.Iaſ.in l.prætor ait,num.5.ff.de nou.oper.nunc. communem dicit.

Ioan. Fichardus.

Extensio de caſu ad caſum alterum non procedit in conſuetudine.Hanc cōmunem dixit Alex. in l. quod dicitur.ff.de uerb.obli.ut refert poſt Ruinum, Tiraq. in Tract.de Iure primoge.q.17.nu.10.

250 Extenſio de uno caſu ad alium,non prohibetur: etſi in caſu extenſo ſit maior ratio.Gome.in cap.ſtatutū,numero 39.de reſ.in 6.communem dicit.

251 Amplia,in facultate diſpenſandi: quia ex identitate rationis extenditur de uno caſu ad alium, Ripa in reſ. nu.4.communem dicit.

252 Amplia ſecundò,in correlatiuis. quia lex pœnalis extenditur de uno correlatiuo ad aliud.Ioan.Nic. in l.generaliter,nume.26.C. de ſecund. nupr. communem dicit.

253 Limita in correctorijs,qui & ea maioritate rationis non extenditur, Iaſ. in l. de quibus numer.14. de leg.ff. & in auth.quas actiones nume.21.C. de ſacroſanct.eccleſ. communem dicit.

254 Reſtringe iſtam limitationem,niſi aliàs fiat extēſio de ſtricta ſignificatione uocabuli ad latā:quia & in correctorijs fit extenſio.Iaſ.in rub.de iudi.num.13.ff.cōmunem dicit.

255 Reſtringe ſecundò,quando agitur fauore animæ,& pro ea ſaluanda: & quia tunc fit extenſio ſine aliqua diſtinctione.Curt.Iuni.in l.1.nu.80.ff.de off.eius cui mā. eſt iuriſ.communem dicit.

256 Reſtringe tertiò,quando lex nota correctoria reducit nos ad legem antiquam:quia tunc tāquam fauorabilis eſt extendenda.Curt.Iun.conſi 99.nu.3.communem dicit.

257 Reſtringe quartò,in lege noua equiparante duos caſus,quia diſponens ſupra unū,cenſetur diſponere ſuper alium.Curt.Iuni.conſ.150.nu.4.communem dicit.

258 Aeſtimatio facit emptionem.Boer.deci.327.nu.11. communem dicit.

F

1 Factum Alienum promittentis,non ualet promiſsio: ſi tamen adijcitur pœna, ualet quo ad pœnam.Curt.Iuni.conſi.124.nu.19.communem dicit.

2 Falcidiam, quæ debetur hæredi ex legatis: ſi teſtator dicit quòd integre legatum ſoluatur, tenetur hæres dimittere.Iaſ.in l.cum quis nu.5.C.de iur. & fact. igno. magis communem dicit.

Io. Fich.

Facultas, inſinuandi donationem, durat tantum 20.as.& poſtea præſcribitur,cōmunem dicit Iaſ.poſt Bal. in l.licèt.C.de iure delib.ut refert Hypo. Rimi. in §.1. nu.210.licet ipſe ibidem poſt Angel. Canarium ſequatur & firmet contrariam opinionem. ubi tamen dupliciter limitat.uide.

3 Falsi ſuſpitio habetur pro falſitate in ciuilibus.Cur. Iuni.conſi.166.& conſi.133.nu.10.communem dicit.

4 Falſum committens in cauſa,perdit cauſam,quæcunque cauſa,uel perſona ſit,Boeri.deciſ.291.num.2.communem dicit.

* Sed debet puniri pœna falſi.l.3.titu.12. lib.4. For.ll. quæ habetur in l.13.titu.8.libr.2.For.ll. & iudex poteſt punire ex officio producentes l.28.tit.1.par.7. ac teſtes punire,etſi non petatur.l.42.tit.16.par.3.

5 Intellige ſi corrumpit,uel falſificat acta: ſecus tamen, ſi falſificat inſtrumenta,uel corrumpit teſtes, idē Boer. 291.nu.3.communem dicit.

6 Fama facit ſemiplenam probationem.Ioan. Cora. in l.admonendi.ff.de iu.iuran.nu.8.communem dicit. uide Mar.Ant.de indicijs numer.313.& octo caſus per Deci. in c.1.col.4.uerſi.in glo.in uerbo famam,de appella. in quibus facit ſemiplenam probationem.

7 Fama ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturā. Hypo.ſing.97.communem dicit,& Marcus Ant.in l.fin. de quæſtio.ex indicijs ex proceſſu nu.313.

* Concordat cum l.3.tit.30.par.7. quæ lex requirit cū fama,perſonam eſſe uilem: Nota tamen quo ad probandam famam,tria præcipuè requiruntur: Primum,quod teſtis dicat à pluribus audiuiſſe,& nominet particulariter aliqua perſonas, etſi non fuerit interogatus.Inno.in c.qualiter,& quando,el 2. Bar.in l. de minore.§. plurimum.ff.de quæ.ſecundò requiritur,quòd teſtis dicat audiuiſſe à maiore parte populi(ut in caſu ſequenti)requiritur tertio quòd teſtis exprimat cauſa propter quam fama ſit orta: ut puta,ex inimicitia,ex minis, ex iniuria, uel ex alia conſimili cauſa.Salic.in l.ea quidem.C.de accuſa.Item,& requiritur quartum: quòd fama præceſſerit accuſationem.Anch.conſ.253.& de hoc uide plenè per Hypo.in ſingu.97.& in practi.§. diligetur, nu.8. & in conſ.20.& Thomas Gramma.in uoto 34.& Marcus Ant.in l.fi.de quæſt.ff.in uerbo fama,nu.3.cum ſequēti. & plures alios quos poteſtis uidere per citatos (ne fruſtrà membranas occupem.)

8 Fama ſola,ſi agatur de probādo dominio annorū quadraginta,non ſufficit: ita communiter teneri dicit Ripa in l.rem quæ nobis,nu.57.ff.de acqu.poſſ.Nec probatur etiam dominium de præſenti,communem ait Deci.cōſ. 428.& Ripa in d.l.rem,quæ nobis.nu.58.

Additio.

Quo ad probationem dominij de præſenti,diſtingue ut per Rip.in alleg.l.in nu.59.uidelicet aut ſtatus rei repugnat famæ,aut non:& in reliquis dic ut addidi ſuprà in litera D.ſub nu.107.

8 Fama in antiquis plene probat, communis eſt. ut per Aymon. in tracta. de antiquit, temp. in 1. parte. nume. 3 n 2.

9 Fama probatur duobus teſtibus, cõmunem dicit Sali. in l. ea quidem, col. 24. uerſi. uenio ad ſeptimam q. C. de accuſat. & Deci. conſi. 72 nu. 4.

10 Fama, ad hoc quòd dicatur eſſe probata: requiritur quòd teſtes dicãt ſe audiuiſſe à maiori parte populi. Curtius Iuni. conſilio centeſimo ſeptuageſimoſecundo. nume. 9. communem dicit.

11 Fama in antiquis plenè probat dominium. Aymon de anti. temp. in prima parte, uerſ. uiſio. in hac parte prima n. 3. communem dicit ex Decio in c. 1. de appel. per quem uide octo caſus in quibus fama plenè probat: quẽ refert Coua. in l. admonendi in fi. ff. de iureiuran.

12 Amplia, quòd non ſolùm probat dominium in antiquis, ſed ſufficit ad probandum dominium de præſenti, ut ſi uolo probare meum dominium, ſufficit quòd probem de dominio antiquorum per famam, idem ibi n. 4. communem dicit ex Deci. conſ. 428. reiecta coniectura, de qua per ripam in l. rem quæ nobis. ff. de acquirend. poſſeſ.

13 Familia eccleſiæ non gaudet priuilegio fori: ſecus tamen, in familia Epiſcopi. Pano. in c. 2. de foro comp. nu. 6. communem dicit.

* Nota, & uide. l. 51. tit. 6. par. 1.

Io. Fich.

Familia aliqua puta Nobilium, poteſt cõdere pro ſui ſtatus & dignitatis conſeruatione ſtatuta & ordinationes, etiam fœminas excludentes, communẽ dicit Io. Bologninus in l. omnes populi nu. 57. & 58. ff. de iuſt. & iure. Eſt enim familia tanquam ciuitas quæpiam, ut authoritate Ariſtotelis dicit Bal. conſ. 50. In primis uidendum col. 3. uol. 4. & commendat Tiraq. in præfat. lib. 1. de retract. nu. 27. Et talia pacta etſi nõ eſſent iure cõmuni approbata (prout ſunt, quia non ſunt cõtra bonos mores) tamen conſuetudine eſſent confirmata, communem dicit Alcia. in l. pactũ. C. de colla. & uide de prædicta cõmuni latè Tiraq. in tract. de iure primoge. q. 17. Adde Iaſ. in l. ſi quis à patre. §. 1. & ibidem Zaſ. dicentem hanc opinionem eſſe ueriſsimam. ff. de leg. 1.

14 Famulus durante infirmitate, non habet ſalariũ. Panor. in c. 1. de cleri. ægro. nu. 6. communem dicit.

Io. Fich.

Fatale tertium etſi de iure nullĩ competat, tamen pauperi impedito appellationis cauſam in primo & ſecũdo Fatali proſequi & terminare paupertatis intuitu, indulgetur, implorata reſtitutionẽ in integrum ex generali clauſula prætoris. Communem eſſe teſtatur Decius conſ. 436. & refert & ſequitur Corn. Beninca. in tracta. de pauper. 9. 6. Speciali. 3. nu. 18.

15 Feudum, ſi proceſsit à fœmina, fœmininum eſt iudicandũ. Ripa in li. pri. de leg. c. 1. nu. 74. cõmunem dicit.

Io. Fich.

Feudum in dubio præſumi hæreditarium, communiterq́; id obtinere dicit Miſing. obſer. 2. cent. 4. ſubiungit tamen quod Camera ſequitur contrariam opinionem.

16 Feudum, etſi ſit antiquum, agnati transuerſales non ſuccedunt, niſi uſque ad ſeptimum gradum, Iaſ. in l. certũ eſt, nu. 3. C. unde legit. communem dicit.

17 Fallit, ſi ſit conceſſum pro ſe, & pro deſcendentibus: quia tunc excedit etiam decimum gradum, Coua. in re-ſolu. lib. 2. ca. 5. nu. 4. communem dicit.

Io. Fich.

In Feudo nouo transuerſales, niſi expreſſe id dicatur in Inueſtitura non ſuccedunt, communẽ dicit Curt. Senior. conſ. 51. col. 5. in fi. Et Roland. à Valle conſ. 6 n. nu. 1. lib. 5.

18 Feudum conceſſum à principe cum clauſula, quod tale feudum habeat naturam paterni, & auiti: iudicatur, ut antiquum, & auitum, ut in illis ſuccedãt qui poſſunt ſuccedere in auito, & antiquo. Iaſon. conſ. 1. uol. 3. & in uſib. feudo. nu. 90. communem dicit.

Additio Io. Fich.

Hanc communem refert & ſequitur etiam D. Miſingerus in obſerua. 84. cen. 4.

19 Feudum hæreditarium uenit in reſtitutione fideicõmiſſaria. Curt. Iuni. conſi. 101. nu. 1 n. communem dicit.

Io. Fich.

Feudum hæreditarium non tranſit etiam ad deſcendentes uel agnatos, niſi ſint hæredes defuncti uaſalli. communem dicit Alex. conſ. 10. uol. 3. refert & ſequitur Rolan. à ualle conſ. 2. nu. 59.

20 Feuda ſingularia, q̃ ſunt pura in regno Apuliæ, ſunt in directo dominio, Regis, quamuis regnũ ſit feudum, ita communiter teneri dicit Deci. conſ. 117. in fi.

21 Feuda acquiſita pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, non tranſeunt niſi ad illos, ad quos tranſeunt feuda hæreditaria. Pari. conſ. 1. nu. 6. lib. 1.

22 Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, tunc cum uerbis geminatis poteſt trãſire ad fœminas, & non eſt reſtringendum, ſed ampliandum. Carol. * in addit. ad Alex. conſ. 30. in uerb. quibuſcunq;, uol. 2. communem aſſerit.

23 Ex quo feudũ receptum pro ſe, & ſuis hæredibus uenit in reſtitutione fideicommiſsi. Curt. Iuni. conſi. 183. nu. 6. communem dicit.

Io. Fich.

In feudis nomine filiorum ueniunt etiam nepotes, ut ſi quis accipiat feudum pro ſe & filiis, intelligantur etiã Nepotes incluſi. Hanc communiorem teſtatur Franciſ. Curt. in ſuo tract. feu. in 1. par. 3. partis prin. in q. 27. nu. 51. licet ipſe putet diuerſam opinionem iuri magis eſſe conſonam.

24 Feudum nõ amittitur, etſi ſeruitia debita pro feudo per biennium, ac triennium non ſoluantur. Zaſ. in uſib. feudo. nu. 61. dicit magis communem, licet ipſe diſtinguat inter ſeruitia perſonalia, & realia: quia ſi perſonalia, non perduntur: in realibus diſtinguit, aut ſunt parui pretij, & non perditur: ſi tamen eſt maximi, perditur, quod nota.

Io. Fich.

Feudum nunquam amittitur ipſo iure (excepto ſolo caſu alienationis irrequiſito Domino) ſed ſolummodo per ſententiam Carol. * communem & ueram dicit in conſue. Pariſ. §. 30. nu. 23. par. 5.

25 Feudalia bona non poſſunt obligari nec generaliter, nec ſpecialiter. Anto. de Fan. de pignn. in 2. par. mem. 2. nu. 43. communem dicit.

Io. Fich.

Feudum nec in dotem pro filia dari poſſe, communẽ eſſe dicit Zaſ. in Epi. feu. Tit. de alie. feu. poſt prin. in 4. ampl. Et Domi. Miſing. obſer. 86. (ubi ſcribit eam ſeruari in Camera) Cent. 4.

26 Feudalis res in dubio non creditur, ſed allodialis. Cur. Iuni. in conſi. 184. nu. 2. communem dicit.

27 Amplia

27 Amplia etiam, ſi feudum ſit factum de caſtro cum omnibus pertinentijs: quæ ſunt in territorio: non præſumũtur bona in d. territorio feudalia, ſed allodialia niſi contrarium probetur, Bello. cõſ. 10. nu. 11. communem dicit ex Curt. Iuni. 108. conſi. 158. & 184. & Matthæ. de Affli. deci. 267.

28 Feudales conſuetudines ligãt Eccleſiam, & perſonas eccleſiaſticas. Curt. Iuni. conſi. 177. nume. 10. communem dicit, & uide ſuprà in uerbo. clericus. nu. 52.

Io. Fich.

A feudali ſententia partium appellari poſſe perinde atq; à cæteris ſententijs. & quod in tali appellatione tẽpora de iure communi ſtatuta obſeruantur, communẽ eſſe DD. in c. ſi. quo tempo. nu. concluſionem eſſe dicit Franciſ. Curt. in tracta. feud. in ult. part. in 11. 12. & 13. Et ita ego in Iudicio Cameræ Imperialis iam olim obtinui, in cau. Nobilium à Schvvalbach contra Nobiles à Lindelfels, Hathein, & conſortes.

29 Feudalia bona ſi reuertãtur ad Eccleſiam poſſunt infeudari non ſolùm extraneis, ſed & cõſanguineis prælatorum, dummodò ſint honeſtæ perſonæ, & non eccleſijs onerosæ, Zaſi. de feud. par. 5. nu. 51. communem dicit. et in l. c. decenter. 80. diſtin. & Panor. in c. ut ſuper, de reb. eccleſiæ non alien.

Additio Io. Fich.

Contrariam opinionem poſt multas allegationes cõmunem eſſe aſſerit Dec. conſi. 131. num. 2. (etſi inibi ſtatim in principio ſcribat, in hac quæſtione DD. tã uariè loqui, ut quæ uerior ſit opinio, & quæ communior eſſe uideatur, non facilè perſcrutari poſsit) & ibidem refert Roma. quoq; in conſ. 22. propoſitæ mihi conſultationis &c. cõcludere hanc eſſe communem. Et ſimiliter Alex. in conſ. 80. uol. 1. in eadem reſidere, dicentem hanc eſſe cõmunem, & quod ab ea quouis modo non ſit recedendum. Item Allegat And. Siculũ in c. 2. de loca. col 6. qui & ipſe atteſtatur, hanc eſſe communem DD. opinionẽ. Quam retinuit idem Dec. conſi. 328. Et Auth. hoc loco. Et hæc maximè in eccleſia procedere debet, cum ſit in ipſa æquitate fundata. cuius Eccleſia magis ſtudioſa debet eſſe, quàm Laici, ſecundũ Tex. in c. 1. §. de alie. feud.

Certum eſt tamen, ſi Eccleſia uellet retinere feudum pro ſe, nec cuiquam de nouo concedere, quod hoc poſſet per tex. in c. 2. de feud. Et eſt hæc quoq; cõmunis opinio, ſecundum præceptorem Zaſium in conſ. 8. nu. 44. lib. 2. Et Caro. Ruin. conſ. 152. uol. 1. plura. & quæ ad obtinẽdam reuocationem requirantur, uide infra in uerſi. Vaſallus, ſub nu. 8. ubi notaui.

Io. Fich.

Feudum non confiſcatur cæteris bonis Vaſalli confiſcatis, magis communem dicit Iacobin. de S. Georg. in tract. feud. in uerb. dictique Vaſall. promiſerunt. nu. 63.

Io. Fich.

In feudo clericum ſuccedere poſſe, etſi quæſtionis ſit maximè controuerſæ, ita ut Lauren. Sylua. conſi. 3. nu. 52. lib. 1. ſcribat, de ea dici poſſe, quod dicit Poeta, tot ſunt ſententiæ quot capita, communem dixit, Salice. in auth. ingreſsi. C. de ſacroſ. Eccl. ut eum refert Iacobin. de S. Georg. in ſuo tract. feu. in uer. et quibuſcunque hæredib. & ibi aliquot plures DD. maximè tamẽ Canoniſtas in c. in præſentia, de proba. eam tenẽtes. Item quod ipſe, cùm contigiſſet caſus in priore S. Andreæ. pro ea cõſuluerit, quodq; proinde Prior ille in parte quadã Comitatus à Duce Sabaudiæ fuerit inueſtitus. Itaq; ipſe Iacobinus ibidem hãc opinionem tanquã communiorẽ retinet. Et communiorem eſſe fateri uidetur etiam Zaſ. in Epito. feud. tit. Qui feu. dare poſſ. circa finem.

Contrariam uero opinionem, quòd immò non ſuccedat Clericus in feudo, ſed eius planè incapax ſit ueriorẽ & magis communem dicit Carol. Ruinus conſi. 42. nu. 9. uol. 1. quàm late defendit Curt. in tracta. feu. in 3. par. prin. in 10. q. & Barto. Chaſſ. ſuper Conſuet. Bur. in Ru. Des fiedz. §. 5. in uer. Excepte lex Religieua, per totũ uſque. §. 6. Et tenuerunt eandem ultra allegatos per Iacobinum pro parte negatiua, Feli. in c. præſentia. o. 44. ubi in ſi. refert plures canoniſtas hãc tenẽtes, inſuper Matth. de Afflict. c. 1. de milite uaſaſ. quia arma depoſ. & in c. qui clericus. ſi de feu. fuer. controuerſ. And. Alci. conſ. 222. in prin. Ferra. in Collecta. feuda. lib. 2. c. 2. Et prolixè Sonsbeccius in Commen. feud. par. 12. nu. 137. cum ſeq. pro qua etiam conſuluit expreſsè Rolan. à Vallecõſil. 23. nu. 19. 20. & ſeq. li. 1. in eandem inclinare etiam Zaſiũ, in ſuprà allegato loco ſatis apparet, & allegatis ab eo tã iuribus quàm rationibus. etſi iudicium ſuũ ſuſpendat. Ego uero hanc poſteriorẽ opinionem tanquã ueriorẽ pariter cõmunioremq; ſemper ſequutus ſum. itidemq; alios, in primis autem præſtantiſſ. & celeberimũ in Germania noſtra Iureconſultum Domi. Ludouicum Grempium, Reip. Argentoratenſis Aduocatum, amicũ noſtrum incomparabilem, feciſſe memini. Et procedũt hæc adeo, ut ne per ſubſtitutũ quidem clerico feudum deſeruire concedatur. ſecundum DD. ſupra pro Negatiua allegatos.

30 Fictio ad hoc quòd habeat locum: requirũtur duo extrema habilia. Iaſ. in l. 1. nu. 123. ff. de uſu cõeni dicit.

31 Fictio duplex, circa eandem rem non debet cõcurrere. Ant. Gomez. in l. 46. tau. nu. 92. communem dicit ex gl. in l. cum poſt. §. gener. ff. de iur. dotium.

32 Fideiuſſor ſi efficiatur non ſoluendo, non poteſt creditor petere, ut alius præſtetur, ſi ſumus in fideiuſſore conuentionali. communem dicit Alex. conſ. 60. col. ſi. in princip. lib. 2.

33 Fideiuſſor non dicitur idoneus, qui non habet immobilia: niſi fideiubeat pro diuite, Hypo. in rub. de fideiuſ. ff. nu. 228. communem dicit.

* Nota iſtam communem ad intel. l. 1. titu. 18. l. 3. For. ll. quæ loquitur de identitate fideiuſſoris.

Additio.

Nota quòd ſi pauper fideiuſsit pro diuite, omnia bona inter eos aggregãtur ac pro unico patrimonio reputãtur ſaltim quo ad redden. creditorem cautũ, ut per eundẽ Marſil. in d. rub. nu. 179. In qua materia, Nota quod licet cõmunis opi. ſit quod per ſolationem factã à principali de re aliena ſuo creditori in ſolutũ recipiẽti liberetur, & principalis debitor ac fideiuſſor, inſti. quib. mod. tol. ob. in prin. Bar. in l. ſi quis. ff. de ſolu. contrarium tamẽ ex æquitate tenuerunt Domini de Rota in urbe, rationibus de quibus per M. Ant. Bar. in trac. de temp. uti. & contin. in c. 18. ſub n. 23. ut dixit ſupra in litera D. ſub nu. 104.

34 Fideiuſſor in duriorem cauſam iurans obligatur tanquam principalit. Alci. in c. cum contingat, num. 174. de iur. iurand. communem dicit.

* Nota iſtam communem ad intel. l. 7. tit. 12. part. 5. & pro eius limitatione, & limita etiam d. l. ut per Segu. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de uerb. oblig. ubi dicit, quòd fideiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarentigia, licet principalis non ſit ita obligatus: quia illud nõ dicitur plus, ſed efficacius. ut in l. Marcellus. ff. de fideiuſ.

35 Fideiuſſor, inuito creditore inuitari nõ poteſt, Hiero. Cag. in l. plus cautionis nu. 7. ff. de reg. cõmunem dicit.

Vtrum fideiuſſor, qui diu ſtetit in obligatione petere poſſit, ut à fideiuſsione liberetur, et quomodo hic intelligatur uerbum illud diu.

36 Fideiuſſor poteſt petere ut liberetur à fideiuſsione, ſi diu ſtetit in obligatione, quod relinquitur arbitrio iudicis. Ant. de Tremo. in addi. ad bona. c. in prac. except. in rub. quib. mod. ſuo nomi. nu. 3. in uerbo diu ſtetit. cōmunem dicit.

★ De iure regio dicitur ſtetiſſe diu per annum l. 8. titu. 18. lib. 3. For. ll. & cum hac communi cōcor. l. 14. tit. 12. par. 5. ubi ponit alios caſus in quib. poteſt fideiuſſor petere ut liberetur à fideiuſsione. Sed has ll. & communē intellige niſi alias obligatio ſit guarentigia: quia pōt petere, ut ſtatim liberetur. Dida. de Segu. i l. ſi ex legati. n. 74. ff. de uerbo. oblig. & Suarez in l. poſt rem iudicatā, nu. 148. ff. de re iudi. quem intellige poſtquam creditor habet facultatem agendi ſecundum Bal. in l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſ. 30. anno. quod dictū nota pro intel. l. tit. 31. lib. 3. ordi. de præſcriptione delicti per decem annos, & l. 63. tau. de executione nō facienda poſt decem annos. & l. de madrid. anno. 1534. de apocha recognita, & de confeſsione facta in iudicio, quæ in compilatione noua habetur, ſub titu. 9. lib. 5. li. 3. & 4.

37 Fideiuſſor poteſt agere contra debitorem ex ſola cōfeſsione creditoris dicentis recepiſſe debitum à fideiuſſore. Hypo. in rub. de fideiuſ. nu. 265. & Ant. de Tremo. in addi. ad bona, in pract. excepti. in rubr. quib. mod. ſuo no. nu. 39. uerſ. ſub iudicibus ſecularibus uerſi. fallit. nu. 20. communem dicit.

Additio Io. Fich.

Hanc ſimiliter communem dicit Iaſ. in l. ſciendum. nu. 30. ff. qui ſatiſd. cogan. Quam ampliat uno modo, & limitat quatuor modis Hyppoly. in rub. de fideiuſſ. ſup. allega. nu. 27. cum ſeq.

Fideiuſſor eſt idoneus teſtis pro fideiuſſore, ad probādum quòd non fideiuſſerint principaliter, Iaſ. in l. dictātibus, nu. 8. C. de teſta. communem dicit.

39 Fideiuſſori non citato non nocent facta contra principalem, Ripa in l. apud, nu. 34. C. de eden. communem dicit.

Io. Fich.

Fideiuſſor licet in cauſis criminalibus ubi pœna capitalis eſt, uel etiam corporalis, interuenire nō poſsit (quę & ipſa communis eſt opinio) tamen poteſt, quando conſuetudine loci ita receptū eſſet. communem dicit Pet. à Duen. lib. 1. Regu. Iuris. Regu. 331. in fi.

40 Fideicommissum cōditionale nō tranſmittitur ad hæredes. Curt. Iuni. conſi 79 nu. 1. communem dicit.

41 Amplia etſi fideicommiſſum ſit aſcendentis, quia nō tranſmittitur ad aſcēdentes. Cur. Iuni. cōſi. 135. nu. 5. & Senior conſi. 75. nu. 4. & Deci. in conſ. 115. in princip. & conſ. 574. col. 1. communem dicit.

42 Fideicommiſſum relictum eis qui ſunt de familia intelligitur relictū ei qui in agnatione, uel familia tenet primum gradum & proximiorem. Alexan. conſ. 88. nu. 12. uol. 1. communem dicit.

43 Fideicommiſſum conditionale tranſit ad hæredē decedente fideicommiſſario ante factam ſibi reſtitutionē, communem ait Alex. in l. cum filio col. 11. de leg. 1. Dec. conſi. 490. nu. 10. uerſi. poſtremo.

44 Fideicommiſſum remitti non uidetur per diuiſionem factam inter grauatos onere futuri fideicommiſsi, dato quòd partes promittant non contrauenire diuiſioni. cōmunem teſtatur Deci. conſ. 491. col. 4. in fin. uerſ. ſed tamen his non obſt.

45 Fideicommiſſaria ſubſtitutio non dicitur propria ſubſtitutio: communem dicit Ripa in rub. de uulg. & pup. nu. 10.

46 Si fideicommiſſum relictum ſit ultimo morienti uidetur facta ſubſtitutio reciproca inter inſtitutos. Curt. Iuni. conſi. 3. nu. 4. communem dicit.

47 Fideicommiſſum reſultat ex ſola coniecturata mente teſtatoris, etſi ex uerbis non conſtet. Curt. iuni. cōſ. 121. nu. 10. communem dicit.

48 Ex quibus quando teſtator ordinat, quò ſua bona uſque in perpetuum remaneant infraſcriptis filijs, & hæredibus ſuis, & eorum deſcendentibus, reſultat ſubſtitutio fideicommiſſaria, Curt. conſi. 3. numero 20. communem dicit.

49 Fideicommiſſum relictum alicui, ſi ſine filijs deceſſerit, ſpirat relectis filiabus, Curt. Iuni. conſi. 136. num. 14. communem dicit.

Io. Fich.

In fideicommiſſaria ſubſtitutione attēdi magis teſtatoris, quàm hæredis proximiores, ueriorem & communiorem dicit Dilect. in ar. teſt. tit. 5. cau. 21. ubi uide.

Io. Fich.

In fideicommiſſaria ſubſtitutione, filiū ſuccedere in locum patris, eſſe magis communem opinionem dicit Alex. conſ. 36. uol. 3. & Iaſ. conſ. 158. uol. 2.

Decius autem conſi. 1. & conſi. 227. & conſi. 299. contrariam opinionem magis eſſe communem dicit.

50 Fideicommiſſum uniuerſale tranſit in eccleſiā, uel ciuitatem abſq; reſtitutione, Iaſo. in l. ut interdum, nu. 12. C. de ſacroſanct. eccleſ. communem dicit.

51 Fideicommiſſum non dicitur reſolutum, uel renūciatum per diuiſionem factam inter fratres: etſi promiſſum ſit non contrauenire diuiſioni, Bello. conſi. 19. nu. 8. communem dicit ex Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 1. de uerbo. obliga. ff. & Deci. conſ. 86. nu. 4.

4 Amplia, non ſolùm quo ad dictum, ſed etiam quo ad alia de iure canonico. Præpoſ. in c. Epiſcopus, 12. qu. 2. cõem dicit. & competit contra creditorem totum petentem remedium euangelicæ denunciationis. Alcia. in c. nouit. de iudi. nu. 34. communem dicit.

5 Nota quòd ſi unus ex hæredibus non ſit ſoluendo: alius tenetur exonerare conſcientiam defuncti, Alci. in l. 2. §. 1. num. 31. ff. de uerborum obligationibus. communem dicit.

6 Hæres, etſi ſit filius, tenetur obſeruare contractum factum per patrem, etiam ſi tangat ſuam legitimam, Suarez. in l. quoniam in prioribus, num. 7. in 7. ampliatione. C. de inofficioſo teſta. communem dicit.

* Nota iſtam communem ad intellect. l. 24. ti. 13. par. 5. & uide rationem ſuprà in uerbo binubit, nume. 9. de quo uide per Ioan. Ma. in l. generaliter. de ſecund. nupt. nume. 17. C.

7 Hæres unuſquiſque inſolidum tenetur adimplere factum indiuiduum ad quod tenebatur teſtator, & uno adimplente eſt ſatisfactum, & alij non incidunt in pœnam. Alcia. in l. 2. §. Cato, nu. 41. ff. de uerb. oblig. communem dicit.

8 Hæres qui confecit inuentarium, etſi doloſè omittat ponere unam, uel duas res in illo: non tenetur inſolidum, ut aliàs teneretur, ſi nullum inuentarium cõfeciſſet. Iaſ. in l. in computatione. §. licentia, nu. 4. C. de iure delibe. communem dicit.

Ioan. Fich.

Hæres hæredis, ob tranſmiſsionem iuris deliberandi, excludit ſubſtitutum, & eidem præfertur, communẽ dicit Guil. bene in c. Rainutius in uer. &c. Si abſque liberis moreretur, nu. 69.

9 Hæres condemnatus per ſententiam, beneficio inuentarij iuuatur. Alex. in l. ex diuerſo. §. fi. ff. ſolu. matrimonio. communem dicit. Iaſ. in l. 1. ff. de iuris & facti igno. nume. 17.

10 Hæres ſuus, etſi repudiaret hæreditatem: poteſt re integra reuocare repudiationem, etſi habeat cohæredem extraneum, Iaſ. in l. pupillorum de repudi. & abſti. hæredit. nu. 2. communem dicit.

11 Hæres ſucceſſurus infra tempus primi hæredis, interrogatus ſi uelit ſuccedere: & ipſe dicat quòd non, ſibi præiudicat, Iaſ. in rubri. de ſucceſ. edi. in princip. communem dicit.

12 Hæres non conficiens inuentarium, non perdit Trebellianicam, communem ait Alex. conſi. 2. lib. 5. & cõſ. 62. lib. 4. Contrariam uerò inquit magis communem Fulg. in auth. ſed cùm teſtator. C. ad l. Iulia. & Deci. cõſil. 436. col. 5. in princ.

13 Hæres ſcriptus in teſtamento ualido de iure ciuili, ſi agnoſcat bonorum poſſeſsionem, de iure prætorio non eſt propriè hæres, communem teſtatur Ripa in l. 1. nu. 12. ff. de uulg. & pupil.

14 Hæredis appellatione in materia feudali, ſoli filij ueniunt, ita cõiter teneri dicit Deci. conſi. 516. nu. 10.

15 Hæres non adiens hæreditatem inſtitutus in re certa, eſt uniuerſalis hæres. Alex. in l. quoties. C. de hære. inſti. Io. Durand. in arte teſtan. tit. 6. cau. 2. Mainerius in l. ius noſtrum. nu. 6. de reg. iur. ff. communem dicit.

* Cum hac concor. l. 3. titu. 5. par. 6. & plus dicit l. 14. 3. par. ea ꝙ inſtitutus in re certa, ſi alius hæres non inueniatur: nec in illo, nec in alio teſtamento, ille erit hæres, & uide l. 17. eiuſdem titu. Infra litera, I. nu. 39.

16 Hæres ſi cedit actionem forenſi contra ſtatutum, ſi hoc faciat ex mandato teſtatoris, non incidit in pœnam ſtatuti. Iaſo. in l. iuſtè poſsidet. nu. 59. de acquir. poſſ. ff. communem dicit.

17 Hæres inſtitutus tanquam filius reputatus à patre nõ. ſuccedit, ſed uenientes ab inteſtato, ac ipſis deficientib. fiſcus ſuccedit, Iaſ. in l. ſi pater tuus, nu. 10. C. de hæred. inſtit. communem dicit.

18 Hæres defuncti præſidis habebit integrum ſalarium totius temporis officij, ſi tempus non ſit finitum, Curti. Iun. in l. diem functo. nu. 30. de offi. aſſeſſ. ff. communem dicit. uide in uerbo ſalarium. nu. 1.

19 Hæres tenetur ad alendum uxorem defuncti infra annum luctus, Iaſ. in §. fuerat. inſtitu. de actio. nu. 18. communem dicit.

Additio.

Limita, niſi hæredes uellent incontinenti ſol. matr. dotẽ reſtituere non expectato aliter lapſ. anni, qđ facere poſſunt, nec tenetur hinc ad alimenta ex quo dilatio illa anni in eorũ fauorẽ ſit introducta per Bal. in auth. & qui iurat. nu. 61. in fi. C. de bon. auth. iudi. poſsi. Limita ſecundò niſi infra annũ nuberet. Cin. in l. fi. C. de bonis mater. Imol. in l. diuortio, nu. 4. ff. ſol. matri. cum aliis.

20 Hæres tenetur ad ſoluendum æs alienum, & non uſufructuarius. Deci. conſ. 620. Io. Dur. in arte teſtan. tit. 6. cau. 42. communem dicit.

21 Hæres mariti poteſt accuſare adulterium uxoris cõmiſſum in uita mariti, etſi ignorauerit adulterium. Boe. deci. 338. nu. 7. communem dicit.

* De iure regio, poſt mortem mariti mulier adultera poteſt accuſari de adulterio cõmiſſo in uita mariti per ſex menſes utiles à tempore adulterij commiſsi, non tamen poſt. l. 3. tit. 17. par. 7. & nota quòd licet de adulterio non poſsit mulier accuſari abſque uoluntate uiri, ne in l. 3. tit. 7. li. 4. For. ll. correcta. l. 5. tit. 17. par. 7. maritus tamen uenit puniendus ſi fuit adulterij cauſa l. 7. tit. 17. part. 7. de quibus ll. uide Ioan. Lupum in repeti. c. colu. 233. §. 21. nu. 23.

22 Hæres inſtitutus, etiã dato ſubſtituto uulgariter, ius deliberandi tranſmittit ad hæredes ſi deceſſerit hæreditate nou adita. Sciens ad ſe hæreditatẽ delatam. Io. Durand. in arte teſtan. tit. 5. cau. 1. communem dicit.

23 Hæredi, ad hæreditatem uendicandam, dantur plura remedia, & reſpectu poſſeſsionis adipiſcendæ, datur primo remedium l. fi. C. de edi. diui Adri. toll. ut oſtenſo teſtamento non cancellato, nec abolito hæres mittatur in poſſeſsionem rerum hæreditariarum, quod remedium competit ex teſtamento, non tamen ab inteſtato, Deci. in d. l. fi. & Bello. conſ. 35. cõem dicunt. Item datur remedium quorum bonorum, utile l. 1. & docto. ibi. C. quorum bonorum quod interdictum datur contra illũ qui poſsidet pro hærede quia putat ſe hæredẽ, uel pro poſſeſſore, quia incumbit poſſeſsioni ſolum. §. adipiſcendæ. inſti. de interdictis. Si uerò habet titulum uerum: ut ſi poſsidet pro emptore, pro dotato, pro dote, ſicut petitio hæreditatis non datur contra eum, ut per Iaſ. in §. actionum nu. 218. ubi dicit communem. nec interdictum quorum bonorum, ſed tamen dicta reg. patitur plures exceptiones de quibus per Iaſ. ibi & Tiraque. in tracta. le mort ſaiſit le uif. par. 3. num. 13. & Aymon. de Crauetta conſil. 73.

24 Hæredis appellatione non uenit fideicommiſſarius, Bello. conſi. 42. nu. 13. communem dicit.

25 Limita in ſtatutis quæ ſunt conformia iuri communi, uel præter ius commune, idem Bello. nu. 15. communẽ dicit, & Alex. in conſi. 82. uolu. 2.

26 Hæreditate aui priuatur nepos parricidio commiſſo à patre, Boer. deci. 21. nu. 8. communem dicit.

27 Hæreditas defuncti occiſi per familiã non debet adiri priuſquàm familia, ac ſerui fuerint torti, ſiue palàm,

ſiue

ſuc clam fuerit facta mors. Si tamen extraneis fiat, ſi pa Iſm non eſt adeunda antequam accuſatio fiat. Si tamen fuerit facta clam: poteſt adiri, & poſtea fi accuſatio. Iaſ. in l. cum frater, numer. 4. C. de his qui. ut indig. communem dicit.

28 Hęreditate adita, non dicitur amplius hæreditas. Iaſ. in l. poſſeſsio appellata. §. ueteres. nu. 18 ff. de acqu. poſ. communem dicit.

29 Hæreditatis aditio eſt animi. Ioan. Duran. in arte teſtan. titu. 11. cau. 1. communem dicit. ſed non probatur niſi per actum, Anto. Nicc. in concord. 69. uolu. 1. communem dicit.

Io. Fren.

Hæreditatis aditio etſi animo fiat, tamen illius animi declaratio per actus externos requiritur cōmuniter tenere dicit Alex in l. pro hærede, ff. de acqui. hære. Et Bal. in certis annis col. fi. C. de pactis. uolūtas enim in corde retenta, non inducit aditionem hæreditatis, ut ibi dicit. Et idem Bal. in l. cum antiquiorib. C. de iure delib. nihil gerendo, inquit, non pōt induci hęreditatis aditio, quod clarè colligitur ex d. l. cum antiquiorib. ibi, Sed nec aliquid geſſerit quod aditionē &c. Et ex tex. l. Si aula. C. eo. tit. Et §. fi. ubi glo. Inſt. de hære. qual. & diffe. Qui autem ſint actus talem aditio. nō declarātes, uide apud Bal. in conſi. 224. ſuper eo quod quæritur &c. uol. 2.

30 Hæreditas poteſt adiri uſq; ad triginta annos. Ale. in l. licet, de iure delib. C. elapſis tamen, poſſunt filij ex capite, unde legitimi intra alios triginta adire. Alex. cōſi. 89. uol. 2. Extraneis aūt ex capite ignorātię, reſtitutio cōceditur. Io. Duran. tit. 11. cau. 6. communem dicit. Balb. autem in tract. præſcri. in 4. par. q. 19. dicit quòd cū filius poſsit adire hæreditatem ex capite, unde liberi, unde legitimi, & unde cognati, quòd ex quolibet c. habet triginta annos ad adeundam hæreditatem paternam, & dicit hanc eſſe communem. Iaſ. auth. in l. licet num. 1. & 5. de iur. d li. C. dicit quod extraneis ius adeūdi durat per triginta annos. ius autem immiſcendi quod competit ſuis, durat etiam per triginta annos ſolum, & hanc dicit eſſe communem. Sed Suarez. in l. 8. tit. de las herencias lib. 3. For. ll. nu. 41. cum ſequenti, concludit communem opinionē eſſe, quòd filij habeant ex teſtamēto triginta annos ad adeundam hæreditatē: at illis completis habeant alios triginta annos ab inteſtato, & ſic filij habēt ſexaginta annos ad adeundam, & petendā hæreditatem paternam. Et plus dicit, ꝙ ſolum ab inteſtato habet ſexaginta annos: etſi non ſit teſtamentum, & dicit communem in nu. 54 Et nota quòd in quantum dictūm eſt per Suàrez. quòd ex teſtamento habet triginta annos filius, & illis completis habet alios eum ſolus in teſtamento fuit inſtitutus hæres, ſecus tamen quando habuit alios hæredes quia non habebit niſi illos priores triginta annos, ut pr Bal. in l. licet. C. de iur. deli & Lud. de Gozza. in cōſ. 30. nu. 6. quod nota quòd per iſtud notabile concordāt omnes opiniones ſupradictæ, & concludit quòd ius adeundi, & immiſcendi præſcribit contra filios per triginta annos, quando ſunt alij hæredes, ſecus tamen ſi non ſunt alij hæredes, nec deſcendentes, ut legaliter notat dictus Ludo. de Gozzadinis in conſi. 56. nu. 5. & 13.

✱ De iure regni habes. l. 7. titu. 14. par. 6. diſtinguentem, uel detinens poſsidet cum bona fide, & titulo, & præſcribit per decem annos inter p̄ſentes, & uiginti inter abſentes: aut poſsidet cum titulo, & mala fide, aut ſine titulo, & cum mala fide, & p̄ſcribit per triginta annos. Quibus elapſis non datur ingreſſus ad hæreditatem adeunda: & ex hac lege uidetur approbata communis opinio relata à Iaſone: quòd ſolum ſint dati, triginta anni ad adeundā hæreditatem ex quocunque titulo.

31 Hæreditas paterna non adita, filio mortuo, trāſmittiē ad hæredes extraneos. Iaſ. in l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. nu. 1. communem dicit, & Tiraquel. in tract. le mort ſaiſit le uif. par. 2. decla. 5. nu. 21.

32 Amplia etiam, ſi non ſit agnita iure ſuitatis Deci. cōſ. 331. & conſi. 245. & Iaſ. conſi. 30. uol. 1. communem dicunt.

33 Amplia ſecundò, in hærede minoris: qui mortuus eſt ante aditam hæreditatem. Quia ſuccurritur reſtitutione. Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. 11. cau. 1. communem dicit, Iaſ. in l. ſi infanti, nu. 17. C. de iure delib. communem dicit.

34 Reſtringe iſtam ampliationem: ſi eſt appoſita in teſtamēto clauſula codicillaris: Quia hęredes in hoc caſu petunt hæreditatem ex fideicommiſſo, & nō eſt neceſſaria reſtitutio. Alexan. in l. cum filio. ff. de leg. 1. Ioā. Duran. ibi ſupra communem dicit.

35 Limita primam concluſionem in filio emācipato: qui hodie non tranſmittit hæreditatem non aditam ex potētia ſuitatis: quia licet ſit ſublata differentia ſuitatis, ac patriæ poteſtatis quo ad ſucceſsionem ab inteſtato: non tamen in alijs, ut in tranſmiſsionibus: Iaſ. in l. emancipata nu. 6. C. qui admit. communem dicit.

36 Hæreditate paterna repudiata, cæteris filijs debet hæreditas æqualiter. Coua. in epi. de ſucceſsio. ab inteſtato, conſi. 6. communem dicit.

37 Hæreditatē adire poteſt præcipuè ſeruus uſufructuarius cuius contemplatione relictus eſt ſeruus uſufructuarius, & non requiritur uoluntas proprietarij. Iaſ. in l. poſſeſsio appellata. §. ueteres, nu. 37. de acquir. poſſeſſ. ff. cōmunem dicit.

38 Hæreditatem adire infans non poteſt: ſed ſolum pater, aut tutor, aut eſt maior infante & minor ſine tutore, nec tutor ſine minore adire pōt. Bello. cōſi. 24. nu. 16. cōmunem dicit, ex Soci. cōſi. 89. & Bart. in l. infanti. C. de iur. deliber. & Do. in l. bonorum. C. qui admit.

39 Nota quòd per quemcunque actum per quem poteſt quis adire hæreditatem nomine proprio, cenſet adire pro alio. Bello. conſilio 54. nu. 15. communem dicit ex Bar. in l. gerit in fi. ff. de acqui. hære.

40 Hæreticus, ad hoc quod quis dicatur, requiruntē ſaltem duo teſtes de hæreſi, Boer. deci. 142. num. 2. communem dicit.

41 Hæreticus condemnatus per iudicē Eccleſiaſticum, non dēt de illo cognoſcere Iudex laicus. Iaſ. in l. magiſtratibus nu. 10. de iure iuran. communem dicit.

42 Hæreſis crimen eſt mere eccleſiaſticum: ita quòd Iudex laicus non poteſt ſe intromittere ad cognoſcēdum de illo. Alcia. in l. perniciosam, de offi. ordi. nu. 37. communem dicit.

Additio.

Et hæretici quadruplici pœna puniuntur. ſ. excommunicatione, depoſitione, rerum ablatione & militari perſecutione. Albe. in d. uerſi. Hæretici puniuntur, prout his temporibus illa n qua tā pœnam ac iuſtam perſecutionē à catholicis cum Eccleſiæ auxilio, ut dicitur contra ſchiſmaticos in Gallia inductam & iam exequutā uidemus. Quo uerò ad ſententiā inquiſitionis cōtra ipſos dicit Bar. in l. magiſtratib. circ. fi. ff. de iuriſd. om. iud. quod exequutioni dicta ſententia non mittitur à Iudice laico, ſine nouo proceſſu. Quæ opi. non uidetur uera, quia contra eum eſt caſus in c. ut inquiſitionis, de hære. in 6. & arg. in d. l. magiſtratibus. nu. 6. Niſi ſaluandū Bartolum dicas quod uerum ſit de iure antiquo, quod hodie correctum eſt per conſtitutionem Feder. de qua Bar. notitiam non habuit, ut dicit ibi Ange.

HOMICIDIVM, ſi per ſtatutũ mandetur corporaliter puniri: debet intelligi: ſi per dolum fuit commiſſum. Iaſ. in l.1.nu.70.ff.de leg.communem dicit.

IOAN. FSCH.

Homicida uerus ſi neſciatur, puta, quando mortuus tãtum unicum uulnus habuit, & rixatorum fuerunt plures, uel etiam plura ſint uulnera, tunc propter incertitudinem omnes liberantur. cõmunem dicit Aegid. Boſſ. in Tracta. maleſic. tit. de Homici. nu. xxvj. Item glo. in l Itẽ Mela. §. Sed etſi ſeruum plures, ff. ad l. Aqui. cõmuniter recepta, ut dicit Hypo. de Marſ. in Rub. C. de proba. nu. 548. per plurima ibi allegata. Et dicit ſe ter conſuluiſſe pro hac opinione, & aliquoties allegaſſe uiua uoce, & ſemper obtinuiſſe.

44 Homicida non eſt priuatus beneficio, ſed requiritur ſententia. Alcia. in c. cum ab homine, nu. 15. de iud. communem dicit.

45 HOSPITALE priuatum non eſt impetrabile à Papa, nec de illo ſe poteſt intromittere: licet poſſit dici pius locus. Curtius Iunior cõſilio uigeſimo, numero primo, communem dicit.

46 HYPOTHECA expreſſa, ſi non eſt in poteſtate debitoris recipere pecuniam: incipit à tpe promiſsionis: ſi tamen erat in ſua poteſtate à tempore ſolutionis per l.1. ff. qui po. in pign. habeantur. quam legem intellige generaliter in omni credito, & non in ſola dote. Anto. de Fano de pigno. in 2. par. mem. 4. nu. 78. communem dicit.

47 Nota quòd hypotheca tacita in dote incipit à die promiſsionis: ſi poſtea ſequatur traditio. Idem ibi nu. 80. cõmunem dicit.

48 Hypotheca tacita generalis, quã mulier habeat pro dote nõ præiudicatur, ſi mulier habeat pro dote ſpeciale pignus: ſed concurrunt ambæ cum mulier non poſſit facere ina dotis deterius. Ant. de Fano. in 4. mem. 7. par. nu. 83. communem dicit.

49 Amplia, in inquilino, qui promiſſus eſt de ſpeciali hypotheca alicuius rei conductoris: nam per hanc nõ tollitur hypotheca generalis de rebus inuectis in domo conducta. Idem ibi nu. 89. communem dicit.

50 Hypotheca generalis quam habet mulier pro dote, eſt ita efficax quòd præfertur alijs creditoribus habentibus etiam tacitam hypothecam, idem ibi, nu. 93. communem dicit.

51 Amplia iſtam communem ad matrimonium putatiuũ cum bona fide contractum, idem ibi, nu. 103. communem dicit.

52 Nota quòd licet iſta hypotheca tranſeat ad filios eiuſdem matrimonij, non tamen ad filios alterius matrimonij, idem ibi, nu. 95. communem dicit.

53 Hypothecæ generali ſubijciunt merces uænales. Cro. in l. ſi conſtãte, conſi. 44. & ſeq. ſolu. matri. dicit communem, & Iaſo. in l. qui Romæ. §. Callimachus, col. 3. de uer. obli.

54 Hypotheca tacita in bonis tutoris, uel curatoris, & eorum fideiuſſoris incipit tempore, quo incipit eſſe tutor non tempore quo incipit male adminiſtrare, Neguſan. in tracta. de pigno. in 4. mem. ſecundæ partia principalis, nu. 12. ubi dicit communem & tenendam.

55 Hypotheca, ſiue tacita, ſiue expreſſa in contractibus conditionalib. retrotrahitur ad diem cõtractus. hanc cõmunem, & magis ueram inquit Neguſ. de Fano. in tract. de pigno. in 1. mem. v. partia principalis nu. 24.

56 Hypotheca expreſſa anterior præualet hypothecæ tacitæ pro dote cum ſit poſterior: idem ibi nu. 98. communem dicit.

IOAN. FSCH.

Hypotheca tacita pro dote competens nõ præfertur priori expreſſæ. communem dicit, ex Iaſo. Gomeſsio, Zaſio & alijs, Didac. lib. 1. uaria. reſolut. c. 7. in 3. conclu. Sed bene præfertur expreſſæ poſteriori, ut ibidem in 4. conclu. Expreſſa quoque hypotheca pro dote nequaquã præfertur expreſſæ priori. communem dicunt Socinus, Ripa, Fanenſis, Iaſon, & Corraſ. ſecundum Didac. in d. c. 7. in 5. conſi.

57 Amplia quòd hypotheca expreſſa anterior præfertur hypothecæ etiam expreſſæ pro dote, idem ibi, nu. 100. & 102. communem dicit.

58 Hypotheca, quam habet locans in rebus allatis & inuectis in domo conducta, non ſolum habet locum quando pro mercede in genere facta fuit locatio, ſed etſi facta fuerit pro certa mercede, Ant. de Fano. de pigno. in 4. mem. 4. par. nu. 137. communem dicit.

59 Fallit in bonis alienis inuectis, ac allatis, quia non inducitur tacita hypotheca, niſi dominus ſciat, & taceat: quia tunc bene inducitur. idem ibi, nu. 152. cõem dicit.

60 Hypotheca pro legatis, licet conſtituatur in bonis teſtatoris, non tamen in legatis. idem ibi, nu. 158. communem dicit.

61 Fallit, niſi à teſtatore remittatur, quia tunc non inducitur, idem ibi, nu. 162. communem dicit.

62 Hypotheca generalis omnium bonorum comprehendit tam præſentia, quàm futura, & nomina debitorum. idem ibi, nu. 165. communem dicit.

An excuſsio ſit neceſſaria in bonis principalis, et pronũciatio Iudicis eã eſſe legitimè factã, ut poſt hypothecæ nomine cũ tertijs poſſeſſorib. agi poſsit, ubi ſubdit extenſiones & exceptionem, nu. 64. 65. 66. 67. 68.

63 Hypotheca ad hoc quod poſsit intẽtari cõtra tertios poſſeſſores, requiritur quòd fiat excuſsio in bonis principalis. & quòd ſit pronunciatum per Iudicẽ legitimè excuſſum. idem in 8. parte mem. 1. nu. 1. communẽ dicit.

64 Idem requiritur citatio poſſeſſorum, & fideiuſſorum, idem ibi, nu. 12. communem dicit.

65 Amplia etſi hypotheca ſit expreſſa. Anto. de Fa. de pignor. in 8. par. mem. 1. nu. 31. communem dicit.

66 Amplia ſecundò, etſi pro dote. Idem ibi, nu. 23. communem dicit.

67 Amplia, etſi bona eſſent confiſcata: quia prius fiſcus debet excuti. idem ibi, nu. 15.

68 Fallit quando actualiter fuit pignus traditum creditori: nam ſi poſtea cadat à poſſeſsione, uel de tẽtatione poteſt uendicari poſſeſſore ſine excuſsione. idem ibi, nu. 8. communem dicit.

I

1 IDONEITAS quæ in teſcripto apponitur, non requiritur quòd probetur, quamuis poſita ſit ſub conditione. Alcia. in tract. de præſum. re. 3. præſump. 3. communem dicit.

Quid ſit neceſſarium, ut excuſet ignorantia, ubi de lucro tractatur conſequendo, quod etiam extendit nu. 3.

2 IGNORANTIA, ad hoc quòd excuſet quando de lucro captando agitur: requiritur quòd caſu fuerit uolens ſe iuuare ex ignorantia plures peritiores, & non ſufficit unus. Io. Nico. conſ. 1. nume. 7. de ſecun. nupti. communem dicit.

3 Amplia ad reſtitutionem concedendam ruſtico in cõtractu contra ius initum, quia debebat conſulere duos peritos, & non ſufficit unum conſulere Io. Mauri. de reſti. in integ. c. 88. communem dicit.

2 Ignorantiam contentorũ in teſtamento patris, præſumitur filius habere. Curt. Iuni. conſi. 8. hæres autẽ extraneus

nius non, poſtquam ſe immiſcuit. Hiero. Cagno. in l. qui in alterius. nu. 12. ff. de re iu. communem dicit.

Io. Fich.

Ignorantia proprio iuramento probari poteſt, cõmunior eſt Dida. lib. 2. uaria. reſolut. c. 10. verſ. tertio admittenda eſt.

Idem.

Immissionis petitio ex l. ſi. c. de edicto di. Ad. tollen. habet ſolummodo locum in hæredibus uel ſucceſſoribus ex teſtamento: ſecus in uenientibus ab inteſtato. Communem dicit Iaſ. in d. l. ſi. nu. 23.

5 Imperator eſt dominus mundi Iaſ. in l. cunctos populos. nu. 6. C. de ſum. trin. communem dicit.

6 Imperium merũ eſt poteſtas gladij animaduertendi in facinoroſos homines. Alcia. in c. quod ſedem, nu. 58. de offi. ord. communem dicit.

* Lex 2. 35. par. 4. dicit merum imperium eſt poteſtas iudicandi, & imperandi qui ſunt ex ſua iuriſdictione.

7 Immunitate eccleſiaſtica non gaudet qui per inſidias interfecit, uel percoſſit alium: & iſte eſt communis ſenſus c. 1. de homi. teſte Coua. in reſo. c. 70. lib. 1. nu. 7. ex Anani. & Fe. in d. c. 1.

8 Amplia iſtam communẽ, ad clericum homicidã per inſidias: quia debet actualiter deponi, & tradi curiæ ſæculari, non expectata incorrigibilitate propter atrocitatem criminis. idem Coua. in d. nu. 7. communẽ dicit ex Panor. in c. cum non ab homine iudici. licet ſibi nõ placeat & cõem dicit ↄtrariam ex Aret. in d. c. cũ nõ ab homine, & Deci. in c. at ſi cler. de iud. cui ego aſtipulor.

Io. Fich.

Immunitas à Collectis non habet locũ in talib. collectis quæ ob publicã utilitatem imponunt. Hanc æquitati conſonam, & ut magis cõem firmat Iaſ. in l. Si ex toto. nu. 12. de leg. 1. ut refert Miſing. Obſer. 70. Cent. 4.

9 Imperium miſtum eſt iuriſdictio, quæ impartitur officio iudicis nobili ad priuatam utilitatem. Alcia. in c. quod ſedem de offic. ordin. nu. 62. communem dicit.

Ioan. Fich.

Impersonalitas in uerbo executiuo nõ uitiat obligationẽ, dum pceſſerit pſonalitas in uerbo diſpoſitiuo uel obligationis inductiuo. cõem dicit Iaſ. in l. ſio. nu. 2. ff. ſi cer. pet. & ibidẽ Zaſ. nu. 3. licet ipſe ab eadẽ recedat.

10 Impetratio maioris, uel minoris beneficij non facta mentione de beneficijs quæ habet impetrans: nõ ualet. Pan. in c. ad aures nu. 2. de reſ. communem dicit.

11 Amplia, quia eſt facienda mentio de beneficio in ſpecie. Ioan. de Ripa in d. c. ad aures, nume. 67. communem dicit.

12 Impetrans beneficium expreſſo ualore, non tenetur probare ualorem, etſi dicat uerum ualorem expreſſiſſe. Cur. Seni. conſi. 127. quem refert Ripa in d. ca. ad aures, nu. 7. communem dicit.

13 Impetrans nõ debet facere mentionem de nobilitate. idem ibi nu. 68. communem dicit.

14 Impetrare poteſt quis beneficium pro alio ſine mãdato. idem ibi, nu. 94. communem dicit.

15 Impuberi licet ſit ſublata poteſtas teſtãdi: poteſt tamen cum iuramento, & clauſula ſi in pupillari ætate deceſſerit teſtari, Dec. in l. pupillus. ff. de reg. iur. Duran. in arte teſtan. tit. & cau. 5. communem dicit.

16 Impubes, ſi niaus eſt ad copulam: ſi propè perfectam ætatem conſentit in matrimonium: cõtrahit illud. Cou. in epi. 4. c. 4. §. 1. nu. 20. communem dicit.

Impuberem quoque iuramento aſtringi, communem dicit Decius in l. pupillum. ff. de reg. iur. refert Dilect. in ar. teſt. ti. 1. cau. 5. ubi tamen dicit quod de ſtricto iure cõtraria opinio facilè poſſet ſuſtineri.

Idem.

Impunitatem reo criminis qui ad eccleſiã confugerat per Magiſtratum, aut iudicem promiſſam, hocq; medio reo extra Eccleſiam deducto, eidẽ obſeruare & præſtare Magiſtratus non tenetur, ſi ſaltem eiuſmodi crimẽ erat, ob qđ delinquens iure poterat ab Eccleſia extrahi, communiter receptum dicit Dida. Couarru. lib. 1. uariarum reſolut. c. 2. in ſi.

17 Indicium remotum à maleficio, non eſt ſufficiẽs ad torturam. Mar. Anto. de iudi. nu. 150. communem dicit in repe. l. ſi. ff. de quæſt.

18 Fallit in indicio, quòd ſit ſolitus delinquere. Idem ibi nu. 148. communem dicit.

19 Fallit ſecundò, in graui inimicitia licet non in leui. idem ibi nu. 175. communem dicit.

Quæ culpa pariat præſumptionem incẽdij, & num in omiſſis, an uerò in factis uerſetur hæc culpa.

20 Incendium præſumitur ex culpa leuiſſima, Iaſ. in l. hæreditatis domos. ff. de leg. 1. communem dicit.

21 Intellige iſtam communẽ in culpa leuiſſima in omittendo, ſecus tamen in committendo. Coua. in epi. 4. c. 6. §. 8. nu. 13. communem dicit.

* Nota iſtas communes, quæ faciunt ad intel. l. 10. tit. 5. parte 7. & l. 11. tit. 5. lib. 4. For. ll. ubi imponit pœna incendiarijs: Et nota quòd crimen incendiarij eſt crimẽ publicum, & poteſt à quocunq; capi l. 2. tit. 29. parte. 7. ubi ponit caſus in quibus quilibet de populo poteſt apprehendere malefactorem, & uide l. 7. tit. 14. li. 2. ordi. quæ ampliat dictam l. 2. Ad omnia delicta in quibus quis inuentus fuerit in fragranti delicto, in algazelo tamen.

Io. Fich.

Incendiũ in dubio præſumit culpa inhabitantium exortum, cõuer tenetur ut di. Iacob. Nouel. re. 18. uide ſu latè hanc materiã examinatẽ Matth. de Afflict. deciſ. 57.

22 Indiciorum copia danda eſt reis. Ioan. de Ripa, de eden. C. l. 2. nu. 8. communem dicit.

23 Indefinita in materia probationis, non æquipollet uniuerſali, Curt. Iunior conſilio 17. nume. 13. communem dicit.

24 Indignitas hæredis ſi prouenit ex ſua culpa, ſuccedit fiſcus: ſi tamen uenit errore teſtatoris ſuccedunt uenientes ab inteſtato, Iaſ. in l. ſi pater tuus. C. de hæredib. inſtituendis nu. 10. communem dicit.

25 Fallit, ſi illa culpa reſpicit offenſam certæ perſonæ, quia illa ſuccedit, ſi tñ hæres eſt omnino indignus, ſuccedunt uenientes ab inteſtato. Iaſ. in l. hæreditas. nu. 10. C. de his quibus ut indign. communem dicit.

26 Nota, quòd ficut ſuccedens tenetur ad legata ad quæ ipſe indignus tenebatur, ſi tamen ſuccedit fiſcus, quia nõ inuenit qui uelit acceptare hæreditatẽ, nõ teneatur fiſcus ad ea. Iaſ. in l. eam quam. C. de fideicommiſ. nu. 13. communem dicit.

27 Inhabilis ad teſtandum, non habilitatur per l. 1. C. de ſacr. ſanct. eccle. nu. 10. Iaſ. communem dicit, uide in uerbo lex.

28 Amplia, etſi uelit teſtari ad pias cauſas. Idẽ in l. 2. lec. nu. 15. communem dicit.

29 Infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis, Iaſ. in l. 1. nu. 43. C. de ſumma trini. communem dicit.

30 Amplia iſtam cōem ad exequutionem ordinis Fran. Aret. in c. cum ab homine nu. 92. de iudic. cōmunē dicit.

31 Limita modò in infamia occulta, quia non repellit à teſtimonio, nec ad alios actus extraiudiciales Aret. ibidem communem aſſerit ex glo in l. contra. ff. de teſtam. & intelligit ampliationem etiam in delictis occultis irrogantibus infamiam, in quib. de iure inducta eſt ſuſpenſio, quod nota.

Ioan. Fsch.

Infamis nec contra infamem teſtis eſſe poteſt, ſecundum Bar. & cōiter DD. in l. cū mulier. ff. ſol. matr. refert Lanfr. in c. quoniam. in uer. teſtium. nu. 77. de proba. Et quod hæc intelligenda ſunt de infami infamia iuris.

Limita ut ibidem, niſi ueritas rei aliter habere nō poſſet, quia tunc admitteretur.

Idem.

Infamis infamia facti, poteſt eſſe teſtis ſecundum communem opinionem, ut refert ibidem, quod intelligendū eſt, in cauſa ciuili, multum tamen diminuitur de eius fide. In criminali autem cauſa, non poteſt eſſe teſtis, ut ibi per eundem Lānfran.

Io. Fsch.

Infans tranſmittit hæditatem patris non agnitā, iure ſuitatis, cōem dicit Ioan. Dilect. in ar. teſt. tit. 11. caut. 1.

32 Infirmvs morbo caduco, præſumitur durare in infirmitate: ſecus tñ in alia infirmitate. Alciat. in tract. de præſump. reg. 2. præſumpt. 19. in fi. communem dicit.

Quæ forma debeat eſſe inſtrumentū, et quid in illius extēſione, ut uocant, requiratur, ut fidem faciat, & quid de iure regni in huiuſmodi extenſionibus ab alio factis.

33 Ingrossatio inſtrumenti nō ualet ſine authoritate iudicis etiā per hæredem notarij qui conficit. Boeri. deci. 45. nu. 6. communem dicit. & in deci. 36. nu. 9. & uide alia octo requiſita ad hoc quod ingroſſatio per alium facta ualeat ut adhibeatur fides ingroſſationi per Matthæ. de Afflict. 10 deci. Nea. 6. & in hac materia uide dictum ſing. Pau. de Caſt. cōſi. 195. uol. 2. dicentis citationē partis ex toto non eſſe neceſſariam ad ingroſſationē inſtrumenti, licet cum primum producitur in iudicio, poſſit pars opponere ſuas exceptiones contra inſtrumentum.

★ De iure regio adeſt l. 55. tit. 18. par. 3. de qua meminit prag. 37. diſpōnēs quòd mortuo Notario iudex debet ſequeſtrare omnia inſtrumēta quæ reperiunt inter notas Notarij mortui: & illa poſtea ſunt tradenda ſucceſſori: qui præſtito iuramento, poteſt redigere in publicam formam & dare partibus quibus competunt, ſub diſtinctione tamē l. 11. & 12. ti. 19. per ea quæ reaſſumpta ſunt per l. 5. & 8. & 9. in prag. 204. & ex illis legibus patet manifeſtè non eſſe neceſſariam citationem partis ad inſtrumentū publicandum, niſi in caſib. in quibus præiudiciū poſſit generari parti ſi inſtrumentum duplicetur, quod enumerat. l. 10. titu. 19. par. ea. & reaſſumit d. prag. 204. li. 8. & in illis non procedit d. Pau. in d. cōſi. 197. Sed in alijs contractibus non inferentib. præiudicium partibus, niſi ſemel citatio non eſt neceſſaria: tam ingroſſatione inſtrumenti Notarij ꝑmortui, quàm Notarij recipiētis per d. ll. & in his eſt ſingulare d. Pau. in d. conſi. Quod ſanè eſt intelligendum cum ingroſſatur inſtrumētum per ſucceſſorem Notarij in officio cui tradita fuerunt inſtrumēta cum ſolennitatib. de quib. in d. l. 55. & prag. 37. ſecus tñ in alijs Notarijs. Quia tunc requiritur citatio, & ꝙ procedant illa octo de quib. per d. Matthæ. quod nota.

34 Ingratitvdo præterita poteſt remitti: futura autē non, Hiero. Cagno. in l. contractus. ff. de re iudi. nu. 104. communem dicit.

35 Inhibitio Iudicis eccleſiaſtici non ualet niſi citata parte. Iaſ. in l. ſi opus nu. 6. ff. de noui. ope. nun. communem dicit.

36 Amplia, ēt qñ inhibitio eſt facienda per Iudicē eccleſiaſticū Iudici ſeculari, ut ſuperſedeat in negotio quādo coram eo dictum, ut eſt contractus uſurarius. Iaſo. in l. nequicquam, nu. 30. ff. de offi. præpo. communem dicit.

Io. Fsch.

Inivriam remittens non uidetur ſimul actiones inde ſibi cōpetētes puta ad damna, & intereſſe, remiſiſſe, communem dicit Miſin. obſer. 10. cen. 4.

Idem.

Iniurioſa alicui uerba exprobrans etiam uera, tamē animo iniuriandi, dum per hęc Reip. nihil commodetur, nihilominus iniuriarū tenetur. Cōmunem dicit Bertr. à Plaza, in Epito. Delicto cauſarumq; crimina. c. 1. nu. 3. Adde Couarr. c. 11. nu. 6. uaria reſolut. lib. 1.

37 Inqvilino, & colono impedito uti frui propter peſtem, remittitur penſio pro rata. Io. Fran. in tracta. de peſte. par. 1. nu. 15. communem dicit.

38 Inquilino propter ſterilitatem, eſt faciēda remiſsio: quando ſi pēſionem ſolueri, deciperetur ultra dimidiū iuſti pretij, Ludo. de Gozzad. in conſi. 74. nu. 2. communem dicit, & concord. cum l. 20. tit. 8. par. 5.

39 Nota ꝙ ſtandum eſt uulgi opinioni quando quæritur an creſci, uel minui debeat penſio propter ſterilitatem aut augumentum in re locata. Brunus de augumēto. 14. conclu. principa. communem dicit.

40 Nota ꝙ ſi fructus rei locatæ ex ui militum perdātur: ſi fructus ſunt ſublati à ſolo, perdunt periculo conductoris, & inquilini, & non locatoris, Curt. Iun. cōſ. 85. nu. 1. communē dicit. Et uide in uerbo debitor, nu. 7. ex quo potes dicere limitationem ad iſtam communem. Limita iſtud notabile quando ex inimicitia dñi fructus ſunt deſtructi. quia ſiue ante ſiue poſt collectionem perdant, ſunt periculo domini rei, & non conductoris. Lud. Goz. conſi. 27. nu. 28. in reſpon. add. 5. communem dicit.

41 Nota quòd emphyteutæ nō fit remiſsio pro ſterilitate ſi aliquid percepit etiam minimum, Bello. cōſi. 21. nu. 3. communem dicit ex Bar. in l. 1. C. de iure emphy. quia ad quod dat emphyteuta domino, non dat reſpectu rei, ſed in recognitionē dominij. Bar. ibi & Panor. in c. propter ſterilitatem, de iu. emphyt. ſed intellige iſtam communem, quando emphyteuta non ſoluit niſi quid minimum in recognitionem: ſecus tamen, ſi ſoluit magnum canonem, quia tūc parificatur locationi in omnib. & ſic melioramenta, etſi ceſſet ſoluere, non perdit. Anto. rub. in re. §. quidā recte. ff. de li. & poſth. col. pe. uer. in inſert.

42 Amplia etiā, ſi locatio eſſet per multum tempus. Bello. conſi. 21. nume. 9. communem dicit, ex Panor. in c. potuit de loca.

43 Inquilinus, uel conductor poteſt expelli propter penſionem non ſolutam. Deci. in l. qui rem nu. 17. communem dicit, de ſacroſanct. eccle. C.

44 Nota quòd inquilinus eſt obligatus ad ſoluendā penſionem cum inſtrumento guarentigio, per tacitam recōductionem non mandabitur executio, ff. ſi cer. petatur. nu. 21. communem dicit.

45 Inquilinus, uel cōductor rei urbanæ, ſi finita locatione ſtetit in re locata per aliquod tempus pro illo tempore uidetur recōduxiſſe, & tenetur actione ex locato pro illo tempore. Et iſte eſt communis intellectus. Pau. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati, nu. 8.

Ann-

Additio.

Ad hoc uide quod addidi ſuprà in litera. C. ſub nu. 1.

46 Inquilinus aut colonus non poteſt denunciare nouũ opus, etiam procuratorio nomine, Iaſo. in l. hoc edicto. §. ſi ego. ff. de no. ope. nunc. nu. 5. communem dicit: quam intellige, quãdo dominus eſt præſens, ſecus ſi ſit abſens.

47 Inimicitia eſt iuſta cauſa recuſandi iudices, & teſtes, ſi recuſans expreſſerit cauſas inimicitiæ: niſi hoc fecerit data opera, ut recuſet: Ripa in c. 1. de iudi. num. 14. communem dicit.

48 Inimicitiæ capitales dicuntur cum cõtenditur de ſtatu, uel de omnibus bonis, uel maiori parte eorum, ut per Bal. in l. athletę. §. dat remiſsionem. ff. de excuſa. tut. pro quo eſt l. 7. in fi. par. 7. tit. ſ. de qua meminit Io. Lupus in repe. ca. per ueſtras. nu. 455.

49 Inquiſitio eſt iudicium extraordinariũ. Panor. & Deci. in rub. de iudi. nu. 7. Alci. in c. per otioſam, nu. 14. de offi. ordi. communem dicit.

Io. Fichar.

Inquiſitio remedium eſt extra ordinarium, etiam ſi loquamur de iure communi. cõmunem dicit Aegid. Boſſ. in Tract. malef. in tit. de inquiſitio. nu. 16.

50 Inquiſitio non poteſt formari per iudicem ordinariũ, niſi fama præcedente. Alci. ibi nu. 43. communem dicit.

51 Fallit, niſi alias iuxta ſtatutum poſsit procedere, non ſeruato ordine, quia tunc non requiritur fama. Alci. ibi nu. 47. communem dicit.

* Hanc communem, cum præcedenti, nota ad iotel. l. 1. tit. 1. lib. 8. ordi. & l. 11. tit. 2. lib. 4. For. ll.

52 Nota, quòd inquiſitio poteſt formari contra delinquentem per iudicem territorij, uel domicilij. Sed tamen debet condemnari ſecundum ſtatutum loci: ubi delictum eſt commiſſum. Augu. in addi. ad Ange. de malef. in uer. hæc eſt quædam inquiſitio. communem dicit.

Additio.

Bar. in l. 2. §. ſi publico, col. 2. ff. de adul. tenet quòd per inquiſitionem generalem & eius probationem (pro ut cõtra officiales in ſindicatu) non poteſt ſequi cõdemnatio, ſed ex ea capitur informatio, deinde ſequi debet inquiſitio particularis ex qua ſiet condemnatio ſecundũ eũ. Quæ opi. non ſeruatur, ut Bal. in l. edita, nu. 30. C. de eden. & in l. iubemus, nu. 3. C. de prob. & dicit Inno. in c. bene de elect. quòd totus mundus practicat contrarium, cum de iure Ciuili, tales inquiſitiones ad punitionẽ ſiãt de iure aũt Canonico non, niſi ad reformationem, & ut ad meliorem uitam Eccleſia ſeu perſona reducãtur, ut per Bald. in eodem loco, nu. 32. niſi in condemnato per inquiſitionem de calumnia. cum ſit infamis, ex quo tenetur ſimilitudine pœnæ, ut ibi per eum.

53 Insinuatio requiritur in donatione tacita, uel expreſſa. Cur. Iun. conſi. 125. nu. 14. communem dicit.

Io. Fichar.

Inſinuatio donationis poteſt etiam poſtea quocunq; tempore fieri. Hanc firmat multis allegat. & ſequitur d. Hyp. in §. 1. nu. 202. cũ ſeq. uſq; ad nu. 209. Inſti. de dona.

54 Amplia, in remiſsione debiti. quia licet uera donatio non ſit, nõ requirit̃ inſinuatio. Deci. in l. ſi creditori. C. de pactis, & Couar. in ſuis reſolu. li. 2. c. 4. communẽ dicit.

55 Fallit primò, ſi ſit iurata, quia iuramentum tollit ſolẽnitatem inſinuationis. Deci. cõſi. 229. & Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. 1. cau. 1 n. nu. 3. Cur. ſen. conſi. 59. nume. 2. Corn. cõſi. 166. uol. 2. Cur. Iuni. conſi. 81. nu. 6. Alci. in c. cum contingat, de iureiur. nu. 170. communem dicit.

56 Fallit ſecundò, in donatione reciproca. Curt. Iun. cõſil. 81. nu. 5. communem dicit.

57 Fallit tertiò, in donatione remuneratoria, quæ non requirit inſinuationem, Bart. in l. ſi pater. §. 1. ff. de dona. quia potius dicitur debitũ quàm donatio. l. Aquilius regulus. ff de don. & Tiraq. de utroque retract. fol. 241. nu. 3. ubi dicit, quod etiam in donatione remuneratoria nõ habet locum retractus; quod eſt multum notandum, pro intel. l. 6. titu. 7. lib. 5. ordi. & uide Segu. in l. ab hærede, nu. 90. ff. de le. 1.

* Fallit quartò, ſi donatio ſiat coram notario ac tabellione publico l. 9. tit. 14. par. 5. quia tabellio eſt iudex chartularius: ut dicit glo. in l. 1. ff. de iudi. & ex hac cauſa in inſtrumento guarentigio non requiritur cauſa, quia adeſt mandatum notarij: ut notat Segu. in l. filius dum in ciuitate eſt, ff. de uerbo. oblig. nu. 3. quæ doctrina multũ ampliat. l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ordin. quoad obligationem guarentigiam ſine cauſa.

Ioan. Fichard.

Inſinuatio donationis fieri poteſt coram quocunque Iudice, etiam cui non ſubſit donator, nec res donata. Hæc receptior eſſe uidetur, ſecundum allegata Hypo. in §. 1. nu. 159. Inſtit. de dona. in qua etiam ipſe cõquieſcit. infra nu. 165. eandemque latè proſequendo defendit.

58 Fallit quintò, in donatione ad pias cauſas. Ripa in l. 3. de legi. ca. 51. nu. 5. communem dicit.

59 Fallit ſextò, in donatione facta filio: ut renunciet legitimæ cum ſit ob cauſam, requiritur inſinuatio. Ripa in d. l. 3. c. 5. nu. 3. de dona. communem dicit.

60 Instantia de iure canonico durat in perpetuum. glo. in c. uenerabilis, de dolo & contuma. quam communem dicit Panor. in c. uenerabilis, de iudi. Barba. in c. de cauſis, de offi. dele. rationem aſsignãt Phili. Fran. in c. ſuper eo de appella.

* De iure regio, cauſa ſuper confectione inuentarij durat per annum, & in cauſa ciuili durat per tres annos inſtantia l. 9. tit. 6. par. 6. in criminali per biennium. l. 7. tit. 29. par. 7. cauſa appellationis durat per annum à die appellationis l. 3. tit. 16. lib. 3. ord. etiam ſi ex cauſa iudicis dilatei, ut in nu. 7. Et iudex condemnatus in damnum, & expenſis per d. l. 3. & ſi cauſa non excedit ſex millia marauetinorum cum appellatio debeat uentilari coram decurionib. ciuitatis: & debet terminari infra quadraginta dies, ut in l. 6. ti. 16. lib. 3. ordi. Et in curijs Valliſoleti, anno M. D. XXIII. p. 95. & not. quòd in d. l. 6. dicitur quòd decuriones habent eligere duos ut de cauſa, una cum iudice qui protulit ſententiam cognoſcat, corã quibus infra 15. dies per d. l. 6. & infra 30. per d. ordina. 95. debet pars appellans cõcludere: quod intellige, ſi ipſi decuriões elegerunt: aliàs tamen parte ipſa inſtante, ut eligãt, non currit dictum tempus etiam per triginta annos, ut per Hyp. in ſing. 51. ſi pars nõ inſiſtit, ut eligant, ſibi præiudicat, & currit tempus inſtantiæ: ut Hyp. in rub. de ſide inſtru. nu. 147. de curſu inſtantiæ uide Thomam Grãma. in uoto. 31. per totum.

61 Inſtantia perimitur etiam ex negligẽtia iudicis. Thoma. Gramma. uol. 31. communem dicit, ſed pars reſtituitur. Idem ibi nu. 12. communem dicit.

Ioan. Fich.

Inſtantia non perit mortuo litigatore, niſi triennio, ſed continuatur in hæredem. Niſi ille hæres ſit clericus, quia tunc perit, & dẽt de nouo inchoari coram iudice Eccleſiaſtico. Hãc magis cõem dicit Miſing. obſ. 45. cen. 3.

62 Institutio beneficij de iure patronatus laico. uel ſpretis patronis eſt ipſo iure nulla. Bertran. conſi. 24. uol. 2. communem dicit.

63 Inſtitutio in re certa, liber quoad quædã, habeat uim legati, non poteſt dici legatum, nec inſtitutio abſoluta, ſed quædam tertia ſpecies ut participium. Cur. Iuni. cõſ. 190. nu. 3. communem dicit.

64 Inſtitutio clerici de beneficio, confert ius plenum inſtituto ſine apprehẽſione poſſeſsionis quando nullus eſt in poſſeſsione beneficij, Roccus in uer. ius, q. 5. nu. 9. cõmunem dicit.

65 Nota quod inſtitutus in re certa, quoad adipiſcendã ipſam rem, habetur loco legatarij, ſed quoad alia eſt in loco hæredis. Iaſ. in l. quoties, nu. 3. C. de hæred. inſtitu. communem dicit.

66 Fallit, in uniuerſali hærede repudiante, tamen quandiu uniuerſalis hæres non adit hæreditatem, non habet executionem paratã ex. uide l. legis edicto. C. de edict. diui. Adr. toll. quam haberet ipſo hærede repudiãte. Iaſ. in d. edicto, nu. 6. communem dicit.

67 Nota quod inſtitutus in re certa, hærede uniuerſali repudiante habetur loco hæredis, & ſibi accreſcit totum, ac ſi à principio nullus ſit datus cohæres. Pet. Raue. in alpha. aure. in uerbo hæres communem dicit.

Additio. Io. Fick.

Et ſimiliter Alexand. conſi. 58. uol. 3. quem uide.

68 Inſtitutio facta de filio ſub poteſtate, ſub conditionẽ miſta non ualet, etſi ſtetit per eum quo minus conditio adimpleatur. Iaſ. in l. ſi pater, C. de inſti. nu. 77. communem dicit. Reſtringe quoad legitimam, etiam in inſtitutione ſub conditione cauſali. Iaſ. ibi. nu. 20. communem dicit.

69 Inſtitutio deſcendentis ſub conditione ſi ſuus naſcatur ſicut ualet, ita ualet de ſpurio ſi legitimetur. Curt. Iuni. conſi. 84. nu. 3. communem dicit.

70 Nota quòd ſi uerbum, relinquo, adijciatur uniuerſitati bonorum, importat inſtitutionem. Iaſ. in auth. nouiſſima, de inoffic. teſta. C. nu. 33. communem dicit ex glo. in l. his uerbis, in princ. ff. de hær. inſti.

71 Inſtitutis fratre & filijs eiuſdem fratris, pater & filij ad ſucceſsionem hereditariam cenſentur inſtituti ſimul, & non ſucceſsione. Ioan. Duran. in arte teſta. titu. 4. cau. 6. nu. 1. communem dicit, & in hac communi ſac, has cõcluſiones ut omnis hæſitatio tollatur. Filius & nepos cẽſetur uocatus, & inſtitutus ordine ſucceſsiuo propter ordinis neceſsitatem. Socinus in l. Gallus, §. quidã rectè, de liber. & poſthum. communem dicit ex gloſ. ibi & ſecundum eum tunc dicitur ordo neceſſarius, quãdo alias rumperetur teſtamentum, & diſpoſitio irritaretur, cum uiuente filio nepos non poſsit inſtitui.

Inſtituto patre, & filio ab eo inter quos non cadit affectio charitatis, ratione ſanguinis, uel ſucceſsionis ab inteſtato cenſentur in ſimul uocati, non tamen ſucceſsiue. Soc. ibi nu. 5. communem dicit, ut cum pater, & filius ab extraneo copulatiuè eſſent inſtituti.

Inſtitutis pluribus ſub nomine collectiuo inter quos cadit affectio ſanguinis, cenſentur uocati nomine ſucceſsiuo, non tamen in ſimul. Socinus ibi communem dicit. nu. 6. Et nota quòd ordo ſucceſsiuus in hoc caſu dicitur quòd excluſo primo, ſequẽs admittitur, & admiſſo primo, alij excluduntur ſecundum Paulum, quem Socinus ſic intelligit, & approbat, ibi nu. 8.

72 Inſtituto monaſterio ſi filiam receperint in monialẽ, reijcitur conditio tanquam turpis, & remanet inſtitutio uera, Iaſo. in l. conditioni, nu. 3. de inſti. & ſubſt. dicit magis communem, licet Alex. dicit communem contrariũ in l. conditioni.

73 Instrumentum uacillat per unum ex tribus teſtib. inſtrumentarij. Fran. Cur. Iuni. conſi. 55. nu. 1. communem dicit: tamen fidem facit Boer. Deci. 12. communem dicit.

* Nota iſtam communem cum ſequenti, de iure regio eſt l. 115. & 116. & 117. titu. 8. par. 3. ubi cauetur quòd quando teſtes dicunt non recordari de confectis in inſtrumento, cùm eſſent præſentes, quòd ſi notarius eſt bonæ famæ, ei eſt ſtandum, aliàs ſi nõ ſit bonæ famæ, ut res non ſit de longinquo, omnibus teſtibus contradicentib. creditur teſtibus, & non notario, uel ſi aliàs probaret negatiuam coarctatam loco, uel per inſtrumẽtum, uel per quatuor teſtes, non creditur inſtrumento per d. l. 117.

74 Inſtrumentum redditur falſum per duos teſtes inſtrumentarios. Curt. Iunior in dicto conſilio 55. communẽ dicit.

75 Amplia, & per alios duos teſtes non inſtrumentarios. Decius in cap. tertio loco, de proba. communem dicit.

76 Fallit, niſi ſint alij duo teſtes coadiuuantes inſtrumentum. Boer. deci. 118. nu. 26. & Iaſo. conſi. 124. communem dicit.

77 Inſtrumentum dotis probat quando maritus præſtitit alimenta uxori: etſi ſit confeſsionatum. Goz. conſ. 45. nu. 13. communem dicit.

78 Inſtrumentum habens plures articulos, uno approbato, non confertur in omnibus approbatum. Curt. Iuni. conſi. 166. num. 11. communem dicit. & Bello. conſi. 56. nume. 12.

79 Amplia quòd ſi producatur inſtrumentum, uel ſcriptura: põt acceptari pro parte, & pro parte non, Aymõ Crauetta de antiq. tempo. par. 1. in argu. de ſcriptura priuata, nu. 68. communem dicit, quam limita tripliciter.

80 Inſtrumentum factum ſecundum ſolennitates unius loci, ubiq; probat, in tracta. de antiq. tempo. par. 1. in uerbo quarto limitatur, nu. 9. communem dicit ex Bar. in l. 1. C. de ſumma trinit.

* Nota iſtam communem, iuncta deciſione doct. de Pala. Rub. in repet. rub. de dona. inter uirum & uxorẽ, col. 9. ad Ampliationem, l. 5. tit. 8. li. 3. ordi. ubi dicit quòd inſtrumentum alibi cõfectum extra regnum, habebit exequutionem paratam in hoc regno: quem uide.

81 Inſtrumentum ſi inueniatur penes aliquem, cum cautione admittitur ſine mandato. Feli. in c. coram, de offi. deleg. quem refert Alcia. in tracta. præſumpti. reg. 1. præſump. 33. cõmunem dicit, & Iaſ. in l. cautio, de procura. C. nu. 12.

* Nota iſtam communem ad ampli. l. 10. tit. 5. par. 3. & l. 2. ti. 10. lib. 3. For. ll.

Ioan. Fick.

Inſtrumenta quib. in iudicio quis uſurus nõ eſt, edere non tenetur, ſecundum Azonem. cuius opinionem communiter eſſe approbatam ſcribit Albe. in l. 1. §. edenda, per illum tex. ff. de eden.

82 Inſtrumentum inueſtiturarum feudalium non probat dominium contra tertium poſſeſſorem, Cur. Iuni. conſ. 18. nu. 5. communem dicit.

83 Inſtrumentum locationis non probat dominiũ ſi conueniatur poſſeſſor actione reali ex dominio agentis: ſecus tamen ſi conueniatur ex perſonali actione ex cõtractu locationis intentato contra inquilinum. Cur. Iunior conſi. 158. nu. 6. communem dicit.

Ioan. Fick.

Inſtrumẽta ad probationem produci poſſunt uſq; ad concluſionem cauſæ, etiamſi ad producendum eſſet conſtitutus certus terminus à Iudice, dummodo res ſit integra. Communem dicit Lanfr. in c. quoniam quæ, in uerb. Inſtru. productiones, nu. 25. de probat.

Additio.

De iſta probatione dominij per inſtrumentum ac alia probatione ſeu præſumptione, addidi ſuprà in litera D. ſub nume. 107.

Inter-

84 Interdictum unde ui, uel conditio, c. reintegranda competit & contra titulo poſsidentem, Io. à Ripa de legi. c. c. lib. 2. nu. 83. communem dicit.

85 Intellige quando principalis non eſt ſoluendo, quia tunc ſingularis poſſeſſor conuenitur Io. Cora. 10 §. nihil commune. nu. 45. ff. de acqui. poſſ. communem dicit.

86 Fallit, quando ſingularis poſſedit cum titulo, & bona fide. Io. de Ripa 10 cap. 8. de dona. 10 ſi. communem dicit: quam intellige quando poſſeſſor bonæ fidei ſucceſſit bonæ fidei poſſeſſori, alias non, ita Ripa ibi.

87 Interdicto adipiſcendæ quorum bonorum agitur ad conſequendam poſſeſsionem, cum per conſuetudinem, aut per ſtatutum eſt acquiſita poſſeſsio iuris. Ioã. à Ripa in l. c. de legi. c. c. nu. 80. communem dicit.

88 Interusura non debetur quando res non eſt in commercio acquirentis. Io. à Ripa de legi. l. 1. cap. 2. nu. 26. communem dicit.

89 Intereſſe poteſt committi arbitrio creditoris, Iaſ. in l. iuſiurandum. ff. de iureiur. Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. 6. nu. 48. communem dicit.

90 Interpellatio non requiritur quando obligatio eſt facta cum iuramẽto. Dec. in l quod te. ff. ſi cer. peta. communem dicit, aliàs ſemper requiritur interpellatio ad inducendam moram, ut per Hypo. ſingu. 147. & 341. quòd clarè inſinuatur in l. 6. ti. 16. li. 3. For. II. ibi y luego que poreas delante fuere requirido.) Vnum tamẽ nota, quòd ſi promiſsio eſt facta ad diem certum, dies interpellat. l. 15. ti. 11. par. 5. tamẽ ſi dies non eſt appoſitus, requiritur interpellatio iudicialis. l. 9. tit. 14. par. 5. ibi (lo ſi el plazo no fuere pueſto ante que ſe lo de mãdare por iuizio.) Quod eſt contra communem ſequentem cõprobatam per Segu. in l. ſi ea legati cauſa, nu. 164. ff. de uer. oblig. & Io. Lup. Epiſcopũ Calaguritanum in ſuis fallẽ. reg. 226. uerſi. amplia etiam.

91 Interpellatio extraiudicialis ſufficit, ſi fiat per uerba enunciatiua ad inducendam moram. Iaſo. in l. ſi ex legato, ff. de uerb. obli. communem dicit.

92 Interrogare poteſt iudex poſt cõcluſum in cauſa ad fundandum ius patris de nouo, Alex. in l. 1. §. hoc edictum. ff. de dam. inſe. & Decium in c. 1. de iudi. communem dicunt. ſed Decium reprehendit Bello. conſi. 50. ubi plura uide.

✻ Nota iſtam communem ad ampliationem. l. 34. ti. 16. par. 3. in ſi. & nota quòd licet poſt duos annos nõ admittitur exceptio non numeratæ dotis, l. in contractibus. C. de non. nume. pecu. tamẽ iudex ex ſuo officio poteſt deferre iuramentũ parti ſuper hac exceptione. l. 184. ſtili.

93 Inventarium tenetur facere hæres rogatus de reſtituendo, aliàs perdit trebellianicam, Corne. cõſi. 168. uol. 3. Io. Duran. in arte teſtan. tit. 5. cau. 37. communem dicunt, ſed Alex. conſi. 67. uol. 4. dicit communem contrariam. Sed Decius conſi. 480. dicit magis communem primam, etiam in filijs hæredibus, nu. 16.

✻ Concor. cum prima l. 10. tit. 6. par. 6.

94 Fallit in legitima, quia etſi non conficiat inuentariũ, nihilominus poteſt detrahere legitimam. Calca. cõſ. 36. Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. 11. cau. 8. & Guido. deci. 53. communem dicunt.

95 Nota q tempus conficiendi inuentarium currit à tempore aditæ hæreditatis. Deci. conſi. 633. Roma. conſil. 84. Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. 11. cau. 8. & Bello. conſi. 08. communem dicunt. Et poſt aditam hæreditatem debet incipere, & finire intra ſexaginta dies.

96 Nota ſecundò, quod teſtator nõ poteſt remittere uſufructuario inuentarium, nec cautiones præſtãdas in uſufruct. Bello. conſi. 54. nu. 2. communem dicit. ex Soc. conſi. 131. & Bar. in l. nemo poteſt, de lega. 1.

Additio.

Inuentariũ hæres de iure antiquo non conficiebat, et ultra uires hæreditarias ad legata non tenebatur, niſi quatenus et uiſum eſſet, hodie per ius auth. indictum eſt, quòd ſi integra legata euadere uoluerit, ſi hæreditas ſuffectura non eſſet, quod debeat conficere inuentarium, aliàs tenetur ad omnia legata, et hanc communem dicit Angelus in tracta. de inuentario, nu. 2. Sed an ſit uerum indiſtinctè, & aliis quæſtionib. in materia inuentarii per eundem in d. tracta. & Fran. Perocell. ſimiliter in eo tract. per totum. & Guid. Pap. in tractatu de forma inuentarij per totum.

Io. Fich.

Inuentarij confectionem & cautionẽ Teſtator remittere non poteſt per tex. ubi notant communiter DD. in l. 1. C. de uſufr. Et eſt communis opinio DD. ſecundum Soci. conſi. 131. col. penul. refert Bello. conſi. 54. nu. 3.

Io. Fich.

Investitura uerbalis tantæ uirtutis eſt, ut per eam dicatur cõceſſa & data licentia apprehendẽdi poſſeſſionem propria auctoritate. Communis eſt ſecundum P. Paul. Pariſ. conſ. 22. nu. 59. uol. 5.

Idem.

Inueſtiturarum literæ non probant dominiũ contra quẽ tertium, niſi prius probet, inueſtientem fuiſſe dominũ. Cõmunem dicit Fran. Cur. Iunior. conſi. 158. nu. 5. ſequitur Caro. Rui. conſi. 50. nu. 3. cũ ſeq. & cõſi. 25. nu. 15. uol. 1. Adde Pau. Caſt. conſ. 133. iſte Martinus in prin. li. 2.

Idem.

Ipso iure. etſi lex dicat aliquam rem ad dominum reuerti ipſo iure propter aliquod delictum, tamen ſemper hoc ita demum procedere intelligitur, ſi dominus uoluntatem ſuam rem incidiſſe in commiſſum prius declaret. Item quod hoc apud iudicem petat, denique quod ſuper hoc feratur ſententia declaratoria. Itaq; communis eſt DD. concluſio, ut probat late Tiraq. in l. ſi unquã. in uer. Reuertatur. nu. 10. 11. cum ſeq. C. de reuo. dona. Et Hypo. de Rimi. §. 1. nu. 30. & ſeq. inſtit. de Donat.

Hæc procedunt etiam in crimine læſæ Maieſtatis (cuius pœna, uel omnium maximè ipſo iure incurritur) ita ut in eo quoque requiratur ſententia declaratoria, ſecundum Bar. in l. Imperator. ff. de iure fiſci. Cardi. Zabarell. conſ. 125. nu. 2. Thomas Grammat. deci. 105. nu. 55. Et idem deciſ. 15. nu. 8. ubi diſerte dicit. Attamen ego dico, quòd omnia iura mundi diſponentia pro aliquo crimine pœnam ipſo iure imponi, intelligenda eſſe, dummodo ſequuta fuerit ſententia declaratoria, per quã declaretur ipſum crimen fuiſſe commiſſum. alias pœna non poterit habere executionem &c. Idem dicit iiſdem ferè uerbis Iaſ. in l. Si quis maior annis. C. de trãſ. ubi in ſuper declarat, quod illi DD. qui dicunt in pœnis ipſo iure incurſis non opus eſſe ſententia, ſunt intelligendi eſſe, nempe, de ſententia diſpoſitiua, non autem ad declaratoria, quæ ſemper requiritur, &c. Et multa de hac clauſula, Ipso iure. uide apud Tiraquel. in l. ſi unquam, in uer. reuertatur. nu. 144. C. de reuoc. donat.

97 Iudex tenetur, ſecundũ ea quæ ex actis percipit, ſententiam proferre, non tamen ex eis quę particulari ſcientia percepit. Coua. in ſuis reſolu. cap. 1. lib. 1. nu. 6. magis communem dicit. ex glo. in l. 1. de offi. ordina.

Ioan. Fichard.

Iudex nõ debet impartiri officium ſuum niſi rogatus. communem dicit Apoſtilla.ad Fel.in c.ex tenore. in fi. in uer.ad commodum partis,de Reſcrip.

98 Iudex, ſi incipit à præcepto executiuo niſi ſit clauſula iuſtificatoria,actus eſt ipſo iure nullus, Iaſo.in l.nequicquam,ff.de offi.præto.nu.6.magis communem dicit.

Ioan. Fich.

Iudicis præceptũ in confeſſum ut ſoluat, interlocutoriam eſſe uolunt communiter DD. ut dicit Maran. in ſpecu.par.6.tit.de ſententia nu.18.ipſe tamen ibi diſtinguit in hunc modum. Quod Iudex aut proceſsit in forma Iudicij,& tunc cenſeatur diffinitiua,aut non proceſſum eſt iudicialiter,& tunc ſit diffinitiua.

99 Iudex ponens aliquem ad torturam iniuſtè, punitur pœna capitis.Hyp.in pract.§.expedita,nu.87.magis cõmunem dicit.

300 Iudex ſi dedit licentiam intrandi in poſſeſsionem propria authoritate,intelligitur,niſi habeat reſiſtẽtiam, Iaſ. in l.iuſtè poſsidet,nu.13.de acquir. poſſeſ. cõem dicit.

301 Iudicis licentia inualida non excuſat à pœna ſtatuti ſimpliciter loquentis de intrante in rem alienam,Iaſ.ibi nu.24.communem dicit.

302 Nota ꝙ iudicis decretum interpoſitum ex falſa cã, eſt nullũ,Curt.Iuni.conſi.170.nu.2.communem dicit.

303 Iudex ex mero officio excludet actorem actione carẽtem,& non impeditum ſecus tamen,ſi habeat actionem elidibilem,aut ope exceptionis.Balbus de præſ. part.1. q.8.nu.2.communem dicit.

304 Iudex præparantis,eſt iudex iudicij præparati. Curt. Iuni.conſi.151.nu.9.communem dicit.

305 Iudex prorogatus ex promiſsione partium de conueniendo coram eo,cum poſsit pars pœnitere:remanet tamen obligata ad intereſſe. & ipſe iudex poterit de illo cognoſcere. Panor.in ca.4.de iudi.nu.2.communẽ dicit.

306 Iudex, ſi non uult,non tenetur condemnare reum in expenſis factis ante litem conteſtatam niſi petantur, factis tamen poſt litem conteſtatam,etſi nõ petantur,tenetur condemnare.Anto.de Tremo. in add. ad Bonaccur. in practi.excepti.de recuſa.nu.4.in uerbo ratificare,cõmunem dicit.

* Nota iſtam communem ad intel.l.6.ti.13.li.3.For.ll. & l.25.ti.ſtili,& uide quæ habes infra in uerbo reus.

307 Iudex ſecularis,ſi in cauſa incidat cauſa matrimonij: in materia facti,poteſt cognoſcere de illa. Coua.in epi. 4.c.8.§.12.nu.3.ex Iaſ. in l.quoties,de iudi.C.cõmunẽ dicit:quam intellige niſi fuerit facta inhibitio per Iudicem eccleſiaſticum.Ambro.de Vigna in c. ſalubriter de uſufruct.nu.125.

308 Amplia iſtam communem ad quamcunq; cauſam ſpiritualem,dummodo liquere poſsit ſummariè, & de plano,ſine diſcuſsione.Naua.in c.cum contingat,de reſc.in primo remedio literaliter communem dicit. ex Decio, in cap.1.de iudic.

Additio.

Ratio quare iudex laicus cognoſcit,eſſe poterit, quia tunc ſortitur priuilegium cauſæ principalis intentatæ coram eo,quo ad forum,ut in ſimili de dote, quæ ſi principaliter & de per ſe petatur,peti debet coram iud.ſeculari,ſi autem acceſsiuè ad matrimonium, peti debet coram eccleſiaſt.ut communiter Moder.excepto Dec. & ſeq. tenent in authen. quod locum, C. de colla. & M. Anto.Bard.in tract.de tempo.uti.& contin. in capit. 25.nume.ſi.

309 Nota quòd iudex ſecularis non poteſt aſsignare tempus ad proſequendum cauſam exceptionis propoſitæ coram eo,de qua per iudicem eccleſiaſticum debet cognoſcere,nec ualet ſtatutum ſuper hoc Iaſ.in l.pro tribunali,nu.17.ff.de re iud.communem dicit.

310 Iudex ſecularis in crimine merè eccleſiaſtico,dum iudex eccleſiaſticus petit impartiri ſuum auxilium:nõ poteſt ſe intromittere in proceſſu,ſed ſolum exequi mãdatum:ſecundum canoniſtas,ſecus tamen ſecundum legiſtas. Alci.in c.perniciosam de offi.ordi.nu.100. Iaſ. in l. magiſtratibus,nu.10.ff.de iuriſdi.omni.iudi.cõem dicit.

* Nota quòd l.1.tit.16.par.7.pragma.7. uidetur approbare opinionem canoniſtarum abſq; limitatione, dum præcipit ꝙ condemnati per inquiſitores hæreticæ prauitatis, uel per Epiſcopum de hæreſi puniantur pœnis in d.l.contentis.Et nota iſtam communem ad intel.l.7.tit. 3.lib.1.ordi.& l.26.titu. 2.lib.3.ubi diſponitur ꝙ iudex eccleſiaſticus pro captura laici, uel bonorum ſecularium inuocet auxilium iudicis ſecularis.de quo auxilio præſtando circa iſtam l. uide Io. Lupum in rub.C.de dona. col.191.§.48.nu.17.& Petrum Bellugã in ſpeculo principum.rub.11.§.tractandũ.& Pet.de Anch.in c.ea quæ, de re.iu.li.6.in 11.q.princ.Et ſi laicus in præſtando auxilium excedit,appellabitur ad iudicem ſuperiorem laici, ſi præſtat auxilium iuris.ſi uerò ſolum præſtat auxilium facti,appellabitur ad ſuperiorem iudicis inuocantis auxilium, ut per Bartolum in l. a diuo Pio.§.ſententiam, ff.de re iudi.de quo meminit Aufrerius in dec.Tholoſa. q.411.quem uide.

311 Fallit, niſi pro condemnato eſſet aliqua præſumptio: ut appellatio,uel ſimilia:quia tunc nõ debet exequi mãdatum eccleſiaſticum.Alci.ibi nu.112.communem dicit.

Ioan. Fich.

Iudex ordinarius de iure ciuili recuſari non poteſt. Communem & ueram ſententiam dicit Iaſ.in l.apertiſsimi.nu.4.C.de iud.ſecus eſt de Iure Canonico, ut ibidẽ latius nu.5.

312 Iudex ſecularis non prætendit aliquam iuriſdictionẽ ob id quòd iudex eccleſiaſticus petit ſibi impartiri auxilium brachij ſecularis,Alci.in ca. perniciosam,de officio ordin.nu.17.communem dicit.

* Nota iſtam communem ad intel.l.ulti. in curijs Toletanis de anno 1525.& l.7.tit.13.li.1.ordi.& l.4.tit.1.li. 3.ordi.in quibus diſponitur quòd iudex eccleſiaſticus licet cognoſcat de aliquibus caſibus inter laicos:tamẽ facit executionem tam in bonis,quàm in perſonis laicorũ: ſed per inuocationem auxilij iudex ſecularis mandabit executioni,de qua.l.uide Docto.de Pala. Rube. in rep. c.per ueſtras,de dona.inter uir.& uxor.a co.191.uſq; ad 214. Vnum tamen nota,iuxta illam.l. quòd ſi iudex laicus in iſtis caſibus excedit in executione, appellabitur ad iudicem ſuperiorem ipſius iudicis laici,non ad eccleſiaſticum,ut eleganter dicit Aufreri.in additio.ad Deci. Tholo.q.411.

313 Iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto per iudicem ſecularem.Feli.in c.at ſi clerici.de iudi.communem dicit.

314 Iudex eccleſiaſticus poteſt compellere iudicẽ ſecularem ut præſtet ſibi auxilium per excommunicationem: laicus tamen clericum non compellit ad præſtãdum. Alcia.in cap.perniciosam,de offi.ordi.nu.7.& 8.communem dicit.Et de inuocatione iſtius brachij in hoc regno uide Ioannem Lupum col.192.in repetitio.C. de donatio.inter uir & uxo.

315 Iudici uel teſti dicenti in articulo mortis protuliſſe iniquam ſententiam,uel falſum teſtimonium, non creditur.Alciat.in præſumpt.reg.3.præſum.4.nu.7.communem dicit.

316 Fallit

116 Fallit primo, in ſuum præiudicium, & Marcus Anto. in tract. de iudi. nu. 393. communem dicit.

* Fallit ſecundò, niſi alias per idoneos teſtes, uel inſtrumentum probaretur ex falſis teſtibus ſententiam prolatam: per l. 13. ti. 8. l. 2. For. ll. & uſq; ad quod tempus poteſt peti, ut ſententia reformetur prætextu falſorum teſtium, uide Henric. in c. licet diſtin. 2. nu. 3. de proba. ubi diſtinguit, & facit plura membra.

117 Iudex eccleſiaſticus non poteſt exequi in bonis laicorum ſententiam ſuam, ſed debet inuocare brachium iudicis ſecularis. Feli. in c. ſignificaſti, de offic. dele. num. 4. communem dicit.

* Nota iſtam communem ad corroborationem l. 7. ti. 3. lib. 1. ord. & ratio uera iſtius communis, & legis, eſt quia epiſcopus non habet territorium, ut tenet Oldra. conſi. 17. & uide quæ habes infra in uerſi. præſcriptio, nu. 244. & per hanc rationem iuſtificatur opinio Panor. in d. c. ſignificaſti: ubi concludit quod Epiſcopus non habens iuriſdictionem temporalem, non poteſt habere officiales armatos. licet Deci. ibi teneat contrarium: & Barba. de præſtand. cardi. in 5. par. 2. par. nu. 18. ubi uide quibus licitus eſt uſus armorum.

118 IVDÆVS cognoſcens Chriſtianam abſque matrimonio non ſtupro, nec adulterio, non punitur pœna mortis. Boer. deci. 316. nu. 5. communem dicit.

119 IVRAMENTVM debet habere tres comites ueritatem, iuſtitiam, & iudicium. Cur. Iuni. conſi. 141. nu. 9. communem dicit.

I o. F i c u.

Iuramenta omnia quę ſunt à iure introducta, poſſunt per procuratorem ſpecialiter conſtitutũ præſtari. Cõmunem dicit Franciſ. Cur. in l. admonẽdi. nu. 363. ff. de iureiur. refert Phanu. in tracta. de iur. in litem. num. 20. in 2. par.

120 Iuramentum inducit obligationem. Io. de ſelua. de iureiuran. par. 3. conſi. 2. communem dicit.

121 Fallit, ſi ſit ſine cauſa: add. Felin. in c. 1. de pactis, communem dicit: ſed hanc intellige de iure ciuili: quia iuramentum non ueſtit pactum nudum. Iaſo. in l. ſi quis maior. C. de tranſa. num. 13. communem dicit, & uide quę habes in uerb. actio, nu. 13.

122 Iuramentum debet obſeruari in ſpecifica forma, & non ſufficit per æquipollen. Iaſo. conſil. 4. uolu. 3. communem dicit.

I o. F i c u.

Iuramẽti abſolutio aliter concedi non debet niſi parte prius citata & audita. communem dicit & ſequitur, Couarru. lib. 1. uar. reſolut. c. 4. nu. 5. ubi refert Cur. Deci. & ſeluam, hanc dicere communem. Præterea Firmianus quoq; in uerb. Abſolutio à iuramento, & hanc ſimiliter dicit communem.

Contrariam uero opinionem magis eſſe communẽ teſtatur Matth. de Afflict. Deciſ. 220. nu. 10. & 11. ubi pro illa allegat Ioan. And. in add. ad Specu. Oldradum, Calderinum, Anto. de Butrio. Ioan. de Imo. Caſtr. in conſilijs, Ant. de Prato ueteri inter conſilia Alexan. & ipſum quoq; Alex. conſil. 22. uol. 2. & conſi. 53. uol. 3. Pet. Ancharanum, Lapum, Laurentium de Rodolphis, Iaſonẽ, Anto. de Alex. de Neap. Marianum Soci. Florianum de S. Petro Ludo. Romanum, Bartholo. Cæpollam, Anto. Corſe. in ſuo repert. ad Abba. in uer. Abſolutio, Ioannẽ Milis in ſuo reperto. in uer. iuramentum. Et denique Felinum, in ca. 1. de iureiu. qui tamen ibidem nu. 23. tenet potius priorem opinionem, quatuor tamen limitationibus adiectis.

Limitat autem idem Matth. in d. nu. 11. niſi fuiſſet Põtifici in tali impetratione Abſolutionis, ſubreptum, quia tunc abſolutio non ualeret, &c.

An cõtractus nullus per ſtatutũ firmetur iuramento ubi latè proſequitur effectus & materia iuramẽti cum extenſionibus & exceptionibus nu. 123. 124. 125. uſque ad nu. 150. & 151?

123 Iuramentum firmat contractum: ſi per ſtatutum prohibeatur contrahere. Iaſo. in authen. ſacramenta. nu. 53. C. ſi aduer. uen. communem dicit.

* Per iſtam communem uidetur euacuari l. 6. tit. 1. li. 3. ordi. de qua uide per Docto. de Pala. Rub. in rep. ca. per ueſtras, de don. inter uir. & uxo. col. 512. §. fin. nu. 30. prope finem repet. ſed dicta lex limitatur in contractu minoris, ut in l. 59. tit. 18. par. 3. & in omnibus contractib. in quibus requiritur iuramentũ ad eius ualidationẽ, ut in pragma.

124 Amplia, & ſi interuenerit iuramentum ante, uel poſt contractum. Alci. ibi num. 133. communem dicit.

125 Amplia ſecundò, quod in tantum hæc communis, & & præcedens eſt uera: quod iuramẽtum tollit purgationem moræ, Anto. rub. conſi. 113. communem dicit. Et nõ requiritur aliqua interpellatio ad hoc quod incurratur in moram, ſi contractus, uel promiſſio fiat cum iuramento, Gozza. conſi. 25. nu. 10. communem dicit, ubi tamen diſtinguit: aut quæritur ad hoc quod pœna contractus debeatur requiritur interpellatio, ſecus tamen ad hoc quod promittens teneatur ad intereſſe: & ſic intelligitur dictũ Bal. in c. 1. §. ad hoc, in fin. & Ale. in l. quòd te. ff. ſi cert. peta. quæ diſtinctio eſt ex mente Boe. de mora. uerſiculo. in. principa.

126 Amplia tertio, quod iuramentum ſupplet omnes defectus, ac ſolennitates quę poſſunt opponi contra inſtrumentum, in quo interuenit iuramentum, etſi aliunde perueniat quam ex defectu ætatis, Cur. Iuni. conſi. 47. nu. 2. communem dicit contrariam. Imò quod omiſsio ſolẽnitatis probatoriæ de iure ciuili, licet iuramẽto ſit actus decoratus uitiat actum. Alcia. in c. cum contingat. de iureiuran. nu. 151. cõem dicit. ſed pro concordia, eſt præſupponendum unum, per quod diluitur omnis hæſitatio: quod iuramentum nuſquam tendit ad ſupplendum probationis defectum, ſed ad ipſius actus confirmationem, ut plenius aſſerit noſter Coua. in repe. c. quamuis de pactis pa. 2. §. 6. Et ideo nimirum ſi dicamus quod omiſsio ſolennitatis probatorię non ualidatur iuramẽto, in alijs autem ſolennitatibus ſic, ut prima communis tenet.

127 Amplia quartò, quod promittens ſoluere cum iuramento non recompenſat, Gozza. conſi. 31. nu. 15. & 16. cõem dicit, reprobato Bar. in l. amplius non petetur, ff. rem rat. habe.

128 Fallit primo, quando prohibetur ex ratione, uel natura rei: ut quia ea non ſit in commercio. Alci. in c. cũ cõtingat, nu. 179. de iureiuran. communem dicit.

129 Amplia quinto, ad contractum uel alienationem rei dotalis mediante iuramento, quia per iuramentũ firmatur, Io. Igne. in l. 5. §. ſi uir. & uxo. nu. 145. ff. ad Sillan. cõmunem dicit: licet eam per plura reprobet, quem ſequitur Caro. * in addi. ad Alexan. conſi. 27. uol. 1. in uerſi. ſalutis, eãdem concludit quod licet ipſa mulier teneatur ſtare contractui iurato, ſi ex iuſta cauſa reſtitutionẽ non impetret: tamen eius hæredes non tenentur nec aſtringuntur iuramento.

130 Fallit ſecundo, ſi prohibeatur ex fauore publico, Alci. ibi. nu. 83. communem dicit.

131 Reſtringe iſtam fallentiam: quando ſit prohibitio ex fauore priuato: licet in conſequetiam reſultet fauor publicus, idem ibidem. nu. 92. communem dicit. Et ex hac communi diluitur hæſitatio, de qua quæritur iuxta legẽ 59. tau. reprobantem donationem omnium bonorum, etiam præſentium. quod illa lex non habet locum ſi fiat cum iuramento: cum lex in fauorem ſubditorum ſit introducta,

troducta, ut dicitur in ſimili de donatione excedente quingentos aureos non inſinuata, quod ſi inueniat iuramentum ualet. Anto. Gomeſ. in d.l. 69. cõmunem dicit. ex Panor. & Imol. in c. cum contingat, de iureiuran.

132 Fallit tertio in contractu ſimulato: quia non firmatur iuramento, Bello. conſi. 448. nume. 4. communem dicit, ut eſt confeſsio dotis in fraudem creditorum, Rube. cõſil. 120. communem dicit.

133 Reſtringe iſtam limitationem: ſi cõtrahens iurat omnia, & ſingula contractus eſſe uera: nam hæc uerba operantur ut non poſsit dici contractus ſimulatus. Curt. Iuni. conſi. 110. nu. 5. communem dicit.

134 Fallit quarto, ex defectu cõſenſus. Cur. Iuni. conſ. 74. nu. 3. communem dicit.

✱ Iſte conſenſus non cadit in minori quatuordecim annorum, & ideo etiam cum iuramento, nihil ualet quod agit l. 56. tit. 5. par. 5. licet Docto. uariè loquantur in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus uendit. de quo per Iaſo. num. 7. & Panor. conſi. 108. uol. 2. & gloſ. in c. ex his, de ſponſ. & Matthæ. de Affli. in deci. Neapo. nu. 321. per totum, & uide quæ habes, nu. 86. in uer. minor.

135 Fallit quinto, in alienatione facta per filium de bonis in quibus pater habet uſufructum, Cur. Iuni. conſi. 152. nu. 7. communem dicit.

✱ Nota iſtam communem ad intel. l. 55. tau. ubi dicitur quod mulier non poteſt facere contractum, nec diſtractũ ſine conſenſu uiri durante matrimonio, quod etiam mediante iuramẽto, non ualet talis contractus: quod etiam eſt ex mente Coua. in epi. 4. cap. 7. §. 1. nume. 3. qđ mihi placet. pro quo etiam eſt communis opinio, de qua in uerbo maritus, ubi dicitur quod maritus habet uſufructum bonorum uxoris durante matrimonio.

136 Fallit ſexto, ſi ex iuramento inducatur peccatum: non eſt contractus obſeruandus, Alci. in c. cum contingat, de iur. iuran. nu. 101. communem dicit.

✱ Per hanc l. declaratur l. 16. tit. 11. par. 3.

137 Fallit ſeptimò, ſi iurãs enormiſsimè læditur: quia per iuramentum non tollitur enormiſsima læſio. Cur. Iuni. conſ. 142. nu. 6. communem dicit. & Ioan. à Ripa. in l. 2. de donatio C. num. 10. refutans Alexan. conſi. 42. & cõſil. 125. uol. 1. dicentem communem contrariam.

ADDITIO. IO. FICH.

Quod prior opinio communis ſit, teſtatur etiam Iaſ. conſi. 133. nu. 8. & 9. uol. 4.

138 Amplia iſtam ſeptimam fallẽtiam etiam ſi mulier cũ iuramento renũciaret enormiſsimam læſionem, niſi appareat uelle donare, Deci. conſi. 379. communem dicit. & idem Deci. conſil. 180. nu. 7. communem dicit contra Alexa. poſtremo pro reſolutione iſtius dubij. ubi doctores uarie loquũtur: uide noſtrum Coua. in repet. c. quamuis pactũ de pactis li. vj. in 3. par. §. 4. nu. 3. uſque ad nu. 9. ubi ponit duodecim conclu. & ex ſecũda, & tertia reſultat ſolutio ad noſtram cõem, ubi cõcludit quod quando læſio fuit enormiſsima multa maior quã ultra dimidiam, quod procedat noſtra cõmunis de æquitate, ſi tamen non multum exceſsit ultra dimidiam procedat cõmunis, Alexand. uide per eum.

139 Fallit octauo, in iuramento ſecundo præſtito contra primum, quia non eſt obſeruandum: Fran. de Are. in l. qui iuraſſe, nume. 28. ff. de iure iurand. communem dicit.

140 Fallit nono, ſi per metum extorqueatur, D. Ioan. de Imol. in c. uerum, de iure iuran. communem dicit: licet requirat abſolutionem, ut per eum ibi.

141 Nota in hac fallentia, quod iuramẽtum, præſtitum in prima uenditione, non operatur quin ſecunda uenditio ualeat: licet ipſe iurans teneatur ad factũ præciſe. Iaſ. in l. quoties, numero 36. C. de rei uendi. communem dicit.

✱ Nota iſtam communem ad ampliationem l. 50. ti. 5. par. 5. cum qua concordat l. quoties. C. de rei uendic.

142 Fallit decimo, in caſu fortuito: de quo non præſumitur contrahens cogitaſſe. Io. de ripa in l. 11. nu. 10. q. 3. C. de reuo. dona. communem dicit.

143 Fallit undecimo, in promiſsione de non reuocando teſtamentũ, quia tale iuramentum eſt contra bonos mores: & cõtraueniens: licet ſit periurus, actus tamen tenet, Alci. in d. c. cum contingat. nu. 77. & Anto. de Trem. in addi. ad Bonaccurſum, in prac. exceptio. in rub. qui. mo. num. 22. & Coua. in rub. de teſta. par. 1. num. 15. communem dicit.

✱ Nota iſtam communem, ex qua confunditur opinio Dida. de ſeg. in l. filius dum in ciuitate eſt. ff. de uerb. obli. nume. 23. dicentis quod iuramentum appoſitum in primo teſtamento operatur ut ſecundum non ualeat: quia iuramentum habet uim clauſulæ derogatoriæ, per uerbum. Bar. in l. ſi quis in princ. de leg. 3. & Iaſ. in l. ſi mihi. §. in lega. ff. de leg. 1. Et clauſula derogatoria habet uim ut ſecundum teſtamentum non ualeat. l. 22. tit. 1. par. 6. poſsit enim dari certa cõcordia, quæ eſt ex mente Alci. in quantũ reprobat opinio. Bar. in d. l. ſi quis, quod opinio communis procedat, quo ad effectum iuramenti: & ſic quod nõ impediat ſecundum teſtamentum. Alia autem opi. concernat uim iuramenti, & quod teſtamentũ ualeat eo modo quo de iure ualere poteſt: cum ſecundum communem opinionem relatam nume. 158. infra eo. & uis iuramẽti ſit, quod importet idem quod clauſula derogatoria: quod ſecundum teſtamentum nõ ualeat, niſi de eo ſiat mentio, & cum hoc recipit maximam exceptionẽ d. l. 22. cogita. Et nota aliud ſatis notabile, quod iuramentum operatur, & habet uim clauſulæ derogatoriæ circa primum teſtamentum habens clauſulam derogatoriam, quod ſecundum in quo eſt iuramentum, deroget primum, ac ſi de eo plena mentio facta eſſet, ut per Ioã. Lupum in re. c. col. 509. §. ultimo num. 23. quę multum conducit ad ampliationem d. l. 22.

144 Fallit duodecimo, in iuramento aſſertorio coniugũ: quia inter eos non ualidat donationes, Curt. Iuni. conſi. 95. num. 5. communem dicit.

145 Fallit tertiodecimo, in pacto de futura ſucceſsione quia non firmatur iuramento. Cur. Iuni. conſi. 25. nume. 7. communem dicit. & uide in uerbo pactum nu. 1. cum ſequenti.

146 Fallit quartodecimo, in obligatione ad carceres, & renunciatione ceſsionis bonorum: quia non firmatur iuramento. Alci. in c. cum contingat de iur. iuran. nu. 6. communem dicit. Et uide in uerb. obligatio, n. 7.

147 Fallit quinto decimo, in iuramento appoſito in donatione: quæ reuocatur per ſuperuenientiam filiorum per l. 8. C. de reuo. dona. Ioan. Arri. de dona. li. 3. C. num. 17. communem dicit.

148 Fallit ſextodecimo, in cõtractu facto per prodigum, quia non firmatur iuramento, Alci. in c. cum contingat, de iur. iuran. nu. 138. & Boe. in conſue. Bitu. §. 8. cõmunem dicunt.

149 Amplia iſtam fallẽtiam ad alienationem prodigi. Alci. in d. cap. cum contingat, nu. 146. communem dicit.

150 Fallit decimo ſeptimo, in donatione omnium bonorum, tam præſentium, quam futurorum, quæ non firmatur iuramento, Cur. Iuni. conſil. 25. nume. 6. communem dicit.

✱ Nota iſtam communem: & ſecundum eam intellige l. 10. tit. 11. par. 5.

151 Fallit decimo octauo, in confeſsione mariti de dote recepta, uide ſupra confeſsio, cõtra Deci. conſi. 202. quã refert Bello. conſi. 4. nume. 2.

152 Iuramenti effectus licet non poſsit tolli per ſtatutũ: tamen poteſt ſtatui quod in cõtractu minoris in quo interuenit iuramẽtum, præſumatur minor dolo inductus: & ualet

& ualet tale ſtatutum, Cur.Iuni.conſ.118.numero 6.& Iaſ.in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer. uen.nume.85.communem dicit.

153 Iuramentum,ſi ex diſpoſitione legis uel ſtatuti defertur:poteſt tamen aduerſarius probare contrarium:Tiraquel.de utroq; retract.§.4.gloſ.1.de retract. lignagier, nu.2.communem dicit, hæc communis in iuraméto ſtatuti,uel legis:ſecus tamen ſi deferatur à parte : quia poſtea nõ reuocatur per probationes de nouo repertas, l.25.tit.11.par.3.quod generaliter dicit Bald.in l.in bonæ fidei.C.de rebus creditis partẽ non eſſe admittẽdam ad probandũ contra iuramentũ delatũ,ſed Coua.in ſuis reſo.c.13.l.2.nu.1.dicit relinquendum arbitrio iudicis.

* Nota iſtam communem ad intel.l.9.tit.7.par.3.

Ioan. Fich.

Iuramentum in litem non defertur niſi contra uerè doloſum uel delinquentem etiam ſi ille haberetur pro doloſo uel delinquente ſecũdum formam iuris cõis uel ſtatutorum,cõmunem dicit,Iaſ.l.ſi quãdo.nu. 37.& ibidem Ioan.Bapt.à Ploris in reper.ſua,nu.768.cum ſeq.

154 Iuramentum non defertur in cauſa famæ.Marc.Ant. in tract.de ludic.nu.175.communem dicit.

* Nota ad limit.l.2.tit.11.par.3.ubi dicitur quod iuramentum defertur parti.

Ioan. Fich.

Iuramẽtum in ſupplemẽtum probationis,licet in criminalibus non deferatur,intelligẽdũ eſt de accuſatore, nam reo, ubi de pecuniaria pœna agitur deferri poteſt. communem dicit Alex.conſ.66.uol.1. ut refert Miſing. obſ.87.cent. 2.

155 Iuramentum defertur in cauſa matrimonij habẽti ſemiplenam probationem, quando aliquibus coniecturis coadiuuatur.Cur. Iuni.in l.admonendi, nume.67.ff.de iur.iuran.communem dicit.

* Nota ad ampli.d.l.2.

ADDITIO IO. FICH.

Adde Zaſ.conſi.9.cir.fi.lib.1.& Roma.in l.admonẽdi.nu.85.ff.de iureiu.Sequitur Didacus in Epito.4.lib. cre.1.c.4.nume.5.circ.finem.

Vide tu in contrariũ de hoc iuramento,conſiliũ DD. Germaniæ,quod eſt inter conſilia Zaſij lib. 2.conſ.3.in prin.& quod communis ſit in cõtrarium, ſimpliciter tenet,& firmat Ioan.Bapt. Ferretus.conſi.197.num.7.parte.1.Adde Ioan.de ſelua.in trac.de iura.in 2.pãr.in 3.q.

Idem.

Quod iuramẽtum purgatoriũ in cauſis matrimonialibus ſemper debeat exigi à reo,licet Actor nihil probauerit,Hoſt.& DD.communiter dicere,aſſerit Panor.in c.atteſtationibus,in fi.de ſponſ.impube.& c.Tamẽ id uidetur eſſe contra tex.in c.fin.extra de iureiu.Et DD.in conſilijs paſsim contrarium tenent.

156 Nota quod licet pars damna,& intereſſe dimittat declaranda per aliam partẽ,& quod in eis ſtetur ſuo iuramento, nihilominus poteſt peti reductio ad arbitriũ boni uiri.Coua.in ſuis reſo.c.13.li.2.nu.1.cõmunem dicit ex Panor.in c.quintauallis de iur. iuran.

Ioan. Fich.

Iuramento accuſatoris in Furti materia nõ creditur: uidelicet quo ad ipſum furtum probandum , ſecus quo ad illius qualitatem,communem dicit Fran.Duare.in l. in actionibus.ff.de in litem iur.nu. 50. refert Phanu.in tracta.de iureiu.in litem in 2.par.nu.63.

157 Iuramẽtum habet uim clauſulæ,ut actus ualeat quẽadmodum ualere poteſt,Alci.in c.cum contingat de iu. iurã.nu.184.& 170.communem dicit,& Coua. in §.relicti.d.c.quamuis,par.2.§.6.conclu.16.

158 Iuramento denunciationis euangelicæ creditur,Alci.de præſum.re.3.præſ.16.nume. 7. communem dicit.

Io. Fich.

A Iuramẽti neceſſarij delatione,qua non continetur ſimul uel abſolutio,uel cõdemnatio, appellare nõ licet, cum talis ſentẽtia ſit ſolummodo interlocutoria,ex qua nec actio nec exceptio poſsit oriri,ſed adhuc diffinitiua expectetur.Ita poſt Bar.ante ſignanum tenet Alex. Salicet.Raph.Fulgoſ.Iaſ.(multos ibi alios allegans.)Et cõmuniter DD.in l.in Actionibus. ff. de iureiur. Et Inno. c.ſi.in ſi.& eod.tit.cũ quo ibidem cæteri canoniſtæ,Ioã. Anđ.Anto.Butr.Hoſt.Card.Alex.Ioã.de Ana.& Io.de Imola tranſeunt.

159 Iuramento ſe aſtringens coram non ſuo iudice litigare non poteſt pœnitere.Feli.in c.1.de iudi. communem dicit,teſte Coua.in rub. de teſta.

Ioan. Fich.

Iuramentum calumniæ,etiam ſine ſpeciali mandato, præſtare poſſũt Tutor,Curator,Oeconomus,Prælatus, & cęteri habentes adminiſtrationem alieni patrimonij, per tex. & ibi Bart.communiter receptum.in l.2. § obſeruari.ff.de iurei.Abbas & omnes,in c.Imperatorũ.de iura.calũ.& gloſ.ab omnibus recepta in c.in pertractandis,eo.tit. Hæc Dida. Couarru. in lib. 1.uaria reſolut. cap.6.in ſi.

Idem.

Probatio per Iuramentum ex l.ſi quando,C.unde ui. locum habet contra hæredem.communem dicit Miſin. obſ.12.cent.4.

160 Iurisdictio Iudicis delegati perpetuatur per unicam citationem etiam non peremptoriam.Præpo.in c. non ita.2.q.6.communem dicit.

Nunquid per citationem præueniatur iuriſdictio,& an perpetuetur per ſolam citationẽ de iure ciuili, an uero per litis conteſtationem,& quid de iure regio.

161 Iuriſdictio præuenitur per citationem, Roma. conſi. 112.nu.4.communem dicit.

* Nota iſtas duas communes opiniones ad intellectum l.12.titu.7.par. 3.& eſt aduertendum quo ad hoc quod iudiciũ dicatur cœptũ:ut ibi cauſa firmatur, ut in l. ubi cœptum.ff.de iud.requiritur quod citatio ſit exequuta. Ad perpetuandam tamẽ iuriſdictionem iudicis delegati,tunc ſufficit mandatum de citãdo,& non exequutum, ſecundum Hoſti.Ioan.Panor.Petrum de Anca.in c.fin. de offi.delega.& Bal.& Ant.Gaufre.& Henri. in c.licet de offic.delega.Feli.& Deci.in cap.gratum, eo.tit.Bar. & Fran.Curt.Iun.in l.& quia,de iuriſdict.omni.iud.Decí.tholoſ.q.340.Do.de Rota in antiquiſsimis de of. dele.deciſa.Et hæc eſt magis cõis opinio ut per Pet.Raue. in compe.iur.de offi.leg.in ſi.licet aliud dicat Imo. in d. cap.fin.& Alexã.& Iaſ.in l.more de iu.omni.iudi.ff.qui dicunt communem ſententiam eſſe quod non perpetuetur : præcipuè Iaſ. nu. 58.De iure autem regio per litis conteſtationem perpetuatur iuriſdictio,l.21.ti.4.par.3. Et nota quod ſecundum ius ciuile, perpetuatur per ſolã citationem exequutam,& hæc eſt communis opinio, de qua per Iaſ.in d.l.more.de iure regio requiritur litis cõteſtatio l.21.Iur. canonico. ſufficit mandatum de citãdo, etſi non ſit eſequutum : quam dicit magis comunem dictus Raue. ſed ad hoc quod iuriſdictio præueniatur ſufficit citatio exequuta per l.12.ti.7.par.3.et nota ad intel. iſtius l.dictum ſolenne Soc. in conſi.41.nu.3. quia tunc dicitur præuenta iuriſdictio per citationem,quãdo pars comparet ad terminũ citationis, uel ſi non comparet,& actor accuſat contumaciam : alias non per l. properandum.§.1.de iudi.C.ibi contumaciam accuſante.

Iuriſdi-

162 Iuriſdictio eſt poteſtas de publico inſtructa cũ neceſſitate ius dicendi,& æquitate ſtatuendi Alcia. in c.quod ſedem,num.34.de offi.ordi. communem dicit.

163 Iuriſdictione conceſſa in genere per aliquam diſpoſitionem,cenſetur conceſſum merum,ac miſtum imperiũ Alci.ibi.nu.38.communem dicit.

164 Fallit,ſi demãdetur iuriſdictio iudici ſimpliciter quia tunc non cõprehenditur merum,ac miſtum imperium; Curt.Iuni.in l.1.de offic.eius cui demand.eſt iuriſdi.nu. 23.communem dicit.

165 Reſtringe iſtam limitationem, niſi alias ſubſtituatur loco alterius,quia tunc intelligitur commiſſum, idem ibi nu.66.& quæ habes uide in uerſi. delegatus per totũ.

166 Iuriſdictio,& officium iudicis ſunt diuerſa. Cur.Iun. in rub.de iu.omni.iudi.nu.21.communem dicit.

167 Iuriſdictio cohæret perſonæ, & habetur in territorio ad inſtar dominij,Curt.Iun.in l.1.de iuriſ.omni.iud.ff. nu.102.communem dicit.

168 Iuriſdictio uidetur cõceſſa,conceſſo territorio, Cur. Iun.ibi nu.103.communem dicit.

✻ De iure regio,ſi cõſtet ex uerbis principem uelle trãſferre iuriſdictionem,transfert,alias non l.9.ti. 4.part.5. & l.2.tit.9.li.3.ordi.quod in principe leges claræ ſunt: ſed in alio inferiore à principe cõmunis habebit locũ; & quod dictum eſt princeps, (ſi uelit)quod poſſit iuriſdictionem cõcedere,& uelle uidetur cum exprimit:tamen hoc intellige non in iuriſdictione ſuprema,quæ datur in ſignũ uniuerſalis recognitionis,ut aperte inſinuat L.1.tit.1.lib.3.ordi.quia hæc Rex non poteſt à ſe abdicare,ut latè per Thomam Grãma.in noto 28. & per me in recollectis iuriſdictionis.nu.6.& 7.

169 Fallit,ſi non ſit conceſſum totum, ſed pars.Idem ibidem nu.106.communem dicit.

170 Iuriſdictio totalis acquiritur per unicum actum iuriſdictionis de uoluntate domini,tamen ex propria uoluntate non acquiritur niſi in illo actu,Ant.Gomez.in l.45. tau.num.37.communem dicit.ex Bar. in l.3.ff.de acquiren.poſſeſ.

171 Iuriſdictionis poſſeſſio nõ uidetur tradita per apprehenſionem poſſeſſionis rerum,uel caſtri, etiam de uolũtate domini ſine exercitio, Anto.Gomez.ibi nu.42.communem dicit:ex Bar.in.d.l.3.pro quo dicit eſſe tex.in argu.in l.quotiens la. 2.ff.de ſerui.

172 Iuriſdictio,ſi duobus inſolidum competat: & habeat exercitium iuriſdictionis in aliquo caſtro: uno ex eis delinquente,alius nõ cognoſcit de delicto,Fel.in c.prudẽtiam,nu.5.de offic.de leg.communem dicit.

173 Iuriſdictio uel ius exigẽdi pedagium, uel uectigal dicitur habere continuam cauſam: ex quo ipſa competit perſonæ, Balbus de præſc. 2.par.5.par. q.3.qõ.1.communem dicit.

174 Iuriſdictionia cauſę officio mercenario expediuntur deſeruienti actioni ad priuatam utilitatem,Alci.in cap. quod ſedem.de offi.ordi. nu.66.

175 Iuriſdictionem habens ſolum in certo caſu, non poteſt cognoſcere,niſi cõſtito per informationem ſummariam cum caſus ille contingens cadat ſub ſua iuriſdictione:alias nihil ualet quod agitur,Cur.Iuni.conſ.224.nu. 6.communem dicit.

✻ Nota iſtam communem ad intel.l.23.tit.6. par. 1.fine de iudice laico qui põt cognoſcere in cauſa clerici. Et ad intel.l.14.ti.2.li.3.or.& l. 91.in §.ſtili.& l.7.ſtili.ubi ponũtur caſus in quibus curia cognoſcit,nã debet prius liquere de caſu delicti. Et nota quod ſi aliquis accuſatur de multis criminibus inter quæ eſt unum de contẽtis in d. legibus:ratiõe illius curia cognoſcit de omnibus alijs, Caſſa.in conſue.Burgu.rub.2.§.1.gloſſ.fin.Et in quantũ d.l.14.facit mẽtionem de miſerabilibus perſonis, quæ illæ ſunt:uide Matthæ.de Afflictis deciſ. Neapo.nu.57.& uide quę habes i uerſ.præſumptio nu.320.& nota dictũ Bal.in l.unica,C.quando impera.int. papi.& uidu.non põt renũciari,cum intuitu miſerationis fuerit conceſſũ: quem refert gloſ.in l.20.tit.23.par. 3.

176 Ius accreſcendi habet locum in feudo cõceſſo à principe Iaſo.in l.ſi mihi & Titio.ff.de uer.oblig.communẽ dicit, ſed magis communem ait contrariam Carol. ✻.in addit.ad Alexan.conſi.30.in uerb. accreſcendi.

Io. Fich.

Ius accreſcẽdi non habet locum in feudis ab Inferioribus Principe conceſſis. Communiorem dicit Franci. Cur.in tract.Feu.in ij.par.Princip.in 3.q.Et præceptor Zaſ.in Epito.feu.in tit.de ſucceſ.in 6.fallen.

177 Ius accreſcẽdi competit inſtituto in re certa, hærede uniuerſali non adeunte hæreditatem.Iaſ.in l. quoties,n. 7.C.de hære.inſt.communem dicit.

Io. Fich.

Ius accreſcendi locum habet etiam in donatione cã mortis.communem dicit Iaſ.Cro.& Ripa.in l.re coniũcti.de lega.1.Quos ſequitur Rim.tit.de donat. in prin. nu.660.in fine.

178 Ius accreſcẽdi,uel non accreſcendi competit in indiuiduis,etiam in cõtractibus,Roc.in uer.ius. q.6.nu.10. communem dicit, de iure patron;

179 Ius offerendi præſcribitur.Gui.Papa ſingu.906.cõmunem dicit.

Additio Io. Fich.

Hãc opinionem magis eſſe communem teſtatur etiã Ale.in l.ſi finita.§.Iulianus ff.de dam.infect. Et communem dicit etiam Angel.in §.Actionum.col.31.inſtit.de actio.Et Purpuratus in l.potens.C.de pact.& alij quos uide apud Dida.Couar. lib.1.uariarum reſolutionum. c.9.uide infra plenè i uer.Pactũ,de retrouẽdendo.nu.9.

180 Fallit,quo ad proponendum ex ui exceptionis, quia non præſcribitur:ſed ſolummodo iure actionis. Balbus de præſcr.in 4.par.5.par.q.2.communem dicit.

Additio Io. Fich.

Idem tenet Philip.Decius conſi.144.& Zaſ.conſ.12. nu.75.li.1.

181 Ius patronatus acquiritur præſcriptione. Deci.conſi. 234.nu.4.Ioã.à Ripa in l.2.de legi.c.2.num.13.communem dicit.

182 Ius patronatus annexum uillæ tranſit:cum uilla ẽ in feudum conceſſa,Lamber.in tract.de iur.patro.li.1.par. 2.q.7.ar.1.communem dicit.

183 Ius patronatus legatum trãsfertur in legatarium,ſi teſtator habet poteſtatem transferẽdi conceſſam ab Epiſcopo,idem Lamber.in par.2.q.6.quem refert Ioan.Duran.in arte teſtan.tit.6.cau.67.communẽ dicunt, Curt, Iuni.in conſi.87.nume.7.quod ius patronatus ſine difficultate, tranſit in hæredem uniuerſalem, in legatum tamen effectualiter non tranſit: niſi accedẽte conſenſu Epiſcopi,communem dicit.

148 Ius patronatus habes in aliqua eccleſia collegiata,nõ poteſt præſentare principales dignitates illius eccleſiæ. Boe.dec.32.num.5.communem dicit.

Intellige iſtam communem in electione,quia laicus, etiam princeps non poteſt præſẽdere electionem prælati eccleſiæ collegiatæ uel cathedralis:ſecus tamen in præſentatione,quas poteſt ſibi reſeruare in principio cõſtructionis,uel poteſt acquirere præſcriptione,ſi conſtruait, uel dotauit uel fundauit,Cou.in reg.poſſeſſor,de reg.iuris in 6.§.10.num.5 .magis communem dicit. ex Ioan. And.in reg.cui alicui,de reg.iu.in 6.Et ex hac cauſa Hiſpaniæ reges non ſolum ex priuilegio,quia ab ore inimicorum fidei proprio ſanguine totam Hiſpaniam redemerunt:ut dicit glo.in c.Adrianus, 63. diſtin. ſed etiam

ex

ex eo quod fundarunt, conſtruxerunt, & dotarunt eccleſias cathedrales: ea præſcriptione præſeruant prælatos eccleſiarum, quod nota.

ADDITIO.

Ius agendi ad ſupplemētum. Nota circa hoc uerbum ius: quoad Bart. in l. ſi quis filium, in fi. C. de inoffi. teſta. & in cōſ. 14. An ius agendi, tenet quod ius agendi ad ſupplementū legitimę quinquēnio præſcribitur, ſicut eodē tēpore finitur querela teſtamēti, loco cuius dicit ſuccedere tale ius agendi ad ſupplementum. Quæ opi. communiter reprobatur, ut per Bald. in authē. presbyteros, numer. 1. C. de epi. & cler. & in d. l. ſi quis filium. num. 6. Ang. in l. Papinianus §. ſi conditioni, nu. 3. ff. de inoffic. teſta. ubi contra opi. Bar. dicit ſæpius conſuluiſſe, & obtinuiſſe, cū dicta actio durat annis 30. & in l. omnimodo, nu. 6. C. eod. titu. & Sali. in d. l. ſi quis filium, nu. 8. Iaſ. num. 5. cum multis alijs, de quibus fere in omnibus additionibus in locis, & hæc eſt cōis opi. ſecundum eos. Si uis autem ſaluare Bart. uide alleg. in dictis additio. ſeu apoſtillis, & Fran. Cremen. in ſingu. 128. incip. Antiqua quæſtio eſt inter Bart. & Bal. cū eius apoſtil.

IO. FICH.

Ius patronatus præſcribitur tempore cuius memoria non extat in contrarium. communem dicit, & quod etiam communis conſuetudo eam ſequitur, &c. Pau. Citad. in tracta. de iure pa. in 3. par. in 5. cau. in fine.

IDEM.

Iuri agendi ad legitimæ ſupplementum, uel ipſam legitimam præſcribitur xxx. annis ſecundum communiorem teſte Ioach. Miſing. obſer. 71. cent. 2.

IDEM.

Iuri adeundi præſcribitur xxx. annis ſecundum communiorem. Miſing. obſ. 71. cent. 2. Et ante ipſum Alexander. in l. licet. C. de iure delibe.

IDEM.

Ius iniquum impetrans etiam contra unum tantum, ipſe uiciſsim ab omnibus debitoribus ſuis retorſionē patitur. cōmuniorem opinionem eſſe teſtatur Zaſius in l. Si quis iniquum, §. hæc pœna ff. quod quiſq; iuris.

IDEM.

Ius priuandi uaſallum feudo non tranſit ad hæredes quando dominus tacuit, & in uita ſua nihil conqueſtus eſt, communem dicit Franciſ. Curt. in tract. feud. in 4. par. principa. in 2. quæſt. princip. nu. 156. Et idē plenius ibidem in ſeq. q.

L

LABORATORES conducti ad laborandum agrum litigioſum, ſi fiat eis proteſtatio ne agrum colerent, tenentur ad damnum, & ad pęnam. Deci. in l. uelle, num. 3. communem dicit. ff. de reg. iur.

IO. FICH.

LAESIO enormiſsima, eſt iuſta cauſa petendæ relaxationis iuramenti, cōem dicit Iaſ. poſt cop. conſil. allegationes in conſ. 133. col. 4. & ſequitur Prob. in Addit. ad Ioan. Monac. in c. quamuis. de pact. lib. vj. in fi.

2 LAICUS, qui ante concilium Lateranenſe habebat decimas eccleſiæ, non poteſt alteri laico concedere, etiam cum authoritate Epiſcopi. Boe. in conſue. Bitu. de coſtumes prediciales. §. 11. communem dicit.

3 Laicus poteſt eſſe arbitrator in re ſpirituali, Deci. in c. 5. de iudi. nu. 2. communem dicit.

4 Laicus poteſt eſſe aſſeſſor Epiſcopi in cauſa ſpirituali, Dec. ibi, quā intellige, niſi ipſe iudex alias eſſet ſequuturus ſuū conſiliū, ut per Panor. ibi, ex quo infertur, quod ſi iudex ē ita ignarus quod neſcit diſcernere an conſiliū ſit iuſtum, nec ne, cum teneatur ſequi, ut per Anto. in ca. cū olim de arbi. quē refert & ſequit Alex. in l. ſi conuenerit, nu. 11. ff. de re iudi. tunc laicus non poteſt eſſe aſſeſſor. ut per Decium ibi, quem communem dicit.

5 Laici poſſunt puniri per epiſcopum de adulterio. Alc. in ca. pernicioſam, num. 58. de offi. ordi. communem dicit, & per intruſionem in monaſterium. Coua. in epi. 4. c. 7. §. 7. num. 10. communem dicit.

6 LATA culpa non æquiparatur dolo, cum agitur de imponenda pœna mortis, uel mutilationis membri. Hier. Cagno. in l. contractus numero. 10. de reg. iur. ff. cōem dicit.

IO. FICH.

Pro lata culpa puniri quem poſſe corporaliter, non tamen eadem pœna corporali, qua puniretur pro dolo, ſed mitiore & leuiore, ponit pro uera & communi concluſione Rober. Maran. in 4. par. Specu. tit. 1. nu. 59.

7 LEGATUS de latere in prouincia ſibi commiſſa, ac extra pōt ſubditos abſoluere propter iniectionem manuū uiolentam in clericum, excommunicatos, etſi ſit enormis læſio, Panor. in c. penul. de offi. dele. cōem dicit.

* Concor. cum l. 23. ti. 9. par. 1.

8 Nota quod legatus in prouincia ſibi decreta poteſt adiri per uiam ſimplicis querelæ, gloſſ. communiter approbata ſecundum Panor. in c. 1. de offi. dele. num. 2.

9 Legatus nuncius extra prouinciam non poteſt abſoluere quemquam: Panor. ibi communem dicit.

ADDITIO IO. FICH.

LEGO, (uerbum) etiam uniuerſitati rerum adiectum non habet uim inſtitutionis. Sed erit tunc legatum uel totius hæreditatis uel partis eius, ſecundum quod dictū fuerit. Et cenſebitur hæres inſtitutus iure legati grauatus, hæreditatem totam, uel eius partē reſtituere, iuxta l. mulier. §. fin. ff. ad Trebel. Et hanc communem eſſe cōcluſionem ſcribit Maria. Soci. Nepos, olim præceptor meus in rub. de lega. 1. nume. 73. quam limitat ibidem nu. 77. ubi uide.

10 LEGATUM factum Sempronio, ſi duxerit uxorem in mille, etſi ordinem eccleſiaſticum receperit, in c. ſi efficitur clericus gaudet in mille. Hipol. in rub. de fide inſtr. nu. 127. ff. communem dicit.

11 Legatū factum mulieri, uel alicui, ut contrahat matrimonium cum A. ſi ipſa uelit: requiſita recuſauit, & ſi poſtea A. uelit, nihilominus debetur, etſi non cōtrahat. Iaſ. in l. cum auum. C. de inſtitu. & ſubſti. nume. 8. communem dicit.

12 Legatum relictum uxori, ſi honeſte uixerit, & durauerit in uiduitate, poſt eius mortē quod Titius habeat legatum, ſi ipſa contrahit nō expectata morte, Titius habebit legatum. Iaſo. in l. ſi mater. nume. 2. C. de inſti. & ſubſti. communem dicit.

13 Legatum ſi ſit relictum filiæ pro maritanda in A. ſi filia maritetur cū B. filia nihilominus habebit reſiduum, Iaſo. in l. filia legatorum, de lega. C. nu. 3. cōem dicit.

14 Legatum factum uxori, per hæc uerba. relinquo uxori meæ quicquid ad me peruenit nomine dotis, non ſunt deducendæ expenſæ factæ, Iaſ. in l. poſt dotem num. 36. ff. ſolu. matr. communem dicit.

25 Lega-

15 Legatum factum uxori, in quo relinquitur uſufructuaris omnium bonorum, inſtitutis filijs, intelligitur ſolum legata eſſe alimenta, Gozzad. conſil. 99. num. 8. communem dicit.

16 Limita, ſi filius moriatur, quia tunc uerè uſufructuaria omnium bonorum, idem ibi num. 9. communem dicit.

17 Legatum factum eccleſiæ intelligitur de parochiali, Iaſ. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. nu. 4. communem dicit.

18 Legatum annuú relictum eccleſiæ, uel ciuitati nó durat niſi per centum annos, Alexan. conſi. 60. uol. 1. communem dicit, quam intellige in uſufructu relicto eccleſiæ, ſecus tamen in annuo legato, Iaſo. in l. ſoluto matrimonio. num. 1. ff. ſolu. matrimo.

19 Legatum pium non debetur niſi adita hæreditate, Iaſ. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. nu. 31. & Coua. in repe. c. Rainutius, de teſta. §. 3. communem dicunt.

20 Legatum, ſi factum eſt in teſtamento, minus ſolenne, hæredes non tenentur ad ſoluẽdum, niſi teſtator legatarijs cõcedat quod propria authoritate poſsint apprehẽdere poſſeſsionem rei legatæ, Ioan. Duran. in arte teſtã. ti. 2. cau. 3. communem dicit.

✻ Nota iſtam communem cum ſequentibus ad intell. l. 31. ti. 14. par. 6.

21 Fallit ſecundò, in obligatione naturali: per quam hæres tenetur ad præſtandum, ſecundum magis communem opinionem, ut per Iaſ. in l. cũ quis. C. de iur. & fac. ignor. nume. 2.

22 Fallit tertio, quando teſtamentum eſt nullum ex eo quod teſtator errauit inſtituens quem credebat coniunctum, cum alias non eſſet Iaſ. in l. eam quam, de fideicõ. C. num. 5. communem dicit.

23 Fallit quartò, quando teſtamentum eſt nullum ex præteritione, quia non ſunt inſtituti hæredes qui inſtituendi eſſent, Bello. conſ. 53. in princip. communem dicit.

24 Nota quod ſi legatarios poſsidet, etiam ſi teſtamentũ ſit nullum, legitime retinet etiam in foro conſcientiæ, Iaſ. in d. l. cum quis. C. de iur. & fac. ignor. cõem dicit.

✻ Concor. cum. l. 31. ti. 14. par. 5.

25 Legatum relictum ſpurijs à patre cognatis proximioribus defertur, Coua. in epi. 4. cap. 8. §. 5. nu. 5. communẽ dicit ex Iaſ. in l. 2. C. de hære. inſti. & Alex. in l. hæreditas C. de his quibus ut indignis.

✻ Et cognatis proximioribus negligentibus per duos menſes, defertur fiſco. l. 10. ti. 13. par. 6.

26 Legatum magnum tollitur rupto teſtamento per natiuitatem poſthumi, Alci. de præſump. re. 2. præſump. 23. communem dicit.

27 Legatum dicitur inutile, quod in uoluntate alterius relinquitur, niſi ſit in piam cauſam, Ioan. Duran. in arte teſtan. tit. 6. caut. 8. communem dicit.

✻ De materia iſtius communis habes l. 21. tit. 3. par. 6. & l. 6. ti. 5. li. 3. For. ll. & l. 31. cum nouem ſequentibus in deciſ. cau. & l. quæ cum communi, concordat in l. 29. tit. 9. par. 6. quam rogo uideas.

28 Legatum factum cum clauſula quod teſtator promittit non reuocare, & ſi reuocauerit quod donat, non poteſt mutari, Deci. conſi. 193. & Io. Duran. in arte teſtan. cau. 3. tit. 6. communem dicunt.

29 Legatum alternatiuum ſi relinquatur, eſt electio legatarij & non hæredis, Salice. in l. plerunque. §. ſi. ff. de iu. dotium, communem dicit.

30 Legatum relictum certis perſonis certi loci, uidetur relictũ contemplatione loci. Ioan. Duran. in arte teſtã. ti. 6. cau. 7. Balbus in conſi. 1. uolum. 4. communem dicit.

Vtrum res aliena legari poſsit a teſtatore ſciẽte, & quid, ſi res legata ex alia cã, quã legati ueniat ad legatariũ, num hæres ad illius æſtimationẽ tenetur, quod latè p ſequitur, cũ extenſionibus & exception. num. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.

31 Legatum de re aliena, ex certa ſcientia teſtatoris efficax eſt, & hæres tenetur euincere & dare legatario, Alexan. in l. alienã. C. de leg. Duran. in arte teſtan. ti. 6. cau. 32. communem dicit.

✻ Concor. cum hac communi. l. 10. & 37. tit. 9. par. 6. & res legata uenit ad legatariũ alio titulo quam legati, hæres tenetur conferre ei pretium. l. 44. tit. 9. par. 6. quia licet cauſa fuit adimpleta: non tamen ceſſauit effectus l. ſi iam facta, & l. conditionum. ff. de condi. & demon. Bal. in l. filio legatorum. q. 2. C. de leg. de quo per Tiraquel. de ceſſante cauſa in 28. limit. ubi dicit communem opi. Allegat Paul. de Caſtro cõſi. 148. uol. 1. ubi Paul. concludit quod ſi ea, cui quis teſtamẽto dotem reliquit, nubat interim antequã teſtator moriatur, ſicq; ab alio dotata, & tamẽ debetur legatum: ad quod etiam accedit, quod ſi teſtator reliquit decem Bertę, quæ eo tẽpore teſtamenti erat iam nupta, debetur illi legatum. ex Bald. in l. ult. uerſ. pœnæ teſtator. C. de ſenten.

32 Amplia, etſi ſit factum de re eccleſiæ, ſaltem ut detur æſtimatio, Cur. Iuni. conſi. 30. communem dicit.

✻ Contrarium diſponitur per l. 13. titu. 9. par. 6. ubi dicitur quod res eccleſiæ non poteſt legari, nec hæres tenetur ad æſtimationem, quæ concordat cum c. filius, de teſta. de quo uide l. filius. ff. de teſta.

33 Amplia, etſi ſit res fiſci. idem ibi. nu. 5.

34 Amplia, etiam ad rem dotalem. ibi. nu. 6.

35 Amplia etiam etſi ſit res minoris, ibidem ibi eod. nu.

36 Amplia per dictam cõcluſionem, etiam ſi legatum ſit factum fratribus minoribus, qui nõ poſſunt habere proprium, ualet tamen ut reddatur æſtimatio, Cur. Iu. cõſi. 30. nu. 7. communem dicit, & hic eſt intelligendus Signor. de homod. conſi. 40. in fine dicens communem opinionem eſſe quod fratribus mendicantibus non poſſunt legari annui redditus pro alimentis.

37 Fallit ſi rem habet teſtator etſi ſit fideicommiſſum, finiturum tamen morte teſtatoris: quia hæres non tenetur eijcere, nec dare æſtimationẽ, Iaſ. in conſi. 109. uol. 4. & idem in emphyteoſim, legatumque finitur morte teſtatoris, Iaſo. in l. uxor. C. de le. communem dicit.

38 Legatum factum, priori bibliam, & fratribus pro emenda cappa decem, ſi prior præceſsiſſet, habebit prior bibliam tantum, ſi tamen ſequatur, habebit utrunque, Imol. in l. cohærede. §. patrẽ. ff. de uulga. & pupil. & Iaſ. in l. doli. de uerbo. obli. ff. num. 4. communem dicit, ubi uide Aret. pulchre loquentem.

39 Legata data ab inſtituto, cenſentur repetita à ſubſtituto, niſi aliud appareat de mente teſtantis, Bello. conſ. 63. nu. 5. communem dicit. ex l. non iuſtam. C. ad trebell. & l. licet, de lega. 1. & in l. unica. §. pro ſecũdo, & §. non autem, de cadu. tollen. & Iaſ. in d. l. licet.

40 Legatum factum nomine expreſſo hæredis non cenſetur repetitum in ſubſtitutione, Alci. de præſu. re. 2. præſum. 35. nu. 3. communem dicit.

41 Legatum cum conditione in primo teſtamento, ſi in ſecundo ſimpliciter legetur, reiecta cenſetur conditio, Cur. Iuni. conſi. 16. nu. 14. communem dicit.

42 Legatum factum creditori uoluntario debetur, & creditum. ſecus tamen & in creditore iuris uel conſuetudinis, quia præſumitur factum animo compẽſandi. Io. Cora. in lib. 3. miſcella. c. 2. nu. 9. communem dicit.

✻ Nota iſtam communem ad intel. l. 5. tit. 6. for. ll. & l. 3. & uide quæ habes in uer. uxor, infra quæ loquitur de bonis duran. matrimonio. nu. ſi.

43 Legato alicui facto, actio, uel obligatio quæ affixa eſt oſsibus legatarij, non finitur, etſi finiatur tempus appoſitum ipſi legato, ſed exceptio tantum: dominium autẽ rei legatæ finito tempore, tranſit in hæredem, ſicut tranſlatum erat in legatarium. Iaſ. in l. illud. C. de lega. nu. 5. communem dicit.

ADDITIO.

Ratio prædictorum eſt quam cum alijs in hac materia poſuit M. Ant. Bard. in tract. de temp. uti. & contin. in ca. 12. ſub num. 12.

44 Legatis mobilibus, non ueniunt nomina debitorum, Iaſ. conſ. 5. uol. 3. Ioan. Duran. in arte teſtan. ti. 6. cau. 9. communem dicit.

45 Legata domo, ſi teſtator habet plures domos, erit in arbitrium hæredis dare minimum, etſi nullum habeat, legatum eſt eluſorium, Maine. in l. ſemper in obſcuris, nu. 9. ff. de reg. iur. communem dicit.

Quod actiones dentur legatario. & num actio ex teſtamẽto detur pro legatis honoris ſolum cauſa, & utilitatis teſtatoris factis: an uerò officium iudicis, ubi plures ad duntur exceptiones. num. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52.

46 LEGATARIO licet tres actiones competant pro legatis uidelicet perſonalis ex teſtamẽ. rei uendicatio, & hypothecaria per l. 1. cõmunia de leg. limitatur tamen d. l. quod actio ex teſtamento non competit pro legatis facta duntaxat ad honorem, & utilitatem teſtatoris, ue conſtituatur capella: quia tunc competit officium iudicis, Ripa in l. per omnia nu. 42. ff. de leg. 1. communem dicit ex Par. ibi licet ſibi nõ placeat, imò quod non ſolũ competat in iſto legato actio ex teſtamento, ſed etiam officium iudicis.

47 Fallit ſecundò, in legatis quæ ſuſtinentur de iure ſpecialiter, ut in legatis cõditionalibus, pro quibus competit actio in factum, uel officium iudicis. idem ibi. num. 43. communem dicit, ubi uide alias limitationes.

48 Nota quod in l. quantum dicit quod pro legatis competit rei uendicatio, limitatur in uniuerſalibus fideicõmiſſis, uel legatis: quia nõ competit niſi facta reſtitutione pro hærede: ſublimitatur in legato uniuerſali relicto eccleſiæ ſequuta actione per hæredem, Idem Ripa ibi, nu. 51. communem dicit.

49 Limita d. l. quò ad rei uendicationem in legato partis bonorum: quia non competit rei uendicatio, idem ibi, numer. 53. communem dicit.

50 Limita etiam legato unius rei facto duobus in ſolidũ, quia non competit rei uendicatio. Idem ibi, nu. 56. communem dicit.

51 Fallit d. l. 1. quia hypothecaria non competit in re legata. idem ibi, num. 65. communem dicit.

52 Amplia primo, in legatis pro quibus competit officium, idem ibi, num. 66. communem dicit.

53 Nota quod actio hypothecaria quæ competit pro legatis non fuit cognita de iure digeſtorum, idem Io. de Ripa ibi, nu. 64. communem dicit.

54 Legatario non accreſcunt quę acquiruntur ex re legata ante aditam hæreditatem, Pet. Raue. in alpha. aur. in uer. legatum communem dicit.

* Concor. cum hac communi à contrario ſenſu. l. 37. ti. 9. par. 6. Et quando res legata pluribus, accreſcit alijs, ui de. l. 35. eod. titu.

55 Amplia, etiam ad legitimam, quia poſtquam alicui eſt aſſignata, non accreſcit illi, ſed patri, uel hęredi, Cur. Se ni. conſi. 84. nu. 3. contra Bal. in ca. cum m. Ferrarienſis de conſti. communem dicit.

IO. FRAN.

Legatarius in teſtamento teſtis eſſe poteſt l. dictanti bus, C. de Teſta. quod fallit quo ad legatum ſibi factum communem dicit Dilect. in ar. teſt. ti. 2. cau. 9.

56 LEGITIMA filij eſt quota bonorum, non autem hæreditatis, Dida. de ſegu. in l. cum patronus. d. l. 2. ff. n. 49. & Boe. deciſ. 24. nu. 12. communem dicit.

IOAN. FRAN.

Legitima per omiſſionem inuentarij nõ amittitur, ut conuenit inter omnes DD. ſecundum eundem Dilectum in d. tracta. Tit. 5. cau. 36.

57 Legitima neceſſario eſt relinquenda iure inſtitutionis filio, Alexan. conſi. 70. uolum. 2. Iaſo. in authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. nu. 16. Ripa in rub. ff. ſolu. matrim. nume. 44. communem dicunt, licet Alexan. in l. inter cętera de liber. & poſthum. ff. dicat communẽ contrariam de iure canonico, nu. 31. quem Iaſ. refert & dicit communem contrariam.

58 Amplia ad legitimam patris, quia debet relinqui iure inſtitutionis, Iaſo. in d. Authen. nouiſſima, num. 38. poſt Alex. communem dicit.

* De iure regni cum legitima ſit aucta per l. 9. & 13. ti. de las mãdas. For. ll. & l. 1. ti. de las hær. eius ſo. legitima poteſt relinqui quocunque titulo per Bal. in l. maximũ uitium. C. de libe. præte. quem refert Segu. in l. cum patronis, nu. 42. ff. de leg. 2. licet ipſe dicat quod tutius eſt quod fiat iure inſtitutionis per glo. in cap. Rainutius de teſtam. opinionem Bal. Iaſo. in d. Authe. nouiſſima, nu. 24. reprehẽdit per dictũ Imol. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matri. & Lodo. Roma. in l. ſi quis priore. ff. ad trebel. ſed opinionem Bald. approbat l. 1. ti. 2. li. 5. ordi. in teſtamento nuncupatiuo, de qua uide Suarez. in l. quoniam in prioribus, in quinta decima limita. C. de inoffi teſta.

59 Fallit, niſi alias priuetur ex cauſis in gloſſ. in cap. quintauallis de iur. iuran. & in authen. eum de appel. cogno. coll. 8. §. cauſis comprehenſis, & ex maiori cauſa etiam expreſsis. Curr. Iuni. conſil. 182. numer. 10. & Iaſo. in l. non licet, num. 7. C. de lib. præt. communem dicit.

60 Nota quod licet requiratur quod iure inſtitutionis legitima relinquatur: nõ requiritur quod tota, ſed ſufficit quod aliquid relinquatur, nec filius habet querelã inofficioſi: ſi tota non ſit relicta, ſed poteſt petere ad ſupplementũ, Corn. conſi. 66. litera. 3. uol. 2. communem dicit legitima patris eſt triens, Iaſo. in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. quam refert Segu. in l. cum patronus. nu. 14. de leg. communem dicit. lex. 6. tau. legitima aſcendentium eſt tota hæreditas, adempta tertia parte bonorum, qua filius poteſt diſponere ad libitum: & per iſtam legẽ tollitur ambiguitas doctorum in qua quærebatur utrũ aucta legitima filij, uideatur & aucta patris, de qua per Segu. in l. cum patronus, num. 14. ff. de lega. 2.

61 Nota, quod pater poteſt exhæredare filium ex iniuria uerbali ſibi illata, Curti. Iuni. conſil. 148. num. 1. communem dicit.

* Concor. cum hac communi. l. 4. ti. 7. par. 6.

62 Legitima ex cauſa minui poteſt per ſtatutum: tolli autem non poteſt, Hiero. Cagno. in l. iura ſanguinis, ff. de re. iur. cõem dicit Petrus Raue. in alpha. aureo in uerbo legitima. & Deci. conſi. 19. & Boe. deciſi. 188. nume. 6. magis communem dicunt, CONTRARIAM. quod poteſt tolli, & idem dicit Iaſo. in authẽ. nouiſſima. C. de inoffi. teſt. ſed dictus Hiero. ibi dicit, quod legitima quæ debetur de iure ciuili in totum poteſt tolli, quæ autem debetur de iure naturę non poteſt, Ioan. autem Nicola. in addi. Alciat. intra præſump. re. 1. præſump. 8. dicit ſtat rationabilis cauſa ſtatuendi, & ex toto poteſt tolli, aut nõ eſt & non poteſt, & hãc opinionem dicit magis communem dummodo ex toto alimenta non tollantur. Et ſic coincidit cum Cagno. & dicit communem ex mente Curt. Iuni. conſi. 10. Et de hac communi uide Soc. conſi. 150. uol. 1. nu. 2. & ſic eſt intelligendus Ale. conſi. 3. uol. 7. ubi dicit magis communem opinionem eſſe, quod ex toto poſſit tolli. quem refert Goza. conſi. 43. nu. 24. ex quo ſequitur quod licet princeps concedat facultatem inſtituendi maioricatum de omnibus bonis, pater nõ poteſt tollere legitimam naturalẽ alijs filijs, quæ ſuccedit loco alimentorum, nec princeps nec pater eſt tutus ſi alias præſtet talem facultatem, ut per plura deducit Suarez in l. quoniam in prioribus. ff. de inoffic. teſta. ſuper l. 5. §. ſecun-

5.§.ſecundo limitabis per totum nu.14.& talis facultas eſt odioſa ut per Palat.Ru. rep.de don.inter uir.& uxo. in c.per ueſtras. §.24.num. 20.ex quibus etiam reſultat quod cum legitima aſcendentium debeatur iure ciuili quod per ſtatutum poteſt tolli ſecundum communem opinionem,de qua in uer.aſcendentes,num. 143.ſupra.

Additio Io. Fich.

Hanc poſteriorem opinionem,ea cauſa hic in fine poſita,ſequitur tanquam communem,etiam Nicola.Bello. conſ.13.nu.21.Et ibidem pro hac refert Decium, & per eum accumulata in l.iura ſanguinis.ff. de regu.iur.Et ad de 1.in uerbo ſtatutum, ſub num.

Additio.

Circa legitimam & eius emolumentũ ac hæreditatẽ.An. de Put.in c.licet.nu.16.de uot.& uot.redem.& in ca. ſi heredes,num.6.de teſtam.de mente gloſ.in d.c.licet diſtinguit, aut hæreditas eſt diuidua aut indiuidua,primo caſu cõſeruatur legitima,ſecũdò uerò nõ, prout in ſucceſſione Regni.quia ſi Regnũ diuideretur,facile deſtrueretur.Circa quã legitimationẽ,dicit Bar.in l.fine. §.excluditur,circa fin.de iur.patro.& in authẽ.nouiſſima.C.de inoff.teſta.quod aſcẽdentibus titulo inſtitutionis non ſit neceſſe habere legitimã, ſicut ecõtrariò, Quæ opi. practicatur cõtra Bar.ut dicit Ang.in l.ſi d. mil te.9.ſi.nu.3.ff.de mil.teſt.Bal.in auth.ex cã,num. 17.C.de lib.præte.& in l.omnimodo.nu.2.C.de inoffi. teſt.Imo.in l.prima.§.ex fundo num.3. col.16.uer.iuxta prædicta reſtat de hær.inſtit.cũ aliis de quib.in apoſtill.in dictis locis,& cõem dicit hanc l.1ſ.in d.auth.nouiſſima num.37. admiraturq; quòd Bart. amicum uõ inuenerit in ſua opi.tamẽ aliquãdo Bald. uariauit qui cũ Bar. aliquãdo tenuit,ut p Imo. in d.§. ſi ex fundo.

63 Legitimus ille dicendus, qui ex matrimonio contracto in facie eccleſiæ naſcitur: oportet enim dicentẽ cõtrarium non ſolum inter parentes matrimonium non poſſe ſubſiſtere, ſed etiã malã fidem amborũ probare, Coua.in epi.4.cap.8.§.3.nu.2.communẽ dicit ex Pano. & Præpoſi.in c.peruenit, qui filij ſint legiti.

* Concor.cum l.1.ti.13.par.4.

64 Nota quod ſi pater nominat filium ſuũ legitimum in teſtamento: non ſtantibus filijs legitimis efficitur legitimus uiua matre habili ad contrahẽdum matrimonium, Boe.deci.240.num.16.uſque ad nu.19.communẽ dicit.

65 Legitimus non eſt temere pronunciandus niſi cum legitimo cõtradictore,idem ibi communem dicit ex Ancha.& Abba.in c.cauſam quæ,el 2.qui fil.ſi. legiti.tamẽ ſententia lata pro uno fratre,omnes alios fratres cõprehendit.l.19.tit.22.par.3.

66 Legitimus ex matrimonio præfertur legitimatio per principem poſt natiuitatem legitimatidẽ.Coua. in d.ca. 8.§.2.num.28.communem dicit.

* Concor.cum l.12.tau.

Nota quod ius legitimãtis nõ præſcribitur per quinquennium a morte patris,Idem ibi.§.3.nu. 2.communem dicit.nec obſtat l.25.tit. 19.par. 3.quæ loquitur in libertate.

Legitimatus excludit ſubſtitutũ, Curt.Iuni.conſ. 83.num.8.Iaſ.in l.cum aut,de inſti. & ſubſti. nu.7.C.cõmunem dicit.

67 Limita,ſi non ſit citatus ſubſtitutus:quia tunc non excluditur,idem ibi,num.10.communem dicit.

68 Amplia iſtam limitationem, etſi ſit legitimatus uiuente patre,Deci.conſ.85.Coua.in epi,4.c.8.§ 9.nu.8.communem dicit.de quo uide ſupra in uer. citatio,nu.31.

Io. Fich.

Legitimatus antequam dies fideicomiſſi ceſſerit, excludit ſubſtitutum.communis eſt,per ea quæ allegat Dilect.in ar.teſtan.tit.5.caute. 15.

An uerbum legitimus, cõprehẽdat filium legitimum effectum ut uerus legitimus dici poſſit. cũ extẽſionib. & exceptiõib.nu.69.70.71.72.73. 74.75.76.77.78.

69 Legitimatus,uerbum,idem importat quod legitimus Cur. Iuni.conſi.145.nume. 10. communem dicit, & ſic filius legitimatus dicitur uerus legitimus,conſil.238.cõmunem dicit.

70 Amplia etiam ad excludendum ſubſtitutum, Decius conſ.365.nu.6.communem dicit ex Alex.conſ.2.uol.1.

71 Limita iſtam communem, quo ad ſtatutem per l. 12. tau.ubi requiritur quod in diſpenſatione exprimatur auus, ac alij aſcendẽtes, alias ad illam non extenditur,ut per Caſſa.in conſue.Burgũ. Ru.8.§. 3.gloſ.ab inteſtato, num.4.tenet etiam Angel.in authẽ. qui.mo.natu.ſi.leg. & § filium col.7.& Bar.in l.omnium.C.de natur. libe. quia quo ad aſcendentes dicitur extraneus:& tenent Docto.Caſti.& Pala.rub.in d.l.12.

72 Fallit,quo ad ſucceſſionem in feudo: quia non ſuccedit legitimatus, niſi ſit dictum quod ſuccedat in feudo, Curt.Iun.conſi.136.nu.1.communem dicit.

73 Reſtringe iſtam limit. in legitimato per ſubſequẽs matrimonium,Iaſo.in l.cum autem de inſti.& ſubſti.C.nu. 10.communem dicit.

74 Reſtringe iſtam reſtrictionem,ſi in contractu matrimonij ſint inſtrumenta dotalia: Aliàs non,Cur. Iuni. conſi. 136.nu.2.communem dicit:quam intellige de iure ciuili,non tamen canonico,quam per plura deducit Dec.cõſi.155.& dicit communem opinionem,nu.1.in ſi. de quo uide congeſta per Coua.in epi. 4.c.8. nu. 8.

* De iure autẽ regio eſt.l.1.ti.13.par.4 & l.1.ti.6.par. 1.& l.2.ti.6.l.3.For.ll.quæ leges indiſtinctè dicunt filios legitimari per ſubſequens matrimonium, & quo ad ſucceſſionem præcipuè d.l.2.& cum l.indiſtinctè loquatur: eſt intelligenda.c.ſi Romanorum,19. diſtin. maxime cũ in defectum iuris regni, recurrendum ſit ad ius canonicum & nõ ad ciuile,per longe tradita per Ioan.Rube.in reru.de dona.inter ui. & uxo.col.7.in introductione,& ſecũdum hoc debet intelligi communis poſita in uerbo filius.

75 Fallit tertio, quando legitimatur quo ad quædam, Curt.Iuni. conſi.75.nu. 4.communem dicit: quia tunc non dicitur propriè legitimus.

76 Fallit quarto,in legitimatis per Papam,quia non ſuccedit in bonis exiſtentibus in imperio.Curt.Iuni.conſi. 236.num.7.communem dicit.

* Concor.cum l.4.ti.15.par.4.

Amplia etiam,ſi legitimatus ſit clericus cum quo diſpenſatum eſt per Roma.pontificem: quia quo ad bona eccleſiaſtica requirit̃ diſpenſatio principis ſecularis,Coua.in epi.4.c.8.§.8.num.19.communem dicit ex Socin. conſi.47.uol.4.

77 Amplia etiam econuerſo,quod legitimatus per principem ſecularem non cẽſetur legitimatus quo ad munera eccleſiaſtica:gloſſ.cõmuniter approbata in c.leg.10.diſtin.& Coua.ibi.nu. 8.

78 Fallit quinto,in ſtatutis,Ludo.de Gorza.in conſi.6.nume.9.communem dicit.& Cou.in d.c.8.§. 8.num.3.magis communem dicit.

79 Nota quod princeps non poteſt legitimare non ſubditum,etiam de conſenſu eorum quibus præiudicat legitimatio:quo ad bona ſita extra ſuam iuriſdictionem,Alexan.conſi.67.uol.1.communem dicit, licet Crotus in §. & quid ſi in tantum.ff.de libe.& poſthu. teneat contrarium,dicens communem eſſe contrariam: quem refert, & non ſequitur Cou.in epi. c. 8.§.8.num.15.

Ioan.

b

Io. Fich.

Legitimare non poteſt Papa in terris Imperii, nec Imperator in terris Eccleſiæ. communem dicit Tho. Ferra.caut.1.in prin.

80 Legitimatus a principe ſine præiudicio uenientium ab inteſtato, poteſt inſtitui hæres, legitimis non extantibus. Ioan. Duran.in arte teſtan. tit.3.cau.18.communē dicit.

81 Nota quòd clauſula ſine præiudicio uenientium ab inteſtato habet locum in caſu inteſtati. Goza. conſi.6. nu.33.communem dicit. & ſolum excludit fiſcum, ac uxorem.Dec.conſi.338.communem dicit.

82 Legitimatio poteſt fieri per procuratorē, Petrus Raue.in alpha.aur.in uer.legitimatio cōmunem dicit.

Io. Fich.

Legitimatio per conſequens matrimonium, etiam ſi ualeat ipſum matrimonium de iure canonico, tamen in terris Imperii ſe non extendit ad ſucceſſiones. communem dicit, & quod ab ea in iudicando, & conſulendo non ſit recedendum, Franc. Cur.Iunior. conſ.136.n.7. Et eam tenent multi alii alleg.per Pet. a Duen.Regu. 350.in 10.limit.uerſ.quæ opinio.

Contrariam, Et quod taliter legitimatus etiam in terris Imperii ſucceſſibilis ſit, communem & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum dicunt Philip.Dec.conſ.155.nu.2.P.Paul.Pariſ.cōſ.13.n.46. uol.2.Laurē.Sylua.conſ.3.cum ſeq.Mayner. l. quotiēs idem.num.17.uſque ad 22.ff.de reg. Bart.Fum. in ſua ſumma Armilla.in uer. ſi.§.21. qui omnes dicunt hanc eſſe communem, & quod ita communiter practicetur. ut refert Duen.in d.10.limit.

83 Legitimatus eſt de reſeruatis principi in ſignum ſupremæ poteſtatis.Alcia.in l.1.ff.de uer.obli.nu.48.cōmunem dicit.

Io. Fich.

Legitimatio ſemel facta non reuocatur, ſuperuentu liberorum legitimorum, communem dicit Dilect. in ar. teſt.tit.3.cau.13.per allegata Alex.& Iaſ.in l.ex facto ff.de uulga.& Pup.

84 Legitimandi facultas reſpectu poteſtatis, eſt fauorabilis: reſpectu legitimati, eſt odioſa. idem ibi nu.47.cōmunem dicit.& ideo non extenditur, Curt.iuni.conſi. 75.nu.8.communem dicit, Alcia.in Parado. cap.16.cōcludit quòd reſpectu patris, eſt odioſa: & reſpectu filii, eſt fauorabilis.

85 Legitimandi poteſtas data poſt mortem patris, non intelligitur conceſſa in præiudicium fideicōmiſſi.Cur. iuni.conſi.83.nu.10.communem dicit.

Legitimandi habēs facultatem, nō poteſt proprios

86 filios legitimare.Coua.in epi.4.c.8.§.8.n.21.cōmunem dicit, ex Dec.in c.3.de probati.

Legitimandi habens poteſtatem, natos ex adulterio,

87 Item & ex inceſtu poteſt ligitimare, ſi ambo concurrant in uno. Alciat.de uerb.oblig.ff.nu.46.& l.2.communem dicit.

88 Nota, quod ſi concedatur facultas legitimandi alicui pro ſe & filiis, filii in uita patris poſſunt legitimare, An io.Ru.in l.gallus. §.quidam recte.ff.de lib.& poſth.coſi.communem dicit ex Iaſ.in d.§.quidam recte, quam intelligit niſi alias acquiſita ſint pro ſe, filiis, & hæredibus: quia tunc filii admittuntur ordine ſucceſſiuo ex Franc.Cur.iun.conſi.73.

Nota, quòd habens facultatem legitimandi, non po

89 teſt legitimare ſine cauſa: etiam ſi habeat ampliſſimam poteſtatem, quæ in ſummo pontifice non requiritur, Cur.iun.conſi.75.num.4.communem dicit. Et uide in uer.diſpenſatio.nu.67.cum ſeq.

90 Legitimatio ſi impetratur pro filio adulterino ex utroque parente: debet fieri expreſſio utriuſq; adulterij, Coua.in epi.4.c.8.§.9.nume.3.communem dicit.ex Ferdinando de Loazes de matrimonio, dubio 10.

91 Fallit ſi exprimatur filiū eſſe ſpurium: etſi ſit baſtardus ex quacunque ſpecie ex illegitimatis. Iaſ. conſ.11. uol.3.communem dicit.

92 Nota, quòd legum expreſſio in diſpenſatione ac legitimatione contra quas ſit diſpenſatio, non eſt neceſſaria niſi alias quid graue præiudicium inferatur, Gome.in c.1.nu.6.de conſtit.communem dicit.

93 Nota etiam quòd derogatio generalis ſufficit in legitimatione ad tollendum.§. naturales, ſi de feu.fue.cōtro.in uſi.feu.ubi diſponitur quòd naturales, etiam ſi ſiant, poſtea legitimi nō admittuntur ad feudum, Curt. iuni.conſi.157.communem dicit.

Additio.

An autem in legitimationibus poſſit fieri pactum inter patrem & filium de non ſuccedendo niſi in tanta parte per Geor.nat.in ca. quamuis de pac. in 6. in 1.not. in fallen.20.n.3. & ſeq.& alios quos refert M.Ant. Bard.in trac.de temp.uti.& contin.in c.11 num.10.

Io. Fich.

Legitimatio per ſubſequens matrimonium, non procedit neque ſubſiſtit, quando mater erat uilis & talis perſona, quam pater ſine ſuo dedecore in uxorem ducere non poterat, puta, Nobilis ducit ruſticam, famulā, aut cōcubinam ſuam, aut meretricem, &c. communem dicunt & quod ab eo in iudicando & conſulendo non ſit recedendum, cum non habeat contradictorem, Maria.Soc.iunior, conſ.52.nu.2.uol.1.& Sylueſt.Aldobrādinus in §.aliquando.num.11.& 12.Inſti.de nup.ut refert Pet.a Duen.reg.348. in 2.limita. & rurſ. reg.350. uerſ.octauo fallit, quandocunque nobilis, &c.

Contrariam opinionem tenet Iaſ. conſ.234. col. 1. uol.2.in quo tertio repetit, hanc proculdubio eſſe uerā & tenendam. Et ante illum hanc tenuerunt permulti, quos recenſet idem Duen.in d.uerſ.octauo fallit. Et ultra ibi allegatos, tenet etiam Hiero. Scurph. conſ.1. cent.1. In materia enim matrimoniali ſtandum eſt iuri canonico c. penul.& c.fin. extra de ſecun.nupt.

Idem.

Legitimatus per ſubſequens mātrimonium, qualiſcunq; ēt mater legitimati fuerit digna uel indigna, legitima tamen uxor, ſuccedit etiam in feudis patris. Licet alii filii naturales legitimati non admittantur ad ſucceſſionē feudi. Per tex.in c.1.§.naturales.Si de feu. conten. ſit int.domi. & agna.uaſ.in uſibus feudorum. Hanc opinionem præter cæteros per Pet. a Duen. accumulatos in reg.350. in ſexta ampliatione, communē dicunt Franc.a Ripa in l.ex facto. §. Si quis arrogatus, nu.48.ff.ad Treb.Bar.Soc.conſ.3. nu.11.uol.3.Matth. de Afflic.in d.§.naturales. Iaſ. in l.generaliter. §.cum aūt, nu.10.C.de inſt.& ſubſtit.Franc.Cur.Iunior in tracta.Feu.in 3.par.17.q.nu.41.Et nouiſſime Tiraq.in tracta.de Primoge.q.34.n.53.ut refert Duē.in d.Amplia.

94 Lex uel ſtatutum ſemper eſt in uiridi obſeruātia, etſi poſt multum tempus caſus legis non ueniat: ſecus tamen ſi caſus euenerit & contra legem, uel ſtatutū fieret actus, Cur.iuni.conſi.129.nu.12.communem dicit.

95 Lex ciuilis obligat in foro conſcientiæ, & contrafaciens legi peccat mortaliter, Alci. in l.cum contingat de iu.iuran.nu.99.communem dicit, ut plures limit.per Feli.in c.1.de conſtit.

96 Lex exprimens aliquos caſus ratione frequentioris uſus, nō intelligitur excluſa alias minus frequens. Curt

Inoi.conſi.107.nu.8.communem dicit.

97 Limita in pœna ſtatuti concurrente cum pœna legis communis, quia per ſtatuti pœnam receſſum eſt pœna legis communis, Hypo. in §. quæritur. nu.6. in practi. magis communem dicit.

98 Lex noua imponens pœnam concurrens cum lege ueteri etiam pœnali quælibet pœna poteſt imponi quam proſecuta eſt accuſator, Pano. in c. de cauſis, de offic. de leg. communem dicit. nu. 14.

99 Lex reprobans conſuetudinẽ non ſolùm intelligitur de præteritã, ſed etiam de futura, Iaſ. in l. de quibus nu. 55. ff. de legi. & in l. cunctos populos nu.74. C. de ſumma trinit. communem dicit.

200 Lex uel ſtatutum conceptum uerbis uniuerſalib. de futuro continens actum & non conceſsionem quæ reſtringitur ad habiles, non habet locum ratione publicæ utilitatis, Iaſ. in l. hoc edicto. §. renunciatio. num.5. ff. de noui ope. nunci. communem dicit.

201 Lex ſtatuens ſuper matrimonium ac ſuper alia ſpiritualia per quæ intimidantur matrimonia, non habent uim legis. Deci. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ nu. 36. de cõſti. Coua. in epi. 2. c. 3. par. 3. §. 8. nu. 6. communem dicit.

202 Amplia quòd etiam dicta lex non habet locum circa accidentia matrimonij. Præpo. in c. 1. de ſponſ. communem dicit.

203 Lex 2. C. de reſ. uen. non habet locum in tranſactione: magis cõem dicit Alex. conſi. 42. uol. 1. Contrariã, imò quod habeat, dicit cõem Fabianus in tracta. de emptio. & uen. q. 48. princ. col. 4. & hanc dicit magis cõem Deci. conſi. 503. nu. 4. ubi dat concordiam aſsignatam à Corneo conſi. 27. lib. 4. dicens uel exceſſus ultra dimidiam eſt modicus & procedit primo, uel exceſſus eſt maximus & procedit ſecunda opi. quam no. & uide eundem Deci. conſil. 216. per totum, ubi allegat Corne. conſil. 166. uolumi. 1. & cum hac diſtinctione tranſit Carol. * in addi. ad Alexan. in d. conſi. in uerbo communem, nu. 11.

204 Nota q̃ ad hoc quod remedium d. l. 2. competat emptori, ſufficit q̃ læſio excedat dimidiũ precium rei emptæ, quòd ſi precium rei emptæ non excedat centum, & ipſe dedit quinquaginta unum ſupra centum habet locum remedium d. l. Coua. in li. 2. reſolu. c. 3. nu. 8. communem dicit.

✱ Cõcor. l. 4. ti. 7. li. 3. ordi. repro. l. 16. tit. 11. par. 4. quę uidebat innouere, quòd precium rei emptæ deberet excedere in duplum, ut ſi ualebat centum quod pretiũ eſſet ducenta, & plus, & iuxta d. l. 4. nota quòd reſtituens non tenetur ad fructus, & hoc potius ex conſuetudine quàm ex iure, ut per Rofre. 4. par. deli. rub. de actione ciuili quanto minoris, de qua per d. Coua. nu. 9. & intellige d. cõem, 81. & ſequentem in media læſione, ſecus in enormiſsima, quæ etiam iurĩm fs. 7. nu. & uide Calca. cõſil. 55. nu. 27. ex glo. in c. ſi. de reſti. intel. l. 6.

205 Nota quòd renuncians ſpecialiter remedio d. l. 2. nõ poteſt iterare remedium d. l. Coua. in c. 4. nu. 1. communem dicit ex Bar. & Iaſ. in l. ſi quis cum aliter ad ſi. ff. de uerb. obli. & Iaſ. nu. 52.

206 Amplia, in ſciente uerum ualorem rei, & precium: etiam ſi non renunciet, non competit ei dictum remedium, Coua. in d. c. 4. num. 2. communem dicit ex Deci. conſi. 583.

207 Nota circa d. l. q̃ res eſt in obligatione, & precium in ſolutione. ſecundum glo. cõiter approbatam in d. l. 2. quam communem dicit. d. Coua. in d. c. 4. nume. 4. ex Caro. * in conſue. Pari. tit. 1. §. 22. nu. 42.

✱ Concor. l. 56. titu. 5. par. 5. quam nota & uide uerb. debitor.

208 Lex. 1. de ſacroſanctis eccl. habet locum in quocunq; teſtamento facto: & ab illo qui nõ eſt in articulo mortis, Iaſ. in d. l. 1. nu. 31. communem dicit.

209 Item d. l. 1. habet locum in habilibus Boer. in conſue. Bitu. in rub. des coſtumes concernans les teſtamens. §. 1. in princ. communem dicit. contra Bar.

210 Nota q̃ leges loquentes de clericis in his quæ non contradicunt canonibus, ſunt obſeruandæ, Alci. in cap. cum ab homine, de iudi. nu. 1. communem dicit.

I o. F i c h.

Lex ſi coloni, C. de agri. & ceoſ. lib. 11. locum habet non ſolum in rebus animatis, uerum etiam in rebus inanimatis. Magis communem dicit Maranta in 4. parte Specu. nu. 38.

I d e m.

L. Si quis in tantum, C. unde vi. habet locum etiam in ſeruitutibus prędiorum, cõmuniter teneri dicit Sali. in d. l. nu. 7.

I d e m.

In l. diffamari. C. de inge. & manu. Iudex diffamati cõpetens Iudex eſt, & adeundus, non diffamantis communem dicit Bartho. Blarerus in repet. d. l. diffamari, c. 4. num. 24.

211 Liber feudorum eſt approbatus. B. de S. Blaſio in rubr. de cre. q. 5. & Zaſ. in uſi. feudorum, nu. 3. communem dicunt.

212 Liber mercatorum non facit fidem in magnis ſummis pro ſe, Aymon de antiqu. tempo. in uer. uidimus, & abunde in 1. par. nu. 1. communem dicit ex Bar. in l. admonendi. ff. de iur. iuran.

213 Nota quòd ſi de conſenſu partis mercator in ſuo libro, ſcripſit contractum, facit pro tertio, contra tertiũ ſemiplenam probationem. Idem ibi, nu. 29. cõem dicit.

A d d i t i o I o. F i c h.

Liber cenſualis alicuius Monaſterij uel Eccleſiæ non probat nec poſſeſsionem nec dominium eius rei, quæ in tali libro dicitur redituaria, nec pôt fieri condemnatio uirtute dicti libri, ad reditum in eo memoratum, cõmunior eſt ſecundum allegata Matth. de Afflict. deciſ. 364. ubi in fine refert omnes DD. in conſi. Neapolitano ita concluſiſſe. Præterea ſcribit Bartho. Caſsianeus conſi. 18. nu. 13. Omnes DD. qui loquuntur in hac materia, libros cenſuales fidem facere &c. intelligendos eſſe, quatenus illi ibi non reperiantur penes producentẽ, ſed in archiuo publico, item quod non fidem faciunt contra tertium, nec etiam contra non ſubditum &c. uide ibidem.

214 Libellus non eſt neceſſarius, ſed ſufficit quod redigatur in actis qualis, qualis petitio: niſi à reo petatur ut offeratur libellus in ſcriptis. Anto. de Tremo. in addi. ad Bonac. in practi. exceptionem de impe. executionẽ nu. 17. uerſi. ſunt & alij, magis communem dicit.

✱ L. 41. tit. 5. par. 3. dicit in cauſis minoribus quæ non accedunt ad decem marabetinos, quòd non eſt neceſſarius libellus: ſecus in alijs. hodie habes pragmaticam factam in curijs de Madrid. anno 1534. ubi dicitur q̃ in cauſis minoribus, quæ non excedunt quatuorcenta diſpondia, non admittitur libellus in ſcriptis, nec fulminatur proceſſus, ſed ſimpliciter procedatur, ut denuo partibus ſatisfiat.

215 Amplia, cum petitur executio officio iudicis: Secus tamen ſi agatur actione iudicati, uel in factum, Imol. & Raphael. quos refert Iaſ. in l. intra diem. ff. de re iud. nu. 2. communem dicunt: licet contrarium teneat ipſe Iaſ. in 2. membro, ſed quod ſufficit qualis qualis petitio. in nu. 6. quod mihi plus placet.

216 Amplia ſecundo, in cauſa criminali, in qua etiam nõ requiritur concluſio. Zaſius in §. 1. inſtit. de acti. nu. 56. communem dicit.

217 Libellum non uitiat ordinis peruerſio. Feli. in cap. qualiter

qualiter & quando, de accuſa.nu.3. communem dicit.

Num in libello nomen actionis intentatæ ſit exprimendum, vbi id extendit & auget, ſi adſit clauſula, vt procedatur ſola facti veritate inſpecta, & quid in cauſis maleficiorum, nu. 118.119.

118 Nota q in libello non eſt neceſſaria expreſsio nominis intentatæ actionis, Iaſ. in l. ædita nu.1.C. de eden. cõmunem dicit: quam amplia, quãdo proceditur ex clauſula, ſola ueritate inſpecta, quia tunc non requiritur, quod tempus, nec locus declaretur, ut notant Deci. in c. dilecti. de iudi. & Iaſ. in l. uinum. ff. ſi cert. pet. & in terminis conſuluit Alex. conſi.6. uolu.3. & Soci. conſi.109. uol.3. & Iuni. conſ.65. Item poſt concluſum in cauſa ſtãte d. clauſula, recipiuntur teſtes, quia ſolennitates de iure ciuili requiſitæ, non attendunt, cle. ſæpe, de uer. ſigni. & ibi notat Imol. & Alex. conſ.84. uol.4. nec concluſio libelli notatur, Aug. Are. Iaſ. & Alex. in l. omniũ. C. de teſta. ſed requiritur, quòd clare intentio actoris manifeſtetur, Cur. Iuni. 149. nu.6. communem dicit.

* Concor. cum l.36. tit.2. par.3. & cum l.202. §.3. & 4. in pragma.

119 Item in criminalibus requiritur expreſsio temporis, & loci delicti: aliàs non ualet ẽt parte non opponente, Bello. conſi.63. nu.2. ex Bar. in l. edita. C. de eden.

120 Nota q libellus non poteſt emendari poſt litem conteſtatam, Io. à Ripa in d. l. edita nu.44. cõem dicit.

* Hoc uidetur etiam notari per l.41. tit.2. par.3. & nota iſtam cõem cum ſequenti ad eius intellectum.

121 Amplia etiam ſi ſit in eo clauſula, ſaluo iure addẽdi, uel minuendi, poteſt mutari, minui, uel addi, Iaſ. in d. l. edita, nu.44. communem dicit.

* Limita l.1. tit.3. lib.3. ordi. per iſtam communem.

122 Libellus in quo continentur duæ actiones, quæ ita ſe habeant, q ſententia lata in una, obſtat exceptio rei iudicatę in alia, non procedit, Bello. conſ.22. nu.16. cõem dicit ex Bart. in l. edita actio. in 4. genere. C. de eden.

Io. Fich.

Libelli oblationem die feriata fieri non poſſe, magis cõem eſſe opin. dicit Maran. in 6. par. Spec. tit. de libell. oblat. nu.12. quam limitat, niſi periculum eſſet in mora, uel res tempore peritura. Item limitat in libello appellatorio, qui etiam die feriata in honorẽ Dei offerri põt.

Idem.

Libera adminiſtratio conceſſa uidetur, quando dicitur, quòd Procurator poſsit facere quidquid poſſet ipſe Dominus. communem dicit Hypo. in §.1. nu.132. inſtit quib. alie. licet uel non.

123 Literae ſubreptitiæ ſunt ipſo iure nullæ. Felin. in c. audientiam. el 2. de reſcrip nu.52.

124 Litis conteſtatio requirit in omnibus iudicijs poſſeſſorijs, Iaſ. in l. naturaliter. § nihil commune. ff. de acquir. poſſ. nu.165. communem dicit.

125 Fallit primo, in poſſeſſorio edicti carboniani. Ioan. Cora. in §. nihil commune, uerſ. expeditis. nu.37. communem dicit, licet ſibi non placeat.

* Limita l.1. tit.3. lib.1. ordi. per iſtam communem.

126 Fallit ſecundo, cum eſt periculum in mora. Iaſ. in dicto §. nihil commune. nu.173. communem dicit. ubi ponit alias duas limitationes.

Io. Fich.

Litis conteſtatio, in quibus cauſis & caſibus nõ requiratur, uide ad longum tractantem per quatuor regulas, Panor. in c. fi. extra ut lite non conteſta.

127 Litis conteſtatio fit per confeſsionem partis. Feli. in c. olim. de litis conteſta. nu.5. communem dicit.

128 Litis conteſtatio eſt neceſſaria in proceſſu: taliter q non poteſt deueniri ad ſententiam diffinitiuam lite non conteſtata, Mari. in cap.8. ut lite non conteſtata, num.7. communem dicit.

Additio Io. Fich.

Litis cõteſtatio omiſſa reddit iudicium nullum, nec poſſunt partes illam uel tacitè uel expreſsè prætermittere. communem dicit Miſin. obſer.74. cent.3.

129 Litis cõteſtatio requiritur, cùm agitur de fœdere matrimonij: nec teſtes recipi, nec ſententia proferri poteſt ſine conteſtatione, cùm ambo ſunt præſentes. Coua. in epi.4. c.8 §.12. n.6. communem dicit ex Decio in c. pertuas. de appel. licet ipſe dicat, quòd communis ſententia eſt contra Decium. imò quòd ſententia poterit proferri, & teſtes recipi ſine conteſtatione iuxta cle. diſpendioſa. de iudic. & cle. ſæpe, de uerbo. ſigni.

130 Lis non eſt neceſſaria, quando agitur de reſtitutione in integrum. Ioan. Mau. de reſtit. in integ. c.139. communem dicit.

131 Litis pendentia ſuper poſſeſsione, non facit beneficium litigioſum. Caſsiodo. ut lite pend. deciſ.4. num.1. communem dicit.

Io. Fich.

Litis pendentia inducitur ẽt per ſolam citationẽ, facta eiuſdem executione. cõem dicit Dec. in l. more. nu.46. ff. de iuriſd. omn. iudi. & Alcia. in c. gratum. extra de offi. deleg. licet Zaſius conſulendo teneat, quod per litis conteſtationem non autẽ citationem litis pendentia inducatur. conſ.10. cir. fi. lib.1. Etſi uero aliàs dicatur exordium litis, à litis conteſtatione exiſtere, tamen ea regula fallit quò ad inducendum uitium litigioſi. Itẽ quo ad inducendam litis pendentiam, Item quo ad perpetuãdam iuriſdictionem: quia in illis caſibus ſola citatio exequuta ſuffi. it. ſecundum Bened. Vadum, in ſuis Notatis ad Feli. in uer. litis exordium.

Limitatur prædicta, communis, niſi reus per citationem non fuiſſet ſufficiẽter inſtructus de ijs rebus ſuper quibus in iudiciũ eſſet uocatus, ut per Miſing. obſerua.26. cent.4. ubi uide etiam quinque alia requiſita.

Item limitatur niſi citatio eſſet circumducta ſecundũ Bal. in l. fi. poſt princ. ff. de eo per quem fact. fuer. Et uide Matth. de Afflict. deciſ.366.

132 Locatio potius dicitur quàm uenditio, ſi ſit conſtitutio annuæ penſionis per contractum. Io. Fran. in tracta. de peſte. 2. par. princi nu.39 communem dicit.

133 Locatio ab emphyteuſi diſcernitur ex quãtitate penſionis, quia in emphyteuſi datur modica penſio ſolùm iure cognitionis dominij, in locatione autem magna. Bello. cõſi.21. nu.8. communem dicit, ex Barto. in l.2. de iure emphyt. C. & Iaſ. nu.35.

134 Nota quòd ex effectu contractus perpenditur qualis eſt contractus ſub quacunque uerborum forma cõcipiatur, Bello. conſi.21. nu.6. communem dicit ex Panor. in c. conſtitutus. de religio. domib. & Alex. conſ.19. uol.3.

135 Locatio facta per maritum de bonis dotalibus, non præiudicat mulieri ſoluto matrimonio, Coua. in ſuis rel. c.15. lib.2. nu.5. communem dicit, ex Alberi. in l. diuortio nu.11 ff. ſolu. matrimo. licet ſibi placeat opinio Alex. in l. ſi filio familias. §. ſi uir. ff. ſolu. matri. quòd locatio per modicum tempus facta à marito ualet.

136 Amplia ad locationem factam per prælatum: quia nõ tranſit ad ſucceſsionem. Idem Coua. communem dicit.

137 Intellige iſtam communem cùm locatio eſt facta de bonis, de quibus ipſe prælatus percipit fructus: ſecus tamen de bonis alijs eccleſiæ, quia præiudicat ſucceſſori. Idem ibi communem dicit.

138 Lucrum quod maritus acquirit per ſtatutum poſt mortem mulieris, dicitur aduentitiũ ex cauſa lucratiua.

Hiero.Cagno.in l.in eo.ff.de reg.iur.cõem dicit.

139 Luctum quod alicui infertur contemplatione alicuius, debet ei applicari cuius contemplatione aufertur. Curt.Iuni.conſ.93.nu.6.communem dicit.

140 Fallit pœna appoſita ex diſpoſitione hominis: quia non acquiritur illi cuius contemplatione acquiſita eſt, ſed uenientibus ab inteſtato. Io.Nicol. in l.generaliter, nu.48.de ſecun.nupt.C.communem dicit.

M

1 MAgiſtratus in his, quæ ſunt uoluntariæ iuriſdictionis non poteſt alteri ſe ſubmittere, Io.in l.receptum,nu.8.ff.de iuriſd.om.iudi.magis communem dicit.

2 Maior pars decurionum dicitur eſſe qñ ſunt congregatæ duæ partes ex tribus, Bello.conſi.39.nu.1.communem dicit.

3 Mala fides defuncti impedit præſcriptionem uniuerſalis hæredis,uel ſucceſſoris, Iaſ.in l.cùm quis. nu.22.ff. de acquir.poſſeſſ.magis communem dicit. Et uide quæ habes in uerbo præſcriptio.nu.221.

Ioan. Fich.

Mala fides in dubio nõ præſumitur, ſed potius bona fides,cõem poſt multas allegationes dicit Fernan.vaſq. Illuſtrium controuerſ.lib.2.c.79.no.15.

Amplia procedere,etiamſi poſſeſſor non oſtendit ullum titulum. quæ ampliatio ſimiliter communis eſt, ſecundum Alcia.& Tiraq. ut refertur d.nu.15.

Idem.

In mala fide conſtituitur.Emptor per denunciationẽ ipſi ante emptionem factam,ne rem emeret, communẽ dicit per multa allegata idem vaſq.d.lib.2.c.80.in prin. ubi tamen nu.5.& ſeq.limitat.

4 Malitia ſupplet ætatem quoad ſponſalia. & Coua.in epi.4.cap.2.communem dicunt.

5 Mandans non comprehenditur ſub ſtatuto puniente facientem maleficium.ſecus tamen ſi dicat pro homicidio uel pro uulnere ponatur talis pœna. Iaſ.in l.ſi quis id quod.nu.36.ff.de iuriſd.om.iudi.communem dicit.

6 Mandatũ generale comprehendit ſpeciale, ſine quo mandatum generale redderetur fruſtratoriũ.ff.Cur.Iuni.in l.2.de iuriſd.omn.iudic.nu.43.ff.cõem dicit.

7 Mandatum non præſumitur interueniſſe etiã poſt mille annos,Hiero.Cagno.in l.uelle.nu.16.ff. de regul.iur. communem dicit.

8 Fallit in his quæ ſunt parui præiudicij, quia præſumitur lapſis decem annis,Lud.de Goza.conſi.96. num.11. communem dicit.

9 Mandatum procuratoris poteſt probari per teſtes ſicut per inſtrumentum.Iaſ.in l.cautio. nu.7. de procuratoribus.communem dicit.

10 Mandatum ſpeciale requiritur ad acceptandum beneficium nomine alicuius,& non ſufficit generale, licet non requiratur ſpecialis beneficij expreſsio, ſed ſufficit generalis.Coua.in reſolu.c.16.lib.3.cõem dicit,ex Panor.in cap.accedens.el 2.de præben. & Docto.in c.ſi tibi.de præbendis. Et nota nouum ſingulare quod eſt contra Panormitanum in d. c.accedens, quòd ſi aliquis acceptat beneficium nomine abſentis ſine mandato,& poſtea principalis acceptet, ualet acceptatio à die acceptationis primæ ſuo nomine factæ,Idem Coua.ibi communem dicit ex Decio in l.qui non prohibet, nume.7. ff.de regu.iur.

Io. Fich.

Mandatum ex ſola temporis diuturnitate & patiẽtia non præſumi,permulti tenent, & communẽ dicit Balb. in tracta.præſcrip.1.par.3.par.princ.in 10.q.

Contrariam uero opinionem receptiorem ſcribit Ferd.Vaſq.lib.illuſt.contro.2.c.62. nu 7.

11 Maritus nubentis ſecũdo infra annum luctus, ſi hæres inſtituatur inſolidum: teſtamentum ualet in tertia parte in qua poterat inſtitui, & in alijs bonis ſuccedunt uenientes ab inteſtato. Io. à Garo.in lib.C. de ſecundis nupt.nu.7.communem dicit. Et de materia tam mulieris,quàm mariti ſecundo nubentis, uide ſupra in uerbo Binubis, per totum.

12 Maritus nomine uxoris, poteſt agere ad reuocationẽ uenditionis à ſe factæ,Antonius Nicol.in concord.glo. 120.§.duodecimo adducitur,communem dicit. & uide quæ habes in uerbo abſens.

✻ Amplia ad bona data per maritum uxori in donationem propter nuptias. Ibi non ſufficit conſenſus uxoris in alienatione illarum rerum.l.7.ti.10. par.4. & l.4.tit. 2.li.3.For.ll.Limita tamen,niſi alias res illa data, æſtimata prout decima de rebus dotalibus per l.ſeptimam, tit.11.par.4. de qua per Doct. de Pals.Rube. in repetitione eadem 73. de quibus donationib. mulier mortuo uiro,non poteſt alienare extãtibus liberis mariti, niſi in 4.parte,ut habetur in 4.par.tit.de las quas.lib.3. For.ll. Et quod dictum eſt quòd non poſſunt alienari etiam ſi accedat conſenſus uxoris,eſt intelligendum niſi alias accedat binubis conſenſus, uel iuramentum: de quo per dictum Rubeum in col.77.

13 Maritus poteſt uẽdicare uxorem,etiam à patre, licet lis inter patrem & filium prohibeatur per ſtatutũ.Præpoſi.in cap.non eſt de ſponſalib.& Coua.in epi.4. ca.7. nu.4.communem dicunt.

14 Maritus poteſt expellere uxorem propter dotem nõ ſolutam,Coua.ibi nu.2.licet ſibi non placeat, cõem dicit: quam intellige ſi culpa uxoris non ſoluitur, Guid. conſ.127.ubi etiam loquitur de alimentis præſtãdis per maritum: de quo etiam per Angelum & Iaſ.in l ſi cum dotem.§.ſin autem.ff.ſol.matrim.

Additio.

Circa alimenta dicit Soci.in tracta.in fallen.315. Maritus,quòd maritus non tenetur alere vxorem, niſi dotẽ ſibi promiſſam non dederit, & eam expellere poteſt. Quod fallit tribus caſibus: ut ibi per eum.

✻ *Nõta quòd ſi maritus expellit vxorem, & aſſumit concubinam, vel aliam vxorem, dicitur* alleuoſus, *& perdit medietatem bonorum.l.viij.tit.19.lib.8.vltra pœnam binubentis: de qua in l.vj.tit.15. & l.viij. in ordi. etſi non expellit mulierem à domo, ſed habet concubinam, perdit quintam partem bonorum. ſi non excedit decem milia marchatinorum l.3. eod. titu. de quibus leg.vide per Doct.de Pala.rub. in dicta repetitione colu.280. Et nota quòd ſi ſecundum iſtam communem, maritus expulit mulierem, à domo propter dotem non ſolutam, quòd ſi interim maritus lucratur bona multa: quòd mulier non habebit medietatem bonorum acquiſitorum iuxta legem 2.titu.4.lib.5. ordi.de quo per d.Ioannem Lupum col.315.*

15 Maritus ex matrimonio momentaneo, non lucratur partem dotis,ſtante ſtatuto quòd maritus lucretur,Tiraquellus in l.ſi unquã, de reuocanda donatione.C.in uerbo donatione largitus,nu.185.communem dicit.

16 Mariti domicilium eſt attendendum cum agitur de lucranda dote per ſtatutum. Iaſo.in l.cunctos populos nu.54.in 1.l.& in 2.nu.60.de ſumma trinitate,communem dicit.

17 Amplia primò, ad deciſionem litis ſuper dotem, eſt attendenda conſuetudo,uel ex domicilij uiri. Coua. in epi.4.cap.7.nu.6.communem dicit.

18 Amplia ſecūdò, quia non poteſt maritus conueniri de dote recepta reſtituenda in loco contractus, ſed domicilij, idem Coua. ibi communem dicit.

19 Limita niſi alias eo animo cōtractum ſit matrimoniū, ut in loco contractus uiuatur. Idem ibi num. 7. ex dicto Baldi in l. ſi. C. ſi a non competenti iudice. communem dicit.

20 Nota q̀ ſi bona tam mariti, quàm uxoris ſint alio loco a loco contractus cōſuetudines, ac leges illius loci ubi bona ſunt debent attendi. Anto. Rub. conſi. 71. communem dicit.

* De iure regio fructus tam dotis, quàm bonorum paraphernalium ſunt ad ſuſtētanda onera matrimonij, & q̀ ſuperſunt ſunt cōes inter coniuges. l. 3. ti. 2. li. 3. For. ll. & l. ſi. tit. 4. eo. ti. & ſic eſt intelligenda l. 18. tit. 11. par. 4. cōſeruata dote, ut in l. 31. eius ti. & par. qđ intellige de fructibus durāte matrimonio perceptis, de alijs aūt habes l. 4. & 10. tit. 4. lib. 3. For. ll. quæ diſponūt, q̀ ſi non ſunt a ſolo ſeparati, ſed fructus apparent, diuident inter uirū & hæredes mortui: ſi aūt fructus non apparēt, erūt hęredis cuius erat proprietas ſoluta medietate expēſarum, ſi fructus ſunt uineæ, uel arborum: ſi aūt ſeminis, erūt cōmunes pro medietate: (ut dictum eſt) ſi tñ terra erat bene culta, & non ſeminata, fructus erūt cuius erat prædium ſoluta medietate expenſarum, de quibus per Ioā. Lupum in repe. rub. col. 301.

21 Maritus non tenetur reſtituere fructus naturales, uel induſtriales bonorum uxoris, ſi ſunt modicæ æſtimationis. Coua. ibi c. 7. §. 1. nu. 1. communem dicit.

22 Maritus ſi deprehendatur in adulterio poſt ſniam in qua fuit ſeparatum matrimonium propter adulterium, reintegratur matrimonium. Coua. in epi. 4. c. 7. §. 6. n. 5. communem dicit ex Fel. in c. lator. de re iud. nu. 9.

23 Maritus ſi occidat uxorem deprehenſam in adulterio peccat mortaliter. Coua. in epi. 4. c. 7. §. 7. nu. 9. communem dicit ex Tiraq. in connubiali. in lib. 1.

24 Mariti hæres tenetur alimenta præſtare uxori uiduæ infra tempus, infra quod non ſibi reſtituuntur mobilia. Alex. in l. a diuortio. ff. ſol. mat. Coua. in epi. 4. c. 3. §. 9. n. 9. communem dicunt.

25 Maſculinum concipit fœmininum non ex propria ſignificatione uocabuli, ſed legis interpretatione. Curt. Iun. conſi. 163. nu. 13. communem dicit.

Quando de iure regio maſculinum concipit fœmininum, uide legem ſextam. tit. 33. par. 7.

26 Maſculinum in materia fauorabili comprehendit fœmininum. Cur. Iun. conſi. 153. communem dicit.

27 Maſculinum non concipit fœmininum in contractibus. Iaſ. in l. ſi quis quod ff. de iuriſd. omn. iud. nu. 23. cōmunem dicit. ubi ponit quatuor limitationes.

ADDITIO.

Fallit etiā ut per Soc. in tract. Fallen. in Fallen. 312. Maſculinum.

28 Mater in dubio non dēt excludi à luctuoſa hęreditate filij. Cur. Iun. conſi. 134. nu. 6. communem dicit.

29 Mater acceptans tutelā filiorum, ſi poſtea accedat ad iudicem dicens uelle contrahere matrimonium q̀ filiis prouideatur de tutore, locus eſt tutori datiuo, non autē legitimo. Curtius Iuni. conſil. 94. nume. 5. communem dicit.

ADDITIO.

Ad quā dationem dicit Bar. in l. 2. §. confeſtim. ff. ad Tertulianum. quòd mater tenetur confeſtim petere tutorē filiorū poſt mortē ſui uiri, & intellectus illius dictionis confeſtim, non ſeruatur in practica, ut teſtatur Ang. in l. ſciāt cūcti. C. de legititimis hęredibus. nu. 2. Bal. in l. precibus. nu. 22. C. de impub. & aliis ſubſtitutionib. dicentes quòd habet annum ad petēdum dictum tutorē.

30 Mater ſi per ſtatutum priuatur ſucceſſione filiorū ſtātibus agnatis, priuatur etiam auus maternus. Io. Nic. in l. generaliter. nu. 45. de ſec. nup. communem dicit.

31 Matri non creditur, dicenti ab alio quàm a marito filium recepiſſe, etſi multum uagauerit, Boe. dec. 29 n. 6. communem dicit.

32 Matrimonium ſolo conſenſu contrahitur, & non ſunt neceſſaria uerba, Hieronym. Cagn. in l. nuptias. ff. de re. iu. nu. 5. communem dicit.

33 conſenſus licet quoad Deum in matrimonio per uolūtatem cognoſcatur: tamen quo ad eccleſiam, per uerba uel alia ſigna conſenſum demonſtrātia, dignoſcitur. Et hic eſt uerus ſenſus, & communis. c. tua nos. de ſpon. Coua. in epi. 4. c. 2. par. 2. nu. 1.

34 Matrimonium contrahitur per hæc uerba nō niſi te habebo in uxorem, Præpoſitus in c. ex parte. nu. 7. de ſpōſ. communem dicit.

* Concor. cum hac communi l. 15. tit. 1. par. 4.

35 Matrimonium contrahitur, ſi dico non mutabo te pro meliori uxore. Idem Præp. nu. 8. ibi communem dicit.

36 Matrimonium dicitur contractum per hæc uerba iuro uel promitto, quòd habebo te in uxorem. Coua. in epi. 4 par. 2. c. 4. §. 1. nu. 5. communem dicit.

37 Matrimonium contrahitur præcedente expreſſo conſenſu mulieris ex traditione annuli. Idem c. 4. nu. 3. communem dicit.

38 Matrimonium contrahitur, ſi parentes præſentibus filiis, ac tacentibus, contrahant nomine filiorum, Præpo. in c. tuæ. de ſpon. communem dicit.

* De iure regio dicit l. 10. tit. 1. par. 4. quòd ſi pater uult ut filia contrahat matrimoniū cū aliquo, & ipſa reſipiſcat, ſi cū alio contraxit ſine uoluntate patris, quòd poteſt illam exhæredare. Et de hoc uide Ioan. Lupum in repe. c. per ueſtras. de dona. inter uir. & uxor. col. 146.

39 Matrimonium præſumitur per cohabitationem quadragenariam. Præpo. in c. conſultationi. de ſpon. communem dicit.

Contracto ſub conditione matrimonio, num adueniēte cōditione requiratur alius nouus cōſenſus aut cōtractus, ubi ſubijciuntur exceptiones, & quid ſi per tum cōtractum ſi matrimonium, an ſit ipſo iure nullum, quod extendit, qualiſq; iſte metus eſſe debeat cuius exempla ſubijcit. nu, 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47.

40 Matrimonium ſub conditione contractum: adueniente conditione, non eſt neceſſarius alius nouus cōſenſus, aut contractus. Coua. in epi. quarta, capitu. 3. nume. 5. communem dicit. ex Abbat. in cap. de illis. de conditio. appo.

41 Limita iſtam communem, ſi a principio illicitus ſit cōtractus, quia contrahentes erant impediti, & contrahūt ſi cum eis fuerit diſpenſatum: quia adueniente diſpenſatione, nouus requiritur conſenſus. Frā. de Are. in l. apud Iulianum. ff. de leg. 1. communem dicit.

42 Reſtringe iſtam limitationem ad conſenſum præſumptum: & ſic ſi poſt diſpenſationem ſciente cohabitauerint, uel ſe commiſcēt per carnis copulā, ſufficit ad hoc quod dicatur matrimoniū contractum, Ferdin. de Loazes de matrimonio, dubio 12. nu. 24. communem dicit. quem refert Coua. in epi. 4. cap. 4. nume. 5. & dicit etiam communem.

43 Limita primò cōem & ſequentes niſi alias fuerit contractum per metum: quia eſt ipſo iure nullum. Panor. in c. cum locum, de ſpon. nu. 6. communem dicit.

& Barb.conſi.54.nol.1.nu.10.communem dicit.

* Nota iſtam communem cum ſequentibus ad intellectum l.15.tit.2.par.4.ubi inuenies concordantias ad ea quæ fiunt per metum.

44 Amplia limitationem,non ſolum ſi fiat ex metu,ſed & ex præſumptione metus,Io.a Ripa in c.cum.de conſt.n. 18n.communem dicit.

45 Amplia ſecundò,etiam ſi metum paſſus dederit cauſã metui,uel coertioni,glo.in c.ueniens.de ſpon.Coua.in epi.4.parte 2.c.3.nu.7.communem dicit.

46 Nota,ꝙ hic metus debet eſſe qui poſſit cadere in conſtantem uirum,quod arbitrio iudicantis relinquitur.gl. in l.interpoſitas.C.de tranſa.Coua.in epi.4,c.3.§.2.nu. 8.communem dicit.

47 Amplia iſtud notabile ad reſcindendum quemcunqꝫ contractum.etiam alium a matrimonio.Hier.Cagn. in regula omnibus,de reg.iur.ff.in princ. communẽ dicit.

* De iure regio,metus qui poteſt cadere in conſtantem uirum,eſt metus mortis,mutilationis membri,uel tormenti corporalis,uel perditionis libertatis , uel famis, uel ſimilium.l.7.tit.33.part.7.

Io. Fien.

Matrimonium, contrahi nõ poteſt cum tali perſona, quæ honeſtè & abſque dedecore noſtro,nobis uxor legitima eſſe non poteſt: puta ſi nobilis ducat concubinã, ſcortum,aut alias uilis conditionis &c. ita permulti tenent,adeo ut Maria.Soc.Iunior conſi.52.nu.11.uolu.1. hanc communem,& ab ea nõ eſſe in conſulendo uel iudicando,recedendum aſſerat,ut refert ad longum Pet. Duen.Regul.348.in 2.limit. Et idem porrò in reg.350. fallen.8.

Contrariam uero multo communiorem & receptiorẽ eſſe demõſtrat idẽ Duen.in d.Reg.350.in 6.Amplia. hanc poſteriorẽ,cõem eſſe teſtantur Fran.a Ripa,Bart. Socinus,Matth.de Affl.Fran. Cur.Iunior,& nouisſimè Tiraq.in d.Amp.6.refert idem Duen.

48 Metus qui poteſt cadere in conſtantem uirum eſt excommunicatio.Rom.conſi.369.communem dicit.

49 Metus reuerentialis præcedentibus minis, eſt ſufficiẽs ad nullandum contractum matrimonij.Soc.conſi.261. uol.2.Coua.in epi.4.c.3.5.& parte 2.nu.4.communem dicit.

50 Limita,niſi cum timore reuerentiali enormis læſio accedat:quia non requiruntur minæ.Coua.ibi,& Aret.in conſi.24.communem dicit.

51 Limita ſecundò,in profesſione, quia metus reuerẽtialis ſufficit.Iaſ.conſi.3.uol.1.& Coua.ubi ſupra,communem dicit,licet ſibi non placeat,cum tanta libertas requiratur in matrimonio carnali,quàm in ſpirituali.

52 Limita tertiò,in precibus importunis ſine minis, Matthe.de afflictis in dec.69. communem dicit.

53 Nota ꝙ metus conditionalis eſt ſufficiens ad non cauſandam præſumptionem iuris,& de iure ex copula ſuperuenienti.Præpo.in c.ia qui fidem,de ſpon. communem dicit.

54 Metum illatum fuiſſe,potius creditur duobus teſtibus affirmantibus,quàm centum abſqꝫ metu eſſe contractũ. Dec.in c.ſi.de app.communem dicit.

55 Nota ꝙ metus nõ probatur per unum teſtem. Alc.de præſum.reg.3. præſum.7 nu.6.communem dicit.

56 Metum excludit præſentia patris, uel propinquorum. Hieronymus Cagno.in regula in omnibus.ff.de reg.iu. nu.8.communem dicit.

Num interuenientibus uerbis contrahatur matrimoniũ ante pubertatem & adduntur exceptiones plures,ubi ſubijcit,quis dicatur proximus pubertati,uir, & quæ fœmina proxima,nu.58.59.

57 Limita quarto,communem principalem cum ſequẽtibus,ſi ſit cõtractum ante pubertatem : quia matrimoniũ non contrahitur,etſi ſint uerba.Præpo.in c.2. de ſpon. communem dicit.

58 Reſtringe,niſi alias cum alia,copulam carnalem conſummauerit,idem ibi communem dicit.

59 Reſtringe ſecundò,ſi ſit proximus pubertati, & malitia ſupplet ætatem.c.de illis.el 2.de ſpon.impub.& proximus pubertati uir dicitur cum accedit ad decimũ & dimidium ſuæ ætatis annum, in fœmina ad nouennium cum dimidio.Coua.in epi.4.nu.5.communem dicit ex gl.in §.pupillus.de inuti.ſtipu.& in l.pupillum.ff.de re. iu.ipſe concludit arbitrio iudicis relinquendum conſideratis circunſtantijs.

* Cum hac communi concor.l.8.tit.31.par.7.

60 Limita quinto,inter adoptantem & arrogantem,& filiam adoptatã,ac arrogatam,& inter eius filios,& uxorem propter impedimentum legalis cognationis.Cou. in epi.4.c.6.§.5.nu.2.par.2.communem dicit.

61 Amplia in tantum eſſe ueram communem,quòd ſi cõtrahatur matrimonium ſoluta cognatione legali, requiritur nouus conſenſus.idem Coua.ibi, nu.3. communẽ dicit.

62 Fallit in filijs emancipatis,qui non ſunt ſub poteſtate patris:quia inter eos matrimonium non impeditur. Idem ibi in fine communem dicit.

176 Amplia, ſiue concurrat eodem tempore, ſiue in diuerſis temporibus, dominium autem poteſt detineri ex diuerſis cauſis in idem tempus cōcurrētibus, Iaſ. in d. l. poſſideri, §. ex pluribus, nu. 38. communem dicit.

180 Poſsideri dicuntur mobilia, Iaſ. in l. poſſeſsio, nu. 39. ff. eo. tit. communem dicit.

181 Poſsidere præſumitur tēpore mortis qui ſemel poſſedit, Alci. de pręſum. re. 2. pręſum. 21. nu. 51. communem dicit.

182 Poſsidere præſumitur tempore expulſionis agētis in terdicto recuperandæ, probando quod aliquando poſſederit. Alci. de præſump. re. 2. præſumpt. 21. nu. 14. communem dicit.

183 Nota quod nō præſumitur poſsidere niſi alleget poſſeſsionem. Alcia. ibi in princ. communem dicit.

184 Poſſeſſor malę fidei poſtquam ſoluit de ſuo ante litis conteſtationem, acquirit utilem actionem negotiorū geſtorum contra dominum, Boe. deci. 44. nume. 4. communem dicit.

I o. F i c h.

Poſſeſſor bonæ fidei habens titulum facit ſuos ſtorales fructus ſuos, l. in bo næ fidei. ff. de acqui. rer. do. & eſt cōmunis ſecundum Didac. li. 1. Varia. reſolut. c. 3. nu. 2. poſsēc tamen tales fructus etſi non rei uēdicatione, tamen uel officio Iudicis, uel conditione ſine cauſa peti. ſiantq; ſententiam receptiorem teſtatur paulo poſt idem Didacus. Quid de induſtrialibus uide ibidē ſecūda concluſione.

Num poſſeſſore cōuento actione hypothecaria, & negāte illū à quo agens cām habuit eſſe dominū rei petitæ, teneatur actor illius authoris probare dominium: & an ille debitor, dominium negare poſsit.

185 Poſſeſſor cōtra quem agitur hypothecaria, poteſt negare illum à quo habuit habere titulum, eſſe dominum illius rei: & creditor tenetur probare eſſe dominū, alias ſuccumbet: licet ipſe debitor, ſiue agat, ſiue conueniat, non poteſt negare dominium: uel cum creditore, uel cū alio tertio quia allegaret turpitudinem ſuam. Ant. de Fano. de pigno. par. 6. mem. 3. nu. 45. communem dicit.

186 Poſsidens ſine titulo, non eſt legitimus cōtradictor, Ludo. de Goz. in conſi. 93. nu. 5. communem dicit.

187 Poſſeſſoria remedia non dātur pro iuribus merè perſonalib. Otolora. de nobilitate hiſpanica c. 1. par. 2. ter. par. nu. 3. magis communem dicit, ex doct. in l. certum annis. C. de pactis, & in c. querelam, de electi.

I o a n. F i c h.

Poſſeſſoria iudicia non dantur illi, qui ſua culpa excidit poſſeſsione, ueram opinionem eamq; cōiter DD. ſequi. in l. 3. §. genera. ff. de acquir. poſſeſ. dicit ibidem Alex. nu. 28.

IDEM.

Poſſeſſorij cauſam perinde atq; petitorij in feudalib. cauſis coram domino feudi determinandam eſſe cõmunem dicit Franc.Cur.in Tract.feu.par.ulti.nu.23.

IDEM.

A ſententia in poſſeſſorio lata,non appellatur.cõmunem dicit Alciat.cõſi.386.in prin.Et idem eſſe dicendũ de quolibet articulo in cauſa poſſeſſorij occurrenti. In fine tamen eiuſdẽ conſilij dicit, quod poſſet hoc caſu dici de nullitate.Et quod ita concludãt omnes in l.1.ca.c. ſi de momen. poſſeſſ. Adde & uide ſupra uer. Appellatio,ſub nu.131.

188 POTESTAS abſoluẽdi remanet ei cui eſt poteſtas cõdemnandi ſublata: niſi eum certa ſolennitate in materia hæreſeos.Hiero.Cagno.in l.nemo.nu.4.ff. de re.iur.cõmunem dicit.

189 POSITIONIBVS quibus quis reſpondit inductus aſſertioni aduerſarij qui dedit cauſam errori, poteſt etiã poſt ſententiam reuocari.Bal.in l.celſus,uerſi. uenio ad Bar.de uſuca.communem dicit.

190 POSTHVMVS non rumpit teſtamentum ſi apponatur clauſula codicillaris per uerba futuri temporis,Cor.cõſi.225.uol.3.communem dicit.Sed Barb.in conſ.6.uol.2.dicit communiorem eſſe quod operetur clauſula codicillaris,per quæcunq; uerba concepta, & eum ſequitur Ioan.Duran.in arte teſtan.titu.3.cau.10.numero 3.bonis rationibus,quem uide.

191 PRAELATVS non ſolum tenetur ad præſtandam patientiam demolitionis ædificij à præceſſore facti, ſed ẽt tenetur præſtare expenſas,Iaſ.in l.qui opus.ff.de no.op. nunciat.nu.3.in fi.col.8.

192 Prælatus eccleſiæ licet non poſsit hypothecare, uel obligare rem eccleſiæ ſpecialiter,generaliter tamen poteſt,Ant.de Fano de pign.in 2.par.mem. 1. communem dicit.

193 PRAELEGATA non ueniunt in uniuerſali fideicommiſſo poſtea ſubſecuto, Iaſ.in conſil. 175. uol.4. cõmunem dicit.

194 PRAEBENDA eſt quæ prouenit ex inſtitutione,& officio: canonica eſt ius proueniens ex electione, & receptione in fratrem.Ioan.Arri.in capitu.cum in, de cõſti. nu.170.communem dicit.

195 Præbendarum numerus eum augetur ex receptione alicuius in canonicum,idem ibi nu.16.communẽ dicit.

196 Præbenda uacatura ſi promittatur eum recipitur aliquis in canonicum,ualet receptio & uitiatur promiſsio idem ibi num.185.communem dicit.

197 PRAESCRIPTIO eſt ius quoddam ex tempore congruens,legem authoritate uim capiens, negligẽtibus pœnam inferens,& finem litibus imponens,Balbus de præſum.in 1.par.col.1.communem dicit.

198 Præſcriptio cauſatur ex ciuili,uel naturali poſſeſsione,uel ſaltem ciuili,Balbus de pręſ.in 3.par.conſi.57.q. 3.cõmunem dicit tam in acquiſitione dominij quam alterius iuris inferioris,ut uſus fructus contra Barto.in l. 3.§.ex contrario.ff.de acquir.poſſeſsio.ubi dicit, quod in acquiſitione uſufructus ſufficit naturalis poſſeſsio,q communiter reprehenditur.

199 Præſcriptio tollit obligationem naturalem. Balbus de præſ.2.par.3.par.q.10.conc.38.communem dicit.

IO. FICH.

Præſcriptio non tollit actionem ipſo iure,ſed ope exceptionis. & ſic opus eſt allegatione partis.communem dicit Boer.deciſ.344.n.8.ut refert Miſing.obſer.28.cẽt. 3.ſubiungit tamen in Camera deciſum,præſcriptionem etiam non opponente parte inferenda ſententia eſſe attendendam,ſi manifeſte appareat probata.

200 Præſcriptio cũ bona fide premit obligationem ciuilem,& naturalem reddit inefficacem,Alc.in rubr.de pręſcri.nu.44.communem dicit.

ADDITIO IO. FICH.

Præſcriptio actionũ an utramq; obligationem tollat uide late examinantem Fern.Vaſ.Illuſt.contro.lib.2.ca. 53.per totum.ubi n. 9. aſſerit utramq; obligationem lõgiſsimi temporis ſpatio pariter tolli, &c.

201 Nota quod ex præſcriptione triginta annorum cum bona fide acquiritur utile dominiũ, Balbus ibi in 2.parte.q.2.conclu.3.communem dicit. & in tantum hoc eſt uerum quod completa præſcriptione,nõ poteſt adiri eccleſia per denunciationem euãgelicam,ut reſtituat rem præſcriptam, cum ſit tutus in conſcientia. Balbus in 2. par.3.par.q.10.communem dicit. Tamen ſi res pręſcripta poſt triginta annos ueniret ad dominiũ, licet aduerſum quemlibet præſcribens haberet actionem ad uendicandam:non tamen contra dominium uerum.Balbus in 2.par.3.pa.q.6.cõem dicit.Et nota quod antiquus dominus poteſt auocare rem præſcriptam a quocunq; tertio,ſi ipſe tertius non præſcripſit. & non poteſt iuuari tertius à poſſeſsione primi poſſeſſoris.Balbus ibi cõmunem dicit:quam tamen concluſionem communem cum præcedenti limita niſi alias præſcribens poſsideret cum titulo,& bona fide,quia & per præſcriptionem longi tẽporis(ut eſt uiginti annorum)nec dominus auocat à tertio,nec iuuatur contra eum rei uendicatione quod non ꝓdeſſet trigenario poſſeſſori; & cum bona fide ſine titulo,Balbus ibi col.76.communem dicit.

202 Amplia dictam communem opinionem,quod ſi duo diuerſis tẽporibus præſcripſerint rem aliquam, & alius tertius poſsideat rem præſcriptam cum titulo & bona fide,præfertur in re uendicanda ſecundus præſcribens cum extinctum ſit ius alterius,Balbus ibi num. 9. cõem dicit.

203 Præſcriptio non introducitur niſi cum bona fide in principio,in medio,& in fine,Balbus in 2. par.3.par.q. 7.communem dicit.

Intellige quod requirit bona fides in principio, in medio aũt cum non habeat malam fidem, etſi dubitet dubitatione ſpeculatiua, ut ſi dubitet an ſit ſua res, uel ſi iuſte poſsideat cum non habeat conſcientiam læſam,credens poſſe poſsidere cũ illa dubitatione,currit præſcriptio,ſi tñ dubitet,non ſolum de iure,ſed dubitet an teneatur reſtituere non pręſcribitur cũ agat cõtra conſciẽtiam,ut tenet Cou.in d.re.poſſeſſor.par.2.n.4.ex Adriano,col. 2.

IO. FICH.

Præſcriptionis tria ſunt requiſita,titulus,bona fides, poſſeſsio, omnes ueluti notiſsimum iuris elementum tradere ſolent,ut ſcribit Vaſq.Illuſt.contro. lib. 2.c.77. nume.10. ipſe uero ibi tenet,ſolam diutinam poſſeſsionem continuatam & iuſtam ſufficere ad præſcriptionem creandam,perficiendam,& confirmandam.

204 Præſcriptio cum mala fide non procedit, & in hoc eſt ius ciuile correctum per ius canonicum, tã in rebus corporalibus,quam in actionibus realibus, & perſonalibus.Balbus ibi q.17.communem dicit, licet Soc. conſil. 203.dicat cõem ꝯriam,ſed tñ cõior eſt prima,& uide Alci.in rub.de præſcript.nu. 48.

ADDITIO IO. FICH.

Adde hanc communem affirmare Do.Miſing. obſer. 6.cent. 4.

205 Amplia iſtam communem etiam per tempus immemoriale:ſi conſtat de mala fide præſcribentis, temporis curſus non ſuffragatur.Alexand.in l.cum aliquis. C. de iur.deli.communem dicit. quam refert Coua. in d. §.8. nume. 4.

206 Limita in actionibus, quæ ſunt de ſui natura temporales,nec continẽt pœnã,ſed potius dãtur ad intereſſe,

idem

idem Balbus ibi col.48.communem dicit.

207 Limita ſecundo in iure adeundi per triginta annos, cum iua ſit quærendum, & non quæſitum, Balbus ibi col.88. communem dicit.

208 Limita tertio, in mala fide prædeceſſoris quæ nõ impedit inchoare præſcriptionẽ, Matthę.de afflict.in Neapo.deci.40.nu.7.communem dicit, Hieron.Cagno.in l. qui in alterius.nu.16.ff.de re.iur.communem dicit contrariam, ſed pro concordia diſtingue, ut per Panor.in c. 2.de pręſcriptio.nu.7.& 8.q.prima, opinio prima procedit in ſingulari ſucceſſore; & ſecunda in uniuerſali, qui tenet exonerare conſcientiam defuncti, ut per Curt.Iuni.conſi.170.nu.14. ubi dicit magis communem, ſecundum quam intellige ut hic per Pyrrhũ in conſue. aure. de executionibus cap. 14.

209 Reſtringe hãc tertiam limitationem ad ſucceſſorem repræſentãtem prædeceſſorẽ: ſecus in ſucceſſore dignitatis, uel officij ſi non uult uti poſſeſsione pręd eceſſoris Cou.in reg.poſſeſſor par.2.§.9.nu.6.uerſ.ſeptimo apparet.communem dicit ex glo.in c.cura, de iure patr.

210 Nota quod ſucceſſor ſingularis præſcribit ſpatio decem uel uiginti annorũ ſolutionem minorem cum ſibi non ſit nũciatum de maiori ſumma ſi poſsidet cum titulo, ſi tamen non habet tit. præſcribit cum bona fide per triginta annos, Balbus in 4.par.4.par.q.7.cõem dicit.

211 Mala fides ſuperueniens circa unum, interrumpit præſcriptionem & alijs Balbus in 2.par.6.par.q.2.communem dicit.

212 Limita ſi poſteá bene informatus depoſuerit malam fidem, Balbus ibi.44.communem dicit.

213 Dubitatio non impedit præſcriptionem, ſi poſt inchoatam pręſcriptionẽ interuenit. ſecus ſi á principio. Balbus in 2.par.3.par.q.2.& in 2.par. 6.part.q.2.cõem dicit. Et ſic intelligẽ, Iaſ.in l.poſsidere gña.de acq.poſſ. nu.19.ff.

Io. Fichu.

In præſcriptionibus, quæ titu.non deſiderant, bona fides ouia, etiam ea iniuſta cau. & tarua, puta iuris errore, ſufficit ad pręſcribendum, uera, & communis opinio eſt ut ſcribit Vaſq. Illuſt. controuer. lib.2.cap.77.nu.9.

214 Error iuſti tituli cauſat præſcriptionem, quantum ad uſucapiendum & præſcribendum, nõ tamẽ ad repellẽdum eum qui agit petitione hæreditatia, uel interdicto quorum bonorum, quæ iudicia regulariter non dantur contra titulo poſsidentem, Balbus in l.Celſus.ff.de ulu. cap.not.2.col.5.communem dicit.

215 Amplia etiam ſi nõ ſubeſſet iuſta cauſa credẽdi titulũ eſſe uerum: ſi tamen quis ita credebat.ibid.nu. 3.cõem dicit.

216 Præſcribi poteſt omnino obediẽtia Imperatoris per Reges ac alias Ciuitates, Balbus de præſ.2.par.5.par.q. 3.communem dicit.

217 Præſcribi etiam poteſt merum ac miſtum imperium, Idem ibi.q.3.communem dicit, ea Fel.in c.cum ſit, de foro compet.pro qua eſt tex. in l.uiros.C.de diuerſi.offic. lib. 11.

Quanto tempore contra Imperatorem uel regem pręſentẽ præſcribatur merum ac miſtum Imperium, & quantũ tẽpus requiratur illis abſentibus, & quid ſi iuriſdictio ſit penes inferiorẽ principẽ. ubi nõ nulla de præſcriptionibus iuriſdictionis.

218 Nota quod merum ac miſtum Imperium præſcribitur contra Imperatorem, ac regem præſentem per ſpatium decẽ annorum, ipſo autem abſente, requiritur tantum tempus de cuius initio non eſt memoria in contrarium. Idem Balbus.q.3.in prima quæſtio. ſecũda par.5. par.communem dicit. ſi autem iuriſdictio eſt penes inferiorem á principe præſcribitur contra eum per decem annos. Petrus Nunius in capitu.primo, de exequendis mandatis regum.15.communem dicit, ex Balbo de præſcri.in 2. par.5.uerſi.circa primã. Et de materia præſcriptionum iuriſdictionis uide plenè per eum. Et in quantum Balbus affirmat ſufficere tempus decem annorũ data ſcientia principis, idem ſenſit Iaſo.in l.Imperium, nume.2.ff.de iuriſdict.omni.iudi. ubi dicit magis communem. Iaſonem reprehendit Curt.Iuni.conſi.174.nu.26. magis communem dicens contrariam, quòd non præſcribatur niſi p tempus immemoriale. cui opinioni aſtipulatur noſter Coua.in reg.poſſeſſor.par.2.§ 3.

219 Item nota quod in præſcriptione iuriſdictionis cùm ſint tres, ſpecies, uidelicet merum, miſtum, ac iuriſdictio ſimplex, ſi unus actus præſcribatur, non cenſentur omnes tres ſpecies præſcriptæ, ſed ſufficit præſcripſiſſe unũ actum ſolum ad hoc quod dicatur præſcripta tota una ad ſpecies illius actus, Balbus in 2.par.q.2. uerſi.ſecũdo principaliter communem dicit.

220 Præſcribi poſſunt ea quæ competunt principi in ſignum ſupremæ poteſtatis: & hæc præſcriptio ſortitur effectum per tempus, de cuius principio nõ eſt memoria hominis in contrarium. Idem Balbus in 2.part.5.par.q. 2.communem dicit.

221 Amplia iſtam communem ad inferiorem à principe, quoniam poteſt præſcribere ius collectandi, & exigendi pedagia per tantum tempus, de cuius initio memoria non ſit in contrarium. Otaloia.in ca.3.primæ par.de nobilitate Hiſpanica communem dicit.

De Iure regio præſcribitur iuriſdictio in ciuilibus per quadraginta annos, & in criminalibus per centum annos.l. 7.titu.13.lib.3.ordi.per quam corrigitur l.18.tit. 4.par. 3.& l.6.titu.20.par.3.& l.1.5.titu.11.l.2.For. H. Regalia autem, ut ſunt collecta, ac tributa, non præſcribuntur, ut apparet in d.l.6.quæ concor.cum hac cõmuni.& declarat eam. Et uide Paul.Rubeum in repe.c. per ueſtras, de dona.inter uir.& uxo.col.212.

222 Nota quod præſcribens regalia, iuriſdictiones, pedagia, & ſimilia, per tempus de cuius initio non eſt memoria hominũ in contrarium, non tenetur probare ſcientiã ac patientiam principis: quia illa præſumitur per dictũ tempus, Balbus in 2.par.tertia par. quæſtio. 6. communem dicit. in præſcriptione minoris tempus contra Regem ſemper requiritur ſcientia, & patientia, Alexand. conſi. 16.uolum.5.communem dicit, quem refert Petrus Nunius de exequendis mandatis regum. capitu. primo, numero.15.uerſicu.octauo, deducitur, ubi uidetur innuere, hodie per legem ſextam dicti titu. 13. li.3. ordi.nõ eſſe neceſſariam ſcientiam, & patientiam regiam ad pręſcribendũ merum imperium, cùm ex illa lege appareat de uolũtate principis, cùm ſit modici præiudicij præſcriptio, cum aliàs remaneat communicatiua iuriſdictio penes Regem, & hoc modo poſsit Imperatorem imperij alienare, ut per Angel. in l. ſecunda, §.hoc interdictum.ff.ne quid in loc.public. Et ultra illud, princeps concedendo iuriſdictionem, non cenſetur à ſe abdicare iuriſdictionem nec dare priuatiuè, ſed cumulatiuè, ut per plura deducit Caſſa.in conſue. Burgun.Rub.1.§.1. in gloſſ.fin.numer.30, cùm non poſsit abdicare à ſe omnem iuriſdictionem, utile tamen dominium, & commoda poteſt ſalua ſuperioritate, & recognitione, & fide ſecundum Bald.in procem.feudor. uerſicu. expedita, numero.32.ad quem poterit appellare: & de cauſis appellationis cognoſcere, Ioan.Andr.in additio.ad ſpecula.de iuriſdictio.omni.iudic.uerſicu. uidiſtis duas, col. fina. & Ange.in l.1.§.ſi quis mandatum.ff.de offi.eius cui mandat.eſt iuriſdictio, quam ſuperioritatem & appellationem Rex (ut dictum eſt) non poteſt à ſe abdicare, ut per plura deducit Thomas Gramma.in conſilio 18. per capi.dudum, de præſcriptio. in 6. quod uidetur innuere l. 1.titu1. lib. 3. ordi. item pro hac ſua opinione in hoc

regno adducit l.5.titu.2.par.1.iuncta l.15.titu.1.li.7.ordi.dicit enim quod in d.l.prohibetur introduci conſuetudo ſine ſcientia Regis,& in d.l.11. mãdatur quod conſuetudines populorũ obſeruẽtur:ex quibus dicit ſublatã d.l.3.& non requiri uolũtatem principis,uel ſcientiã & ſic in d.l.6.non eſſe neceſſariam ſcientiam regis,cũ iã ibi explicauit ſuã uolũtatem, quòd ualeret præſcriptio: & adducit ad hoc Bal.de pace cõſtan.in uſu. feu.capit.1.§.1.& eſt in n.3.& dicit nõ obſtare d.l.7.titu.1.in ord. ubi diſponitur quod iudex eccleſiaſticus nõ incarceret laicos,nec executionem faciat in ſuis bonis iuncta l.ult. lata apud Toletum de anno 1525.ubi reuocat conſuetudinẽ circa dictam executionem: dicens, por que à quello ha ſido ſin nuestra ſcientia e pacientia. quia dictæ prohibitionis cauſa eſt,quod agitur de maximo præiudicio regis,quia quando per Prælatos præſcribitur contra regem non præſcribitur cumulatiuè,ſed priuatiuè,& tranſit iuriſdictio in perſonas alterius fori: & non poteſt à principe reuocari iuxta notata per Doct.in cap.noui,de iudic.ſed his non obſtantibus adhærendum eſt communi opinioni, tum enim quia hanc opinionem tenet Innocent.in capitu.bonæ,de poſtul. prælat. & Barto.in l.1.ff. de aqua plu. arcen. & in l. ſi publicanus,de publica. & Ioan. Lupus in Rubrica de donatione inter uirum & uxorem in repet.capit.in prȩludijs,uerſic.ſed eſt pulchra dubitatio, numero.33.cum alijs ſequenti. & Petr. Bellug.in Specula.princ.in rubr.22.numero.67.eſt cõmunis opinio teſte ipſo Nunio:tunc etiam, quia eſt maximum crimen uſurpare regis iuriſdictionem, & capite eſt puniẽdus.l.ſacri afflatus.& ibi Bald.C.de diuer.reſ. & incidit in crimen læſæ maieſtatis,qui ſe gerit pro magiſtratu.l.3.qui ſe.ff.de leg.iulia maieſt.quod non inferretur tum etiam, quia ſequerentur duæ ſpecialitates in d.l.6.ꝙ non eſt dicendum,ut per Bal. in rub.de cauſ. poſſe.& proprie. num.13.l.penul.C.de dotis promiſ.& l.ſi mihi & Titio,ff.de condi.& demonſtra.& Iacob. de ſancto Georg.de feu.in §.dictique uaſſalli,num.22.una reuocatio.d.l.titu.4.par.3.& l.6.titu.29. part. 3. in qua prohibita erat præſcriptio iuriſdictionis.De iure regni, ꝑ quam reuocatur ius commune,quod concedit præſcriptionem per tempus, de cuius initio non eſt memoria in cõtrarium per omnes ſupradictas communes opiniones. Altera quod præſcriptio quadragenaria ſufficiat etiam tertia:quia non requiritur certioratio regis in præſcriptione quadragenaria. Quod aliquo modo non eſt dicendum: nec Bald.in d.c.1.nu.3.de pace Conſtantiæ hoc dicit:imo totum contrarium in tangentibus ipſi regi, ubi ipſemet Balbus diſtinguit, aut præſcribitur contra tranſeuntes,ut ſoluant paſſagium, & non requiritur ſcientia principis, ſi tamen præſcribitur contra Cæſarem, requiritur ſcientia, & patientia: ut in l.competit C.de præſcri.triginta anno.item nec lex 11.titu.1.li.7.ordi.tollit d.l.5.imo confirmat ibi Segu.que les fueron otorgadas por los reies mion progenitores e por nos cõfirmadas & imadas. Et ſic præſumitᷣ notitia & certioratio:ut aliàs dicitᷣ de minore qui iurat quod nõ eſt neceſſaria probatio certiorationis præſumitur certioratus ex iuramẽto,Iaſ.in authen.ſacramẽta,nu.65.C. ſi aduerſus uendit.& Io.Mauri.de reſtitu.in integ.c.114.de qua ſuprà in uerb.certioratio,nu.32.uel eſt intelligẽda illa lex iuxta diſtinctionem Bal.in d.capit.1.cum non prȩſcribũtur contra regem nec eſt faciẽda uis in intellectu.d.l.7.titu.1.lib.1.ordi.quia uera ratio illius l.eſt quia prælati ſunt incapaces,illius executionis: & data incapacitate, nec præſcriptio etiam immemorabilis procedit per c.1.de præſcr.in 6.Prælati enim non habent territoriũ nec ſua iuriſdictio adhæret territorio: ut per plura deducit, & probat Oldr.conſ.17.Belluga.in Specula.prin.in d.rub.22.nu.48.Nec obſtat c. ut animorũ,de conſti.in 6. quia ubi territorium eſt exponendum,id eſt,dioeceſim, uel certos terminos, intra quos poteſt exercere iuriſdictionẽ: & cum non habeat territorium in quo cedat poſſeſsio:nimirum ſi nõ poſsit prȩſcribere,cum ſine poſſeſsione præſcriptio non procedat, reg.poſſeſsione,de reg. iu.li.6. Et ex his ego teneo in præſcriptiõe quadragenaria in qua præſcribitur iuriſdictio ciuilis : quod requiritur ſcientia , & patientia regis ad eam conſequendam. Et nota uerbum Aymon. de antiq.tempo. par.in uerſi. abſolutis differentijs,num.23.quod in caſibus,in quibus requiritur ad introducẽdũ conſuetudinem,uel præſcriptionem ſcientia principis:quod ſufficit quod officiales ac procuratores regis uel principis ſciant, ut ei præiudicetur ex Bald.conſi.340.uolu.5.& Caſtren.conſ.205.incipienti:uiſo quodam ſaluo conducto,pro quo adducit l.cum mancipiũ,uerſi.circa procuratoris.ff.de edic.diu. Nota quod de iure regio ad præſcribendũ pedagia quæ portamgos dicuntur, requiritur tempus quinquaginta annorum.l.1.ti.10.lib.ordi.

223 Limita omnes iſtas communes opiniones in eis,quæ ſunt reſeruata principi in ſignum uniuerſalis recognitionis,quod non præſcribuntur,Pyribus in cõſue.Aure.de prȩſc.c.4.communem dicit.ut ſunt cenſus,uel tributa,& quo per Coua.in reg.poſſeſſor.par.2.§.2. uerſi. ſecunda rerum ſpecies.

224 Præſcribitur contra fiſcum in bonis nondum incorporatis,ſed tantũ delatis tanquã uacantibus propter uectigal non ſolutum per lapſum quinquennij:in alijs autem bonis ſi denunciatio præceſſerit per quadriennium: ſi tamen non fuit denunciatum ſine titulo & bona fide per triginta annos:cum titulo autem & bona fide per uiginti annos,Balbus in 2.par.5.par.in princ.communem dicit.

225 Fiſcus præſcribit,quando uẽdit rem alienam per quadriennium, iuxta l.bene à Zenone.C.de quadrien.præſcript.quam intellige ſi uendit bona fide:ſecus tamẽ Balbus de præſcri.ibi q.8.communem dicit.

226 Limita tertio,niſi ex priuilegio concederetᷣ eccleſiæ, ut contra eum non poſsit præſcribi niſi per centum annos,ad inſtar eccleſiæ Romanæ.Idem Balbus ibi q.1.in prin.communem dicit.

227 Nota quod ſi res priuati peruenit ad eccleſiam tẽpore præterito,utitur præſcriptione priuati pro futuro autem præſcriptione eccleſiæ.Balbus ibi q.3.communem dicit.

228 Præſcribitur ius eligendi per quadraginta annos,Balbus in 5.par.q.8.communem dicit.

229 Amplia etiam ſi unicus actus interuenit in hoc tẽpore,idem ibi communem dicit.

230 Parochiani prȩſcribunt ius præſentandi,quãdo eccleſiã non conſtat ab alijs conſtructam, fundatã uel dotatam eſſe,Coua.in re.poſſeſſor.par.2.§.10.nu.3.communem dicit.ex Deci.conſi. 117.

231 Nota quod ſi eccleſia cõſtat à principio liberam eſſe non præſcribitur contra eam per quodcunque tempus ius præſentandi,Coua.& ibi nu.2.communem dicit. ex Panormi.in c.querelam,nu.9.de electi.

232 Præſcribitur ius patronatus cum cõſtat eccleſiam eſſe patronam,idem Balbus.ibi,q.9. communem dicit,ſi currat tẽpus quadraginta annorũ cum titulo, uel initio memoriale ſine titulo,quod nota.

233 Amplia etiam ſi dubitetur per tempus de cuius immemoria non ſit in contrarium.Balbus ibi,nu.100.communem dicit.

234 Præſcribitur etiã ius patronatus præſcripta uilla,uel caſtro cui annexum eſt ius patronatus,Idem ibi communem dicit.

235 Præſcribitur per epiſcopum,ut poſsit alienare res eccleſiæ inconſulto capitu.per tempus tamen de cuius memoria non ſit in contrarium,idem ibi quȩſt.17.communem dicit.

236 Præ-

236 Præſcribitur contra ciuitatem etiam particularem per centum annos in quatuor caſibus enarratis in l. fin. C.de ſacroſanct.eccle.in alijs autem præſcribitur cōtra eam iure priuatorū.Balbus in 3.par.5.par. q.1. communem dicit. Nec dicitur d.l.fin. correcta per d. auth.quas actiones,quò ad ciuitatem, ſed ſolum quò ad eccleſias, monaſteria, uel pia loca, Coua.in re.poſſeſſor.par.2.§. numero 9.communem dicit,reprobata opinione Boerij deci.264.num. 25. qui dicebat l. in fine eſſe in totum ſublatam.

237 Amplia iſtam communem ad caſtra, ac paruam uillam dummodo habeat multitudinem. Idem ibi.q.2.communem dicit.

238 Præſcribitur contra conditionem ex canone reintegrāda. 3.q.1.per triginta annos ſicut & ipſa conditio durat. Balbus in 4.par.par.4.q.14.communem dicit.

Additio. Io. Fich.

Contrariam opinionē,quod non ſolum a xx.annis, ſed etiam perpetuò duret remedium D.canonis,communiorem uideri ſcribit Miſing. obſerua.86. cent.3.ut & ſuprà notaui.

239 Præſcribitur contra remedium l.2.C.de reſcin.uēd. per triginta annos, Idem ibi.q.26.communem dicit.

* De iure regio non durat hæc actio niſi per quadriennium l.4.tit 7.lib.5.ordi.

240 Præſcriptio ſeruitutis perſonalis per triginta annos. Idem ibi.q.16.nu.1.communem dicit.

241 Nota quòd ſeruitutes habentes cauſam continuam, quæ ad eius uſum non requiritur continuum factum hominis,licet à principio requiratur, præſcribuntur inter præſentes per decem annos,& inter abſentes per uiginti annos, Idem ibi par.2.par.4.q.1. cōem dicit. Seruitutes autem habentes cauſam continuam in propoſito, licet naturaliter ſint diſcontinuæ, quibus poteſt quis uti quando uoluerit:ut eſt itineris, uel uiæ, perduntur per decem annos inter præſentes,& per uiginti inter abſentes:ſi tamen habent cauſam diſcontinuā,uidelicet hebdomadarum, uel dierum ex forma conſtitutionis perduntur per uiginti annos, tam inter præſentes, quam abſentes,Balbus.3.par.4.part.q.1.nume. 1.communem dicit.

242 Limita iſtam ultimam communem opinionē in ſeruitutibus perſonalibus,in quibus non conſiderantur interualla temporis,nec diſtinctio prædicta.Balbus ibi.q. 6.communem dicit.

243 Seruitus diſcontinua requirens factum hominis conſtituitur,præſcribitur,& probatur allegato titulo ſeruitutis, ac probata poſſeſsione decennali inter præſentes, & uicenali inter abſentes, & præſumitur titulus allegatus,licet aliter non probetur, cum ſcientia & patientia aduerſarij.Balbus de præſcri.in 2.par.4.par.q.1.communē dicit.nu.3.& in nu.1.dicit,quòd requiritur etiam bona fides,& dicit etiam communem contrariam. Imò quod in iſtis ſeruitutibus habentibus cauſam diſcontinuā,requiratur tantum tempus de cuius initio non ſit memoria in contrarium,Cur.Iun.in conſi.174 nu.28.& 38.dicit cōmunem.approbat glo.la gande in l.ſi. de ſerui.ff.ſed tamen dictam communem opinionem glo.intellige,ut in hac communi,quando adeſt titulus ad præſcribendū,de quo per d.Balbum ibi.ubi uide alias limitationes ad regulam dictæ gloſſæ.

244 Nota quòd ſcientia & patientia domini requiritur in præſcriptione iuriū incorporalium.Coua.in re.poſſeſſor.par.2.nu.8.communem dicit.ex Inno. in ca.2. de in integ.reſtitutio.& l.2.C.de ſer.& aqua.

245 Fallit primò, in præſcriptione immemoriali iurium incorporalium,Bald.de præſc.in 2.par.4.par. q.2. num. 34.communem dicit.

246 Fallit ſecundò,in præſcribente cum titulo,& bona ſide habente titulum à tertio qui reputabatur dominus, quia non requiritur ſcientia,& patientia ueri domini,& ſufficit tempus ad inſtar rerum corporalium,Balbus ibi nu.15.communem dicit.

247 Fallit tertiò,in præſcriptione libertatis,cum res de facili reuertatur ad ſuam naturam,Coua.in d.nu.8.uerſic. 1.ſententiam communem dicit.ex l.ſi partē.§.ſi per fundum.ff.quemadmo.ſerui.amit.c.ſi de terra, de priuileg.

248 Præſcribuntur ea quæ competunt de iure gentiū per ſpacium tanti temporis,de quo memoria hominum non eſt in contrarium,Balbus de præſcrip.in 3.par.3.par.q. 6.communem dicit.

249 Præſcribuntur decimæ prædiales in partem, licet nō in totum.Balbus ibi in 5.par.q.7.communem dicit contrariam.imò quòd nulla conſuetudine poſsit introduci per laicos,quòd non ſoluāt integram decimam,dicit cōmunem,Curt.in ca.ſi.de conſue.ſed pro concordia, dicitur per Bello.conſil.55.per totum.ubi uidetur innuere, quòd opinio Balbi habeat locū in præſcriptione,de cuius initio non eſt memoria, Curt. autem de alia minori quam ſic probat:nulli dubium eſt quòd per Romanorū Pontificem poteſt concedi,uel dando priuilegium, uel approbando conſuetudinem,ut minus decima ſoluatur: per glo.in ca.à nobis el 1.Deci. & ibi docto.& Abbas dicit hoc indubitatum in cap.in aliquibus. & Deci. conſi. 247.& conſi.113.& Bello.dicit de hoc eſſe communem opi.Et conſuetudo de qua non extat memoria in cōtrarium,habet uim priuilegij. l. hoc iure.§. ductus aquæ.ff. de aqua quoti.& æſti.& ca.ſuper quibuſdam,de uerb.ſigni.& ibi Panor.& Feli.in ca.aſcendentes,de præſcr.& Barbat.conſi.41.uolu.1. & in conſi.45.uol.2.in fortiori caſu,ſcilicet in laicis acquirentibus decimas,ergo cōſuetudine poteſt introduci, ut minus decima ſoluatur. Et hoc etiam tenet Alexā.conſi.6.uol.5. ubi dicit hanc eſſe magis communem opinionem.

250 Amplia iſtam communem ad laicum qui poteſt præſcribere per tantum tempus, quòd non ſit memoria hominum in contrarium ius percipiendi decimas:& obtinebit allegato titulo,cum poſſeſsione dicti tēporis,Pyrrhus in conſue.aure.de poſſeſ.iudicijs cap.2.in ſi. magis communem dicit,ſine titulo, cum ſint incapaces:nō præſcribunt,ut per plura probat noſter Coua.in reſo.ca.17. lib.1.nu.9.ex Ioan.Mona.in ca.2.de præben.in 6.Et nōta in hac materia,cum per concilium Lateranenſe ſit toleratum laicis,ut percipiant decimas,quæ ante illud cōcilium ſolitæ erāt per eos percipi:quòd probata poſſeſſione immemoriali dicitur probatum ſufficicorer ante concilium Lateranenſe percepiſſe,Coua. in c.poſſeſſor in 2.§.3.nu.9.uerſi.3.fortius communem dicit ex Doct. in c.cum apoſtolica, de his quæ fiunt a prælat.

* Nota iſtam communem cum præcedenti ad intell.l.1. titu.7.lib.1.ordi. ibi 6. (en los otros lugares que antiquamente ſuelen tener los legos..

251 Præſcribitur conſuetudo quæ eſt contra ius,uel præter ius de iure ciuili per decem annos:de iure autē canonico,ſi eſt contra ius, requiruntur quadraginta anni: ſi propter ius,decem anni. Balbus ibi par.5.par.5.q.12. communem dicit.

Ioan. Fich.

Præſcriptionē quam primum incipit ceſſatio ſolutionis,cum de præſenti agi poſsit,incipere currere in penſionibus,etiam quo ad futuros annos,ueram & communem eſſe DD.opinionem affirmat Scurph.conſi.10. nu. 12.cent.

Contrarium tamen in Iudicio Cameræ Imper.ſeruatur,teſte Miſingero obſerua.13.cent.3.

252 Præſcribi non poteſt cum titulo nullo,Cur.Iun.conſi.185.nu.3.communem dicit.

253 Item nota præſcribitur cõtra hæreditatem iacentem etiam ſi ſit uſuc. Balbus in 6.par.in principio in caſu.75 communem dicit.

254 Item nõ præſcribuntur ea quæ ſunt meræ uoluntatis ut ire ad molendinum, uel ſimilia, Balbus in 4.par.5.partis. communem dicit. pro qua eſt tex. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. poſſeſ.

255 Limita, ſi interueniat prohibitio, quia tũc benè præſcribuntur per tempus longiſsimum, idem ibi. q 6. communem dicit ex gloſ. in l. qui luminibus. ff. de ſeruitu. urba. prædio. Coua. in regu. poſſeſſor. §.4.par.2.nu.6.

256 Amplia iſtam limitationem, ad actus negatiuos qui non prę́ſcribuntur niſi á tẽpore prohibitionis. Bellon. in conſi.1.nu.15. communem dicit. de qua per Alex. conſ. 536. uol.2. & Guid. deciſ. penul.

257 Item non præſcribuntur ea quæ ſunt reſeruata Principi in ſignum uniuerſalis recognitionis: ut in communi ſuprà eod. nu. 153.

258 Præſcribi non poſſunt alienari prohibita. Ripa in §. diui. l. filius familiâs. ff. de leg. 2. communem dicit.

259 Limita & intellige iſtam communem, ut non procedat in præſcriptione longi temporis uiginti annorum cum bona fide. Balbus de prę́ſum. in 5.par.5.par.q.4. cõmunem dicit.

260 Limita ſecundo, in præſcriptione immemoriali uel quadraginta annorum. ſi ius non reſiſtit in prohibitione alienationis in certas perſonas. Bello. conſilio 46.num. 7. communem dicit. ex Bartolo in l. fin C. in quibus caſibus non eſt neceſſaria in integrum reſtitutio.

261 Item non præſcribuntur legata per hæredem, cum teſtator ſubſtulit præſcriptionem. Barba. conſi. 22. uol.4. & conſi. 51. uol.1. Ioan. Duran. in arte teſtan. titu.6.can. 31. communem dicit.

262 Item præſcriptio non cadit inter ſocios etiã per longiſsimum tempus quin teneantur diuidere. Balbus in 4. parte 4. partis. q.13. communem dicit.

263 Præſcriptio etiam interrumpitur, ſi pauci ſuperſint dies ad illam complendam: licet concedatur reſtitutio, Balbus in tertia parte ſextæ partis, quæſtio. 1. numer. 8. communem dicit.

264 Præſcriptio etiam interrumpitur ſi ſuperueniat inhabilitas in perſonam præſcribentem: non tamẽ ſi ſuperueniat in perſona contra quam præſcribitur. Balbus ibidẽ q.4.nu.1. communem dicit.

265 Fallit ſecundum membrum dictæ communis opinionis in præſcriptione trigenaria quæ dormit contra pupillum. idem Balbus ibi nu. eodem communem dicit.

266 Præſcriptio miſta, hoc eſt, decem uel uiginti annorũ interrumpitur per litis conteſtationem factam corã iudice competenti. Balbus in 2. ſpecie. 2.par.6.par.q 1.num. 32. communem dicit.

267 Amplia ad actiones perpetuas, ſeu temporales: in actionibus autem annalibus, & prætorijs quæ regulariter durant per annum, interrumpitur præſcriptio per litis conteſtationẽ, ſeu quaſi: hoc eſt, per libelli oblationem Principi factam. Balbus ibi nu.6. communem dicit.

268 Amplia etiam ad actiones criminales. Balbus ibi nu. 24. communem dicit.

269 Limita in præſcriptione decennali inducta per ſtatutum, cum ſit loco præſcriptionis triginta annorum, quæ per ſolam citationem interrumpitur, & non eſt neceſſaria litis conteſtatio. Idem ibi num.10. communem dicit. Et Pyrrhus in conſuetu. aure. de poſſeſſor. iudic. c.3. communem dicit.

• Nota iſtam communem ad intellectum. l.3. titu.13. ordi. lib.3.

270 Præſcriptionem licet interrumpitur defectus poſſeſſionis, non tamen defectus tituli: quin poſsit de nouo inchoari præſcript. Balbus in 2. parte 6. part. q.1. uer. quarto. communem dicit.

271 Nota quòd interruptio præſcriptionis naturalis prodeſt omnibus: ciuilis autem interrumpenti ſolum. Balbus in 3.par.3.part. principalis. q.3. communem dicit.

272 Præſcriptio non tollitur per pactum. Balbus de præſ. in 5.par.5.part.q.6. communem dicit.

273 Amplia, etiam ſi ſit dictum in obligatione, quod toties incipiat deberi, quoties fuerit præſcriptum, etiam ſi ſit appoſita dictio ut quandocunq; poſsit petere. Balbus ibi communem dicit.

274 Intellige & amplia iſtam concluſionẽ ad præſcriptionem triginta annorum, quæ datur in odium negligentium. Alcia. in rub. de præſ. nu.60. communem dicit. ubi uide de hac materia nu.56. uſque ad finem rubri.

275 Fallit hæc communis in præſcriptione prę́terita quæ poteſt renunciari. Balbus de præſcrip. in d.q.6. communem dicit.

ADDITIO. IO. FICH.

CONTRARIAM opinionem, Quòd imò præſcriptio pacto tolli poſsit, communem dicit Barb. cõſ. 22. col. ulti. col. 4. & conſi. 52. uol. 3.

276 Præſcriptio, ſi eſt ſublata per ſtatutũ ſimpliciter, uel per priuilegium, intelligitur in realibus de præſcriptione decem, uel uiginti annorum: in perſonalibus tamen triginta annorum: etſi ſtatutum poteſt operari in longa, non extenditur ad aliam. Idem Balbus ibi q.9. communem dicit.

277 Nota quòd præſcriptione ſublata per ſtatutum, non intelligit de præſcriptione, de cuius initio nõ eſt memoria in contrarium. Bello. cõſi.8.nu.8. communem dicit.

278 Nota quòd ſtatutum non poteſt tollere obligationẽ naturalem, uel ciuilem per quodcunque tempus, & tale ſtatutum nõ ualet, Bal. in 5.par.5.par.2.q.6. & in 2. par. 2.par.q.10.nu.14 communem dicit.

279 Præſcriptio legalis inchoata cum defuncto, currit cõtra minorem. Sed datur teſtimonio excepta trigenaria: quæ cũ ſit odioſa, dormit in pupillo. Balbus in 6.par. in prin. in 23. caſu communem dicit.

280 Amplia etiam ſi currit ad corroborationem contractus celebratus cum defuncto, Balbus ibi communem dicit.

281 Amplia ſecundò, ad præſcriptionem ſtatutariam, quæ currit contra minorem adultum: licet dormiat contra pupillum. Balbus ibi communem dicit.

282 Præſcriptio immemorialis habet locũ priuilegij conceſsi a Principe ex certa ſcientia. Bello. conſil.55.nu.5. communem dicit, intellige data capacitate in præſcribẽte. Coua. in reſo. li.1.ca.10. nu. 14. communem dicit ex Hipoly. ſingu. 80. Et nota aliud uerbum Aymon. de antiqui. tempo. par.4.nu.10. quòd in caſibus in quibus caſus uerus æquiparatur ficto in illis appellatione priuilegij, & uenit priuilegium fictum.

283 Præſcriptio eſt loco ſolennitatis in alienando rẽ quã do lex non reſiſtit, ſed ſolummodo ponit formam alienationis. Bello. conſilio 46.nu.7. communem dicit.

284 Præſcriptio annuæ præſtationis in legatis incipit in quolibet anno: in contractibus tamen ſufficit unica præſcriptio. Boer. deci. 336. communem dicit.

285 Præſcriptionis exceptio per arbitrium admittitur ſi præſcriptio ſit cũ bona fide: ſecus tamẽ Balbus in 1. par. q.5. communem dicit.

286 Præſcriptionis exceptio impedit litis cõteſtationẽ, ſi opponatur. Boer. deci. 344.nu.2. & 8. communem dicit.

ADDITIO.

Præſcriptio an probetur et ſufficiat p poſſeſsionẽ inceptã ab uno, & finitã à ſucceſſore. Bar. in l. Pomponius. §. prætereà. in fi. ff. de acqui. poſ. dicit quòd ſic, & ita Pariſ.

in

in conſ.107.laborioſa,nu.11.uol.1 Marc.Ant.Nat. in conſilio.70.uide nu.4.uol.1.Soci.Iuni.conſ.47.ui ſo prædicto nu.1.cum duobus ſequen.uol.2.Limita niſi in beneficijs in quibus tempus prædeceſſoris cum tẽpore ſucceſſoris ad finiendum triennium colorati tituli nõ coniungitur,continuatur,& ratio ut per M.Ant.Bar. in tractat.de tempo.utili.& contin.in c.14.nu.6.

287 PRÆSENTES in hac materia præſcriptionis dicunt ſi ſunt laici quando ſunt ſub communi præſide:ſi autem ſunt clerici,ſi ſunt ſub eodem Archipresbytero, præſentes dicuntur. Balbus in 3.parte,4.parte.1.q.4.in fi. communem dicit.

288 Præſens in iudicio compellitur recipere libellum, etiam ſi ad hoc non fuerit citatus, tamen non compellitur reſpondere niſi plenè inſtructus,Fely.in ca.1. de iudi.19.communem dicit.

289 PRÆSIDENTES ciuitatis non habent merum imperium,ſed tantum minimam iuriſdictionem. Alcia. in c. quod ſedem,nu.86.de offi.ord.communem dicit.

290 PRÆSENTATI duo ad beneficium, & colligitantes ſi unus moriatur,patroni non poſſunt præſentare alium. Gome. in regu. cancel. de ſubrogan.q.13. communem dicit.

291 PRÆSVMPTIO iuris quando eſt pro aliquo, non releuat,niſi allegetur. Alcia.in tractatu præſump. 21. nu.2. communẽ dicit. De iure regio exceptio ſi fiat notoria, ſufficit quod allegetur,& petatur.l. 42.in pragma.cap. 3.& per dictam.l.declaratur,l.2.titu. 6. lib.3. ordin. ex quibus reſultat, quòd ſi declinatoria iudicij ſit notoria, quòd non requiritur probatio, & approbatur per dictas ll.glo.in clementina appellanti de appellatio.& dictum Ioan.And.in ca.ſæpe de appellationib. quod fallit pro Intellect.l.14.tit.2.lib.3.ord.& l.91.ſtyli ubi ponuntur caſus de quibus poteſt quis conueniri in domo regia,ex quib.ſi uidua eſt notoria,non indiget probatione,ut tenet Cynus in l.2.ff.ſi quis in ius uocand.non ierit.Et nota unum ſatis notabile pro ampliatione.d.l.14.& 91.q ſi quis commiſit plura delicta, & inter ea ſit unũ ex iſtis comprehenſa in dicta. l. quòd curia poteſt de omnibus cognoſcere. Caſſane.in conſuet. Burgund.rub.2.§.1.gl. fin.nu.26.in fi. quæ etiam faciunt ad intellec. opinionis poſitæ in uer.iuriſdictio.nu.135.uide quæ ibi habes.

291 PRINCEPS obligatur per ſuum contractum & aſtringit ſucceſſorem in dignitate.Iaſ.in conſilio 10.uol.3.cõmunem dicit.

* Nota iſtam communem quæ facit ad corroborationem.l.3.tit.9.lib.5.ordi.ubi Rex & Regina iniuerunt cõtractum cum ciuitatibus regni ſui, quòd non poſsit alienare uillas,aut ciuitates,uel alia loca,uel bona regni,niſi ex iuſtiſsima cauſſa,& cum conſilio ſenatorum magni conſilij & contra factum eſt nullum,& Rex poteſt propria authoritate reaſſumere,pro quali facit etiam cõcluſio inf. nu.214.& quæ ibi habes:de quo per Fel.& Dec. in 2.lectu.nu.6.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. & in tantum eſt uera noſtra communis,quod nec de plenitudine poteſtatis,non põt contrauenire.Pau.de Caſt. in l.digna uox,de leg.C. Et quòd Rex non poſsit alienare bona regni.l.4.tit.15.par.5.etſi alienat,perdit nomen regis.l.6.tit.1.par.2.de qua per Ioan.Lupum in reper.c. col.210.& uide ſupra in uerb.præſcribi.

ADDITIO. IO. FICH.

Princeps an ex ſuis contractibus obligetur,& obligare poſsit ſuos ſucceſſores.Item an poſsit alienare unã ex ciuitatibus in præiudicium ſucceſſorum, uide cumulum allegationum apud Tiraq. in tracta.de Primoge. 35.q. nu.23.& 24.

IDEM.

Princeps ſi reſtituit rebellem,tunc talis reſtitutio nõ extenditur ad bona iam alienata, cõmuniter tenẽt DD. in l.Gallus.§.Et quid ſi tantum.ff.de lib. & poſth. ut refert Matth.de Afflict.decis.361.nu.7. fallit niſi publica pax hoc exigeret,ut dicit ibidem Matth.

IDEM.

Princeps ſtatuens aliquid contra ius naturale uel gentium,non præſumitur habere iuſtam cauſam,magis receptam ſcribit Miſing.obſerua.8. cent 4. Secus ſi cõtra ius poſitiuum aliquid ſtatuat uel requirat,quia tunc ſemper iuſta cauſa præſumitur moueri:Sed ita,ſi motu proprio, non ad inſtantiam partis id faciat,ut ibidem tractatur.

292 Princeps ſine cauſa non poteſt tollere alicui ea, quæ ſunt iuris naturalis.Curt.Iuni.conſilio 138.nu.5.communem dicit.

293 Amplia,quòd Princeps non põt tollere ius ſuum alicui ſine cauſa.Fely.in ca.quæ eccleſiarum nu.33.de cõſtitu.communem dicit.& Bello.conſi.2.nu.2.& 3.

ADDITIO. IO. FICH.

Contrariam opinionem,quod imò princeps,etiam ſine cauſa,poſsit rẽ ſubditi propriam de plenitudine poteſtatis auferre,& alteri dare,adeoque in totum cum legibus diſpenſare communem eſſe ſententiam ſcribit Vaſq.Illuſtr.contro.lib.1.c.15.in prin.ipſe tamen eã poſtea improbat.

294 Amplia ad feudũ,quia de illo non poteſt priuare uaſſallum ſine cauſa.Aymon de antiq.tempo.part.1. uerſi. nu.17.communem dicit ex Bal.in conſi.326.lib.1.

295 Nota quòd in his quæ non dependent à libera uoluntate Principis, prout ſunt contractus, & ubi agitur de priuando aliquem iure quæſito:non poteſt princeps procedere parte non citata, idem Aymon parte. 1. uerſi.1. nu.30.communem dicit ex Soci.conſi.16.

296 Amplia etiam de his de quibus princeps ad libitum diſponere non poteſt,parte nõ citata, Idem Aymon.nu. 32.communem dicit ex Bald.conſi.316.uol.1.

297 Amplia ad alienationem faciendam per Principem hominibus uillę uel caſtri inuitis quòd nõ poteſt facere: quia ipſis conuenit non mutare dominum.Curt. Iunior conſilio 174.numero 17.communem dicit:quod tamen fallit niſi pro bono pacis,ut per Gome.in §.item Seruiana.Inſtitu.de action.numero 43.ubi uide aliàs limitationes,& uide Felyn.in cap. dilecti. de maioritate & obedientia.in uer,inuictiſsi.

* Concor.cum l.4.tit.15. par.2. nec donare poteſt.l.4. tit.28.par.2.& quoad redditus regales,uide l.6. tit. 28. par.3.& uide Io.de Pala.rube.in c.per ueſtras. de dona. inter uirum & uxo.col.209.§.48.nu.41.

298 Fallit,quia licet Princeps nõ poſsit auferre alicui ius ſuum:poteſt tamen tollere obſtaculum de medio,faciendo de incapace capacem ſine cauſa,legitimando ſpuriũ, ut ſic ſuccedat in hæreditate.Cur.Iun.conſi. 157. num. 19.& conſi.138.nu.10..communem dicit:non tamẽ poteſt legitimare ad hoc quòd ſuccedat in bonis iã acquiſitis per hæredem,nõ ſolum per aditionem ciuilem,ſed etiam acquiſitionem iuriſgentium. Bello.conſi.2.nume. 3.communem dicit.ex Iaſ.in l.Gallus.§. & quid ſi tantũ ff.de liber.& poſthu.

IOAN. FICH.

Princeps ſiue Imperator Romanus Dominus eſt totius orbis.cõem dicit Vaſq. lib.2.Illuſtr. contro.c. 20. nu.1. multa pro hoc allegans.Tamen ultimo ſic concludit. Ad hanc tamen tot ſunt,qui teneant contrarium, ut referunt prædicti,quod mihi non ſatis certum eſt, utra pars receptior ſit.

299 PRINCIPII, & de his quæ ex principio ſequuntur.

idem

idem iudicium eſt.Cur.Iun.conſi.554.nu13. communē dicit.

300 Primogenita ſunt licita.Coua.in reſolu.in lib.1.c.5. nu.5.communem dicit ex Tiraquel.de primo genitura. q 4.num.13.

Io. Fsch.

Privatio Iuris uel rei alicuius ut incurratur, etiam ſi lex dicat,ipſo iure,tñ requiritur quod dñs declaret,uel rē incidiſſe in commiſſum, utiq; hoc ēt petat. Et tertiò ſubſequatur ſnīa declaratoria,ut late probat Tiraq. in l. Si unquam,in uerb.reuertatur.nu.10.15.& ſequen.C.de reuo.dona.Et ſimiliter copioſe Rim.in §.1.nu.21.& mul tis ſeq.inſt.de dona.ubi nu.31.32.& 33.declarat, qđ tali ſnīa non priuatio,uel ēt pœna decernitur, ſed tantūmodo declaratur quod tale delictum fuerit commiſſum,tūc enim pœna ſequitur a iure ſm Bar.in l.apud delatorem. ff.de iure fiſci.Itaq; Iudex declarabit donatarium (exempli gratia) uitium ingratitudinis incidiſſe, proindeq; donationem eſſe reuocatam,& quatenus opus ſit eam reuocare,condemnando donatarium ad relaxandam liberè rem ſibi donatam,ipſi donatori &c.

301 Priuilegium conceſſum a Principe habet effectum a tempore ſcientiæ.Iaſ.in l.beneficium.nu. 46. de conſtit. Princip.ff.communem dicit.

Priuilegium conceſſum deſcendentibus maſculis, & fœminis non comprehendit nuptas. Io. a Ripa in reſ.2, lib.2.de reſ.nu.11.communem dicit.

Io. Fich.

Priuilegium gratiæ conceſſum a Principe, per ſucceſſorem,indiſtinctè reuocari poteſt communem eſſe quæ Guil.dicit Alb.Roſ. in l.digna uox. C.de legit. & Mar. Laudenſis in tract.de priu.in 34.q.

302 Priuilegium conceſſum alicui,non debet operari reuocationem alterius priuilegij.Iaſ.in l.ſi ruſticus. nu.5. de teſta.mil.communem dicit.

Addstso Io. Fsch.

Priuilegia conceſſa eccleſijs quod earum bona,nō extenduntur ad Clericos, quoad eorum patrimonia,niſi in caſibus iure expreſſis.De quibus Abb.& Fel.in c. eccleſia S.Mariæ,de conſt. hanc communem dicit. Dec.in d. c.eccleſia.nu.18.refert Didac.Coua.lib. 1. uaria.reſo.c. 4.num.

303 Priuilegium continens idem quod ius commune per ſecundum derogatur etiam de illo non facta mentione. Ripa in capitu.primo.de reſcrip.nume.78. communem dicit.

304 Amplia ad priuilegium inſertum in corpore iuris: quia tollitur per aliud non inſertum,& de eo mentionē non faciens.Idem ibidem communem dicit.

305 Amplia ſecundò, ſi in ſecundo priuilegio ſit inſerta clauſula derogatoria, non obſtantibus priuilegijs in cōtrarium facientibus,etiamſi de illis oporteret facere mētionem,quorum tenores de uerbo ad uerbum uolumus pro inſertis haberi,quia per tale priuilegium tolluntur omnia priuilegia contraria. Ana.in conſi.56.communē dicit,quam intellige ut per Ripam in dict. cap.1.de reſ. num.80.

306 Priuilegium conceſſum in his quæ reiterationem recipiunt ad illud tollendum, requiruntur triginta anni. Lud.Gozza.in conſi.23.nu.9. dicit magis communem, ex quo priuilegiati ut non teneantur ad collectas,perdūt priuilegium,ſi per triginta annos pacificè collectas ſoluerunt.Ripa in l.1.de leg.cap.23.nu.11. communem dicit.

307 Priuilegium conceſſum habenti duodecim filios, durat etiam mortuis filijs. Alc. de præſum. reg. 5.præſum. 36.communem dicit.

308 Priuilegijs conceſſis militibus armatæ militiæ, gaudent milites legalis militiæ.Iaſ.in l.miles.de ſen.& re indi.nu.9.communem dicit.

309 Probatio incumbit dicenti pauperem,aut diuitē.Alc. de præſum.reg.2.præſum.27.nu.4.communem dicit.de qua uide Coua.in reſo.lib.2.c.62.

310 Probatio uitiatur ſi uariatio circa cōfinia generet incertitudinem.Cur.Iun.conſi.93.nu.13. communē dicit.

Io. Fich.

Probatis extremis,principio ſcilicet & fine, præſumitur probatum etiam medium.communem dicit Lanfrā. in repe.c.quoniam in uer.teſtium depoſitiones,nu. 8.cir. ſi.Adde ſupra eo.in uer.poſſeſſio.nu.153.

311 Probatio negatiua non ſolutionis poteſt fieri per explorationem librorum omnium.Cur.Iun.conſi. 106.nu. 50.communem dicit.

312 Probatio quæ dicatur incontinenti relinquitur arbitrio iudicis,Præpo.in c.quod reſtitu.33.q.5.cōem dicit.

313 Probationum materia relinquitur arbitrio iudicis, Cur.Iun.conſi.166.nu. 1.& in conſi.106.& in conſi.178. nu.1.communē dicit,ubi dicit,ꝙ cum ſit arbitrari,poteſt etiam teſti plenè deponenti non adhibere fidem,& Dec. in c.3.de proba.& eſt l.28.tit.16.par.3.

314 Probare tenetur qui habet præſumptionem iuris contra ſe.Gigas de penſio.q.9.in fi.communem dicit.

315 Probare tenetur allegans factum meliori modo quo poteſt, ad aliquid obtinendum, uel ad fundandam propriam intentionem,Coua.in reſo.lib.1.c.6.nu.5.communem dicit ex Barto.in l.in illa.ff.de uerb. obli. & uide in uerbo uitam.& in uerbo negatiua.

Io. Fsch.

Probatio poteſt arctari per ſtatutum,ut uel per teſtes uel inſtrumenta fiat,communem dicit Miſing. obſerua. 5.cent.1.ubi ponit limitationem.

316 Proceſſus factus coram duobus iudicibus de una re, ualet.Ioan.a Ripa in c.cum M.de conſt.nu.99. communem dicit.

Fallit in ſententia, quę ſi data ſit contra aliam,non ualet ſecunda,niſi ſecunda data ſit pendente appellatione ſuper prima,quia ualet ſecunda, & poterit excipi coram iudice appellationis de ſecunda, & inde uenit ilabitur quæ illarum inſtitor ſit.idem ibi numer.200. communem dicit.

318 Nota quòd licet reus poterit comparere coram iudice quem maluerit, ſi in uno tempore citatur coram diuerſis,& ille erit iudex competens, ſed tamen ſi procurat citationem,nihil ei prodeſt. Io. a Ripa ibi communem dicit.

319 Proceſſus factus coram perſona inhabili per l.uel ſtatutum,eſt ipſo iure nullus.Petr. Rauen. in alpha. Aure. in uer.lex communem dicit, & ſic proceſſus factus corā minore procuratore alterius,eſt ipſo iure nullus, & ſi a patre non apponatur.Fran.Cur.in c.qui generaliter.§.licet,de procu.in 6.communem dicit.

* Nota iſtam communem ad intellect.l.5.tit.5.par. 3.

320 Procurator fiſci ſi aliquid uendat, non poteſt habere fidem de precio Iaſ.in l.quæ acta.ff.de offi.procu.aſſeſ. num.18.

321 Procurator generalis non poteſt facere actum,per quem dominus cadat in pęnam.Cur.Iun.conſi. 149.nu. 9.communem dicit.

322 Procurator ad reſignandum ex cauſa permutationis etiam cum iuramento,poteſt reuocari.Boer.deciſi.207. num.

num.4.communem dicit.

323 Procurator non tenetur appellationem proſequi a ſẽtentia diffinitiua,ſecus ab interlocutoria,niſi alias interlocutoria eſſet tractanda i loco remoto.Iaſ.in l.inuictus nu.4.C.de procu.cõem dicit,uide in uerb.aduocatus.

ADDITIO IO. FICH.

Et tenent Bar.Bal.Sal.Iaſ.& communiter DD.in l.inuitus,C.de procu.quam tamen ibidem limitat quatuor modis Iaſ.nu.4.

324 Procurator actoris cum reus non poteſt ſtatim actorem reconuenire,tenetur ſatiſdare de defendendo dominum in futurum,Iaſ.in l.actionem,nu.7.C.de proc.communem dicit.

325 Procurator datus ad exigendum,poteſt recipere ſolutionem a ſponte ſoluente,Rauen.in alpha. Aure. in uer. procurator.in fi.magis communem dicit.

326 Procurator uerè contumax licet non admittatur ad appellandum,non præiudicat domino,quin poſsit appellare.Cur.Iun.in l.1.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius dicen.nõ obtemp.nu.12.communem dicit ex Bar.ibi.

✻ Nota iſtam communem ad limitationem l.

IOAN. FICH.

46 Vniuerſitas, uel collegium ad hoc quòd obligetur ex contractu, uel delicto, requiritur quòd fuerit ſolenniter reuocata, & congregata, & quòd præceſſerit propoſitio, & conſilio dato ſequatur deliberatio, alias non dicitur fieri per uniuerſitatem, ſed per ſingulos. Cur. Iun. conſi. 175. nu. 9 in ſi. communem dicit.

* Nota ad intellect. l. 17. tit. 10. par. 7. & ſi non teneatur, tamen in quantum ad ipſam uniuerſitatem peruenit, tenetur, l. 5. tit. 15. par. 7.

Io. Fich.

Vniuerſitas tunc demum delinquendo, uel ex delicto obliga-

obligatur, quando uel omnes, uel maior pars communicato conſilio & præcedente deliberatione progresſi ſunt ad delinquendum, communem dicit Muſing. obſt. 79. Ergo ſi etiam omnes, tamen ut ſinguli feciſſent, nullo ſcilicet præhabito conſilio, tunc nõ uidetur communitas deliquiſſe, ſecundum Ioan. Ligna. ut ibidem.

Fallit niſi uniuerſitas uel expreſſe uel tacite ratificaret, non puniendo ſcilicet delinquenter. Et hanc limitationem ſimiliter communem dicit Ludo. Catterius, ut ibidem refertur.

47 Vniuerſitas, eccleſia, caſtrum, aut ciuitas ſi deſtituatur facto ſuperioris ſine ſpe reædificationis, amittit omnia iura ſua, nec ſi reædificetur, illa recuperat, ut ſi deſtruitur a tyranno, & non admittit, Bello. conſ. 1. nu. 8. communem dicit. Et nota ad communem in uerbo, collegii iura.

48 Volvntas teſtatoris in qua legauit ad pium uſum, ſi illud poteſt exequi, ſemper eſt adimplenda, & non poteſt mutari, niſi per Papam Barba. in c. nos quidem. nu. 21. de teſt. communem dicit.

49 Voluntas teſtatoris in teſtamento nuncupatiuo licet debeat exaudiri a partibur, tamen ſufficit, quòd audiãt teſtes explicite uel implicite, Iaſ. in l. ait prætor. §. ſi iudex. de reg. iur. nu. 3. ff. communem dicit, niſi alias alia ſolennitas requiratur, ut per Iaſ. ibi.

50 Vsvs loquendi præfertur in legibus, & ſtatutis etcunque propriæ ſignificationi. Iaſ. in rub. de damno infecto. ff. nu. 7. communem dicit.

51 Vſum habere ſyluæ, æquiparatur uſufructuario, & ideo poteſt ligna uendere. l. diuus. ff. de uſu & habitu, quam intellige, quando eſt procul a domo ſylua quãdo non põt uti ea ad uſum domus. Bello. conſ. 49. nu. 11. communem dicit.

✱ Nota ad materiam l. 6. & totius tituli 31. par. 3.

52 Vsvsfrvctvs duplex, eſt formalis, qui a proprietate ſeparatus eſt, & caſualis, qui cum ſua cauſa, hoc eſt, dominio iungitur. Corad. in l. 1. num. 3. ff. de ſerui. communem dicit.

53 Vſusfructus uni legatum, & alteri fundum, ambo cõcurrunt in uſufructu, niſi aliud appareat de mente teſtatoris. Ioan. Duran. in arte teſtand. titu. ſexto, caute. 24. communem dicit.

54 Amplia, quòd uſufructu omnium bonorum uni legato, & alteri fundũ certũ, uſusfructus competit tam uſufructuario, quàm legatario. Idem ibi cõmunem dicit.

55 Amplia ad uſufructuarium unius rei, ſi alteri legatur res, uſusfructus erit amborũ, idẽ ibi communem dicit.

56 Vsvsfrvctvarivs poſſidet naturaliter. Iaſ. in l. naturaliter, nume. 5. ff. de acquiren. poſſesſio. communem dicit.

57 Amplia ad quaſi ciuilem poſſesſionem. Franciſc. de Pret. in d. l. naturaliter, nu. 2. communem dicit.

58 Intellige ſibi, & non proprietario. Tiraq. in trac. le mort ſaiſit le uif. par. 3. decla. 1. n. 4. communem dicit.

Io. Ficu.

Vſusfructuarius uti fruique non poteſt, niſi præſtet cautionem, communis eſt, ut dicit Bar. Soc. conſ. 131. nu. 56. uol. 1. Ex qua infert, quòd hæredes poſſent interim bona retinere, donec caueatur. Talem enim cautionem dupliciter peti poſſe. Et officio iudicis, & iure repulſionis, &c.

59 Vſusfructuarius tenetur præſtare cautionem. Soci. in conſi. 131. uolu. 1. communem dicit, & non poteſt remitti a teſtatore.

● Concor. cum l. 2. tit. 31. par. 3.

Additio. Io. Ficu.

Quid autem ſi pauperior ſit uſusfructuarius, quàm ut hanc cautionẽ præſtare poſſit? an idcirco uſufructu priuandus ſit? Hoc caſu quatuor diuerſas opiniones apud DD. inuenio, quæ recitantur, primum a Gloſ. ordinaria in l. uſufructu. 1. uer. boni uiri. C. de uſufru. Et ibidem etiam a Bartolo: plenius autẽ a Baldo & Saliceto.

Prima eſt, uſufructuarium hoc caſu ad cautionem iuratoriam eſſe admittendum, quando ſcilicet eſt fide dignus, & non ſuſpectus. Hæc opinio placuit Petro, & Tho. de Forolli. teſte Bal. ubi ſupra Bar. quoque in ea. l. uſufruct. Angelo præterea, & Ioan. Imo. in l. eum non facile. ff. ſi cui pluſquam per l. falcid. &c. Et Barb. conſ. 21. uolu. 3. prout refert Hippoly. de Marſ. in ſua pract. Crimi. §. diligenter. nu. 104. ubi & ipſe hanc opinionẽ ſequitur. Nec alienus ab illa uidetur Alberi. Roſates in d. l. uſufructu.

Secunda eſt, ut ſequeſtrentur bona pœnes aliquem uirũ honeſtum & fide dignum, qui reſpondeat uſufructuario de fructibur. Et fuit Guliel. de Cun. quam Bartolus in d. l. uſufructu. admittit eo caſu, quando uſufructuarius eſt pauper & ſuſpecta pſona. Et inuenio apud Guido. Papę deciſ. 250. quòd ſecundum hanc opinionẽ fuerit iudicatum in Parlamento Gratianopolitano. Sed & Chaſſ. in cõmen. ſuper conſ. Burgun. tit. 4. §. 6. in uer. Et Sera tenue. nu. 5. eam ſequitur Io. Fabri quoque (tamen per uerbum Forte) Inſtit. de uſufru. in prin. cir. fi. Et hanc communiter tenere DD. dicit Ang. Peruſ. in l. hac edictali. §. hir illud. nu. 6. C. de ſecun. nupt. Tertia eſt ꝙ proprietarius fundum aut rem ad ſe recipiat, uel pro ſe retineat, & uice uſusfructus annuatim certã ſummam, ſeu fructuum, ſeu pecuniæ uſque ad tertiam centeſimæ, ut dicit d. gio. per d. §. his illud, uel ut alii, arbitrio iudicis) rependat & ſoluat uſufructuario, eiq; de illa caueat, quam ſequitur Ang. d. nu. 6. & Sal. d. l. uſufructu. tanquam æquiorem, etſi fateatur quartam de rigore iuris eſſe ueriorem. Quarta igitur opinio eſt, quòd uſufructuarius in prædicto caſu, omnino ſit uſufructu priuandus, quã retinuit prædicta Gloſſa. Sequitur Bal. ibidem per bona argumenta. Et Saliceius, qui dicit cã per multor & maximę authoritatis teneri, adeo ut durum ſit ab illa recedere. Tenuerũt autẽ Volofre. & Iac. Butrig. teſte Bal. ubi ſupra. Romanus quoq; in l. 2. ff. ſolu. matri. & rurſum conſ. 439. circa primum cõſultationis articulum. col. fi. Iaſ. in l. 1. nu. 23. in 10. limi. cir. fi. ff. qui ſatiſd. cogan. Et pro eadem conſuluit Nicol. Bello. conſ. 54. allegans præter cætera duos bonos textur l. ſi uſusfructur nomine. ff. de uſufruc. quem caue. Et d. l. hac edictali. §. his illud, &c. Iam ut meum quoque iudicium interponam, etſi non diffitear, hanc poſtremam opinionem de rigore iuris eſſe ueriorem, (uerisſimam dicit Ioan. Sichar. in d. uſufructu. nu. 5.) tamen præcedens. Tertia opinio omnium mihi uidetur æquisſima, cõmodisſima, & tutisſima, ſi recte rem perpendamus. Per illam enim & proprietario & uſufructuario pariter proſpicitur, nec cuiquam de iure aut cõmoditate ſua quidquam detrahitur.

60 Vſusfructuarius percipit fructus a ſolo ſublato a ſe, uel de eius mandato, etiam ſi in horto non ſint reconditi, Gemi. in c. ſi propter de teſti. in 6. communem dicit.

✱ Nota quòd fructus bonorum mariti & uxoris ſoluto matrimonio cùm inter uirum & hæredes mortui diuidentur. Iuxta l. 3. tit. 4. lib. 3. For. ll. & ſi maior pars alterius ſit, tamen hæc communis opinio non obſeruatur, ſed debent diuidi etſi non eſſent a ſolo ſeparati, ut per docto. de Pala. Rube. in reper. Rub. de dona. inter uirũ & uxo. col. 301. §. 62. nu. 10.

61 Vſusfructuarius certæ rei non tenetur ad ſoluendum æs alienum. Coua. in reſol. lib. 2. c. 2. communem dicit.

62 Amplia ad uſufructuarium omnium bonorum, quia non tenetur ſoluere æs alienum, ſed hæres Alex. in l. ſi filio. §. ſi uir. ff. ſolut. matrimonio, communem dicit, & Bello. conſ. 6. nu. 1. ex Barb. conſ. 63. & Dec. conſ. 533.

63 Iu-

63 Intellige iſtam communem, quia poteſt hæres antea quàm tradat legatario, incipiendo a mobilibus ſoluere æs alienum,& reſiduum legatario dare præſtita cautione de ſoluendis alijs debitis. Dec.conſi. 620.communē dicit,licet Goza.in conſi.94.teneat contrarium.

64 Amplia ſecundò,communem ad legata gratuita teſtatoris. Coua.in d.c.2.nu.7.communem dicit.

65 Vſufructuaria ſi mulier relicta ſit, ſtantibus liberis, alimenta tantum debentur. Cora.in l.1.nu.3.de ſeru.ff. communem dicit,Dec.conſi.54.nu.1.cōem dicit,unum tamen habebit,ꝙ alimenta ſuo iure ac ſua manu percipiet. Angel.in l.1.ff.rerum amotarum,ac mortuis filiis pleno uſufructu gaudebit. Bar.in l.ſicut,in annos.ff. quibus modis uſufru.admit.

* Alimenta autem præſtabuntur ſecundum æſtimationē iudicis,habito reſpectu ad uitam uſufructuarij,præſtabunt data ſatiſdatione de longiori,uel breuiori uita, vt per Pala.Rube.in repet.rub.de dona.col.103.quæ facit ad intellectum l.9.ti.5.uolu.3.For.ll.& l.7. tit. 12.l. 3.eius fori ad taxationem alimentorum ſi excedat quintam.

66 Vsvcapione perfecta ex una cauſa, ceſſat uſucapio ex altera,licet non poſſeſſio. Iaſ.in l.ex pluribus.nu.21. ff.de acqui.poſſ.communem dicit.

67 Vsvra non eſt permiſſa de iure ciuili. Iaſ.in l. 1. C. de ſumma trinitate.nu.47.communem dicit.

68 Vſura conſtituitur ex modicitate pretij cū pacto de retrouendendo Corne.conſi.4.uolu.1.Thom.Ferra. in cautel. 17. communem dicit,& ſi non ſit ita modicitas pretij,hæc duo non ſufficiunt,niſi ſit ſolitus fœnerari. Alex.conſi.107.uol.4.quem refert & ſequitur Iaſ. conſi.150.uolum.4.

● Nota ad intellectum l.1.tit.2.lib.8.ordi.

69 Vsvrariorvm bona ſunt tacitè hypothecata pro reſtitutione uſurarum. Ant.de Fano.in tract.de pigno. in 2.par.memb.4.nu.155.communem dicit.

70 Vſurarij manifeſti donatio de omnibus bonis uel maiori parte non ualet,niſi cauerit de reſtituendo uſuras. Alex.in l.diſeretis.C.qui teſta.facere poſſunt.Io.Durā. in arte teſtan.tit.1.cau.7.communem dicit.

71 Vſurarij etiam ſi per iudicem eccleſiaſticum puniantur,poſſunt puniri per iudicem ſecularem. Alc.in c. perniciofam,nu.8.de off.ord.communem dicit.

72 Vſurariorum iudicium ſi diſputatur de iure,eſt eccleſiaſticum:ſi autem de facto,poteſt iudex ſecularis ſe intromittere. Alc.in d.c.perniciofam,nu.77. communem dicit.

73 Pœna ſi adijciatur in compromiſſo,ſolutioni alicuius quantitatis,non debet præſumi eſſe appoſita in fraudem uſurarum. Caro. ✻ in addi.ad Alexan. conſi. 119. lib. 2.in uerbo fraudem,communem dicit,contra Alex. qui ibi atteſtatur magis communem concluſionem eſſe contrariam.

Io. Ficu.

Vſurarium eſſe contractum in dubio nō præſumitur. Receptior eſt opinio per ea,quæ accumulauit And. Tiraq.in lib.2.de Retract.ad finem tit.nu.156.

74 Vxor tenetur ſequi uirum ſi uelit mutare domiciliū, niſi pacto in contractu matrimonij aliud ſit diſpoſitum. Panor.in c.1.qui matrimonium accuſa.poſſunt, cōmunem dicit.

Io. Ficu.

Vxor uiuente patre in illius,non aūt mariti (niſi quo ad concubitum,& operas domeſticas) poteſtate eſt. Cōmunis eſt ut uidere licet ad nauſeam apud And. Tiraq. in prin.commenta.in conſue.picto.ſiue de leg.commu.

75 Vxor tranſiens ad ſecunda uota,perdit legata ſub cōditione relicta,ſi caſtè vixerit Iaſ.in l.ſi.C.de ind.uidu. tollen.Ioā. Duran.in arte teſtan.titulo ſexto,cau.39.cōmunem dicit.

76 Vxor quæ ex forma ſtatuti debet lucrari aliquid de bonis mariti,cōpēſatur cum legato ei facto per legatū mariti, Iaſ.in l.præterea.C.unde uir & uxor,num. 20.& Suarez in l.1.titu.de las aras.pagi.2.fol.35.communem dicit,ſed tamen Io.Cora.in c.1.miſcell.lib. 2. d cit ſibi non placere,nec obſtat huic communi l.16.tau.huius regni,q2 ibi maritus nondū debitor,nec in illo obligatus mulieri,& nimirum,ſi non fiat compēſatio cum legato, quia lucra ueniunt ex diſpoſitione legis,& per Segu.in l.3.§.ſi.nu.126.ff.de liber. & poſthu.& tranſmittitur ad hæredes,etiam ſi non ſint agnati,ut per eum ibidem,ex d.Bal.in l.ſi.C.de bon.mater. Et maritus poteſt durante matrimonio alienare etiam inuita uxore.l. 205. ſtyli. & l.ord.li.5.ti.4.l.4.de qua per d.Suarez.in tit.de laſgaua.char. 21.& Gome. Areſ.in l.52.tau.ac Segu.in tract. de bonis duca.durante matrimonio.nu.12. & Io. Lupū in repe.rub.col.320. poteſt etiam alienare, dummodo hoc nō faciat in fraudē,ut d.l.205.per d.Lupum in col. 364.Sed nota ꝙ licet hæc bona ſint mariti durante matrimonio,& poſſit alienare,ſi tamen ſit condemnatus, uel maritus ꝑdit omnia bona ex delicto, medietas hæc non dicitur confiſcata.l.77.tau.quam opinionem antea tenuit Segu.in d.tract.nu.15.& Doct.Io.Lupus in rep. rub.col.361.

Io. Ficu.

Vxor non habet priuilegium prælationis ratione dotis confeſſatæ tantum,niſi probet realem ſolutionem ipſius dotis,ſecūdum gl.in l.aſſiduis poſt med.in uer. Dotē.C.qui potio.in pigno.habet,quam cōmuniter a DD. receptam ſcribit Miſing.obſ.61.cent.1.

Idem.

Vxorem pro marito in teſtem nominari producique non poſſe,inter oēs conuenit. Sunt.n. coniuges una caro,ſocijq; tam diuini quàm humani domus,l.1.ff.de rit. nup.l.aduerſus,C.de cri.expila.hæred. Sed quid ſi ab ipſo aduerſario contra maritum nominet uxor? Dubiū ſanè redditur,quia tunc ſuſpitio remiſſa uidetur,nec etiā id ulla lege prohibetur. Itaq; & Hoſtienſis in Summa iudicium ſuum ſuſpendit,& Speculator admittendā eſſe cenſuit. Sed æquius & receptius eſt,talem nominationem non eſſe admittendam. Præterquam enim ꝙ teſtimonium claudicare non debet,ut eleganter diat Balb. in l.2.C.de teſti. conſiderandæ ſunt & ſumma charitas, & reuerentia,quā mutuò coniuges debēt, proptereaq; modis omnibus cauendum,ne concedatur occaſio, pro qua utraque illa vincula,quibus illi coniugantur (quo uerbo etiam Cicero utitur) laxentur,offendantur, & lędantur. Hanc igitur poſteriorem opinionem retinēt Albe.de Roſa.in tract.de teſtib.in 2.part. poſt prin.Bal.& Sal.in d.l.2.Abbas in c.in literis.cir.finem,cum Apoſti. ibi & Fel.ibidem nu.7.Lucas de Pen. in l. quicūq;.col. 2.C.de re milit.lib.12.Lanfrancus de Ori.in c.quoniā contra,in uer.Teſtium depoſitiones,nu.60.extra de proba.Et Hippol.de Marſi.in practi. Crimi. §. diligenter, nu.25.cum pluribus ibi allegatis. Limitat tamen ibidē, niſi neceſſitas hoc exigeret, uidelicet inopia probationum,ita quod ueritas aliter haberi non poſſet, ꝙ ante ipſum & etiam Abbas in d.c.in literis,nu.7.in fi. Et Alexan.conſi.122.nu. 8.tradiderunt.

Quæ autem de uxore dicta ſunt,eadem etiam ad maritum porriguntur,ut monet Fel.d.nu.7. in fi.

FINIS.

COMMVNIVM OPINIONVM DOCTORVM VTRIVSQVE CENSVRAE,

CVM MVLTIS DECLARATIONIBVS neceſſarijs: Authore D. Franciſco Viuio ab Aquila, Iureconſ. Clariſs.

A

SVMMARIVM.

1 *Abbati ſoli licet hæreditatem relictam Monacho uel legatum citra illius conſenſum repudiare, ſecundũ ueriorem, & magis communem ſententiam.*

2 *Niſi in prælato eccleſiæ, cui ſactum legatum, uel hæreditas relicta eſt.*

1 Abbas ſolus poſt hæreditatem, uel legatũ monacho delatum abſq; eius conſẽſu repudiare, ſecũdũ Cy. & Iacob. de Are. in l. deo nobis. C. de epiſc. & cler. Bar. in l. tutor. in fin. ff. de bon. poſſ. Bal. in l. 1. in 10. q. C. q. admit. Pau. Caſtr. & Alex. nu. 2. in l. legatũ ſeruos. ff. de lega. 1. & Canoniſtas omnes in cap. In præſentia de probatio. quia Monachus ipſe per ſe non dicitur habere uelle, neque nolle. c. ſi religioſis, de elec. in 6. Sed omne ſuum uelle dependet a uelle Abbatis, cum Monachus profitendo ſicut propriis renunciauit, ita uoluntati ſuæ renunciaſſe cenſetur, uouendo illa tria ſubſtantialia regulæ, ca. nullam. 18. q. 2. & opinionem iſtam aſſeuerat eſſe magis communem Alex. in d. l. legatum ſeruo. nu. 2. & in l. 1. num. 24. ff. de uulga. & pupil. ſubſti. nu. 24. & ueriorem dicit Pomates in add. ad Bar. In d. l. tutor, & Auguſtinus Beroius in c. Raynutius. nu. 384. de teſtam. Contrariam uerò partem, uidelicet quòd monachus in acquirẽdo, magis ſeruo, quæ filio æquiparetur, cuius certè factum omnino requiratur, & domino præiudicare poſſit, tenuerunt omnes legiſtæ, Inno. in c. cũ olim de priuileg. Spe. in tit. de ſtatu Mona. uerſ. 8. quæritur. Bart. in l. cùm hæredes, in prin. ff. de acquir. poſſ. Bald. & Rom. in l. 1. C. qui admit. Ang. in l. Papinianus, in princ. ff. de acquir. hæred. Bar. Bal. & Fulg. in l. fi. in prin. C. de bonis quæ liber. & Rom. in l. is qui hæres in fi. ff. de acqui. hæredi. & ita tenent cæteri legiſtæ magis communiter in locis præcitatis, & iſtam eſſe magis communem ſententiam legiſtarum facit mentionem Beroius in d. ca. Raynutius. nu. 283. circa medium, & nu. ſeq. circa fi. ſed omiſſa omni diſputatiõe prima opinio uidetur uerior, communior, & tutior in actu practico, quam legendo, conſulendoq; ſequutus eſt Beroius, ut ipſe recenſuit in
2 d. cap. in præſentia, nu. 115. & in d. c. Raynutius, & iſta communis ita amplexa interpretatur utiliter non habere locum in Prælato, qui hæreditatem, ſeu legatum eccleſiæ delatum repudiare nullo pacto poteſt abſq; capituli conſenſu. quia homini repudiatio dicitur eſſe alienatio ſcd̃m Bal. in l. pupillorum. C. de repu. hær. & in l. contra. §. 1. ff. de pa. Pau. de Caſt in d. l. legatum ſeruo, Anchar. & Imo. in c. 1. de reb. eccleſiæ non alie. & alios relatos per Alex. in d. l. legatũ ſeruo, ubi ſupponit iſtorum opinionem eſſe magis communem contra Federi. de Seniſ conſ. 9. contrarium aſſeuerantem.

Abſolutio ab excommunicatione ualet, & tenet nullo præſtito iuramento ab abſoluto ſecundum glo. in c. cum deſideres de ſent. exc. cum qua ſentiunt Abb. cæteriq; communiter ibi, teſte Decio in c. quęſtioni. nu. 5. de appella. ubi ipſe ſequitur quoq; iſtam communem, & limitat. ſed hoc iudicio meo abſq; dubio procederet in excõmunicatione iniuſta, & nõ aliter, quia abſoluendus ab excommunicatione iniuſta, iuramentum ipſum præſtare non tenetur, ſecundũ glo. fin. in c. ab excõmunicato de reſcrip. quam ſequuntur omnes Doct. communiter, ut meminit ibi Barba. nu. 61. & ſeq.

Abſente parte ratificatio actus fieri poteſt, & abſenti prodeſt, quia pendet duntaxat à uoluntate ratificãtis, licet ex huiuſmodi ratificatione ratificãs obligetur, ubi certè præſentia partis non requiritur aliquo pacto ſecũdum Cyn. in l fraudem, in fin. C. ne quis in frau. patro. ubi refert hoc idem tenere Iac. de Are. & Pet. eandẽq; opinionem tenet, & ſequitur Bar. in l. Pomponius. nume. 1. ff. de nego. geſtis, & in l. quo enim in fi. ff. rem rat. habe. Alex. conſi. 126. in fi. uol. 5. Deci. conſi. 281. col. 2. & conſi. 297. col. 2. & in l. ſemper qui non prohibet, nu. 50. ff. de reg. iuris, Ioannẽ de Ana. conſi. 85. col. 2. & iſta eſt communis opinio, prout ſcribit Crauet. in tract. de antiquitate temporum in prima par. nu. 123. in uer. abſens, & circa hoc poſſet in medium proferri unum exẽplum dictæ communi conſonum in approbatione teſtamenti facta per filium præteritũ, quæ abſque dubio aliquo prodeſt hæredi inſtituto etiam abſenti, ſiquidem actus approbationis, ut ſuprà docuimus, dependet à ſola uoluntate approbãtis, et exemplum hoc refert. Ang. in §. ſi uerò expreſsim col. 4. in auct. de hære. et falci. et duo alia exempla ſimilia, ac prædictæ communi concernentia refert Bar. in d. l. Pomponius. nu. 1.

Actionum diuerſarum cumulatio ex eodem fonte, cauſa, ſeu facto naſcentium, et ad diuerſa tendentiũ nõ admittitur ſecundum Cyn. in l. interdum. ff. de publi. iudi. & in l. 1. C. quando ciuili. actio. præiu. Bart. in l. edita. nu. 15. C. de eden. ubi ponit exemplum in eo, qui agit actione ui bonorum raptorũ, et furti. l. 1. ff. ui bon. rap. quia abſolutoria lata in una, poſsibile eſt, quod pariat exceptionem in alia, et opinionem iſtam ſequũtur oẽs Doct. cõmuniter in d. l. edita, ut refert ibi Bolognetus, nu. 110. et cæteri Mod. et Iaffredus in deciſio. 287.

SVMMARIVM.

1 *Actio hypothecaria, & perſonalis actio de dote ſimul admittuntur in eodem libello.*

2 *Id quomodo ſit accipiendum, declarat.*

Actio hypothecaria, et actio perſonalis de dote ſimul in eodem libello intentari poſſunt. §. ſed neque, in auct. de fideiuſ. nam hypothecaria ipſa eſt acceſſoria ad perſonalem actionem ſecũdum Cy. Bar. nu. 18. Fulg. et Bolognetum latiſsime. num. 117. cum aliis ſeq. in l. edi

èa.C.de eden.Fabrum col.antepen.& Iaſ.nu.130.in §.item ſeruiana, inſtitu.de actio.& hoc non habet contra dictorem aliquem ſecundum Balbum in trac.de præſc. in 4 par.num.15.& Boeri.deciſin.334.nu.1.ergo acceſ-
a ſorium hoc lapit naturam ſui principalis iuribus vulgaribus,& tex.in d.ſed neq; debet intelligi, vt ibi ab initio ſimul & ſemel fiat cumulatio perſonalis,& hypothecariæ ſecundum Dyn.in regula,nullus pluribus lib.6.cęterum præcitata.l.ædita loquitur de vna actione poſita poſt aliam;tunc enim cumulatio non admittitur,& opinionem iſtam Dy.dicit communiter ſeruari Albe. in d.l.ædita & ſecundum eam iudicauit Senatus Burdegalēſis in facti contingentia,vt refert Boer.in d. deciſi. 334.n.3.Bal.verò in d.l.ædita voluit eleganter quòd ēt ex poſt facto cumulatio iſta perſonalis actionis,& hypothecariæ admittatur,& ita per hanc Balb.doctrinam fuit cōcluſum,ac deciſum in ſacro regio Concilio Neapolitano,teſte Capicio in deci.80.aliqui ēt ex allegatis Doc. voluerunt circa præmiſſa vnum ualde curioſum,ac potius pōpoſum uidelicet, quòd actor proponēs plures actiones ad idem competentes in caſibus permiſſis proteſtari debeat,quòd non intendit ſolutionem conſequi, niſi ex una,tamen quicquid Doc.iſti ſuadeant,ob hoc libellus non uitiatur propter omiſſionem huiuſmodi proteſtationis ſecūdum omnes Canoniſtas cōmuniter in c.conſtitutus,de in integ.reſt.quorum opinionem communē eſſe atteſtatur Ripa in l.1.§.quia autem,nu.11.ff.quorū legato.contra gl.in l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribu.contrarium aſſeuerantem,& communiter damnatam ibi ab omnibus.

Publiciana eſt actio in rem origine prætoria, utilis, perpetua,competenſq; alicui ratione iuris,ſeu rei bona fide quæſitæ facta traditione,uel quaſi à poſſidente,quē certè putabam eſſe dominum ex titulo habili ad trāslationem dominij contra habentem facultatem reſtituendi ad declarationem iuris ſui,ſecundū Pe.de bellapert. Ioan.Fabrum col.3.& omnes in §.ſed iſte,inſti.de acti, quorum opinionem,ſeu diffinitionem latè proſequitur Iaſ.ibi.nu.7.cum multis ſeq.& latius ibidem eam explicat,declarat, ſequitur, & dicit eſſe communem Gomeſius,numero ſexto.

Actio publiciana competit emptori bonæ fidei cām habēti a malæ fidei poſſeſſore,nec competit,aliquomodo uero,& directo domino,ſecundum Spe.in ti.de act. & pet.§.ſequitur,Azo.in ſumma in ti. de publiciana.Iaco.Bu.Fabrum Nico.de Nea.,o.& omnes in §. ſed iſte, inſti.de act.legiſtas omnes etiam in l.eum qui.§.prętor ait.ff.de publi.& Canoniſtas in c.abbate de ſent.& re iudi.& iſtorum opinionem ſequitur legaliter Iaſ. in d.§. ſed iſte.nu.59.ſeq.ubi recitat eam eſſe magis cōem,Alexan.quoq;,nu.9.& Ripa nu.31.in l.remq; nobis.ff.de ac qui.poſſ.quia acquirens rem iuſto titulo, & bona fide a non domino,qui mala fide poſſedit, certè iſta mala fides authoris ſibi bona fide acquirenti nocere nō poteſt,nec debet,quo minus ſibi publiciana prædicta competat,& agens actione iſta publiciana,nō tenetur neceſſario probare ipſum non dominum ſecundum Spe.in d.§.ſequitur ueſ.ſi autem uelis.Balb.in d.l.eum qui.§.in publiciana,Are.& Iaſ.nu.76.in d.§.ſed iſte.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirantur, ut actio detur publiciana.*
2 *Bonæ fidei poſſeſſor poſt triginta aut quadraginta annos exceptionem acquirit, & publicianam actionē contra dominum,ac utile dominium.*
3 *Malæ fidei vero poſſeſſori datur ſolum exceptio contra dominum.*

1 Actio publiciana ad hoc ut competat neceſſe eſt, quòd actor non modo habuerit titulum a non domino bonamq; fidem,uerum requiritur etiam quòd habuerit poſſeſſionem uacuam, id eſt, quòd abſens ciuilem poſſeſſionem non habeat, & ſic neceſſariò requiritur quòd agenti prædicta publiciana tradatur poſſeſſio uacua ſecūdum Cy. & Bar.in l.cum res.num.2.& 7.C.de proba.& alios relatos per Alex.conſi.45.col.1.& ſeq.uol.3. & per Doc. in d.l.cum res,& ratio per præmiſſos ſcribē. & Iaſ.in §. ſed iſte.nu.16.& ſeq.inſti.de act. aſſignatur iſthæc,quia publiciana non competit ei,qui non poteſt uſu capere. l.eum qui.ff.de publ.& ſic procedit argumentum de uſucapione ad publicianam,& opinionem iſtam ſcribit eſſe magis communem Alex.in l.remq; nobis.nu.8.circa fi.ff.de acq poſſ.& Præpo.in c.reintegranda.3.q.1.& ad
2 ueite ad unum ualde utile circa præmiſſa, quòd bonæ fidei poſſeſſor poſt curſum 30.uel 40.annorum habet,ſiue acquirit exceptionem,et publicianā actionem contra dominum,immo utilem in rem, et per cōſequens acquirit utile dominium,uel effectum dominij.l.ſi duo.§.1.ff.de
3 iureiu.ſecus autem ſi fōret malæ fidei poſſeſſor,quia tūc non acquireret niſi exceptionem, & diſtinctionem iſtā tradidit glo.& omnes in l.traditionibus C. de pactis, quam ſcribit magis communiter approbari Alex.ibi n. 3.a Doct.& Additionatur ad eundem Alexan.in loco præmiſſo fatetur iſtam eſſe mágis communem opinionem tam ſcribentium ibi, quàm & conſulentium omnium in uarijs conſilijs.

In eccleſiam transfertur dominium ex ſolo titulo donationis ſine traditione.l.ſi.C.de ſacroſan.ecc.tamen ipſi eccleſiæ publiciana non competit, niſi actualiter tradatur poſſeſſio.l.1.& l.traditionem.ff.de publiciana,& ita uoluit Spe.in ti.tu. de locato.§.nunc aliqua,uer.58. Bald.in l.quotiēs col.1.C.de rei uen.Io.And.Anc.Car. Floren.Imo.& Panor.in c.1.extra de conſue & in terminis Corn.conſi.388.nu.7.& ſeq.nu.4.& conſ.117.n. 34.uolum.2. & iſtorum opinionem non n.hil declarat Iaſ.in §.ſed iſte.nume.36.& 75.inſtitu de act.o.& Gomeſius quoq; ,e numer. 26.ubi recitat eſſe communem.

SVMMARIA.

1 *Actio in rem competit contra titulo poſſidentē, actio uerò publiciana nequaquam.*
2 *Huius poſterioris duæ ſubijciuntur exceptiones.*

1 Rei uendicatio datur,conceditur'q; contra poſſidentem cum titulo.l.officium,in fi.ff.de rei uend.ſed publiciana nunquam conceditur contra eum,qui poſſidet cū titulo.l.ſiue autem.§.ſi duobus,ubi Bar.& alij notāt.ff. de publ.& rationem diuerſitatis aſſignant Bar.& om-
2 nes in l.hæreditatis.C.de petitio. hæred.quam ſequitur Iaſ.in §.ſed iſte.nu.29.& ſeq.inſtit. de actio.& communem dicit ibi Gomeſius.num. 13. at hoc non procedit quādo titulus eſſet accuſatus ab extraneo,& non ab hærede poſt mortem defuncti,quia tunc publiciana conceditur cōtra titulo poſſidentem ſecundum Sal.in l.1.C. de peti.hæred.et in l.fi.C.de edic.diui Hadria.tollen.et Alex.conſi.90.uol.2.fallit etiam dicta communis,quan
3 do per reum exciperetur de titulo ante ſententiam, quia eo caſu publiciana datur contra tit.poſsidentem ſecundum Cy.Bal.et Pau.Caſt.in l.cogi,in fi.de pet. hæred. 2

In actione publiciana quadruplicem formā libellandi ponunt glo.Dy.Faber.Are.et alij in §. ſed iſte,inſtit. de act.,ſed tertia forma libelli in publiciana tradita ibi per glo.eſt iſta, quando actor alternatiue libellum ipſū conciperet,peteret que rem,ſeu bona ad ſe ſpectare,et pertinere ratione dominij.uel quaſi, et ſic poſſet publiciana cū petitorio alternatiuè cumulari,et libellus iſte de ſola cōſuetudine procedit ſecundum gl. præmiſſam

&

& idem tenet glo.in c.2.ex.de ſibel.obla.& alios congeſtos per Fely.in c.cum contingat, de offi.deleg.& in c.2.de app.& ita conſuluit Soci. iunior conſil. 128.nu. 2.cum alijs ſeq.uol.2.& opinionem iſtam uſq; ad ſaturitatem explicat,& declarat quo modo,& quãdo procedat Iaſ.in d.§.ſed iſte.nu.70.cum alijs ſeq.ubi ſcribit eam eſſe commuoem, uidelicet quod libellus prædictus alternatiue formatus de conſuetudioe procedat.

Actionis appellatione late ſumpto uocabulo uenit officium iudicis. l. actionis uerbo, ff.de actio.& oblig. iuncta.l.inquilinos,cum ibi notatis.ff de damno infec. & ita firmant & tenent glo.io l.1.ff.de eden.Tiraquel. in tract. de utroq; retractu in titu. de retractu conſanguineorum.§.35.gl.4.nu.39.ſol.227. & Docto.omnes cõiter in c.fi.de offi. iudi.& in l.1.ff.de iuriſdictio.omnium iudi.prout de iſta communi facit mentionẽ Alexan.ibi.nu.23.& Dec.eodem nume.23.& Iaſ.in princ. inſtit.de actio.nume.54. cum alijs ſeq.& in d.l.1.nu.8. & ſeq.ubi ponit octo differentias inter officium iudicis & actionem.

Actionis natiuitatem licet dies tacita impediat, tamen non impedit natiuitatem obligationis,quę ſtatim naſcitur ante diem, quæ tacitè ineſt, & ſubintelligitur ratione loci ſecundum Bar.& omnes in l.interdum.ff. de uer.obli. quorum doctrinam ſequitur ultra alios ibi Alex.& ponit eſſe communem num.3. Cagnolus quoque,& Dec.nu.9.& ſeq.in l.in omnibus obligationib. ff. de reg.iuris,ubi eam plurimum declarat,& ab omnibus ferè contrarijs tuetur.

Lex ſi quis argentũ.§.fin.C.de donatio.ubi dicit tex. ꝙ licet donatio non ſit uallata ſtipulatione, uel traditione,ſed nudo pacto, tamen agitur ex eo, præcipueq; ad pias cauſas,& actio iſta appellatur condictio ex lege,unde ampliatur primum.§.iſte,ut actio non oriatur hodie ex nudo pacto donationis, ſed propter pactũ lex introducat condictionẽ ex lege ſecundum Bar.in l.legitima.ff.de pactis, quem ſequuntur communiter ſcribentes,ut ibi refert Alex.& Iaſ.lex enim in donatione non fouet pactum, immo illud nudum remanet, nec actionem parit,uerũ lex ipſa ob pactũ producit actionem ſecundũ Bar.& Imo.in l.fideiuſ.§.1.ff.de fideiuſſo.obſeruatq; lex in caſu iſto quod rex quandoq;,qui licet ualeat unum paruum comitem potẽtem facere ſic, ut ipſe per ſe bellum faciat,id certè oon facit rex ipſe, ſed illo paruo comite in ſua paupertate dimiſſo propter ipſum facit bellũ, ut tradit exemplum hoc Bar.in d.l.legitima,quem omnes cõiter ſequũtur,ut ſupra deduximus,& de cõmuni iſta teſtatur etiã Iaſ.in §.in perſonã.nu.47.inſtitu.de actio.& Portius in §.1.nu.3.inſtitu.de donatio.in contrariam uerò partem inclinarunt Glo.Fulgo.& Garzi.in d.l.legitima,quorum fundamẽta tolluntur per ſcriben.io d.§.1. ſed Iaſ.in d.§.in perſonam.nu.58.cognoſcens quæſtionem iſtorum fore de lana caprina,ac fruſtra laborare Doc.circa præmiſſam altercationem protulit magnum uerbum, quod quatenus attinet ad quæſtionem hanc nullius,aut paucæ admodũ utilitatis eſt, an hodie oriatur actio ex nudo pacto de donando,an uerò ex lege propter pactum. Secũdo loco ampliatur.d.§.fi.ut procedat, habeatq; locum ſimiliter in donatione cauſa mortis ſecundũ gl.ſingularẽ,& ibi Bar. in l cum pater,§.Meuio.ff.de lega.2.& hoc idẽ tenet Bald.poſt Cyn.in l.1.C.de donat. cauſa mor.& opinionẽ iſtorũ dicit eſſe cõem Ioan.de Imol. in l.cum ex cauſa.ff.de re iudi. quamuis ipſe ibi præcipitanter aſſeueret per nõnulla fundamẽta contrariam ſententiã ueriorẽ, quæ omnia tollit Ang. in d.§.in perſonam.nu.61.& ab hac opinione glo. tãtorum Patrum non fore recedendum in iudicando & conſulendo,ſuadet Roma.in d.l.1. C.de donat. cauſa mort.tertio ampliatur.d.§.fin.ut procedat etiã in donatione præſumpta,ut puta quando aliquis promitteret ſcienter abſque cauſa, quo caſu præſumitur donatio ſecundum gl. in l. hactenus.§.1.& ibi Bar.ff.de cõſti. pecu.& opinionem iſtam ſequuntur complures Doct.quos cumulat Iaſ. in d.§.in perſonam.num.65. & uidetur,ac apparet magis cõmunis.quarto loco ampliatur.d.l.ſi quis argentum. §.fi.ut procedat quoque in donatione facti,ſed hoc nõ tranſit ita abſolute,& ſimpliciter,nam Aret. in §.1.inſtit.de donatio.relatis opinionibus hinc inde tenet circa præmiſſa diſtinctionem Bald. in l.ex placido.q.9.C. de rerum permu.& in tract.de pactis.nu.33.& Imo.in l.ædibus.§.1.co.2.ff.de donatio.quam ſequitur Caccialupus in tract. de pactis.in 6.q.nu.45.Alex.& Iaſ.in d. l.iuriſgentiũ.§.ſed cum nulla.ff.de pactis,ergo duo caſus conſiderandi ſunt, primus quando donatio cõtinet merũ factum,ut ire Romã, quando animo donãdi tibi promitto. & circa iſtum primum caſum poſt Guil. & Rayne.in d.§.ſed cùm nulla inclinauit in partẽ negatiuã,& plures alij,quos refert ibi Iaſ.nu.29. & iſtorũ opinionẽ fatetur audacter eſſe communem Ruinus in l.2. col.22.ff.de lega.1.ſed contrarium aſſeuerant Soci.Iunior ibi.Bal. Fulgo.& alij plures, quos citat,& ſequitur Iaſ.in d.§.ſed cũ nulla, quorũ fundamẽta optimè & doctiſſimè tollit Garzi.in c.1.nu.39.de pactis,& communem iſtã in actu practico tanquã ueriſſimã ſequendam,amplectendamque fore totis uiribus ſuaderemus. Secundus caſus eſt,quando factum miſtam habet traditionem,puta,quando factũ animo donandi promitto tibi ꝙ cretã,uel lapidem poſſis eximere de fundo meo,uideor donare cretam illam,uel lapidem per te eximendum,& patientiam eximendi promittere,ut Imo.declarat in d.l.ædibus.§.1.& iſtam partem affirmatiuã circa præmiſſum ſecundum caſum poſt Bald. in locis citatis tenet Caccialupus.Imo.in d. l.ædibus.§.1.Aret.in d.§. 1.inſtit.de dona.Alex.in d.§. ſed cũ nulla,& fuit de mẽte Bar.in l.qui ſaxum, ubi etiam ſentit Imol. de donat. ampliatur.d.l. ſi quis argentum in duobus alijs caſibus, per Iaſ.in d.§.in perſonam,quos uidere per te poſſes.

Accuſatus,uel inquiſitus pendente accuſatione promotus,& electus ad aliquam dignitatem,& poſtea abſolutus, quo quidem caſu iſte abſolutus non foret retinendus in dignitate, ſed deponendus, & puniendus.l. qui ſtatus,& l.fin.ff.de re milit. & ita concludunt Inno. in c.accuſatum, de ſimo. & omnes Doct. in c.omnipotens Deus, de accuſat.ut per Auguſti.Beroium ibi.numer.5 contrarium uero tenet Io. And. cũ aliquibus relatis per ipſum in d.c.omnipotens,per text.in l.qui de libertate.ff.de libertat.cau. quorum ſane opiniones conatur more ſuo concordare Beroius in d. c. omnipotens.numer.5. poſt Abb.ibi. & ſimiliter iſte accuſatus criminaliter accuſatione pendente non poteſt eſſe teſtis, nec in teſtem admittitur contra alium in cauſa criminali.c.fin.de teſti. & ibi Doct. Spec.in tit.de teſte.§. 1.uer.item pendente, & ibi Ioan.And.& Bald.in addi. quia ex pendentia homini accuſationis aggrauatur opinio accuſati,ut non dicatur integri ſtatus ſecundũ Docto.præcitatos.

Accuſari poteſt Iudæus abſolutus per pœnitentiam de crimine ante baptiſmũ cõmiſſo, & ſic baptiſmus ipſe non tollit accuſationem,& pœnam delicti,ut uoluit glo.Hoſtien.Innoc. Anto.Abb.& Pet.de Peruſio in c. gaudemus,de diuor.Gard.Alex.in c.deinde 26.diſt.& Domini 26.diſtin.1.Abb.Maria.& Are.in c.de his, extra de accuſat. ubi Ioan.de ana.& Auguſtinus Beroius nu.15.aſſeuerat iſtorum opinionẽ eſſe magis cõmunẽ, & idem fatetur Deci.conſi.130.& Marquardus de Suſannis in trac.de Iudæis & infidelib.in 3.par.c.5.nu.1. & additionator ad Thom. Ferrat. in cautela 24. ſuper nu.4.in litera 2.in contrariã uerò partem, uidelicet ꝙ Iudæus per baptiſmum euitet accuſationem criminis,

per

per ipſum perpetrati, inclinauerunt glo. in c. quod aũt.
32.q.1. Calderi. Ant. Ioã. de Imo. & Fely. in d. c. de his,
& Ruinus conſi. 13. col. fi. uol. 5. ubi ſcribit quòd in iu-
dicis arbitrio reſidet eligere hanc ultimam ſententiam,
hoc idem ſequitur Marcus Ant. Blãchus in pract. cri.
in cautelis pro reis defendendis caute. 1. nu. 3. & ſeq. &
Thomas Ferrat. in d. cautela. 24. num. 4. poſt mediũ. ubi
refert quòd ita tenent communiter Theologi, & in fa-
cti contingentia mediante patrocinio præſtito per Rui
num cuidam Iudæo effecto Chriſtiano poſt commiſsũ
magnum furtum fuit obtentum Paduæ, & demum iſto
rum opiniones non parum conatur reducere ad opti-
mam conſonantiam, & concordiam Beroius in d. c. de
his nu. 15. & 19. ſed ego amplector iſtam ultimam opi-
nionem tanquam magis piam, & canonicam ob ratio-
nes citatas, & aſsignatas per omnes Doct. relatos.

SVMMARIVM.

1 *Infamis infamię iuris reiicitur ab accuſando.*
2 *Quæ ſit infamia iuris.*
3 *Infamis ex condemnatione publici iudicii nec in crimi nibus exceptis accuſare poteſt.*
4 *Ab accuſatione repellitur etiã infamis infamia facti.*
5 *Quæ dicatur infamia facti.*
6 *Subditus infamis non habet ius accuſandi ſuperiorem ſuum præſertim opponente ſuperiore illum eſſe cri-minoſum, uilis opinionis & malæ famæ.*
7 *Seruus non ſolum repellitur ab accuſatione domini, ſed etiam ſe accuſet, puniri debet.*
8 *Accuſatio a perſonis prohibitis inſtituta parte non op ponente ualet.*

1 Accuſare non poteſt infamis infamia iuris & ſic ab
accuſando omninò repellitur. l. qui accuſare. ff. de accu.
ubi Bar. & c. infames. 6. q. 1. & idem Bar. in l. infames. ff.
de publi. iudi. Saly. & omnes legiſtæ cõmuniter in l. cri
minis. C. qui accu. non poſſ. Ang. in tract. maleficiorum
in uer. ad querelam Titij infrà ſcripti ſuper uerſ. accuſa
re non poteſt ille, qui eſt infamis. nu. 23. Abb. num. 7. &
omnes Canoniſtæ communiter in c. 1. de accuſa. & opi
nionem iſtam dicunt eſſe communem tam legiſtarum,
quàm Canoniſtarum Mod. inibi, & Hierony. Chucalõ
in add. ad Ang. in tract. malefi. in loco præcitato, & illa
2 dicitur infamia iuris ne ignorentur termini præuiſæ
communis ſecundum Abb. in d. c. 1. quæ eſt ſecundum
leges ciuiles, uel ipſo iure, prout ipſo iure quis infamis
efficitur, ut in l. 1. & ſeq. ff. de his qui no. infa. uel mediã
te ſententia, ut habetur in l. infamem. ff. de publi. iudi.
& in c. prohibetur. 2. q. 2. & in d. l. qui accuſare, & iſte
infamis, ſeu potius infamis ex damnatione publici iudi
3 cij minimè poteſt in exceptis criminibus accuſare, ut p
glo. eleganter in l. qui iudicio. ff. de accuſatio. quam ſe-
quitur Bar. ibi, & Beroius in d. c. 1. num. 43. ubi recitat
communiter approbari, quamuis regulariter inhabiles
in criminibus exceptuatis admittantur ad accuſandũ. l.
famoſi. ff. ad leg. Iuliam maieſt. l. mulierem. ff. de accuſa.
& notat Spec. in titulo de accuſatore, in §. t. circa finẽ,
4 idemq; obſeruari uidemus in infame infamia facti, qui
ab accuſando repellitur ſecundum glo. Abb. nume. 7. &
omnes Canoniſtas communiter in d. c. 1. Gofr. in c. om
nipotens Deus, de accuſat. & Specu. in d. §. t. & opinio
iſta procedit de iure Canonico, & eſt communis, ut p
Moder. in d. c. 1. Sed de iure ciuili iſte infamis infamia
facti accuſare poteſt, & ab accuſatione ipſa nullo pacto
repellitur ſecundum Bar. in d. l. qui accuſare. nu. 7. Abb.
Maria. Soci. & Ioan. de Imo. in d. c. 1. & iſtam ſcribunt
eſſe communem opinionem Beroius ibi, nume. 44. &
Hieronym. Chucalon in add. ad Ang. de malefi. in loco
5 ſupra citato, & iſta infamia facti dicitur, quando eſt læ-
ſa fama, ſeu æſtimatio alicuius propter factum ab eo cõ
miſſum apud bonos, & graues uiros, ut per Dyn. in ca.
infamibus de reg. iuris. & Bar. in l. t. de his qui no. infa.
& dicit Bal. in l. neminem, C. de inceſt. nupt. q; habens
unam uxorẽ, & unã concubinã eſt infamis ipſo facto, &
non admittitur ad accuſandũ de publico crimine, & ſi-
militer habens duas concubinas, quia infamis eſt, ut uo-
luit glo. ſecũdum eũ in § fi. in auct. quib. modis natu. effi. le
gi. immo iſte concubinarius accuſare non põt eũ, q; eius
concubinã carnaliter cognouit, niſi eſſet eius patronus,
ſecundũ Bar. in l. ſi uxor in prin. ff. de adulter. & ibi per
6 Alex. item ſubditus non poteſt accuſare ſuum ſuperio-
rem, & præſertim eo caſu quãdo ſuperior in accuſatio-
ne inſtituta, uel inſtituẽda aduerſus eum opponat, quòd
ſubditus iſte eſt criminoſus, uilis opinionis, & malæ fa-
mæ, ita uoluit Abb. in c. nulli epiſcoporum num. 7. de ac
cuſatio. ubi refert ita tenere Inno. & communiter om-
nes, idemq; uidemus in ſeruis familiaribus & libertis, q;
nullo modo accuſare poſſunt eorum patronum, ſeu do-
minum. l. pen. & fin. C. qui accuſ. non poſſ. & ita firmat
Ang. in d. tract. malefi. in uerſ. ad querelam Titij, nu. 27.
& Gandi. in tract. de malefi. ſub rub. qui accuſare poſſ.
nu. 2. immo ſeruus, uel familiaris ipſe non ſolum repel-
litur ab accuſando dominum, ſed etiam puniri debet. l.
iniquum. C. qui accuſa. non poſſ. & c. fi. 3. q. ultima, &
hoc limitat, declaratque Fely. in quatuor caſibus in d. c.
nulli, qui tex. intelligitur, ac interpretatur in familiari
criminoſo ſecundũ cõmunẽ intellectũ, de quo per Dec.
in c. dilecti. col. 4. de excep. Sed ſi accuſatio facta foret a
perſonis iſtis prohibitis parte non opponente certè p-
cederet, & ualeret proceſſus ſecundum Doct. omnes in
d. c. 1. Bar. & ibi Alex. in l. §. accuſationem. ff. ad turpi.
Follerius in practi. crimi. in uerſ. audiãtur exceptiones
proponendæ per eos, nu. 41. Ang. in d. uerſ. ad querelam
Titij. nu. 40. & iſta eſt communis opinio teſte Areti. in
d. c. 1. & Hierony. Chucalon in add. ad Ang. in d. uer. ad
querelam Titij ſuper nu. 40.

Accuſator uel fiſcus in cauſis criminalibus non cogi
tur exprimere diem in accuſatione, ſed ſufficit ſolùmo-
do exprimere locum, annum, & menſem delicti, l. libel-
lorum. ff. de accuſatio. & l. in cauſis. C. eodem titulo. ubi
tex. & Doct. & hoc idem habet locum in cauſis ciuilib.
nam actor in ipſis cauſis ciuilibus non tenetur exprime
re diem contractus, nec diem confeſsionis, dicti, uel pro
teſtationis, nec diem rogitus notarij, ſed ſufficit expri-
mere ſolum annũ, & menſem abſq; die. l. 1. §. editiones.
ff. de eden. ubi tex. glo. & Doct. tamen ubicunque reus
in criminalibus negotijs petit per accuſatorẽ, uel fiſcũ
aut delatorem, ſeu denunciatorem, ſeu inquirentem ex-
primi diem delicti prætenſi, pro quo moleſtatur dicẽdo
uelle diem in præmiſsis exprimi ad ſui defenſionem, et
pro ſui defenſione, quia uult probare ſe illa die, quæ no
minabitur ſe alibi fuiſſe, puta Aquilæ, uel uult probare
teſtes contra eũ deponentes illa die fuiſſe alibi. uel uult
redarguere de falſo iudicio, & probationes, quæ cõtra
eum allegantur, tunc accuſator denuncians, delator, &
inquirens, & teſtes tenentur exprimere diẽ præciſum
& locũ loci, ad hoc ut poſsit probari contrarium. Nam
ubicunq; omiſsio loci, uel depoſitionis teſtium eſſet dã
noſa reo, & auferret defenſionem, ſic exprimi debet lo
cus loci, et dies certus, alioquin non ualet actus contra
eum, nec probatio, tex. eſt, et ibi no. Bar. in l. arbitraria.
§. ſi quis Epheſi, ubi notat Bar. per illum tex. et ibidem
Bal. et Ang. ff. de eo quod certo loco, et hoc idem tenet
Bar. in l. is qui reus, nu. 10. ff. de publi. iudi. et in d. l. libel
lorum, no. 12. et iſta eſt magis cõmunis opinio, de qua
atteſtantur Doct. in præcitatis locis.

Ac uſatio falſi, ac cæterorum criminum regulariter
durat uſque ad uiginti annorum curriculum, et ſpatiũ.

et ſic

& ſic accuſatio, ſeu querela in iſtis criminibus pôt tolli
dicto tempore, quo elapſo amplius de falſo cognoſci
nequit. l. querelam. C. ad legẽ Cor. de falſ. ubi gl. & om
nes Doct. hoc firmant, Ang. Aret. in tract. maleficiorũ
in uer. falſario in q. incip. quæro uſq; ad quantum tem-
pus, Gādinus in dicto trac. malefi. in titulo qui accuſare
poſſunt, num. 28. Pau. de Caſt. conſi. 184. uol. antiquo,
& iſtam ait eſſe magis cõmunem opinionem. Boerius
deciſio. 16. num. 5. & ſeq. idemq; uidemus in inquiſitio-
ne ex officio iudicis, quæ tollitur ſimiliter uiginti an-
nis ſecundum Bar. Saly. Rapha. & omnes in d. l. quere-
lam, & Anch. cõſi. 90. ubi tenet quòd ſublato iure que
relandi, eſt ſublatũ ius inquirendi, & iſtorum Doctorũ
opinionem aſſerit eſſe cõmunem Iaffredus deci. 486.

Accuſare regulariter pôt maior uiginti annis, quam
uis ſit minor uigintiquinq;, ut notat & firmat Bar. poſt
glo. in l. 2. ff. de accuſat. quorum ſententiam ait eſſe cõ
munem Abb. & Moder. in c. 1. de accuſat. ubi eã com-
probant hac ratione, quia qui poteſt in criminalibus te
ſtificari, multo facilius poteſt accuſare, maior enim ha-
bilitas in teſte, quàm in accuſatore requiritur, quis cri-
mina per teſtes non autem per accuſatores probantur,
c. licet Heli, de ſimonia, c. de cætero. & fin. de teſti. ſed
maior 25. annis poteſt in criminalibus teſtificari. l. in
teſtimonium cum ibi notatis. ff. de teſt. ergo & cætera.
immò ualet argumentum de teſte ad accuſatorem arg.
notatorum per glo. & Bart. in l. qui iudicio. ff. de accu-
ſat. quod procedit affirmatiuè hoc modo quia admitti-
tur ad teſtificandum in criminalibus ergo & ad accu-
ſandum admittetur. c. teſtes. 4. q. 3.

Aduocati ſalariũ non poteſt excedere centũ aureos.
l. 1. §. ſen. de uarijs, & extraordi. cogni. tamẽ in crimi-
nalibus capitalibus hoc nõ procedit, quia defendere de
linquentẽ in cauſa capitali, in effectu illa poſtulatio eſt
merces eximij laboris l. ſi pater, in fi. & ibi ſingulariter
Ang. ff. de donat. & pari formiter ubi ageretur de infa
mia per ea, quæ notat gloſſ. in l. iuſta cauſa. ff. de manu
mi. uindicta, & in c. uno de legatorũ, ex. de oſſi. deleg. &
ita Ray. de Forli. & Bal. mirabiliter in l. 1. C. mãda. dicẽ
tes quòd ſicut pro uita tuenda ſalariũ eſt debitũ aduo-
cato, ita pro ſtatu dignitatis cõſeruãdo, quia à pari pro
cedunt mors, & infamia. Sed aduerte ad unũ hic, quod
ſi aduocatus propriã cõduceret cãm, & obtineret in ea
utiq; nõ poſſet pro ſalario aliquid petere ratione aduo
cationis, & poſtulationis, ſicut pro aliena cauſa petere
poſſet, ut per totã Roma. deciſi 434. in antiquis, & Ca
noniſtas omnes cõmuniter in c. ſinẽ litibus de dolo, &
contuma. Lanfrancum in repet. c. quoniam contra fal-
ſam. nu. 15. de probatio. & legiſtas omnes pleno ore in
l. properandũ. §. ſiu autẽ alterutra parte. C. de iudicijs,
& Iac. de Aretio in tract. de expen. fol. 4. uerſ. ſed quid
ipſemet, & præfatam opinionem communem ſequun-
tur, & atteſtatur Moder. in d. c. quoniã cõtra, & in c. ſi
nem litibus, hoc uero nõ habet locum in aduocato, qui
propriam cauſam conduxerat petente ſitum ſalarium
tanquam intereſſe, ut tenent Doct. præcitati.

S V M M A R I V M.

1 *Alimenta præſtanda ſunt à patre filio iure naturæ.*
2 *Huius duas aſſert exceptiones. nu. 3.*
4 *Et communis opinionis ſubdit extenſiones. nu. 5. 6.*

1 ALIMENTA tenetur præſtare pater filio iure natura-
li l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. & iure, & c. ius naturale.
2 1. di. ſ. limitatur hoc non procedere quotieſcunq; filius
poſſet uiuere à ſeipſo, tunc poſſunt denegari alimenta
per patrẽ, l. ſi quis à liberis. §. ſed ſi filius. ff. de liber. ag-
3 noſcen. limitatur ẽt in omnibus cauſis, per quas poteſt
exhæredari filius. quæ quidẽ cauſæ habentur in §. aliud
quoq; capitulum in auct. cum de appel. cognoſcitur,
& pariter ex illis cauſis alimẽta ipſa denegari poſſunt,
ut notat Bar. in d. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his, &
4 in l. diuus. ff. de pari. & in l. ſi patrẽ. C. de alen. lib. am-
plia iſtã concluſionẽ ita explicitã in tantũ procedere,
quòd ẽt non ualet ſtatutũ quod pater non teneatur fi-
liũ educare ſecundũ Iac. de Aret. in d. l. ſi quis a liberis,
Galeotũ in tract. de alimentis in uer. pone quæſtionẽ,
Specu. in titu. qui filij ſint legitimi col. 4. uerſ. ſed pone
quidã, & Albe. de roſa. in prima par. ſtatutorũ in q 40.
uerſ. itẽ quæro, & ita tranſeunt omnes Canoniſtæ com
muniter, ut per Rochum Cur. in repe. c. quanto de con
5 ſuetu. col. 12. amplia ſecundo nõ ualere etiã pactum quod
pater nõ teneatur alere filium, cui dedit partem ſuam,
ſi poſtmodum ad paupertatem, neceſſitatemq; peruene
rit, ſecundũ Spec. in d. uerſ. ſed pone quidam in tit. qui
filij ſint legit. Alberi. in d. §. ius naturale. col. fi. idemq;
tenet Bal. quod filius qui conſumpſit partem ſuam, quã
habuit a patre, poſſit petere alimenta in d. §. ius natu-
rale, & in l. ſcimus. C. de inoffi. teſta. in prin. & in auth. ſi
captiui in fi. C. de epiſc. & cleri. & tradit etiam Barba.
in c. quæ in eccleſiarum col. 5. de conſtit. Alex. in l. ſi cũ
dotem. §. 1. col. 3. ff. ſolut. matri. & dicit Bar. in l. 2. §. pa
rens circa fi. ff. de libe. agnoſcen. de iure non ualere pa-
ctum, quod filius alimentari non debeat, nec uidetur mi-
rum, quia ualet argumentum de pacto ad ſtatutum ſe-
cundum Ludo. Bolog. conſi. 21. col. 2. & 7. Cùm igitur
retulimus quod non ualet ſtatutum prohibens alimen-
ta præſtari filijs, ergo nec ualebit pactũ, hoc dictum ui
detur limitare Bal. in auth. quod ſi rogatus, col. 2. C. ad
Trebell. niſi filius partẽ ſibi datã perdidiſſet dolo, uel
eius lata culpa, & Bald. ſequitur Alex. in d. l. ſi cũ dotẽ.
§. 1. ubicunque uero filius etiam legitimam aſſignatam
per patrem in uita conſumeret ſeu culpa adhuc nõ po
teſt pater ei alimenta denegare, ſecundum Bald. in l. 2.
§. 1. ff. ſol. matr. in auth. ſi captiui. C. de epiſc. & cleri. &
in d. l. ſcimus in principio, & in d. auctentica quod ſi ro
gatus, Spec. in titulo qui filij ſint legitimi. §. 1. uerſ. ſed
pone. & Alex. in d. l. ſi cum dotẽ. §. 1. amplia tertio quod
pater non tantum filijs tenetur præſtare alimenta, ſed
etiã liberis, & uxoribus eorum, ſecundum glo. in d. l. ſi
quis a liberis. §. non tantũ, per l. ſi filia. §. 1. fami. herciſc.
imò plus pater cogitur pro filio onus dotãdi filia ipſius
ſubire. l. dedit dotem, de collatio. bonor. ibi quippe of-
ficium aui erga neptem, eo officio patris erga filiũ pen
det, & ita uoluit Bar. & alij in l. 1. ff. ſolut. matri. Bal. in
auth. res quæ. C. communia de lega. in l. pater, de euict.
Idem Bal. & Saly. in l. fi. C. de dotis promiſſio. & idem
Saly. in l. ſi filius, ad Macedonia. & procedit hoc ſecun
dum præcitatos Doct. quãdo filius non habet unde do-
tet filiam ſuam.

Alimenta præterea, quando petuntur in iudicio per
actorem, libellans ipſe debet petere frumentum, & ui-
nũ & ſimilia, & ſic ipſam ſpeciem, & non illius æſtima-
tionẽ, ut magiſtraliter docet Bart. quem cæteri omnes
ſcriben. cõmuniter ſequuntur in l. libertis quos. §. ma-
numiſſis. ff. de alimen. & ciba. lega. in 3. membro ſuæ di
ſtin. ubi ait, quòd quædam ſunt quæ hodie habere expe
dit, ut frumentum, uinum, & ſimilia, & tũc ipſa ſpecies
debet peti nõ eius æſtimatio, allegat. l. nulli. C. de ægro
ta. mili. ano. lib. 12. niſi propter morã deueniatur ad æſti
marionẽ, & de præcitata cõmuni atteſtatur Moder. in
allegato. §. manumiſſis, & uarijs in locis iuris noſtri.

S V M M A R I V M.

1 *Amicus agere pro amico ſine mandato non poteſt.*
2 *Huius additur exceptio.*
3 *Hæc communis concluſio de iure municipali locum non habet, nam diſponente ſtatuto cõiunctos uel affines agere ſine mandato poſſe pro coniunctis comprehenduntur etiam amici.*

Amicus

1 AMICVS nõ poteſt agere pro amico ſine mãdato. l.tutori ff.de nego.geſtis. Alex.in l.exigẽdi col.2.C.de procurato.in l.1.§.lex Falcidia. ff.ad legẽ falci. Iaſ.uero in d.l.exigẽdi aſſerit ꝙ in puncto iuris poſſet ſuſtinere contraria opinio,& intelligit quòd amicus admittatur pro amico quotieſcunque eſt coniunctus maxima amicitia, Fely.tamen in c. coram, de offi. deleg.col.1. Alex.& Moder.in d.l.exigẽdi, Ripa in c.cũ M. Ferrarienſis nu.61.de conſtit.& Blaneus in tract.de compromiſſis in 3.q.nu.48.in uer.amicus, atteſtantur commu
2 nem opinionẽ eſſe, amicum non admitti pro amico ad agendum abſq; mandato.Hoc uero quòd amicus non admittatur pro amico ſine mandato, fallit cum cautione rati,ſicut coniunctus pro coniuncto ſecundum Tiraquel.poſt alios congeſtos per eum in trac.de pœnis tẽperandis,aut remittendis in cauſa 2.num.34.Guil.de Cun.in l.ſed & hæc.ff.de procurat.licet ibi Fulgo.intelligat hoc de amico coniuncto maxima amicitia,de quo per Ruma.in ſing.in uer.amicus,& per Bar.in l.non ſolum.§.qui alieno col.1.ff.de procu.& ibi per Alex.ubi dicit ꝙ amicus agit interdicto recuperãdæ.l.1.C.ſi per uim,uel alio modo, & per eundem in l cum alienã.C. de legi.& in l.exigendi,de procu.& per Fely.in d.c.coram,& Marcũ Mantuæ in ſuis apophtheg. apophtheg. 75. interpretatur etiã hoc non procedere de iure mu-
3 nicipali,nam ſtante ſtatuto exorbitante, diſponenteq; cõiunctos, ſeu affines agere ſine mãdato pro conſanguineis extenditur ad amicos,ut notat Guil.de Cu.in d.l. ſed & hæc,in prin.Dyn.Saly.in d.l.exigẽdi.Bar.in d.§. qui alieno,Spec.in tit.de aduoca.§.adijcitur,uerſ.eatat quartus ordo,& Ioan.And.in c.ſi.de poſtulat.

Archidiaconus , qui eſt Archidiaconus, & Canonicus in eadẽ eccleſia , duplicem uocẽ habet in electionibus,ut archidiaconus inquam,& ut Canonicus. c.cùm olim,ubi Abbas,& Doct.poſt glo.quorum opinionem aſſeuerat eſſe cõem ibi Feli.ſimiliter qui eſt Archidiaconus,& Canonicus debet obtinere ob præſentiã perſonalem duplices diſtributiones,eas inquã, quæ archidiacono tantum, & canonico tantum debentur.ſecundum Ioan.And.& Abb.Feli.in d.c.cum olim.Bald. & Card.ei ſubſcribẽtem in cõſi.53. quamuis iudicio meo præcipitanter Ant.in d.c.cum olim teneat contrarium, uidelicet ꝙ Archidiaconus,& Canonicus ſimul ob perſonalem præſentiam non poſſit habere niſi ſimplices diſtributiones,& cum Ant.ſentiunt Rochus Curt.in c. ſi.de conſuet.fol.paruo.49.col.4.& Gomeſi. in trac.de expectatiuis,nume.54.& licet præfata opinio Io.And. ſit aliquantulum dubia,ut putat Are.in c.3. de probat. tamen ea uerior eſt, & magis communis ut referunt Docto. in d.c.cum olim, & tanto magis procederet de plano,& abſque dubio ſententia Ioan.And.& obtineret ſi per conſuetudinem fuerit recepta ſecundum Bal. & Card.in d.conſi.53.Dec.in c.cùm omnes in 1.lectura col.1.& ex ea ibi nu.52.de conſtit.quamuis Curtius in loco præcitato malè , & abſque aliqua ratione aſſerat adeo eſſe ueram Ant.opinionem,quòd nec contraria conſuetudine poſſit admitti.

Argumentum de alimentis ad dotem ualet, & tenet ſecundũ Cyn.in l.in omni.C.de admi.tut.Cyn.& Baldus in l.ſi mater. C.de iure dot.Bart.in l.ſi.ff.de ijs quibus ut indig.Pau.de Caſt.& Imo.in l.1. ff.ſolu. matri. & Ruinus conſi.194.col.2.uol.1.& conſi.199. num.9. uol.2.ubi ait,hanc eſſe communem opinionem.

S V M M A R I V M.

1 *Argumentum ſumitur in legibus a contrario ſenſu.*

2 *Contrarius ſenſus habetur pro lege , perinde ac ſi in lege eſſet expreſſus.*

3 *Hoc autem argumentum, a contrario ſenſu petitur non ex interpretatione & coniectura , ſed ex ſenſu menteq; legis,quæ a cauſa finali,ut uocant, ducitur.nu.4.*

5 *Nec modo locum habet in legibus , ſed in ſtatutis quoque procedit.*

6 *Quod tamen in ſtatutis correctoriis non eſt uerum,*

7 *Sed & in ultimis uoluntatibus argumentum iſtud locum ſibi uendicat.*

a ARGVMENTVM a contrario ſenſu habet locum regulariter in legibus,ſeu uerbis legis,& canonis,tex.eſt notab.in l.1.§.huius rei.ff.de offi.eius,cui eſt manda. iuriſdi.in l.qui in teſtamẽto.§.mulier. ff.de teſta.& in c.apoſtolica in ſi.de his quæ fiunt a Prælat. in c. cum uirum , de reg.iu.cum aliis ſimilibus, hoc uero procedit quoq; in legibus, uel canonibus conditionaliter loquentibus ſecundũ Pet.Cyn.& Bal.in l.conuenticulam. C.de epiſco.& cler.Bal.& Pau.de caſt. in d.l.qui in teſtamẽto, §.mulier,Alex.in d.l.huius rei nu.38.ubi Rimin. Niger & alij Mod.aſſerunt iſtam eſſe communem opinonem. nec mirum ſi dictum argumẽtum ſit in iure fortiſſimũ: quia dicitur mens tex.legis,uel ſtatuti, ut eſt glo.ordi-
2 naria in d.§.mulier,quæ dicit ſenſum contrariũ pro lege accipi,ita ꝙ iſtud,quod uenit a contrario ſenſu habeat perinde ac ſi eſſet in lege expreſſum,quam gl.dicunt ſingularem,& celebrẽ Bal.& Paul. de caſt.in d.§. mulier,& Bal.in d.l.conuenticulã,& in c.1.col.4.de cõſtit.nec illud argumẽtum a contrario ſenſu uenit ex in-
3 terpretatione,& cõiectura,ſed ex ſenſu, & mente legis ſecundũ Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure, & in d.l.1.ff.de offi.eius,poſt Dy.& Dec.ibi nu. 59. & ſeq. ubi tenet ꝙ argumentũ a contrario ſenſu uenit ex men-
4 te ſaltem,quæ ſumitur a cauſa finali,idemq; tenet ibidẽ Curt.Iunior.nu.42. multa adducens & reſpondens ad contraria, & Nicolaus Euerardus in ſua centuria in 4. loco poſt prin.fol.59. hanc opionionem ſequitur etiã, & cõmunem eſſe dicit Sapia,ubi ſupra,nu.99.cum ſeq. quædam adducens pro utraq; parte,& num.105. dicit argumentũ a contrario ſenſu proprie dici ex lege quantum ad mentem,ſed non quantum ad uerba,& quod dicatur potius uenire ex mẽte,& intellectu, quàm ex uerbis uoluit Paul.Oria.in d.l.1.nu.99.in ſi.poſt Imo.per eum allegatum,Iac. Niger,nu.42.cum ſeq.late diſcutit articulum,& iſtam ſequitur opinionem,& ibi num.44 præſupponit cõtrariam opinionem eſſe cõem,præſupponit etiam quod contrariam ſententiam teneat Bart. in d.l.1.ſed non eſt uerum.Item hoc argumentum non ſolum ſumitur in legibus , ut ſupra docuimus, ſed etiã
5 habet locum in ſtatutis quoq;,& eſt ualidum in iure ſecundum Ber.in l.omnes. ff.de iuſti. & iure, & in l.non poſſibile.ff.de pactis,Alex.conſ.68.col.2.circa præmiſſam pecuniã,Corſet. in ſing.ſuo primo in ordine argumentũ,Bald.Imo.in l.Gallus,§.ille caſus.ff.de liber.& poſth.& Doct.omnes in d.§.huius rei,Ro.in ſing. 106. Bald.in l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.ſiquis cautio.Feli. in c.ſignificaſti col.ſi.de foro compe.Laurẽ.de Rodul. in tract.de uſuris.q.148. & iſta eſt cõmunis opinio, de qua atteſtatur Rom.in d.ſing. 106. Feli.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit.col.23.Curt.Iuni.in d.l.1.nu.85. & Euerardus in loco præcitato uerſ. & quia ſupra plene,& abunde, ubi iſtam ampliationem non nihil declarat. Hoc uero argumentũ a cõtrario ſenſu aduerte hic
6 quia nõ colligitur in ſtatutis correctoriis,ut per Doct. in d.l.1.quod interpretatur, quãdo ſtatutũ nihil operatur in ſenſu directo, ſecundũ doctrinã Bal. in l.obſeruare.§.proficiſci circa ſi.ff.de offi.procu.quã ſequitur Alex. puli Imo.in l.ſi cũ dotem col.pen.ff.ſol. matri. & Feli. in d.c.ſignificaſti.co.pe.& ex hoc uerificatur illa deciſio notabilis Dy. & Cyn. quam ſequitur Bal.Pau.de ca.&

omnes

omnes in d.l.conuenticulam,nu.4.de ſtatuto Florenti-
no diſponente quòd non ſtantibus maſculis filiæ fœ-
minæ patri ſuccedant, ut ſcilicet ſumatur argumentum
a contrario ſenſu ad correctionem iuris communis,ita
q ſtantibus filiis fœminæ non ſuccedant,alias enim ni
hil operaretur in ſenſu directo, & iſta eſt communis
opinio,ut patet ex allegatis per Alexan. & Iaſ.in d.l.1.
quā cōem ſequuntur Dec.ibi num.59.Curt.Iunior.nu.
37.Fely.in d.c.ſignificaſti.col.fi.o.l.multa adducens, &
Euerardus in loco præcitato, uerſ. primo, ut procedat
quando lex. Et iſtam communem late tradit Alb.Bru-
nus in ſuo tract.quòd ſtantibus maſculis,in 7. articu.in
1.q.eam ſequens,& defendens.ſimiliter hoc argumen-
7 tum habet locum in ultimis uoluntatibus, etiam ſi di-
ſpoſitio ultimæ uoluntatis ſit conditionalis, l. aliquan-
do.C.de cond.& demō.& in l.ſi legatum pure in princ.
ff.de adimen.leg.tradit Corſetus in d. ſing. primo Iaſ.
in d.l.1.nu.50.Dec.nu.47. & iſtam ampliationem plu-
rimum declarat Euerardus in loco, de quo ſupra uer.
item circa præmiſſa quæro,Iaſ.in d.l.1.ubi Moder.præ
ſertimq; Cur.Iunior dicunt communem,num.59.

S V M M A R I V M.

1 *Qui dicantur latrones, & nim publicam facientes.*
2 *An is qui potum abortionis gratia dederit, abortu ſecuto,capite ſit puniendus.*
3 *Et quid de muliere,quæ partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet.*

1 Assassini omnes illi dicuntur,qui pecunia aliouè
precio conducti homines occidunt,ſeu percutiunt, ni-
hil tale ab eis præcauentes, ſecundum Domi.Anchar.
Imo.Vanchelium,& Probum in cap. 1. de homi.in 6.
eam conſtitutionem intelligentes in his, qui aliquem
Chriſtianū mandant occidi per homicidas pecunia ad
id cōductos,etiam ſi homicidiarii Chriſtiani ſint,idéq;
tenent,& præmittunt Bar.in l.non ſolum.§. ſi mādato
nu.54.ff.de iniuriis,& in l.Cicero.ff.de pœnis,Pau.de
caſt.in l.1.§.fi.ff.de eo quem factum erit,Bal.& Saly.in
l.non ideo minus,col.pen.C.de accuſa. Ang.in l.qui ſe
pulchra. C.de ſepulch.uiola. Alexan.conſi. 16.6lib.7.
Marſi.in practi.crimi.§.examinanda, nu.21.& §.diligē
ter.nu.156.& in l.unica,nu.105.C.de raptu uirginum,
Careri in practi.crimi.titu.de hom. §. circa tertium in
prioc.Grammat.uoto 8. & 11.& Capicius deciſi.155.
quorum opinio communis eſt, & conſuetudine rece-
pta,teſte Areti. conſilio 165. colum.11. & adeo rece-
pta,ut pauci ſcriben.admodum refragentur,unde is qui
2 potum abortionis cauſa dederit, & ſequutus fuerit ab-
ortus infantis iam animati, pœna mortis puniendus
eſt,l.pen.C.de ſiccari.& l.unus.ff.de uariis & extraor.
cri. Si uero abortus eſſet infantis nondum animati,pœ
na extraordinaria exilii puniendus ueniret,l.ſi mulierē
ff.de ſicar.& ibi Marſil.& Ioan.igneus in l.1.§.occiſo-
rum,co.3.ff.ad ſillania.& no.in c.ſi aliquis de homi.ſed
dato quòd non mors,nec abortus fuerit ex potione ſe
quutus, uilis damnandus eſt in metallum, & honeſtus
in inſulā delegandus amiſſa parte bonorum.tex.eſt in l.
ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœnis:tamen no-
ta,fœmina quæ ob pecuniam fœtum etiam nondū ani-
matum potionibus ſumptis abegerit, ut locus faciat
uentris ſubſtitutio, mortis pœna eſt puniēda.tex.eſt in
ſignis in d.l. Cicero, quem ad hoc dixerunt celebrem,
& ſingularem Feli.& Anania.col.1.in c.ſi aliquis de ho
micidio, Cardi. in c.ſicut el.2. eod.tit.Dec.conſi.535.
Ananias,& ibi Bolog.conſi.1.col.fi.

Aureus, & ſolidus in iure inter ſe æquiparantur, &
hæc ſolidorū nominatio pro aureis accipitur l.quotiēs
C.de ſuſceptio.li.10.ubi ait eſſe caſum,Rogerius in l.ſi
pater.§.fi.ff.de donatio.nam ſecundum eum dicitur ini
bi,quod ſolidus legalis ualet aureum,hoc quippe non
exprimit ille tex.ſed tamen quòd libra eſſe debet de ſe-
ptuaginta duobus ſolidis. an uerò illi ſolidi ſint aurei
tex.non aperit aliter:unde certius, & melius probatur
in §.fi.inſtit.de pœna teme.litigan.iuncta l.pen.in fi.ff.
de in ius uocan.ibiq; gl.& Iaſ.notāt,& ea iura ita uni-
ta ad hoc perpendit Aldobran.in §.ſed hoc iure nu.3.
inſtit.de attilia.tuto.& idem firmat, & tenet gl.Bal.Sa
li.in l.quicunq;.C.de ſeruis fugit.& in l.fi. & ibi Bal. &
Pau.de caſt. C. cōia de leg. Nico. de Neapo.& Faber
in §.inſtit.de donatio.& ſolidi inde appellati reperiū-
tur ut arbitratur Budeus, quem citat Aldobran.in lo-
co præcitato quaſi inſti,& integri ponderis,ſeu,& for-
ſan melius ſecundū gl.in l.1.C.de ueter.numiſ.pot.lib.
12.a ſoliditate, qui de ſolo auro fiunt, & iſti dicuntur
aurei legales, quorum ſeptuaginta duo cōſtituunt librā
auri.d.l.quotiens ſecundum cōem intellectum not.gl.
in d.l.ſi pater.§.fi.& in l.fi.de in ius uocando,& ibidem
Iaſ.glo.in §.nos autem, inſtitu.de attilia.tuto. Canna.
in tract.de inſinuatione in 2.par.q.31.col.fi. meritò ex
hoc infertur ad unum ualde utile,quòd cum hodie au-
rei, quibus utimur, ut Veneti, Florentini, & id genus
diminuti reperiantur,& minoris ponderis circumferā
tur,adeo quòd nonaginta ſex aurei requiruntur ad con
ſtituendam librā auri,colligitur ſeu ſequitur ex præfatis
utiliter donationem uſq; ad ſeptingentos aureos, & ul
tra ualere poſſe ſine inſinuationis interuentu; & ſic in
maiori ſumma aureorum nunc decurrentium,ita Paul.
de caſt.in d.l.fi.C.communia de lega.in prin. Iaſ. in d.
l.fi.ff.de in ius uocan.Dec.conſi.239.nu.2.& cōſi.432.
nu.15.Soc.conſ.48.col.fi.uolu.1.Soc.Iunior conſ.118.
nu.10.uol.2.& Bellonus conſ.4.col.pen.& ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator remittere cautionem poteſt de præſtandis legatis aut fideicommiſſis.*
2 *Quod dupliciter extenditur.nu.3.*
4 *Hæc autem communis opinio procedit in ultima uoluntate, ſecus inter uiuos.*
5 *Ratio differentiæ, cur ſatis dationem remittere poſſit teſtator de fideicommiſſis aut legatis præſtādis, cautionem autem de utendo ac fruendo arbitrio boni uiri non poſſit.*

C

1 Cautionem de præſtandis legatis, uel fidei-
cōmiſſis teſtator poteſt remittere, l.2. C.ut
in poſſeſ.quo.legat.& iſtā conclusionem ſe-
2 quuntur Docto. in l.nemo poteſt.ff.de lega.
1. quam amplia primò ut etiam procedat ſi hæres eſſet
unus dilapidator bonorum,adhuc teſtator poteſt ei re-
mittere huiuſmodi ſatisdationem,l.ſi.in prin.ff.ut leg.
nomine caue. amplia, & ſecundo loco quòd ſimiliter
3 teſtator pōt remittere cautionem Mucianam l.fin.ff.de
manu.teſta. & ita notat Angelus in §.præfato,per illū
tex.in auct.de nup.co.4.interpretatur. primū iſthæc cō
cluſio,ita declarat in cautione de utendo, ac fruendo
arbitrio boni uiri, quæ quidem a teſtatore remitti non
poteſt.l.ſcire debetis. C.ut in poſſe. quorum lega. & l.
1.C.de uſufructu,nam illa cautio cōcernit fauorē hęre
dis,quē teſtator remittere non pōt,ſecundū glo. in d.l.
ſcire debetis cōmuniter approbatam a ſcriben. in d.l.
nemo poteſt,& ultra Doct.inibi atteſtantur de cōmuni
Guido Papæ conſi.63.in ſecundo dubio,& Crauetta,
conſi.174.num.3. cum aliis ſeq.ubi ipſe per complura
conatur ſubſtituere,fulcireq; contrariā partē,iſta uerò
4 communis uera eſſet, quando uſusfructus reperiretur
conſti-

conſtitutua in ultima uolũtate, ſecùs ſi inter uiuos, quia inter uiuos poteſt conſtitui uſusfructus, §. conſtituitur, inſtit. de uſufru. & tunc principalis conſtituens poteſt remittere talem cautionem, ut per Bar. in l. 1. C. de uſufruct. & ita debet intelligi, d. l. ſcire debetis, & eodem modo debet intelligi argumẽtum a contrario ſenſu (ibi minime in teſtamento remitti poſſe) ergo extra teſtamentũ ſiue per hæredẽ, ſiue per teſtatorem bene poteſt remitti, quia quilibet poteſt ſibi præiudicare: hic non ab re inueſtigandũ eſſe arbitror, quæ ſit ratio diuerſita
5 tis, cur teſtator poſſit remittere ſatisdationem hæredi de præſtandis legatis, uel fideicõmiſſis d. l. 2. & tamen non põt remittere ſatiſdationem de utendo, fruẽdoque arbitrio boni uiri. l. 1. C. de uſufru. & d. l. ſcire debetis, gl. igitur ibi aſſignat duas rationes diuerſitatis, quarum primã reprehendit Bar. in d. l. nemo poteſt, & ſequitur ſecundã col. 1. quia teſtator inuitaretur ad delinquendum, hanc rationem tenet idem Bart. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & in d. l. 1. C. de uſufruct. quoniam huiuſmodi remiſſio de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri, ſonat in turpitudinem, quod uſufructuarius poſſit dilapidare, & abuti, ideoq; nihil ualet, & dato quod explo ratum ſit teſtatorem nõ poſſe remittere ſatisdationem de utendo boni uiri arbitrio, tamen eam poteſt remitte re hæres, ut probat tex. in d. l. ſcire debetis, in uerb. teſta mento a contrario ſenſu glo. Bar. in præcitata l. 1. C. de uſufru. quorum opinionem audacter ſcribit eſſe cõem Alberi. in l. 4. C. de uſufru. & Dec. conſi. 48. uel. 418. cui aduerſatur Iaſ. & Crotus in d. l. nemo poteſt, Iaſ. inquã in 2. lectura circa finem.

Cauſa dicitur magna, uel modica ſecundum qualitatem perſonarũ inter quas uerſatur, ut per Bart. & alios communiter in l. admonendi. ff. de iureiurand. & in l. bonæ fidei. C. eo. tit. & Canoniſtas in c. fi. ext. de iureiuran. & ratio aſſignatur illhæc, quia inter aliquos cauſa decẽ librarum erit magna, inter aliquos uero negociũ centum florenorum eſſet parua, ut notant ſcriben. poſt glo. in l. ſed & ſi ſuſceperit, §. 1. ff. de iudiciis, ubi glo. in uerb. modica ponit exemplum in regina Mathilda dicente: Aliquantulum terræ dono illi eccleſiæ, quę tamẽ in effectu donabat 30. millia iugera terræ in territorio Cremonenſi, & licet contentio eſſet de re magna, tamẽ ſi ea de poſſeſſione, non autem de proprietate contenderetur, eo caſu profecto non diceretur cauſa magna l. 1. C. ſi de momenta. poſſ. & l. momẽtaneæ. C. qui legiti. perſo. non habent ſtan. in iudi. ſecundum doctrinam Ioã. And. in c. ex inſinuatione, ext. de procurato. cõiter approbatam per Doct. Bart. & alios in præcitata l. admonendi, quamuis conetur ibi Curt. per plures rationes ſuadere contrarium, & malè.

SVMMARIVM.

1 *Caſus legis non expreſſus habetur regulariter pro omiſſo.*

2 *Ab hoc excipitur caſus.*

3 *Vnde ſubſtitutus filio inſtituto, qui naſciturus eſt, ſi in pupillari etate uel quandocunque deceſſerit, ad mittitur. etiam ſi filius natus non ſit.*

1 Casvs non expreſſus habendus eſt regulariter pro omiſſo l. cõmodiſſimè. ff. de liber. & poſth. & ibi Doct. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, eodem tit. cum traditia per Deci. conſi. 394. uerba teſtamenti, col. 3. & Soc.
2 conſi. 5. in prin. uol. 3. hoc uero non procedit ubicunq; ex coniecturis appareret teſtatorem uoluiſſe ad caſum omiſſum extendi diſpoſitionẽ ſuã. l. Lucius. ff. de liber. & poſthu. ideoq; ſubſtitutus poſt mortem uxoris cui prædium relictum erat, donec uidua permaneret prædium habebit ſtatim muliere ad ſecundas nuptias tranſeunte ſecundum Ioan. And. in add. Spec. in uerb. de ſecun nuptiis, & Bald. in auth. quod locum. C. de ſecun. nuptiis. Pau. de Caſt. in l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſti. ſub cond. factis Alex. in d. §. & quid ſi tantum, & in l. mulier. C. ad Treb. & conſi. 100. uiſa parte teſtamenti, col. 3. uel 4. & ex hoc etiam deciditur, quod ſi teſtator filium naſciturum inſtituerit, eiq; ſi in pupillari ætate, uel poſtea quandocunque decederet, aliquem inſtituerit, ſubſtitus etiam non nato filio admitteretur, l. ſi. C. de poſt hu. hæredi. inſtitut. ſecundum Guil. de Cun. quem poſt Bar. refert, & ſequitur Soci. in l. 1. col. 11. ff. de uulga. & pupil. & faciunt notata per eundem conſi. 5. in prio. uol. 3. & per Dec. cõſi. 227. in caſu, & eſt communis opinio quod ſubſtitutio extendatur de caſu ad caſum, ut per Doc. in d. §. & quid ſi tantum cum his quæ ſcribit Iaſ. conſi. 203. Vannoctus uol. 1. niſi ex ueriſimili teſtatoris mẽte aliud dicendum ſit, ut de Ancha. conſi. 357. ex ſerie teſtamenti, & Fulgo. cõſi. 49. ex facto proponitur, de quo late diſputat Barba. in c. Rainutius de teſta. fol 23. & ſeq. interpretatur quoque iſta communis opinio ſi ſubſtitutio eſſet facta in pœnam inſtitui, ſecundum Bar. in l. pater ſeuerinam. ff. de condi. & demon. & Dec. conſi. 273. in caſu, in conſi. 290. domina, & conſil. 298. col. 2. uel tractaretur de extenſione facienda de perſona ad perſonam, quæ nunquam ſit etiam de ueriſimili mente teſtatoris l. Titius in prin. ff. de liber. & poſt. cum aliis relatis per Dec. conſi. 394. pro uera reſolutione, col. 3. & ſeq. & Iaſ. conſi. 220. teſtator, uol. 2.

Cedere uolens bonis condemnatus ad pecuniã ſoluendam ex actione iniuriarum cõtra ipſum intentatã, non debet admitti ipſe reus ad dictum beneficium ceſſionis bonorum, ſed iſthæc pœna debet cõuerti in corporalem, ut per Doct. in l. 1. qui bonis cede. poſſunt, & latiſſime per Couarruuias in trac. uariarum reſolutionũ iuris Pontificii, & Cæſarei in 2. lib. c. 1. nu. 8. & iſta concluſio uidetur probari per tex. expreſſum in l. ſi unicus, §. ſi ante. ff. de iniuriis, ubi ſeruus fuerat condemnatus ad certam pœnam actione iniuriarũ, Dominus poterat ſoluendo redimere ſeruum ab iniuria, & nihilominus tradidit illum ſeruum uerberandum, & fuit liberatus: & hoc ſimiliter procedit de plano ſi dictus condẽnatus non poſſet totã ſummã ſoluere, ſuper qua extiterat condemnatus excepto uno denario ſecundũ communem opinionem omnium Doct. quam ſequitur, cõmendat, & citat Gomeſius in §. pœnales, nu. 38. inſtitu. de actio. & Boer. deciſi. 349. nu. 8.

Ceſſionarius dicitur proprie eſſe creditor, ſecũdum Iac. But. in l. 1. ff. ſi cert. petatur, quem ſequuntur communiter Doct. ibi. & ita conſuluit Rom. conſi. 142. quod ceſſionarius, & conſi. 202. non eſt dubium, mouentur præfati Doct. ad ſic concludendum per l. C. de donat. ubi appellatur debitor ceſſionarii ille, cui nomen ceſſum fuit, ſimiliter facit, quia priuilegia conceſſa principali, conceduntur ẽt ceſſionario l. 2. in ſi. C. de priuile. fiſci, & ceſſionarius ipſe dicitur Dominus, ut per Bal. in l. eos. §. ſi. C. de appel. & ad hoc etiã facit, quod ſcribit Bal. in l. ſi ſic. ff. de leg. 1. ut tradit ibi Alex. & iſtam cõmunẽ ſequitur, citatq; Deci. in 1. lectu. in ſin. & Niger in d. l. 1. ff. ſi cer. peta. circa ſi. quam late uentilat Veronen. in l. creditores, q. 4. col. 5. & latiſſime diſputabat ad utranq; partem D. præceptor meus acutiſſimus Rainaldus Rodulphus Peruſinus, dum interpretabatur, d. l. 1. ubi aſſerebat iſtam cõmunem non carere difficultate, propter quã plurima in contrariũ allegata per Doc. paſſim, quæ omnia more ſuo ſubtiliter, & docte ſcedere diſtinctionis concordare conabatur, proui ẽt cõcordat Alciat. Bolognettus, & cæteri Moder. ibi circa ſi. & iſta cõis interpretatur non procedere, quando principalis creditor eſſet excommunicatus, & alii cederet ſuã actionem, tunc quippe exceptio excommunicationis cedenti obſtat, ſed non obſtat ceſſionario, ut pul-

chrè

chre deducit,& concludit Anto. Galleſius in tracta.de formulis & obligationibus cametalis formu. de reſpõſa petẽte executionum numero tertio, & ſeq. fol. 201.

Citatio partis requiritur in executione ſententiæ faciẽda, l.1.C.de iur.& facti.igno.Bar.not.in extrauagã. ad reprimendum in uer.executionem qui filij ſint rebelles in uſibus feudorum,quem ſequuntur Alex.in l.a diuo Pio.§.in uenditione, nu. 35.ff.de re iudi.& ibidem Iaſ.nu.9.& Vincen.Hercul.nu.32. & Maranta in tract. iudiciorum,in 6.par.in 3.actu. num.16.& ſeq.ubi dicit non fore neceſſariã citationem partis hoc caſu.quando fieret executio in eadem re,ſuper qua lata ſententia ipſa extitit,ſed ubicunq; a ſententia appellatum eſſet, ac appellatio deſerta reperiretur, tunc quippe in executione facienda debet citatio tanquam neceſſaria præmitti a iudice a quo ad dicendum cauſam, quare ſententia executioni mandari non debeat, alioquin executio non teneret ſecundum Bar. in l.1.ff.nil nu.appel. pen. Bal.Saly.& omnes in l.ſi contra.C.de appell.Rotã deciſio.422.in nouis, & iſtam meminit eſſe cõem opinionẽ Maranta in loco præcitato,& præmiſſa cõcluſio ita declarata,ꝙ partis citatio requiratur in executione ſententiæ ampliatur,ſiue executio fiat in actione perſonali,ſiue in reali,cum militet eadem ratio ſecũdum Cyn. in l.ab executione.C.quorum appel.non recipian.cum quo tranſeunt Ioan de Imo.& Alex. in d.§.in uenditione,& quamuis Bar.aſſeueret ibi contrarium,tamen ibi Iaſ.nu.9.refert opinionem Cy. eſſe magis cõmunẽ. & ueriorem in iure dixit Alex.in d.loco.

S V M M A R I V M.

1 *Arbitri ſententia non citata parte nihil ualet, & ſi in compromiſſo dictum ſit,arbitrum ſententiã ferre poſſe partibus abſentibus.*

2 *Quid autem,ſi adiectũ ſit etiam,partibus nõ citatis.*

1 SENTENTIA arbitri prolata non citata parte non tenet,nec ualet,etiam ſi in compromiſſo dictum fuerit,ꝙ arbiter ferre ſententiam ipſam poſſit abſentibus partibus, ſecundum Spec. in tit.de arbi in §. excipitur in fi. quem ſequitur Ioan. de Imo.in c.cum dilectus ext. de arbit.& Alex.in l.ſiquis arbitrato.col.5.ff.de uer.obl. & Feli.in c.olim col.9.de re iudi.& iſtorum opinionẽ ſcribit Boeri.deciſio.283.nu.38.non habere dubitationem aliquam.

2 Sed hoc limitatur, ſeu interpretatur non procedere,ſi in compromiſſo eſſent adiecta illa uerba ꝙ arbitri poſſent laudare, ferreq; ſententiam partibus abſentibus,& non citatis, tunc enim bene ualebit ſententia nõ citatis aliter partibus ſecũdum Gul.de Cun. in l.epiſcopale.ulti.q.C.de epiſco.audien.quem ſequitur Bal.in l.ſi quis ex conſenſu,col.11.C.de te. Pau.caſt. Alex.Soci.& Iaſ.in 3.q.in d. l. ſiquis arbitratu, & opinionẽ iſtorũ Boeri. fatetur eſſe communẽ in d. deciſio. 283 nu.34.cũ quatuor ſeq.contra Bar.in d.l. ſiquis arbitratu contrarium aſſeuerantẽ.nu.7.& in practica refert obſeruari Marſi.in ſing.173.fiunt quotidie compromiſſa, & iſtam partem ſequitur etiam conſulendo Bal.cõſi.262.in Chriſti nomine ounquid arbiter uol.1.Barba. conſi.18.nu.17.uol.1.Ioan.de Imo.conſi.ulti.& Ioan. de ana.conſi.83.uiſis his.colum.11.Anchar.conſi.270. & Rom. conſi.61.ubi concludit ꝙ Piſis ſeruatur dicta opinio Gui.de Cun.& ſequacium,& communem prædictam intelligunt præcitati Doct. procedere ſi partes auditæ fuerint plene ſuper diſcuſſione contentorum in compromiſſo, tunc certe in prolatione ſententiæ non requireretur præſentia partis, nec alia citatio.ſecus ſi partes auditæ non fuerint, & hoc in alio propoſito fuit tactum abunde infra in uer. ſententia principis, &c.

Clerici a poteſtate, & iuriſdictione principis ſecularis, & omnium, & quorumcunq; Laicorum ante omnẽ humanam legem iure diuino fuerunt,ac ſunt exempti, ſecundum glo.in c.ſi imperator 96.diſtin & in c.quamquam de cenſi.in 6.quam ſequuntur Doct.omnes in dictis locis,Card.in repe.c. perpendimus in 7.oppoſi.de ſenten.excommu.Abb. Feli. & Dec.col.2.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ de cõſtit.Rom.ſing.419.Rota Roma. in antiquis deciſ.840.in tit.de conſuet. Abb.in c.at ſi clerici,nu.23.de iudic.Aufreri.in clemen.1.de offi.ordi.& Feli.in c.2.col.1. de maiori. & obedi.ubi ſcribit iſtam eſſe cõem opinionem.& Cur.quoq; in c.ſi.de conſuet. fol.paruo. 51. & Rebuffus in concordantiis in rub.de protectione,& hoc procedit ſimiliter in clericis primę tonſuræ,ſeu non habentibus beneficia, & immiſcentibus ſe in delictis enormibus, qui priuilegium fori non amittunt ex eo,ꝙ ueſtibus & tonſura non utantur,donec ter moniti fuerint a ſuo Prælato,ſeu Epiſcopo, ut a prædictis deſiſtãt, & habitum reaſſumãt, ut probatur in c.audientia de ſenten.excommu.& tenet glo.cõmuniter approbata in c.ex parte in 2.de priuileg.Pano.in c.tuæ,de apoſtat.Henr.in c.cum non ab homine.de iudi.Aret.conſ.163.nu.16.Fulgo.conſ.157.Alex.conſ.8. uol.1.col.pen.Dec.in d.c.eccleſia. ſanctæ Mariæ nu.6. & conſ.241.ſcripſi,Soc.conſ.13.nu.11.12. & 30.no.4. Alciat.in rub.ex.de iudi.Grammat.in uoto 33. & iſtã opinionem ponant eſſe communem omnes Doct.præcitati,& cæteri in c.unico.de cleri.coniugat.quam declarant procedere de plano, & abſque dubio aliquo in clericis primæ tonſuræ, qui non forent coniugati, ſed in clericis cõiugatis monitio iſta nõ eſt neceſſaria, ꝓut omnes Doct.affirmant in d.c.unico.& monitio,ſeu citatio iſta,ut oẽs clerici reaſſumãt habitũ, alias priuentur priuilegio clericali non ſufficit fieri per proclama generale, ſed neceſſario trina monitione perſonali clericus debet citari,ac moneri,ut probat tex.& ibi Card. Imo.& omnes in cle.1.de uita. & honeſta.cler.Rubeus conſ.76.nu.2.& Marſi.ſing.259.generalis,& quod iſte Clericus ſimplicis tonſuræ conueniri nequeat in ciuilibus cauſis,& criminalibus curã Imperatore,Rege,Senatu,uel quocunq; alio iudice ſeculari etiam incedere abſq; habitu,& tonſura non eſt mirum.'quia percutiẽs Clericum huiuſmodi primæ tonſuræ eſt excommunicatus,quemadmodum ſi percuſſiſſet Clericum ſacris ordinibus conſtitutum,ut in c.quiſquis.17. q.4.glo.in clemen.1.in uer.clericos de uita & honeſta.cleri.& ita tenet Ioan.Lupus in tract.de cenſura eccleſiaſti.q.11.& 5.& Grammati.deciſ.10.nume.1.Afflict. in conſtit.iu. Neap.lib.1.rub.19.& Io.de Imol. in c.ex literis.nu.6. de uita,& honeſt.cleri.& opinionẽ iſtam facit mẽtionẽ eſſe communem Albertus Trotius in tract. de uero & perfecto clerico in lib.1.dubio 11.Sed hodie iſti Clerici occaſionem, anſamq; prębuerũt Conſilio Tridẽtino nõ leuem de reuocãdo, ac annullando omnes leges facientes in eorum fauorem, & ſic concilium ipſum Tridentinum ſub Pio quarto Pontifice in 23.ſeſſione cap. 6.incip.nullus prima tonſura initiatus. ſtatuit,& ordinauit,quòd clericus primæ tonſuræ, aut in minoribus ordinibus conſtitutus non gaudeat fori priuilegio,niſi beneficium eccleſiaſticum habeat,aut clericalẽ habitum & tõſuram deferat.idcirco ò clerici,cauete ne uobis nimis freti in antiquis eccleſiæ cõſtitutionibus obliuiſcamini dicti Cõcilij Tridẽtini,& accidat uobis, ut euenit cuidam clerico Aquilano in minoribus ordinibus conſtituto,qui incedẽdo abſq; habitu, & tõſura fuit captus a iudice ſeculari cũ armis prohibitis, & uigore Concilii prædicti amiſit forum iudicis eccleſiaſtici.

Ordo eccleſiaſticus poſt delictum cõmiſſum a layco abſumptus fraude,& dolo,ut forũ iudicis declinet, non liberat eum a iudicis ſecularis iuriſdictione,ut tenet & probat Old.conſi.4.Bar.in l.1.col.2.ff.de pœnis. Io.And.& alii in c.1.de obl.ad ratiocinia, quorum ſententia communis eſt,ut apparet ex citatis per Aufre.in cle-

clem.1.de offi.ordi.reg 1.fallen.21.Marſil.ſing.534.& Lamber.in c.1.de hære.in 6.q.13.& Marquardū de Suſannis in trac.de Iudæis,& infideli.in 3.par.cap.5.n.3.& ſic per huiuſmodi fori mutationem nō impeditur ſecularis iudex eū punire:Sed Bellamera in c.propoſuiſti.q.2.de foro cōpe. aſſeruit contrarium ꝙ abſq; ulla fraudis diſtinctione non poſsit crimen hoc a ſeculari puniri: tamen in practica nunquam ego diſcederem a communi prædicta,tanquam in iure uerisſima,& fraus in caſu iſto præſumeretur ſi quis poſt delictum,& ante ordinem ſuſceptum fuiſſet accuſatus,ſeu denunciatus, uel infamatus,ſecundū Dy. in l. Vlpianus. ff.de excuſa. tuto.& Doc.in locis præcitatis.Hoc uero limitatur nō procedere ubicunq; quis feciſſet uotū clericatus,uel introeundi religionem ante patratum delictum, tunc enim nullo modo poſſet a iudice laico puniri,cum uotū hoc delicti commisſi tempus præceſſerit,ut concludit Iaſ.in l.cum quædam puella, nu.21. Gerardus ſing.51. Marſi.ſing.534.qui referunt ita tenere Bal.in l.1. C. an ſeruus ex ſuo facto,aſſeruntque hoc eſſe ualde notabile pro euadendo aliquē a mortis pœna, & præſertim ꝗa ſtaretur iuramento ſuo ſecundū allegatos Doct. Caſſaneus tamen in conſuet.Burg.rub.1.§.5.ſcribit ſe nō credere ꝙ opinio iſta a practicis admittenda ſit, & eandē opinionē reprobabat quoq; Claudius Seyſel.in d.l.1.C. an ſeruus ex facto ſuo.uerum opinio Bal. Iaſ.& ſequacium,eſt magis communis,ac eam ſequūtur omnes Criminaliſtæ uariis in locis,& Ioan. de Ana.in c.ad falſariorum,col.fi.ext.de cri.fal.& in practica ſeruari dicit Gerar.in d.ſing. 51. & caſus iſte euenit in facto hodie hic in Ciuitate Aquilæ diſcutiturque coram iudice ſeculari,& adhuc indeciſus pendet.

Clerici non reſidentes in eccleſijs in quibus habēt, ſeu obtinent beneficia eccleſiaſtica, tenentur omninò ad dicendas priuatim preces horarias a Romano Pōtifice,& eccleſia, priuatisſiè inſtitutas,alioquin ipſi clerici reſtituere tenētur fructus beneficii, quos perceperint ex eo iā tēpore,quo a dicendis precibus canonicis ceſſauerūt,ſecundū Calderi.in c.1.de celebra.miſſa.Domi.in c.fi.de præſcrip.in 6.in 1.uoc.quorū opinionē ueriorē ſcribit Dec.in c.cum omnes in 2.lectu. col. 2.de conſtit.& Andriam. in 4. ſententia in tract.de reſti.in q.an clericus teneatur reſtituere ultra uictum de redditibus beneficii,&c.& Ripam in l.fi.q.65.C.de reuoc.donatio.& eandem ſententiā arbitratur tutiorem glo.in Pragma.ſanctione,qualiter horæ canonicæ ſint dicendæ col.2.in contrariam uero partem inclinauerunt, uidelicet,ꝙ dicti clerici non teneantur aliquo pacto ad reſtitutionē fructuum.Abb. & Card.in d.c.1.de celebra. miſſa.Præpoſi.in ſumma 44.diſt.Silueſt.in uer.clericus 4.q.52.& Fely.in c.poſtulaſti.nu.7.de reſcrip. poſt alios, quorum opinionem communem eſſe ſcribūt Moder.inibi: ſed tamen priorem ſententiam tanquam ueriorem comprobauit Sinodus Lateranen.ſub Iulio ſecundo,ſectione.9.& de hoc decreto faciunt mentionē Ioan.Bernar.præſul.Callaguritanus in pract.cri.c.49. & Martinus Azpilcueta in c.quando de conſec.diſt. 1. nu.31.& iſtam opinionem contra communem tāquam tutiorem,& ueriorem, ut ſupra docuimus ſequendam fore duximus omiſſo multiloquio,& aliis quampluribus orationibus, quæ allegari poſſent pro eius corroboratione.

Clericus in bonis patrimonialibus non gaudet priuilegio eccleſiæ.niſi in caſibus a iure expresſis,ut concludunt omnes Canoniſtæ cōmuniter in c.fi. de foro competen.Dec.in c.Epiſcopus.nu.19.de præben.& dignit. & in c.cū M.de inſti. illuſtris D. Reſtaurus Peruſinus præceptor meus in tract.de Imperatore.q.101.& Bal. in trac.de præſcrip. par.5.q.5.nu.2. ubi ſcribit iſtā eſſe communem glo. uero in d c. Epiſcopus inchoauit in contrariam partem, & Ripa poſt alios citatos per eū in ſuis ſingularibus reſponſis tit. de legibus, & longa conſuetudine c.2.nu.tamen quicquid Docto.præcitati ſuadeant contra communem, ob hoc difficile, immo impoſsibile foret contra eā in actu practico obtinere.

Clericus,ſeu prælatus beneficiatus habens adminiſtrationē de beneficij fructibus,uel alijs rebus ex fructibus eccleſiæ, uel intuitu eccleſiæ acquiſitis non poteſt teſtādo diſponere,quia in uita uſufructuario,& in morte uſuario comparatur ſecundū glo.in c.in præſenti,de offi.ordi.lib.6.Bal.conſi.80.ad euidentiam lib.5.Cardinalem conſi.110.tria ſunt,& in c.fi.ubi etiā Barb.de pecu.cler.& alij quām plures citati per Bellonū conſi. 3.nu.2. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem: contrariā uero ſententiam, uidelicet ꝙ clericus decedens poſsit tranſmittere ſuæ præbendæ fructus ad hæredes ſuos aſſeuerat eſſe cōem,etiam & non fideliter iudicio meo Ant.Corſetus in ſing.in uer. clericus:immo nota ſecundum ueriorem Doct.opinionem ꝙ procedit prædicta communis negatiua,etiam ſi clericus ſimpliciter beneficium ſine adminiſtratione habeat,ut cōcludit Abb.in repe.c.cūm eſſes,col.7.de teſta.& Gemi. in d.c.præſenti,& nonnulli alii relati per Barb. in d.c. fi. & rationabilis quippe eſt hæc ſentētia,quoniā clericus ex redditibus ſui beneficij eccleſiaſtici ultra honeſtum uictum ſibi quicquam attribuere non poteſt.c.Epiſcopus.12.q.1.& quicquid ſupereſt, erogandum eſt in alimoniā pauperū.c.quoniā quicquid.15.q.1. & c.aurum. 12.q.2.& ſi ex eccleſiæ fructibus clericus ipſe ſibi, uel ſuis prædium emerit hoc ad eccleſiā pertinet, & ab illa,ut Domino poterit uendicari,ſecundū glo.in c.apoſtolicos.12.q.2.& Doct.in c.inquirendum de pecu.cleri.ſed contrariā partem ꝙ clericus ſimpliciter beneficiatus,tam in uita, quàm etiam in morte æquiparetur uſufructuario, & utroque tempore faciat fructus ſuos ſentit gl.& omnes in d. c. præſenti, & iſtā gl.ponit eſſe cōem Imo.in c.peruenit ext.de fideiuſ. & Bellonus in præcitato conſi.3.nu.6.cum aliis citatis per eū,& ſequi ſuadēmus totis uiribus in deciſiuis tāquā uerisſimā, & per conſuetudinē generalem approbatam.dicta prima cōmunis negatiua ita enucleata interpretatur non habere locum ubicunq; clericus impetraret a ſummo Pōtifice priuilegiū teſtan.ac de huiuſmodi rebus diſponēdi,quod Papa ex cauſa cōcedere poteſt, cum ad ipſum uniuerſarum eccleſiarum plena diſpoſitio pertineat.c. licet de præben.lib.6.clem.1.ut lit.peu.ut per Abb. in d.c.cūm ēſſes,Alex.Iaſ.in l.ut militibus.C.de teſta.milit.Alex.conſi.15.uol.2.& Soc.conſi.13.præſens cōſultatio,& eſt cōis opinio,ut dicit Dec.conſi.147. quæritur de expenſis,idemq; ſecundum Doct. congeſtos per Iaſ.in auth.ingresſi.C.de ſacroſan.eccleſ.& hoc de plano procedit, quādo Papa moueretur ex iuſta cauſa ad concedendum clerico teſtandi facultatem, ſecundum Abb.in d.c.cūm eſſes,quem ſequitur Fely. in c.conſtitutus col.antepen.de reſcrip.& Barba.in c.cum in officijs,col. 6. de teſta.cū aliis relatis per eum ibi, & iuſta cauſa eſſet ſi clericus ſuis pauperibus cōſanguineis ſubuenire uellet, nam ideo bona eccleſiarū cōparata ſunt, ut ex eorū fructibus pauperū inopiæ ſuccurratur. c.uidētes.12.q.1. & faciunt notata per Abb. in c.1.de coh. clericorum,& mulierū: interpretatur poſtremo dicta communis non procedere quando conſuetudo reperiretur in contrariū, quia clerici uigore huiuſmodi conſuetudinis diſponere,ac teſtari poſſunt de fructibus ſuorum beneficiorum ſecundum omnes Doct. præcitatos indifferenter,Geminia.ac cæteros in d.c.fi.de offi.ordi. & iſtam opinionem aſſeuerat eſſe communem ultra allegatos ſcriben. Bello.in d.conſi.3.nu.10.& 12.

Clerici non poſſunt torqueri ſtantibus indiciis, niſi ſint infames, & de crimine diffamati, ſecundum Anto.

alios

Hoſtien c. 1. de depoſi. Bar. in l. ex libero. ff. de quæſt. Bar. Bal. & reliquos in l. presbyteri. C. de Epiſc. & cler. Bar. & Alex. in l. qui ſine. ff. de quæſtio. Iaſ. in l. magiſtratibus ff. de iuriſdictio. omni. iudi. Marſi. in ſing. 55. aduertas ad unu; ubi refert ita obtinuiſſe in practica in ciuitate Cumarū, Curt. in trac. nobilita. fol. 55. qui dicit, etiam ſi cōtra clericum eſſent mille indicia, torqueri nō poſſet, niſi foret de crimine diffamatus, Fely. in c. de hoc de ſimoni. Moder. Hiſpa. latiſsime in deciſio. criminali in gl. tortura, & Deci. in c. at ſi clerici. nu. 9. de iudi. ubi ſcribit ultra præcitatos ſcriben. iſtam eſſe communē opinionem: ampliatur hoc etiā procedere ſi ciuiliter contra ipſum clericū agatur, ut notat Pan. & Philip. Frācus in c. dilectus de appellatio. dūmodo ſit de crimine diffamatus, & infamis, ut per Corne. & Barb. in d. c. j. de depoſi. ubi aſſerūt iſtam eſſe communem opinionem, & Io. Berna. Diaz. in ſua practi. crimi. canonica, in uer. tortura c. 117. ubi materia iſtā uſq; ad ſaturitatem explicat. & dato quod clerici ipſi torqueri poſsint cōcurrētib. præmiſsis, ob hoc itaque tortura eorum nō debet ita eſſe ſæua quemadmodum laicorum, ſecundum communem opinionem omnium Doc. quam citat Abb. in reg. cum in contēplatione, & Ioan. Bernar. in loco præcitato.

S V M M A R I V M

1 *Cōpenſatio de liquido regulariter admittitur ad liquidum.*

2 *Hoc autē non procedit in debito iurato ad non iuratū.*

1 COMPENSATIO licet fiat ipſo iure. l. ſi conſtat, & l. fi. C. de compen. eſt tamen neceſſe quod ea opponatur ab homine ut declarant Doc. in d. l. ſi conſtat in uerbo ipſo
2 iure interpretātur præfata ſimiliter in debito iurato, quia de debito iurato ad non iuratū compēſatio non admittitur ſecundum communem opinionem, de qua per Iaſ. in l. eum qui. §. ſi iurauero, nu. 8. ff. de iureiur. & Aſflict. deciſio. 163. die ſeptimo Octobris poſt alios à prædictis Doct. citatos.

S V M M A R I V M.

1 *Ex literarum comparatione una cum litera, ad quā adhibetur comparatio, fit probatio ſemiplena.*

2 *Vbi autem talis cōparatio doceret ſcripturam unā cū ſcriptura, ad quam comparatur, eſſe inter ſe per oīa ſimiles tunc plena induceretur probatio.*

3 *Hoc uerò locum habet in cauſis ciuilibus, ſecus in maleficiorum cauſis, ut in crimine falſi.*

4 *An in cauſis falſi hæc comparatio faciat indicium ſufficiens ad torturam.*

5 *L. comparationes. C. de fide inſtru. quæ uult, ex cōparatione litterarum fieri plenam fidem, correcta eſt dūtaxat in chirographo.*

6 *Nam in Epiſtola cæteriſq; priuatis ſcriptis ad plenā probationem ſufficit ſola literarum comparatio.*

1 COMPARATIO literarum una cum litera, ad quā fit cōparatio facit ſemiplenā probationem ſecundum gl. in l. admonen. ff. de iure iuran. & in l. in bonæ fidei. C. eod. ti. quam celebrant, & ſequuntur Mode. in d. l. admonendi, ubi audacter fatētur ſe uidiſſe practicari iudicē ex æquitate. l. ubicunque. ff. de interroga. actio. compellere debitorem ad reſpondendum, num illa ſcriptura priuata, ſit manu ſua, ac etiam ſcripta propria manu, ut ex ea fiat comparatio, & hoc idem ſentit Ang. in §. ſi quis igitur, authen. de fid. inſtrumē. cæterum glo. l. 3. §. 1. in uer. ſpeciem. ff. de teſt. inclinauit in contrariā partem uidelicet dictam comparationem facere plenam probationē, & ita affirmat ſe uidiſſe communiter ſeruari Alberic. in l. cōparationes. C. de fide inſtrum. hocq; de plano proce-
2 deret, ſi talis eſſet comparatio, quæ oſtenderet ſcripturā ſimul cum ſcriptura, ad quam fit comparatio per omnia ſimilem, hoc itaque caſu plenam probationem faceret d. §. ſi quis igitur, ubi probatur à cōtrario ſenſu, & in iſto caſu incorrecta remanebit d. l. cōparationes, ut per Bal. & Saly. in auth. ſed nouo iure, & in d. l. in bonæ fidei. & hoc quod in caſibus, in quibus ſola literarū comparatio ſufficiat, & plenè probet, procederet quippe, quādo age-
3 retur ciuiliter ſecus ſi criminaliter, puta in crimine falſi, quia ad probādum falſitatem ſola literarum cōparatio non ſufficeret ſecundum Deci. conſi. 615. col. 1. & Ripa in d. l. admonēdi, col. 10. Purpuratus uerò inibi col. 30.
4 uoluit fieri poſſe indiciū ad torturam ſecūdum perſonarum qualitatem, & utrum iſta comparatio ſit ſufficiens indicium ad torturam, uide Bar. declarantem in l. ſi. de q̄ſtio. & glo. Bar. & Doct. in l. ſi. C. famil. hærciſcū. interpretātur prædicta ſimiliter, quod in omnibus ſcripturis priuatis excepta apocha ſola, & ſimplex literarū cōparatio plene probat. ut habet in d. l. comparationes, Bar. l. ſi contractus col. 2. C. de fide inſtru. ubi ait quod d. l. comparationes uolens ex cōparatione induci plenā fi-
5 dem ſolummodo eſt correcta in apocha, nō autem in alijs priuatis ſcripturis, quē ſequitur Alex. cōſ. 58. & 114. col. 1. li. 7. & Soci. cōſi. 4. col. 1. li. 3. ubi etiam uoluit q
6 etiam in Epiſtola ſufficiat ſola literarum comparatio quo ad plenā fidē, & ratio eſt quare d. l. fuit correcta in apocha, quia datur à debitore creditori, & ob id ſi ſola comparatio ſufficeret de facile reperiretur, qui literas alienas æmularentur, aut cōtrafacerēt, & quatenus dixinus Soci. in d. cōſi. 4. firmare d. l. comparationes non eē correctā i epiſtola, alijsq; priuatis ſcripturis, dic iſtud ēt, ſequi in epiſtola Alex. d. conſi. 58. in prin. & 114. col. 1. Deci. in c. 2. col. 5. de fide inſtru. & conſi. 219. in fi. Purpura. in d. l. admondi. col. 35. & Cur. Iun. cōſ. 118. col. pen.
4 & 162. col. pen. & ita iſta omnia pulchre, & doctè referebat illuſtris D. Marcus Antonius Oradinus præceptor meus, interpretās publicè Peruſij: d. l. admonendi, a quo cōplura alia in iure Cæſareo, Canonicoq; didicimus, q ponentur in 2. par. huius opuſculi ſuo loco, & tēpore.

S V M M A R I V M.

1 *Quibus & quot modis morte damnatus, aut ductus ad ſupplicium liberari poſsit.*

1 CONDEMNATVS ad mortem, ſeu ad quamcunq; aliam pœnā tempore, quo proficiſcitur ad furcas, uel ad aliud ſupplicium deſtinatum, ſi arriperet fugam, & acciperet ſacerdotē portātem per ciuitatem corpus Chriſti, abſq; aliquo dubio eſſet immunis, ac tutus ab illa pœna, ut per glo. in c. quæſitum 13. quæſt. 2. quam ſequuntur Archidia. ibi Hoſtien. in ſumma de immunitatē eccleſiarum, Cardin. in Clemen. 1. §. inſtitu. in fin. de reli. & uener. ſanctorum, Corſetus in ſing. in uer. Cardin. & cōiter omnes Canoniſtæ in c. ſanè, de electio. Ro. ſin. 335. Catel. Cotta in memo. in uer. rationis idētitas. Alberti. in c. de hæreti. in ti. nu. 18. & iſtam eſſe cōmunem ſcribit Gome. in §. pœnales, nu. 50. inſtit. de acti. & Ioā. Lup. in rub. de dona. §. 38. nu. 5. quod uerum eſt, dummodo ad ipſum corpus recurratur, & ſuſcepiſſet communionem, ut habetur per Fely. in c. quærenti, de offi. delega. ſimiliterq; priuilegiū Cardinalis liberat iſtum condemnatū a morte. Nam Cardinales habent priuilegium ut ſi condemnatus ad mortem ducat ad ſuppliciū, & ei fiat obuiā Cardinalis ipſe, & pileum appoſuerit in caput eius, non pōt exequi ſententia ad mortē, ſed liberatur. ita per Bal. in l. addictos, ubi Pau. de Cal. C. de appella. Amode. tutti

N num

num in tract. ſyndi. nu. 253. & Cotta in ſuis memora. in uer. Cardina. ideoq; dat cautelã Cepo. in 2. caut. in prio. ut condemnatus procuret ut Cardinalis tranſeat per uiã per quam ducitur ipſe condemnatus & obuiã ſibi faciat, & apponat in condemnati capite pileũ, & erit liber, ut per Par. de puteo in tract. de ſyndica. in uer. pœna, uerſi. an ſi primo. Tertio etia liberatur cõdemnatus ad mortem, ſi uellet meretricem exiſtentem in lupanari ducere in uxorem, ut per Pari. de puteo in citato uerſ. an ſi primo, & in uerſ. & alia quæ non omitto, ubi ait hoc iure non probari, ſed tantum quod peccata omnia ſibi dimittuntur, & ita practicant Hyſpani, & obſeruant, ut ibi per eũ: meretrices enim nota trahere de lupanari, & accipere in uxorem proficit ad remiſsionẽ peccatorum, c. inter opera, de ſpõſa. Nam Oſeas Propheta duxit meretricem in uxorem, & illam ex mala bonã fecit, & qui hoc fecerit, non eſt culpandus, ſed laudãdus etiam ſi eſſet homo optimæ qualitatis, & abſq; culpa aliqua. c. nõ eſt culpandus Oſeas Prophera 32. q. 1. faciũt not. per Alberi. in dictiona. in uer. meretrix, facit tex. & gl. in l. ſi ea quæ. C. de adult. & ſolẽnitas iuris humani, & pœna ceſſat, puta quando aliquis ducit puellam meretricem in uxorem, ut bonam reddat & amplius non peccet, ſecundum Abb. conſi. 11. in cauſa nu. 1. uol. 2. c. relatum, de teſta. quæ enim Spiritu dei aguntur non ſunt ſub lege humana. c. licet. de regula. Abb. d. conſ. 11. col. 2. tunc enim uidetur redẽptũ corpus, & anima puellæ à peccato, & à diabolica captiuitate, ergo ceſſat ſolẽnitas, & pęna iuris. Quarto condemnatus ad mortem liberatur propter miraculum, ut per Lucã de penna. in l. 1. C. de ſer. & occul. li. 12. & Deci. in l. fauorabiles. ff. de reg. iuris. ubi ponũt exemplum de eo, qui ſuſpenditur ad furcas, & laqueus confrangitur, & cecidit ſuſpẽſus in terram, tunc procul dubio erit liberandus condemnatus ad mortem ex quo uidetur miraculosè factum, & eſt maximum innocentię ſignum. hocq; intelligit Dec. ubi ſupra, ſi prius fuerit proteſtatus de ſua innocẽtia, ut p Pari. de put. in d. uer. pœna uer. an ſi, il ſecundo, per dictum Pſal. Laqueus cõtritus eſt, & nos liberati ſumus. & per Criminaliſtas omnes uarijs in locis iuris noſtri. Quinto metus inſtãtis periculi & mortis excuſat delinquentem à capitali pœna, ideoq; ſi quis tyrannus, aut potẽs dicat alicui non potẽti Occidas talem, alias occidã te, & ille erat in huiuſmodi conſtitutus calamitate, quod ſi eius iuſſum non adimpleret, mitteret minas ad effectum, tunc aliter euadere non poteſt, uitam ſuam occidẽdo excuſatur, ſi occidat, nec uſq; aliqua pęna punitur propter mortis periculũ, ſecundum Bal. & Alex. in l. liber homo. ff. ad l. Aqui. & Floria. ibi in prin. in l. quod dicitur. ff. Aqui. & in l. 1. ff. de ſica. Pet. & Cy. in l. ſcientia. §. qui cũ aliter. ff. ad l. Aqui. Bal. in l. 1. q. 2. C. unde ui, in l. ſeruos, C. ad l. Iuli. de ui. & in c. 1. §. iniuria, col. fin. de pace tenenda, Gandi. in rub. de pen. col. pen. gl. in l. ſi familia cõis in uer. & ſi ſeruus. ff. ſi fami. fur. fe. Cepo. caute. 4. & 40. Ioan. de lig. in tract. de bello fol. 125. Fely. in c. ſignificaſti, il 2. circa fi. de homici. Curti. conſ. 20. Iaſ. in §. mitius col. antep. de actio. Deci. conſi. 336. & in regula uelle non credit. ff. de reg. iu. & in l. q iuſſu eod. tit. & in l. ut uim. ff. de inſti. & iure, ut ſcribit illam eſſe communem opinionem Marſy. conſ. 25. Cotſetus in ſing. in uer. metus, ubi ẽt hanc facetur communem, & ſequendã, & Grammati. uoto 28.

Conductor modicum damnum pati debet æquo animo l. ſi merces. §. ius maior. ff. loca. ſed maximũ damnũ pati de iure non permittitur aliquo modo: unde remiſſio facienda non eſſet conductori, niſi damnum ſit ultra dimidiũ iuſti pretij, uerbi gratia, ſi ipſe conductor ſolẽdo afflictus conuentos reſtaſſet læſus, non ſolum in tertia parte, ut aliqui Doct. dixerunt, ſed etiam ultra dimidium iuſti precij, id eſt, quod non recollegiſſet tot fructus deductis ſũptibus quæ æquiualerẽt dimidię pẽſiõis per eũ ſoluendę, quia id probando, tunc poſſet petere remiſsiones mercedis pro rata damni, alias non ſecundũ opinionẽ Bar. in l. licet. C. locati, quam aſſeuerant cõem inibi Moder. & Fran. Are. conſi. 32. citãtes ſequentes eã.

Confeſsio facta ſponte in criminalibus abſq; tormẽtis, uel metu tormentorum, etiam nullis indicijs præcedentibus, uel non data indiciorum copia, et ſic data nullitate proceſſus ſufficit ſine aliqua ratificatione ad condemnandũ confitentẽ, ut eſt tex. et ibi not. in c. 1. de accuſa. lib. 6. ita tenet Bal. in add. Spec. in tit. de confeſ. co. x. idẽ Bal. et Doct. in l. 2. C. quod metus cau. Bal. et An. poſt glo. in l. 1. C. de confeſ. Anchar. in clemen. 1. de homici. et idẽ Ang. in l. 1. col. fin. ff. de confeſſ. cũ alijs allegatis per Foller. in practi. crimi. in 1. par. 3. partis in uerſi. confitebuntur nu. 65. et 68. et iſtam ait eſſe cõmunem opinionem Gandi. in trac. maleficiorum ſub ru. de quæſtio. et tormentis uer. quis ſit effectus quæſtionis, et Moder. in c. at ſi clerici in prin. de iud. et Follerius in loco ꝓ citato, nu. 65. ubi latè limitat iſtam communem in nouẽ caſibus. Contrarium uerò Doct. affirmauerunt in cõfeſſo in tortura ſemel, quia ſemel confeſſus in tormẽtis, niſi perſeuerauerit, condemnari per iudicem nequit, ut habetur in l. 2. ff. de cuſto. reo. tamen põt iterum quæſtionari, ut reſpondent omnes Doct. communiter teſte Boeri. deciſio. 163. nu. 28.

Confeſsio facta coram iudice incompetente, quæ licet non ualeat, ut iudicialis, ut per Doc. indifferẽter paſſim ualebit tñ ut extra iudicialis, et iudex ordinarius poteſt ipſum confitẽtem ponere ad torturam, quemadmodum ſi extraiudicialiter eſſe confeſſus, arg. notatorum in l. capite quinto, ff. de adulte. poteſt etiã in eundem cogere ad perſeuerandum in huiuſmodi confeſsione extra iudiciali, niſi doceat de errore, et de cauſa uariãdi, ut uoluit Gui. de Cu. et communiter omnes Doct. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdict. omni iudi. quam quidem communem ſequitur, celebrat, et citat Iaffredus deciſi. 104. et Boeri. deciſio. 90. et 89.

Confeſsio facta abſente parte in fauorem abſentis, inducit ſemiplenam probationem, ſecundum glo. in l. capite quinto. ff. de adulter. et ita ſentit Bar. conſi. 123. factum ſic ſe habet, et in l. admonendi. ff. de iureiu. quem ſequitur D. Ant. in c. fi. ext. de confeſ. et in c. fin. de iure ext. Bal. in l. 1. C. de fur. conſi. 261. col. 1. uo. 3. et alij quã plures relati mair. et con. 373. in ſecũdo dubio Cor. Pa. de Caſt. con. 83. et 255. Ro. in l. 1. ff. ſol per Petrũ Aduẽnas in ſuis regulis, in reg. confeſsio extra iudicium, et iſtam ait eſſe communem opinionem Crauetta in tract. de antiquitate temporum in 1. par. argumento 3. num. 30. et Moder. in d. l. admonendi, ubi ponunt exemplum dictæ communis, ac eam pleniſsimè declarant.

interpretatur primo iſta communis non procedere in hę
2 rede conuēto,ut reſtituat uſuras,ſi quādo defunctus inſ-
ficeas reſtitui,uel caue ſecundum formam. c. quamuis,
de uſuris lib.6.tunc etiam propter animæ periculū, quæ
cunctis rebus eſt præferenda non debet differri.l. ſanci-
mus.C.de ſacroſan.ecc.c.cum infirmitas de pœn. & re-
miſſio.& hoc etiam quia animæ detrimentum inferetur
illo medio tempore,quod poſtea non tolleretur l.2.ff.
de appella.recip.cum ſit damnum irreparabile , merito
diſcedimus a regulis iuris communis.d.l. 2. tutor quod
repertorium.ff.de adminiſt.tuto.diſpoſitio uerò præce-
dens procedit,quando omnia ſalua remanent, ita tenet
Ricar.Alb.Cyn.Rayne.Bal.Ang.Fulg.Pau.de Caſ.Ale
xan.Corne.Iac.de ſancto Georgio, Iaſ.cæterique cōmu
niter in allegato.§. donec.limitatur ſecundo præcedens
3 communis non habere locum,quando conueniretur hæ
res pro legatis pijs,non requirentibus dilationem, puta
alimentorum pauperum,qui interim necantur,fame,ita
limitat Angel.in l.5.§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus per l.
falſi.quem ſequitur Imola ibi,& Alex.Corne.& Iaco.in
4 præcitato.§.donec.3.coarctatur dicta communis nō pro
cedere ubicunque conuenitur hæres rei uendicatione ;
tunc enim conuenitur,ut quilibet poſſeſſor, non ut hæ-
res.l.de eo.§. pen.in fi.ff.ad exhiben. quod uoluit Odo-
fre.Guil.de Cun.Nicol.de matarel. Bal.Sal.Pau.de Ca.
Ang.Alex.Corn.Iac.de ſancto Georgio in d.§.donec,
quamuis ibi Cy.ſenſerit contrarium,ob id quod diſpoſi-
tio illius tex.generaliter debet procedere cum generali
ter loquatur,dum etiam in eo loquitur de hypothecaria,
quæ eſt actio in rem,daturq; contra quemlibet poſſeſſo-
rem.l.eos.G.qui potio.in pigno.habean.& iſtam opinio
nem Cy.ſimpliciter refert,Alb.in d.§.donec,tamen Ale
xan.Corn.& Iac.ibi præcedentem limitationem aiūt eſ
ſe ueriorem,& communiorem,cum in tex.dicatur credi
toribus hæreditarij non comprehenduntur, idem etiam
uoluit Ang.Imo.in d.§.hęc ſtipulatio,unde hæres rei ue
dicatione conuentus non poſſet obijcere pendentiam in
uentarij.limitatur prædicta communis ulterius non pro
cedere quotiescunq; petitur aliquid ab hærede pro impē
5 ſa funeris,tunc procul dubio non poſſet opponere de in-
uentario,ita tenent,& concludunt Ang.Alex.Corn.Iac.
de ſancto Georgio in d.§.hæc ſtipulatio. adde que præ-
miſſis,q ex huiuſmodi exceptionibus impedientibus li-
tis ingreſſum cumulauit triginta Martinus de Fano. in
tract.de exceptio.Alex.in l.bonus in add.ad Bar.ff.de iu
di.ſol.Ang.uero Are.in §.20; inſt.de except. retulit 40.
Maria.Soc.poſuit.33.in c.1.de litis conteſt.in 6. Philip.
Francus in d.c.1.col.4.& ſeq.poſuit per uiam fallentia-
rum.43.

S V M M A R I V M.

1 *Spoliationis, exceptio litem conteſtari non permittit.*
2 *Poſt litem conteſtatam obijci non poteſt hæc exceptio.*
3 *Iuramentum non obſtat aduerſus hanc exceptionē per debitorem præſtitum etiam ante ſpolium.*
4 *Exceptio præſcriptionis oppoſita in iudicio probibet litis ingreſſum.*

1 EXCEPTIO ſpoliationis impedit litis ingreſſum , cum
ſpoliatus debeat ante omnia reſtitui.l.ſi quis a ſe fundū,
C.ad l.Iuliam de ui publica,& ibi glo. in c.1.de reſtitu-
tio.ſpoliato.& dicit Ang.in l.ſi maritus.ff.de donation.

inter

inter uir.& ux. quòd ſpoliatus fanetur, ſi ſpoliatus eſſet
omnib. bonis eius,uel maiori parte a tertio,tūc etenim
a nemine inquietari poteſt,neque ciuiliter,neq; crimina
liter,niſi prius & ante omnia reſtituatur,ut ſupra dedu-
ximus,& Bar.in l.naturaliter.§ nihil commune.ff.de ac
qui.poſſ.ait præfatam exceptionem eſſe dilatoriā,ideo
impedire debet litem conteſtari , quem ſequuntur om-
nes Doct.ibi,& Ang.in §.æque inſtit.de excep.in 39 ex
cep.& Franciſ.in c.1.de lite conteſt.lib.6.in fall.eo.52,
unde allegans dictam exceptionem eſt profecto audien
dus,ut per Spec.in §.r.io tit.de citat.Innoc.& Abb.in c.
nonit de appell.& Ioan.And.in c.cum olim circa fi.ext.
de reſtit. ſpol. quorum opinionem ſcribit eſſe commu-
nem Grammat.deciſ.85.nu.1.& 3.Sed huiuſmodi exce
2 ptio ſpoliationis non poteſt opponi poſt litem conteſta
tam,ſecundum Bar.in d.§.nihil commune,quem ibi cō
muniter ſequuntur omnes,ut aſſerunt Fulgo.& Moder.
inibi, quamuis nonnulli ſenſerint contrarium, quoque
fundamentis abunde reſpondent præcitati Moder.in-
hærendo communi opinioni,& aduerſus iſtā exceptio-
3 nem aduerte quòd non obſtaret iuramentum præſtitum
per debitorem ante ſpolium,ut per Ioan.And.in c.5.de
ordi.cognit. & alios citatos per Grammat.in d.deciſio.
85.item exceptio præſcriptionis oppoſita,& in iudicio
4 allegata impedit litis conteſtationem ſecundum Hoſt.
& Canoniſtas omnes in c.1.de præſcrip. quorū opinio-
nem comprobat Boer.deciſio. 344.nu.5.cum aliis ſeq.
ubi denique fatetur eſſe communem, & ſecundum ean-
dem deciſiſſe concilium Burdegalenſe, & hoc idem
conſuluit Senatus Gratianopolitanus teſte Guid.Pape
in deciſ.221.

Exceptiones omnes, quæ opponuntur ad impedien-
dum executionem ſententiæ in rem iudicatam trāſactæ,
ſi reſpiciunt actionem primam,& huiuſmodi exceptio
nes natæ eſſent ante ſententiam nunquam opponi poſ-
ſunt,& oppoſitæ non impediunt executionem,ut habe-
tur per Bar.quem Doct. omnes communiter ſequuntur
in l.1.C.de iuris,& facti igno.& in aliis locis citatis per
Iaſ.in d.l.1.

Poſſidentes hæreditatem,ſi contra agentem petitio
ne hæreditatis,uel familiæ herciſcundę iudicio excipe-
ret,quod eſt indignus hæreditate,ut puta ſi defunctū teſta-
ri prohibuerit l.2.C.ſi quis al.teſt.prohib.cum nota.per
Bar.in l.fi.ff.eo.tit. & per Soci.conſi. 105.uiſo proceſſu
uol.3.uel quod defuncti uxorem,ſed liberos occiderit, uel
tacitam fidem de reſtituenda hæreditate incapaci accō-
modauerit,ut ſępe accidit in his,qui inſtituuntur hære-
des ab habentibus filios ſpurios,ut per Bal. in d.l.ſi quis
presbyt.C.de epiſc.& cler.& per Barb.in c.cum in offi-
cij,col.fin.de teſta.exceptione iſta non iuuabitur ſecun-
dum gl.in l.his.conſequenter. §.1.ff. famil.herciſcun.l.
loci.§. compe.ff.ſi ſer.uen.& opinio hæc cōmuniter ap-
probatur,ut per Corn. conſ.150.circa præſentem lib.2.
& Doct.uariis in locis iuris noſtri,& ſic exceptio oppo
ſita per poſſidentem hæreditatem contra agentem peti
tione hæreditatis ,uel familiæ herciſcūdę iudicio quòd
eſt indignus hæres ipſe hæreditate, uel quòd defuncti
uxorem,uel liberos occiderit,uel tacitam fidem incapa
ci accommodauerit nihil operatur.

Extenſio in correctoriis non ſolum a ſimili,ſed a ma
ioritate rationis nō eſt licita ſecundū gl.& Doc.in auth.
quas actiones.C.de ſacroſan. eccle.& in l. ſi conſtante.
ff.ſolut.matri.Iaſ.in l.fratres col.3. C.de inoffi.teſta.&
in auth.nō licet co.2.C.de libe.præteritis. Imo.cōſ.64.
Are.conſ.27.col.2.Corneus cōſi.271 col.4.uol.4. Cur.
iuni.conſ.6.co.6 & iſtā opinionē aſſeuerat eſſe commu
nem Iaſ.in l.de quibus,nu.14. ff. de legi.& in d.authen.
quas actiones,nu.21.Dec.in l.non debet cui quod plus.
nu.4.ff.de reg.iuris,quicquid aliter uoluerit idem Dec.
præcipitanter,& ſibi contrarius conſi.333.col.3.

S V M M A R I V M.

1 *In pœnalibus,& in odioſis non fit extenſio.*
2 *Niſi ratio in lege expreſſa ſit,id ad alios caſus,in qui
bus ſubeſt eadem ratio,trahitur & extenditur.*
3 *Quod idē locū habet in pœnalibus, ubi de ſimilib. ad
ſimilia proceditur ut in materia priuationis feudi.*
4 *Extenſio de caſu ſemper ad caſum fit,ubicunque lex
alias fieret eluſoria.*
5 *Quibus autem in aliis caſibus extenſio fiat in pœnali
bus ſubiect remiſſiue.*

1 In odioſis,& in pœnalibus,ubi lex figit pedem , non
debemus ultra procedere,quia odioſa reſtringi debēt,ut
in reg.odia.de reg.iu.in vj.& eſt optimus tex. ad hoc in
l,at ſi quis.§.Diuus autem Marcus.ff.de religioſis,ubi li
cet hæres delinquat prohibēdo teſtatorem funerari ab
eo,quem teſtator elegerat, ſeu per quem funerari uole-
bat,tamen non punitur ratio.dicit tex.quia pœna in hæ
redem ſtatuta non eſt,& glo.ibi ait nota quòd illicitum
non punitur,& illum tex.dicit notabilem Bald.in l.3.in
prin.C.de epiſc. & cler.unde in pœnalibus,quia odio-
ſa ſunt non eſt licita extenſio,ut in reg.in pœnis,& hoc
not. Deci. & Cagnolus in l.factum ſuum.§. pœnalibus.
col.2.ff.de reg.iuris, iſtamque opinionem ait eſſe com-
munem Iaſ.in l.cum quidam.nu.10.& 24.ff.de liber. &
poſth.& in l.ſi.ff.de in ius uocā.& late proſequitur Cra
uet.in trac.de antiquitate temporum in 4. par. num.87.
2 quæ quidem communis regula limitatur non procede-
re,quando ratio eſt expreſſa in l.pœnali , quia tunc fit exten-
ſio ad alios caſus,in quibus uiget eadem ratio, ita tradit
Domi.& Gemi.in c.ſi ciuitas.§.r.de ſent.excōmunicat.
in 6.Alex.in l.cum mulier in 2.not.per illum tex.ff.ſo-
lu.matr.Dec.in d.§.pœnalibus limitat.7.Iaſ.in d.l.cum
quidā limitat.5.& in l.1.ff.de in ius uocan.col.5.& Cra
uet.latius in d.tract. de antiquitate temporum par.5.n.
107.cum ſeq. interpretatur quoque iſta communis non
procedere in pœnalibus , in quibus fit extenſio de caſu
3 ad caſum.c.1.§.porro,quæ fuer.prima cauſa bene amit-
ten. ubi in materia priuationis feudi proceditur de ſimi
libus ad ſimilia, & ibi Bal.col.3.dicit illum tex.melio-
rem de iure quod in pœnalibus proceditur de ſimilibus ad
ſimilia,quem ſequitur Saly.in l.1.col.10. C. de noxali.
Alex.in auth.non licet.C.de liber.præter.Cyn.& Saly.
in l.fi.per gl.ibi in uer.uoluerit.C.de reuoc.donatio. &
iſtam opinionem quòd fiat extenſio de uno caſu ad aliū
late probat Crauet.in loco præcitato,& dicit cōem Go
me.in c.ſtatutum,nume.39.de re.in 6.& iſta communis
probatur uina ratione,nam ubicunq; alias lex fieret elu
4 ſoria,tunc fit extenſio de caſu ad caſum , ita uoluit Iaſ.
in d.l.cum quidam in fi.Dec.in d.§.in pœnalibus in 3.li
mitat.per glo.in c. quamquam de uſuris in 6. ubi dum
dicit alias facile eſſent hanc conſtitutionem eludere,&
ibi not Domini. col.pen.idemq; in effectu tradit Butr.
in diſputa.ſua incip.Bononiēſis in fi.3. dubio,ubi quòd
fit extenſio in materia pœnali,quando alias magna pla
ga legi inferretur,& ſic quando fieret eluſoria,ſequitur
Soc.cōſ.540.col.3.uol.2.& Crauet.in d.l.trac.in 4.par.
5 nu.116.limitatur etiam præfata communis in quatuor-
decim aliis caſibus quoq; ponit Gemini.in c.1.de rem-
po.ordi.in 6. ſed ultra iſtos uide ſex alios, quos refert
Iaſ.in d.l.cum quidam,nu.24.cum aliis ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Publica fama regulariter non plenam, ſed ſemiple-
nam fidem facit.*
2 *Plene tamē probat in factis antiquis, cuius fama me*

moria principij non exiſtit.
3 *In eiſdem antiquis fama probat antiquisſimum dominium.*
4 *Qũn autem id procedat in iure ſubiungit remisſiuè.*

F

FAMA publica regulariter ſemiplenam facit
1 probationem non autẽ plenam.l.3.§.eiuſdẽ quoq;,iuncta gl.ff.de teſt.c.1. ubi glo.de appellatio.c.illud de præſumpt. & c.ex literis de iureiuran.quæ quidem concluſio in iſtis iuribus expreſsè probatur,eamq; ſequuntur communiter doc.omnes in d.§.eiuſdem,& in c.ueniens il.1.ext.de teſti.Bar.in l.de minore.§.tormenta de quæſtio.Deci.conſi.146.col.2. Soc.conſi.12.nu.7.uol.1. Fely.in c.ea tenore nu.6.ext.de reſcrip.& Caſſadorus deciſio.2.nu.1.in tit.de probatio.& de iſta communi atteſtantur Dec.in c.dilecti num. 36.cum aliis ſeq.de appella.Fulgo.conſi.145.quoniam plurima,& Alex.conſil.18.uiſo proceſſu col.
2 2.uol.5.interpretatur iſta communis non procedere in factis antiquis,cuius non extat principij memoria,tunc publica fama ipſa habetur pro plena ſcientia,& ueritate,unde teſtis poteſt deponere,ſcio Chriſtum crucifixũ,& Conſtantinum Imperatorem, quia nouit indubitanter,quamuis non uiderit.ita Inn.in c.ſi.ext.de iuramen.calu.& quod iſta fama in antiquis plene probet eſt communis opinio teſte Crauet.in trac. de antiquitate temporum in 1.par.nu.302. Iaſ. in l.Prætor ait.§. Prætor,nu.25.ff.de eden.Dec.in l.ea his col.3.C.de teſta.milit.Curt.Iunio.conſi.17.Marſil.in l.de minore.§.plurimũ,nu.60.& ſeq.ff.de quæſtio.& in rub.de probat.nu.194.
3 & in ſing.505.declaratur etiam præcedens communis opinio quo ſola fama publica in antiquis, cuius initij memoria non probet dominium antiquisſimum, uidelicet quòd iſta domus fuerit Dantis Poetæ Florentiæ, & Virgilij in Mãtua,ſecundum gl.& Ang.in l.at qui natura.§.cũ me abſente.ff.de nego.geſtis,Bal.Ang.& Paul.de Caſt.in l.proprietatis.C.de probat.Bal in c.Vaſall.ſi.de feudo contr.& in l.conuenticulam. C.de epiſcop.& cler.Alexan.conſi.4.col. 5. uol.2.& in l.rem quæ nobis col.7.ff.de acqui.poſſe.ubi ait iſtam eſſe communẽ opinionẽ,Soc.quoq; & Dec.in c.cum cauſam de probat.in 2.not.idem Dec.conſi.42.col.2.& 428. & in c.1.col.4.de appellat.ſequitur etiam communem Aret.conſi.15.col.4.Calca.conſi.11.col.5.Iaſ.in l.cum aliquis col.fin.C.de iure delib. & Caſſadorus deciſio.2. in tit.de probatio.contrariam uero ſententiam tenuit Corne.conſi.
4 304.col.1.lib.3.ꝙ ſola fama in antiquis non plene probet,niſi alia adminicula concurrant,iſtas tamen opiniones conatur ad optimam conſonantiam reducere diſtinguendo Ripa in d.l.rem quæ nobis col.pen.quę uidetur uerisſima,& ſemper mihi placuit.

Falſitas, quæ nemini eſt nocibilis non poteſt de iure cõmuni puniri pœna falſi ordinaria, ſiue per teſtẽ, ſiue per Notarium,uel aliũ ſit cõmiſſa,ſecundum Bar. in l.ſi quis legatum.ff.ad l.cor.de fal.& iſta eſt communis opinio omnium Docto. ut atteſtatur Alex.conſi.145.uiſis,uolu.6.& Soc.conſi.103.in facto,& 104.poſt reditum,uol.1.quãuis Saly.in l.1.C.de ſepul.uiolat.& male,imo abſq; ulla concludenti ratione uideatur aſſerere contrariũ,ubi tenet ꝙ ſi quis in libro ſuo falſo reſcripſiſſet Titiũ eſſe ſuum debitorẽ ſiue tabellio in ſui fauorẽ falſum inſtrumentum confeciſſet,puniri debent pœna falſi,

SVMMARIVM.

1 *Liber feudorum a quo fuit compilatus.*
2 *Liberis in Academijs publicis approbatis eſt ſtandũ.*
3 *Vnicuique in arte ſua credendum eſt. nu.4.*
5 *Niſi lex contraria reperiatur.*
6 *Quod duobus pulcherrimis exemplis Pauli & Ariſtotelis comprobat.nu.7.*

1 FEVDORVM liber fuit compilatus a quodam Oberto de Orto Ciue Mediolanenſe, ut notat tex.in c.1.quæ ſit cauſa benefici.amitten.in uſi.feudorum, & Aluar.in c.1.in prin.de feudi cognitio. Poſtea uero iſte liber fuit lectus in publicis ſcholis,& communiter approbatus, ab hoc igitur exploratum eſt habere plenam fidem ſicut aliæ leges ſecundum Andre.de Yſernia in præludio feudorum 1.q.& alios ibi communiter, & iſtam eſſe cõmuniter ponunt Ripa in l.ſi.nu.696.& ſeq.C.de reuoc. donatio. Maranta in tract.iudiciorum in 5.par.prin.nu.63.& 25
2 ſi.in uſi.feudorum,nu.3. idemque uidemus in aliis ſcripturis,ſeu libris in ſtudiis approbatis,ut ſunt dicta Ariſtotelis,ſeu Hippocratis, quibus ſtandum eſt ſecundum Bart.cæteroſq; poſt eũ in l.11.ff.ſi cer.petat.per l.ſeptimo menſe.ff.de ſtatu homi.& l.ſi pater. ff. de ſolut.quæ iura aliqui Doct.dixerunt non probare,cum id ſit de authoritate,& approbatione legis facta prout Butr.Paul.Caſtren.Dec.in 1.lectura.in d. l.1.nu.16.& idẽ Dec.in c.ne innitaris in 1.lectu.de conſtit. & in c.1.7.nota. de offi. delega. retenta igitur prima opinione affirmatiua Bar.quæ eſt cõis,prout teſtatur Niger in d.l.1.ꝙ authores paſſim citari posſint,quæ cõmunis ſane uenit decla
3 randa,ut procedat in arte ſua,ut ſi poetæ ſunt, illis credẽdum ſit in arte poetica,& literis humanioribus,ſecus ſi de Medicina,uel Philoſophia loquerẽtur, in his enim Hyppocrati,Galenoq; medicis,Platoni,Ariſtoteli Philoſophis potius credendũ eſſet,ita tradit Niger in d.l.1.quæ quidem cõis ea iuris regula confirmatur, qua cau
4 tum eſt unicuiq; in arte ſua credendum eſſe.c.ut conſtitueretur 50.diſt.l.1.in ſi.ubi Bart.ff.de uent.inſpici.Lucas de pẽna in l.curioſi.C.de decurio.lib.12.& Alciat.conſi.15.col.ſi.uo.1.cum ſimilibus,quæ cõgerit Afflic.deciſio.253. num.10.& hoc declaratur non procedere,
5 quando lex reperiretur in contrarium, ſecundum Pau.
6 de Caſt.& Dec.in d.l.1.ponitur exemplum in authoritate Pauli ſi filius ergo hæres,quam conſequentiam lex non admitti.l.1.C.ſi min.ſe ab hære.& in §.ſed ſui inſti
7 tu.de hære.quali.probatur quoque ex authoritate Ariſtotelis in topicis dicentis, ꝙ mulier nubens maritum uidetur dare omnia bona ſua in dotem, quam authoritatem lex non recipit aliquo modo,ut inquit glo.in l.mulier bona.ff.de iure doti.eamque ſequitur Dec.conſilio 551.nu.11.& in auth.præterea in 3.not. C. unde uir.& uxor per illum tex.& Gozadi.conſi.33.nu.50.& iſtam opinionem contra Ariſtotelem refert eſſe communem Dec.in d.auth.præterea,nu.6.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hæreditarium ad quos tranſeat.*
2 *Quid ſit hæreditarium feudum.*

1 FEVDVM hæreditarium non tranſit niſi ad illos, ad quos tranſit hæreditas et feudum ipſum hæreditariũ,ſecundum Bar.in l.iuſiurandi §. liberi.ff.de oper. liberto. Bald. in c.1.§.decedenti,qui feud.da. poſſ.Moder. in l.quicquid aſtringendæ,et in l.ita ſtipulatus.§ Griſogonus.ff.de uer.obl.et per Alex.conſ.10.ponderatis uol.3. ubi aſſerit iſtam eſſe cõem opinionem,et conſ.19.ſuper eo.col.ſi.et conſ.28.in cauſa,et lite, col.pen. uol.5.cum aliis congeſtis per Afflict.deciſio.140.19.et per Dec.cõſi.295.in cauſa Magnifici, et per Crauet. conſi.197.numer.5.et Pariſi.conſi.4. nume.28. uolu.1 .ubi etiam ait iſtam eſſe communem,et conſi.1.numer.6.eod.uolumi.

unde

unde ſciendum eſt hic ad præmiſſorum intelligentiam, nec ab re putamus quale dicatur feudum iſtud hæreditarium, feuda igitur hæreditaria conſtat illa eſſe, quum ex tenore inueſtiturarum fuerint conceſſa, & acquiſita pro hæredibus, & ſucceſſorib. et cætera, ſecũdum And. de Iſer. in c. 1. in princ. & §. hoc quoq; de ſucceſsio. feudo. & in c. 1. de eo qui hæres ſuus, & per Alex. conſi. 10. ponderatis, col. 4. uol. 3. & conſ. 55. perſpectis, col. 2. eo. uol. & nonnullos alios, quos congerit Pariſ. conſi. 4. nu. 27. uol. 1. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & conſ. 2. nu. 17. eod. lib.

SVMMARIVM.

1 *Bona non præſumitur feudalia uel emphyteutica, ſed libera.*

2 *Præſumptio pro aliquo transfert onus probandi contrarium in aduerſantem.*

1 Fevdalis res, uel emphyteotica in dubio non præſumitur modo aliquo, ſed allodialis, et libera, quia omne prædium à qualibet ſeruitute liberum cenſetur. l. altius. C. de ſerui. & ita tenet Alex. conſ. 129. ponderatis his, uol. 1. et conſi. 55. proſpectis his, col. 10. uol. 4. ubi patet ex congeſtis per eum iſtam eſſe cõem opinionem, et ita aſſeuerat Curt. Iuni. conſ. 184. nu. 1. idemq; firmat Bellonus conſi. 10. nu. 9. ubi ſubdit, quod omnes Doct. legẽdo, & conſulendo cõiter ſequuntur iſtam opinionem, idem quoq; firmat Deci. conſi. 468. ſuperiori anno. colu. 2. et conſ. 498. uiſo caſo col. 1. ubi ait feudum non præſumi, niſi probetur, & allegant concordan. & conſi. 588. uiſo puncto col. 2. et conſi. 424. proponitur colu. 2. et Paul. Caſtren. conſi. 179. in cauſa uolu. 1. nouiſsimorum, et ſic
2 ex iſtis concludendum eſt quòd huiuſmodi præſumptio transfert in aduerſariam partem probandi onus, ut bona feudalia, et non allodialia ſint, ut tradit in terminis Cur. Seni. eleganter conſ. 75. col. 2. et ita conſuluit Bellonus in præcitato conſi. 10. per totum.

Feudum in dubio præſumitur antiquum, non autem nouum c. 1. § 1. de ſucceſsio. fratrum, ſeu grad. ſucceſſ. ubi Bal. hoc firmat, & eſt tex. in c. 1. ubi Aluaro. poſt alios ſi de feudo fuerit controuer. inter domi. et agna. et dicit ibi Iaco. de Belui. & Nicol. de Neap. quod benignior eſt præſumptio, quod ex quo apparet fuiſſe feudum, cenſetur potius quod antiquum ſit, quàm nouum, ut agnati ſuccederent, qui alias excluderentur, ut ibi per eos. Ex quo igitur infertur quod ſi prælatus aliquẽ in feudo inueſtiat, & antiquum eſſe aſſerat, eo caſu quippe ſtabitur huiuſmodi cõfeſsioni, et inueſtitura ipſa ualebit, licet ſi nouũ eſſet non ualeret aliquo pacto, et eſt ratio, quoniam ſtatur confeſsioni prælati in eccleſiæ præiudicium, præſertimq; quando cũ illa confeſsione præſumptio iuris concurreret. c. ſi diligenti, ubi Abb. in 3. nota. infrà de præſcri. et c. 2. infrà de capellis Monachorum, et ita reſidẽt ibi Mod. cõiter omnes, in contrariam uero ſententiam inclinauit Bal. in proœmio feudo. in 3. diuiſio. quia non ſtatur ſimplici contrahentium adſertioni, ut actus per talem confeſsionem licitus fieret, et qui alias eſſet illicitus. l. ſi forte, ubi Bart. ff. de caſtren. pecu. et l. ſi donatione. C. de collatio. et hoc Bal. dictum ſequitur Mart. Lauden. in c. 1. col. 7. qui feud. date poſsit, Imola in c. 2. infra de feu. Alex. conſi. 10. uol. 3. et Afflict. in commentarijs conſtitutionum Neap. in tit. de ſucceſſ. mobilium, num. 60. rubr. 26. dicens ibi quod in dubio feudum præſumitur nouum, niſi ſint indicia quod maternum ſit, et quod indicium bonum erit ſi probaretur antiquitas tẽporis, item ſi probaretur quod feudi pars eſt antiqua, tunc enim ratione partis præſumitur idem de toto, et mouetur dicta Bald. authoritate, et iſta opinio uerior apparet, ut per Doct. præcitatos, quæ procedit etiam ſi prælatus cum capitulo iurasſet, ſecundum Iaſ. poſt alios in proœmio feudo. in 7. car. et iſtam opinio. ultimam Bal. ſequitur, et tuetur Alciat. in tract. de præſump. in 3. regu. præſumpt. 28.

Feudum nouum, quando conceditur iure antiqui feudi, non adſumit naturam, et qualitatem feudi antiqui, ſecundum Oldr. conſi. 178. quidam nobilis circa ſi. ubi ſupplet quod iſta uerba iure antiqui feudi facti ueritatem non immutant per l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. et l. ſi donatione. C. de collatio. et iſtam opinionem Oldr. ſequitur Iaſ. conſ. 57. col. 5. lib. 1. et conſi. 152. col. 1. et ſeq. et cõſ. 260. col. 6. lib. 2. contrarium uero quod imò per talia uerba feudum nouum adſumat naturam antiqui feudi, tenet Bal. in c. 1. in princ. de aliena. feudi patet in c. 1. an agna. uel filius in uſibus feudorum, quem ſequitur Alex. conſ. 30. col. 3. uol. 1. quod eſt repetitum conſi. 2. uol. 5. tradit idem Alex. conſi. 55. col. 8. uol. 4. et iſtam ſententiam aſſerit eſſe cõem Deci. conſi. 194. col. 2. ſequitur idem Deci. conſi. 185. col. 5. Iaſ. etiam ſibi contrarius reuocando ſententiam in melius conſ. 1. colu. 2. lib. 3. et conſi. 136. col. 4. et ſeq. lib. 4. Curt. Iunior in tracta. feudorum in 1. par. q. 8. primæ par. nu. 8. eandemq; opinionem atteſtatur eſſe communem, et ſequitur Crotus in l. ſi is qui pro emptore col. 23. ff. de uſucapi. et in l. reconuincti, colu. antepen. ff. de lega. 3. Ripa in l. 1. col. 2. ff. de lega. 1. Areti. conſi. pen. et Aleiat. in tracta. de præſumpt. in 3. regu. præſump. 27. nu. 4. et iſtam communem late limitant, et declarant Moder. in d. l. reconuincti, et præcitati Doct. in multis caſibus.

Feudo priuare nõ poteſt uaſallum princeps ſine cauſa, et abſq; eius culpa. c. 1. de feudo ſine culpa non amit. c. 1. de nat. feud. et notat, et tenet Bal. conſi. 326. Rex Romanorum col. 2. prope ſi. et conſi. 345. ad euidentiã col. 2. uol. 5. et conſ. 182. col. 2. lib. 2. Paul. caſtren. conſ. 229. col. 2. lib. 2. et conſi. 46. lib. 2. Abb. conſi. 3. colu. pen. lib. 2. Soci. conſi. 38. col. 2. uol. 4. Deci. conſi. 410. colu. 3. et conſ. 445. col. 11. et conſ. 544. col. 2. Alex. conſ. 203. col. 3. lib. 6. Iaſ. conſi. 177. col. 2. et conſi. 227. col. 5. et conſi. 233. col. 4. lib. 2. et conſ. 86. col. 3. lib. 3. et in l. pecuniam col. 6. ff. de conditio. ob cauſam. Curt. Iuni. in tract. feudorum in 2. par. q. 12. et conſi. 1. col. 10. Gozadi. conſ. 9. et conſi. 27. colu. 6. et illa concluſio uidetur cõis, quod Vaſallus non poſsit priuari feudo abſq; cauſa etiam de plenitudine poteſtatis, et ratio eſt, quia feudum dicitur contractus innominatus. c. forma. 22. q. 5. Abb. et Doct. in c. quæ in eccleſiarum col. ſi. de conſtit. et ſic princeps ſubijcitur contractibus. c. 1. ubi latè Moder. de probat. ſed tamen contrarium aſſeruit præcipitanter Socin. ſibi contrarius conſi. 87. col. 7. lib. 3. Deci. conſi. 390. col. 6. Iaſ. conſ. 236. col. 2. lib. 2. et conſi. 107. col. 2. lib. 4. ſimiliter Gozadi. conſi. 8. in ſi. et conſi. 92. col. ſi. tamen difficile eſſet in actu practico obtinere contra iſtam communem, quæ uidetur ueriſsima, et poſſet infinitis rationibus et authoritatibus fulciri, quæ omittuntur breuitati ſtudendo, et ita ſubtiliter ediſſerebat D. Raynaldus Rodulphus Peruſinus Legum interpres Peruſij et Piſis, doctrina et integritate ſingulariſsimus, dum eum publicè audiebam.

Vaſallus regulariter non poteſt de feudo teſtari, ut in c. 1. in ſucceſſ. feud. et in c. 1 § donare. qualiter olim feu. pote. alie. et per Soci. conſ. 19. ad ſi. col. 3. lib. 1. tñ hoc interpretatur non procedere in feudo hæreditario, nã ubicunque feudum eſſet hæreditarium pater abſque dubio in teſtamento poſſet prælegare uni filiorum, cum in tali feudo, quis ſuccedere non poſsit, niſi ſit hæres, ſecundũ Bart. in l. inſinuandi. §. ſi liberi ff. de operis liber. Bald. in c. 1. §. decedẽti qui feuda poſ. Moder. i l. quicquid aſtringendæ, & in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de uerb. oblig. et per Alex. conſ. 10. ponderatis uol. 3. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, et conſi. 19. ſuper eo. col. ſi. et conſi. 28. col. pen. lib. 5. et hoc factum teſtato-

ris impugnari nõ poteſt, nec debet l.cum à matre.C. de rei uendi.& per Alexan.conſi.124.quod citãt Moder.in tracta.de feudis fol.282.& ponit Præpoſitus in c.imperialem in princ.col.7.de prohibi.feu.aliena.

Furioſus occidens aliquem non punitur, nec tenetur de homicidio, cùm eum fati infelicitas excuſat.l. diuus. ff.de off.præſi. & tradunt oẽs Docto. in l.ex facto.ff. de uulga.& pupi.ſubſti.& in l.furioſum. C. qui teſta.face. poſſ.ampliatur hoc in tantũ procedere,ut furor ſuperueniens excuſet furioſum ipſum à pœna corporali delicti anteà commiſsi,priuſquàm efficeretur furioſus, non autem a pœna confiſcationis bonorũ, ſecundum Bal.in l. humanitatis col.12.C.de impub.& alijs ſubſtit. & in c. 2.de eo qui fratrem ſuum occidit.ubi Alua. & Imola in c.Raynutius de teſta.& notat idem Bal. & Doct.in d.l. furioſum in fi.& iſta eſt cõmunis opinio,ut per Iaſ.poſt Alex.in d.l.ex facto col.10. Bal.in c.ex literis de reſcri. Ripam in repeti.l.fi.nu.229.C.de inoffi. teſta. & in d.l. ex facto nu.30.Carerium in practi.crimi.in tract.de homicidio in §.6.fol.101.nu.14.& Marcum Anto.Blancũ in pract.crimi.in c.incip.imbecillitate,num.11.& ratio iſtius communis uidetur iſta,ſecundum Doct. prælle-gatos,quia non poteſt formari proceſſus contra furioſum. In contrariam uero ſententiam inclinauit Petrus Duennas in tract.ſuarum regu.in regu.ætas,ſeu fragilitas in 3.amplia.per pulcherrima fundamenta,licet ibidem ſuadeat non eſſe recedendum in conſulendo, & in actu practico à prædicta opinione Bal. cum ſit communis, amplia hoc etiam procedere ſi ante furorem fuerit condemnatus,ſecundum Docto citatos,& aliot quàmplures congeſtos per Carerium in d.§.6. num. 15. ſed ſi conſtaret de ſimulatione, bene poterit condemnari, & puniri,ut per Bal.in d.l.furioſum,unde cauti peritique iudices mirabili quodam artificio detegunt malitiam malefactorum fingentim ante cõdemnationem, & poſt, ſe eſſe furioſos,qualiter autem probetur ipſe furor? uide Barba.in cap.cùm dilectus de ſucce.ab inteſta.col.2. Iaſ.in d.l.furioſum colu.1. Carerium late in loco ſupra citato numero 16.& Marcum Anton. Blan. in d.c.imbecillitate num.12.& ſeq.quia quis non præſumitur furioſus,ſecundum Bald.per illum tex.in fi.C.de hæredi. inſtitu.ideo allegantl incumbit onus probandi, ut per Bal.in l.nec ſi codicillos.C.de codici.& Cardi.in clem. 1.de homic.in 6.q.2.& an probetur ipſe furor per teſtẽ non reddentem rationem dicti ſui?uide Bal.declarantẽ in l.ſolam.C.de teſti.Pau.de Caſt.in d.l.furioſum, Carerium in d.loco num.16.& Marcum Ant. Blan.in præallegata practica crimi.num.13. & iſtam concluſionem ita ampliatam limitat in quinque caſibus, Carerius in d.§.6 nu.13.cum 2.& alijs ſeq. hiſque accedit unum notatu dignum, q̃ ſi quis dum eſſet ſanæ mentis commiſiſſet peccatum mortale,& poſtea efficeretur furioſus, & moreretur in furore uidetur mori in peccato mortali,ſecundum Bar.in l.nunquam.§.ſi ni.ff.de uſucapio.per illum tex.quòd dictum Bart.refert pro ſingulari Iaſ. in l. patre furioſo,nu.41.ff.de his,qui ſunt ſui, uel ali.iuris.

S V M M A R I V M.

1 *Quid publico carcere aufugit, habetur pro confeſſo, & conuicto.*

2 *Ita, ut hoc caſu iudex perinde contra eum etiam abſentem ſententiam ferre poſsit, ac ſi fuiſſet uerè confeſſus.*

3 *Quod tamen in eo,qui ex permiſsione cuſtodis aufugit, locum non habet.*

4 *Nec qui ex priuato carcere fugam arripuit.*

5 *Quis dicatur carcer publicus, & quis priuatus.*

1 Fugiens à carcere publico habetur pro confeſſo, &
conuicto tex.eſt ad literam in l.eos.ff.de cuſto.reorum,
ſecundum Doct.magis communiter ibi,& iſtam cõmu-
nem ſequuntur,& allegant Moder.in l.admonẽdi.ff. de
2 iureiur. & Boeri. deciſio.215. nume.9. unde iudex iſto
caſu poſſet ferre ſententiam contra fugiẽtem, ac ſi fuiſ-
ſet uerè confeſſus in iudicio,etiam quòd ſit abſens,ſecũ-
dum glo. & Bar.in d.l.eos, ut ſequatur confeſsionis effe-
ctus,& eſt tex.in l.ſi apparitor.C.de coart.lib.12.et iſte
eſt caſus exceptus contra iuris communis regulam, ut
abſens pro crimine dãnari poſsit.l.abſentem.ff. de pœ-
nis,interpretatur primo iſta communis non procedere,
3 quando quis aufugit de cuſtodis licentia, quia iſto caſu
tenebitur cuſtos,& non ipſe fugiens ſecundum Guil.de
Cun.in l.quoties.C. de exact. tributo. lib.10.Bald.in l.
commentarienſem eod.tit. et facit tex.in l.conſiliarius.
C.de aſſeſſo.coarctatur ſecundo præcedens communis,
4 ut duntaxat locum habeat in eo,qui aufugit ex publicis
carceribus: non autem in eo,qui ex priuatis carceribus
aufugeret ſecundum glo. Guil. de Cun.Bal.& omnes in
l.ſuccurritur.ff.ex qui.cauſis maio.Iaſ. & Moder. in d.l.
admonendi ſuper glo.in uer. fuga, et iſta eſt communis
opinio teſte Boerio in præcitata deciſio.215.num.13.et
5 ſcias quòd publici carceres nõ ſolum dicuntur illi, quã
foris clauibus aperiuntur, & habent perpetuos cuſto-
des, uerum ẽt dici poſſunt carceres publici aliqua alia
Camera in palatio poteſtatis, imò totum palatium, qñ
Prætor, uel iudex ſtatueret alicui locum pro carcere,
quia carcer publicus dicitur locus ordinatione,et decre-
to iudicis deputatus, in quo cuſtodiatur perſona, ſicut
eſſet palatium poteſtatis,Alex.uel alia domus, ut notãt
Doct.in d.l.1.ff.de cuſto.reor.ideo ſi tyrannus, uel ali-
qua priuata perſona caperet aliquem et uiolenter deti-
neret in aliqua arce,hoc caſu dicuntur carceres priuati
qui deſtinati ſunt per hominẽ nullam habentem iuriſdi-
ctionem ſuper homine capto,ſecundũ Bal. in d.l.ſuccur
ritur,Bar.et Doct.in l.2.ff.de priua.carce.interpretatur.
3.non procedere in muliere aufugiente de carceribus
cauſa euitandæ libidinis, tunc per huiuſmodi fugam nõ
habetur pro confeſſa,ſecundum Bald.in l.1.col.3.C.de
ædil.edi.aliæ uero interpretationes in ſeq. concluſione,
ad iſtam communem latius ponentur.

S V M M A R I V M.

1 *Fuga obiecta alicui,ob delictum, plenè probat illud.*

2 *In delictis,ubi plena requiritur probatio, fuga ne ſemiplenam quidem fidem facit, ſed qualemcunque præſumptionem uel ſuſpitionem.*

3 *Hæc fuga de cõſuetudine indiciũ parit ad torturam, quod procedit,etiam ſi quis ſit in principio fugæ.*

4.5 *Ex fuga quoq; ſocij in delicto, qui in carcere detinetur,oritur indiciũ ad torturam,quod tamen intelligendum eſt,ſi alia multa concurrant indicia.*

6 *Ex fuga ante inquiſitionem uel accuſationem nulla inducitur præſumptio uel indicium.*

7 *Vt tamen intelligatur, ſi fugiendi eſſet iuſtus timor.*

8 *Fuga quidem licet pariat indicium, tamen illud purgari poteſt per reuerſionem.*

9 *Quomodo probetur,eum qui aufugit, habere animũ redeundi.*

10 *In quo ſpectatur,breuis an diuturna ſit abſentia.*

11 *Statuto puniente fugientes à carcerib. non comprehẽduntur hi,qui ab eo diſceſſerint animo reuertendi.*

12 *Quod quidem procedit, ſi breuis fuerit abſentia, ſecus ſi diutius fuerit abſens.*

13 *Fuga non nocet ei,qui ex aliqua probabili cauſa fu-*

gita

gita à carcere, ut quia uel locus tutus non fuit, uel magiſtratus erat admodum crudelis.

14 *Nam ſtetur dicto fugientis, an fuga iuſta cum cauſa facta ſit? & utrum ei iuramento, an uero ſine eo.*

15.16 *Iniuſtè accuſato, in uincula coniecto, uel iniquè detento fuga nihil obeſt, nec etiam tertio.*

17 *Idem iuris eſt & in eo, qui præſentiam fugit ſæuientis iudicis cui nō iuſtitia ſed crudelitas ē familiaris.*

18 *Ad hanc uerò rem docetur utiliſsima cautela.*

19 *Fuga, ut faciat indiciū, opus eſt, ut per duos teſtes, aut legitimè de ea cōſtet, ubi de fuga famuli multa ſubijcit.*

20.21 *Detentus in carceribus aufugiens habetur pro cōfeſſo. Vbi quærit an puniendus ſit pœna delicti, de quo fuit accuſatus.*

22.23.24.25. *Quid dicendum de eo, qui nō arcto carcere, ſed in cubiculo, aut in domo ampla detinebatur, & quid ſi à carcere fugerit ob neceſsitatē, ut quia comburebatur carcer, uel quid ſimile, & quid aūt, ſi per portam aufugerit, quid item ſi effractis oſtijs aut muris receſſerit à carcere.*

26 *An magiſtratum gerens, ſi fugiat ab eo, teneatur crimine leſæ maieſtatis.*

1 QVAERIT Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. de fuga,
utrum per illam fiat plena probatio ponit tres concluſiones, prima eſt concluſio ꝙ ſi fuga opponitur alicui, ut
delictum, tunc probat delictum, et facit plenam probationem. l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædili. edict. l. deſertorē,
et l. qui cum uno. §. qui poſt deſertionem. ff. de re milit.
et l. 1. et 2. C. de deſerto. et ita notat, et concludit in d. l.
admonendi, et in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. glo. et in
c. fi. de ſucceſsio. ab inteſt. et in cap. fi. de iureiuran. et ibi
Docto. et Oldra. quem ſequitur Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de præſumpt. §. præſumpta, uer. uiolenta, et iſtā
opinionem ſequitur etiam Ripa in d. l. admonendi, numero 165. et Iaſ. in repetitio. nume. 166. et Bart. in l. 1. ff.
de bonis eorum, ſecunda concluſio clara eſt, et communiter approbatur. tertia eſt concluſio Bar. ꝙ quando ſumus in delictis, in quibus requiruntur plenæ, et ordina-
2 riæ probationes, ut l. ſciant cuncti. C. de probatio. c. in
litteris de teſti. & c. licet clamor eod. titu. tunc per fugam non fit plena probatio, ſed nec ſemiplena, ſed qualiſqualis præſumptio, ſiue ſuſpicio, ut l. Cornelia. ff. ad
ſylla. et l. 1. C. de rapt. uirgi. et ibi Cyn. Bald. et Saly. hoc
idem tenent, et Bar. in l. fi. ff. de quæſtio. et iſtam opinionem aiceſſe communem Curt. Seni. in l. admonendi, nu
3 mero 155. et Moder. ibi, et hæc fuga de cōſuetudine indicium ad torturam facit, ut dicit Ial. in repet. d. l. admonendi, nu. 188. Curtius, et Ripa, nu. 168. Grammat. conſil. crimina. 32. num. 7. et conſi. 42. numero 8. et ſeq. ampliatur iſta communis ut uera ſit, etiam ſi quis moueat
unum pedem ad fugiendum, et ſic ſit in principio fugæ
d. l. quis ſit fugitiuus. §. 1. ubi glo. Bald. conſi. 220. lib. 3.
et ſecundum aliam impreſsionem conſi. 38. lib. 4. Soci.
Seni. conſi. 99. lib. 4. et Boeri. deciſ. 215. nu. 3. et 12. am-
4 pliatur ſecundo loco quoque ut faciat indicium ad torturam fuga ſocij in delicto illius, qui in carceribus retinetur, ſecundum Alex. conſi. 65. in fi. lib. 1, Grammati. conſi. 14. crimi. num. 4. et 17. ſeq. Boeri. in d. deciſio. 215.
numero 15. tenuit contrarium, ideo dicas ꝙ Alex. uult
5 ſentire extantibus multis alijs indicijs, et ita loquitur
Grammati. et ſic concordabuntur opiniones iſtæ, quia
et quæ non poſſunt ſingula, multa iuuant, teſte Ouidio,
licet alia indicia non ſint ad torturam ſufficientia, et
præmiſſa omnia ita declarata limitantur primo, ubi quis
6 aufugeret ante inquiſitionem, et accuſationem factam
de delicto, ex quo pœna ſanguinis ueniret imponenda,
quia tunc fuga nullam induceret præſumptionem, cùm
liceat unicuique per phas, & nephas redimere ſanguinē
ſuum, ita ſingulariter Bart. per text. ibi in l. 1. C. de his
qui mor. ſibi conſci. cuius dictum exclamat pro ſingulari, & ſequitur Roma. & Iaſ. in d. l. admonendi, nume. 69.
Mattheſ. notab. 146. idem Roma. in l. lege Cornelia ſuprà citata, Ang. in l. fi. C. de quæſtio. & in d. l. admonēdi,
Areti. in tract. de maleſi. in uer. fama publica, uerſ. an fama ſit ſufficiens indiciū, et Fely. in c. nullus ext. de præſumptio. & iſtam ſcribit eſſe cōem opinionem Boer. deciſio. 215. nu. 10. Marſi. ſingu. 125. Soci. in regu. 163. et
ſeq. et hoc eſt firmiter memoriæ cōmendandum ad amicorum defenſionem, ſecundum Curti. in d. l. admonendi. num. 155. & hoc intelligas generaliter, quoties adeſt
aliqua præſumptio propter timorem carcerum, non delicti, ſecundum Corne. conſi. 58. uol. 2. Boeri. in d. deciſio. 215. et quoties adeſt aliquis iuſtus timor Ripa, et
Iaſ. in d. l. admonendi, & his accedit congruenter ꝙ idē
uidetur obſeruari ſi ante libellum, & accuſationem, ſeu
inquiſitionem comminatam, licet nondum factam aufugiſſet, quia iuſtus fuiſſet timor fugiendi, et iuſte debuit timere comminationem, per tex. in l. miles. §. ſocer.
ff. de adulter. niſi alia indicia, ſeu ſuſpiciones laborarēt
contra fugientem argumento l. fin. C. qui numer. tuto.
ſe excuſan. ita expreſſe Roma. in d. l. lege Cornelia, & ſequitur Areti. in d. uerſ. fama publica uer. an fama ſit ſuf-
8 ficiens indicium, limitantur ſecundo prædicta, ut fuga
ipſa faciat indicium, ſed purgari poſsit per reuerſionē,
ſecundum Bal. in l. 1. C. de ſeruis fugi. Fely. in c. 2. nu. 7.
de fide inſtru. & ita ſe habet communis opinio, de qua
teſtatur Ripa in d. l. admonendi, nume. 65. Grammati.
conſi. crimi. ſuprà citato, & Boer. deciſio. 215. nu. 17. et
indicium hoc purgatur ſi fugiens intra annum redeat ſecundum Ripam in d. l. admonendi, nu. 65. ſed hoc uide-
9 tur falſum, ut conſtabit ex infra dicendis, et qualiter
hoc probetur quòd fugiens habeat animum reuertendi, dic quòd per teſtes, quia forſan ante quàm fugeret
declarauit animum ſuum coram teſtibus, quòd diſcedebat animo reuertendi, iuxta notata per Bar. in l. 1. §. ſi quis
ipſi prætori, ff. de oper. noui nuncia. ſi uero id per teſtes
probari non poteſt, conſideratur cōditio perſonæ an ſit
nobilis, honeſta, et legalis, uel potius uilis, et ſuſpecta, et
ſecundum illius conditionem iudicatur fuga. l. non oēs.
§. à barbaris. ff. de re milita. item attenditur an ſit diuturna, uel breuis abſentia, quia ſi cito reuerſus fuerit ſpō-
10 te ſua, præſumitur quòd aufugerit animo reuertendi,
prout reuerſus fuit, et quia etiam non intendit fugere,
qui aliquo momēto uult facere ſe abſentem. l. ſi quis ita
legauerit dum uxor mea. ff. de condi. & demon. et optimè declarat Bar. in l. aut facta. §. tempus col. 1. ff. de pœnis. Bal. in l. 1. col. 3. et ſeq. C. de ædi. actio. et in l. 1. C. de
ſeruis fugi. ubi ſubijcit quòd ſi ſtatutum puniat fugientes à carceribus non includit eos, qui exiuerunt animo
redeundi, idem etiam tenet Ioan. de Anan. conſi. 1. nu.
6. Marſi. conſi. 122. in princip. Bar. in l. in eos. ff. de cuſto.
reor. Fely. in c. nullus de præſumpt. Grammat. conſi. crimin. 57. ubi hoc limitat multis modis, Marſil. in ſua practi. crimi. in §. diligenter nu. 46. in rubr. C. de probationum. 261. & in l. 5. in princip. ff. de ſicarijs. Secus autem
12 ſi diutius ſteterit abſens, quia tunc præſumitur quòd animo fugiendi, & non reuertendi receſſerit. d. l. deſertorem. §. emanſor, & ibi glo. et Bart. qui hoc optime notant, et in d. l. quis ſit fugitiuus in princ. et tenet Bal. in l.
1. col. 5. C. de ſeru. fugit. & Curt. Seni. in d. l. admonendi
dicit hoc nunquam eſſe obliuioni tradendum, quia ſibi
in practica, et conſulendo ſæpe maximum honorem fe-
13 cit. Limitatur tertio ubi quis aufugeret ex aliqua cauſa
probabili, ſiue rationali ſic ſuadente puta ratione partialitatis, ſeu factionis exiſtentis in ciuitate, uel quia
locus nō erat ſibi ſecurus, uel quia officialis erat ualde

crudelis,uel ſimilibus ex cauſis,tunc fuga nullam cauſat ſuſpitionem, quia ex quo inculpatus de homicidio, ſeu delicto ibi ſecurè,ac tutè ſtare non poſsit, neque poteſt fuga ſibi imputari.c.accedens il primo,ex.de lit. non cō teſt.ita in terminis decidit Bal.in l.in bonæ fidei col.pe. C.de iureiu.allegans in clem.paſtoralis de ſent.ex re iu di.glo.& Io.Andr.in c.ſtatutum. §.1. de reſ.lib.6. & de
14 fuga iuſta cum cauſa facta ſtatur dicto fugientis cum iu ramento,ſecundum aliquos Doct.in d.l.admonendi, & ſecundum alios ſine inſo,ut per Marſi.ſing.115.& ꝙ ſtetur ſimplici dicto abſque iuramento teſtatur Boeri. deciſio.215.nu.9.& ſeq.& Grammati. conſi.crimi.42.nu. 18.Pariſ.conſi.163.nu.10.uel 20.lib.4. Quarto loco limitatur quoties eſſet quis illegitimè accuſatus, carceratus,uel iniuſtè retentus.l.non omnes.§. Ricardus. ff. de re milita.Aulus Gell.lib.2.c.17. Paris de puteo in trac. Syndi.in uerſ.carcerem, & Ripa in d.l.admonendi, ubi hoc,numero 172.ampliat per l.nihil.ff.de capt.ut ſi iniuſtè retinetur, nec poſsit aliter aufugere, poſsit occidere cuſtodes,ſed hoc interpretatur Boer.in d.deciſi.215. numero 32.habere locum,quando eſſet moriturus,nec
16 aliter poſſet euitare mortem. Quintò limitatur,ut nō habeat locum in præiudicium tertij,ut per Curti. Seni. & Ripam in d.l.admonendi,numero 164.& 174.& Io.
17 And.in c.ad audientiam,ext.de fide inſtru.Sextò fallit, ut non procedat, quando quis aufugit præſentiam ſæuientis iudicis,qui conſueuit eſſe multum crudelis cum ſubditis ſuis,in quo plus ſæuitiæ, quàm iuſtitiæ reperitur ineſſe,& in caſu iſto fuga non nocet, ſecūdum Paris de puteo in d.tract.Syndi.in uer.an iudex,Paul.Girlandum in tract.de relaxati. carcerat.in tit.de fuga carcera. nu.13.Boeri.latè in d.deciſio.215.nu.9. & ſeq.& Fely. in c.nullus,colu.7.ext.de p̄ſump. & iſte quippe dr̄ iuſtus timor,& fuga iſto caſu dicitur eſſe facta ex iuſta cauſa, ſecundum And.de Iſer.in conſtitu.regni,in c.grandis,& in c.pœna eorum,& Lucas de penna in l.ſi coloni.C.de agric.& cenſi.lib.12.ubi ait ꝙ ſi quis timet ſæuitiam impij iudicis in quo nulla eſt iuſtitia, ſed tota crudelitas, aufugeret ex curia,in qua tenebatur, aut cuſtodiebatur, detentus non debet haberi pro cōfeſſo,quia de malo iudice malū præſumendum eſt.l. ſi quis per impreſsionē. C.quod met.cau.l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re milita.pro quo facit & quod notat Bar.in l.1.§. ſi quis ipſi prætori.ff.de oper.noui nunci. ubi dicit ꝙ ille omninò, aut probabiliter timet pœnitentiam iudicis, dubitans, ne contra ipſum inuitum ſæuiat actus ille, qui fiendus erat coram iudice,ſufficit ſi fiat corā uicinis, & amicis, idem tenet Paris de puteo in d.c,an ſi iudex, qui demū oſtendit optimam cautelam officiali cuius fugam faceret præſumptionem contra ipſum, ut ubicunq; uideret officiales ſyndicatores ſibi inimicos, et ſibi ſuſpectos iter arripiat ad ſuperiorem,cum proteſtatione ꝙ nō intendit per illum receſſum arripere fugam, ut fugiat iuſtitiam,ſed accedere ad ſuperiorem, ut audiatur in cauſa ſua pro iuſtitia ſine ſuſpitione,ſi quidē qui arripit iter ad ſuperiorem,uidetur appellare, & acceſſus ille loco appellationis habetur,ſecundum Hoſti.in c.ut delictus de appellat.de quo Bal.dixit eſſe tex.in l,ſed ſi per prætorem.§.ſio.ff.ex qui,cau.maio. Sextò limitatur ſi con-
19 ſtat de fuga legitimè ſaltem per duos teſtes,uel legitimam probationem, aliter non poſſet facere indiciū ad torturam, ſecundum Brunum in tracta.de indicijs.q.5. numero 12. Septimò fallit, in famulo fugiente, in quo fuga facit plenam probationem,ſecundum gl in §.ſi uerò etiam in auth.de exhiben.reis,ubi Ang.hoc firmat,& Pau.Girlandus in d.tract.de relaxatio. carcerato.in tit. de pœna carcerato.& Boer.in d.deciſio.215.nu.29.ubi multos adducit Grammati.conſi.32.nu.6. Bar.in l cum probatio.ff.de probat.Marſil.ſing.497.ſæpiſsime,Blan. in l.ſin.nu.423.ff.de quæſtio. Marſil.in ſua practi.crimi. §.diligenter,nu.47. & 91.& Grammati.in conſi. crimi. 22.nume.6.& opinionem iſtam intellige,quando maximè concurrit ueriſimilitudo ex parte domini condolentis,& famuli fugientis,præſertimq; ante inquiſitionem, & poſt accuſationem, quia tunc facit indicium ad torturam,ut concludunt Doct.ſuperius citati,& iſta eſt communis opinio, ſecundum Curti. Senio. in d.l.admonēdi nume.171.quamuis ipſe ibi tenet contrarium, imò plus dic retenta communi opinione,quòd præſumitur famulus ſubtraxiſſe bona,quæ non reperiuntur extare in domo, quæ ante fugam aderant glo. eſt notab. ad hoc, ſecundum Ange. ibi in §. ſi uerò quidam etiam iurant in auth.de exhiben.reis,& Brun.in tract.de indicijs. q.3.in princ.Octauò limitatur, quando fugiens eſſet bonæ famæ,& conditionis,ut per Brunum in d.trac. de indicijs. q.3.numero 22. Pariſi.conſi.163.numero 19. & Cataldum in tracta.de indicijs,numero 73.uolum.76.in tho. 17.uel 14. Nonò fallit quòd licet fuga facit indicium non habet locum in incarcerato aufugiente, ſecundum Iaſ.in repeti.d.l.admonendi,numero 172. et Ripam numero 170. Paul.Girlandum in d.tract.de relaxatio. carcera.in titu.de fuga carcera.numero 13.et latè Boeri.in allegata deciſio. 215. numero 9.et ſic carceratus habē-
20 tur pro confeſſo, ſi aufugit per text. in l. in eos de cuſto reorum. ff. nam iſta fuga probat plenè, contra fugientem iſtum,ubi etiam ille tex.quærit,an ille fugiens puniatur pœna,qua pro illo crimine accuſatus ueniret puniendus,& uidetur quòd ſic,et per hunc tex.Doct.dicunt communiter quod fugientes ibi habentur pro confeſsis, tamen re uera nihil probat ille text. nam non loquitur de fugientibus,ſed de conſpirantibus,& tractantibus fugere,litera dum dicit ꝙ habentur pro confeſsis, & puniendi ſunt,non tamen aperit qua pœna. Nam illa
21 lex eſſet nimis rigoroſa,ut punirentur fugientes illa pœna delicti,quia non ſequutus fuit effectus, ideo dicas ꝙ puniuntur extraordinariè iudicis arbitrio,et ſic intelligas illum,et tex. ut iudex mittat illos in carceres ſecuriores,cum auſi fuerint frangere carceres, ſecundum Alberi.ibi,et Rayneri.de Forli.et Boeri.in d.deci.215.miratur de Iaſ.in d.l. admonendi ꝙ non poſuerit iſtum intellectum,probatur tamen concluſio.hæc per text.in l. 1 ff.de effract.ubi effractores carcerum habentur pro cōfeſsis,et puniuntur ultimo ſupplicio,ſed hoc limitatur, ut ibi per illum tex.et iſtam ait eſſe ueram,et cōem opinionem Boeri.in præcitata deciſio. 215.nu.9. et poſuimus late ſupra in præcedenti concluſione. Ampliatur
22 iſta nona limitatio communis etiam ſi quis non detinetur in arcto carcere,ſed in camera,uel palatio,ſeu in aliquo thalamo, nam tunc fuga facit plenam probationem,et hæc ampliatio pro ueriori firmatur à Boer.in allegata deciſ.215.et Pau.Girlan.in tracta.de relaxa.carcerat.in tit.de fuga carcera.num.12. et 16.ſublimitatur prædictā nona limitatio, quando aufugeret cauſa adimplendi uotum, argumento.l.illud.ff. de off. præſid.dum tamen redeat intra diem uel infra modicum tempus, et hoc pro ſingulari tenet Marſil.ſingu. 149. Sublimitatur ſecundo, ut non habeat locum quoties generaliter recedit a carcere cauſa religionis ſeruandæ,puta propter audiendam miſſam dummodo redeat,ſecūdum Bal. in l.1. C.de ſer.fugiti.Boe.in d.deciſ.215.nu.17.Sublimitatur
23 tertiò, quādo quis aufugeret de carcere propter neceſſitatem,puta, quia carcer comburebatur,uel propter ſuſpicionem iſtius timoris, argumento l. habitatores.§. ſin.ff.locat.item ſi propter aquam domus,uel carcer eſſet frangen.qui profectò tex. notandus eſt pro ſcholaribus conducentibus domus, nam propter peſtem poteſt relinqui,dum tamē tu reddas claues, uel denuncies domino,ut per Ripam in tract.de peſte,tit.de priui.contra cauſam peſtis,numero 22.et Boeri.in d.deciſio.215. numero 22. Quarto ſublimitatur hoc non procede-

ti

re, quando retentus in palatio aufugeret per portam. l. nemo carcerem in uerſi. aperta & libera; C. de exactio. trib. lib. 10. per quem tex. ita concludit Bal. in lectu. antiqua, Rom. Iaſ. & Rip. in d. l. admonendi, Brunus in tractā. de indicijs q. 3. nu. 12. Pau. Girlandus in d. trac. de relaxatio. carcerato. in tit. de fuga carcera. & Fely. in d. c. nullus. Secus autē ſi muros palatij tranſcenderet. l. fi. 15 ff. de rerum diuiſio. Nam fugientes fractis oſtijs, uel muris carcerū habentur ac ſi confeſſi fuiſſent crimen, pro quo fuiſſent carcerati. d. l. in eos, ubi Bart. & alij notant, & ſic hoc caſu fuga facit plenam probationem, adeo, φ punitur fugiens ac ſi commiſiſſet delictum. l. Commentarienſem. C. de custo. reorum, & ita notat Ioā. And. in Addi. Spec. in tit. de præſump. §. præſumptæ, uer. uiolenta. Aret. in tract. maleficiorum in uer. fama publica, uer. ſed quis fuerit poſitus in carcere, ſed tali ſublimationi obſtat iſta ratio, ſecundū aliquos Doct. in d. l. admonendi, quia palatium, ſeu camera largo modo carcer pōt appellari, nec dicitur in carcere clauſus, qui retinetur in palatio, hoc tamen in contrariū non obſtante teneo, ac ſequor iſtā ſublimitationē tanquam ueriſſimā, quā cōprobo hoc medio, quia conſtat φ carceratus dicitur omnis, qui non pōt de loco tute libereque recedere ad ſui libitum, ſecundum Ang. in l. 1. C. de priua. carceribus, Bal. in l. uni. col. 2. C. de confeſſis, & not. idē Ang. in l. qui in carcerem. ff. quod met. cauſ. Inno. & Docto. in c. nuper, ext. de ſenten. excommunica. ex quo fugiens de palatio fugit contra præceptum iudicis, ergo habetur pro conuicto, & confeſſo, ſed Doct. in d. l. admonendi conantur opiniones iſtas ad huiuſmodi conſonantiam, & concordiam reducere, φ detentus in palatio, uel ſub aliqua fida cuſtodia, proprie non dicitur carceratus, adeo φ ſi iudici prohibitū eſſet carceratio ſub pœna, non tenetur ad pœnam in ſyndicatu, licet aliquem ſic cuſtodiendum arreſtaſſet: nam proprie carceraſſe non diceretur, ita Bar per illum tex. ubi gl. in l. fi. C. de decurio. & ſtatio. lib. 12. quem ſequitur Areti. in tract. malefi. in d. uerſic. fama publica, uerſi. quotuplex ſit carceratio, improprie uero, & large carceratus eſt, ſed non puniendus eſt, ueluti confeſſus, tanquam probatum ſit delictum ex tali fuga, & ita procedit prima opinio. Secunda autem habebit locum, quando retentus in palatio aufugeret fractis oſtijs, & muris, ſecundum Rom. in d. l. admonendi et Doct. in d. l. eos, imò Rom. ibi hoc ampliat etiam procedere, ſi retentus fugam arriperet poſt accuſationē, et inquiſitionem, et hoc caſu habetur, ac ſi confeſſus fuiſſet crimen, pro quo fuiſſet carceratus, d. l. in eos. Decimo poſſet limitari, quando eſſet factum bannimentum, uel decretum φ quis non poſſet deferre talem rem per talē locum: nam ſi inueniatur aliquis ab officialibus, et iſte tentu ac perquiri, et aufugiat, erit puniendus illa pœna banni, ſecundum Bar. in l. 5. C. de cur. pub. et Angar. lib. 10. quia habetur pro confeſſo ille fugiens, et de hac materia uide latè per Boeri. in d. deciſ. 215. ubi ad ſaturitatem uide, uidelicet φ frangens carceres poſſit condemnari abſque citatione. Vndecimo limitatur in officiali, ſeu iudice fugiente ab officio ſuo, quia tenetur crimine læſæ maieſtatis. §. 1. in Auth. de adminiſt. et not. Rip. in d. l. admonendi, nec propter diſceſſum ſcelera committantur a ſubditis, quia tunc pœna eſt delictum, et ſic plone probat, ut per Bar. et Iaſ. in d. l. admonendi, et Marſil. ſing. 115. et iſta limitatio uidetur communis, ut per Doct. præcitatos, quod ampliatur etiam finito officio, dum tamen ſtet in ſyndicatu, ſecundum l. 1. C. ut omnes iudi. tam ciui. quam crimi. Alberi. aliter omnes in rubri. n. 2. ff. ad legem Iuli. maieſt. allegans l. 1. eo. tit. Sed tex. ille non probat, melius probat tex. in d. §. 1. in Authē. de adminiſt. tenet Gig. in tract. de crimi. læſę maieſtatis, lib. 1. c. 42. ubi allegat Alberi. in d. rubri. tamen errauit, non recordatus de doctri. in d. l. admonendi, quia iſti iudices non tenentur crimine læſæ maieſtatis, ut per Ripā in d. l. admonendi, et per tex. in d. §. 1. bene tamen uerum eſt, φ iſta fuga facit præſumptionem contra de obiectis in ſyndicatu, et ſic pondera d. §. ſed hoc in Auth. de col. et in l. 3 C. ut oēs iudices tam ciui. quam crim. ubi in his duobus allegatis habetur pœna ſtatuta iſtius fugæ, nec obſ. l. 2. ff. ad leg. Iul. maieſt. nam non loquitur in his terminis, concludo ergo non eſſe ueram opinionē Alberi. et Gig. cæterum defendi poſſet uno modo iſtorū ſententia, uidelicet, quando eſſemus in criminalibus, ut uidetur ſentire Ripa in d. l. admonendi, Saly. et Rom. dum allegant tex. in l. Conſiliarios. C. de aſſeſſ. Sed tex. ille non habet locum in hoc, cum loquatur in fugante officialē; merito teneo contrariam partem quod illa fuga officialis faciat ſemiplenam probationē, d. §. ſed hoc, & deferatur iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis, φ quidem limitatur in officiali reducto ad carceres, ſecundum Rom. et Iaſ. in d. l. admonendi, Fely. in c. nullus de præſump. et Brunum in trac. de iudicijs, q. 1. mouentur per §. neceſſitatem per eos citatum, id tamen Ripa in d. l. admonendi non admittit, et reſpondet ad d. §. neceſſitatem, niſi probatum fuerit per iuramentum partis, et ille tex. hoc modo intelligitur, ſecundum §. ſed hoc ſupra citato, quamuis fiat illi tex. aliqua uiolentia.

SVMMARIVM.

1 *Filius familias, etiam permittente patre, teſtari non poteſt.*

2 *Niſi pater ingrediatur monaſterium.*

3 *Aut filius concedente patre de bonis aduenticijs teſtetur ad piam cauſam.*

4. 5. *Quòd quidem ius in ſimili cauſa nuptæ filiæ non denegatur, quando manere in poteſtate patris dicitur.*

6 *Quamuis ex conſuetudine Neapolitana ſui iuris efficiatur.*

7 *Illud tamen conſtat, mortuo uiro filiam in patris redire poteſtatem.*

8 *Filius familias de bonis ſibi donatis a principe teſtari non prohibetur.*

9 *Valet etiam filij familias teſtamentum de peculio caſtrenſi aut quaſi caſtrenſi.*

10. 12. *Filio familias quamuis liceat conſentiente patre donare cauſa mortis, non tamē legare cōceſſum eſt.*

11 *Quæ ſit ratio, ut filius familias nolente patre teſtari quidem non poſſit: donare autem cauſa mortis eo conſentiente poſſit.*

13 *Poteſt etiam concedente patre filius familias inter uiuos diſponere de bonis, in quibus patris debetur uſusfructus.*

1 Filivs familias regulariter non poteſt teſtari, etiā patre nolente, ac permittente, l. qui in prāte. ff. de teſta. imò patris conſenſus non operatur, ut teſtamentum ualeat. l. teſtamenti eo. ti. et c. licet, de ſepolt. lib. 6. ubi latè per Alex. et alios in l. ſeniam. C. qui teſta. face. poſſ. Amplia hoc φ non ſolum Filiusfamilias non pōt teſtari de aduenticijs, quorum uſusfructus patri quæritur, ſed et de aduenticijs ad ipſum pleno iure ſpectantibus, ut habetur in l. fi. et in l. 3. ubi omnes Doct. communiter ponunt. C. qui teſta. face. poſſ. Calde. conſi. 10. in tit. de teſtam. Ioan. Monteferratus in repeti. l. frater a fratre in fi. et Crotus ibidem, n. 121. ff. de condi. indebi. et illa eſt magis communis opinio, prout ſcribunt Alex. Cornel. Iaſ. et Rimmal, in d. l. pen. in fi. C. qui teſta. face. poſſ. et ultra præcitatos Doc. idē tenet Rom conſi. 312. n. 3. Rubeus conſi. 93. n. 2. Ruynus conſi. 24. nu. 2. uol. 5. et Soc. Iun. cōſi. 77. n. 10. uol. 2. fallit primò illa cōcluſio quādo

pater ingrederetur monaſteriũ, tunc enim eius filij pro
pter talem ingreſſum efficiũtur ſui iuris, poſſuntq; teſta
mentum condere ſecundũ Bar. in l. patre furioſo, ff. de
his qui ſunt ſui, uel alie. iur. ubi hanc limitationem pro-
bat tribus rationibus, & in l. patri per illũ tex. ff. de adul
ter. circa fin. Iacobus uero Butri. & Bald. poſt gl. ibi in
Auth. excipitur. C. de bonis quæ liber. inclinauerunt in
contrariam ſententiam, ſed primam Bart. & ſequacium
aſſerit, eſſe communem Iaſ. in d. l. patre furioſo nu. 45.
Mod. in c. præſentia de proba. Alber. in Authē. ingreſſi.
nu. 13. C. de ſac. ſan. eccl. & Boeri. in deciſ. 151. nu. 2. &
3 ſeq. limitatur, ſecundo loco quando filiusfamilias pa-
tre conſentiente concederet teſtamentũ de peculio ad-
uentitio ad piã cauſam, eo caſu proculdubio ualet teſta
mentũ d. l. licet in fi. & tenet Ang. Bal. & Saly. in d. l. ſe-
nium, Rom. in Auth. ſimiliter in 13. priuilegio. C. ad l.
Falci. Federic. de Senis conſi. 298. & iſtã opinionē ſcri-
bit eſſe communē Crotus in d. l. frater a fratre, ubi re-
ſpondet omnibus fere fundamentis Fulgoſi. cæterorũ-
que Mod. contrariũ aſſeuerantiũ in d. l. ſeniũ, & hoc ēt
procedit in filia familias, quæ quidē licet nupta ſit & cõ
4 ducta ad uiri domũ, propterea prima poteſtas non fini-
tur, ſed remanet in ptãte patris l. ſi uxor. C. de conditio.
inſer. & non pōt de bonis maternis ſeu ſuper dote face-
re teſtamentũ, ut per gl. in l. ſi filiæ, ff. ſol. mat. & Alex. con
ſil. 17. uiſis uol. 5. niſi ad pias cauſas, & cum patris con-
5 ſenſu. d. c. licet. §. ſi & iſta eſt communis opinio, ut patet
ex allegatis per Alex. & alios in d. l. ſenium, & per Bar
ba. in rub. de teſta. fol. 15. ſed utique poſſet teſtari ipſa fi-
lia fam. ubicunq; eſſet emancipata ſecundum gl. & Do-
cto. communiter in d. l. ſi uxorem, & Fely. in c. ſuper eo.
6 il. 2. ext. de teſt. ſimiliterque filia ipſa maritata ſit ſui iu-
ris de conſuetudine Neapolitana, ut refert Gram. con-
ſil. ciuili. 63. n. 15. ubi hoc intelligit procedere quo ad de
bitum carnis, operaſq; obſequiales, in cæteris uero dicit
ꝙ remanet ſub prima ptãte, & latius hoc explicat conſi.
ciuili. 87. n. 4. cum alijs ſeq. & dato ꝑ huiuſmodi con-
ſuetudinem filiafami. nupta, & conducta ad domum ui-
ri non remaneat in patris ptãte, nihilominus ipſa filiafa
7 mi. mortuo marito iterum reuertitur in ptãtem patris,
ut tenet Spec. in tit. de tuto. §. quid ſi mulier, & Afflict.
in conſtit. Siciliæ exordiente proſequentes col. 15. &
ita ſeruatur ubique prout refert Boeri. in deciſ. 197. n. 4.
8 & Gram. deciſ. 54. n. 9. limitatur, ac declaratur tertio lo
co quando filius famil. teſtatetur de bonis ſibi donatis
per principem, de quibus quidē teſtari pōt, ut ſentiunt
omnes Doct. communiter in l. cum multa. C. de bonis
quæ lib. per illum tex. & Alex. in l. j. §. hoc autem. ff. ad
Treb. & iſtam eſſe communem ponit Crotus in repeti.
9 d. l. frater a fratre, nu. 115. ubi ait ꝙ contrarium eſt ne-
rius. interpretatur quarto, quando filiusfami. teſtatetur
de peculio caſtrenſi, uel quaſi caſtrenſi, tunc enim uale
bit teſtamentum l. ſi. C. de inoffi. teſta. ut per Corn. con-
ſil. 87. iura dubia col. 3. uol. 3. & Alex. conſi. 2. in conſul-
10 tatione uol. 6. quinto limitatur ꝙ licet filiusfamil. non
poſſit teſtari etiã patre conſentiente, pōt tamen donare
cauſa mortis patre permittente l. tam is, §. ſi. ff. de dona.
11 cauſa mor. Sed hic pulchrum eſt diſquirere de ratio
ne, quare filiusfami. de patris uoluntate teſtamentum fa
cere non poteſt, & nihilominus cauſa mortis donat pa-
tre permittente, reſpondeas breuiter ꝙ communis ra-
tio eſt, quæ originaliter fuit Accur. in §. 1. inſtit. qui. nõ
eſt permiſſum face. teſta. & d. l. tam is §. ſi. nam donatio
cauſa mortis, & ſi contractus, & ultimæ uoluntatis na-
turam redoleat, magis tamen accedit contractui, & de
huiuſmodi communi ratione teſtatur Coraſius in repe
ti. l. qui liberos. nu. 29. cum alijs ſeq. in 5. lectu. ff. de ritu
nupt. ubi contra rationem communem præcitatam aſſi
gnat aliam meliorem, & quatenus diximus, ꝙ filius de
12 patris conſenſu poteſt donare cauſa mortis, d. l. tam is.

§. 1. nota hic quod licet poſſit donare filius, tamen non
poſt legare, ut probatur in l. 2. ff. de legat. 1. a contrario
ſenſu iuncta l. qui in poteſtate, ff. de teſta. & inſti. qui. eſt
permi. face. teſta. in prin. & iſtam differentiam pariter
firmauit gl. in d. l. 2. ff. de leg. 1. cum qua cõmuniter alij
Doct. tranſeunt, ut refert Ruynus in prin. ibi, & gloſam
in d. l. ſenium, ubi Iaſ. num. 8. ſimiliter teſtatur iſtam eſſe
communem opinionem, idemq; tenet Alex. conſil. 53.
nu. 6. uol. 7. Domi. Peruſi. & alij in c. ſi pater, de teſta. in
6. ubi Gomeſius cõl. 1. dicit circa hoc non eſſe dubium,
ſicque omnes concludere alioſque refert eiuſdem ſen-
tentiæ Dilectus in tract. de arte teſtandi cautela 1. tit. 1.
col. 1. & ponit Guilie. Bened. in repeti. c. Raynutius, de
teſt. nu. 43. Solus Cumanus in d. l. tam is. §. j. et in d. l. qui
in poteſtate tenuit contrarium, uidelicet ꝙ nec etiam
donare cauſa mortis poſſit filius patre, quantumuis con
ſentiente per multas rationes, tamen concludebat ipſe
Cuma. non eſſe contra ſtimulum calcitrandum, et ſic
in communem ſententiam declinabat, quam ſequuntur
reſpondendo omnibus fundamentis Cuma. Soci. Iuni.
in l. 2. nu. 15. ff. de legat. 1. et celeberrimus iureconſultus
D. Guilielmus Pontanus præceptor meus, nu. 15. ſexto
loco limitatur ꝙ quamuis filiusfam. teſtari nequeat etiã
13 patre conſentiente, pōt tamen diſponere inter uiuos de
bonis, in quibus patri uſufructus non quæritur ſecundũ
communem opinionem omnium Doct. quam citat, et
late declarat Crauet. conſi. 84. nu. 9.

Filiusfamilias non poteſt ſtare in iudicio citra con-
ſenſum patris l. ſi. §. neceſſitate. C. de bonis quæ liber.
et l. 1. §. ſi. C. de bona. excep. ubi Bal. imò conſenſus re-
quiritur expreſſus, et ſpecialis, ideo non ſufficeret gene-
ralis in quibuſcunque cauſis. l. ſi qui mihi bona. §. iuſ-
ſum. ff. de acq. hære. ſed ubicunq. conſenſus patris eſt
præſtitus in cauſa principali durat etiam in cauſa execu
tionis, nec requiritur nouus conſenſus, ut per glo. in l. 3.
§. ſed utrum. ff. de minor. et hic aduertendum eſt conſen
ſum patris minime eſſe neceſſarium in cauſis ſumma-
rijs, ut per Bal. in praecitato §. ſed utrum, motũ autho-
ritate gl. in l. 1. C. qui admitti. tamen communis ſenten
tia omnium Doct. uidetur in contrarium illic et alibi, ut
atteſtantur Mod. in l. qui liberos. ff. de ritu nupt. et Bal.
parum ſibi cõſtans reuocauit iudiciũ in melius in l. nec
quicquam. §. de plan. ff. de offi. procon. uidelicet ꝙ con-
ſenſus patris ſemper, non tamen in cauſis plenarijs, ſed
etiam in ſummarijs, et executiuis interuenire debet, et
hæc omnia habent locum ſimiliter in emancipato, uel
late deduximus ſupra in uerſi. emancipationis in fin. et
quamuis ipſe filiusfam. agere, nec conueniri poſſit in
iudicio abſque patris conſenſu ſecundum Bal. in d. §. ſi.
fallit tamen hoc, quando interuenit, ut procurator. c.
qui generaliter, §. 1. de procur. in 6. et circa iſtam mate
riam aliquid tetigimus in d. uer. emancipationis.

Filij nati ex legitimo matrimonio, ſuccedunt de iu-
re in feudis, c. 1. §. naturales, in uſibus feudorum, in tit. ſi
fuerit controuerſia inter domi. et agna. Ampliatur hoc
procedere ēt in legitimatis per conſequens matrimo-
niũ, qui quidē legitimati admittuntur ad feudi ſucceſſio
nē, ut notant oēs Canoniſtæ communiter in c. lator. qui
filij ſint legiti. quam communē ſequuntur, et citant An-
to. de But. Cardina. et Moder. ibi, Alex. in l. ex facto, §. ſi
quis rogatus, num. 18. ff. ad Treb. Ripa in repeti. l. ſi un-
quam, n. 86. cum alijs ſeq. C. de reuo. dona. Ioã. de Imo.
in l. ꝙ dicitur, ff. de uerb. ſig. poſt Hoſt. et Ioan. And. in
d. l. c. lator. Hoc idem tenet Boeri. in deciſ. 240. nu. 16.
cum duobus alijs ſeq. poſt alios congeſtos per Petrum
a Duenas in ſuis regulis in reg. in uer. filius naturalis le-
gitimatur per conſequens matrimonium, in 6. amplia-
tio. et Laurentium Syluanum conſi. 3. rub. 32. ubi iſtam
communem late ſuſtinet, ſequitur, et tuetur. 3. et ratio
huiuſmodi communis uidetur iſthæc, quoniam legitima

ti

ri perconſequens matrimonium, quantum ad effectum iuris dicuntur uerè & propriè nati. Imo iſti legitimati propriè agnati dicuntur legitimi,& naturales.ca.tanta, qui filij ſint legiti.& notat.Pau.de Caſt.in l.fi. C.de his qui uen.æta.& Abb.in d.c.tanta,ubi ait, quod ſtatutum loquens de legitimis,comprehendit legitimatū per cōſequens matrimonium,quia perinde reſetur,ac ſi matrimonium à principio contractū fuiſſet ante ortū filiorū, ut in d.c.tanta.& in §.dubitatū,in Auth.de inceſtis nuptijs,& ibi Iac.de bellsperti.Sed nota quòd Veneti nō admittunt iſtos legitimatos per conſequens matrimoniū ad eorū nobilitatem,licet illos admittāt, uti legitimos,ad bonorum ſucceſsiones,fideicommiſſa,& feuda, iuxta terminos d.c.tanta.Imò tales legitimati nō admittunt ad nobilitatem,nec ad eorū conſilia,ut dixit Fulg. conſi.61.ſtante ſtatuto col.2. Vnde dic ex prædictis, q̄ ſtatutū excludens fœminas propter maſculos, excludit etiam per legitimatum per cōſequens matrimoniū, ſecundum Anc.conſ.242.ex tenore,& Deci.conſi.155. diligenter,& pro tenui,ſimiliterque iſti filij per cōſequēs matrimonium legitimati ſuccedūt etiam in emphyteoſi eccleſiaſtica,ſecundū Alex.& Mod.in d.l.ex facto.§.ſi quis rogatus. Anch.conſi.241. nu.5. ſeu in d. conſi.242. Imo.in d.l.quod dicitur,n.10.ff.de uer.obl.& alios quā plurea relatos per Petrum à Duenas i præclara regula. filius naturalis legitimatur.nu.7.Ampliatur ſecundò lo co dicta concluſio habere etiam locum in filis emācipatis,qui quidem in feudis admittuntur,ſecundum Bal.in c.1.de ſucce.feud.in uſibus feudorum,col.3.cuius ſentē tiam ſupponit eſſe communem Marcus Mantua, in ſuis Apophtheg.apophteg.64. quia ſecundum ſcriben. inclinantes in iſtam communem hodie in ſucceſsionibus ab inteſtato uidetur ſublata differentia emancipationis & patriæ poteſtatis.§.ſi uerò,in auth.de hær. ab inteſtato ueni.

SVMMARIVM.

1 *Pater filiæ nuptæ illius conſenſu tenetur tradere dotē.*
2 *Filia poteſt neglecto patris conſenſu nubere.*
3 *Et idem ius conceſſum eſt filijs ſine conſenſu patris contrahendi matrimonium de iure pontificum.*
4 *Quod poſt uigeſimum quintum annum multò magis filiæ licet.*
5 *De iure uero ciuili filiæ non conceditur ſine patris conſenſu contrahere matrimonium, niſi uigeſimū quintum annum agat.*
6 *Statuto imponente pœnam caueri non poteſt, ne filij cōtrahant matrimonium, ſine conſenſu patris.*

1 PATER tenetur dare dotem filiæ iam nuptæ, de cuius conſenſu, ſecund.gl.communiter approbatam, in l.obligamur.§.leg.ff.de acti.& obl.quam ſequitur allegar,nō nihilq́; declarat Ripa in l.2 col.9.ff.ſol.matri.& in l.1. n.125.& ſeq.eo.tit.Bal.cōſ.456.recolo,uol.5.& Bru. in tract.de ſucceſ.ab inteſta.in 1.par.in 9.art.2.q.nu.56. Nec iſta cōis uidetur habere dubitationē,cū ita pater adſtringere tacitè uideatur,l.2.in prin.ff.ad municip. Sed
2 dubiū inſurgit,quando filia contraxerit matrimoniū abſque patris conſenſu,tunc huiuſmodi cōis redditur anceps,& dubia,& omnibus Doct.in utramq; partem agitata. Cæterum ut ueritas eluceſcat, filiæ licet ſpreto patris cōſenſu,ſecundū cōem ſententiam Doct.nubere,teſte Coraſio in rep.l.qui liberos.nu.99.C.de ritu nupt. in 2.lect.& hoc probatur in c.ſufficiat 27.q.2.& in gl.in c.
3 ſi.32.q.2.Iſta uerò communis procedit de iure Canonico,uidelicet ut filij poſsint matrimoniū contrahere ſine cōſenſu patris,ut dicit gl.in l.Paul.ff.de ſtatu hom.& in §.1.inſti.de nupti.in uer.ſecundum datū, & ibi An.Io.de platea,& Io.Fabri,& Iaſ.in add.ad Portiū per text.in c.ut qui matri.acc.non poſ.C.tanto magis habet locū
4 iſta concluſio, qn̄ filia nupſit poſt uigeſimum quintum annum,cùm eo caſu nihil ſit quod ei imputari poſsit,ſed potius patri, qui tātum diſtulit filiam in matrimonium collocare.§.ſi uerò uſque, auth. ut cùm de appellat.cognoſcitur,& iſtud,ut pateat rectè intuenti,procedit etiā
5 de iure Ciuili, uidelicet, ut filia non poſsit contrahere matrimonium abſque patris conſenſu, niſi ad uigeſimū quintum annum uſque peruenerit,auth.ſed ſi poſt.C.de inoff.teſt.Et quamuis iſte tex.loquatur in filia, idem dicendum eſt in filio,cui magis, atq; etiam magis ſanguis quàm filiæ feruet,& bullit,ut in d.§.1.inſtit. de nupt. & tenet Io.Fabri ibi per iſtam rationē,quia frigidior homo de mundo,calidior eſt calidiſsima muliere,ſecundū Naturales,& ita dicit Auicenna prima primi c.de ætatibus,ut refert Gabriel de Taragna in tex.& iſthæc cōcluſio declaratur,ac limitatur in quinq; caſibus per Coraſium in d.l.qui liberos, nu.99. cum alijs ſeq. in 2.lect. quos omitto breuitati ſtudendo. Amplia etiam dictam concluſionem q̄ in tantum procedat, q̄ ſi ſtet ſtatutum
6 imponens pœnam contrahenti matrimonium abſq; patris conſenſu non ualere, nec tenere, quia metu pœnæ matrimonij libertas impediretur, ut uoluit Io.Andr.in c.ſtatutū,il primo de hæreti.lib.6.cum alijs latè congeſtis per Ruynū conſi.144. nu.20.lib.5. ubi aſſeuerat iſtā eſſe cōem opinionem,& Curt.ſenior conſi.27.nu.3. & Deci.in c.Eccleſia S.Mariæ,de conſtitu.nu.128. & ſeq. Et ita eleganter, ac doctè declarabat iſtam materiam D.Raynaldus Rodulphus Peruſinus dum eum publicè audiebā Peruſij,à quo omnia illa,ſimul ac alia,quæ poſuimus,& ſcripſimus in præſenti tractatu didicimus. Interpretantur inſuper prædicta non habere locum, ubicunque filius,facto ſuo proprio,liberatus à prima poteſtate,repertatur, hoc caſu pater non perdit uſumfructū quem habere debet iure patriæ poteſtatis l.fi.C.de uſu fruct.& l.2.C.de bonis mater.Sin autem pater conſentiret matrimonio filij, & ſic ex patris facto eſſet patriæ poteſtatis nexu liberatus,tunc perderet totum uſumfructum ſine reſeruatione partis dimidiæ uſusfructus, prout reſeruat per l.cum oportet.§.cùm aūt,& §.hoc quoque.C.de bonis quæ liber.ut per Bar. in auth.ne eſt.C. eod.titu.à cuius ſententia nemo ex Doct. diſcedit,& ſic iſta opinio eſt communis,ut cōſtat ex allegatis per ſcriben.in ibi,& in multis conſi.

Filiæ relinquens in teſtamēto pater mille ſi nupſerit, & centum ſi ingrediatur monaſterium, quo caſu, inquā ſi ingrederetur religionē poſſet petere mille,ac ſi nupſiſſet,ut per Bar.in l.5.nu.1.ff.de his quæ pœnæ nomine, Matheſi.in ſing.58.ex ordināte nota,quòd ſi teſtator.& Marſyl.in rub.ff.de fideiuſſo.nu.157.& Auguſtinus Beroius in c.in præſentia,494.& ſeq.de probatio.& iſta eſt communis opinio teſte Ripa in l.1.nu.64.ff.ſolu.matri. Marſyli.in l.reg.1.nu.45.ff de rapt.uirg.& Deci. in dict. cap.in præſentia,nu.59 & conſi.684. In teſtamēto Bernardini,interpretatur iſta communis non procedere, quando teſtator expreſſe declarat filiā non poſſe conſequi dicta mille,niſi matrimonium contraxit,& ſi monaſterium ingreſſa fuerit,non poſſet petere, niſi centum. nam ſeruanda eſt uoluntas teſtatoris, quando de illa aperte conſtet.§.diſponat,in Auth.de nupt.& in conditionibus.ff.de cond.& demon.& quilibet rei ſuæ poteſt, quam uelit legem imponere l.quoties,C.de donat.quæ ſub modo,& quilibet eſt rei ſuæ moderator & arbiter. l ſed etſi lege.§.conſuluit.ff.de petitio. hære. nec æquū eſt,quòd monaſterium habeat bona teſtatoris inuiti. id eſt,illa mille,quę relicta ſunt,ſi uirgo nuberet,inuitus.n. nemo cogitur benefacere.conſ.c.de Iudæis 45. diſti. & iſta eſt uerior,& magis cōis opinio,ut ſcribit Dec.c.6.

419.uiſu

419.uiſo eleganti conſi.col.2.poſt relatos per eũ, & no
uiſsimè Beroius in d.c.in pſentia, nu. 494. & ſeq. Et in
hac opinione ſunt etiam quamplurimi Doct. quos re-
fert Iaſ.conſi.43.Ioan.col.5. lib.3.ubi audacter ſatetur,
quòd totus mundus ſequitur iſtam opinionem.
Priuilegium conceſſum alicui, ſimul ac omnibus ſuis
deſcendentibus,tam maſculis,quam fœminis, quo caſu
filiæ poſſunt gaudere huiuſmodi priuilegio ſi ſunt uirgi
nes,aut uiduæ,ſecus ſi eſſent maritatæ, quoniam mutat
ſtatum, & ſequuntur ſorum uiri,ut tradit Bat.in l.quo
tiens.C.de priuileg.ſchola.lib.12.& latè Iaſ.in l.1.n.18.
ff.de conſt.princ.Marſil.in rub.de fideiuſſo.num.313.&
in l.1.nu.200.C.de rapt.uirgi.& Ripa in lib.2.reſponſ-
ſorum ca.3.nu.2.& iſta eſt communis opinio teſte Hie-
ronymo Chucalon in add.ad Deci.in l.fœminæ.nu.91.
in litera L.ff.de reg.iuris,quamuis Dec.& male in c.no-
uit.nu.4.extr.de iudicis affirmauerit contrarium, quòd
mulier nupta retinet omnia priuilegia,ac omnes præro
gatiuas, ex quib. nõ diſtrahitur à ſeruitio mariti, & hoc
idem tenet Alex.in l.cum quadam,nu.14.ff.de iuriſdict.
om.iudi.

S V M M A R I V M.

1 *Patris teſtamentum non ualet filijs aut hæredibus non*
inſtitutis,aut non exhæredatis.
2 *De iure authenticorum filijs relinquenda eſt legitima*
iure inſtitutionis.
3 *Filio in re particulari inſtituto accreſcit tota hæredi-*
tas uniuerſali hærede non adeunte hæreditatem.
4 *Filius tamen eius conſenſu præteriri in teſtamento po-*
teſt à patre.

1 Filii ſunt neceſſariò à parentibus inſtituendi, uel
exhæredandi,ut ualeat teſtamentum,l.inter cætera.ff.de
2 liber.& poſthu.& de iure nouiſsimo Authenticorũ illi
parentes tenentur,ac debent honorabili titulo inſtitu-
tionis filijs legitimam relinquere.§.aliud quoq; capitu-
lum,in auth.ut cùm de appell.cognoſ.& hoc tenent gl.
& Areti.in §.iam autem,& in §.igitur,inſtitu. de inoffi.
teſt.ubi latè Modet.glo.& Doct.omnes communiter in
Auth.nouiſsima,prout ibi refert Iaſ.n.19. C. de inoffic.
teſta.in d.l.inter cætera col.pen.& in l.omnimodo.poſt
Pau.Caſtren.C.de inoffi.teſta. & ratio eſt iſta, quando
uiſum eſt iuris prudentibus inſtitutionis titulus honora
bilior,ſecundũ gl.in l.filium.§ ſed etſi portio. ff. de leg.
præſtan.& quamuis titulus quoque legati honorabilis
ſit,l.amiciſsimos.ff.de excuſ.tut.& ibi Nic.de Nea.N.hi
lominùs inſtitutio eſt etiam utilior. Nam filius inſtitu-
3 tus in re certa totã hæreditatem habebit,hærede uniuer
ſali non adeunte,ut notant Doctores in l.quoties. C.de
hæred.inſt.& latius dicemus infra.Et ſæpe euenit, quòd
teſtator ſobolem maſculinam non habẽs,agnatos hære
des inſtituat,& certam ſummam filiabus relinquat,ipſas
non inſtituendo in dicta quantitate,quam relinquit, &
ita teſtamentum tam iure Ciuili,quàm Canonico ſub-
uertatur ſecundum opinionem magis communem, quã
ſequi,declarat,& citat Iaſ.in d.Auth.nouiſsima, Anch.
Ant.& Mod.in c.Raynutius de teſta. ubi Barb. de hoc
latiſsimè diſputat: limitantur prædicta non procedere
4 ubicunque filius de conſenſu ipſius præteriretur in teſta
mento patris uel matris,tunc enim poſſunt præteriri ſe
cundum Doct. communiter in l. poſthumo, C. de bon.
poſſ.contra tab.de qua cõmuni atteſtantur Boeri.deciſi.
204.nu.40.& Iaſ.in d.l.poſth.nu.26.cum alijs ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Filius præter quatuordecim cauſas ingratitudinis enu*
me-
ratas in iure,etiam ex ſimili cauſa uel maiore
expreſsis,poteſt exhæredari.
2 *Vbi eadem aut maior eſt ratio,lex non extendi,ſed de*
clarari dicitur.
3 *Ratio,lex communis dicitur ad omnes caſus quos com*
prehendit.
4 *Vbi igitur eſt eadẽ ratio,nõ dicitur lex augeri nec addi*
nouus caſus. Sed ille caſus eiuſdẽ legis diſpoſitioni
contineri,cum hic nulla propriè dici poſsit extẽſio.

1 Filius ultra quatuordecim cauſas expreſſas.in §.il
lud,in auth.ut cùm de appellat.cogno. ex quibus uelut
ingratus exhæredari poteſt,ſi conſimilem grauitatẽ,uel
grauiorem cõmittat,licet ibidem non expreſſam poteſt
exhæredari,noluit hæc Guiliel.de Cun. & quàm pluri-
mi,quos refert,& communem opinionem dicit Iaſ. in
Auth.non licet,col.3.C.de liber.præter.& Ripa in rep.
l.fi.nu.137.C.de reuocand.donatio.ſequitur Alex.in l.ſi
id quod,col.3.ff.de iuriſdictio.omnium iudi.Gerard.in
ſing.1.in prin.Marſil.ſing.78.Fely.in c.paſtoralis,col.2.
de reſcr.Alex.conſi.203.ſuper Themate,colu.2.uolu.2.
Caſſa.in conſuetu.Burgun.in rub.7.§.2. uer. ſed quarto
pone Guiliel. Bened.in l. ex donatione. ff. de donatio.
Afflic.in c.1.§.ſed quia,nam quæ fuerit prima cauſa be
nefi.amitti & Ripa in d.l.fi.in q.41.col.2.& ratio iſtius
cõis uidetur iſthæc ultra aſsignatas p Doct.allegatas,
2 Quia ubi eſt eadem ratio,uel maior,non dicitur lex ex-
tendi,ſed enucleari,ſecundum Oldra. conſ.185. thema
tale eſt,in fi.& Calderi.conſ.1.in tit.ut lite penden. ubi
ait. Quòd ubi eſt eadem ratio,non dicitur quis exten-
dendo nouum caſum addere, ſed quòd in primo caſu in
ratione concludebatur ſecundum æquitatem detegere,
ſeu declarare:lex enim dicitur eſſe,quod in ratione cõ
ſiſtit.c.conſuetudo 1.diſtin.Ergo ubi habet locum legis
ratio,circa id prædicta dici debet lex: alibi ſcribit Cal
3 deri.cõſ.1.in tit.de regulari.Quòd ratio dicitur lex cõ
munis ad omnes caſus,ob id nõ inſpicitur diſpoſitio, an
iſ ea ſit idem caſus,uel non,ſed ratio duntaxat conſide-
ratur,alibi ſcribit Ioan. de ana. inter conſi. Paul. Ca-
ſtren.conſi.261.col.2.lib.2.quòd ubi eſt eadem ratio,&
4 omnimoda ſimilitudo,non dicitur lex extendi,ſed caſus
ille ſub eiuſdẽ legis diſpoſitione includi per gl.in c.1.de
tempo.ordi.lib.6.unde ſi quis ſubtiliter inſurgeret con-
tra iſtam rationem dicendi,quòd hic nõ ſit enucleatio,
ſed extenſio propriè.Ergo iſta ratio nõ concludit quia
aliud eſt extentio,aliud enucleatio:reſponde fundando
præallegatã cõem ſententiam meliori ratione, ꝗ in ca
ſu cõis opinionis,& in alijs ſimilibus,quamuis ſint pœ
nales,fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia ex identitate ra
tionis,ut notat Alex. in l. ſi quis id quod. nu.17.& ſeq.
Iaſ.in §.ſequẽs,col.7.in §.tripli.inſt.de acti.& in l.1.col.
pen.C.de tranſactio.in l.à Titio in 3.nota. ff.de uerbo.
obli.Dec.in c.translata in prin.de conſt.poſt Abb.ibi.
ubi Dec.allegat Roma.conſi.419.in 2.dubio,ubi Rom.
multa exempla adducit,idem tenet Deci.in c.ſecũdò re
quiris,col.fin.de appella.in c.1.col.13.de probatio.Et
patet quod in caſu dictæ cõis non ſolùm militat eadem
ratio,ſed maior,ergo à fortiori poteſt fieri extenſio, idẽ
uidemus in feudo, uidelicet,quòd uaſallus priuetur feu
do ex omni alia cauſa non expreſſa,quæ poſſet dici ſimi
lis,uel maior expreſsis,ſecundum Iaco de Leo.cõſ.117.
num.34.quod quidem conſi.reperitur inter. cõſ.feuda-
lia Alb.Brun.

Filius exhæredatus excluditur à ſucceſsione in feu-
dis hæreditarijs, quãdo mala mente fuit facta exhære-
datio,& cauſæ exhæredationis fuere iuſtæ,& expreſſæ,
ſcdm Iac.Ardizo.ĩ ſumma ſua de ſucceſsi.feu. ſub rub.
an filij ſucceſſe.in feud.& per Aod.de Yſer.in c.1.ĩ pri.
de ſucceſſ.feud.& per Odofre.in ſumma de ſucceſ.feud.

Patſium

Pariſium conſi.1.nu.7.uol.1.& per Ang.in Auth. de nupti.§.ſoluto, dicentem filium iuſtè exhæredatum non ſuccedere in feudo,& optimè facit,quòd uult Bart.in l.iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de oper.liberto.col.fi.cũ alijs cõgeſtis per Moder.in tract.feudorũ,fol.27.col.2.& 3.ubi aſſeuerant iſtam eſſe communem opinionem, quæ quippe probatur: nam licet uaſallus non poſsit de feudo teſtari,ut in c.1.in ſucceſ.feud.& in c.1.§.donare,qualiter olim feud.pote.alie.& per Soci.cõſ.19.adſit,col.3.li.1. Tamen quando feudum eſt hæreditarium,pater ſine dubio in teſtamento poteſt prælegare,uni filiorum, cùm in tali feudo,quia non poſsit ſuccedere,niſi ſit hæres.ſecũdum Ba.in d.§ ſi liberi.Bal.in c.1.§.decedenti qui feud.da.poſſ.Moder.in l.quicquid adſtringendæ,& in l.ita ſtipulatus.§.Gryſognnus.ff.de uerb.obli.& per Alex.cõſil.10.ponderatis,uol.3.ubi ſcribit iſtam eſſe communẽ ſententiã,& in conſ.19.ſuper eod.col.fi.& conſ.28.col.pe.lib.5.ideoque factũ teſtatoris impugnare nõ debet l.cùm à matre.C.de re uend.& per Alex.cõſ.124.quod quidem citant Moder.in d.tract.de feudis fol.28.col.3.& ponit Præpoſi.in c.imperialem in prin.col.7.de prohibi.feud.aliena.& his occurrit quòd non ſufficit exprimere cauſas in teſtamẽto per patrem,ſed neceſſe eſt eas probare, ut eſt text. iuncta glo. in uer. dicatur in l.1. in prin.ff. ſi quadru. pauper. feciſſe dicatur, & in c.dilecti. ubi oppoſita,& probata de excep. & eſt tex. ubi Alex. & alij in l.ſi prius.ff.de oper.noui nunciatio.& Pariſius conſ.1.uol.1.nu.136.onus enim probandi cauſas exhæredationis incumbit hæredi.§.ſi uerò igitur in uer. demõſtrauerit,in auth.ne rũ de appel.cognoſci.& ibi Bar. & Ang.& plenius per Bar.Are.& alios in l.1. ff.de teſt. fallitque quotieſcunque teſtator eo uiuente feciſſet examinare teſtes ſuper illis cauſis ad futuram rei memoriã, quod poteſt fieri,& ſic cauſæ ingratitudinis poſſunt probari uiuente patre,ſecundum Alex.conſ.104.ſuper Themate uol.2.cæterùm dicta examinatio debet fieri ritè & rectè exhæredato formiter citato,ut dicit Alexan.conſ.204.in fin.& Pariſi. in d.conſi.1.nu.137. & habetur per Canoniſt.in c.Albericus.& in c.ſignificauit de teſt.

Filia quæ peccauit in corpus ſuũ poteſt exhæredari per patrem,ut eſt tex.in l.ſi filiam.C.de inoffi.teſta.imò pater eidem poteſt denegare dotẽ,alimenta, & ſic à patre non eſt alimentanda,nec dotanda aliquo modo, ut uoluit Spec.in tit.qui filij ſunt legiti.uer.quid ſi filia, tamen hoc fallit ſi uiuente patre reſipuerit, uel ad bonos mores,honeſtamq; uitã cõuerſa ſit, pœnitentiã egerit, non põt per patrem exhæredari ſecundum Spec.in loco præcitato,Anto.in c.quintauallis,col.2.de iureiuran.& alios Doct.cõiter ibi, Bal.l.ſi filiam ſuperius citatam. Alex.in l.1.ff.ſolu.matri.& ibi Ripa col.15.uer.fallit in filia,& Camp.in tract.de dote.quæſt.15.in fi.ideoq; dixit Bal.in d.l.filiã,quòd ſi mulier turpiter uixit,& deinde ſe correxit, & ad honeſtam uitam reuerſa ſit, nõ debet reputari turpis perſona,quia ultima cõſuetudo inſpicienda eſt arg.l.mala.ff.de alimẽ.& ciba.lega.& Bal. ſequitur Alex.in locis ſuprà citatis,& Iaſ.qui dicit eſſe mirabile in auth.non licet.col.2.C.de liber.præter.& Ripa in repet.l.fi.num.223.& ſeq.C.de reuocan.donatio. qui aſſerit iſtam eſſe communem opinionem.

Filius furioſus poteſt exhęredari ex cauſa ingratitudinis commiſſæ contra patrem ante furorẽ: unde propter furorem ſuperuenientem non purgatur uitium ingratitudinis præcedens ſecundum Bart.et cõmuniter omnes in l.ex facto in prin.ff.de uulg.& pupil.ſubſti.quam quidem communẽ ſequitur,& citat Iaſ. in l. patre furioſo. n.42.ff.de his,qui ſunt ſui,uel alie.iu.& Ripa in fi.C.de reuocand.donat.nu.227.Sed propter reconciliationem dictæ cauſæ ingratitudinis poſſunt reuocari,atq; remitti,& huiuſmodi remiſsio,ac recõciliatio aufert omnem ingratitudinem,& cauſas exhæredationis,ut dicit Bar.ĩ leg.3.in fi.ff.de adim.leg.& latè Moder.Pap.ĩ l.de quæſtione col.5.C.de pactis,& in leg.in harenam,col.fi. C.de inoffi.teſt.& in leg.filio,quem pater.ff.de liber.& poſthu.ceſſat etiam præfata exhæredatio,quando nõ apparet ex teſtamento patris eſſe aditã hęreditatẽ,ut eſt tex. in l.filium quem pater.§.ſed cũ exhæredatio.ff.de bonorum poſſ.contra tabu.& in l.ſi quis Semproniũ cũ concordantibus.ff.de hæred. inſtituen.

Filij poſſunt repudiare patris hæreditatem retentis emphyteoticis bonis pro eis, præſertimq; quãdo pater ſibi,& filijs emphyteoſim ſtipulatus eſſet ſcd̃m Dy. quẽ refert,& ſequitur Bar.in l.item uidendum.§.fi.ff de petitio.hæred.idem uidemus ubicũque frater renunciaret fratri hæreditatem paternã,aut faceret quitantiã de omni eo quod poſſet petere,uel conſequi ex hæreditate paterna,ob hoc non impediretur petere partẽ feudi, aut partem poſſeſsionum emphyteoticarũ,quia cenſetur hęreditaria: nec profectò debentur iure hæreditario, nec tanquàm ex hæreditate paterna, ſed uigore contractus, ut per Bar.in d.l.item uidendũ.§.fi.quod etiam procedit ſi in huiuſmodi renũciatione hæreditatis paternæ interueniſſet iuramentum,ut per Bal.in c.2.col.4. in tit.an agna.uel filij: amplia hoc etiam procedere,quando emphyteoſim pater accepiſſet pro ſe,filijs,& hæredibus maſculis,tunc enim ſi non ſint hæredes admittuntur ad emphyteoſim eius liberi,ut per Deci.conſ.239.primo, col.2.limitatur præallegata conclusio primo loco,qñ pater ſtipulatus eſſet emphyteoſim ſibi,filijs,& hæredibus, eo caſu filius poſsidendi emphyteotica bona uidetur hæreditati ſe immiſcuiſſe,& ad eas hæreditarium ſoluendum obligatur,ſiquidẽ ſtipulatione ſic concepta, emphyteoſim habere non poteſt,qui non ſit hæres,ut per Bar.in l.ut iuſiuran.§.ſi liberi.ff.de oper.liber. Ale.in l.Gallus.§.etiam ſi parente.ff.de libe.et poſth.cum alijs per eundẽ allegatis conſ.19.ſuper eo col.1.et cõſi.129.perſpectis lib.5.ubi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem,et ſequitur Iaſ.in leg.ſi poſt mortẽ. ff.de leg.1. et conſi.57.in cauſa col.1.et ſeq.lib.1.interpretatur ſecundo,quãdo filius renunciaret hæreditati,et bonis paternis: Renuncians enim bonis paternis intelligitur renunciare etiam emphyteoſi ſecundum Spec.in tit.de loca.§ nũc aliqua, et Iaſ.in auth.unde ſi parens col.2.C.de inoff.teſta.et in leg.ſi non fortem.§.libertus nu.34.et ſeq.ff.de condi.indebi.ubi atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem,et ratio iſtius limitationis uidetur iſthæc,quoniã appellatione bonorum continetur emphyteoſis.tex.eſt in l.bonorum appellatione la prima.ff.de uerb.ſigni.

Filij debẽt habere,ſeu recipere legitimam ex bonis, et ſubſtantia patris defuncti,non autem in pecunia numerata,l.cum ſcimus.§.repletionem.C.de inoffic.teſta. Et ſi pater legaſſet eis in teſtamẽto certã pecuniã pro eorum legitima,ut per Doct.communiter in d.§.repletionem,quam quidem communem inibi ſequuntur,et atteſtantur Mode.et conſulẽtes uarijs in locis:et dato ꝙ pater,ſeu mater ſimpliciter reliquiſſent iure inſtitutionis, uel filiabus minus quàm legitima,poſſunt tunc recurrere pro ſupplemento legitimæ non ſolùm contra hęredẽ uniuerſalem, ſed etiam contra legatarios pro rata pro ſupplemento legitimæ ſcd̃m Bar.in l.in quartam q. fin. ff.ad legem Falci.cum quo ſentiunt omnes ſcriben.communiter ibi teſte Corneo.conſi.148.uol.4.imò dic fructus perceptos per filios non computari in legitimã, ac Trebellianicam l.iubemus,C.ad Trebellia.et dict.§.repletionem: tamen computantur in dotem iuxta cõem opinionem omnium in locis ſuperius citatis, quã citat, et nonnihil declarat Boerius in deciſio.44.nu.16. et ꝙ filij grauati de reſtituẽdo poſt tempus non tenẽtur fructus perceptos computare in quartam Trebellianicã tenent Doct.præcitati,Iaſ.in l.Marcellus nu.53.ff.ad Trebell.Deci.conſi.480.num.15. Picus in d.l.in quantum,

num.

num.10.Pariſius conſi.126.nu.35.uol.1.& conſ.16.nu.
65.pſ.147.& 149.et 145.& ſeq.uol.3.& in multis alijs ꝑ-
filijs ſuis,& Ripa in l.nemo poteſt,num.53.ff. de leg.1.
ſciendum eſt etiam ad præmiſſorum intelligentiam, ꝙ
filius non poteſt patris ſeu matris teſtamentum appro-
bare in præiudicium aliorum fratrum ſuorum in mino-
ri parte inſtitutorum,ut concludunt omnes Doct.com-
muniter per optimas rationes in l.filio præterito. ff. de
iniuſto rup.teſta.contra Bar.& Saly.ibi, et iſtam cōem
citat,ſequitur,et declarat Boe.in deciſi.66. nu.8.et ſeq.
inſuper filius alienans rem alienari prohibitam cenſe-
tur in dubio ipſam elegiſſe ꝓ ſua legitima,l.Marcellus.
§.res quæ,ubi Bar.ff.ad Trebell. qui quidem Bar. licet
loquatur ibi in Trebellianica,idem tamen eſt, et multò
fortius in legitima, in qua præfato filio competit ele-
ctio,quaſi creditori ſecundũ Bal.in leg.ſi quis filium, in
prin.ff.de inoffi.teſta.et in l.filium, quem habebat. C.
fami. herciſcun.et iſta eſt cōmunis opinio,ut per Doct.
in locis citatis,et ubique.

SVMMARIVM.

1 *Filius in re certa inſtitutus hærede uniuerſali nō adeū-
te totam hæreditatem conſequitur.*
2 *Vtrū ius accreſcendi inſtituto in re certa prohiberi poſ-
ſit à teſtatore expreſsè,aut tacitè,ut dictione taxa-
tiua,uel prohibitione, ne plus petat, an uerò non
poſsit.3.4.*
5 *Quòd quidem uidetur eſſe uerius.*
6 *Teſtator inter legatarios prohibere ius accreſcendi po-
teſt.*
7 *Inter inſtitutos autem,& ſubſtitutos etiam pupillari-
ter in re certa non poteſt.*

1 FILIVS inſtitutus in re certa habebit totam hæredi-
tatem,herede uniuerſali non adeunte, ut notant Doct.
in l quotiens.C.de hæredi.inſtitu.hinc ſciendum eſt ꝙ
ſi quis inſtituatur hæres particularis in re certa tantum,
2 ita quòd nihil aliud petere poſsit,tunc ſi nullus alius ſit
hæres uniuerſalis,aut ſit quippe,ſed repudiet,huic hære-
di particulari accreſcet tota hæreditas non obſtante ta-
xatiua, et ratio uidetur iſta, qm̃ teſtator non potuiſſet
prohibere ius accreſcendi in iſto caſu,per quā prohibi-
tionē decederet pro parte teſtatus, et pro parte inteſta-
tus,ſecundũ Bal.poſt Cyn.in l.ſi quis ita hæres inſtitua-
tur.ff.de hæred.inſti.in l.dominus.§.1. ff. de uſufruct. in
conſi.480.teſtator uol.1.conſi.468.quidam Titius eod.
uol.et latius conſi.379.col.2.uol.4.Alex. in d.l. quotiens
col.fi.et in l.ſi quis in priore,col.fi.ff.ad Trebel.ubi aſſe-
uerat iſtam eſſe communem opinionem, et Auguſtinus
Beroius in c.Raynutius,ext. de teſta.num. 247. et alios
Doct.hanc ſententiam tenentes latè cumulat Iaſ.cōſ.8.
col.2.uol.3.Calca.conſi.33,col.4. et ſeq. Curti. ſenior
conſi.75.Iaſ.conſi,72.circa fi.lib.3.et Capra. conſi.9. et
iſthæc communis opinio contra Bar. procedit etiam in
foro poli,ut per Federi.de Senis conſi.131. caſus talis
3 eſt.Contrariam uero partem,quod immo ius accreſcen-
di poſsit expreſsè prohiberi,et quod ex dictione taxati-
ua cenſeatur prohibitum,et quod eo caſu teſtamentum
ſit nullũ,nullo exiſtēte hærede uniuerſali per huiuſmodi
prohibitionem expreſſam,uel tacitā tenet Bar. in d.l. ſi
quis in priore circa fi.per illum tex.& in l.pater filium,
col.pen ff.de inoffi.teſta.& in pluribus conſilijs ſuis, &
complures alij Doct.quos refert,& ſequitur Iaſ.in præ-
citato conſ.8.col.9.Curt.Iuni.conſ.12.col.2.Goza.con-
ſi.21.col.6. eandemq; ſententiam ſequitur Ripa in l. re
coniuncti,col.32.ff.de lega.3.licet dicat communē opi-
nionem eſſe contra Bar.cæterum Iaſ.in d.conſ.8.col.9.
fatetur cōtrariū quòd imò opinio Bar.eſt magis cōis,
idem etiam Iaſo.in l.ſi mora in 4.nota.ff.ſolut. matrim.
4 dicit quòd ius accreſcēdi prohiberi poteſt in inſtitutio-
ne,ſed requireretur prohibitio expreſſa,nec ſufficit tace-
ta,quæ inducitur ex dictione taxatiua,aut prohibitioni
de plus non petendo.retenta tamen prima opinione cō-
5 tra Bar.quæ uidetur uerior,& communior,ut efficaciſ-
ſimis rationibus eā tuendo,ac ſequendo demonſtrat Be-
roius in d.cap.Raynutius, nume. 247.cum alijs ſequen.
6 dic procedere inter hæredes,ſecus in legatis.nam teſta-
tor inter legatarios poteſt expreſſe prohibere ius accre-
ſcēdi l.Lucius.§.quæ habeat.ff.ad Trebel.Bar. in l.pater
filium col.fi.in 2.lectu.ff.de inoffi.teſtam.Ang. Areti.in
tract.de teſtamentis,uer.itē inter dictos B. & D. prohi-
buit ius accreſcendi, cū alijs cumulatis per Barbatiam
conſ.71. illud in medio uolum. Ampliat ſecundo loco
7 iſtam eſſe cōem Beroius in d.c.Raynutius,nu.251. non
ſolum in inſtitutione facta de re certa,ſed etiā in ſubſti-
tutione pupillari,uerbi gratia, ſi quis ſolùm ſubſtitutus
eſſet pupillariter in re certa,tunc iſte ſubſtitutus ſimpli-
citer ad totam hæreditatem, & ad omnia pupilli bona
admitteretur.l.cohæredibus.§.cùm filiæ.ff. de uulga.&
pupi.ſubſtit.ſecundum communem intellectum, quem
ipſe Beroius ſequitur ubi ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Filii teſtantes in caſibus à iure permiſsis, tenentur in
aliquo hæredes inſtituere parentes, alias teſtamen-
tum nihil ualet.*
2 *Quod pluribus rationibus firmatur.3.4.*
5 *Id autem non eſt uerum.ſi exiſtant deſcendentes, qui
cæteris in ſucceſsione præferuntur.6.7.*
8 *Cum prima cauſa ſuccedendi ſit filiorum.*
9 *Valebit etiam teſtamentum filii non inſtitutis parenti-
bus, ſi in eo clauſula codicillaris ſit adiecta.*

1 INSTITVTIO parentum eſt neceſſaria in teſtamento
filiorum,unde filius faciens teſtamentum in caſibus à iu-
re permiſsis,tenetur parentes in aliquo inſtituere hære-
des, ſi quidem illis præteritis teſtamentum uiribus care-
ret.§.ſiue igitur,& §. hæc autem diſpoſuimus in Auth.
ut cum de appell.cognoſci.notat Calderi. conſi.5. an ſi
teſtator in tit.de teſtamen.Bal.conſ.84.uerias, lib.4. &
iſta eſt cōmunis opinio,ut conſtat ex allegatis per Doc.
in Auth.nouiſsima.C.de inoffi.teſt.& per barba.& Mo-
der.in c.Rainutius de teſta.contra bar.in d.Auth.nouiſ-
2 ſima,quia parentibus debetur legitima propter honorē,
& reuerentiam, quā filij erga illos præſtare tenentur d.
3 §.hæc autem: Secundò,quia debetur miſerationis,&
pietatis cauſa,l.nam,& ſi parentibus.ff.de inoffi.teſta.&
4 l.ſcripto.ff.unde liber.debetur tertio præcipueq; matri,
ne à luctuoſa filij hæreditate dicatur excludi.l.fin.C.de
inſti.& ſubſt.ſub cond.factis,et l.liberi.§ 1.C.de inoffi.
5 teſta.Quarto debetur propter pericula,et ſæpe propter
mortem,quibus matres in partu ſubijciuntur.§.ſed nos
6 inſtitu.de Senatusconſul.Tertul.poſtremo, quia legiti-
ma,uel ſucceſsio parentibus debetur non iure agnatio-
nis,et ſic uinculo ciuili,ſed cognationis,quæ eſt de iure
naturali.§.ſciendum inſtitu.ad Senatusconſ.Orficia.li-
7 mitatur præfata cōis concluſio ubicunque extarent de-
ſcendentes, qui obtinerent in ſucceſsione primum lo-
cum,Auth.in ſucceſsion.C.de ſuis,et legiti.hæred. tunc
enim non eſt neceſſe in aliquo inſtituere aſcendentes,ut
8 per bar.conſi.18.uiſo teſtamento col.2.cum prima cau-
ſa ſucceſsionis ſit filiorum,l.filius.ff.de ſuis,et legi.et in
Auth.de hæredi.ab inteſta.in prin.Alex.conſi.90.in cau-
9 ſa col.1.uol.2.fallit ſecundo iſta communis quotieſcun-
que in teſtamento filij non continente parentum inſtitu-
tionem fuerit appoſita clauſula codicillaris, quæ quidē
facit uideri eos, qui ab inteſtato ſuccedunt rogatos
eſſe

eſſe hæreditatem reſtituere ei, qui in teſtamento hæres ſcriptus eſt, ut uot. in l. in teſtamento. C. de fideicommi. & licet Bar. in l. 1. ff. de iure codici. q. 1. & cõſ. 12. teneat clauſulam codicillarem non operari tranſmiſsionem hæreditatis conuerſæ in fideicommiſſum, tñ opinio hæc, ut dicit Alexand. in dict. leg. cum filio iure non probatur: & ſic conſtat communem eſſe contra Bar. ex relatis per Alex. ibi, & iſtam communem allegat, ſequitur, & declarat Soci. in d. l. cùm filio non procedere, cũ clauſula codicillaris concepta eſſet uerbo, quod futurum tempus ſignificaret, ſecundum Bar. in l. 1. q. 12. ff. de iure codi. & Corne. conſi. 62. aliàs conſului, uol. 2. & declarauimus infra latius in uer. ſtatutum in concluſione incip. inſtitutio patris, & matris, & cætera.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum ea quæ acquirit filius ex pecunia patris eidẽ cõceſſa ad gerenda negocia, uel ad mercaturã exercẽdam, poſt mortem prius communicanda ſint cũ fratribus, an uerò illorum una tãtum pars dimidia ſit conferenda.*

2 *Altera autem tanquam aduentitia aſsignanda ſit opera ac induſtriæ filij qui negociatus eſt.*

3 *Quod æquitatem habere uidetur & tanquam æquius ſequendum eſt. 4.*

5 *Quæ uero filius exercens uſuras quæſiuit ex pecunia patris, nec acquirũtur patri, nec propterea conferẽda ſunt.*

6 *Cum, ſicut neque ſeruus domino, ita nec ex delicto filius acquirat patri.*

7 *Qua ratione quæſita in ludo per filium, tanquã ex turpi quæſtu parta non acquiruntur, nec debentur patri.*

1 Filiusfamilias ea quæ lucratur ex pecunia patris ſibi data, ac conceſſa ad negociandum, aut occaſione negociandi, dicitur peculium profectitium; ideoq; erunt fratribus communicanda poſt patris mortem ſecundũ Specu. in ti. de iudici. in §. ſequitur, uer. quod ſi alter aſſerentis poſt glo. in l. cum oportet. C. de bonis, quæ liber. ſequitur Fulg. ibi, ubi fatetur hoc idem ſentire Bald. neminemq; contradicere, & denique aſſeuerat iſtã opinionem eſſe in practica ſequẽdam, in contrariam uerò partem inclinauit Bar. in l. 1. §. nec Caſtrenſe. C. de collatio. bono. in l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff de pact. in d. l. §. cùm oportet in prin. l. illud. C. de colla. & in tract. de duob. fratribus ſimul habitantibus, in 2. q. in princ. uidelicet quòd dimidia pars lucri attribui debeat operæ, ac induſtriæ filij negociantis, ideò illud tãquam aduentitium fratrib. non erit aliquo pacto conferendum, l. ſi. C. de collatio.
2 altera auté pars dimidia attribui debeat paternæ pecuniæ, proinde illa tanquam profectitia communicabitur alijs fratribus mortuo patre, l. certum. ff. famil. herciſ. & cum Bar. ſentit Bald. & Paul. Caſtren. in d. l. cum oportet, ubi Moder. Peruſini atteſtantur iſtam eſſe magis cõmunem opinionem, quam ſequitur Ang. etiam conſilio 85. col. 2. pater habet plures filios, ex eo quod nititur ma
3 gna æquitate Soc. conſi. 92. col. antepen. uol. 1. Fulgoſi. Pau. Caſtren. Iaſ. & Deci. in d. l. illud, Abb. conſi. 36. in princ. Roma. conſi. 469. col. fi. ubi dicit non eſſe recedendum ab opinione Bar. ſed enimuerò Bal. ipſe in d. l. cum oportet col. 4. in auth. ex teſtamento, col. 4. C. de collatio. in l. omnimodo. §. imputari, col. penulti. C. de inoffi. teſtam. & in c. 1. col. 1. de beneficio fratris, uidetur contradicere Bar. in locis ſuperius citatis, tenẽdo quod hoc totum remittendum ſit arbitrio iudicis, qui plus, aut minus poterit aſsignare perſonæ ipſius filij propterea non parum laborarunt Docto. in concordando opiniones iſtorum in d. l. illud, præcipueque Deci. & Iaſo. ini-bi, ubi fœdere diſtinctionis reduxerunt hoc ad ueram, & legitimam conſonantiam, tamen retentá communi
5 opinione Bar. quæ eſt uerisſima, & obſeruatur in iudicijs, & actu practico interpretatur, non procedere ubicunque filius ex pecunia habita à patre negociando uſuras exerceret, tunc proculdubio illud, quod ex ea ſuper lucraretur non acquireret patri, nec poſt eius mortem teneretur fratribus cõmunicare, l. quod ſeruus. ff. de acq. poſſeſſ. ubi Docto. omnes hoc tenent, & firmant, & Bar. Salyc. Bal. Paul. de Caſt. & alij in d. l. cùm oporteat, Bald. in d. Auth. ex teſtamento, & Iaſ. in addi. ad Portiũ, in §. 1. nu. 29. inſtit. de his qui ſunt ſui uel alie. in reprob. gl. in d. l. cum oporteat, & in d. l. quod ſeruus, ubi Claudius Aquenſis aſſerit iſtam eſſe communem opinionem & ratio communis præcitatorum Docto. uidetur iſta, quia filius ex delicto non quærit patri, ſicut nec ſeruus domino, ut eſt caſus in d. l. qui ſeruus, ſed uſuræ ſonant
6 in quoddam furtũ, ſeu rapinam, & de iure Diuino ſunt prohibitæ, ergo ex tali illicita cauſa filius patri non quærit, ideoque mortuo patre filius huiuſmodi lucrum non tenebitur fratribus conferre, cum aduentitia non conferantur. d. l. fina. C. de collati. & iſtam communem per plures, & urgentiores rationes corroborant Doct. præ-
7 citati, idemq; uidemus in quæſitis per filiũ in ludo: nam ea, quæ acquirit in ludo filius, non acquirit patri tanquã acquiſita ex turpi quæſtu, & ex illicita cauſa, ut per Bal. & Roma. in d. Auth. ex teſtamento col. 7. Alex. conſ. 77. in fin. uol. 5. Deci. in d. l. illud col. fi. & omnes communiter in d. l. frater à fratre. ff. de conditio. indebiti, & in locis præcitatis.

Filij naturales propriè dicuntur illi, qui nati ſunt in domo ex concubina in ea retenta, & ex legitimo concubinatu, & cõcubina dicitur illa, quæ indubitato affectu in domo eſt retenta ab uxore parum diſtans, l. in concubinatu. ff. de concubi. ita dicit Bal. conſ. 149. factum proponitur lib. 2. Abb. in c. tanta, qui filij ſint legiti. Caccialupus in l. ſi qua illuſtris, col. 3. C. ad orficia. & Alex. cõſ. 55. uol. 2. iſti itaque naturales, qui conſiderantur à lege ueniunt appellatione coniunctorum, & propriè appellantur coniuncti ſecundum Innocen. Hoſtien. Io. And. & alios in c. nonnulli de reſcript. ubi Fely. circa finem ſcribit iſtã eſſe cõem opinionem, hinc præcitati Doct. concludunt, quod determinatio illa, quæ ſe habet quod coniunctus admittatur pro coniuncto ad agendum, uendicat ſibi locũ in filio naturali etiam, reſultat alius effectus ſimiliter ea prædictis in fauorem naturalium liberorum, uidelicet quod ſubſtitutus abſolutè excluditur à naturalibus liberis hæredis inſtituti, ut ſentit gl. in c. Raynutius de teſtamen. & in c. in præſentia, de probatio. quam ſequitur Io. And. in add. Specu. in titu. de ſucceſſio. ab inteſta. §. 1. verſ. quid ſi duobus, Bar. & alij communiter in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. & Deci. in d. c. in præſentia nu. 101. & 107. ubi iſtam communem limitat in ſex caſibus num. 108. cum alijs ſequen. & Moder. ſimiliter plurimum iſtam communem declarant, & expreſſe citant, reſultat poſtremò ex præmiſsis alius utiliſſimus effectus, ſcilicet, quod filia naturalis duntaxat dummodo ex damnato coitu procreata nõ ſit, ſuccedat matri excluſa auia etiam quoad legitimam. §. nouiſsimè inſtit. de ſent. orphi. & d. l. ſi qua illuſtris, ubi Bar. Saly. & alij omnes tranſeunt intrepidè cum iſta ſententia, quam dicit cõem Caſſadorus in deciſio. unica in tit. de ſucceſſio. ab inteſta. ubi refert in contingentia facti ita fuiſſe deciſum, & confirmatum.

Filio quæritur dominium in aduentitijs, ut in §. 1. inſtit. per quas perſo. nobis acqui. hoc uerò fallit niſi quæratur ex ſtipulatione paterna, ſecundum Aret. in d. §. 1. ſed contrarium tenet Bar. in l. dominus. ff. de uer. obli. glo. &

Doct.

Doct.omnes ibi ſecundum Saly.in l.2.C.de contrah.& commi.ſtipu.& iſtam opinionem communem eſſe ſcribit Alex.& Iaſ.in l.quòd dicitur,la 2.ff.de uerb.obli.& rationem aſsignant Doct.nam ſicut pater ſtipolando filio ex cauſa caſtrenſi, uel quaſi totum quærit, ita ſtipulãdo ei ex cauſa aduentitia debet acquirere proprietatẽ arguendo de toto ad partem,l.quæ de tota.ff.de rei uendi.fallit ſecundò,niſi fuerit ſtipulatus patri, & non ſibi, quia tunc acquirit etiam proprietatem ſecundum Dyn. & Bar.in l.quodcunque in princ.ff.de uer.obli. ubi Alexan.ponit iſtam eſſe magis communem opinionem, pro qua facit regula,l.penulti.C.de pactis, ubi licet ſuo fauori renunciare,ergo ſi filius patri ſtipulatur ſibi impuratur,& dominio priuari debet, cum poſſet ſtipolando ſibi illud quærere,quia ẽt abſq; filij ſtipulatione proprietas erat filii,d.§.1.ut aliquid ergo operetur ſtipulatio,iuxta l.ſi quando.C.de inoffi.teſta.debet etiã acquiri proprietas patri,ex qua ratione tollitur unum fundamentũ Iaſ.in d.l.quodcunque contra communẽ,qui poſt Alex. & Cuma.diſſentiunt à dicta communi,à quo non eſt recedendom in iudicando,& conſuleudo quicquid dixerit Iaſ.& alij ante eum.

Fideiuſſor poteſt agere contra ſuum principalem ubicunq; creditor confiteretur ſibi ſatisfactum eſſe ab iſto fideiuſſore,& ſic confeſtio ipſius creditoris aſſerentis ſibi ſatisfactum fuiſſe à fideiuſſore,ſufficit ad agendũ contra principalem,ita expreſsè tenet Bar.conſ.160.Titius promiſit Sempronio eundem indemnem reſeruare, & ibi Apoſtillantes ad eum, & eandem opininnem ſequitur Saly.& ibi Pau.de Caſtr.Roma.num.1.Alex.& Iaſ. nu.9.in l.duobus reis,ff.de duo.reis,Feli. in c.ſi cautio nu.89.de fide inſtrument.Cepol.conſi.ciuili.121. Deci. in l.2.§ fi.ff.ſi cert.peta.& conſ.493.num.6.Tiraquel.in tract.de utroque retract.in tit.de retractu lignager glo. 16.nu.84.& in tit.de retractu conuentionali gl.6. num. 17 & Aleiatus in l.ſolutionis uerbo.ff.de uerbo.ſign. & in l.1.in fin.C.de tranſact.& Afflict.in deciſio.91. nu.3. & in deciſio.94.nu.3 ubi dicit magnum uerbum, quòd ita communiter tenetur per Doct. & iſtam opinionem ueriorem & magis communẽ audacter atteſtatur Marſyl. in rep.rub.nu.265.C.de fideiuſſor. In contrariam uerò partem inclinauit gl.in d.l.duob.reis.§.in fideiuſſore in uerſ.ſolutionis,quam ſequitur Bar.pręcipitanter,& ſibi contrarius ibi, & in l. & per iuſiurandem.§. antepenul. ff.de acceptilatio.& in l.cùm filius in §.prin.ff. de uerbo. obli.& in l.reos in §.q ff.de duobus reis,Romanus, in l. prædia.ff.de acqui.poſſ.Fulg in d.l.duobus reis, & Carol. * in add.ad Alex.conſi.90.col.3. in add. ad. nu. 3.ubi refert Alex.in multis conſi. tenere iſtam ſecundã opinionem: tamen quicquid dicat Bar.cum alijs ſequacibus in præcitatis lecturis ob hoc non diſcedendum ſuademus a dicta communi, quæ uidetur uerior de iure, & ſequenda eſt in conſulendo, & iudicando tanquam communis,& ita per iſtam communem conſuluit in Ciuitate Florentiæ Paul.de Caſt.ut ipſe refert in d.l. duobus reis,& pro hac parte conſuluit Franc. Tigrinus, ut referunt Alex.& Iaſ.in d.l.duobus,ubi ſe pro hac opinione cõmuni bis conſuluiſſe,& ita in effectu conſuluit conſilio 90.num.3.uolumine 3. & conſi.123. uolumine ſexto.

Ille cui debetur ex fideiuſſore,dicitur propriè creditor & fideiuſſor dicitur propriè, & indiſtinctè debitor ſecundum Bar.in l.1.n.34.ff.ſi cert.peta.per l.ſi fideiuſſor in princ.ff.de lega.1,& iſta Bart.opinio corroboratur pluribus rationibus,primò quia ſicut tollitur obligatio principalis,ita tollitur obligatio fideiuſſoris, l.cum quis.ff.de ſolu.ſecundo facit quia lex prohibens minorem debitorem eſſe tutorem, comprehendit etiam fideiuſſorem, ut per Ange.in auth.ut hi, qui obli. perbires minores,§.1.Tertio confirmatur ſecundum Deci. in d. l.1.quia ab eo inuito creditor exigere non poteſt toto tit.ff.& C.de fideiuſſo.& iſta Barto. ſententia ſic corroborata eſt commonis teſte Areti.in §.1.numero 8.inſtitu.de obliga.Alex.in d.l.1. nu.48. Nigro, Bolognetto & alijs Moder.ibi,qui quidem Moder.reſpondet omnibus in contrariam partem allegatis, & Deci. in 1. lectu. num.30.

SVMMARIVM.

1 *Hæres extraneus grauatus hæreditatẽ reſtituere, Trebellianicam tantum detrahit.*

2 *Hæres rogatus, ut alteri hæreditatem reſtituat, ne Trebellianicã amittat, inuẽtarium facere compellitur.*

H

HAERES extraneus grauatus reſtituere hęre
1 ditatẽ,ſolũ Trebellianicã detrahit,& hoc
ex ſenatusconſulto inductũ fuit,ut inuitentur
hæredes ad adeundã hæreditatẽ.§.ſed
& quia inſtit.de fideicõ.hęred.l.filium.C.
famil.herciſcun.quod intelligendũ eſt ſi ſpontè adiuit,
2 ſecus ſi coactè,l.qa poterat.ff.ad Trebel. hinc eſt quòd
hæres rogatus alteri reſtituere hæreditatem, inuentariũ
facere cogitur,ut Trebellianicam non admittat.§.ſi uero
nõ fecerit in Auth.de hæred.et falci.qui text.generaliter
de fideicommiſſarijs loquens uniuerſalem quoque
fideicõmiſſariũ comprehendit,l.1.§. generaliter. ff.de
legat.præſtant.cap.ſi Romanorũ,decimanona diſtincti.
3 et nota.Doct.in l.Marcellus.ff.ad Trebe.et quòd hæres
qui non fecit inuentarium, Trebellianicam perdat, ſicut
falcidiam,tenent Oldr.per pulcherimas rationes,
conſi.134.bart.conſi.51.bonauentura,et conſi.234. Helena
Mattarelli,Paulus de Caſtro conſi.207. ſuper primo,et
in l.cùm tale.§.1.ff.de conditio.et demon.Imol.
etiam ibi,et in Auth. ſimiliter. C. ad legem falcidiam.
Fulgoſius conſi.23.humaniſsimè, et conſi.96. pro deciſione
poſt prin.Cor.conſi.303.col.4.uol.1.conſ.22.col.
8.uol.2.et conſi.168.col.4.uolu.3.Matheſ.in ſing.158.
Dec.conſi.236.in 5.quæſt.480.col.fin. et 495. in quibus
conſilijs iſtam eſſe magis communem opinionem,idem
atteſtatur Caſſadorus deciſio.3.nu.1.4.et 6. in tit.de teſtam.et
Crauet.conſi.17.nu.1.Capia.conſi.7.in fi. Soc.
in rub.in fi.ff.ad Trebel.et in l.Marcellus.§. quod autẽ,
col.penul.eod.tit.et Curt.Iunior conſi.54.col.3.in contrariam
uerò ſententiam inclinarunt Iacob. de Aretin.
Ioan.Andr.in add.ad Specu.in tit.de inſtru.editio.§. fi.
uerſi.nunc uideamus, bart. ſibi contrarius conſi.2. et in
Auth.ſed cùm teſtator. C.ad l.falci. et ibi etiam bald. et
Saly.et idem bal.affirmat iſtam opinionem eſſe ueram
conſi.99.ſuper primo quæſito uolumi.4.licet ibi,et in l.
cum tale.§.1.de condi.et demonſt.ſubijciat.de conſuetudine
inducta per errorem opinionem ſeruari contrarium,et
iſtam partem audacter aſſerit eſſe communem
Alex.conſi.67.uiſis libr.4. & in d.Auth. ſed cum teſtator,
Iaſ.etiam in rubr.ff.ad Trebel.nu.7.et in repet. rub.
num.17.et in d.l.Marcellus eod. titu. num.57. et refert
Crauet.in præcitato conſi.17. et pro iſta parte reperio
conſuluiſſe Paul.de Caſtr.conſi.502.uol.2.in nouis incip.in
Chriſti nomine,et conſi.509.et iſta quæſtio adeo
ambigua eſt propter conflictum opinionum, et diuerſas
iuris interpretum ſententias, ut conſtat ex his, quæ
congerunt Doct.in d.l.Marcellus, ut deciſionem principis
deſideret,ut refert Caſſadorus in præallegata de-
4 ciſio.3.in tit.de teſta.circa fi.retenta itaque prima parte
tanquam magis uera,et communis,ampliã, ut procedat
etiam ſi hæres ſit filius teſtatoris,ut per bald.conſi.404.
in ſubſtitutione lib.ſecundo et Cornę.conſi.168. in hac

consula-

conſultatione,col.3.ubi ponit iſtam eſſe magis commu-
nem opinionem,idem dicit Dec. conſi.236. non parua
difficultas,col.4.& Corn.conſi.22.in hac conſultatione
lib.1.eandem opinionem ſequitur Barba.conſi.46.diffi-
cile col.fi.lib.3.& Auguſtinus Beroius in cap.in præſen
tia.nu.448.in fi.de probatio.& licet filius ob omiſſionẽ
5 inuentarii perdat Trebellianicam,tamen non perdit le-
gitimam, & in hoc Docto. conueniunt communiter,ut
refert,& atteſtatur Corſetus in tract.de poteſtate regia
in materia Trebellianicæ,q.73.& Laurentius Calc.con
ſi.36.tota iſta quæſtio,& iſtam opinionem originaliter
tenuit glo.in Auth.hoc amplius C.de fideicom.Oldra.
in d.conſi.134.Bar.in d. Auth.ſed cùm teſtator, & alii
quamplures congeſti per Corn.in loco ſupra citato,in-
6 terpretatur præfata concluſio, quando teſtator hæredi
remitteret neceſſitatem inuentarium faciendi,quia tūc
omiſſio inuentarii hæredi non noceret, l.fi.de arbi.tut.
l.enim tale,§.1.ubi Bal.& Imo.ff.de condi.& demonſt.
Cur.conſi.29.in regno Hiſpaniæ in fi.cum allegat.per
Dec.conſi.308.uiſa iterum lecta.col.2.& Soc.conſilio
38.uiſo teſtamento,lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Hæres hæreditatem reſtituere rogatus,quartam Tre*
bellianicæ detrahere poteſt.
2 *Et ſi filius ſit, nō ſolum habere legitimam, ſed etiam*
quartam Falcidia retinere poteſt.
3 *Filio in diem uel ſub conditione rogato reſtituere hæ*
reditatē detrahere duas quartas licet,ſed pure ro-
gatus unam ſolam quartam retinere poteſt.
4 *An filio primi gradus pure grauato per fideicommiſ*
ſum,Trebellianica probiberi poſſit a patre,an uero
quando duas quartas detrahere licet.
5 *Quòd uerius eſt,ne prohiberi poſſit.*
6 *Licet in hærede extraneo ſeruetur contrarium.*
7 *In quo ex bis uerbis inducitur probibitio, ſi teſtator*
mandauerit hæreditatem totam uel integram aut
pleno iure reſtitui, aut omnia bona, uel quicquid
peruenerit ex bonis,reſtitui iuſſerit.

1 Hæres rogatus hæreditatem reſtituere ex Senatuſ
conſulto Trebelliano,quartā retinere poteſt,§.ſed quia
ſtipulationes,Inſtit.de fideicom.hæred.& ſi filius eſſet,
2 ſeu de liberis,quibus legitima detur iure naturæ, quar-
tā facile ultra legitimā poſſet detrahere,c.Rayoutius,
& c.Raynaldus de teſta.quod procedit quādo uno, eodēq;
3 tempore utriuſq; quartæ detractio non concurrit,ut pu
ta quando filius eſſet in diem, uel ſub conditione roga-
tus reſtituere,tunc enim poteſt duas quartas detrahere:
ſecus aūt quando pure eſſet rogatus, quia tunc non pōt
de iure Canonico nec eius æquitate detrahere, niſi unā
quartā,ſecundū gl. & cōmuniter canoniſt.in d.c.Raynu
tius,Legiſtas in l.quanquā,C.ad l.falc.& l.Papinianus,
§.meminiſſe,ff.de inoffi.teſta. & iſtam cōmunem ſequi-
tur Bar.in l.1.§.interdum,ff.ſi cui pluſquam,per l.falci.
in d.l.quanquam,& in d.§.meminiſſe,Fulg.conſi.26.ſtā
te ſtatuto,& Alex.in l.in ratione, §.quòd uulgo,ff.ad l.
falci.conſi.43.attenta in fi.uol.2.& conſi.142.circa pri-
mam dubitationem col.4.uol.2. & iſtam ſententiā ap-
probauit uiſua totius mundi uolentis in hoc ſtare Ca-
nonibus,ut legitur inter conſilium Bal.conſ.282.& cō
ſi.387.quidam Alex.lib.3.& iſtam cōmunem atteſtatur
Afflict.deciſ.367.nu.4.& ad utranq; partem diſputat,ſe
quitur,allegat, plurimúq; declarat Auguſtinus Beroius
in c.in præſentiam,437.cum aliis ſeq.de probat.& Ripa
in l.iubemus,C.ad Trebel.limitatur hoc ubicunq; pa-
4 ter expreſsè filio primi gradus grauato Trebellianicā
prohibuiſſet,quia quamuis pater ipſe filiis primi gra-
dus Trebellianicam prohibere nequeat,ut l. iubemus
ad Trebel.nihilominus hoc uerum eſt,quando una tan-
tū detrahi poſſet,ut quia pure fuiſſet grauatus per fidei-
commiſſum.Sed quando duas regulariter poſſet detra-
here,ut in caſu, quo grauatus eſſet ſub conditione, uel
in diem,iſto caſu pater prohibere Trebellianicā poſſet,
ut filius haberet duntaxat legitimam,ut uoluit Paul.de
caſt.& Alex.in l.mulier,§. cum proponeretur,ff.ad Tre
bel.& idem Alex. conſ. 28 165. uolu.5.& Corne.conſ.
22.uolu.2. ubi ſcribunt iſtam eſſe communem, contra-
riam uero partem quòd inefficax ſit iſta prohibitio te-
nuit Paul. de Caſt. reuocando ſententiam in melius in
d.l.iubemus,et fuit de mente Bart.& Alexan.in l.quod
de bonis,§ quod auus, ff. ad l.falci.et ideo Alex. conſil.
250. uol. 6.non fuit auſus conſulere pro prima opinio-
ne,& iſtam ſecundam partem tenuit etiam Ang.conſil.
121.et Alex.in d.§.quod auus, ubi reſpondet ad d.l.iu-
bemus,Bald.& Salyc.in d.l.iubemus. Roman.conſilio
216.Barba.in d. cap. Raynutius, circa fin.Alex. conſi.
5. uolumi. 3. et conſilio 201. et 67. uolumi.6. Deci.
conſi.81.et 270.et conſi.218.et iſta eſt communis opi-
nio,ut ponunt præcitati Doct.Alex.et Soc.in l. Marcel
lus.ff.ad Trebel.ſeu in d.l.iubemus, ubi etiam Moder.
5 Cur.iuni.conſi.160.nu.3.et Gozadi.conſi.45.et 97.n.4.
ubi refert quòd teſtator indiſtincte non poteſt aliquo
modo prohibere Trebellianicam filio,etiam ſi deducen
dæ forent duæ quartæ,et fatetur tandem iſtam eſſe com
munem opinionem,et iſta in effectu uidetur cōmunior,
6 ſecus autem quando teſtator prohiberet extraneo hæ-
redi inſtituto, et grauato detractionem Trebellianicæ,
quia iſto caſu ualeret prohibitio, et hæreditas deuenire
poteſt ad hæredem abſque Trebellianicæ detractione,
§.ſi uero expreſſim in Auth.de hæred.et falci. glo. in §.
ſed quia ſtipulationes,inſtit.de fideicōmi. hære.in uerſ.
liceat,Bart.in Auth.ſecundum teſtator.C.ad l Falcid.et
iſta opinio ratione nō caret,quia text.in d.§ ſi uero ex-
preſſim loquens de Falcidia,et de Trebellianica exten-
dēdus:nā per hoc ad ius cōmune reuertimur, l. uerbis,
ff de uer.ſig. et ibi reditur ad ius commune, lex 9.etiam
correctoria recipit extenſionem ſecundum glo. in cap.
ſtatutum de præben.lib.6.præſertimq; ubi ſublata ſigni
ficatione uocabuli caſus, de quo fit extenſio comprehē
ditur,glo.in clemen.prima de electio.et appellationem
Falcidiæ ad Trebellianicam porrigi certum eſt per oor.
in Authen.unde ſi parens,C.de inoffic.teſta.et ſententiā
iſtam communiter approbari ſcribit Alexā.in d.l.Mar-
cellus poſt Ioan.de Imo.ibi et quod iſta communis ſit
fatetur etiam Barb.conſi.10.illud,col.10.lib.4.Iaſ. con
ſi.84.omiſſa col.8.lib.1.et conſi.146.præſuppoſito,uol.
2.Alex.in l.ſi filius a patre. num.3. ff. de liber.et poſthu.
et in l.extraneum, C.de hæredibus inſtituen.numer. 8.
Iaſ.in l.ſi fundum,§.ſi libertus,nume.10.de lega.1.et in
d.l.Marcellus,numero 40.et Bal.nouellus in tracta.de
dote in 6.part.in 13.priuilegio,nume.2.interpretantur
7 prædicta etiam procedere ſi teſtator hæreditatem reſti
tui mandauerit totam,uel integram,uel pleno iure,uel
uſus fuerit his uerbis hæres reſtituat omnia bona, uel
reſiduum bonorum, aut quicquid ex bonis peruenerit,
uidetur tunc Trebellianicam prohibuiſſe per ea,quæ no
tat glo.in l.decem,C.de fideicommiſſ. libert. quam ſin-
gularem eſſe dicit Ang.ibi,et Bald.in authen. ſed cum
teſtatur.C.ad l.Falcid.facit l.ſi eod.tit.et hoc approbat
Alexand.in l.Centurio.colum.22.ff.de uulgar. et pupi.
et conſi.201. perſpectis uerbis,col.1.lib.6.et iſtam opi-
nionem communem eſſe ſupponit idem Alexand. con-
ſi.5.circa primum lib.3.Gozadi. conſi.97. numero 6.et
magis communem dicit Alexand. conſil.67. numero 1.
uolumi.1.et communem etiam dicit Bellonus, conſi-
lio

lio 64.nu.2.& iſthæc opinio comprobatur ex multis ra
tionibus relatis per Corſetum in tract. de poteſtate re-
gia in q.73.§.5.contrariam uero ſententiam quòd detra
hatur tenuit Roma.conſilio 75.neſcio,& conſil.79.tutū
fundamentum, & conſ.239.in hac re, & Fely.in c.audi-
tis,colum.3.de præſcript.& Iaſ.conſi.84.puto uolu.1.
Dec.conſ.435.& Paul. de Caſtr. in auth.cum teſtator,
C.ad l.Fal.& iſtam opinionem ait eſſe communem Ro
ma.in d.conſilio 239.& magis communem dicit Bel-
lonus,conſi.55.nume.1.& conſi. 66.nu.1.& ſeq.& con-
ſilio 80.

SVMMARIVM.

1 *Nemine adeunte hæreditatem, pro nullis habentur, quæ in teſtamento ſcripta ſunt.*
2 *Quod in filio familias infante locum non habet, qui hæreditatem patris non agnitam ad hæredes quoſcunque tranſmittit.*
3 *Nec ſolum hoc trāſmittit pupillus ad hæredem ſuū, ſed etiam beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus hæreditatem amiſſam.*
4 *Infans per ſe non poteſt hæreditatem adire, ſed pro eo pater, aut tutor.*
5 *Licet id in legatis ad pias cauſas non ſit uerum, quæ debentur, etiam hæreditate non adita.*
6 *Quod æquius uidetur.*
7 *Hæreditas autem adita per hæredem, hæreditas amplius non dicitur.*

1 HAEREDE non adeunte hæreditatem omnia iura te-
ſtamenti pereunt, & ſic ſi nemo hæreditatē ipſam adie-
rit,nihil ualet ex his,quæ in teſtamento ſcripta ſunt l. ſi
nemo,la prima.ff.de teſta.tute.l.eam quam, C. de fidei-
commiſ.& l.ſi nemo ſubiit. ff. de reg.iur.& not.Roma.
conſi.428.Dec.in d.l.ſi nemo,& in terminis Alex.conſ.
198.uiſo proceſſu col.fin.uol.7.fallit hoc quippe princi
2 paliter in filio fa.etiam infante,qui abſque aliquo dubio
tranſmittit hæreditatem patris non agnitam ad quoſ-
cunque hæredes iure ſuitatis.l.apud hoſtes.C.de ſuis,&
legiti.& iſta eſt communis opinio, ut apparet ex relatis
per Dec.conſi.331.pro reſolutione, col.5. conſ.245.&
conſi.250.in antiq.& Iaſ.conſil.130.magnificus, col.3.
3 uol.1.ſed imò pupillus, ſeu infans moriens hæreditate
non adita tranſmittit ad hæredem ſuum beneficium re-
ſtitutionis in integrum aduerſus omiſſam hæreditatē,
& per conſequens hæredes eius poſſunt petere reſtitu-
tionē in integrum ex clauſula generali, ſi qua iuſta cau-
ſa & certa,aduerſus hæreditatem non aditam a minore,
ut tenet Bar.in l.ſi infanti co.ſi.C.de iure delibe.& alii
multi,quos referunt Pau.de Caſtr.Alex. & Iaſ.ibi dicē
tes iſtā eſſe communem opinionem,prout etiam atteſta
tur Soc.conſi.9.col.7. uol.1. & late plures citant Guil.
Benedi.in c.Raynutius nu.179. de teſta. Corne.conſil.
312.in fi.Roma.conſi 58.uiſis narratis,& Riminal.con
ſi.50.nu.15.& conſi.120.nu.3.Bal.uero conſi.226.quæ
ſtio.uolu.2.arbitratur quæſtionem iſtam eſſe difficilem
& conſi.213.caſus talis lib.3. habet pro abſurdo ratio-
nem minoris ætatis dari reſtitutionem in integrum, &
Soc.conſi.216.non poteſt negari col.5.aſſerit in iſta quę
ſtione eſſe locum gratificationi, & per authoritatem eo
rum,qui ſunt in contraria ſententia, & ob ualidiſſimas
quoque rationes, quibus reſponderi nequit indigere de
ciſione Cæſarea, nihilominus Doctores cōmuniter te-
nent, quòd competat reſtitutio in integrum etiam hæ-
redibus infantis,ut per Corne.conſi. 87. circa primum,
& late ſupra deduximus,& ab iſta communi tutum eſ-
ſet recedere in actu practico,his quę accedit congruen-
4 ter hic, quod infans non poteſt adire hæreditatem ex ſe
metipſo, ſed pater pro eo, aut tutor ſecundum Bart.in
d.l.ſi infanti,& omnes Doct. communiter in l.bonorū,
C.qui admit.& iſtam ſcribit eſſe communem Bellonus
conſi.24. nu.16. interpretatur quoque prædicta regula
5 non procedere in legatis ad pias cauſas,ut notat Bar.in
l.1.col.pen.C.de ſacroſan.eccle. ſed contra Bart.ipſum
audacter aſſeuerat eſſe communem opinionem Canoni
ſtarum,& Legiſtarum Alexand. conſil.354.ſtatutis.nu.
17.uol.2.Iaſ.in d.l.eam quam col.2.& in d.l.1.in 1.lect.
colum.6.& in 2.lectu. col.fin. quòd imo relicta ad pias
cauſas non debeantur hęreditate non adita,opinionem
uero Bart.ſequitur Dec.in d.l.ſi nemo,& Lupus in al-
6 legatione 19.ubi expreſsè fatetur ſententiam Bar. ſer-
uari in practica,& eſſe magis æquam,& his accedit ſimi
liter,ꝙ hæreditas poſtquam eſt adita per hæredem non
dicitur amplius hæreditas ſecundum communem opi-
nionem Doct. quam citat, & ſequitur Iaſ.in l. poſſeſſio
appellata.§.ueteres nume.18. ff.de acquiren.poſſ.fallit
etiam præfata cōcluſio in uiginti aliis caſibus,quos po
nit Barb.in rub.ext.de teſta.col.58.uerſic.nunc ad ulti-
mam quæſtionem.

Hæres mariti defuncti lucratur uxore ſuperſtite fru
ctus dotis rerum mobilium tempore annuculæ dilatio
nis ſecundum communem opinionē omniū Doct.in l.
diuortio.ff.ſolu.matrimo.quam impugnare pluris ratio
nibus conatus fuit Iaſ.ibi, tamen quicquid ipſe ſuadeat
coloratis fundamentis, ob hoc non diſcederem a dicta
communi,cum qua ſentiunt Doct.& Moder.in d.l.di-
uortio,reſpondendo omnibus contrariis,cæterum trāſ
acto anno uxor ipſa abſque aliquo dubio poſſet ab hæ-
rede mariti petere prædicta bona mobilia, & ſi hæres
mariti exciperet, ſeu opponeret aduerſus uxorē dotem
petentē,ꝙ ipſa perdidit dotem propter adulterium, de
quo maritus eo uiuente querelam non porrexit, nihil
prodeſſet iſta exceptio hæredi, ſed tenetur uxori redde
re dotem ſuam non obſtante iſta friuola exceptione,ut
per Canoniſtas cōiter in c.plerunq; de diuor. quam cō
munem ſequuntur Mod.inibi, & Ripa atteſtatur in l.ſi.
nu.201.& ſeq.C.de reuocan.donat.& prædictis accedit
ꝙ hæres tenetur alere uxorem dum in uiduitate mane-
ret,ſi quidem durante tempore uiduitatis durat procul
dubio onus alimentandi,& dicitur durare uidua in ma
trimonio, dum uitam uiduilem obſeruat, ut per Iaſ.in
§.fuerat,nu.5.& ſequen.& 25.inſtit.de actio. ubi ponit
ultra annum uxorem alendam fore ab hæredibus mari
ti defuncti, quod procedit durante uiduitate, alias nō,
& iſta communis opinio omnium Doct. ut per ſcriben.
paſſim,accedit ſimiliter præfatis aliud not.ſatis utile ꝙ
mulier non poteſt alimenta, ſeu uſuras dotis poſt annū
petere,cum habuerit in poteſtate ſuam dotem petere,&
non curauit l.1.cū ibi nota.per glo. & Doct.C.de ſent.
quæ ſine cer.quanti. & ita tenet Bart.in l.at qui natura.
§.non tantum,ff.de nego.geſtis, glo.& communiter om
nes legiſtæ in l.inſulam,§.uſuras,ff.ſoluto matr.& com
muniter omnes Canoniſtæ in cap. ſalubre,de uſuris,de
qua communi faciunt mentionem Moder.in d.§.uſuras,
& conſulentes ubique.

Hæres quilibet poteſt per ſe,uel notarium,uel alium
interrogare teſtatorem ad inſtituendum ſe hæredem,&
ſi in caſu dictæ interrogationis teſtator faciat interrogā
tem hæredem ualet,& tenet iſta inſtitutio ſecundū doc.
in l.iubemus,C.de teſta.hęc uero opinio cōmunis & ue
riſſima procedit ſi teſtator articulate loqui poterat, &
conſtabat de intētione ipſius ꝙ uolebat ita facere ſecū
dum glo.in d. l.iubemus, cum qua ſentiunt omnes ſcri-
ben.ibi,Bal.conſi.129.ſuper primo uol.4.Paul.de Caſt.
conſi.303.uiſo puncto per l. Pamphilo.§.propoſitū,ff.
de lega.3.& iſta eſt communis opinio teſte Corneo cō-
ſi.261.nu.18.lib.4.poſt alios ibi relatos per eū, & Boer.
in

In deciſ.35. nu.5. & iſtam conſtat eſſe communem ſen-
tentiam ēt ex congeſtis per Alex. conſi.12. uiſo inſtru-
mento lib.1.& per Iaſ.conſi.134. factum ſic ſe hēt in fin.
lib.1.& per Corne.in præcitato cōſi.Iaſ.in d.l.iubemus
nu.20.& Bellonum conſil.26. procedit ſecundo præla-
ta concluſio quando notarius non ſeorſum, ſed in con-
ſpectu teſtōris ſcribat teſtamentum,&quando appareat
teſtōrem eſſe ſanæ mentis, aliter quippe non ualeret te-
ſtamentum ipſum, ſi teſtōr tunc fuiſſet infirmitate ualde
grauatus, ut per Io. And.in addi.Spec.in §.1.de teſtam.
Marſil.in ſing.449.Afflic.deciſ.143.Iaſ.in d.l.iubemus
col.fi.& per Soci.conſi.20.in facto,& conſi.28.uiſis co.
fi.lib.3.de quo etiam per Calca.conſi.92. uiſo puncto,
procedit ſimiliter præallegata concluſio, quando nota-
rius non ſcribit teſtamentum illius, qui balbutiendo lo
quitur, ſecus aūt, quando ſcriberet teſtamentū iſtius bal-
butientis nam ſi hoc probaretur tueret teſtamentum, ut
per Bal.in l.quidam.ff.de condi.inſti.& Iaſ.in l.quoniā.
C.de teſta.procedit quoque iſta concluſio, quando no-
tarius non ſcribit hæredem ad nutum capitis teſtōris,
ſed facit teſtōrem, ita clare reſpondere ꝙ exaudiatur a
teſtibus, quia teſtamentum non fit nuda uoluntate, ſed
uerbis, ut per gl.in l.frandem,§.1.ff. de mili.teſta. fallit
hoc in fideicommiſſo, nam fideicommiſſa nutu relinqui
poſſunt, l.nutu,& ibi Bartol.ff.de leg.3.cum citatis per
Alex.in d.l.iubemus.

S V M M A R I V M.

1 *Ius adeundi hæreditatem competens ſuis & extra-
neis hæredibus durat triginta annis :*
2 *Siue ſciant hæredes hæreditatem ipſis delatam, ſiue
ignorent.*
3 *Vt tamen aduerſus huiuſmodi ignorantiam in inte-
grum reſtitutionem non petant, ex clauſula gene-
rali, ſi qua mihi iuſta cauſa uiſa fuerit, qua reſtitu
tione petita contrarium eſt obſeruandum.*
4 *Hoc autem remedium reſtitutionis aduerſus præſcri
ptionem 40.annorum nihil ualet.*
5 *Nec illud ignoratur tempus huius reſtitutionis in in-
tegrum petendæ, quod eſt quadriennium, cum utile
ſit a principio, non niſi a die ſcientiæ currere.*
6 *Quoniam ignoranti non currit utile tempus.*
7 *Lapſis igitur 30.annis, ſui uel extranei hæredes ex-
cluduntur ab hæreditate, a qua filij hac præſcriptio
ne ex capite liberorum excluſi, ad eam ex capite
unde legitimi intra alios 30. an. admitti poſſint.*

1 Hæreditatem adeundi ius, ſeu poteſtas, quæ cō-
petit extraneis, ac ſe immiſcendi quæ ſuis competit tri-
ginta annorum ſpatio durat.l.fi.C.de edic.Diui Adria.
tollen.gl.no.in l.3.ff.de acq.hæred.Bar.Ang.Pau.Caſ.
in l.filio præterito.ff.de iniuſto teſta.gl.Alex.& Iaſ.n.1.
& 5.in l.licet.C.de iure delibe.& in l.1. C.quando non
peten.partes,& opinio iſta communiter approbatur, ut
per Alex.in d.l.licet.Bolognetum in d.l.1.num.30. ubi
omnes Moder.hoc idem atteſtantur Hippo.Riminal.in
§.1.nu.210.inſti.de dona.Grammati.in deciſ.103. num.
46.Alex.conſi.163.uiſo proceſſu,col.2.uol.2.Iaſ.conſi.
59.præſentis uol.1.Ruinus conſi.62.num.8.& 16.lib.3.
& Gozad.conſi.56.nu.5.& 13.& conſi.80.nu.6.ubi iſtā
2 communem latiſſime declarat. Hoc quippe ampliatur
non ſolum procedere in hæredibus ſcientibus ipſis de-
claratam eſſe hæreditatem, uerum etiam in ignoranti-
bus qui caſu quo ab obitu defuncti 30.anni fluxerint pro
fecto ab hæreditaria petitione caderent, tex.eſt in l.hę-
reditas.C.de petitio.hæredita. & ita hoc notant, & fir-
mant Doc.in d.l.licet,& in d.l.filio præterito, interpre
3 tatur uero iſtud non procedere, quando iſti ignorantes
per huiuſmodi ignorantiam ex clauſula, ſi qua mihi iu-
ſta cā & certa aduerſus præſcriptionem in integrū reſti
tutionem peterent, quæ abſque dubio aliquo conceden
da foret, ut per Fulgoſi.conſi.64.in fi.per doctrinā Bar.
in l.1 §.ſi quis propter,ff.de itinere,actuq; priua. & cō-
probatur melius hoc ex his, quæ tradit Spec. in titul.de
præſcrip.§.1.uer.pone colonus, Fulgoſi.conſi.63. Fran
cus circa fi.& Alex.conſil.89. col.2.uolu.2.& ita ſe hēt
communis opinio, ut aſſerit Soci in l.cum filius. §.1. ff.
de uerbo.oblig. col.1.& Deci.conſi.203.in caſu. col.2.
4 Sed aduertendum eſt hic ꝙ iſtud remedium non pro-
deſſet contra præſcriptionem 40.annorum, quoniā illa
plenisſimam ſecuritatem parit, l.omnes, C. de præſcrip.
30.anno.& hoc tenet Alexā.conſi.172. col.3.uolu.2.&
Soci.in l.cum filius,§.in hac,ff.de uerb.oblig.in fi.Dec.
conſi.29.& pro tenui,& conſi.375.uiſa bulla ante fi. &
conſi.36 diligenter conſideratis in fi. faciunt ſcripta per
Soci.conſi.299.circa finem, & ſciendum eſt ad præmiſ-
5 ſorum utilem intelligentiam, ꝙ beneficium hoc reſtitu-
tionis in integrum eſt utile a principio, nec currit, niſi
a die ſcientiæ, quia tempus quadriennij datum, conceſ-
ſumque ad petendam reſtōnem in integrum eſt utile a
principio, l.fin.C.de temp. integrum reſtit.ut per Bald.
conſi.226.quæſt.uolu.2.quod putat eſſe memoriæ com-
mendandum, Alexā. conſi.110.perſpectis lib.5.& tem-
pus utile non currit ignoranti, l. utile. ff. quis ordo in
poſſ.ſerua.& ita remedium hoc ſecundum Doct.allega
tos dabitur etiam contra præſcriptionem 40.annorum,
ſi is qui petit reſtōnem iuſte ignorauerit hæreditatem
ſibi delatam eſſe,& ſic habes ꝙ quadriennium non cur
rit niſi a die ſcientiæ ſecundum Dec.conſi.303. Tholo-
meus conſi.76.Iaſ.in §.rurſus, inſtit. de actio.in quibus
locis atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem &
Illuſtriſſ.D.Reſtaurus Peruſinus Præceptor meus quo
que, dum publice audiebam Peruſij, qui plenisſime mo
re ſuo declarabat omnia prædicta, interpretatur etiam
præcitata concluſio.ꝙ ſui, uel extranei hæredes exclu-
duntur a ſucceſsione lapſu 30.annorum, quando filijs a-
gnoſcunt hæreditatem ex capite unde legitimi. Nam fi-
lij poſſunt ſuccedere ex capite unde liberi, a quo 30.an-
norum pręſcriptione excluſi admitti poſſunt intra alios
30.annos ex capite legitimorum, argumento l.1. §.ſed
uidendum.ff.de ſuc.edicto, ut per Alex. aliosque Doct.
in d.l.licet, Bar.conſi.118.quidam habuit, Corne. conſi.
70.ueniunt col.pen.& fin.lib.4.cum relatis per Iaſ.con-
ſi.34.uol.2.& Iſtam ſcribit eſſe communem opinionem
Alex.conſi.89.uiſo puncto col.2.& uol.2.

Hæres cogi non poteſt ad ſoluendum relicta ex teſta
mento non ſolemni.l.ſi ueritas.C.de fideicō. & ibi oēs
Doct.notant,& Bal. quoque conſi.284.& ſeq. & conſi.
308.iſta ſcriptura.lib.3.interpretatur utiliter hoc, quan
do teſtator in teſtō non ſolenni legatarijs, & fideicom-
miſſarijs expreſſe permittat, ut poſſint propria authori
tate accipere poſſesſionem rerum relictarum.l.3.§.Lu-
cius.ff.de leg.2.& ex poſſesſione legatarios, fideicom-
miſſariosque retentionis commodum conſequi, nemini
dubium eſt.l.militis codicillis.§.ueteranus.ff.de milita.
teſta.& per Doct.in l.poſt diuiſionem, & in l.cum quis.
C.de iuris & facti ignora.& per Canoniſt.in c.fi.de ſo
lu.& ab opinione hac non eſt recedendum teſte Alex.
in l.nemo.ff.de leg.1.col.6.et quamuis Barba.in d.c.fi.
col.7.et ſeq.dicat nonnulla contra iſtam ſententiam, ta
men ſecundum eam iudicandum eſt, quia opinio præ-
dicta communiter approbatur, et magis communiter
approbatam eſſe aſſerit, Iaſ.in d.l.cum quis col.5.et

in allegata.l.nemo col.15. hiſque accedit unum ualde utile, ꝙ ad probandum licentiam per teſtatorem traditam apprehendi poſſesſionem rerum relictarum propria authoritate, ſufficit etiam actus inualidus. l. qui a patre, ubi Bal.ff.de confirma.tuto.l.fi.et ibi Bart. ff. de rebus eorum, Dec.conſi.171.in cauſa uenerabilis,et Iaſ. conſuluit conſi.127.dubitatur.col.5.uol.2.

I

IMPERATORES Deus de Cœlo cōſtituit,ad hoc, ut per ora eorum diuinitus leges conderentur, § quia igitur, in auth.de inſti.cau.& fin. & ideo ab Imperatore dicuntur leges emanare diuino quodam motu.l.fi.C.de præſcrip.lōgi temp.Imperator ipſe eſt lex animata in terris, ut in authen. de conſuli. in prin. Imperator eſt pater legis, ut in auth de inceſt.nup, §.dubitatum, & Imperator dicitur proprie poſt triplicem coronam ſuſceptam, ſ.ferream in Alemania, argenteam in Mediolano, & auream Romę, de quibus per gl. in cle.1.§.nos eodem mandato, in uer.facturus, de iureiur.& per Aluaro.in cap.1.col.5.in ti.quis dicitur Dux, uel Mar. ubi poſt Signo. de Homode. concludit quòd in Alemania coronatur corona argentea ab Archiepiſcopo Colonienſi Aquiſgrani, Mediolani coronatur ferrea in æde Diui Ambroſij ab Archiepiſcopo Mediolanenſi, tertia Romæ a Summo Pontifice ad Altare ſancti Mauritij, ut late deducit etiam Illuſtriſſ. D. Reſtaurus Peruſinus Præceptor meus in tract. de Imperatore in quæſt.24.nu.1.& ſeq. Ante uero coronationem uocatur Rex, ut eſt tex.in c.uenerabilem ext. de elect.no.gl. in d.cle.1.§.nos eodem mandato, Martinus in tract. de Epiſcop.in 4.par.2.par.prin.lib.3.Ruyn. conſi.16 t. nu.17.uol.2.& late Cornel.conſil.177. egregie diſcuſſa per totum lib.1.ubi diſputat an Imperator ante coronationem poſſit legitimare, uel alteri concedere authoritatem legitimandi, & latius conſil.1. in præſenti lib.3. & Fely.in cap.eam te col.2. de reſcrip. & quamuis uariæ reperiantur opiniones Doct.utrum Imperator ante coronationem poſſit exercere iura Imperij, & omnia quæ poteſt ipſe Imperator poſt coronationem, quas abunde refert Præpoſitus in d.c.per uenerabilem co.2. & ſeq.tamen uera, & communis ſententia eſt ꝙ electus in Regem Romanorum ante coronationem poteſt omnia, quæ pōt Imperator poſt coronationē, ut aſſerit glo. communiter approbata in c.legitimus.93.diſt. Hoſt. in c.ſuper quibuſdam de uerb.ſig. dicens ita ſeruari, & ita fuiſſe iudicatum per Principes Alemaniæ, & iſtam opinionem ſequuntur omnes Canoniſtę poſt Ant.in d.cap. per uenerabilem, Corn. in d.conſi 177.col.3. & ſeq. & conſi.1.per totum uol.2.Deci.conſi.194.uiſo,n.2.Soci. conſi.63.n.4.uol.3.& Parıſius conſi.1.num.4.uol.2.ubi ſcribit iſtam eſſe communē opinionem, Chriſtoph.Pot. in rub.inſti.de iuſti.& iure,n.5.& clariſſ. D. Reſtaurus in d.trac.de Imperatore in q.46.nu.1 .& ſeq.& licet olim ſuper hac quæſtione uariæ eſſent opiniones, hodie receptum eſt conſuetudine, ut ſtatim adminiſtret ſecundum Deci.poſt alios relatos per eum in d.c.eam te,col. 2.& D.Reſtaurum in d.q.46.ampliatur iſta cōis, ut non ſolum procedat ante coronationem, ſed ēt ante approbationem aliquam de eo factam, ut tenet Abb. in d. c. per uenerabilem ante fi.& Bar.in extrauag.ad reprimē. in uer.reges, ante fi. & Imperator ipſe dēt ire Romam ad ſuſcipiendum coronam, neq; poſſet ei mitti alibi, ita ſingulariter per illum tex.no.Bal.in §.ad hoc col.pe.de pace iuram.firma.pro cuius dicto, bene facit tex.in cle. 1.§.nos itaque circa fi.de iur.iur.quem text.not.ad hoc Alua.in c.1.in prin.in titul. quis dicatur Dux, uel Marchio, et in c.1.§.fi.in 2.nota.de pace iura.firma.ubi ſequitur Bal.in hoc, et D.Reſtaurus in d.trac. de Imperatore in q.35.et 48.nu.1.et hoc dictum pro ſingulari citat Iaſ.in repeti l.ſi is, qui pro emptore col.90.fi. de uſuca. ubi refert Card.et Gemi.in hoc Baldo contrariari, quia ſecundum eos poteſt expediri per manus legatorum. et Imperator denique eſt Dominus totius mundi. l.deprecatio.ff.ad l.Rodiam de iactu.et l.bene a Zenone.C.de quadrien.præſcrip.c.quoniam.10.diſt.c.ad uerum.cap. duo ſunt, et c.Imperator.26.diſt.et cap.ſunerum. 12.q. 2.quoniam ei ſubſunt Reges, Principes, et omnes nationes, ut concludunt omnes Doct.communiter in cap. per uenerabilem, qui filij ſint legi. in cap. nouit. de iud. et in d.c.uenerabilem, et in l.1.C.de ſum.trinit.et fide, quam communem celebrat, et citat Iaſ.ibi, num.6.et 8. huic uero opinioni obſtat iſta obiectio, quia eodem tēpore eſſent duo Domini eiuſdem rei, puta rei meæ, ſ. Imperator, et ego, quod eſt contra.l.ſi certo. § ſi duob. uc.ff.commo ſolue iſtam difficultatem, ut per Paul. de Caſt.conſi.56.uidetur dicendum, nu.2.uolu.2.ubi dicit Imperatorem eſſe dominum mundi quoad iuriſdictionem, non quoad proprietatem ſingularium rerum, imo illæ pertinent ad ſingulares perſonas, et ſecundum Fabia.de monte in trac.emptio.et uenditio. in 3.prin.q.2 nu.7.ubi ait ꝙ Rex, uel Imperator non poteſt uendere rem ſui ſubditi, niſi ob publicam utilitatē. plura alia et forſan maioris momenti poſſem opponere contra iſtam communem, quæ omnia prætermitto, quia contrahitur hæreſis ſi dicatur Imperatorem non eſſe Dominum, et Monarcham totius orbis, cum dicatur in Euangelio Lucæ.3.cap.exijt edictum a Cæſare Auguſto ut deſcriberetur uniuerſus orbis, et Chriſtus recognouit Cęſarem Imperatorem, ut dicitur in Euangelio Reddite quod Dei Deo, et quod eſt Cæſaris Cæſari. Paulus ad Rom.13.c.in extrauag.ad reprimendum. in prin. et ibi gl.et de transla.Epi.cap.Apoſtolicæ.§.nos de re iudi.cle.1.de magiſtris, et cle.1.de ſenten.excommunica. in prin.et ibi per Cardi.et per Bar. in l.hoſtes, col.2. ff. de capti.et poſt limi.reuer.et uide plene per Iaſ.in l.cunctos populos col.2.C.de ſum.tri.et fide, ubi dicit quòd Bal.in c.ſolite de maior.et obedien.tenet contra Bar. et Panor.in c.nouit de iudi.ante fi. et Imperator ipſe eſt talis, tantæque præeminentiæ, ut ſupra docuimus, quòd minime de Imperatore ad Papam poteſt appellari. c. cuncta.9.q.3.et hoc idem uoluit gl.in c.quoniam 11.diſtin.imo fortius dic quòd de inferiori ordinario temporalibus in terris Imperij ad Papam non appellatur.c. ſi duobus in fi.infra de appellat. minus ergo ab Imperatore ad Papam arg.l.1.ff.a quo appellare non licet, et concluſiue procedēdo intellige iſtam ultimam communem uniuerſaliter procedere. non autem particulariter ſecundum Bar.in trac.ad reprimen.in uer.totius orbis, ubi ſubdit ex hoc, quod Imperator poteſt mundum ab alio occupatum uendicare. et ex iſta ratione, quòd Imperator eſt dominus totius mundi dixit Bal.in l. fi. in prin.C.de eunuch.quod Imperator pōt punire ſubditū de delicto ubique commiſſo. item intellige dictam communem quod Imperator in temporalibus, præeſt omnibus clericis, et laicis in terris imperij, non autem in ſpiritualibus ſecundum Inno.in c.nouerit, de ſent.excommunicat.quem refert et ſequit Bal. in ſua marga. in uer. Imperator. Imperator enim dicitur uicarius Dei in tēporalibus ſecundum Bal.in l.1.de iure aureorum annulorum, et in auth.habita, col.4.C.ne filius pro patre. ſed aduertendū eſt quòd in ſpiritualibus, et concernentibus peccatum principaliter Imperator Papæ, et Canoni ſubeſt.c.nouit de iud.c oēs, de maiori.et obedi.c.quoniam.10.diſt.quo fit, ut quo ad iſta Imperator forū Eccleſiæ ſortiatur, ut in iuramento, in uoto, in pacis, et cōtractus obſeruatione, quæ ad forum Eccleſiæ pertinere dicuntur, ut in c.fi.de iur.iur.in 6.et in c. quòd clericis, ubi gl.et Doct.de foro competen. cum ſimilibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Immunitas munerum ordinariorum & extraordinariorum, ac eorum quæ ſolita atque inſolita ſunt conceſſa, non refertur ad ea, quæ ratione belli diuini, ut peſtis, aut belli hominum imponuntur.*

2 *Etiam ſi in illius conceſſione uerba ſint generalia, & ampla.*

3 *Non tamen id locum habet in uerbis generalibus & geminatis, ut ſi ab omnibus & quibuſcunque muneribus conceſſa ſit immunitas.*

1 IMMVNITAS conceſſa alicui ab oneribus, & collectis ordinarijs, & extraordinarijs, ſolitis & inſolitis, non extẽditur ad onera, quæ imponuntur ratione belli diuini, puta peſtis, uel belli humani, ſecundum Cyn. Dyn. Alberi. Soci. Alex. Iaſ. & Rip. in l. ſi ex toto. ff. de leg. 3. ubi Rip. nu. 17. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur Thom. Parpalia in l. placet, col. fi. C. de ſacroſanc. Eccl. Cepolla in caut. 62. alias 80. incip. quia priui leg. Fely. in c. cauſam quæ, nu. 17. de reſcrip. Rom. conſi. 436. quod indolum, per text. in l. iubemus nullam, ubi Bal. & alij not. C. de ſac. ſanc. eccl. Alex. conſi. 215. nec argumenti nu. 21. col. 2. & de hoc eſt tex. cum gl. & ibi no. Doct. præſertimque Lucas de penna in l. 1. C. ut nemini liceat in emp. Spec. de excuſ. lib. 10. & Pariſius conſ. 68. nu. 14. uol. 1. & iſta eſt magis communis opinio teſte Ripa in trac. de peſte, in tit. de remedijs ad conſeruandam ubertatem, num. 231. Curti. Iun. conſi. 61. habita col. 6. Leonardus conſi. 117. nu. 25. & ſeq. quod quidem conſilium reperitur inter conſilia feudalia Alber. Brun. fol. 123. & Iaſ. in d. l. ſi ex toto. col. 3. ubi dicit immunitatẽ
2 conceſſam etiam uerbis generalibus, & amplis non extendi ad onera, quæ imponuntur ratione belli, uel alterius publicæ neceſſitatis incogitatæ, & ꝙ in hoc eſt magis communis opinio, ut per eum ibi nu. 8. & 12. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de cenſibus. §. 2. uerſi. ſciendum eſt, per Ant. de But. in c. peruenit, per illum tex. ubi alij Doct. de immunitate Eccl. Alberi. de roſa in 2. par. Statutorum. q. 138. Statutum eſt in Ciuitate. Bal. conſ. 106. late fin. uol. 5. & Alex. in d. conſi. 216. uel 215. interpre
3 tatur iſta communis non procedere quando immunitas ipſa eſſet conceſſa alicui ab omnibus, & quibuſcunque oneribus, tunc immunitas iſta extenderetur etiã ad onera ratione peſtis, belli, & alterius magnæ neceſſitatis reipublicę propter ipſa uerba geminata ab omnibus & quibuſcunque oneribus, ſecundum Alexan. conſi. 25. primo aſpectu. nu. 113. & conſi. 68. quæritur 2. n. 17. & 29. uol. 1.

Immunitas conceſſa propter paupertatem, ceſſat ſuper uenientibus diuitijs, & ſic ceſſante cauſa paupertatis ſecundum complures Doct. relatos per Iaſon. in l. ſciendum, §. ſi fundum nu. 6. ff. qui ſatiſda. cogan. qui quidem ſcriben. mouentur ad ita decidendum per tex. in l. cura. §. deficientium. ff. de mune. & honoribus, ubi deficientium facultatibus, ad munera, quæ inducuntur excuſatio non perpetua eſt, ſed temporalis: nam ſi ex noto patrimonium auctum fuerit, ceſſabit excuſatio, per tex. in l. his omnibus. §. auctis ff. de uacatio. munerũ, cuius hæc uerba ſunt, auctis poſt appellationem medio tempore facultatibus paupertatis obtentu, non excuſantur, ut per tex. expreſſum in l. non tantum. §. eos qui, ubi immunitas conceſſa ob paupertatem ceſſat auctis facultatibus, & hoc idem notant, & firmant per illum text. ibi Iaco. Are. Nicola. de Matia. in Lectu. Bar. Bald. & Alberi. & Alex. in l. ſi cum dotem, §. ſi maritus, nu. 6. ff. ſol. mat. Tyraq. in trac. de cauſa ceſſante in 1. par. prin. num. 193. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Iaſ. in d. §. ſi fundum nu. 6. & ſeq. ubi eam ab omnibus ferè contrarijs efficaciſſimis reſponſionibus, & rationibus tuetur.

Immunitas, & exemptio poteſt præſcribi concurrente titulo, & bona fide 40. annorum ſpacio, unde ciues omnes ſi ſoluunt gabellam ſeu uectigal impoſitum, excepto uno, qui non ſoluit per 40. annos, erit quippe in huiuſmodi caſu præſcripta immunitas non ſoluendi ſecundum Bar. Ang. Pau. de Caſt. & alios in l. licitatio. §. eorum. ff. de publica. Bald. conſi. 125. q. uertens, uolo. 1. Alex. conſi. 30. ponderatis col. 4. uolu. 5. & conſi. 126. in cã, col. pen. uol. 2. Corne. conſi. 44. in hac conſultatione col. penul. uolu. 2. & conſi. 12. in præſenti col. 5. uol. 3. & conſi. 199. uol. 1. & iſta eſt communis opinio, ut p Balbum in trac. de præſcriptionibus, nu. 29. & ſeq. fol. 53. & Grammati. in deciſ. 100. num. 25. & talis immunitas, & exemptio præſcripta tolli non poteſt, ſecundum Bal. in l. quod ſemel. ff. de decre. ab ordi. fac. & in l. ſi qui, in fin. ff. de iure immuni. & per Bertachi. in trac. de Gabellis in 9. q. 1. parte.

Infamia iuris dicitur illa ſecundum Abb. in c. 1. de accuſa. quæ irrogatur delinquenti ſecundum leges ciuiles uel ipſo iure, prout ipſo iure quis infamis efficitur, ut l. 1. & ſeq. ff. de his, qui no. infamia, uel mediante ſententia, ut habetur in l. infamem. ff. de publi. iud. & in c. prohibetur. 2. q. 1. & in l. qui accuſare. ff. de accuſa. et quãuis probetur delictum infamans per teſtes, non ob hoc diceretur infamis infamia iuris ille aduerſus quem probatum fuit, niſi ſententia, ut ſupra docuimus accedat, uel confeſſio delinquentis, ut per gloſ. communi calculo Doctor. approbatam in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi cum de hæreditate. ff. de iur. iur. quam quidem communem ſequitur, et citat ultra ſcriben. in d. § ſi cum de hæreditate Iaffredus in deciſ. 304. hoc uero interpretatur cũ grano ſalis non procedere contra abſentem, et contumacẽ condemnatum præcedente inquiſitione, quo caſu non efficeretur quis infamis ſecundum gl. in l. 3. §. præterea de ſuſpect. tuto. quæ uult ꝙ damnatus per inquiſitionẽ non ſit infamis, idem tenet ibi Dyn. gl. et Cyn. in l. fi. C. de ſuſpec. tuto. Bart. in l. ictus fuſtium, de his qui notan. infami. et in l. non ſolum. §. fi. de proc. et in conſi. incip. quæritur, et in dubium reuocatur Ant. Franchinus, glo. in l. 1. C. de modo multa. Bar. autem, et quidam alij in d. l. infamem uidentur aliter ſentire, tamen aduerte, quia loquuntur quando inquiſitus comparuit, et defenſionẽ ſuſcepit, ſed quando abſens, et in contumaciam fuerit condemnatus, eo caſu non infamatur, ut ſuperius oſtendimus, et in effectu reperio Iaco. Butri. in quadam ſua diſputa. tenere contra iſtam communem ſententiã Gloſſarum, ꝙ condemnatus in contumaciam efficiatur infamis, cum quo uidetur ſentire Bal. in l. cum mulier. ff. ſol. mat. nihilominus ipſemet Bald. reuocando opinionem in melius tenuit dictam communem in l. 1. C. de hæredi. inſti. in l. etiam. C. de fur. et in l. 1. C. de calumnia. qui aſſerit iſtam eſſe communem opinionem, in tantum ꝙ iſta communis habet unicum contradicentem, ideo fatuum eſſet ab ea diſcedere in actu practico.

Leges ſacratiſſimæ ab omnibus ſciri debent text. eſt in l. C. de legi. quod intelligendum eſſe arbitratur Are. in §. ſuſpectus inſti. de ſuſpec. tuto. de iuribus uulgaribus, et caſibus qui frequenter ſunt in facto, et Alex. in l. ſi quis ita, nu. 4. ff. de uer. oblig. et Iaſ. in l. quod te, n. 35. ff. ſi cer. pet. tenent ꝙ circa hoc quis dẽt ſe a peritis informari. Sed illa concluſio hẽt locum in iure ſcripto, ſecus in iure non ſcripto, ut per Bar. in l. quibus. ff. de legi. refert Iaſ. in addi. ad Portium in §. ſed principi, nu. 24. inſti. de iure natu. genti. et ciui. et Ripa in c. ſæpe nu. 92. de reſti. ſpoliat. et hinc eſt ꝙ errans in iure, uel ignorans leges, ſtatuta, et proclamationes non dicitur in dolo, ſed in lata culpa ſecundum Iac. Butri. Bart. Bal. et alios omnes in d. l. 3. et in l. lata. ff. de uerb. ſig. et iſta eſt communis opinio, ut ſcribit Alciat. in tract. de præſump.

in 3.reg.præſump.30.nu.6. iſto itaque caſu errans in iure, uidetur carere dolo, & ignorantia ipſa iuris excuſat ignorantem, prout excuſat etiam & in altero caſu, i. in acquiſitione fructuum, ſecus in præſcriptione ſecundũ Bar. Imo.& Pau.de Caſt.in l.ſi fur.§.1.ff. de uſucapio. Panor.alijque Canoniſtæ in c. ſi diligenti, col.5.intra de præſcrip.& Fely.in c.de quarta col.9.de præſcrip.et iſtam ponit eſſe communem opinionem Cur.Iun.conſ. 6.col.pen.& Moder. in d.c.ſi diligenti, & ſimiliter iſta iuris ignorantia minime excuſat mulierem, niſi in caſibus, in quibus reperitur in iure cautum.l.fi. C. de iuris, & facti igno. q̃ uerificatur etiam in l.ſi quis in tantam. C.unde ui, ubi gl.& Doct.communiter concludunt pœnam illius legis procedere contra mulierem, & iſtam communem ſequitur, & citat, & declarat Alex.in l.iuſte poſſidet, nu.34.ff. de acq. poſſeſſ. & Moder. in d.l.ſi quis in tantam.

Inſtrumentum, teſtamentum, uel quilibet alius publicus contractus requirit neceſſario pro eius ſolennitate, ut in eo inſeratur inſcriptio Ciuitatis, platea, uel domus ubi actus celebratur, adeo quòd locus loci inſeri, ac poni dẽt in ipſo inſtrõ, alias fidem non facit ſecundum Io. And.in addi.Spec.in tit.de inſtru.ædi.§.inſtrumentum uer.quid ſi locus, Bar.in l.ſi quis ex argentarijs. §.initiũ tabularum, col.pen.ff.de æden.& in l.de pupillo. §.qui nunciat.ff.de no.oper.nunci.Rom.& omnes in l.lecta. ff.ſi cer.pet. Bald.in l.contractus.ff.de fide inſtru.& in l. optimam.C.de contrab.& commiſſ.ſtipul.& iſtam ſcribunt eſſe communem opinionem Moder. in d.l.lecta, Ruynus conſi.154.nu.4.et 10.uol.3. et Boeri.deciſ.32. nu.37.ſed non eſt neceſſarium, ut locus loci particularis, ac ſpecialis in inſtrumento inſeri debeat, Verbigratia, ſi dicatur actum in aliquo deſignato palatio, uel domo non oportet addere in tali camera dictæ domus, ut tenet Bar.et alij communiter in d.l.de pupillo.§. qui nunciat, et ita conſuluit Ruynus in d. conſi.154.nu.10.

Inſtrumentum publicum confectum per tabellionẽ neceſſario requirit eius ſignum, alias non probat nec facit fidem ſecundum magis communem ſententiã Doc. in l.contractus.C.de fide inſtru. et in l.1.C.qui admi.ad bonorum poſſ. quam citat Boeri. in deciſ.36.num.8. et fere omnes Moder.in d.l.contractus, nonnulli uero ſcriben.inclinauerũt in partem contrariam, uidelicet quòd omiſſio ſigni notarij non uitiet inſtrumentum, et quòd illius appoſitio de iure neceſſario minime requiratur, quam quidem opinionem negatiuam ſequitur ẽt Alex. et ſcribit eſſe communem in rub, num.14.de nou.oper. nunciat.Sed primam partem in facti contingentia ſemper amplecterer tanquam frequentiorem, et communiorem, quæ quippe uti ueriſſima ampliatur, nedum habere locum in originali inſtrumento, uerumetiam in copia collationata per tabellionem, ut puta Sempronius produxit inſtrumentum ipſum, fecitque illud collationari per actuarium cum ſuo ſigno ſolito, et fide in calce ipſius quòd inſtrumentum collationauit de uerbo ad uerbum, et penes ſe retinuit inſtrumentum ipſum originale, ne perderetur, iſto certe caſu illa copia regiſtrata præſumitur de actis, et hẽt publicam fidem abſque eo quòd producatur per ipſum Sempronium originale ſecundum oẽs Doc.cõiter in auth.ſi quis in aliquo.C.de æden.quam ſequuntur Moder.ibi, et atteſtantur, et Maranta in trac.iudiciorum in 6.par.2.par.prin. ſuper 10. actu.nu.3.et licet in iſto inſtrumento requireretur ſignũ tabellionis ſecundum magis communem ſententiam, non propterea requiritur in eo inuocatio Domini noſtri Ieſu Chriſti, imo huiuſmodi leuis ſolennitas derelicta in iſto inſtrõ non infringeret, nec uitiaret inſtrm ipſum, ut per Bar.eleganter, et omnes ſcriben.in l.fi. C.de iure deliberan.quam opinionem ſequitur, et ſcribit eſſe communem Dec. in c. ſi ſcripturam de fide inſtrum. et Couarruuias in pract.cap.20.nu.1. Secus autem dicendum arbitror in inſtrumentis publicis, in quibus reperiuntur defectus in nomine Pontificis, uel Imperatoris: hoc enim caſu non plene probarent, ut uiſum fuit Bar.in l.admonẽdi.ff.de iureiuran. ubi diſtinguit quòd ſi tabellio uiuat, tunc inſtrumentum propter iſtum defectum nullam fidem faceret, ſiquidem imputandum foret parti, cur non ageret cõtra tabellionem, ut inſtrumentum ſibi reaſſumeret, cum minus perfecte reſtituerit.l.uelut in prin.ff.de æden.ſi uero tabellio ipſe foret mortuus, arbitratur Bar.facere ſemiplenam probationem, l.1.§.ſi linum, & §.ſi roſæ.ff.de bono. poſſ. ſecundum tabu.& cum iſta Bart. diſtinctione tranſeunt omnes Doct.communiter in d.l.admonendi, ut refert Curtius inibi nume.148. licet ipſe ab ea diſcrepet, & male multa in contrarium adducendo, et hoc quòd nomen imperatoris præponendũ ſit in inſtrumẽto publico, probat tex.in auth.ut præponatur nomen imperat. & præſertim in locis, quæ Imperio ſubſunt, et ſimiliter in locis, quæ Papæ ſubijciuntur nomen ipſius eſt apponendum ſecundum Abb.in prooemio Gregoriano col.5.et in c.1.de fide inſtru.ubi omnes Docto.communiter hoc firmarunt, & aliqua de inſtrument. poſuimus infra in uer.ſtatutum diſponens quòd inſtrumenta.

Iudex non tenetur exprimere cauſam in ſententia c. ſicut de re iudi.& l.in ſummo.ff. eo.tit. & ita tenet glo. in l.ſi me, et Titium.ff.de excep.rei iudi.imò eam exprimendo fatuus cenſetur.l.2.§.uigorem.ff.de his qui notã infa.not.glo.in l.properandum, § illo. C.de iudi. & habetur per Ioan.And.& alios in d.c.ſicut, & per Bart. in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de uer.oblig.& Papien.in ſua pract.in forma ſententiæ diffinitiuæ in glo. relaxandum, nu.4.& Corne.conſi.345.nu.3.uolu.1.& conſilio 89.nu.1.uol.3. tamen ſi ipſe iudex cauſam ineptam exprimeret dicta ſententia penitus uitiaretur ſecundum Fely.in c.cum ordinem col.1.ext.de reſcrip.Innoc. & alios Doct.communiter in c. in præſentia de renuncia. & in l.ſi is ad quem, ff.de acqui.hæred.& iſtam opinionem communem ſequitur, et citat Cur.iuni.in l.1.num. 33.ff. ſi cer. pet. & ratio iſtius communis uidetur hæc, quia iudex releuatur a iure ab expreſſione cauſæ in ſententia, illud eſt propter præſumptionem iuris, quæ eſt pro ipſo iudice, d.c. in præſentia, & l.2. C. de offi.cui. iud.quẽ quidem tex.ad hoc ſingularem, & meliorẽ de iure dicit Barb.in tracta.de præſtan. Card. in 1.q.1.partis col.6.ſed quando exprimit cauſam in ſententia, quæ ſit inepta, aut minus legitima, tunc ſumus in caſu claro, quod iudex male iudicauit, et ſic ceſſet præſumptio in re clara, quæ eſt pro iudice.l.cõtinuus.§.cũ ita.ff.de uer. oblig. aduerte ẽt hic quod quando iudex aſſerit in ſententia probatũ fuiſſe aliquid per duos teſtes ſe referendo expreſſe ad acta, tunc ſi conſtaret de errore ipſius iudicis eſſet nulla ſecundũ cõem opinionem omnium Doct.quam citat, et ſequitur Dec. in c.quoniam contra nu.158.de probat. & Moder. inibi limitatur primũ iſta communis ex not.per Ant. de But. in c.per tuas, ex. qui filij ſint legi. ubi per illum tex. concludit quod ſi ad ferendam ſententiam iudex ex duabus cauſis moueatur, quorum una ad cauſam faciat, altera minime, ſuſtinetur ſententia ex ea faciente ad cauſam, ubi alias redderetur nulla, ſi una tantum ratio fuiſſet expreſſa. cap.ex parte, &c. dilectus de conceſſio.præben. & hoc idem ſequitur Inno.in d.c.in præſentia Imo.in l.ſi plagiũ, et in l. quod dicitur co.10.ff.de uer.obl.Ant.et Abb.in c.1.et in c.eũ inter de re iudi. Alex.in l.qui Romę.§.duo fratres, ff.de uer.obl.& in l.ſi is ad quem poſt Rom. ff.de acqui. hære.cum aliis concord.de quibus per eum, et Mod.in dictis locis. Limitatur ſecundo loco prædicta communis per Doctrinam Iac. Butrig. l.5. §. ignominiæ. ff. de his qui notan. infami. ubi uoluit quod ſi iudex expreſſiſſet

fallam

falſam cauſam in ſententia, per quam ſententia reddebatur nulla cum adiectione dictionis maximè ſubſtinebatur ſententia, quoniam ad illam cauſam duntaxat non cenſetur Iudex ſe aſtrinxiſſe, & iſtam doctrinam ſequitur Abb. in c. ſicut de re indic. & in c. ea parte Haſtenſis circa conceſſio. de præben. & in cap. tum ex literis de reſtitu. ſpolia. Alex. in d. §. duo fratres char. 10. & hoc dictum Iac. But. procedit quando ea actis apparet de alia legitima cauſa: tunc enim Iudex exprimendo cauſam falſam appoſita dictione maxime uerisſimiliter ad illam cauſam legitimam, quam non expresſit reſpexiſſe uidetur, & ita declarat Domi. in c. uenerabilem. §. fin. de ſent. excommu. in 6. & in c. tantum circa fin. 21. diſt. Imo. & D. Ant. in c. ea parte de renunci. & in c. ab excommunicato col. pen. de reſcrip. & Rom. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hæred. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Ruynus conſi. 63. nu. 15. uol. 1.

Iudex ſuccedens in officio poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris ex coniecturis & aliis, quæ percipere pōt ex agitatis coram prędeceſſore ſecundum Bar. Ang. Imo. et alios Doc. cōmuniter in l. ab executore. ff. de appella. ſecus uero ſi ipſe ſucceſſor uellet interpretari dictam ſententiam ſuo ſenſu mero ſecundum Imo. ibi ſaluantem contrariam opinionem Bald. in l. 2. C. de ſent. ex peri. recitan. & iſtam communem celebrant, ſequuntur, & citant Doct. in d. l. ab executore, & similiter Iudex ſuccedens in officio poteſt exequi ſententiam abſque mandato ſui prædeceſſoris, qui uidetur idē Iudex, ut per Bar. in l. a Diuo Pio. §. ſententiam Romæ. ff. de re iudic. cuius opinionem communiter ſequuntur Doct. ut per Soci. ibi, n. 16. amplia hoc in tantum procedere, ꝙ iudex ēt alterius tribunalis hēt facultatē ſententiam alterius Iudicis exequendi, ubicunq; ad ipſam pertineret executio iſta de iure communi, ſeu ſtatutario, ſecus uero, niſi hēret huiuſmodi executionē de iure cōi, uel municipali, quoniam tunc non poſſet ſine literis iudicantis, ut per Bar. & omnes in d. §. ſententiā Romæ, ubi Soci. alios referens ſcribit, nu. 17. & ſeq. iſtam eſſe communem opinionem, & his occurrit congruenter hic, ꝙ ſententia lata ſuper executione ſententiæ eſt interlocutoria ſecundum Doct. communiter in l. ab executione. C. quorum appella. ut per Ripam in l. iuſſit nu. 43. ff. de re iudi. licet Iac. Butri. in d. l. ab executione, & male teneat dictam ſententiam eſſe diffinitiuam.

Iudex ſi aditus fuerit ſuper abſolutione a iuramento in contractu uſurario, ſeu ſimulato ad effectum, poſtea agendi ſuper ſimulatione contractus, abſolutione obtēta non poteſt coram alio Iudice de ſimulatione agi, ſed coram eodem Iudice id petere neceſſe eſt, ſecundum Bal. ſingulariter in l. ordinarij col. 1. C. de rei uend. cuius doctrina communiter eſt recepta per omnes Doct. in l. quotiens. C. de iudi. & præſertim per Alex. ibidem, nu. 4. & ponunt Moder. in rub. eat. de iud. & in rubr. C. de eden. ubi omnes uno ore fatentur opinionem Bald. communiter approbatam eſſe, non obſtantibus traditis per Pau. de Caſt. in d. l. ordinarij, & opinionem ipſam Bal. tanquam communem defendit & tuetur a morſibus, Deci. in d. rub. de iud. Curt. Iun. in pręcitata rub. C. de eden. nu. 14. uſque ad n. 21. hinc Alex. conſi. 58. nu. 7. 8. & 9. uol. 1. dicit ꝙ ſi coram aliquo Iudice ſit petita exhibitio alicuius ſcripturæ uel inſtrumenti, ꝙ Iudex qui fuit aditus in iſto præparatorio exhibitionis ſcripturæ, remanebit Iudex i cā principali, & ſic i iudicio ꝑparato.

Iudex laicus de cauſa uſuraria non pōt cognoſcere ſecundum Bar. in l. quotiens. C. de iudic. quem ſequitur ultra alios ibi Alex. & Iaſ. col. 2. & ſeq. aſſerentes iſtam eſſe communem opinionem, & oēs Docto. in l. Titia. ff. ſol. mat. in Regno uero Neapolitano ſeruatur contrarium per literam Regis Ludouici, & Reginæ Ioannæ contra uſurarios, imo de iure communi iudex Eccleſiaſticus cognouit de omnibus cauſis ſpiritualibus, et Eccleſiaſticis ad Eccleſiam ſpectantibus, ēt ſi inter laicos agitentur, prout eſt in cauſa uſurarum, cauſa matrimonij, cā iuramenti, & legitimationis filiorū, & ſic de alijs ſimilib. ſiue cā ſit principalis, ſiue emergens, ut eſt text. in c. tuam de ordi. cogni. & ibi per Abb. & in c. lator ꝗ filij ſint legiti. & Doct. in l. omni nouatione. C. de ſacroſan. eccl. & no. ēt Bar. in d. l. quotiens, & in l 2. ff. de iuriſdic. om. iudic. idem tenet Ang. in §. ſi quis autem pro pecuniaria in auth. de ſanctis Epiſc. reprobata ibi communiter gl. per ipſum, & per allegatos Doct. quæ aliter ſentiebant. Hinc eſt ꝙ iurans falſum coram Iudice ſeculari non poteſt ab eo puniri, ſed ab Eccleſiaſtico ſecundum Bal. in l. fi. C. de noui oper. nuncia. & in l. cum par uo in q. fi. co. tit. & iſta eſt communis opinio teſte Boerio in deciſ. 305. nu. 2. 4. & 5. ubi refert nonnullos Doc. contrariam aſſeuerantes, nec non Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit in cauſis ſpiritualibus annexis, ut habetur in c. quanto de iud. prout eſt ius patronatus, & diximus ſupra latè.

Iudici ubicunque eſt ſublata facultas condemnandi a nouo iure corrigente, antiquum ob hoc non intelligitē eidē prohibita authoritas abſoluendi, ſecundū gl. in clemen. 1. in uer. contra eos, de hæreticis, cū qua ſentiūt oēs Canoniſtæ cōiter ibi, & Legiſtæ in l. 3. de re iudic. ut refert Claudi. de Seyſel. in rub. ff. de acq. poſ. Iaſ. in d. l. 3. nu. 5. & ſeq. & Moder. repetentes in l. nemo qui cōdemnare. ff. de reg. iur. ibi Deci. poſt Bal. aſſignat rationem iſtius cōis, in contrariam ſententiam, ꝙ in materia correctoria prohibita condemnatione, cenſeatur prohibita abſolutio, inclinauerunt Steph. Vercell. & Anch. in d. clc. 1. & ſequitur Areti. in d. rub. ff. de acq. poſ. Bar. Soci. ibi motus tribus fundamentis, ut per eum. & Fely. in d. c. 3. col. 2. de re iudi. ubi ponit iſtam opinionem Socin. & ſequacium eſſe communem, & cum ea uidetur etiam concurrere Ripa in d. l. 3. ubi eam nu. 8. interpretat non procedere quando prohibetur condemnatio fauore, et priuilegio perſonæ condemnandæ, tunc non cenſetur prohibita abſolutio, nec in odium retorqueretur, quod fuit inductum in fauorem. l. quod fauore. ff. de legib. et ita procedit tex. in l. quoties. C. ubi ſecutores. et ibi Bal.

Iudex tenetur condemnare uictum uictori in expenſis: nam tex. in l. properandum §. ſin aūt alterutra. C. de iudic. arctat Iudicem ad condemnandum uictum uictori in expenſis, ut ibi ſciant Iudices uictū uictori in expēſis eſſe condemnandum, et ibi in ſummario text. id oēs Doct. cōiter admittunt, dum dicunt ꝙ uictus uictori debet condemnari in expenſis, ut per Bar. Ang. Saly. Pau. de Caſt. et Iaſ. hocque intelligitur, et declaratur ſi petātur dictæ expenſæ per partem: ſi uero non petantur, ad hoc non tenetur Iudex, ut per allegatos Doctor. per l. dies. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. licet hoc poſſit facere Iudex ſi uellet, i. condemnare uictum. in expenſis non petitis per l. ædiles. §. ſciendum. ff. de ædilit. ædic. ita tenent Dyn. et Bar. in d. §. hoc aūt iudicium in 5. q. Bal. in l. non quicquid. ff. de iudic. Ang. et Ray. in d. §. ſin aūt alterutra, et ibi late Alex. nu. 31. et poſt eum Iaſ. nu. 31. ponunt iſtam eſſe communem opinionem, et Ripa in d. §. hoc eſt iudicium, nu. 81. et ſeq. et ita ſeruatur in practica, ut tradit Imo. in l. Paulus la. 1. col. 2. ff. de re iudi. et eam ſimiliter ſequitur Iaſ. multos Doct. citās in l. uniuerſa. n. 4. C. de preci. imper. offeren. et Iudex nō ſolum pōt condemnare uictum uictori in expenſis non petitis ſi uult, factiſq; ante litem cōteſtatam, ſed ēt in expenſis factis poſt litem conteſtatam ſecundum Ripam in d. §. hoc aūt iudicium, nu. 81. uerum ſi Iudex non condemnat uictum uictori in expenſis petitis, cenſetur facere litem ſuam, et tenetur reſarcire de ſuo, ſecundum Barto. in d. §. ſin aūt alterutra, co. fi. et alios Doc. in d. §. hoc aūt iudiciū, et iſtam ſententiam ſequuntur, et aiunt eſſe

commonem Mod.inibi, Marãta in tract.iudiciorum, in 6.par.3. membri, nu.12. & Corſetus in ſing. ſuo in uer. iudex,il.1. Ampliat prędicta quòd uictus uictoriam in expenſis petitis, per iudicem debeat condemnari non ſolum procedere in cauſis ciuilibus, uerum etiam in criminalibus ſecundum communem adſertionem omnium Doct. quam citat, & declarat Marſi. in ſua pract.cri. in §. ſupereſt, n.1. limitatur quoniam prædicta niſi litigator haberet iuſtam cauſam litigandi, tunc enim iudex non poteſt ipſum condemnare in expenſis petitis ſecundũ cõmunem opinionem; de qua atteſtatur Cagnolus in l. in alterius. ff de reg.iuris, nu.25.

Iudex Laicus, ſeu eius familia poteſt capere clericũ deprehenſum in crimine, uel rixa, ſed non poteſt illum detinere, imò ſtatim tenetur iudici competenti Eccleſiaſtico præſentare, ut ſentiunt omnes Canoniſtæ cõmuniter in c. cum ab homine, de iudi. ut referunt Moder. ibi, & dato quòd iudex laicus caperet informationẽ contra Clericum de delicto ab eo commiſſo, tunc iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui iudicis ſecularis, dũ ſibi remittitur Clericus cum dicto proceſſu, & iſta eſt cõis opinio Doc. in c. at ſi clerici, de iudi. teſte Fely. & Moder. inibi, & Gramma. in conſi. Crimi.42. & Ruino conſi.7. uolu 5. Interpretatur hoc non procedere in Clerico capto, repertoq; abſq; habitu clericali ad committendũ homicidiũ, & Clericus captus ſine habitu tempore homicidii perpetrati dolo, & ex propoſito non debet fori priuilegio gaudere, ideo non poteſt aliquo pacto petere remiſſoriam ad iudicem eccleſiaſticum ſecũdum Hoſt. Ioan. And. & Ant. de Bur. in c. perpendimus de ſent. excommu. & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Boer. deciſ.63. nu.16.

Iudex Laicus poteſt punire Sacerdotem, Clericum ue crimen aſſaſſinij committentem eo ipſo abſq; actuali, & ſolemni depoſitione, & degradatione, & hoc ob criminis immanitatẽ eſt proculdubio ſpeciali ratione obſeruandum, ſecundum Lapum, & alios Canoniſtas in c. 1. de homi. in 6. Hippo. de Marſil. in l. unica, nu.107. C. de raptu uirgi. & in ſua practi.crimi. in §. diligenter, n.160. & in §. examinanda, nu.25. quorum opinionem ſequuntur, & cõmunem eſſe aſſeuerant Lambert. in c.1. de hæret in 6. nu.88. & Io. Bernar. in practi.crimi.c.92. idẽq; notat Steph. Aufrer. in Clem. 1. de offi. ordi. regula. 1. fallentia.18. et Grammat. in uoto.8. nu. 4. et ſeq. et hoc uidetur iure cautum ob criminis immanitatem, ſed in alijs caſibus iudex laicus debet eſſe certus, et de ſua iuriſdictione non dubitare, quia qualitas, quæ fundat, aut priuat iuriſdictionẽ debet de ea ante omnia conſtare l. 2. §. ſi dubitetur de iudi. ubi Doct. per illum tex. ita communiter tenent, et in l. ſi quis ex aliena, eo. tit. et in c. ſuper literis, de reſcript. ut per Grãmma. in conſi. crimi. 2. nu. 53. et ſeq. quod reperitur poſitum in fine ſuarum deciſionum.

Iudex in ſententia diffinitiua nõ poteſt aliquo pacto ſibi reſeruare in futurũ condemnationem, uel abſolutionem expenſarum, ſed taxationem fie, ſecundum Cyn. & omnes communiter in l. terminato. C. de fruct. et lit. expen. et Bal. in auth. generaliter. C. de epiſc. et cleri. licet Bar. et male poſt glo. in d. l. terminato ſenſerint contrariũ, et de iſta cõi atteſtantur Mod. inibi, ſecus uero uidetur in interlocutoria: nam per eum nõ definit eſſe iudex, ita tentat Fely. in c. ſignificauerunt col.7. ext. de excep. hoc idem dicendum eſt in delegato, qui quidẽ non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretari ſecundum Bart. et communiter ſcriben, in l. ab executore. ff. de app. per tex. ibi, et glo. in uer. preces, niſi ſecundum prædictos Doct. talis delegatus eſſet, qui utiq; poſſet exequi ſententiam iuxta notata per gl. in l. a Diuo Pio in prin. et § 1. et ibi Bar. ff. de re iudi. quia delegatus a principe non ſolum de iure canonico poteſt ſuam ſententiam exequi. c. ſignificaſti, & c. quærenti. de offi. deleg. ſed etiam de iure ciuili. l. fin. C. de iudi. & ita tenẽt Doct. in d. l. a Diuo Pio, & Soci. alios referens ibi, ubi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex pœnam a lege ſtatuta regulariter ſequi tenetur*

2 *Quam tamen ex iuſta uel rationabili cauſa minuere, aut augere poteſt.*

3 *Huius arbitrij, quod a lege iudici conceſſum eſt, rationem ſubijcit.*

4 *Cauſæ, quibus Iudex motus pœnas a legibus impoſitas augere, minuere uel mutare poteſt.*

5 *Vbicunque autem hoc ſuo Iudex utitur arbitrio, tenetur exprimere cauſam.*

6 *Quod quidem arbitrium non de iure communi tantum, ſed etiam de iure municipali procedit, ut iudici pœnam a ſtatuto impoſitam ex cauſa permutare liceat.*

7 *Nec id ſolum in pœnis minoribus & extraordinarijs poteſt iudex, ſed etiam generaliter in omnibus, quæ ordinaria ſunt.*

8 *Quod tamen in pluribus caſibus oſtendit non habere locum remiſſiuè.*

1 IVDEX ubicunque lex imponit pœnam, ab illa recedere non põt, nec dẽt, tex. eſt cum gl. in c. licet, infra de poenis probatur ẽt in l. 1. §. calumniatoribus. ff. de priua. delict. & hoc firmat quoq; Iacobus Nouellus in trac. ad defenſam in rub. incip. his hactenus, num.44. fol.64. poſt alios per eum relatos ibi: facti enim quæſtio in arbitrio Iudicis eſt, poenæ uero proſecutio non eius uoluntati, ſed legis authoritati reſeruatur: tamen Iudex
2 ex cauſa iuſta, ſeu rationabili põt poenas a lege ſtatutas augere, uel minuere, text. eſt iuncta gl. in l. hodie. ff. de poenis, per quem tex. ita tenet Inno. in c. ext. de conſtitu. Bar. in l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui notan. infa. Bal. & Saly. in l. & ſi ſeuerior. C. ex qui. cauſis infa. irrogatur, Pau. de Caſt. conſi 328. col. 2. uolu. 1. Doct. oẽs communiter in c. 1. ext. de conſtitu. in d. l. hodie, & in d. §. poena grauior, & iſtam cõem ſequitur ẽt, & citat Deci. in c. de cauſis, nu.94. & ſeq. de offic. deleg. Paulus Girlandus in trac. de relaxa. carcera. in 1. rubr. q.6. incip. ſexto non omittam, nu 1. Maranta in trac. iudiciorum, in 4. par. prin. num.65. Marſil. in l. poena legis Corneliæ. §. ſed & ſi quis, nu.6. ff. ad legem Corne. de falſis, & in ſing.244. Marcus Antonius Blancus in ſua practi.crimi. in rub. exordiente, poſtquam uidemus, nu. 81. cum alijs ſeq. Moder. Ferrarienſes in d. c. de conſtit. & Iacobus Noue. in d. trac. ad defenſam, & huiuſmodi arbitrium, ſeu authoritatem Iudex hẽt a lege, probatur in l. aut facta. §. ſi. de poenis, & in d. l. hodie, & in præcitato §. pœna grauior, & ratio dicti arbitrij uidetur iſta,
3 quia delicta cum diuerſis circunſtantijs, & qualitatibus perpetrantur, & quibus crimen ipſum quandoque fit excuſabile, quandoque magis atrox, & odioſum, quas circunſtantias, & qualitates omnes, lex ipſa exprimere non potuit, ſed quaſdam expreſſit, ut d. l. aut facta. §. 1. cum 2. ſeq. ideo dedit Iudici iſtam facultatem, & arbi-
4 trium, ut ſecundum facti contingentiam poenas ipſas arbitrio ſuo ex cauſa augeret, minueret, uel mutaret. d. §. poena grauior, & d. l. aut facta, §. 1. & ſuper hoc poſſent exẽplificari plures cauſæ, quas cõgerit Bar. in d. §. poena grauior, & Fely. in d. c. 1. de conſtit. & in c. accedẽs, ut lite nõ cõteſt. primo pp ſenectutẽ, uel iuuentutẽ, propter furorem, uel ebrietatem, propter calorem iu-

ſtum

ſium, propter nimiam excellentiã hominis in aliqua arte, uel ingenio, ut dicit Aret. in allegato §. pœna grauior, in addi. ad Bar. quæ incipit, adde hic ꝙ Iudex, Iaſ. in l. 1. col. 3. ff. de legi. Marcus Anto. Blan. in præcitata pract. nu. 85. ubi iſtas cauſas ponit, & alias quamplures hic non expreſſas latius ponit, & comprobat: quotieſ-
5 cunq; uero Iudex recederet pœnis in iure ſtatutis, dẽt exprimere cauſam, & an, & quãdo recedere poſſit a pœnis ſtatutis a lege, & quãdo dẽat alias redire, & ad quos iudices Eccleſiaſtic. uide Mod. Hiſpanos in deciſ. crimi-
6 nali. in glo. Canonicis, uel ſinodalib. Ampliaturque iſta communis, ut in tantũ extendat uires ſuas, ut procedat non tantum de iure communi, ſed de iure municipali, uel ſtatutario etiam, ita ꝙ ſi ſtatutum imponit certã pœnam pro aliquo crimine, Iudex poteſt iſtã ex cauſa permutare, ſecundum Bar. in d. §. pœna grauior, & in l. fin. de receptatoribus, Bald. in d. l. & ſi ſeuerior, col. 2. Abb. in c. 2. de delic. puerorum, Fulgo. conſi. 144. præſuppoſitis col. fi. Areti. conſi. 131. Spiritus ſancti gratia, in fin. & in c. at ſi Clerici. §. de adulterijs col. 4. de iudic. cum alijs cumulatis per Marſil. in ſing. 244. tu ſcis illud quod & iſta eſt magis communis opinio, ut per Dec. in c. de cauſis nu. 97. de offi. deleg. quam ſequuntur omnibus fere contrarijs reſpondendo Fulg. in d. l. & ſi ſeuerior, Paulus Girlandus in allegat. tract. de relaxa. carceratorũ in rub. 1. q. 6. nu. 8. & ſeq. & Deci. in d. c. de cauſis, n. 97. Am-
7 pliatur poſtremo dicta communis, ut non ſolum hẽat locum in cauſis, & pœnis minoribus, & extraordinarijs, ſed etiam generaliter in omnibus ordinarijs, ſecundum gl. in d. l. hodie, quam ſequitur ibi Bar. & in d. l. quid ergo. §. pœna, Bal. & Saly. in d. l. & ſi ſeuerior. Et iſtã partẽ ſcribit eſſe communẽ Girlandus in allegato tract. de relaxat. carce. in rub. 1. q. 6. n. 5. & iſtam communem li-
8 mitat in quinque caſibus Fely. in c. 2. §. ad corrigendos, col. 6. de accuſatio. Carrerius uero eam limitat in octo caſibus in ſua pract. crimi. in tract. de homicidio nu. 2 & nu. 123. cum alijs ſeq. & in tribus alijs, limitat Marcus Ant. Blan. in d. pract. crimi. nu. 81. cum alijs ſeq. ſed iſtã materiam uſque ad nauſeam, & ad ſaturitatem melius quam alius declarat, & explicat Tiraquel. in tracta. de pœnis temperandis, aut remittendis per totum illum tract.

Iudice negligente, ſeu recuſante deferri iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis, ab eo poteſt appellari ſtante iſta negligentia ſecundum Bart. in l. admonendi, ff. de iureiur. cum quo ſentiunt Bal. cæterique Doct. ibi, & Saly. & omnes communiter, & uno ore in l. in bonæ fidei. C. de iur. iur. & Panor. in c. fi. ext. de iure. iur. ubi aſſignat rationem iſtam pro corroboranda dicta communi, ꝙ ſicut poteſt appellari, quando defertur iuramentum non habenti iuſtam iurandi cauſam l. generaliter. C. de iureiuran. ita quando Iudex nollet deferre, præcedente legitima, & rationabili cauſa, & iſtam communem, ſequuntur & citant Moder. in locis præcitatis.

Iudex a quo fuit appellatum reijciens appellationẽ, quæ interpoſita eſt non ab executione, ſeu re iudicata, ſed a ſententia, dẽt puniri triginta auri pondo, text. eſt in l. quoniam Iudices. C. de appella. ubi Saly. & Doct. not. unde dẽt eſſe cautus appellans etiam ſi Iudex de facto reijciat appellationem, ut appellet ab huiuſmodi reiectione, alioquin reiectio tranſiret in rem iudicatam ſecundũ Cardi. Zabar. in cle. 1. col. 3. de dolo, & contuma. hinc inoleuit practica quod cauti Iudices, quibus appellatur, non reijciant ſimpliciter appellationẽ, ne incidãt in pœnã in d. l. quoniã, ſed ꝙ dicant ſe admittere appellationẽ ſi, & in quantũ tenentur, & dẽnt de iure, & non aliter, nec alio modo, quo caſu talis appellatio admiſſa ſit, & in quantum non uidetur ſimpliciter admiſſa, ſed ſolũmodo in caſu, quo de iure admitti debuit ſecundũ Bal. in auth. hæredita. col. 17. & ibi no. alij Doct. de æden. Rom. conſi. 501. declarationem col. 2. Ang. conſi. 217. in cauſa accuſationis col. 3. Soci. Iun. conſi. 28. uiſis n. 14. & ſequen. uol. 1. & his accedit ſimiliter, ꝙ Iudex a quo propter admiſſionem appellationis ſi, & inquantum cenſetur a ſe iuriſdictionem abdicare, adeo ꝙ proceſſus aliquis coram eo amplius fieri non poteſt, & factus non ualet, & iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Roma. in d. conſi. 501. uel 401. col. 2.

Iudex deferendo appellationi etiam ſi re integra reuocet grauamẽ, nõ propterea recuperat, neq; reaſſumit iuriſdictionem in ea cauſa abdicatam, ſecundum Gemini. & Ioan. And. in c. cum appellationis. de app. in 6. & alios communiter ibi, Bald. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appella. & iſtam opinionem audacter aſſeuerant eſſe cõmunem Iaſredua in deciſ. 480. & Pariſ. conſil. 106. nu. 25. uol. 4. & Iudex quibus rationibus non poſſit deferre appellationi uide Papienſ. late declarantem in ſua practi. forma Apoſtolorum. § detuli, nu. 2. fol. 174. declarantur prædicta per ſcriben. ꝙ Iudex inferior non habet authoritatem tollendi appellationem a diffinitiua, ſecus ab interlocutoria, ut ſentit gl. Bar. & Ang. in l. fi. per illum tex. C. de ſenten. & interloc. om. iud. tamen contrarium tenuerunt omnes Canoniſtæ communiter in c. ſicut Romana de reſcrip. & Bar. reuocando ſententiam in melius in l. 1. §. fi. ff. a qui. appel. non licet, nu. 2. & iſtam communem opinionem ſequitur, & citat Ripa in d. c. ſicut Romana, nu. 30. cum alijs ſeq. limitatur prædictã communis ita declarata non habere locum, quando unus Iudex ex tribus delegatis detulerit appellationi, tunc enim cauſa per huiuſmodi delationem unius Iudicis non deuoluitur ad ſuperiorem ſecundum Bald. in auth. hodie. C. de appel. quem ſequitur Cardina. in cle. 2. q. 26. de appella. & Imo. ibi col. pen. Domi. in cap. cũ appellationibus. §. 1. de appellatio. in 6. Ang. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolut. matrimo. & Peruſi. in cap. ſi. q. 7. de conſtitu. & iſtam ſententiam aſſerit eſſe communem Deci. in cap. cum omnes, nu. 35. de conſtitu.

Iudex debet deputare exploratores, ſiue extimatores duos ad probandum ualorem rerum in omni caſu, etiã in caſu. l. 2. C. de reſcin. uen. & ad probandũ damni quãtitatem, & extimationem, qui quidem extimatores ipſa omnia extimare debent, & referre Iudici ſecundũ Bar. nu. 20. Bal. Pau. de Caſt. Saly. & omnes in d. l. 2. ubi Cagnolus n. 258. ſcribit iſtam eſſe communem opinionẽ, & ſeruari in practica quotidie, & iſti extimatores prius iurare debent de extimando bona fide, ſine fraude tex. eſt, & gl. Bar. Bald. & ſcriben. omnes communiter in l. hac ædictali. §. his illud. C. de ſecun. nup. & hoc idem firmat, idem Bar. in l. Theopompus, nu. 7. ff. de dote prælega. in procemio Digeſtorum, col. 5. unde periti, qui quotidie adſumuntur in cauſarum diffinitionibus, ut ſecundum artis peritiam proprium iudicium declarent, iurati reſpondere tenentur tex. & ibi Doct. in c. fraternitatis de frigidis, Abb. & alij in c. propoſuiſti col. pe. de probatio. Deci. Iaſ. in repet. l. admonendi, nu. 237. ff. de iureiur. Crotus in trac. de teſtibus in 7. part. ubi aſſeuerant audacter iſtam eſſe communem opinionem, & hoc iuramentum quandoque ad extimationem peritorum, quandoque ad ueritatem pertinet, præſertimque quando rei ueritas percipi poteſt ea peritia artis, ut ex agrimenſoribus, ſicuti opinatur Bal. in d. procemio Digeſtorum, & in d. §. his illud, et Deci. alios referens in d. c. propoſuiſti col. penul. et ita iſtam materiam pulchre declarabat D. Raynaldus Rodulphus Peruſinus Præceptor meus in acutiſſimis interpretationibus ſuis, dum interpretabatur Peruſij maxima cum laude. d. l. admonendi, et his accedit hic congruenter, quòd citari debent partes, quando Iudex, uel extimatores

proficiſcuntur ad uidendum locum, uel rem pro æſtimatione facienda ſecundum Barto. in d. l. Theopompus et Cagnolus in d. l. 2. nume. 262. et nota ulterius quod etiam poſt didicita mitti poſſunt ipſi extimatores, et exploratores ad extimandum ſecundum Bal. eleganter in d. l. 2. ubi Cagnolus nu. 205.

Iudex neceſſario citandus eſt ubicunq; in cauſa appellationis, quæ agebatur coram ſuperioribus ex officio proceſſit ſecundum glo. in c. cum ſpeciali. §. porro de appellatio. communiter ab omnibus Doct. approbatam inibi, quam communem ſequitur, citat, et nonnihil declarat Dec. in d. c. cum ſpeciali, num. 27. cum aliis ſeq. ubi ſimiliter declarat ipſe Dec. an omiſſa dicta citatione proceſſus ſit nullus.

Iudex citari debet per ſuperiores ad tuendum honorem ſuum, ubicunq; ageretur de reuocatione ſententiæ ad pœnam imponendam ipſi iudici, et qui male iudicauerit, ut per gl. in c. ſacro, de ſent. excom. communiter approbatam ab omnibus Canoniſt. ibi, quam quidem communem inibi ſequitur, et commendat Fely. co. 3. et Boerius in deciſ. 259. nu. 2. et ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid iudex impunitatem promittens liberationemq; delinquenti, ſi fateatur delictum non debeat promiſſionem obſeruare.*

2 *Quod pluribus rationib. uidetur affirmari n. 3. 4. 5.*

6 *An uero ſit illi ſeruanda fides, quam reo dedit, quod uerius uidetur ne reus ipſe condemnari poſſit.*

7 *Niſi ſpe promiſſionis ille fruſtatus in confeſſione perſeuerauit.*

8 *Quotieſcunq; uero reus criminis confeſſionem ſic extortam ab ipſo reuocauerit, ex illa confeſſione conſtat eum condemnari nullo modo poſſe.*

1 Ivdex promittens liberationem, impunitatemq; delinquenti, ſi delictum confiteatur, dic iſto caſu quod ſi delictum confiteatur delinquens, Iudex nō tenetur huiuſmodi promiſſionē obſeruare, imò ex tali confeſſione non obſtante promiſſione impunitatis eidē facta poteſt illum condemnare, et excuſatur ſecundum Præpoſi. Alexand. et Domi. de ſanc. Gemi. in c. ſi quilibet, et in c. utilem. 22. q. 2. Fely. in c. accedens il 2. ut litè non conteſta. et in c. afferte mihi gladiū, col. 3. de præſump. Domi. poſt Vguti. et Archidia. in c. nos. in quemquam in fi. 2. q. 1. per tex. in c. utilē, 22. q. 2. et iſtam ait eſſe communem opinionem Hierony. Chuchalon in ad. ad Dec. in l. ea eſt natura. ff. de reg. iuris, et Mod. in d. c. afferte mi-
2 hi gladiū, quæ quippe communis ratione nō caret: nam Iudex ad inueſtigandā ueritatem poteſt uti cauillationibus, ac etiam ſimulare, ut probatur in d. c. afferte mihi, et in c. non eum uolebat Deus 22. q. 2. et propter utilitatem publicā ad bonum finem permiſſa eſt ſimulatio. d.
3 c. utilē, comprobatur quoq; ſecundo loco, et fortius uidelicet quòd in malis promiſſis non expedit fidē obſeruari. c. in malis promiſſis de reg. iur. lib. 6. hinc eſt quòd pacta contra publicam utilitatem etiam ſi iuramento uallata ſint minimè ſeruari debent, ut dicit Bart. in l. ſi
4 quis pro eo. ff. de fideiuſſ. et in l. 1. de dolo, tertio loco cōprobatur dicta cōis quòd non refert quomodo ueritas habeatur, dūmodo habeatur. l. cū ſeruus. ff. de uerb. oblig. poſtremo fulcitur iſta communis: nam ſi licet ex-
5 cortiare, torquere, et alia nonnulla in corpore hominis fieri pro ueritate habenda, tanto magis blāditiis. et bonis uerbis ſecundum Archid. in d. c. utilē, et alios in locis præcitatis. imò iudex poteſt delatum de crimine ad pœnā dānare ex ſola confeſſione, quam ab eo promiſſā criminis impunitate extorſit, & de iure id permiſſum iudici eſſe abſq; ullo peccato aſſeruerunt Archidia. in d. c. utilem, Domi. poſt Archi. in d. c. nos in quemquam, Fely. in præcitatis locis in c. afferte, & in c. accedens, Paris de puteo in trac. Syndica. c. ſaluus conductus, fol. 95. & c. de tortura uerſ. & aduertendum eſt, & Catell. Cotta in ſuis memorabilibus, in memorabili in uer. dolſi bonū: in contrariam uero partem inclinauerunt cōplures
6 Doct. uidelicet quòd iudex teneatur dictam promiſſionē, & fidem ſeruare. Iac. de Belui. in ſua practi. crimi. in rub. de quæſt. ubi admonet iudices abſtinere a prædictis perſuaſionibus in ſpecie, ſed generaliter interrogēt quod crimen commiſerit, & iſtam ſententiam ſequitur et, & audacter fatetur eſſe ueriorem Dec. & Cagnolus num. 20. cum aliis ſeq. in d. l. ea eſt natura, ubi Hierony. Chuchalon in add. ad Deciſ. Grammat. poſt alios relatos per eum in quæſt. 3. per totam, quæ reperitur in fine ſuarum deciſionum. & ita Ioan. de Imo. conſ. 109. uiſa inquiſitione, & iſtam ultimam ſententiam uidetur ſecutus Fortunius in l. conuentionem col. 4. ff. de pact. inq. illa, an iudex qui promiſſa impunitate criminis coegit a loco ſacro diſcedere & ſecum ire delinquētem, tenetur ei fidem ſeruare & cætera. Sed in iſta ambiguitate, & in tot uariis interpretum ſententiis pro materia reſoluen-
7 da unū explicitè præmittendum eſt, quòd ex dicta confeſſione reus minime puniendus eſt, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus in ea perſeueret, tenent eleganter Ioan. de Imol. in d. conſ. 109. Dec. in d. l. ea eſt natura, circa fin. & in l. unica. C. de ſent. quæ pro eo quòd intereſt, n. 25. Marſi. in l. 1. nu. 15. ff. de quæſtio. & ſing. 101. & 177. Alciat. in l. uerborū & Gramma. in d. q. 3. Fortunius in d. l. conuentionem col. 4. & ibi expreſſius Duarenus col. 3. Iac. de Belui. in allegata practi. crimi. in tit. de q. nume.
8 140. ubicunq; tamen criminis Reus confeſſionem ita extortam reuocauerit abſque aliquo dubio opinor non poſſe, nec debere ex ea damnari, & ita hanc ultimam opinionem ueriorem eſſe arbitror, quam placet Pari. de puteo in trac. Syndica. in c. de tortura, in uerſ. ſequitur quæſtio quotidiana fol. 120. col. 1. Sed ſi in confeſſione fruſtratus ſpe promiſſionis Reus perſeuerauerit, damnari poterit ex mente omnium Doct communiter, qui quæſtionem hanc tractauerunt, & ita opiniones ſupra relatæ ad concordiam reduci poſſunt.

Iudex interponens decretum ſuper alienatione rerū minoris, uel Eccleſię, aſſerensq; in ſe adhibuiſſe plenam cauſæ cognitionem, proculdubio non adhibetur fides tali adſertioni ſecundum Paul. de Caſt. conſ. 38. uol. 2. per l. ſi forte. ff. de caſt. pecū. & in l. ſi donatione. C. de collat. ubi late Moder. & Pau. Caſt. ſequitur Dec. conſ. 556. col. 1. Marſi. in ſing. 399. Rebuf. ſuper concor. in ut. de concluſione Latera. conſ. col. 1. & Iaſ. in l. nec quicquam. §. ubi decretum, col. 12. ff. de offi. procon. & comprobatur hoc ex eo, quod ſcribit Iaſ. in repet. l. admonēdi col. 7. ff. de iureiur. ubi dicit, quòd non creditur iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita, cum abſq; cauſæ cognitione deferre nō poſſet, corroboratur ſimiliter iſta doctrina Pau. de caſt. per es quæ notat Ang. conſ. 107. in fi. ubi dicit quod non creditur iudici dicēti ſe ſequeſtrare poſſeſſionē timore armorum, & ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcādalo talis ſequeſtratio fieri non poteſt, & Ang. ſequitur Dec. conſ. 366. col. pen. præterea præcitatum dictū Pau. de caſt. in d. conſ. 38. ſequitur etiam Fely. in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, col. 8. de conſtit. Sed contra Pau. de Caſt. in d. cōſ. 38. aſſerit audacter eſſe communem opinionem Soc. conſ. 125. circa primam quæſtionem uolu. 1. & contra Pau. de caſt. tenent etiam Moder. omnes in c. quoniam cōtra, de probat. & Alex. in l. ſciendū, col. 7. ff. de uer. obli. 8 quæ quidem communi contra Paul. temerarium ſore diſcedere in actu practico. retenta igitur iſta commu

nis

ni, ac pariformiter reprobata opinione Paul. prout de
iure reprobari poteſt dic uidelicet, q in alienatione rei
minoris, uel eccleſiæ requiritur cauſæ cognitio, pro-
pterea iudex antequam interponat decretum ſuper di-
cta alienatione debet adhibere cauſæ cognitionem, ut
uoluit Ang. & alii ſcriben. communiter in l. 2. ff. de ſer.
ſecundum Mod. inibi, & Iaffredum in deciſ. 353.

SVMMARIVM.

1 *Pœna iudicis arbitrio imponitur quoties illa non eſt a iure communi ſtatuta.*
2 *Quo caſu iudex pœna mortis aut alia ſanguinis condemnare poteſt.*
3 *Quod tamen non eſt uſquequaque uerum, niſi & circunſtantiæ & qualitates concurrant, & criminis atrocitas id poſtulet.*
4 *Cum iudex perſonarum & rei qualitates ſpectare debeat.*
5 *Quòd ſi iudex omittat & quem pœna ſanguinis condemnet, ab illius arbitrio ſententiaque paſſim appellare permittitur.*

1 IVDICIS arbitrio debet pœna imponi quotieſcunque
de iure communi non reperitur pœna a lege limitata. l.
1. §. eſtractores. ff. de effracto. l. ſanctio legum. ff. de pœ-
nis, not. per glo. & Doc. in l. nemo Martyres, C. de ſacro
ſanct. Eccl. & per gl. in c. ſuper his in uer. arbitrium, ext.
de accuſa. & not. per Albe. & alios in l. quid ergo. §. pœ-
2 na grauior. ff. de his, qui notan. infa. & iſto caſu quando
pœna eſt arbitraria poteſt extendi arbitrium ad mor-
tem, & per conſequens iudex poteſt arbitrari pœnam
mortis, ut per glo. in §. ſumma inſtit. de iniuriis, quam
ſequitur Bar. & Ang. in l. ſacrilegi capite. ff. ad legẽ Iu-
liam pecula. Alex. conſi. 5. col. fi. & cõſi. 62. col. 2. Signo-
rellus de homodeis conſ. 170. Marſi. in l. de minore in
prin. ff. de quæſtio. & Saly. in rub. C. eo. tit. ubi ſupponũt
dictam glo. cõmuniter approbari, & iſtam communem
citat etiam Maranta in tract. iudiciorum, in 4. par. prin.
3 nu. 43. cum aliis ſeq. iſta uero omnia intellige cum gra-
no ſalis, uidelicet quòd non liceat iudici arbitrari de
pœna mortis, aut alia pœna ſanguinis, niſi quando con-
currerent qualitates, & circunſtantiæ, quæ ſuaderent ta-
lem pœnam imponi, ut per Ioan. de Imo. in c. ut inquiſi-
tionis de hære. in 6. & in l. 2. ff. de publi. iudiciis diſtin-
guẽdo, ut ibi per eũ, & in quãtum hoc deſiderat criminis
magnitudo ſecundum Bald. in l. 1. in fi. C. de his qui la-
tro. uel in alio. crim. reos occult. nam iudex tenetur attẽ-
4 dere facti, & perſonarum qualitatem, & ſi iudex nõ ſua
5 dentibus præmiſſis arbitrium extendere imponẽdo pœ-
nam ſanguinis. poſſet ab eius arbitrio appellari, ut per
Doct. in d. c. ſuper his, Aret. in d. §. in ſumma, & Marſi. in
l. quæſtionis modum. ff. de quæſtio. & in practi. crimi. in
§. conſtante. nu. 8. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Iudex impartiri non poteſt officium ſuum non petiti.*
2 *Cum is de iure ſuppleat, non de facto.*
3 *Nam etiam ſtatuto diſponente, ut iudex ſub pœna teneatur infra certum tempus decidere cauſas: Sic eſt id accipiendum, ſi pars ipſa hoc poſtulauerit.*
4 *Eadem in eo cenſetur intelligi conditio, qui ex forma ſtatuti ſecundum conſilium ſapientis ſententiam ferre tenetur.*
5 *Nec aliter interpretatur in iudice, qui ex ui ſtatuti tenetur infra aliquod tempus committere cauſam.*
6 *Hoc aũt in cauſis piis iudex ſeruare nõ debet, in quibus & irrequiſitus officiũ ſuum impartiri tenetur.*
7 *Quod idem ſentiendum eſt & in abſentibus.*
8 *Ita tamen, ut lis conteſtata ſit in cauſa.*
9 *Nec illegitima ſit abſentia.*
10 *De illo autem dubitatur, utrum iudex ex officio contra inhabilem perſonam opponere comparentem in iudicio, & falſum procuratorem repellere poſſit.*
11 *An uero id minime poſſit.*
12 *Et uerius eſt id poſſe.*
13 *Cum lata cum falſo procuratore ſententia, exceptio falſi procuratoris quandocunque per partem non ſolum poſt litem conteſtatam, ſed etiam poſt latam ſententiam opponi poſſit.*
14 *Sicut & omnis alia exceptio poteſt etiam poſt ſententiam, qua redditur iudicium retro nullum.*
15 *Ex officio quoque iudici licet ſtatuere terminum partibus ad producendos, & examinandos teſtes.*
16 *Præſertim ſi ex iuſta cauſa moneatur, ut cum ex negligentia litigantium, tum maxime actoris, cui probandi neceſſitas incumbit.*
17 *Eadem ratione poteſt etiam irrequiſitus iudex omnem terminum iuris reddere breuiorem.*
18 *Quod etiam non implorato officio multis alijs in caſibus iudici licere docetur remiſſiuè.*

1 IVDEX non poteſt motu proprio officium ſuum ad
priuatam utilitatem impartiri, niſi imploratũ ſecũdum
Innoc. in c. ad noſtram il 2. de iureiu. & in c. literis de re-
ſtitu. ſpoliat. Ant. in c. 1. in 1. oppoſitio. de libelli obla-
tio. & in c. ſollicite, de reſtit. ſpoliat. Barto. & alios in l.
dies. § hoc autem iudicium. ff. de damno infect. ubi nu.
37. & ſeq. ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, quã
ſeq. Io. Bap. Ferretus conſi. 42. n. 5. Iac. Nouellus in ſua
practi. crimi. in rub. incip. datis defenſionibus, nu. 84. &
ſeq. in tract. ad defenſam ſuper rub. exordiente ſoles cõ-
muni ſententia, nu. 3. & Auguſtinus Beroius in cap. 1.
nu. 40. de iudiciis, fundatur dicta communis ſuper illo
dicto, quòd iudex non ſupplet de facto, ſed de iure tan-
2 tum, ut habetur in toto tit. C. quæ deſunt aduoca. & no
tat per gloſ. in c. bona de poſtula. prælato. & ita uoluit
Bart. in d. §. hoc autem iudicium per l. illicitas, §. ueri-
tas. ff. de offi. præſi. & ita declarat Anto. in d. c. ſollicite,
& in c. 1. de libelli oblatio. Comprobatur ſecundo loco
3 dicta communis, nam pari modo uidemus quòd ſtante
ſtatuto, quod iudex teneatur cauſas terminare infra cer-
tum tempus ſub pœna, hoc ſane intelligitur ſi pars pe-
tierit ſecundum Butr. & Abb. in c. pen. col. pen. de iudi.
Calde. conſi. 3. de pœnis, Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. in l.
properandum in prin. C. de iudi. & in l. uniuerſa. C. de
4 precib. Imperato. offeren. col. 2. & Riminal. conſi. 535.
nu. 9. comprobatur ulterius ſi ex ſtatuto iudex ferre ſen-
tentiam tenetur ſecundum conſilium ſapientis, & aliter
lata non ualeat, intelligitur ſi pars conſilium petierit ſe-
cundum But. in d. cap. 2. de iudi. ſequitur Alex. conſilio
5 131. col. fin. uolu. 2. & Iaſ. in d. l. uniuerſa. corroboratur
poſtremo iſta communis in iudice qui teneatur infra
certum tempus cauſam committere: nam intelligitur ſi
petitum fuerit ſecundum Angel. conſi. 140. quæ omnia
fundãtur in regula d. §. hoc autem iudicium, & iſta com-
6 munis ita corroborata fallit primũ in cauſis piis, in qui-
bus iudex tenetur ſupplere, & officiũ ſuũ non petitum
impartiri, facit l. qui erat heres, circa prin. ff. fami. herci-
ſcun. & §. ſi autem hæres, in Auth. de eccle. tit. ubi hæres
ex prouiſione, & officio epiſcopi cogitur ſoluere legata

pia

pis omni Falcidia uacante,& limitationem iſtã ſequun
tur,& tenent Bar.& communiter Legiſtæ in d.§.hoc au
tem iudicium,Ant.de But.in c.bone il 2.de poſtu.prçla
to.& Beroius in c.ſollicite,nu.10. de reſtit.ſpoliat.fal-
7 lit ſecundo loco in abſentibus, pro quibus iudex ex offi
cio poteſt officium non imploratum impartiri,et nouas
probationes inducere,ut l.ampliorem.§.1.C.de appell.
& Auth.qui ſemel.C.quomodo,et quando iudex,et ita
concludũt omnes Canoniſtæ cõiter in d.c.bone,et in c.
iudicantem.30.q.ultima,& Legiſtæ in d.§.hoc autẽ iu-
dicium,& iſtam communem ſequitur,celebrat, & citat
Ripa ibi,nu.74.& ſeq. quę quidem communis procedit
ſecundum Bart.in d.§. hoc autem iudicium in caſibus,
in quibus iudex poſſit peruenire ad ſententiam diffiniti
8 uam,alias ſecus, ideoq; lite nondum conteſtata, iudex
non poſſet ſupplere pro abſentibus.procedit quoq; di-
9 cta cõis in abſentia legitima, unde ſi abſentia litigantis
non eſſet legitima utiq; iudex non poſſet officium ſuum
non imploratum impartiri,ut per Bal. in d.l.ampliorẽ.
§.1.Tertio coarctatur dicta communis non procedere,
10 quando iudex opponeret contra inhabilitatem perſó-
næ comparentis in iudicio. tunc enim iudex ex ſuo offi
cio,ne fruſtra laboret, & faciat iudicium fruſtratorium,
& ferat ſententiam nullam tanquam latã cum falſo pro
curatore, poteſt compellere procuratorem ad exhiben
dũ mandatũ,uel ad cauendũ de rato,ſi dubitauit de mã
dato ſecundum gl.in c.1. in uer.abſentia de electio.lib.
6.alias autem poterit eum repellere a limine iudicii, &
ſi non opponatur,quam gl.ſequitur Bal.in l.licet. C.de
procur.& in l.exceptionem.C.de probat.& in auth.of-
feratur.C.de litis conteſt.& in l.1.C. quæ deſunt aduo.
Ang.in l.Pomponius §.ratihabitio.ff.de procur.Panor
mi.in c.cauſam,quæ el 1.nu.3.de iudi.& in c. Eccleſia,
il 1.ut lite pend.in c.1.et in c.nulli de appel.Ant.de Bu,
et ibi Barba.in c.cum M.de conſtit.Pau.de Caſt.et Ro-
ma.in l.inter quos §.fi.ff.de damno infe.Saly.et Alex.in
d.l.licet.& Domi.de ſan. Geminia.in d.c.cauſam quæ,
11 contra uero gl.prædictam eſt text.expreſſus ſecundum
Bar.lecturã ibi in d.l.inter quos.in fi. ubi tenet quòd iu-
dex ex officio non poteſt opponere cõtra inhabilitatẽ
perſonæ cõparentis in iudicio. et ideo Io. de Imo.in d.
§.fi.nu.9.reprobat illam glo.et in c.cũ in iure peritus de
offi.deleg.quia iudex ſecundum eum non debet impar-
tiri officiũ ſuum non poſtulatum.d.§.hoc aũt iudicium,
et quia in caſu præcitatæ gl.iudiciũ nõ erit fruſtratoriũ,
cũ executio fieri poſſit cõtra falſum procuratorẽ,ut in
l.Plautius.ff.de procuratio.& in l.ſi ſe non obtulit.ff.de
re iud.gl.in d.l.licet in gl in fi.et in d.gl.in allegato.c.1.
de elect.aſſerit audacter Fely.in d.c.cauſam quæ, nu.
cõiter reprobari per Doct.cæterum his parum obſtanti
bus,et aliis quæ contra gl.illam allegantur ſequor omiſ
ſo multiloquio,et omni diſputatione opinionem d.glo.
12 in d.c.1.de electio. tanquam magis cõmunem, quã ex-
preſſe ſequitur Dec.in d.c.cauſam quæ,num.2.et 13.ubi
dicit d.glo.magis communiter approbari,ſequitur etiã
Roma.conſi.67.nu.5.Ripa in d.§.hoc autem iudicium,
nu.49.ubi refert in iudicando, et conſulendo nõ eſſe ab
opinione glo.prædictæ recedendum,cum ſit magis cõ-
muniter approbata,et Iacobinus de ſan. Georg.in d.l.
licet,nu.9. et dato quòd ſententia in caſu præmiſſo eſſet
lata cum falſo procuratore per partẽ,exceptio falſi pro-
13 curatoris poſſet opponi quandocunque etiã poſt litem
conteſtatam,et latam ſententiam, ut per glo. in l.licet.
C.de procurator.communiter approbatam ibi ab om-
nibus,et paſſim ab aliis Doct.iuris noſtri,quia non ſolũ
iſthæc exceptio,ſed etiã omnis alia exceptio,quæ redde
14 ret iudiciũ retro nullũ poſſet opponi quandocunq; et
poſt ſententiã ſecundum Doc.communiter in c. in no-
ſtra,ext.de procu.et iſtam ſequuntur Moder.et atteſtan
tur ibi,et Grammati.in uoto 42.nu.5. interpretatur

ulterius dicta communis, quod iudex ex mero officio
partibus poteſt dare,concedere,ac præfigere terminum
ad producendos,& examinandos teſtes,c.licet cauſam,
de probatio.ubi Abb.hoc expreſſe firmauit,& in c.finẽ
litib.in 1.not.de dolo,& contu.Bart. in l.2.in 2.nota.de-
dilatio.& Alex.in d.§.hoc aũt iudicium, ubi refert iſtã
ſententiam eſſe communem, dummodo iudex iſtud ex
16 iuſta cauſa faciat,uerbi gratia ex negligentia litigantiũ
præcipueq; actoris,cui in primis onus probandi incum
17 bit,l.ei qui, ff.de probatio. & ſimiliter iudex ex iuſta
cauſa poteſt omnem iuris terminum abbreuiare ſecun-
18 dũ Bart.in l.2. ff.de re iudi.limitatur quoq; & amplia-
tur prædicta cõis regula in multis aliis caſibus per Soc.
in tract.fallentiarum in reg.248 per Ripam in d.§. hoc
autẽ iudiciũ,& Auguſtinum Beroium in d.c. ſollicite,
nu.7.cum ſex aliis ſeq.quos omitto breuitati ſtudendo.
Iudex condemnans uictum uictori in aliqua parte,
non uidetur a contrario ſenſu in alia parte abſoluere,
ſecundũ Abb.eleganter in cap.cum inter, col.5.& ſeq.
de re iudi.Corn.conſi.49.uidetur in hoc,uol.2.ubi con
cludit non ualere conſequentiam,iudex condemnat ali-
quẽ in una parte,ergo in altera abſoluit,quia datur mediũ
ut per Dec.in c.ſi duob.de appella.Gozadi. conſi.1.pri-
mo diſcutiam, col.2. & ideo ſententia erit nulla, quia
non lata ſuper toto. l. hoc in iudicio. ff. fami.hercĩ.l.
dicere.ff.de arbit.glo.in l.1.C.ſi aduer.uendi.& late ex-
plicat Cor.in d.conſi.49.& iſta eſt communis opinio,ut
per Mo.l.in l.1.ff.de offi.eius,& ita cũ iſta opinione re-
ſidebat D.Raynaldus Rodulphus Peruſinus præceptor
meus, per nonnullas alias rationes hic non explicitas,
dum publice interpretabatur Peruſij,d.l.1.pono in prę
ſentiarum,et alium caſum, uidelicet ſi iudex in ſententia
dicat uictum uictori in expenſis,nec adijciat condẽnan-
tes,tunc non ualet iſta ſententia reſpectu expenſarum,
quaſi non continens condemnationem, abſolutionẽ, ſiu
æquipollens,ſecundum Bart.in l.præſes.C.de ſent.quẽ
ſequitur Bal.in l.errorẽ, de teſta. Roma. & Nicellus in
l.1.ff.de re iudi.et Iaſ.in §.curare,nu.55.in ſtit.de actio.
ubi multa refert pro utraque parte.In contrariam uero
ſententiam titubanter inclinauit idem Bar.in l.1.§. fin
autem,ff.de hæredi.inſtituen.Fely.multos Doct. citans
in c.ex parte de fide inſtru.& Ripa in l.1.nu.12. in fi.ff.
de re iudi.et iſtam opinionem conabatur poſt Roma.in
d.l.1.ff.de re iudica. concordare, ac ſaluare præcitatus
D.Raynaldus in d.l. 1. uidelicet ſi forent in ſententiam
adiecta illa uerba,et cætera, quæ inducunt omne,quod
uenit de natura actus iuxta tradita per Bar.et alios in l.
Gallus.§.idem credendum,ff.de liber.et poſthu.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex originis uel domicilij de delicto per eius ſubdi*
tum commiſſo extra iuriſdictionem ſuam nec co-
gnoſcere,nec inquirere poteſt.
2 *Tam iure ciuili,quàm pontificio.*
3 *Quare ſtatuto cauente iudicem de delictis per inqui-*
ſitionem poſſe procedere,non comprehenduntur de
licta extra ditionem illius commiſſa, ſed illa tantũ
ueniunt,quæ in eius iuriſdictione facta ſunt.
4 *Cum ratione criminis extra ditionem ſuam commiſ-*
ſi dicatur iudex incompetens,& hac de cauſa reum
in carcere detentum teneatur ad iudicem loci re-
mittere,ubi delictum commiſſum eſt.
5 *Quod etiam eſt dicendum, cum reus criminis in loco*
domicilij condemnatus uel abſolutus in loco delicti
perpetrati poſſit accuſari, qui eſt de iure principa-
lis locus,ubi punitio facienda eſt.

6 *In loco autem originis reus an poſſit, qui prius a iudi*
te loci delicti fuit abſolutus.
7 *Cum de eiuſdē hoīs delicto pluries quæri non debeat.*
8 *Hoc autem in iudice domicilii uel originis etiā appa*
ret eſſe uerum, cum illius reſpublica propter deli-
ctū alibi cōmiſſum læſa nō uideatur, quia iudex ex
tra ſuæ iuriſdictionis agrū nullum habet imperiū.
9 *Ex generali tamen totius Italiæ conſuetudine cōpro*
bata non eſt reus ad locum delicti remittendus.
10 *Quamuis Doct. ſenſerint contrarium.*
11 *Quæ tamen conſuetudo non ſeruatur in fure, qui ca-*
pi & detineri poteſt in loco ubi cum re furtiua in-
uentus eſt, etiam ſi furtum alibi commiſerit.

1 Iudex domicilii, ſeu originis non poteſt cognoſcere
nec inquirere de delicto commiſſo per ſubditum ſuum
extra territorium ſecūdum Doct. antiquos, præcipueq;
Oldra. l. cunctos populos, C. de ſumma trinita. & fide ca
tho. Iacob. de Belui. in l. fi. de iuriſd. omnium iud. & ibi
Guil. de Cun. Ioan. And. in add. Spec. in tit. de compo.
iudi. addi. §. 1. in add. antequam extraneus Bal. in l. 1. C.
de ædil. actio. Saly. in l. ſeruos. C. ad legē Iuli. de ui. Al-
beri. in trac. de ſtatutis in 2. par. q. 19. & hoc plene tradi-
tur per Legiſtas in d. l. fi. & per Canoniſt. omnes præſer
timq; per Maria. Soc. in c. fin. de foro compet. & iſta eſt
magis cōis opinio ſecūdum Soc. in l. à Diuo Pio. §. ſen-
tentiam Romæ, nu. 16. ff. de re iudi. Marſi. in practi. cri-
mi. in §. conſtante, nu. 90. & Gramma. in deciſio. 26. nu.
9. & 11. & alias in contingentia facti ita fuit deciſum in
Sacro Regio Conſilio Neapolitano, ut refert Grāmar.
in allegata deciſio 26. ubi concludit quòd per magnam
Curiam Vicariæ fuit remiſſus Reus ad locum delicti, &
pronunciatum iudicem domicilii non poſſe inquirere
de delicto alibi commiſſo, & iſta communis non modo
2 procedit de iure Ciuili, uerum etiam Canonico ſecun-
dum Bal. in l. 1. §. 2. col. pen. ff. de offi. præfect. urbis, quē
ſequitur Auguſt. de Arimi. in add. ad Ange. de maleſi.
in uerſ. hæc eſt quædam inquiſitio. fol. 8. & Marſi. in d. l.
fi. nu. 240. & ita interpretandum erit ſtatutum diſponēs
iudicem poſſe de delictis procedere per inquiſitionem,
3 nam intelligitur de illis commiſſis in territorio, nō ex-
tra, ſecundū Bald. in d. l. cunctos populos, col. 50. Alex.
conſilio 111. ponderatis uol. 1. Iaffredum in deciſi. 100.
& Ruynum conſ. 84. nu. 9 uol. 4. & quamplurima ad id
adducit Marſi. in d. l. fi. nu. 235. cum aliis ſeq. in prac. cri
mi. in uer. conſtante, nu. 90. & ſeq & conſi. 14. in præſen
ti, nu. 9. & ſeq. in conſil. 67. nu. 63. & ſeq. & conſi. 121. In
cauſa, nu. 1. & iſta cōmunis corroboratur ratione hac,
4 quia dicitur iudex incompetens ratione delicti extra
territorium ſuum commiſſi. Imò hoc caſu ſi iudex ille
habet Reum in carceribus ſuis, teneretur eundem remit
tere ad iudicem loci delicti commiſſi, ut ſentit glo. in
clement. paſtoralis, de re iudica. & not. omnes ſcribē. in
Auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi oport. quia
etiam ſecundum Bal. in l. exequutorem condemnatus,
uel abſolutus in loco domicilii nō prohibetur accuſari
5 in loco delicti, ut pote quia de iure locus delicti eſt prin
cipalis locus, in quo punitio fieri debet, nam ad eum iu-
dex domicilii remiſſionem facere tenetur, dato q; ipſe
in cognitione præueniſſet. Auth. ſi uero criminis, & in
corpore unde ſumitur. C. de adulte. l. ſi cui. §. fi. ff. eo. ti.
& habetur in d. l. cle. paſtoralis, ſecus quando eſſet lata
ſententia abſolutoria pro accuſato, uel inquiſito per iu
dicem delicti, tunc exploratū eſt de eodem delicto non
poſſe amplius quæri coram iudice originis, l. hos accu-
ſare. §. iiſdē de accuſa. & c. de his eo. tit. & iſta potiſſimū
ratione, ſi quidē quando quis eſt condēnatus in uno lo-
co, & facta eſt executio, ut quia pœna ſit ſoluta, non po
teſt amplius contra eū de eodem de delicto per aliū iu-
7 dicē procedi. Nā de delicto eiuſdem hominis nō debet
pluries quæri l. licet. §. poſſumus. ff. nau. caupo. ſtabula.
& ita ſentit Bar. in l. ſepulchri, ſicut ergo accuſatus, qui
ſoluit, non pōt in alio foro accuſari, ita etiam ſi ſit abſo-
lutus in uno tribunali, qm ſentētia cōdēnatoria poſtquā
eſt ſoluta habet uim ſententiæ abſolutoriæ. l. ſi qui cum
totū, §. plane, de except. rei iudi. et iſta non tantū proce
dunt, quando quis principaliter fuit accuſatus, ſed con-
tra illum ēt fuit proceſſum per uiam inquiſitionis ſecun
dū Ant. de But. Abb. & alios communiter in d. c. de his
de accuſat. Inno. in c. cum dilectus, de elect. Bar. in d. §.
iiſdem, quia ſecundum eum inquiſitio ſuccedit loco ac-
cuſationis per ea, quæ habentur in l. 2. §. ſi pub. de adult.
& de iſta communi atteſtatur Ruynus in d. conſi. 84. nu
me. 5. uol. 4. ſuſtinetur quoque dicta communis alia ui-
ua ratione per doct. relatos, quia reſpublica ſua non ui-
8 detur offenſa ob delictum alibi commiſſum, cū etiā iu
dex extra territorium ſuæ iuriſdictionis nullum habet
imperium, ut habetur in d. l. fi. ff. de iuriſdict. omniū iu-
di. & in c. fi. de foro compet. & in d. clement. paſtoralis,
& habetur in l. fi. ff. de offi. præfect. urb. & quamuis di-
cta communis de iure Ciuili pariter, & Canonico ſit ue
9 riſſima, tamen ex generali conſuetudine totius Italiæ
hodie approbata non eſt facienda remiſſio rei ad locum
delicti ſecundum Bar. in d. l. ſepulchri, de ſepul. uiola. &
Alex. ibi in appoſti. & in l. ſi cui circa fi. ff. de accuſ. & la
te Auguſt. Beroius in c. de his nu. 29 de accuſat. ſed ad-
uerte ne erres, quia Doct. omnes dixerunt contrarium
cōiter, uidelicet delinquentem debere ad iudicem loci
10 delicti remitti non obſtante contraria cōſuetudine per
text. in l. 1. ubi Bar. & Doct. C. ubi de crimi. agi. opor. et
tenent hoc etiā Iaco. de Belui. & Ang. in §. ſi uero quis
comprehenſorum in auth. ut nulli iudi. col. 9. Io. de Ana
nia, in cap. 1. de rap. Glo. in d. clemen. paſtoralis in uerſ.
more, & ibi Io. de Imo. Fabri. in Auth. qua in prouincia
C. ubi de crimi. agi oport. & Cyn. Bar. Bal. Saly. & Iaſ.
in l. 1. C. de ſumma trinita. & Bal. conſ. 205. uol. 4. Cepo.
conſ. 59. Pau. de Caſt. conſi. 307. de iure cōi in nouis, Fe
ly. in c. licet ratione delicti, col. 4. de foro compet. & a-
buode Boe. in deciſ. 29. ſed retenta communi opinione
ſuperius relata eam interpretor non procedere in fure,
11 qui quidem ſi cōmiſit furtū Romæ, deinde cum re furti
ua inuentus eſt in ciuitate Aquilæ, ibi ſine dubio poteſt
capi, & condemnari, etiam ſi ibi nihil poſſideat, ſecun-
dū Azo. in ſumma. C. ubi in rē actio. Bar. Fulg. & Ang.
in l. ſi abducta. C. de furtis, & Bar. in l. ſi dominum, Bal.
in l. unica, col. 7. C. de confeſ. & in c. 1. §. ſi furtum, de pa
ce iura. firma. & Ang. Aret. in trac. maleficiorum in uer.
& cœleſtem ueſtē, uerſ. quid ſi fur, cum aliis congeſtis
per Marſi. in d. l. fi. nu. 212. ff. de iuriſd. omnium iudi. et
Boe. deciſ. 218. nu. 2. & iſta eſt communis opinio, & ſer
uatur in practica, ut atteſtatur expreſſe Albe. de roſa. in
l. ſed & ſi ſuſceperit. §. fi. ff. de iudi. et in l. fin. C. ubi in rē
actio, et Boe. deciſ. 13. nu. 47. & in d. deciſ. 218. nu. 5. &
ſeq. et ita in contingentia facti fuit uocatum: et deciſum
in ſacro Regio Concilio Neapolitano, ut refert Capi-
cius deciſio. 104. et fuit etiam ſecundum d. communem
in ſacro Burdegalenſium Senatu, ut refert Boer. in d. de
ciſ. 218 nu. 5. Duas alias uero opiniones huic communi
contrarias recenſuit Boe. ibi, quas tanquam inutiles bre
uitati ſtudendo omitto.

Iudex ordinarius propter ſimplicem commiſſionē
præſumitur delegatus ſecundum omnes Doct. cōmuni-
ter in l. ius ciuile. ff. de iuſti. et iur. quamuis communem
declarat Fely. in c. licet, de probatio et in c. eā te, col. 7.
de reſcrip. imò hoc caſu ordinarius uere eſt delegatus,
quando eius iuriſdictio eſt alterata, ut not. per Aug. in l.
2. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de uer. obl. et ibi Alex. Iaſ. n. 5.
& alii Moder. aſſerentes iſtam fore cōmunē opinionē,

&

& per eundem Iaſ. & alios in l. ius ciuile, & Boe. deciſ. 351. unde ſcias, quod ubicunque aliquid additur, uel detrahitur primæ diſpoſitioni iudicis ordinarij, creatur noua diſpoſitio, d. l. 1. § ſi quis ſimpliciter, & d. l. ius ciuile, hinc dicebat Ang. & Docto. per illum tex. in d. § ſi quis, ꝙ ſi Pōtifex, uel Princeps in cōmiſſione, quā facit ordinario iudici, addit uel minuit iuriſdictioni, facit eū delegatū, utilitas, tene mēti perpetuo & tenaciter, ex his redundat iſta, quia ordinarii non poſſunt capere ſalariū c. Statutū. §. pen. de reſcrip. lib. 6. Sed iudex delegatus poteſt utiq; capere ſpecies pro uiſitatiōe, ſeu uſura proceſſus, d. c. ſtatutū, hoc tenent, & ibi omnes Canoniſtæ communiter in c. cùm ab omni ſpecie de uita, & honeſta. cleric. & Legiſtæ in l. ſolent. ff. de offi. præſi. & illam cōem ſequuntur Mod. inibi, & citant, & Boe. deciſ. 15. nu. 1. & ſimiliter redundat iſta alia utilitas ex præcitatis, ꝙ quando iudicauit tanquam delegatus, appellatur ad ſuperiorem, c. licet in corrigendis de offi. ordi. & eſt tex. magiſtralis in c. cum aliquibus de reſcrip. in 6. & ſic nulli dubium eſt ordinarium eiuſdem cauſæ, ut ſupra docuimus poſſe conſtitui delegatum, ut eſt tex. ultra relata in l. & ſi prætor, ff. de offi. cui eſt manda. iuriſdict.

Iudex tenetur mittere in poſſeſſionem hæredē ſimpliciter oſtendentem ei teſtamentum, faciens mentionem expreſſe de eius inſtitutione, & ſic ſufficit hæredi oſtendere teſtamentū, & eo oſtenſo, iudex debet eum mittere in poſſeſſionem hæreditatis, ita colligitur ex l. fi. C. de edi. diui Adria. tollen. & hæc non habet difficultatem aliquam, ut dicunt Docto. ibi, & Alex conſ. 101. nu. 9. lib. 1. Dec. conſ. 84. Gozadi. conſi. 21. & 6. imò omnes ſcrib. concludunt ꝙ ſufficit oſtendere ſimpliciter teſtamentum, & dicere, ſe eſſe illum nominatum in teſtamento, nec aliæ probationes requiruntur, ut per Doct. communiter in præcitatis locis.

Iudices in reſcriptis dati, ordinem in reſcriptis traditum ſequi tenentur, etiam ſi is iuri aduerſetur, c. cū dilecta de reſcript. c. de cauſis, de offi. deleg. iūcta l. nemo, C. de ſent. & c. quoniam contra, de probat. & no. Doct. in rub. de reſcript. ſed iudex ipſe nō habet iuriſdictionē aliquam ante præſentationē in reſcriptis, ſecundum cōmunem opinionem omnium Doct. quam citat, & declarat Dec. in c. ſuper eo. nu. 24. cum aliis ſeq. de app.

Iudex uel ſimilis officialis condemnatus in Syndicatu ob dolum cōmiſſum intuitu officii, non pōt appellare, ut per Iac. But. Cyn. & Bar. & alios cōmuniter in l. nulli, C. quorum appellat. & Spec. in §. in quibus, in tit. de appella. Sed ubicunq; officialis iſte eſſet iniuſte condemnatus in Syndicatu de commiſſis, uel omiſſis in adminiſtratione officii, poteſt ſupplicare ad ſuperiores, et ſupplicatio non erit ſibi prohibita, ſicut appellatio, Authen. quæ ſupplicatio, C. de preci. impera. offeren. cum ibi not. per doct. & ita ſeruatur in praxi in terris Eccleſiæ, ut refert Gramma. alios citans in deciſ. 35. nu. 4.

Iudex in iudicando non poteſt recedere a communi opinione. §. 1. inſtit. de hæred. inſtit. & l. 3. § fin. ff. de ſupell. leg. & l. Barbarius. ff. de offi. præſi. Doct. no. in c. nouimus de uer. ſig. Bal. in l. 2. C. de pœn. iud. qui male iudi. Barbat. late in c. ne Romani, de elect. & Iaſ. in Auth. nouiſsima, col. 6. C. de offi. teſta. Alexan. conſi. 25. nu. 2. uol. 6. Soc. nepos conſi. 189. nu. 74. uol. 2. Cotta in ſuis memorabilib. in memoria. in uer. opinio il primo. Laurentius Syluanus conſ. 3. nu. 52. & Hieronymus Brixianus in trac. de confinibus, c. 58. nu. 14. nam iudex qui cōtra communem iudicat, cēſetur propter imperitiam iudicaſſe, ut dixit Alex. in l. cum prolatis, & ibi Ang. ff. de re iudi. Iaſ. in l. fin. col. pen. ff. qui ſatiſda. cogan. & Curt. conſ. 49. col. 30. & conſi. 46. nu. 13. & dixit Bart. in d. l. 2. C. de pœna iudi. qui male iudi. quòd iudicans contra communem opinionem dicitur facere litem ſuam, & tenetur in Syndicatu, quem ſequuntur omnes Doct. ibi, Alex. in d. l. cum prolatis, nu. 121. & ſeq. et Iaſ. ibi in fin. Iaffredus in deciſ. 25. Fely. in c. 1. de conſtit. col. pen. Paris de Puteo in tract. de Syndicat. in uerſ. iudicare, col. 4. et ſeq. et Gandinus in trac. de Syndic. in q. 29. Nec eſt curandum aliquo modo de opinione ſingulari, uel peregrina alicuius doctoris, ſed ſequi debemus communem ſecundum Bal. in l. 1. circa finem per illum tex. ff de Senato. Io. Mo. in c. cupientes, de elect. lib. 6. & Bar. et docto. not. in l. fi. C. de pœ. iudi. qui male iudi. Io. And. & Canoniſt. in c. 1. & in c. ne innitaris, de cōſtit. Cur. in repetitio. l. admonēdi, nu. 75. et Cotta in ſuis memorabilibus in memoria. in uerſ. opinio communis, poſt princ. Nec eſt curandum ſi contraria opinio eſſet uerior, quia tunc iudex debet iudicare ſecundum communem non obſtante ſentētia uerior contraria ſecundū Fulg. conſi. 30. Io. de Neuizanis in ſua Sylua nuptiali lib. 5. nu. 61. 62. 63. & 65. et Alciat. et alios Mod. in l. 1. ff. ſi certū petatur. Nec eſt curandum ſi Pontifex teneret contra ipſam cōem, quia hoc caſu iudex communem ſequi debet, ut per Fely. & alios cōmuniter in d. c. 1. de conſtit. Hinc. eſt ꝙ iudex non cogitur iudicare ſecundum deciſiones Rotæ Romanæ, imò licet iudici contra eas ſententiam proferre, quia deciſiones iſtæ non ſunt per Pontificem approbatæ, ſed eis tanquam magiſtratibus deciſionibus ſtari debet ſecundū Cardina. in c. paſtoralis de fide inſtru. & ita in facti contingētia fuit deciſum in Rota Romana, ut refert Caſſadorus in deciſ. 7. in tit. de præbendis, & ita ēt tenet Fely. in d. c. paſtoralis, Gemi. in c. duobus col. 2. de reſcrip. lib. 6. in c. neq; 9. diſtin. & in conſi. 94. col. 2. & Ripa in l. 1. ff. ſi cer. peta. Sed circa hoc non parū hæſitandum eſt, quia deciſiones Rotæ æquipollēt cōmuni opinioni, et per cōſequens deciſio Rotæ eſt maioris authoritatis, quam ſit cōmunis opinio, ut dic. 1. de conſtit. Imo. et Barbat. in c. olim de lite conteſt. et Gomeſi. de regulis Cancellariæ, q. 2. in procemio, et Hieronymus Chuchalon in add. ad Dec. alios referens in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iuris, tamen rationes iſtorū parū, aut nihil me mouent ad diſcedēdum a prima opinione Cardi. & ſequacium tanquā magis communi, quam dicebat in iure uerisſimā, & in practica obſeruari D. Raynaldus Rodulphus interpretando publicè Peruſij d. l. 1. ff. ſi cer. peta. et de hoc non eſt ualde mirandum, quia minime authoritas Bar. eſt poſtponēda authoritati Dominorum de Rota, ſaltē in terris imperii, ut refert Cor. cōſi. 332. col. 2. uolu. 1. ex quo authoritas Bar. eſt maxima in pract. ſecundū Alex. in l. ſi domus, §. fi. col. 3. ff. de leg. 1. Burrig. in l. 1. ff. de uerb. oblig. & Iaſ. in l. quominus, nu. 32. ff. de flumi. & quanta ſit authoritas ipſius Bar. nemo eſt, qui neſciat, inquit Fulg. 180. & 226. nec eſt tutum recedere ab opinione Bar. ut dixit Pau. de Caſt. conſ. 353. uiſis omnibus inſtrumentis, & aſſeſſores nolūt recedere aliquo pacto ab opinione Bar. in iudicando ſecundum Inno. in c. dilecta de appella. & authoritas Bar. in legis defectum ad unguem obſeruatur ſecundum Ferdi. in repet. l. ſi filiusfamilias. §. diui nu. 93. ff. de legat. 1. et Caccialupus in trac. de modo ſtudendi fol. 4. imò in Hiſpania opinio Bar. præfertur cæterorum ſententiis, quid ergo nos faciemus Itali? Curemus eius dicta colere, adorare, et imitari, ut ſuadet et refert Iaſ. in l. admonēdi. ff. de iureiur. quia ſemper habuit ueritatē ante oculos, ut dixit idem Iaſ. in l. certi condictio, col. 13. ff. ſi certum petatur, & quia bonus Bartoliſta optimus Iuriſta cēſendus eſt, prout publice cōmemorat Caccialupus in d. trac. de modo ſtudendi, col. 5. et Ripa in lib. tertio reſponſorū, c. 2. nu. 12. et ipſe Bar. pro certo fuit Dux, & illuminator iuris, ut refert Iaſ. in l. frater a fratre, ff. de conditio. indebiti. & quàuis Bar. ubique ſit magnæ authoritatis, tamen plus in extrauaganti ad reprimendum, ibi enim procedit per modū glo. ſecundum Caccialupum in memorato tract. de modo ſtudendi, col. pen. et in eas ualde

maiure

mature loquitur ſecundum Soc. conſ. 275. in cauſa fratris, col. 3. uol. 2. & illæ gloſſæ Bar. ſunt meliores, quam tes. ut refert Igneus in diſputatio. an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem, col. 35. ſed reuertendo ad inſtitutum unde digreſſi ſumus, bene uerum eſt, quòd deciſiones Sacri Concilii Neapolitani, quæ proferuntur ſub nomine regis in caſibus dubiis ſuccedũt loco interpretationis Imperialis, de qua in l. fin. C. de legibus, ut per Afflic. in deciſ. 169. col. fi. dicta cauſa. Nec eſt curandum ſi ex uariis ſententiis Docto. dubium reſultet, quia tunc ſtãdum eſt communi opinioni per iudicem etiam ſi ex uarijs opinionibus ipſis dubium reſultaret, c. 2. de ſtatu Monachorum, c. nouimus, & ibi Ant. de uer. ſign. c. ſi. de his quæ fiunt a maio. par. c. iudiciis. 3. q. 3. Bal. in c. 1. §. iudices, col. fi. pen. de pace iura. firman. & in l. fin. ff. de Senator. Alex. conſ. 95. uiſis proceſſibus, uolu. 3. & conſ. 51. col. 2. uo. 5. Sed hoc non eſt ſimpliciter uerum, quia ubicunq; daretur conflictus opinionum non ſolum ſingularis opinio lege expreſſa conuinceretur, ſed etiam per rationes, et argumenta neceſſaria, & concludentia, ut eſt tex. not. iuncta gl. in c. 1. de his quæ fiunt a maiori parte, & ubicunq; non apparet de communi opinione, uel aliqui Doctores atteſtantur unam eſſe communem, alij cõtrariam, tunc res dicitur dubia propter conflictũ opinionum ſecundum Soc. in rub. & in l. ſi fuerit. ff. de rebus dubijs, & Ang. conſ. 100. ſanctiſſima, col. 4. ideo iudex ſi tulerit hoc caſu ſententiam contra communem mero iure propter cõflictum opinionum, ualet & tenet ſecundum opinionem communem omnium Doc: in locis ſupra citatis, quam citat Ripa in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu. 33. ff. de uerb. oblig. igitur tales caſus dubios ſolebat appellare Iaſ. eſſe caſus pro amico, ut per eum in l. dotis cauſa, nu. 35. in l. poſt dotem, nu. 105. ff. ſoluto matri. & in l. in ſuis col. 2. ff. de libe. et poſth. tunc enim optimum eſt habere iudicem propitium, amicum, et fauorabilẽ, ut concludunt omnes ſcribentes communiter examinantes hanc materiam: nam põt ſecũdum eos eligere cui ius dicat, hærereq; opinioni, quæ ſibi placuerit, et ſic fauere amico, ut ait etiam gl. in c. uerabilẽ, de elect. & Iaſ. in d. l. cum prolatis circa finem, & in l. diem functo, ff. de offi. aſſeſſo. col. 6. tamen hoc intelligitur cũ grano ſalis, uidelicet de iudice non claudicante ſecundum Soc. in c. 1. col. 49. de libe. obla. & Bal. in c. ne innitaris de conſti. hinc eſt quòd ſi aliquis ex pluribus alicuius legis intellectus magis communis reputaretur, ſententia tamen aduerſus huiuſmodi magis communẽ intellectum lata non diceretur nulla, ut per Alex. in d. §. duo fratres, col. 21. et Iaſ. in d. l. cum prolatis, col. fi. et ratio uidetur iſta, nam lex obſcura, et uarios intellectus habens ad decidendum allegari non poteſt, ut uoluit Bal. in l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis, et ſentit gl. fi. in c. 1. de conſtit. in 6. et idem Bal. in c. fi. ext. de conſti. per illum tex. col. fi. imò hoc caſu ſi iudex pronunciaret cõtra dictam legem uarios habentem intellectus, quaſi putans ob cauſam hoc facere ſuſtinebitur ſententia, ut inquit tex. in d. l. cum prolatis, quem tex. ad hoc ſingularẽ ſecundum intellectum Iacobi de Aret. faciũt ibi Imo. Alex. in princ. Iaſ. col. fin. poſt Bart. et tenuit hoc idem Bar. et Bal. poſt Cyn. in l. 2. C. quando prouo. Alex. Iaſ. et alii, d. §. duo fratres, et breuiter concludendo dicas quòd quando magni, et excellentes Doctores ſunt in diuerſis opinionibus, hærere uni non eſt peccatũ, nec reputatur, ut dicit Inno. in d. c. ne innitaris, et in c. tuas de Simoni. Bal. in l. ab eo. C. quomodo, et quando iudex, Bar. in l. 2. col. 3. ff. de uerbo. oblig. Caccialupus in tract. de tranſact. q. 12. co. 11. col. 2. et ſeq. et Deciſ. Neapolitana in q. 334. circa fi. quia duobus amicis in duabus opinionibus contrariis exiſtentibus ſanctum eſt pro ueritate pugnare, in qua bonus uir habet habenas, ut ait Bal. conſ. 380. alias 340. col. 2. uolu. 4. et Marius Salomon in §. reſponſa prudentum col. fi. inſtit. de iure natũ. genti. & ciui. Nec recedendum eſt per iudicem ab opinione cõmuni propter ſententiam glo. contrariam, quia licet opinio glo. uideatur communis, & ab ea in iudicando, & conſulendo non poſſit recedi, ut uoluit Iacob. Butrig. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. Bald. in l. cum hæreditas, C. depoſi. & in l. pen. C. de pœna iudi. qui male iudi. & in l. quanquam. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. & licet ſimiliter glo. ſoleat eſſe talis, & tantæ authoritatis, ut omnes alias antecellat authoritates ſecundum Bart. in l. ne uim nu. 8. ff. de iuſtit. & iur. Abb. in d. c. 1. de conſtitutio. Zaſium conſi. 111. nu. 18. Troy. Malui. in tract. oblat. in 4. dubio, Bertran. conſi. 115. nu. 24. uolu. 2. & Steph. de Feder. in tract. de interpretatione iuris in fi. Deci. in c. ad hæc, nu. 41. de poſtu. prælato. conſi. 146. nu. 7. conſil. 422. nu. 13. & in d. l. ut uim nu. 34. ubi ſimiliter Iaſ. eod. nu. & Claudi. Aquen. ibi in lect. 1. n. 334. imò opinio gl. præfertur communi opinioni ſecundum Fely. & Deci. in d. c. 1. de conſtit. nu. 43. tamen hoc non eſt uerum ſimpliciter, ut uoluit Bolog. in Auth. habita col. 41. C. ne filius pro patre, nam effectualiter loquẽdo nõ præſumi poteſt Doctores communiter tenere contra glo. authoritatem, cuius nouerunt quanta, & qualis ſit, niſi haberent legem, uel rationem per quam conuinceretur, ergo poſſumus effectualiter concludere quòd opinio communis præferenda eſt opinioni gloſſ. ita nor. Ioan. de Leſnaudiere in tract. de Doctoribus in 4. par. q. 47. uidemus enim iudices & recte contra opinionem gloſæ iudicare quotidie, ut dicit Abb. in c. capellanus de fer. & refert Caſſadorus in deciſio. 1. nu. 3. in tit. de uſuris, & iſta omnia moraliter, & pulchre referebat D. Raynaldus Rodulphus præceptor meus legendo publice Peruſij d. l. 1. ff. ſi cer. peta. ideo non eſt ſimpliciter credendum opinionem glo. eſſe communem, ſed ubicunq; opinioni gloſæ accedunt tres Doctores, tunc dicitur communis, & eſt communis realiter, & cum effectu, ut dicit Gratus, conſi. 75. uolu. 2. & refert Frãciſcus Coſcius in d. c. 1. de conſtit. nu. 26. quapropter ſit tibi cordi ſemper tenere in iudicando, & conſulendo communem opinionem, quia iudicare contra communem eſſet contra ſtimulum calcitrare, ut per Crauet. conſi. 19. num. 2. nec te decipiat Zaſius in 2. libro reſponſorum c. 2. ubi temere deducit, & probare conatur quòd opiniones communes plerunq; falſæ reperiuntur, quia iudices, ut ſupra docuimus, ut primum uident communem opinionem non ab ea ſanctum putant diſcedere, ex quo paria ſunt contra legem, uel communem opinionem Doctorum iudicare, & utroq; caſu cenſetur ſententia ipſo iure nulla, ut not. Bar. in d. l. cũ prolatis, & ibi Moder. & Ripa in l. dies, §. hoc aũt iudiciũ. ff. de damno infec. et Franciſcus Coſcius in d. c. 1. de conſtit. num. 17. quamuis ibi Fely. col. fi. uideatur tenere contrarium, dũ uoluit quòd ſententia contra communem opinionem Doctorũ lata, quaſi ob expreſſum iuris errorem, non ſit nulla, et allegat hoc tenuiſſe Ang. poſt Imol. & Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig.

Iudex ordinarius regulariter de iure Ciuili non põt eſſe arbiter. tex. eſt in l. prætor. ff. de tuto. & curat. datis ab his, & in l. ſed et ſi ſeruum, §. ſi quis iudex. ff. de arbit. ubi hoc tenuerunt conſtanter Bart. Bald. Alber. et alij communiter, gl. & Alex. in l. 1. §. et poſt operis in 1. no. ff. de noui ope. nuncia. Hoſt. in ſumma de arbi. in §. ſecũdum uerſ. ſed nunquid, Azo. in ſumma, eo. tit. col. 2. Lanfran. in trac. de arbitris in §. hactenus uerſ. 3. Bapti. de ſancto Blaſio in tract. de arbitris q. 25. & Iaſ. in Auth. ſi uero. C. de iudi. et iſtam eſſe ſcribunt communẽ opinionem Lanfran. in loco prætitato, & Dec. & in l. & ſi prætor. 3. no. ff. de offi. eius. iſta uero cõmunis aduerte, quia procedit de iure Ciuili, ſed de iure Pontificio reperitur ſancitum, ac diſpoſitum contrarium, quo quidem

iure

iure Canonico iudex ordinarius poteſt eſſe arbiter. c. cũ tẽpore de arbit. & melius tex. in c. ex parte eo. tit. & hoc firmant Inno. in c. innotuit. & in c. expoſita de arbi. gl. in c. a iudicibus 2. q. 6. glo. Gemini. & præpoſi. in §. ſed ſi quis iudex. 3. q. 7. Alexan. in d. §. & poſt operis in 1. not. Imo. Butr. Cardi. Henricus Boic. in d. c. cum tempore, ubi Abb. Imo. ſimul cum Card. dicunt iſtam eſſe cõmunem opinionem, & hoc idem tenet Bar. & alii in d. §. ſi quis iudex, & omnes Canoniſtæ in d. c. expoſita, iſtas uero opiniones fere omnes Doc. præallegati dicunt ſeruãdas eſſe quamlibet in foro ſuo, cum in his non uerſetur peccati cauſa, & utraq; ſeruari poteſt ſecundum adſertionem omnium ſcriben. utriuſq; Cenſuræ, & per notata in c. 1. de noui ope. nunciat. Sed prima opinio Cæſarea interpretatur primum, ꝙ licet non poſſit fieri compromiſſum in iudicem ordinarium, tamen poteſt cõmitti cauſa tanquam in arbitratorem, & amicabilem cõpoſitorem, ut dicit Saly. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſ. audien. & ibi Odofre. Cyn. & Bar. & Bal. ac omnes cõmuniter poſt glo. in d. §. ſi quis iudex. licet contrarium ſentiant & male Iacob. de Rau. Pet. & Cy. ut refert Saly. ubi ſupra. Secundo etiam claudicat dicta communis de iure Ciuili in Principe, in quem poteſt compromitti ſimiliter, ut in arbitrum, & quod plus eſt, partes compellere, ut in eum compromittant etiam tanquam in arbitratorem, ut in c. cum, inter de elect. not. Cato. in rub. ff. de arbit. Io. And. in c. uenerabilem de elec. Alex. in d. §. & poſt operis nu. 7. imò iudex quoque poteſt compellere partes litigantes ad compromittendum ſtante diuturna, & intricata lite, et ambiguis probationibus, ut in terminis tenet Pau. de Caſt. in l. quidam extimauerunt, ff. ſi cer. pet. Abb. in c. ſi. ext. de maiori. & obedien. in 4. not. in c. cum pridem, col. fin. de pact. & Dec. conſ. 125. col. 3. cum aliis, quæ late congerit Fely. in rub. de treug. & pace, col. 2. & Dec. conſi. 445.

Iudex interponẽs decretum ſuper alienatione rerum minoris, uel eccleſiæ, & aſſerens ſe adhibuiſſe plenã cauſæ cognitionem, non uidetur credendum tali adſertioni, ſecundũ Paul. de Caſt. conſi. 38. no. 2. ubi hoc probat per l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. & l. ſi donatione. C. de collati. ubi late Mod. et hoc dictum Paul. Caſt. ſequitur Dec. conſ. 556. col. 1. Marſi. in ſing. 399. Rebuf. ſuper cõcordan. in tit. de concluſione Latera. conci. col. 1. & ſequi uidetur etiã Iaſ. in l. nec quicquam. §. ubi decretum, col. 12. ff. de offi. procon. ad id facit ꝙ ſcribit Iaſ. in l. admonendi. ff. de iureiu. col. 7. ubi dicit ꝙ non creditur iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ſuppletiuum cauſa cognita, cum ſine cauſæ cognitione deferre non poſſet, ad idem facit dictum Bar. in l. omnem. C. ad Tertu. ubi ait ꝙ non ſtatur ſoli adſertioni iudicis dicentis ſe dediſſe tutorem cum cauſæ cognitione, quod dictũ pro notabili refert, et ſequitur Iaſ. conſ. 149. col. 3. uol. 2. ad idem facit etiã, quod notat Dec. in c. quæ eccleſiarum,
13 col. de conſt. ubi expreſſe fatetur, quòd non creditur iudici ſuper cauſa, ſine qua actũ facere non põt, in qua fundamentũ ſuæ poteſtatis conſiſtit, alibi ſcribit Ang. conſi. 107. in ſi. quòd nõ creditur iudici dicenti ſe ſequeſtrare poſſeſſionem timore armorũ, et ratione ſcandali euitandi, ſine quo ſcandalo ſequeſtratio fieri non põt, quẽ ſequitur Dec. conſ. 366. col. pen. & præallegatum dictũ Pau. Caſtr. ſequitur ẽt Fely. in c. eccleſiæ ſan. Mariæ, co. 8. de conſtituti. Sed contra Paul. de Caſt. in d. conſ. 38. aſſerit eſſe communem opinionem Soc. conſi. 125. circa primam quæſtionem in 1. dubio lib. 1. et contra Pau. de Caſt. tenet etiam Alex. in l. ſciendum, col. 7. ff. de uer. oblig. & Mod. in c. quoniam contra de probat. ubi ſimiliter mentionem faciunt de dicta communi.

Iuramentum ſuper contractu ſimulato interpoſitum eſt nullũ, ut uoluit gl. no. in l. emptor, C. plus uale. quòd agitur & hoc procedit, quando contractus dicitur ſimulatus de ſe ipſo ad ſeipſum, ueluti quando re uera nullus cõtractus celebratur, ſed contrahi fingitur, & iſta proprie, & uere dicitur ſimulatio quæ facit contractũ nullo modo ualere, de qua loquitur l. nuda, ff. de cõtrah. emp. l. imaginaria, ff. de reg. iuris, & d. l. emptor, et tunc iuramentũ appoſitum ſuper tali contractu, ac ſimulatione non facit contractũ ualere, neq; iurantẽ obligat ad obſeruationem eius, quod agitur, nec in huiuſmodi caſu eſt petenda abſolutio ab iſto iuramento ſecundũ Iaſ. in §. fuerat, nu. 86. inſtit. de actio. Marſil. ſing. 327. & Soci. conſi. 68. fruſtra, uerſ. principaliter, quia conſenſus deficit, ex cuius defectu non ualet l. ſi. C. de non. nu. pecu. & per iſtam rationem ita tenet Ruynus cõſ. 156. nu. 6. uo. 2. & ita põt intelligi gl. in d. l. emptor. quam Legiſtæ cõmuniter ita declarãt, ut ibi per Bal. Saly. Odofre. et Ange. & idẽ Ang. in l. 1. C. de dote, ca. non nume. Alex. in l. nemo põt, ff. de leg. 1. & Gramma. deciſ. 78. n. 21. & iſtã communem ſequitur, citat, uberiusq; declarat Auguſti. Beroius in c. ad noſtram, nu. 12. & ſeq. de emp. & uendi. ex quibus cognoſcatur contractum eſſe ſimulatum ultra allegata declarat Bart. in l. ſicut. §. ſuperuacuum, ff. ex quibus cauſis pignus uel hippo. ſolui. & de cõtractu ſimulato cum iuramento Iaſ. in l. 2. ff. de iureiur. in fine, ſed ubicunq; nota eſſet facta renunciatio exceptionis, ſictionis, et ſimulationis in contractu utrum ualeat: reſpõde breuiter quòd non ualet aliquo pacto, ita determinat Bar. in d. l. nemo poteſt, num. 2. quem ſequuntur omnes Doct. communiter, ut referunt Alex. Iaſ. & Ripa. ibi, cũ qua communi ſentit etiam Ant. de But. in c. cum contingat, col. 8. ext. de iureiur. & Io. de Imo. ibi in 7. mẽbro, Ancha. Domi. Cardi. & Ioan. de Imo. in d. c. ad noſtrã, et Rom. in l. ſi quis cum aliter, ff. de uerb. obliga. & hoc tanto magis procederet, quando quis renunciando ſimulationi, et fictioni iuraret, tunc. n. iſta renũciatio ut ſupra docuimus non nocet, nec ualet ſecundum cõmunem opinionem omnium Doct. in d. l. nemo põt, quam citat ibi Ripa, et alij Moder. quando uero iuramentũ ipſum non eſſet in contractu appoſitum ſimpliciter, ſed iurarent partes omnia, & ſingula prædicta eſſe uera, & in nullo contrafacere, uel contrauenire in hoc caſu renunciatio ualeret per dictam clauſulam prægnantem, & iſta eſt communis opinio teſte Alex. et Iaſ. in 1. lect. in d. l. nemo poteſt, Marſi. ſing. 327. Iaſ. in d. §. fuerat, nu. 82. & ſeq. Cremen. not. 152. & Cur. iuni. conſ. 100. nu. 5. & prædictis occurrit quòd dicta ſimulatio contractus poteſt per teſtes, & per litteras probari ſecundum communem opinionem omnium ſcriben. cui inhæret Boerius eam audacter atteſtando. conſi. 12. nu. 9. licet Cyn. & male in l. 1. C. plus ualere quod agitur, et in l. optimã in 3. oppoſi. C. de cõtrah. & cõmit. ſtipu. et Anch. conſ. 117. aſſeuerent contrariũ, ut ipſe Boer. refert.

Iuramentum non dicitur proprie probatio, et per iuramentũ quis non dicitur probare, ſed ab onere probandi releuari ſecundũ Ioan. And. Abb. et alios relatos per Dec. in rub. nu. 2. ext. de probatio. & iſtorum opinionẽ ponunt eſſe communem Gomeſius in §. item ſi quis poſtulanti, nu. 4. inſtit. de act. Marſi. in repe. rub. col. 26. C. de probat. Auguſti. Beroius in rub. nu. 76. cum aliis ſeq. ext. de probat. Alex. in l. Imperator, col. 1. ff. de lega. 1. & Capicius in deciſ. 91. in contrariam uero partem inclinauit glo. in c. Statutũ. §. cum uero in uer. proprio de reſcriptis, lib. ſexto, quẽ ſequitur ibi Dominicus, idẽque tenet glo. in l. contractibus, §. illo in uerſi. offerri, C. de non numerata pecu. Bal. in auth. non licet nouo, col. ſi. C. ſi cer. peta. Ange. in l. non erit §. dato. ff. de iureiu. et Dec. in d. rub. de probatio. & iſtã ſententiam præcitati Doct. uidẽtur probare per multa iura, rationes, et argumenta, quibus omnibus quã optime reſpondet Beroius in d. rub. de proba. n. 76. & ſeq tenendo igitur primã partem tanquam tutiorem, dic eam eſſe magis cõmunem,

&

& in indicando, et conſulendo ſequendam fore, ut atteſtatur Franciſcus de Accoltis Aret. in c. 2. in 12. not. de proba. quæ quidem communis limitatur nõ procedere in caſibus, quibus de iure communi, uel ex forma Statutorum iuramentum habetur pro plena probatione, tũc enim in illis caſibus appellatione probationis uenit iuramentum, unde ſi Statutum uelit credi iuramento dãnum paſſi, profectò Statutum hoc loquens de probatione damni dati, uel de damno probato, haberet locũ, & procederet contra damnũ dantẽ in probatione damni quæ fieret per iuramentum ſecundum Dec. in d. rub. de probatio. ext. col 13. & Aret. in d. c. 2. & data nota quòd Statutum ipſum faceret pleniſſimam probationem, nihilominus admitteret probationem in contrarium, ſecundũ Rom. in l. qui bona. §. quidã ff. de dãmno infecto & dictũ hoc Rom. ſequitur, et refert Ruynus conſ. 87. n. 21. nolu. 3. et alia ad materiam iſtam concernentia late ſcripſimus infra in uer. Statutum diſponens quòd de dãno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, et cætera.

Iuramento neceſſario non ſtatur, nec iuramentũ hoc in ſupplementum probationis poteſt deferri ubicunq; Statutũ, ſeu Lex requirit maniſeſtiſſimas probationes, quia probatio tunc facienda eſt per plures teſtes idoneos, uel per confeſſionem aduerſarij, uel per inſtrumẽta, ut eſt glo. no. in l. fi. in prin. ff. quòd met. cauſa, quã ſequuntur communiter Doc. in c. pia de excep. lib. 6. Bal. in l. 1. circa fi. Auguſtinus Beroius in c. cum ſit, Rom. nu. 20. de appellat. Soc. conſ. 136. col. 3. uol. 1. Ripa in l. fin. nu. 189. ubi audacter aſſeuerat iſtam eſſe cõem opinionem: nec ſufficerent in caſu iſto præſumptiones a iure approbatæ, quæ alias habẽtur pro idoneis, & legitimia probationibus, quia ubi per modũ conditionis probatio nominatur uera, & concludẽs probatio requiritur, & iuramentũ, & probatio præſumpta nullo modo admittuntur. l. Lucius, ubi Dyn. & aart. per illũ text. ff. de condit. & demonſtrat. & aar. in l. ait prætor. §. ſi iudex, in fin. ff. de re iudi. aald. ex ſententia, circa fin. C. de ſent. quæ ſine cer. quãti. & in c. quo ad conſultationem, col. 3. de re iud. Rom. in rub. de arbi. co. 7. Bal. & Saly. col. pen. C. de rebus credi. Iaſ. in l. admonendi, n. 112. ubi Mod. ff. de iureiur. & iſta eſt cõis opinio, ut ſupra deduximus, & atteſtatur expreſſe Dec. in d. rub. ext. de probaſio. col. 14. uerſ. tertio, ſi fiat mentio, & col. 16. uerſ. retẽta prædicta: Sed communis iſta coarctatur non procere in caſibus, in quibus ueræ, & concludentes probationes haberi non poſſunt, ut puta ſi tibi conſtiterit, uel ſi probaueris Titium fuiſſe filium Sempronij, uel ſi probetur Bertham adulterium commiſiſſe, tũc ſufficiũt quippe præſumptiuæ probationes, et non procederet cõis iſta opinio, ita inquit Dec. in d. rub. ext. de probat. col. 27. uer. ſi tamen per text. in c. Michael, & in c. ex tua de filijs presbyt. ubi glo. et Doc. et ita iſtam communem limitat & declarat Fely. in d. rub. de probatio. num. 3. & ſequitur Cotta in lib. ſuo memoralium in uerſ. lex quæ loquitur conditionaliter.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum iudiciale dicitur, quod iudicis conſenſu in iudicio defertur a parte parti.*

2 *Quod non probationẽ proprie facit, ſed rei iudicatæ tranſactionis ac litis finitæ uim habere uidetur.*

3 *Imò nonnunquam rei iudicatæ uirtutem excedit.*

4 *Cum religionem ipſam in ſe iuſiurandi contineat, affirmationem iurantis aduerſarij conſenſum, & tacitam deferentis confeſſionem, qui omnia quæ pars iurauerit confiteri uidetur.*

3 *Iuramentum tamen adiectum in contractu executionem paratam non habet.*

1 IVRAMENTVM iudiciale eſt illud, quod in iudicio a
parte defertur parti iudice approbante, ut dicit gl. in l.
1. ff de iureiu. & in c. fi. eo. tit. & hoc non dicitur propriè
2 probatio, ſeu probationem proprie facere, ſed habere
uim rei iudicatæ, tranſactionis, ac litis finitæ, ut in l. 2. ff.
de iur. imo in aliquibus caſibus maiorem uim habere di
citur, quia hic adeſt religio iuramenti, & affirmatio iu-
rantis, quæ aliqualem præſumptionẽ, & fidẽ facit. l. non
omnes. §. a barbaris. ff. de re milit. item calor iudicij, cõ
ſenſus aduerſarij, tacita confeſſio deferentis, qui cenſe-
tur confiteri omnia, quæ iurans iuraret ſecundũ no. per
Bar. in l. ait prætor la 1. in prin. et in l. nam et poſtea. ff.
de iure, et hæc omnia ſimul iuncta dicuntur facere iura
mentũ iudiciale habere magnam uim, et fere maiorem,
quam res iudicata, quod eſt notandum pro his quæ ha-
3 bentur per gl. Bar. et alios in l. 2. ff. de re iudi. et quãuis
iuramentum in aliquibus uim rei iudicatæ excedat, ta-
men in multis è cõtra ſententia uirtutem iuramenti ex-
4 cedit, ut habetur plene per glo. & Bar. in d. l. 2. qui etiã
dicit iuramentum habere executionem paratã ſicut res
5 iudicata per l. poſt rem iudicatam. ff. de re iudi. & ideo
iuramentum appoſitum in aliquo contractu habebit, ut
ipſe arbitratur executionem paratam, licet de iure com
muni inſtrumentum publicum nõ habeat executionem
paratam, l. non minor uigintiquinq; annis, cui fideicom
miſſum, et ibi ait ſe mirari quòd cautelam iſtam conſue
tudo non adinuenerit, hoc idem tenet, et ſequitur Iaſ.
in d. l. 2. nu. 9. et l. nulli, nu. 8. C. de iudi. ubi audacter aſſe
rit iſtam eſſe communem opinionem, & Alex. in d. l. 2.
aar. in rub. ext. de iureiu. Paul. de Caſt. in l. nam, et po-
ſtea. §. ſi petiero. ff. de iureiur. & in l. poſt rem. ff. de re iu
di. Mattefi. in nota. 20. Marſyl. in ſing. 356. iuramentum,
Iaſ. in §. item ſi quis, nu. 87. inſtit. de act. et Cur. in repet.
l. admonen. nu. 47. ff. de iur.

Promittens ſoluere certam quantitatem cũ iuramento cõpenſando, poſtea cum ſuo creditore non uidetur liberatus a periurio, tex. eſt apertus, & clarus in c. ad noſtram ext. de iureiu. in prin. et ibi omnes Canon. tenent. Abb. etiã in c. dilectus de ordi. cogni. & benedi. de plũ. in l. ſi peculium. §. quod ſi hæredi. ff. de ſtatu liber. quia iuramentum ipſum debet ſeruari in forma ſpecifica, & ſic compellit præciſè ad factum, ita quod non euaditur periurium ſoluendo intereſſe glo. eſt in l. ſi pecuniam in ueniri neceſſe habeas. ff. de cõd. ob cauſam et ita tenet Iaſ. in §. in bonæ fidei, col. 16. et ſeq. inſtit. de act. Alex. in add. ad aar. in l. amplius non peti. ff. ratã haberi, & cõſi. 91. co. 2. uo. 2. Alber. aruinus, conſ. 89. n. 4. fol. 99. Marcus Mãtua conſ. 17. n. 28. uol. et conſ. 20. n. 13. eo. uolu. Doct. in d. l. ſi pecuniam in princ. cum concordantibus ibi late adductis, et per Panor. poſt Inn. Ant. de aut. et alios in c. ueniens de iureiu. in contrariã uero ſñiam inclinauerunt aar. Fulg. et Ang. in d. l. amplius non peti, Abb. ſibi contrarius in d. c. ad noſtrã, Faber in d. §. in bonæ fidei, col. 3. & Alex. ſibi ipſi parũ conſtans, conſi. 12. col. fi. lib. 2. et nouiſſime Auguſt. Beroius per pulcherrima fundamenta, et optimas rationes in c. 1. n. 68. et ſeq. et nu. 78. de uſuris, et ita in facti cõtingentia per doctrinã Bart. et ſequaciũ fuit determinatũ ſuperioribus annis in ſacro Regio Concilio Neapolitano, ut conſtat in deciſ. Capicii 167. et licet opinio hæc poſſit ſubſtineri per tã illuſtrium Doc. authoritatem, nihilominus prima opinio contra Bar. et ſequaces uidetur magis cõmunis, ut atteſtãtur Fely. in d. c. ad noſtrã, n. 8. Iaſ. in l. eũ qui. §. ſi iura. nu. 5. ff. de iur. et in d. §. in bonæ fidei, col. fi. Gozadi. cõſ. 32. n. 15. et ſeq. et Afflict. in deciſ. 385. n. 1. et ſeq. et cõſuluit Boe. conſ. 14. retenta itaq; communi opinione pro ueriſſima, et canonica, dic limitaq; eã procedere, quãdo ius cõpenſandi perueniſſet, poſtquã promiſſũ foret per iuramentũ, et ſic ea poſt facto ſecundũ Abb. et alios citatos per Tindarũ in trac. de cõpenſ. co. 17. uerſ.

attende.Soc.in l.Iulianus in fi.ff.de condit.& demonſt.
& Pariſi.conſi.121.nu 40.uo.1. & iſtam diſtinctionem,
ſeu limitationem ſequi uidetur Capicius etiam in d.de
ciſ.167.Afflic.in d.Dec. 381. & Ant.Galle.in tracta.de
formulis camer alis obligationis ſuper ſor.came.oblig.
q.2.nu.6.cum al iis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum a procuratore ſpecialiter conſtituto præſtari poteſt.*
2 *Qui non proprio nomine, ſed in animam conſtituentis iurare tenetur.*
3 *Cum eo caſu dominus ipſe iurare uideatur.*
4 *Iuramentum quoque fidelitatis procurator ſpecialiter conſtitutus præſtare non prohibetur.*
5 *Præſertim cũ dominus conſentit, aut is, qui illud præſtare debet, aliquo iuſto impedimento tenetur. n. 6.*
7 *Hoc autem extra iudiciale dicitur iuramentum.*
8 *In quo ſex requiruntur neceſſario, quæ ſubijcit.*
9 *Nec hoc iuramentum a uaſallo ſolum, ſed etiam ab eius hæredibus poſt illius mortẽ præſtandum eſt in ſolidum, quamuis poſſideant pro parte feudum.*
10 *Nec tamen fidelitas omnibus hæredibus domini iurandum eſt, ſed ſatis eſt, ut iuretur uni ex hæredibus, quem uaſallus elegerit.*
11 *In quo iuramento eſt perſona Imperatoris aut Regis excipienda, cum dominus aduerſus Imperatorem uel Regem a uaſallo non ſit defendendus.*
12 *Procuratori quoque ſpecialiter conſtituto iuramentum quidem teſtis preſtare permittitur, illius autẽ dictum deponere non permittitur. nu. 13.*
14 *Sed ubi a iure uel ſtatuto proprium iuramentum requiritur pro forma, tunc procurator cum ſpeciali mandato non admittitur.*

1 IVRAMENTVM poteſt præſtari per procuratorem ha-
bentẽ ſpeciale mandatũ.c.fi. de iuramẽ.calum.lib.6.ubi
Docto. & tunc iurare non tenetur nomine proprio, ſed
2 pro domino, & per conſequens in animam conſtituẽtis,
ſecũdum Bar.et Alex.in l.qui bona, §.ſi alieno.ff.de dã.
infecto, in l.ad egregias, in princ.ff.de iureiu.& in l.uul-
go.ff.de in litẽ iuran.& hoc non ab re determinatũ fuiſ-
ſe arbitror, quia ſecundũ Io.And.in d.c.fi. quando pro-
curator habet ſpeciale mãdatũ in effectu ipſe dominus
3 dicitur iurare:& his ſic breuiter præmiſſis colligo unũ,
quod etiam iuramentũ fidelitatis poteſt præſtari pro ab
4 ſente per procuratorem habentem ſpeciale mandatum
ad ſe præſentandum corã domino, et ab eo obtinendum
inueſtiturã, ſeu renouationẽ, & hoc præcipuè procedit,
5 quando ille cui debet præſtari cõſentit, uel quando de-
6 bẽs præſtari impeditur aliqua cauſa, ſecundũ Roma.in
repet.l.admonẽdi, ff.de iureiu. & in d.§.ſi alieno in add.
nouiſſi.qui allegat tex.in c.unico.§.uerum etiam de iſta
reg.lib.6.& c.ſi tibi domino.63.diſt. & ibi tenet Archi.
& idẽ uoluit Bal.in c.1.in tit.quo temp.miles, et in c.1.
§.nulla, per quos fiat inueſt.Iacobus de ſan.Geor.in ſua
inueſti.uer.qui quidem inueſt.præſti. col.3. & Maranta
in tract.iudiciorum in 6.par.nu.30. fol.140. & opinio-
nẽ iſtam ait eſſe magis cõem, Cur.in repe.d.l.admonen
di, nu.363.& hoc idem uidetur ſentire Bart. in l.qui ab-
ſenti.ff.de donat.ubi dicit quòd quando conceditur ab-
ſenti inueſtitura, nuncius debet eſſe ſpecialiter deſtina
tus, ſequitur Afflict.in tit.quid ſit inueſti.col.10.& Fran.
7 in c.ſi tibi abſenti, col.4.de præben.lib.6.& not.quod iu
ramentum hoc dicitur extraiudiciale, quòd quippe te-
netur uaſallus, ſeu procurator ipſius præſtare domino,
ſeu ſit uaſallus feudatarius, ſeu burgẽſis ſecundũ And.de
Yſer.in c.1.col.1.qua uaſa.iura.debe. fide.in quo iuramẽ
8 to ſex neceſſario debẽt concurrere, primũ ſcilicet, quòd
iuret ſeruare dominum incolumem, tutum, utilem, hone
ſtum, facilem, & deniq; præſtare auxiliũ, quæ ſex requi-
ſita numerantur in c.1.de reuocã.forma fidel.& ibi per
And.de Yſer.& habetur abunde in deciſio. Rotæ Nea-
politanæ.265.col.4.& ſeq. & huiuſmodi iuramentũ nõ
9 ſolum tenetur præſtare uaſallus, uerum etiã ipſius hære
des poſt mortem ſuã. Vnde aduerte quòd mortuo uaſal
lo hæredes eius tenentur iurare fidelitatẽ domino in ſo
lidum, licet poſſideant feudum pro parte, ſecundum An
gel.in l.ſecunda.§.ex his.ff.de uerb.obligat.argu. illius.
§.& ibi etiam Aret.colum.2.ubi quærit quid contra an
10 unus uaſallus teneatur iurare fidelitatem omnibus hæ-
redibus patroni, et concludit ſecundum communẽ opi-
nionem, quòd non tenetur, niſi uni, et quòd erit in eius
electione cui iurabit per gl.in c.1.§.omnes filii, ſi de feu
do fuerit contro. inter dominum, & agna.et de dicta cõ
muni atteſtatur etiam Petrus Corn.in add.ad Dec.in l.
ea quæ in partes.ff.de reg.iuris, ſed aduertẽdũ eſt quòd
11 quando tale iuramentum præſtatur, tenetur iurans exci
pere perſonã Imperatoris, ſeu Regis, quæ ſemper præſu
mitur exceptuata, uidelicet, ut promittat dominũ tueri,
& defendere aduerſus qualcunque perſonas, præterquã
cõtra Regem.c.imperialem.§.fi.et ibi And.de Yſer. de
prohibi.feu.alien.per Feder. in d.c.1.de noua forma fi-
deli.et tradit hoc poſt Spec. Bal.Iaſ.in uſibus feudorũ,
nu.107.Bar.in l.cũ acutiſſimi, co.47.& 49. C.de fideicõ
mi.& in tract.de præſtan.Cardina.t.q.1.partis, col.9.&
Cotta in lib. memorabilium in uer. Imperator orbis,
col.1.iam ad inſtitutum reuertendo limito præallega-
12 tã cõem in teſte, qui quidem per procuratorem iurare
non poteſt etiam habentem ſpeciale mandatum, ſecun-
dum communem doctrinam Doct.quam ſequitur, et ci-
tat Panor.in c.licet ex quadam de teſti. In contrariam
13 uero partem inclinauit Rota Rom.quam ſequitur Ro-
manus in ſing.8.quod iuramentum teſtis poſſit præſtari
per procuratorẽ, ſed non põt teſtis deponere dictũ ſuũ
per procuratorem, mouetur Rota ibi per nonnulla ur-
gentia fundamẽta, & rationes, quas reaſſumpſit Cur.in
d.l.admonendi, nu.359. quaſi inhærendo denique ulti-
mæ opinioni Rotæ Roma. interpretatur ſimiliter dicta
communis ex not. per Panor. in c. licet ex quadã ſupra
citato, ubi infert generalem doctrinam per illum tex.q
14 quando a iure, ſeu ſpeciali ſtatuto requiritur pro forma
proprium iuramentum, tunc non ſufficit iurari per pro
curatorem habentem ſpeciale mandatum, allegat not.
per glo.in c.ut circa de electio.lib.6.idem tenuit Gemi.
poſt Archid.in c. ſtatutum. §. cum uero de reſcrip.lib.
6.Bal.in rub.ff.de iureiur.& Archid.in c.nullum, in uer
ſi.proprio iuramento lib.6.

Iurare in litem nemo cogendus eſt per iudicem quan
do uellet probare per teſtes.l.ſemper.§. in hoc interdi-
cto, iuncta gl.ibi in uer.iudicis.ff.quod ui aut clã:uerũ
tamen glo.in l.fi.ff.de in litem iuran.inclinauit in cõtra-
riam ſententiam, quæ cõmuniter reprobatur ab omni-
bus Doc.teſte Alex.ibi in prin.& dato quòd quis uellet
potius iuramentum deferre, quàm aliter probare, etiãſi
probationem teſtium, uel inſtrumẽtorum propriam ha
beret, tunc ſeuere iurare poſſet ſecundum Doct.cõmu-
niter in c.ſicut de probatio.quã ſequuntur Deci. & om-
nes Mod. ibi, ſed ubicunq; aliquis nollet iuramentum
deferre, ſed potius onus probandi aſſumere, nec probet:
eo caſu Reus abſolui debet, nec cogitur iurare ex quo
actor probare non potuit, nec ad iuramentum aliquo
pacto redeundi habet facultatem. l.ſi quis iuſiurandum
in prin.C.de rebus eredit.& deciſioni huic omnes ſcri-
ben.communiter inhærent uariis in locis, præſertimque
Soc.conſi.32.uol.2.

Vali-

Valiſiā, fardellum, ſeu capſa poſita apud hoſpitem, uel aliū quemuis cuſtodem ſigillata, & clauſa, ſi forte redderetur diſsigillata, eo caſu ſtandum eſſet contra ipſum hoſpitē iuramento in litē ipſius deponentis ſuper quantitate, qualitate, precio, ualore, & extimatione rerū, quę in dicta ualiſia dicerentur per deponentem extitiſſe, ētſi ipſe deponens res ipſas particulares non cōſignauerit hoſpiti, nec aliquid dixerit ꝙ in ea capſa eſſent aliquæ res, & quæ: et etiā quòd res ipſæ per aliquem uiſæ non fuerint, & ſimiliter ſi hoſpes ipſe eſſet bonæ cōditionis, & famæ, quia debet nihilominus condemnari ad ſoluēdum res ipſas, ac rerum quātitates, & extimationem, de quib. in ipſo iuramento deponentis ſit mētio, ex quo hoſpes dicitur in dolo eo ipſo, ꝙ appareat dictam ualiſiam fuiſſe apertam, ēt ſi non reperiatur, nec probetur hoſpitem ualiſiam aperuiſſe, & ignoretur quis aperuerit, ſed ſit dubiū, & dicit hoſpes ipſe cōueniri ex proprio eius dolo, qui quidem probatur eo ipſo, quod appareat ualiſia fuiſſe aperta ēt ꝙ ignoretur quis fuerit ille, qui illā aperuit an hoſpes, uel quilibet alius, & ita tenent, & concludunt Inno. Ant. de But. Anch. Abb. Imo. Henri. Boic. et alij in c. ſi. ext. de his quæ ui metuſve cauſa ſiunt. Bar. Bal. Ang. Alex. & Rom. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. ubi Iaſ. nu. 39. & 41. & Franciſcus Duarenus, Curti. Bolognetus, n. 86. & Franc. de Accoltis Aret. col. pe. aſſeuerant iſtam eſſe cōem opinionē, Cot. etiam conſi. 318. pro nectarali, col. ſi. uol. 4. Pariſi. conſi. 47. inficiari, per totum, in l. t. & nouiſsimè Io. Baptiſt. Plot. in rep. l. ſi quādo, n. 391. C. unde ui, poſt alios quamplures ibi relatos, congeſtoſque per eum, ibi etiam iſtam communem limitat in undecim caſibus, quos ibi à nu. 400. uſq; ad nu. 416. abundè poteris uidere.

Iuramentū ſufficit præſtare ſuper quacunq; ſcriptura, licet non ſacra, de conſuetudine, quoniam iā diu cōmunis inualuit ſtylus, & conſuetudo ꝙ iurare ſufficiat ſuper quacunq; ſcriptura habito reſpectu ad ſacra Dei Euangelia. ſolet quippe dici per Notarium Titius iurauit ad ſancta Dei Euangelia manu tactis ſcripturis, opinio iurantis, & relatio iſta quam habet ad ſcripturā faciunt, ꝙ illa ſcriptura habeatur loco Euangeliorū, quātum ad firmandum iuramentum, nec iurans dicit iuro ſuper hæc Euangelia, ſed in genere dicit iuro ad ſancta Dei Euangelia, & hmōi conſuetudo ſeruanda eſt, ita uoluit eleganter Bal. Saly. Cor. & Cur. in auth. ſacramenta puberū. C. ſi aduerſus uēditio. Imo. in c. cum cōtingat de iureiu. Bal. & Afflict. in ca. 1. §. itē ſacramenta, nu. 50. de pace iuramē. firmā. gl. nota. in clem. 1. §. porrò in uer. tacta ad ſi. de hæreti. & poſt eā Imo. Cardina. Boniſa. de Vitali. & cæteri cōmuniter, Cotſetus latè ī add. ad Abb. in rub. de iureiu. in 1. par. q. 4. circa ſi. Ruinus, conſi. 103. nu. 12. uol. 4. Pau. Caſtr. & Alex. in l. iurari de iureiu. cū alijs concordantib. de quib. ibi per eum. Sed iſta cōis, & indubitata concluſio interpretatur non habere locum in caſibus in iure expreſsis, quia tactum ſacrorum Euangeliorū requirunt, ut latè declarat Ruynus in d. cōſ. 103. nu. 12. & Marquardus de Suſannis in tract. de Iudæis, & infide lib. in 2. par. c. 8. nu. 15. & Marſil. ſing. 415 iuramētū eſt magnæ importātiæ: ſufficit alias loco Euangeliorū ſcripturas tangere ſēm præcitatos Doct. licet cautela ſit, & rationabilis, ut inquit Bal. & Saly. in d. auth. ſacramenta puberum, in loco contractus adeſſe librum Euangeliorum, uel aliquam ſcripturam de uerbo Euangelij tractantē, ſuper quo, uel qua iuretur, meritò ſtādum eſt inueteratæ conſuetudini, de qua dict. Doctores paſsim atteſtantur, ꝙ quamlibet ſcripturam tangere ſufficiat.

Ius patronatus de gratia patroni competere dicitur, per Doct. omnes communiter in c. 1. de præben. & in c. quarto de iudi. & in c. quoniam de iure patro. in quibus locis Scriben. aſsignant rationem, quare gratia hæc fuerit cōceſſa, introductaque ꝯ iuris regulas, & cōcludunt, hoc fuiſſe introductū fauore Eccleſiæ, ut cultus diuinus augeretur, & per cōſequens, ut inuitarētur Laici, aliæq; perſonæ ad cōſtructiones, fundationes & deniq; ad dotationes Eccleſiarum, & cōem iſtam ſequuntur, & atteſtantur per dictam rationem omnes Moder. in d. c. quoniam, & huiuſmodi ſententiam cōem ampliant Moder. in c. non ſine multa de arbitris poſt Doct. communiter omnes in c. ad hæc de offi. ordina. ſeu uicarij.

Iuri patronatus Laicorum non cenſetur, ac præſumitur Pontifex in dubio præiudicare, niſi illi expreſſe derogauerit, ut notat gl. in clem. 2. de præb. quam ſequitur Abb. in c. dilectus de offi. deleg. ubi aſſeuerat cum dicta gl. omnes Doct. comuniter ſentire in c. dilectus de iure patr. & in c. quoniam, eod. titu. & cōis iſta probatur ex eo, quod uoluit Inno. in c. Innotuit de electio. quod in dubio Papa non præſumitur uelle uti plenitudine poteſtatis, niſi hoc expreſſe conſtet, ſic quidem ipſe magis ſe cauere debet ab iniuſtitia, quam alius. argumento c. ex ore de priuileg. & hoc idem notat Alex. conſ. 87. uol. 1. & ſic explorati iuris eſt cōſtare debere de uolūtate Papæ, ꝙ uti uelit plenitudine poteſtatis: nam in dubio nō præſumitur, ſed potius cenſetur circumuentus, ut per Soci. conſ. 260. col. 16. uol. 2. & in dubio quoq; neq; præſumitur Papā uti noluiſſe clauſula de plenitudine poteſtatis ſecundum Paulum Caſtr. & Moder. in l. in teſtamento. C. de teſta. milit. & conſ. 317. col. 2. lib. 1. & Iaſ. conſ. 1. col. pen. uol. 1.

Ius patronatus competens pluribus Laicis, uel Clericis, ut ſingulis ex conſtitutione, ac fundatione ſui patrimonij hoc caſu præſentatio facta à maiori parte cōparatione minorum, dicitur eſſe legitima, ut per Ioan. And. in c. 1. de iure patro. cuius ſententiam ſcribit eſſe cōem Abb. in c. cum omnes de conſtitu. et in c. quoniam de iure patro. ubi Moder. aſsignant exemplum iſtius cōis opinionis uidelicet quando omnes patroni diuiſerunt ſe in tres, uel plures partes, tunc electus conſenſu plurimorum præferendus eſt.

L

Legatum annuū factū Eccleſiæ per uerbū ſemper, et in perpetuū finit curriculo, ſeu ſpacio centum annorum à die relicti ſecūdū gl. not. poſt Bar. in l. an uſufruct. ff. de uſufruct. et in l. ſi uſufruct. ff. de uſufru. leg. Iac. de Raue. And. de Piſ. et Nicol. de Neap. in l. annua. ff. de annuo legat. Card. conſ. 66. Fed. de Senis, conſi. 13. Anch. in c. ſi. de teſt. Alex. conſ. 60. in prin. uol. 1. ubi ſcribit iſtā eſſe magis cōem opinionē. et ab ea in iudicādo, et conſulendo nō eſſe recedendū, et Couaruuias in tract. reſolutionum iuris Ciuilis, et Pōtificij in c. 9. nu. 10. fol. 855. li. 3. idemq; tenet et cōcludit ipſemet Alex. in l. 2. in prin. ff. ſolu. matr. et ibi Dec. et Claudi. Aquen. nu. 15. Ruynus, conſ. 143. nu. 11. uol. 4. et ita in facti contingentia conſuluit Alex. in d. conſ. 60. et hoc firmant Doct. ratione infinitatis euitādæ, ut latiſsimè per Alex. ibi poſt prin. et ſententiam iſtā tanquam ueriorē ſequutus eſt Marcus Mantua in ſuis apophteg. apophteg. 52. contrariā uerò partem, uidelicet ꝙ Legatū iſtud duret ultra centū annos infinitum, ut dicitur per ſecula ſeculorum expreſsè tenuit Rogerius relatus ab Accurſio in d. l. an uſufructus, Abb. poſt alios ibi congeſtos per eū in d. §. c. ſi. de teſta. Barb. conſi. 20. uol. 4. Ang. Cuma. Soci. col. 8. in l. 3. §. ſi. ff. ad legem Falci. Corn. conſi. 22. uol. 3. Iaſ. in l. uideamus. §. deſerte. col. 2. ff. de in litē iuran. et ī l. 2. ff. ſol. matr. ubi pariter Crotus, Pōtanus, Peruſinus Papalea, et Ripa, et Albericus in d. l. an uſufructus. ubi audacter aſſeuerat opinionē hanc ſe uidiſſe cōiter ſeruari in practica, et pro iſta opinione eſt caſus legis expreſſus, qui nō poteſt, niſi cū magna cauillatione, et fa-

ſa interpretatione euitari in l.annuā.& in l.annua.§.Titia.ff.de annuis leg.prout egregiè perpendit Ripa circa prin.& Pontanus.col.5.in l.2.ſolu.matr.& Soci. in l.3.§.fi.col.8.ff.ad legē Fal.& ita per iſtas leges,& alias quā plures rationes,& authoritates conſuluit Frater Ioan. Maria.Verratus Ferariēſis in ſuo libello diſputationū aduerſus Luteranos in tit.de annuis legatis,& ita conſuluit ēt efficacioribus fundamētis,& rationibus Riminaldus,conſ.inſerto,& poſito in d.libello diſputationum contra Luteranos,ubi quamoptimè firmat opinionem iſtam,& reſpondet omnibus ferè cōtrarijs,& huic conſi. Riminal.ſe ſubſcripſit Bernardinus Burguntius Doctor eximius Parmēſis,plurimis & optimis rationibus,& ſubſcriptio hæc reperitur poſt conſi.Riminald.i loco ſuprà citato.Et his accedit ꝙ quando eſt factū legatum alimentorū alicui Eccleſiæ præſtandorum omnib. fratribus dictæ Eccleſiæ in die ſancti Ambroſij,& nihil aliud ſit dictum,tunc alimenta iſta non forent præſtanda quolibet anno in illa die ſancti Ambroſij, ſed hæres liberatur præſtando,& ſoluendo alimēta pro primo anno in dicta die ſancti Ambroſij,ut per plura concludit Marcus Mantua in ſuis apophtheg.apophtheg.1.

Dominium rei legatæ tacitè nō transfertur ipſo iure in legatarium ſine traditione, ſicut transfertur dominium rei expreſſe legatæ ſecundum Bar.in l.1.col.fi.ff.de leg. 2.& in l.emptor.§.ancilla.ff.de rei uendi.quem ſequuntur Bal.Ang.Floria.Pau.de Caſt.Alex.& Iaſ.in l.ſeruū filij.§.fi.ff.de lega.1.Dec.in l.traditionibus,col.fi.C.de pactis,Bertachinus in ſuo repertorio in uer.dominium transfertur,uerſ.9.& iſtorum opinionem aſſeuerant eſſe communem Soci.& Iaſ.in d.l.1. ſed contrariam partem quòd imò dominium rei tacitè legatæ tranſeat ipſo iure in legatarium abſq; traditione,tenēt Imo.Alex. & Areti.in d.l.prima, ad quorum fundamenta reſpondent Soc.& Iaſ.ibi,poſſet tamen interpretari, ac limitari,ni fallor,quando res tacitè legata eſſet apud legatarium,tunc quippe transfertur dñium in eum,per text.in §.interdum,inſt.de rerum diuiſio.& per id quod ſcribit Bal.in l.1.col.5.C.communia de lega.ubi dicit,ꝙ quando teſtator legat rem hæredis, tranſit dominium recta uia in legatarium,quando res erat apud eum.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima uiuente patre filio non debetur.*
2 *Illa tamen liberè filio debetur & abſque grauamine.*
3 *Quæ non eſt hæreditatis quota pars, ſed bonorum.*
4 *Et ex ſingulis corporibus rerum hæreditatis arbitrio boni uiri detrahenda eſt.*
5 *Pater autem filio condemnato ex delicto ad pœnam ratione legitimæ non tenetur.*
6 *Quod uerò de legitima debita dictum eſt declaratur in filijs Iudæorum,& eius qui monaſterium eſt ingreſſus, non habere locum.*

1 Legitima non debetur filio uiuente patre, ſed uidetur quaſi debita.l.1.§.ſi impuberi.ff. de collati.bono.l.fi.& utrobique Bar.ff.de liber.agnoſcen.& Bal.in l.ex Cornelia.ff.de uulg.& pupi.ſubſtitu.in d.l.fi.in l.quanquam.C.ad legem Falci.& conſi.257.nu.1.& ſeq.uol.3. Bar.in auth.ſi qua mulier prope fi.C.de ſacroſan.Eccle. gl.& Doct.in l.cum a matre.C.de rei uend.& iſta eſt cōmunis opinio,ut per Moder.in c.Raynutius de teſta.&. Marquardum in tract.de Iudæis,& in fidelib.in 3.part. c.6.nu.3.quæ quidem legitima debetur ipſi filio liberè, & abſque aliquo grauamine.l.quoniam in priorib.C.de inoffi.teſt.& legitima iſta filij certè eſt quota bonorum, nō aūt hæditatis.l.quoties,& ibi Bal,col.1.C.de hæredi. inſti.& iſta eſt cōis opinio teſte Boer.dec.24.n.12.& ſimiliter debita de ſubſtantia,non aūt de fructib.l.ſcimus §.repletionem.C.de inoffi.teſta.ubi Doct. omnes communiter concludunt in electione filij eſſe.ſecus in Falcidia,& Trebellianica,ut per Bar.in l. in quantum.ff.ad legē Falci.Sed an uelit bona,uel æſtimationē uide Bar. declarantem in l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Trebel.& i l.ſuus quoque.ff.de hæredi.inſtitu.in princi.& legitima iſta detrahitur de ſingulis corporibus rerum hæreditariarū ſaltem arbitrio boni uiri,ſcd'm Gui.de Cun.Bald. & Paul.Caſt.in d.§.repletionē,Bar.in d.l.ſuus quoque, in fi.principij,Bal.in l.iubemus,col.1.C.ad Trebel.ſimiliter nec poſſet filius ſuper legitima hac paciſci, ſicut nec ſuper hæreditate patris, ut not.in l.fin.C.de pact.ad quod facit ēt quia legitima eſt quota bonorum, nec dicuntur bona niſi ære alieno deducto,l.ſubſignatū.§.bona.ff.de uer.ſign.uerum ſi condemnatus eſſet ex delicto filius,pater de iure communi ad pœnam ratione legitimæ non tenetur,auth.ſi qua mulier,& ibi Bar.in fi.C.de ſacroſan.Eccle.tradit Abb.quoque in c.2.col.3.de delicto puerorum,hocq; tenet etiam Specu.in tit.de executio. ſententiæ,nu.6.Bal.conſi.257.per totum,uolu.3.Doct. omnes in l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.Guil.de Cun.Barto. Alber.& Bal.in l.ſi qua pœna.ff.de his,qui ſunt ſui uel alie.iu.& opinionem iſtorum ſupponit eſſe communē Soci.iuni.conſi.51.nu.5.lib.1.Petrus à Duenas in ſuo tract.de regulis utriusque iuris,reg.356.nu.2.Ampliat poſt alios ibi relatos per eum,& Ruinus,conſ.149.uol. 3.limitatur,ac interpretatur præmiſſa concluſio in filijs & filiabus Iudæorum,qui,uel quæ quidem filiæ alimenta,legitimam,dotes,& donationes propter nuptias petere poſſunt,& ad eas dandas parentes Iudæi,uel infideles in eorum uita aſtringi debent.§.generalem autem prouidentiam,in auth.ut cum de appellatio.cognoſ.et c.Iudæi el 2.ubi Ioan.de Ana.et alij de Iudæ.et hæc oīa latius refert,et comprobat Marquardus de Suſannis in tract.de Iudæis ſuprà citato in 3.par.c.4.num.1.et ſeq. imò omnia bona parentum Iudæorum, uel hæreticorū infidelium,tam ex teſtamento,quam ab inteſtato,debet peruenire ad ſolos filios,et filias effectos Chriſtianos, adeò quod parentes ipſi contrarium diſponere nō poſſunt l.cognouimus,et auth.idē eſt.C.de hæret.et d.§.generalē. Limitatur ſecundo loco qñ pater ingrederetur monaſterium,quia tunc haberetur pro mortuo,et eius filij petere poſſunt legitimam,quæ alias ipſis nō debebatur in uita patris,ſcd'm cōem opinionem omnium Canoniſtarum in c.in præſentia,de probatio.quam allegant Moder.inibi,Frācus Perusinus in rub.de teſta.et Coi ſeruus ſing.in uerſ.legitima,licet Deci.in d.c.in pñtia,nu.262.atteſtatur de alia cōi opinione contraria Legiſtarum.Legitima ſufficiens ubicunque inter uiuos relicta,ſeu aſsignata reperitur hoc caſu filij,uel filiæ inſpectis patris facultatibus,non poſſunt agere ad ſupplementum propter lucrum,ſeu facultate poſtea auctas, quia tempus legitimæ ſolutæ,non autem mortis inſpiciendum eſt,et ſic exploratum habes. quòd poſtquam filius à patre legitimam in uita ipſius accepit,et ſi pater demum effectus fuerit locupletior, uel pauperior hoc non conſideratur ſecundum Iacob.Butr.in l.pactum ꝙ dotali.C.de collatio.in ulti.q.quem ſequitur ibi Bal.in 6.oppoſi.et in l.in ſucceſsione.C.de reuocan.ijs,quæ in fraud.credi.in l.fi.C.de uſuris rei iudi.colum.3.in l. quamuis circa fi.C.de fideicommi.in l.cū oportet.§.1. C.de bonis quæ lib.et in auth.res quæ,col.2.C.comm. de lega.Ang.Imo.et Roma.in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta.ff.de uer.oblig.idē Ang.in l.ſi proponas,Pau.Caſtren.in d.auth.res quæ,col.2.Moder.in c.quamuis de pact.Alex.conſi.180.col.1.lib.5.Iaſ.in l.ſi quando.§.1. C.de inoff.teſta.et in hac opinione tanquā æquiori uidetur reſidere Grammati.deciſio.57.nu.34.et ſeq.Boer.deciſi.62.nu.14.et Ruinus,conſ.56.nu.7.uolum.3.quam

quidem

quidem opinionem audacter aſſeruit eſſe cōem Geor. Natta.in d.c.quamuis,col.2.& Boeri. ind. deciſio.65. poſt alios ibi per eum relatos. In contrariam uerò ſententiā inclinauit Bal.ſibi ipſi contrarius in c.cùm M.Ferrarienſis,col.4.de conſtitu.Lucas de Penna, in l.2. circa fi.C.de præd.& omnibus rebus nauicu.libr.10.Iaſ.ét ſibi parum,aut nihil conſtans in d.auth.nouiſsima, & in leg.quod ſeruus,nu.12.ff.de conditio.cauſa non ſecu.in quibus locis ait primam opinionem negatiuam cōiter reprobari per text.in d.l. ſi quando.§ 1. niſi quando interuenerit iuramentum:tunc enim nihil petere poſſet ratione iuramenti,ſecūdm cōem ſniam per d.ea. quamuis, quam cōem ultra Iaſ.in d.l.Seruus,nu.12.Barb.in allegato.c.cùm M.nu.160.& Ripa inibi, nu.38. expreſſe allegant,citant,& atteſtantur,& opinionem iſtorum affirmatiuam ſequitur etiam Ruynus in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,col.70.ff.de lib.& poſth.Soci.conſ.100.col.4. ubi refert ita in Ciuitate Florentiæ fuiſſe iudicatum, & pronunciatum retenta tamē iſta ſecunda opinione,quæ uidetur magis communis,ut ſuprà docuimus.eam limita in duobus caſibus non procedere,quos ponit Ripa in d.c.cum M.nu.38.

Pater prius condito teſtamento filio impuberi,non poteſt in codicillis directam pupillarē ſubſtitutionē facere,ſed per fideicōmiſſum ſubſtituere poteſt.l. hæreditatem.C.de cod.& iſto caſu poterunt hæredes eius legitimam deducere.l.ea tribus.C.de inoffi.teſt.limitatur,ac interpretatur hoc eleganter non habere locum, quādo per teſtatorem non filius,ſed eius ſucceſſores rogentur hæreditatē reſtituere,tunc quippe fideicōmiſſarius ab hæredibus pupilli legitimam deducere nequit,text.eſt ī l.ſi fundū.§.fi.ff.de lega.1. & ibi latè Iaſ. poſt Bar. & per Bal.cōſ.39.teſtator relinquit lib.1.Pau.Caſt.conſ.187. in caſu præſenti,col.fi.& per Cor.conſ.138 nulli dubium, lib.4.conſ.158.uiſo ſupra ſcripto,col.pe.uol.3.& Auguſti. Beroium in c. Raynutius,nu. 244.de teſta.& iſta eſt cōis opinio,ut per Iaſ.in d.l.ex tribus:ratio huiuſmodi cōis vr̄ iſthæc,quia legitima non debetur eis, qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt,ſecundum Bal.conſi.319. circa primum dubium,lib.3.& conſ.49.Statuto cauetur quòd mater,uol.5.cuius opinionem audacter aſſeuerat eſſe communem Crauet.conſi.2.nu.13.Ampliatur præmiſſa communis ita firmata non ſolùm procedere in caſu claro,uerùm in caſu dubio etiam, unde audacter, & explicitè dic, quòd in re dubia intelligitur fideicōmiſſum iniunctum non filio, ſed eius hæredi. argumento l. quoties.ff.de rebus dub.& per Pau.Caſt.& Iaſ.in d.l.ex tribus,& Alex.cōſ.67.conſideratis.col.2.& ſeq.lib.3.et Iaſ.in l.cohæredi.§ cum filiæ.ff de uulg.et pup.ſubſt.et conſi.99.dominus,uol.2.ubi ſcribit, affirmatq; iſtā eſſe communem opinionem contra Bar.contrarium cōcludentem in d.§.cum filiæ, et de communi prædicta facit mentionem etiam Auguſti.Beroius in d.c. Raynutius, nu.244.circa medium,ubi ait iſtam eſſe ueriorem,et magis communem ſententiam.

Legitimè renuncians mater non propterea ius petēdi eam nepotibus aufertur, et per conſequens non obſtante matris renunciatione, nepos ex filia præmortua dotata ea propria perſona ſua in bonis ſui aui maternē legitimam petere pōt,ſcdm Bal.in l.pactū quod dotali. C.de collat.& in l.fi.col.4.C.de pact.& idē uoluit Imo. in l.qui ſuperſtitis,col.3.ff.de acq.hæred. qui hoc pacto limitat,reſtringit Bar.ibi,quando in uita patris filia moreretur.ſequitur etiam Aret.& Paul.Caſt.ibidē,& iſtorum ſententiam refert eſſe communem Ripa in ſuis ſingularibus reſponſis in tit.de legibus,et longa conſuetudine,c.6.nu.3.et Grammat.deci.50.nu.39.

Ius petendi,uel agendi ad ſupplementum legitimæ non præſcribitur minori triginta annorū curriculo, ſecundum Doct.omnes cōiter in l.ſi quis filium.ff.de inoff.teſta.licet Bar. conſi.14. tenuerit contrariam opinionem,quam omnes Doct.uarijs in locis magis cōmuniter damnarunt,ut refert,atteſtaturq́; poſt alios ibi relatos per eum Boer.deciſ.250.num.1.et ſeq. Ioan.Baptiſt. Caſtello.in add.ad Franciſ.Cremē.in ſing.128.antiqua eſt quæſtio,Ripa in l.ſi.nu.235.C.de reuocand.donatio. et Gramma.dec.103.nu.46.

Legitimas duas,ſeu duas quartas poteſt detrahere filius grauatus de reſtituēdo:id eſt ultra Trebellianicam poteſt detrahere legitimam,ſecundum communem opinionē Doct.in c.Raynutius de teſta. in l. in quartam.ff. ad legem Falci.et in l.filium quem habentē.C.de famil hercíſ.quā declarant,et citant Cro.in repet.l.qui Rom: §.duo fratres,col.22.ff.de uer.obli.Deci.cōſ.203.n. 3. Crau.conſ.110.n.5.et Cur.Iuni. conſi.106. nu.1. et hoc procedit quando utriuſq; quartæ detractio eodem tpe non cōcurreret.d.c.Raynutius,et c.Raynaldus eod.tit Doct.omnes cōiter in l.quanquam. C.ad l.Falci. Bald. cōſ.488.factum ſuper quo lib.1.Bar.in l. Papinianus.§. meminiſſe.ff.de inoffi.teſta.Fulg.cōſ.26.ſtante Statuto, cum allegatis,et congeſtis per Alex.conſ.43.attenta in lib.2.et in l.in ratione.§.quod uulgo.ff.ad legē Falci.et Afflict.dec.367.nu.4.interpretatur etiam iſta concluſio non habere locum qñ teſtator mandaret, ſeu iuberet totam hæreditatem reſtitui,quia hoc caſu filius grauatus detrahit ſolummodo legitimam ſcdm allegatos Doct. et iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Bertr.in l. hac edictali.§.ſi tamē.C.de ſecun.nupt. nu.10. Sed ipſe Bertr.loco de quo ſuprà dicit,ꝙ filius priuatus hoc caſu debet cōputare Trebellianicam in legitimam, et ita declarat dictam limitationem communem.

Legitimæ nullum grauamen,aut onus, uel conditio perpetua poteſt imponi.l.quoniam nouella, et l.quoniā in prioribus.C de inoffi.teſta.hinc eſt ꝙ teſtator nō poteſt diſponere in teſtamento ſuos filios ſtare, ſeu uiuere in cōione perpetua,ut ſentiunt Pau.Caſt. et Iaſ. in leg. ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de condi.indeb.et ita conſuluit Alex cōſ.473.col.3.uol.5.cōſ.29.col.antepe. uol.5. et conſ.48.col.pen.et fin.uolu.6. et ita etiam conſuluit Boeri.conſi.13.hoc idē tenet,et ſequitur Ant.Rubeus, conſ.27.nu.3.et Ripa in l.nemo poteſt.nu.20.ff.de leg. 1.et ad hoc corroborandum Doct.allegant tex.celebrē in l.in hoc iudicium.§.ſi conuenerit.ff.cō diui.ubi dicitur expreſsè teſtatorē poſſe prohibere ad tempus,ſed in perpetuum,quamuis Alex.ſibi contrarius, et malè in d. §.ſi centū,uelit contrariū: et hoc quod teſtator poſsit ꝓhibere inter filias infra determinatū, et certum tempus diuiſionem fieri ſecundum Paul.de Caſt.in d.§.ſi centū poſt Bar.in l.quintus.ff.de annu.lega.et Bal.in l. ſi quis ita.ff.de cond.inſt.debet intelligi cum grano ſalis, ut latè declarat Gramm.dec.7 ampliatur præmiſſa in tantū procedere,quòd nec quis cogitur ſtare in communione perpetua, etiam ſi iuraſſet ſtare in dicta cōione, ut latè per Doct.in d.§.ſi centum, Ripa in d.l. nemo poteſt, nu.20.et Marſil.ſingul.20. Limitatur ac declaratur cōcluſio iſta non procedere,quando pater prohiberet alienationē dictæ legitimæ uſque ad certum tempus,uelutī 30.annorum,cum talis prohibitio contineat fauorem liberorum,ideo ualet,et tenet ſecundū Bar. et Doct. in l.cum ex filio.ff.de uulg.et pupi. ſubſtitu. Iaſ. in l. filius matrem per illum tex.C.de inoffi.teſta.Alex.in l. mulier non noce.ff.de lib.et poſt. Thoma.Ferra. cau.35, Cro.ū in l.filiusfami.§. Diui.co.5.ff.de leg.1.et Iaſ.ibi circa fi. aſſerit ab hac opinione neminē diſcordare, licet Bal. ī l. pater in 3.nota.C.de inſtitutio.et ſubſti.teneat contrariū,et Franciſ.de Aret.conſ.19.col.2.Sed tamē pro prima opinione cōſuluit Pau.de Caſt.cōſ.77.uol.antiquo. et in d.§.ſi centū,quē ſequitur inibi Alex.col.2. et idem tenet et Pau.Caſt.in d.§.Diui.et iſtā Pau.et aliorū ſententiam fatetur eſſe cōem Boer.deciſio.87.nu.5. nec.n. iu-

dicatur oneroſa prohibitio alienationis legitimæ ad tē
pus facta, ideoq; non reijcitur. l. filius mater. C. de inoff.
teſta. & concluſio iſta, ſeu limitatio uidetur communis
teſte Boe. i d. dec. 87. & cōſtat quoq; hanc eſſe commu-
nem ſententiam congeſtis per Deci. conſi. 442. & Bella
meram conſ. 28. Sed ubicunq; ſimpliciter teſtator pro-
hiberet alienationem, tunc ſtatim bona poſſent aliena-
ri uſque ad integram legitimam, & per conſequens ni-
hil operatur, quātum ad legitimam ſimplex prohibitio
alienationis, ut per Ial. elegāter cōſ. 161. reuocatur, li. 2.
Legitima matri per ſubſtitutionem pupillarem exclu
ſè non debetur, nec ei aliquo modo aſsigāda eſt in hoc
caſu. c. ſi pater, de teſta. li. 6. & iſta uidetur uerior, & ma
gis cōis opinio ſecundum Alex. conſi. 12. atteſtatis uer-
bis, col. 4. conſi. 3. conſ. 17. ponderatis his col. 3. eodem
uol. conſ. 51. in caſu præſenti, uol. 7. & in l. Centurio, fo.
6. ubi omnes Doctores. ff. de uulga. & pupi. ſubſtitu. &
Cor. conſ. 93. licet poſſet lib. 3. Deci. uerò conſ. 371. in
cauſa, circa fi. aſſeuerat cōem opinionem omnium Doc.
eſſe quòd omni tempore dicta ſubſtitutio ſit fideicom-
miſſaria, & caſu quo aduerte iſthæc ſubſtitutio reperire
tur facta ſimpliciter, abſque temporis diſtinctione ſem-
per fideicommiſſariam arbitratur Bal. conſ. 355. dicta
ſubſtitutio, uol. 4. & cōſ. 175. præmiſsis lib. 5. & Alex. la
te conſ. 38. uiſo themate, lib. 1. & cōſ. 66. uiſo teſtamēto
lib. 2. imò ipſe Deci. ueritatis author conſ. 128. col. 2. in
caſu propoſito dicit nō poſſe diſcerni q̄ ſit cōis opinio,
ideò ipſe ſuadet inibi quòd æquitate propter conflictū
iſtum opinionū poſſet, & deberet matri dicta legitima
aſsignari, & in hac opinione reſidet etiā ipſemet Deci.
conſ. 643. uiſo eleganti, & in effectu dicta ſubſtitutio fa-
cta per uerba communia omni tempore matre exiſten-
te in medio erit fideicommiſſaria, ut latè per Deci. in d.
conſ. 371. & omnes Legiſtæ communiter in d. l. Centu-
rio. & in l. precibus. C. de impube. & alijs ſubſti. & Ca-
noniſt. in c. Raynutius de teſt. & opinionem iſtam ultra
prædictos ſcriben. ait eſſe magis cōem Affli. deciſi. 367.
ubi refert, & dicit magnum uerbum q̄ ita in facti con-
tingentia fuit in ſacro Concilio iudicatum, ideo opinio
nem iſtam tanquam ueriorem, magis æquam, magisq;
cōem mihi ſequendam fore conſtitui, & non ab re, quia
deciſiones ſacri Concilij Neapolitani, quæ proferuntur
ſub nomine Regis, ſuccedunt in caſibus dubijs loco Im
perialis interpretationis, de qua in l. fi. C. de legi. ut per
Afflict. deciſi. 169. col. fi.

S V M M A R I V M.

1 *Vtrum mandatū ad compromittēdū, emendū, & ſimi*
lia non præſumatur, ſi de eo non conſtat, an uerò ex
maxima diuturnitate temporis præſumatur.
3 *Quod æquius uidetur.*
4 *Nec mandatum hoc caſu ſolum, ſed etiam illius rati-*
ficatio præſumitur.
5 *Quod etiam eſt dicendum, ſi de productione mandati*
facta conſtet, aut cum aliquo tanquam procuratore
litem fuiſſe conteſtatam appareat.
6 *Præſumitur etiam mandatum in eo qui alieno nomine*
penſionem ſoluit, quam quidem uoluiſſe facere ſine
mandato non creditur, cum non præſumatur procu
ratorem uelle iactare ſuum.
7 *Nec diuerſum iudicatur de mandato, ſi in aliqua ſentē*
tia uel inſtrumento antiquo fieret illius mentio.

H

1 MANDATVM ad cōpromittendū, emendū, uen-
dendum, & ſimilia præſumitur ēt poſt ſpaciū
decurſum mille annorū, unde ex defectu hu-
iuſmodi mādati uſque ad mille annos nō po
teſt dici ſoia nulla, ſi de mandato non conſtet, quia præ-
ſumitur ex maxima diuturnitate tpis interueniſſe, ut uo
luit Bal. conſ. 327. uol. 1. quem ſequitur Pau. Caſt. conſ.
84. uiſa facti narratione circa fi. uol. 1. Dec. conſi. 281. n.
27. cōſi. 409. & conſ. 3. col. 3. Iaſ. in l. ſciēdum, col. 8. ff. de
uerb. oblig. & in l. 1. C. qui admitti. Curt. ſeni. conſi. 77.
Boer. deciſ. 281. nu. 17. Riminal. in d. l. 1. nu. 28. Zuccar
dus, & Bolognetus ibi, nu. 58. ubi ſcribit iſtam eſſe com
munem opinionem, & Soci. iuni. conſi. 139. nu. 10. uol.
3. ubi ait hodie fortaſſe hāc ſententiam eſſe communē.
& ita in facti contingentia conſuluit, ſeu determinauit
Rota Romana teſte Caſſadoro deciſio. 3. per totam, in
2 tit. de procuratorib. In contrariam uero partem, uideli
cet quod mandatum, de quo non cōſtat, nō præſumatur
niſi per partem aduerſam probetur, inclinauit idem Bal.
titubanter, & ſibi contrarius in l. 1. C. de rebus alienis
non alienā. & in l. 1. C. ſi ex falſo inſtrum. poſt prin. & in
l. qui fundū, ff. de uſucapio. quem ſequitur Saly. in d. l. 1.
C. de reb. alien. non alie. Alex. in d. l. ſciendū. col. 4. in l.
qui in aliena. col. 2. ff. de acq. hæred. in ꝯſ. 1. col. pen. uol.
4. & conſ. 191. col. 2. uol. 6. Veronen. conſ. 26. col. 6. De-
ciſio. Neapol. in deciſi. 345. col. 3. & in deciſio. 348. col.
4. Felyn. in c. ſicut de re iudi. ſibi contrarius conſi. 140.
col. 2. uol. 4. Deci. conſ. 215. col. 2. Bertachi. in 1. par. ſui
repertorij, in uer. diu, uerſ. antepen. Curt. ſen. conſi. 49.
col. 5. & 18. Cur. Iuni. in tract. feudorum. q. 1. col. 2. Mar
ſyl. ſing. 325. Albertus Bru. conſ. 95. nu. 3. Iacob. Leonar
dus conſ. 96. nu. 15. & ſeq. poſito inter conſ. feudalia Al
berti Bruni. Laurentius Siluanus conſi. 35. nu. 51. Gram
mat. deciſio. 303. nu. 83. ubi atteſtatur iſtam eſſe cōmu
nem opinionem, & Soc. nepos, conſ. 56. nu. 5. uol. 1. ſed
in iſto opinionum conflictu, & tam ambiguis iuris no-
ſtri interpretum ſententijs mihi profectò ſequendam fo
3 re conſtitui primam partem affirmatiuam, tanquam ma
gis æquam, & communem, ex quo ei inhæret Rota Ro-
mana, quæ uidetur irrefragabilis authoritatis, & opi-
nio hæc ita retenta ampliatur primo loco habere locū
in mādato etiam de cuſtodiēdo, quod ex antiquitate tē
poris præſumitur, ſeu ex diuturnitate cuſtodiæ præce-
dentis, ſecundum Bar. et Alex. in l. ſi uxor. §. ſi quis uxo-
rem. ff. de adulter. Afflict. in præcitata deciſ. 345. col. 5.
4 Bertachi in 2. par. ſui repertorij in uer. mādatū qualiter.
uerſ. 7. ampliatur ſecundo q̄ nō ſolū præſumitur māda
tum ex antiquitate temporis: uerū ēt ratificatio ipſius
mādati, et per Bertach. in d. reper. in 1. par. ī uer. diu, uer.
d. 3. Soc. cōſ. 46. col. 2. uol. 3. Deci. cōſ. 299. col. 2. Gozad.
ꝯſ. 11. poſt alios ibi per eum congeſtos, et Soci. nepos,
ꝯſ. ſuprà citato. 139. nu. 14. uol. 3. quod intelligit, et mo
deratur Iaſ. conſ. 140. col. 3. uol. 4. procedere qū agere-
tur de modico præiudicio, ſecùs ſi de magno, tunc. n. p̄-
ſumitur ratificatio ex antiquitate tēporis, niſi cōcurrat
5 alia præſumptio. Tertio ampliatur ēt, ut procedit qñ ap
pareret productionē mādati eſſe factā, uel ceſſante pro
ductione, litē cū aliquo, tanq̄ procuratore fuiſſe cōteſta
tā, hoc enim caſu pro mādato præſumeretur ſcd̄m Imo.
in d. l. ſciendum, col. 5. quem refert, ſequiturque Goza-
6 di. ꝯſ. 96. col. fin. Quarto ampliatur etiam habere locum
in ſoluente penſionē nomine alieno, ad quam uеriſimi-
liter quis nō accederet ſine mādato, cū uеriſimile haud
quaquam ſit, q̄ procurator uelit iactare ſuū ſecundū Ro
tam Rom. deciſ. 23. in antiquis, quā ſequitur Socin. ſeni.
conſi. 46. col. 2. lib. 3. Deci. ꝯſ. 36. col. 5. et ꝯſ. 42. col. pen.
n. et in l. 1. col. 4. C. q admit. Goza. ꝯſ. 11. col. 4. Cur. ſeni.
d. ꝯſ. 77. col. 4. et Soci. iun. ꝯſ. 139. uol. 3. nu. nu. 10. et ſeq.
7 Quinto, et ultimo loco ampliatur quando in ſententia,
aut alio inſtrumento antiquo fieret mentio de ipſo mā-
dato, quia tunc uidetur probari propter antiquitatē tē-
poris, et per conſequens eo caſu antiquitas fidem, et au-
thoritatē dat inſtrumēto enūcianti mandatū, aliàs ſecus
ſcd̄m Deci. ꝯſ. 36. col. 5. quem ſequitur Gozad. d. ꝯſ. 11.
col. 4. et Purpu. in auth. ſi quis documēto, in fi. C. de edē.

et

& Cagnolus in l.uelle non creditur,nu.50.ff.de reg.iur.

Exceptio quotieſcunque eſſet ſuperflua,& inutilis de eo quod in regula non contineretur tunc,& eo caſu ne reddatur inutilis & ſuperflua,cēſetur regulam iſtā ampliare ſecundum exceptionis qualitatem ſecundum Dec.in l.1.nu.31.ff.de reg.iuris.& iſta communis opinio teſte Cagnolo ibi,n.30.& 33.exemplū pro intelligenda iſta communi poſſet allegari hoc,uerbigratia,ſi conſtituo procuratorem generaliter ad omnia nō ueniūt,quæ mādatū ſpeciale requirunt.c.qui ad agendū cū ibi not. per gl.& Doct.de procurat.in 6.ſi uero facerē procuratorē generaliter ad omnia,niſi quod iuramentum nō poſſit præſtari & ſic excipio unū caſum in quo ſpeciale mandatū requirit illa exceptio,nec ſit ſuperflua,declarat,ampliatque mandatum,& regulā,ut omnia alia includantur in mandato,in quib.et mādatum ſpeciale requiritur ſecūdum Domi.Gemi.poſt Lapum in d.c.qui ad agen.§.1.Alex.Claud.Aquē.& Iaſ.in l.ſi.ff.quod quiſque iu. idē Iaſ.in l.nummis,col.3,ff.de in litē iura.Caſſane.conſ 3.ſtat Statutum nu.7.Dec.in c.conſultationib.circa ſi.de offi. deleg.iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Cagnolus in d.l.1.n.30.& 33.& Euerardus in ſua centuria in argumento.3.ubi locus ab exceptione.

Maritus minor uiginti quinque annis recipiens uxoris ſuæ dotem eius bona tacite cenſentur obligata ipſi uxori ſecūdum Bald.Ange.Roma.Alex.& alios cōmuniter in l.ſi conſtante in princ.ff.ſolu.matr.Pau.Caſtr.& Alex.in l.item quia,ff.de pac.Bal.in l.ſi.C.de legi.tuto.& iſtam affirmat,fatetur expreſſe eſſe cōem opinionem contra Bar.oppoſitum aſſeuerantem in d.l.ſi conſtante.Neguſantius de Fano in tract.de pignori.& hypothecis in 2.par.4.membri,nu.73.& Grammat.deciſ.103.nu.17.& opinionem iſtam eſſe communem ampliatur in tantum procedere,quod bona mariti non ſolū præſumuntur tacite hypot.pro dote,uerum etiam pro alimentis uxori ſuæ præſtandis,quæ quidē petuntur officio iudicis mercenario,ut per Bar.in l.ſi cum dotē.§.ſi autem.ff.ſol.matri.cum quo ſentiunt omnes Doct.magis communiter teſte Neguſantio in memorato tract.de pignori.& hypothecis in 2.par.prin.4.memb.nu.15.

Maritus cui fuit dos promiſſa,& poſtea data,& ſoluta,præſumitur obligatus ad dotis reſtitutionē à die promiſſionis,& ab illo die conſtituta cenſetur tacita hypotheca ſecundū Doct.omnes magis communiter in l.aſſiduis.C.qui potio.in pign.haben.Soci.ſen.cōſ.263.pro inueſtigatione in 33.q.uol.1.& Neguſantius in tract.de pign.& hypot.in 2.par.1.prin.membri,n.14.in quibus locis ſequuntur & faciunt mentionem Doct.de iſta cōi.Sed contrarium,& male ſenuit in d.l.aſſiduis,quam ſequitur ibi Bal.& Spec.tit.de ſol.§.ante omnia,circa fi.uerſ.ſed pone contrarium,tamen quicquid ſuadeāt iſti illuſtres Doc.ob hoc ſatium puto à dicta cōmuni diſcedere in iudicando,& cōſulendo,quam ab omnibus moribus,& contrarium cenſetur eam ſequendo Moder.in d.l.aſſiduis,& Doct.uarijs in locis [illegible]

Mater diues propter inopiam patris tenetur dotare filiam pauperem,ſecundum Bar.quem omnes cōmuniter ſequuntur in l.neque mater.C.de iure doti.& in auth.res quæ.C.communia de lega.& opinionē iſtam ſequitur,& tenet & communem fatetur Couarruuias in repet.l.qui liberos in 2.deciſ.o.nu.13.imo mater hoc caſu potest in dotē dare filiæ pauperi bona à lege prohibita alienari in ultima uoluntate,ſecundum communem Doct.cōmunem ſententiam,quam commendat,celebrat,& citat Soci.conſ.71.col.2.uol.1.& Boeri.deciſ.119.n.4.& ſeq.& opinio iſta interpretatur per Alex.conſ.56.uol.1.non procedere quando teſtator expreſſe prohibuiſſet alienari in cauſam dotis d.[illegible] bona.

Matrimonium contrahentes ſcienter in gradu prohibito,bona ipſorum ipſo iure debent publicari,text.eſt in auth.inceſtas.C.de inceſtis nuptijs,& §.1.in auth.de inceſtis nuptijs,& in c.cum ſecundum,de hæredi.li.6.& ita notat Boer deciſio.264.nu.13.& Couarruuias in 4.lib.decreta.in 2.par.ca.6.§.8.nu.5.& confiſcatio ipſa fit ipſo iure,etiam in 150.caſibus,quos nouiſſime poſuit.& recenſuit Ludouicus Greſſales in tract.in quib.caſibus iure Ciuili omnium bonorū,uel partis publicatio fit indicta à ſol.3.uſq; ad ſol.[illegible] ubi per 90.paginas ponit ſupracitatos caſus,& præmiſſa ampliatur,ut matrimonium hoc nō poſſit contrahi cū conſanguinea,uel prohibita etiā ſub iſta conditione uidelicet ſi pontifex diſpenſauerit ſecūdum Innocent.Card.nat.& Abb.in c.ſuper eo condi.appo.Calder.conſ.1.in titu.de ſponſali et aliorum ſententiā ſequitur et Aret.conſ.143.col.4.et in l.apud Iulianum.§.conſtat,col.3.de legib.quem ait ibi eſſe communem.In contrariam uerò partem inclinauit Ant.de But.in d.c.ſuper eo,cuius opinio de conſuetudine ſeruatur,ut refert,atteſtaturque Boer.in dic.deciſio.264.nu.27.et de iſta ultima opinione uide Anch.in c.ex publico de cōuer.coniu.Ampliatur ſecundo regula præmiſſa,ut habeat locum non ſolum ſi nuptias cōtrahant,ſed etiam ſi acceſſum habuerint ad conſanguineas,uel moniales,uel alias prohibitas perſonas,ut in clemen.1.de conſangui.et affini.a.et ultra amiſsionem bonorum ſunt ipſo iure excommunicati,ut tenet Iacobus de Simancas in lib.ſuo inſtitutionum catholicarum c.40.nu.5.et regula iſta ita explicita interpretatur primum non habere locum in ſpōſalibus,quia requiritur neceſſariò quòd matrimonium ſit carnali copula conſumatum,ut in c.et ſi neceſſe,de donatio.inter uirum,et uxorem.quem text.ita intelligunt ibi Ant.Abb.præpoſi.et omnes communiter,a alij nouellus in tract.de dote,in 11.par.nu.3.et 7.et Couarruuias in memorato §.8.nu.20.Limitatur ſecundò quando maritus,ſiue mulier ignoranter commiſerunt inceſtum,uel contraxerunt matrimonium illicitum ſecundum gl.in clemen.1.de conſangui.et affini.ubi expreſſe tenet,et probat quòd ille,qui in caſu prohibito matrimonium ignoranter contraxerit,non incidit in pœnam illius clem.uidelicet in pœnam inceſtus,adulterij,illiciti coitus,et denique matrimonium hoc excuſat etiam à proceſſu criminali,quā gl.ſequitur Felyn.in c.examinata,nu.7.de iudi.et Couarruuias in d.§.8.num.19.et hoc procedit,et uidetur uerū dummodo ſtatim quod ſciuerūt matrimonium nō ſuſtinere,et ualere,abſtineāt à coitu,tex.eſt in l.adulterium cum inceſtu,§.idem Imperatores,et ibi Bar.colu.3.et Ang.ff.de adulter.et Ioan.Baptiſt.Plotus in rep.l.ſi quis,nu.189.C.unde ui,et Paulus Girlandus in tract.de pœnis omnifariam coitus illiciti.q.5.nu.3.et hic diſquirendum eſt congruenter utrum matrimonium hoc putatiuum data ignorantia in altero ex cōtrahentibus ita prolem legitimet ſicut uerum,et per conſequens filij nati ex huiuſmodi matrimōnio ſint legitimi,gl.in l.qui contra.C.de inceſtis nupt.determinauit quòd non,quam ſequitur Bal.nu.2.in 2.lectu.Cyn.nu.8.Saly.nu.5.Bar.in l.ſi.nu.4.ff.de condi.ſine cauſa,et ibi Iaſ.col.ſi.Alexan.in add.ad Bar.in l.ſi adulterium,in add.ſuper num.2.ff.de adulter.Marſil.in l.pe.nu.36.ff.de quæſtion.et hoc per rationem relatam per Caſſadorum in deciſio.unica,nu.3.in titulo de ſponſalibus,et matrimonijs.Contrariam uerò ſententiam quòd in eo ſi unus eorum duntaxat impedimentum ignorauit,filij iſti ſint legitimi quoad utrunque parentem,tenet gl.in c.referente.in uer.ignorantiam,qui filij ſint legiti.in cap.cum inhibitio.§ 1.in uer.ſi ambo,de clandeſti.ſponſali.et in cap.in Ciuitate.34.quæſti.1.et hoc dictum ſequitur Iacobus de Arenis in d.l.qui contra num.3.et Bal.ibi num.4.in 1.lectu.ſibi ſemper parum conſtans.hoc etiam tenet ibi Albert.num.2.Bart.etiam ſibi ipſi contrarius in auth.de inceſtis nupt.in prin.col.2.Abb.in cap.2.qui filij ſint legiti.Anch.in

c.1.col.5.de conſtitu.& conſi.185.Præpoſi.in d.ca.cùm inhibitio,nu.7.Plotius in d.l.ſi quando,nu.289.& Caſſadorus in d.deciſio.unic.nu.1.& ſeq. ubi ait iſtam eſſe communem opinionem,& ita pro hac parte affirmatiua maiorem partem Dominorum Auditorum Rotę determinaſſe: Sed in iſta ambiguitate, & tam dubia materia diſtinctionem traditam nouiſsimè per Pet. a Duenas in ſuis regulis in reg.contrahentes matrimoniũ, nu.2.circa fi.ſequẽdam mihi fore decreui,quæ quippe ſemper mihi placuit,& uidetur ueritati,& æquitati cõſona, eamq; breuitati ſtudendo aliter non recenſeo,ſed uidẽdam totis uiribus ſuadeo.occurrit etiam præmiſsis, q mulier iſta ignoranter contrahendo matrimoniũ, id eſt ignorãdo in caſu iſto ius,uel factum,abſque dubio, põt repetere dotem,ut in l.ſi cum dotem.§ fi.ff.ſol.matri.& hoc tenet,& ſequitur Bartolus in l.ſi adulterium cũ inceſtu,nu.11.ff.de adulter.& in l.fi.nu.4.ff.de condit.ſine cauſa,& Iaſ.in add.ad Portium in § fi.nu.16.inſtitut.de nuptijs,& matrimonium hoc putatiuum bona fide cõtractum habet omnia priuilegia ueri matrimonij d. l. ſi cum dotem.§.fi.& ibi not. Doct.Bart. in l.ſi concubinã. ff.de retũ amo,& in l.de iure.§ fi.ff.ad munici.& hoc intelligitur procedere ex parte uxoris:nam ex parte mariti dos putatiua non habet priuilegium tacitæ hypothecæ,ut hr̃ per Alex.in d.l.ſi cum dotẽ.§.fi.col.1.poſt alios per eum relator,& ratio eſt,quia nõ eſt idẽ fauor in marito putatiuo,qui non eſt in uxore,quia ratio quare fauetur uxori putatiuæ in dote eſt , ut Princeps poſsit facilius nubere,l.1.§.fi.ff.de priuile.credi.& ita tenet Alex. in d.l.ſi cùm dotem.§.fi.quæ ratio ceſſat in marito.

Metus,& dolus nullo pacto præſumuntur,niſi probẽtur,tex.eſt in l.interpoſitas.C.de tranſact.ubi Bal. Aret. & alij Doct.& hinc eſt quòd metus reuerentialis nõ eſt ſufficiens ad reſcindendum contractum ex eo,quia dicatur initus inter uirum,& uxorem,patrem & filiam,prælatũ & clericũ,uel dominum,ſeruum , ſeu alios quibus debetur reuerentia,niſi præcedant uerbera,uel minæ.& ita probentur ſcd̃m Bar.in l.1.§. quæ honorandæ,ubi ẽt Bologni.Alex.& alij in apoſtil.ad Bart.ff.quar.rer.act. Ripa in 3.lib.reſponſ.ſub rub: de dona.& gra.per ſi. reuocan.in reſpon.15.nu.8.Innoc.Bal.Cardi.Zaba.Abb. Sicu.Anch.Fely.& alij omnes ſcriben.in c.cauſam matrimonij de offi.deleg.& iſta eſt communis opinio teſte Franciſco de Accoltis Areti.in d.l.interpoſitas , a oeri. deci.100.nu.11.& ſeq.& Doct.præcitati: & ſimiliter ſola præſentia patris nõ cauſat iuſtũ metum ad reſcindendum contractum,uel matrimoniũ carnale, uel ſpirituale filiæ,ſecundum cõem opinionem omnium Doct.in locis allegatis,quam ſequit & refert Cagnolus in l.in omnibus cauſis pro facto,nu.8.ff.de reg.iuris. ſed ubicunq; eſſet probatus metus iſte ex quo Titius amiſit bona ſua, ſtari debet iuramento Titij de quantitate,& extimatione bonorum contra illum,qui intulit emptum ſecundũ Abb.Panor.et alios ſcriben.in c.ſi.ext.quòd metus cauſa,et Boeri.deciſ.55.col.1.

Minor non poteſt pro debito carcerari ſecundũ Bal. in l.1.nu.24. C. qui bonis cede.poſ. quem ſequitur Iac. de ſancto Geor.in l.nec impuberes,nu.3.ff.de in ius uocan.Chaſſane.in conſ.bur.in tit.des rentes, rubr.5. §.2. nu.14.pro qua eſt glo.in l.3.§. ſed utrum. ff.de minor.et ita tenet Ang.in rep.l.nemo carcerem.C.de extract.tribut.lib.10.et Roma.conſ.150.nu.4.contra uero gl.prędictam expreſsè tenet Bar.in tract.de carcerib.nu.6.ubi dicit quòd iſta gl.communiter reprobatur,idem Bar.in l.ſi filio,la 6.ff.ſolu.matr.Doct.in l.filius.ff.de procurat. Bal.poſt Cyn.in l.alio.C.quod cum eo,Marſil.in ſua practi.crim.in §.attingant,num.69. et ita cõiter teneri firmat Caccialupus in tract.de debitore ſuſpecto, et fugitiuo, quæſt.5.nu.8.ubi dicit memoratam glo. habere locum, et poſſe ſaluari quãcunque minor eſſet filiusfamilias: nã tunc non poteſt pro debito carcerari,quem ſequitur Parifius ſuper hac diſtinct.conſ.94.nu.41.uol.1.

Minor petens ſe reſtitui contra, & aduerſus aliquem actum iudicialem,uel extraiudicialem, tenetur neceſſariò probare ſe minorem,læſumq; ad cãm,quam quippe ſi defendiſſet,foueret bonã cauſam ſcd̃m Bar.in l.nam, & poſteà.§.ſi minor.ff.de iureiu.quem ſequitur Pau.Caſtr.conſi.181.uol.2.Cappel.Tholoſ.in q.54.& 99.Cor. conſ.181.uol.2.& omnes ſcriben.cõiter in d.§.ſi minor, de qua cõi faciunt mentionem omnes ferè Doct. inibi, & Boeri.deciſ.79.nu.6.& ratio huiuſcemodi cõis uidetur iſta,quia quilibet tenetur probare, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis,ut per Parpali. in l. ſi quis maior,in 2.nota.C.de tranſact.& Corſetum in ſing.in uer. qualitas,& Fely.in c.examinata de iudi.Iaſ.& Deci.in l. qui ſe patris,col.1.C.unde lib.& clarius in l.ſi emancipati.col.2.C.de collatio.& Fely.in c.in præſentia, de probatio.in gl.in uer.ſecundo.

SVMMARIVM.

1 *Monetam falſam cudens Imperatoris, afficitur ignis ſupplicio,cuius etiam bona publicantur.*

2 *Alterius uero principis inferioris,punitur pœna capitis.*

3 *Nec ullum eſt diſcrimen,utrum aurea ſit moneta, an ærea,an uerò argentea.*

1 MONETAM falſam imperatoris efficiens,aut cudens, igni comburendus eſt l.2.C.de falſa moneta, ſecundum illius tex.communem interpretationem, quam ibi tradiderunt gl.Cyn.& omnes,& omnia eius bona publicantur.ſed ſi quis crimen hoc commiſerit circa monetam

2 Principis inferioris,qui non ſit Imperator, puniendus erit pœna capita.l.1.C.de falſa moneta, & not. omnes Doct.cõiter in d.l.2.& gl.ſcribentesque in c.quãto de iureiu.nec quicquam refert in punitione iſtius criminis 3 q ſit moneta aurea,ærea,uel argentea,ſecundum Sal.in memorata.l.5,et Afflict.in conſtitu.Neapolita.lib.3.tit. 40.col.3.hæc tamen pœna capitalis,de quã in d.l.1. nota,ſeu digna deportationis eſt gl.in l.fin.C.ueter.numiſma poſtea.libr.1.notat Saly.in d.l.2.Alex.cõſ.104.col. 2.lib.1.poſt Bal.in d.l.et iſta uidetur uerior cõmuniorque opinio Doc.Cõſtitutione uerò Neapolitana incip. adulterinam monetam,adulterans monetam Principis punitur pœna capitis,et publicatione bonorum.

Monetam radens,uel minuens,ſi liber eſt, beſtijs ſubijcitur.ſi ſeruus ultimo ſupplicio punitur.l.quicunque.ff. de falſis,ubi omnes doct hoc pro conſtanti tenẽt, et firmant,et in l.2.C.de falſa moneta,et in c.quãto de iureiu.quod procedit in tondente,radenteve monetã aureã, aut auro tingente nummos alterius metalli non in alio ſecundum Marſil.cõſ.75.Sed conſtitutione Regni Neapolitani exordiente,qui nummos aureos, condemnatur quicunque raſerit,uel minuerit pecuniã aureã,uel argẽteam ad mortem cũ publicatione bonorum oĩum: et tũ dens iſte per priuatos homines capi poteſt impunè abſque ſuperioris licentia,et ad eum duci,ut probat Marſil. in l.qui falſam monetam,nu.99.et ſeq.ff.de falſis.

Monetam falſam ſcienter expendens ſi nummi plumbei,uel ſtãnei ſint,pœna ordinaria falſi punitur,quæ traditur in l.1.§ fi.ff.de falſis, ſi uerò nummi ſint alterius materiæ,pœna erit extraordinaria,ita tradidit Bar.eleganter per tex.ibi in l.lege Cor.ff.de falſis,et Abb.in c. 5.col.2.de iureiur.Cæterum Saly.in l.2.C. de falſa moneta tenet indiſtinctè ordinariã pœnam falſi eſſe in caſu iſto infligendam,quẽ ſequitur Marſil.in l.qui falſam, nu.64.dicens opinionem iſtam ſeruari in practica,et eãdẽ ſentẽtiã ſequi uĩ conſi.47.nu.2. Conſtitutione autẽ Regni Neapolita.inchoante adulterinam monetam, et cætera,monetam adulterinam cudentes,accipientes, utentes

atentes ſcienter,puniuntur capitis pœna & bonorũ pu
blicatione:& his occurrit congruenter hic quòd is præ
ſumitur Reus falſæ monetæ ſi nõ indicauerit illũ, à quo
eam monetam adulterinã habuerit,ſicuti uoluerũt Pet.
& Cyn.in l.maiorem.C.de falſis,notat Areti.in l. elegã
ter.§.qui reprobos.ff.de pignor.actio.unde conſtat etiã
ignorantiam falſi eius præſumi,qui expenderit adulteri
nos nummos ſi eum nõ indicauerit,à quo eos habuerit.

Moræ purgatio debet eſſe celer ad arbitriũ iudicis.ut
per Deci.conſ.452.nu.25.& Afflict.deci.73.& hinc eſt
quòd fideiuſſor, qui ſub pœna promiſit aliquẽ in iudi-
cio repræſentare dic,ſi poſt moram repræſentauerit,nõ
tenetur ad pœnam,quia potuit moram purgare, & hoc
ẽt iuramento interueniente, ut per Iaſ. in l. ſi ex legati
cauſa,n.14.ff.de uerb.obli.& ita iudicaui in facti contin
gentia dum eram Iudex criminalis in ciuitate Terami
anno Domini 1561.Sed hoc limitatur nõ procedere in
fideiuſſore de repræſentãdo aliquem ſub pœna certa,&
cum iuramento ſcd'm Afflict.deciſi.174.col.fi.& Cra-
uet.in d.conſi.95.& de hoc non eſt nimis mirandũ,quia
iuramentum excludit facultatẽ purgandi moram, & ſic
iuramentum obſtat prædictæ purgationi,iuxta commu
nem opinionem Bar.& omniũ Doct. in l.ſi quis maior.
C.de tranſact.& in l.ſi inſulam.ff.de uerb. obli.,quã ſe-
quũtur,& atteſtantur inibi Moder.Rom.ſing.444.& Ri
pa in repet.l.ſi.nu.110.C.de reuocan.donatio.Sed utrũ
iſta moræ purgatio admittatur de æquitate Canonica,
uide Ripam latè declarantem in d.l.ſi.nu.100.cum ſeq.
& his occurrit ſimiliter quòd ſi quis ageret cõtra fideiuſ
ſorem de iudicio ſiſti ex eo capite, quòd mora fuerat
commiſſa inſiſtendo dato in caſu hoc peteretur intereſ-
ſe,debet conſtare de quantitate ipſius, & debet probari
uerũ debitum principalis,in quo ille tenebatur ſecundũ
communem ſententiã Doct.quã ſequitur citatq; Alex.
in l.2.§.ſi.nu.6.ff.qui ſatiſd.cogan.

Mulier iuuatur Velleiano,& ipſi renunciare poteſt l.
pen.C.de pact.ſed aduerte, quòd prius & antequã ipſa
renunciet,debet certiorari de beneficio Senatuscõſulti
Velleiani per Notariũ,& eo caſu ſtabitur tali inſtrumẽ-
to ſecundum gl.in l.ſi.C.quando mulier off. tute. fung.
poteſt.quã gl ſequitur Hoſtien. in ſua ſumma.§. et quis
uer.idem eſt.Archidia.et Dominicus in c.placuit de fo
ro comp.38.diſt.Feli.in c.ſi diligẽti col.4.eod.tit.Doct.
omnes in l.ſciendum de uer.oblig.et iſta eſt cõis opinio
de qua fecit mentionem Alciatus in tract. de præſump.
in reg.3.præſump.13.nu.4.et latè Tiraque.in repeti.l. ſi
unquam,nu.98.in ultima impreſsione.C.de reuocan.do
natio.hoc tamen nõ procedit ſi Notarius neſciret, quid
eſſet Velleianũ,nã ſicut teſtibus interrogatoria fieri poſ
ſunt,ut per Bar.in l 1.ff.ſi certum peta.quem ibi omnes
ſequuntur,ita Notario certi iuris eſt,fieri poſſe huiuſmo
di interrogatorium,quid ſit Velleianum,et ſi fortè diae
rit neſcire,talis renũciatio nihil operabitur ſcd'm Albe-
ri.in l.ſi mulier.§.ſi mulier.ff.ad Velleia.et ĩ l.2.C.de hæ
reti.in prin. Deci. in 3.lectu.nu.53.et Nigrum,nu.31.in
d.l.2.ff.ſi cert.peta.Marſil.ſing 661.et in rub.de fideiuſſ.
nu.39.et Cepol.licèt hoc non firmet,in caut.196.Fulg.
et Alex.in d.§.ſi mulier,et quamuis hoc pluribus ratio
nibus aliqui Doct.impugnẽt,tñ hodie in regno Neapo
lita.eſt ſublata iſthæc ambiguitas p pragmaticã exordiẽ
tẽ,Don Petrus de Tolledo, in qua expreſſe diſponitur
mulieres non poſſe renunciare Velleiano,etiam certio-
ratæ p Notariũ de dicto Velleiano,imo fortius diſpo-
nitur ibi mulieres ipſæ non poſſe renunciare, ẽt cum in
teruentu iuramenti,et renunciando, renunciatio facta
dicitur ipſo iure nulla.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier cũ iuramento renuncians omni iuri in bonis pa*
ternis ſibi competenti quæ enormiſsimè læſa eſt im-
petrata prius abſolutione à iuramẽto huic renuncia
tioni contrauenire poteſt.
2 *Quæ abſolutio concedenda eſt cùm iuramentum non*
debeat eſſe iniquitatis uinculum.
3 *Hoc autem etiam in tranſactione iurata, & in uendi-*
tione locum ſibi uendicat,quę propter enormiſsimã
læſionem reſcindi poſſunt.4.
5 *Minori quoque,qui læſus eſt enormiter, licet relaxato*
iuramento ſubueniatur,tamen ſi euidentem læſionẽ
ſciens,ſpontè ex certaque ſcientia ac benè monitus
ceſsit ac contraxit,non auditur.
6 *Maiori uerò cum iuramẽto renuncianti,qui enormiter*
læſus eſt,non ſuccurritur.
7 *Cuius contrarium ſeruatur in ruſticis enormiter læſis.*
8 *Vbi autem mulier ſciens hæreditatis extimationẽ ſpon*
tè,ex certaque ſcientia cedit ac renunciat, eo caſu
pactis,& promiſsis ſtare compellitur.
9 *Cum ſcienti & conſentienti neque fiat iniuria neque*
dolus.
10 *Idque multò magis eſt uerũ,ſi mulier ex capite læſio*
nis enormiſsimæ non contrauenire iurauerit.

1 Mvlier omni iuri,quod habet in bonis paternis re
nuncians cum iuramento,poterit prius abſoluta à dicto
iuramento contrauenire ex capite enormiſsimæ læſio-
nis,ut uoluit Corn.ita conſulendo conſi.146.uol.1.cõſ.
139 col.4.et 214.uolu.3.et Deci.conſ.170.col.3.et ab-
ſolutio iſta debet de iure,et æquitate concedi quæ quip
2 pe indulgenda eſt,ne iuramentum ſit iniquitatis uincu-
lum,c.ſi Chriſtus,etc.quanto de iureiurand.gl. in Auth.
quod cis,C.de nu Doct.in c.cùm contingat de iureiur.
Paul.Caſtr.conſi 175.contra ſuperius lib.1.cum alijs ci
tatis per Alex.conſ.213.ultis uol.7.et per Curtium cõſ.
44.ſuper contingentia,circa fi.nam euidenti,et enormi
læſione præſumitur dolus etiam ſi ceſsio etiam facta pa
tri,l.ſi ſuperſtite,C.de dol.cum relatis per Socin. conſi.
263,col.1.et ſeq. capio primum, et iſtorum opinionem
dicit communem Deci.conſi.203.num.5. et concluſio
hæc ampliatur etiam habere locum in tranſactione iura
3 ta,quæ certe reſcinditur ratione enormiſsimæ læſionis
ſecundum Deci.conſi.170.col.3.unde mulieribus enor
miter læſis neceſſe eſt ſuccurri, non obſtante iuramẽto,
quia iuramentum non tollit remedium l. 2.C.de reſcin.
4 uendi.et notant omnes Docto.ibi,Ripa in 3.lib.reſpon
ſorum titulo de donatio.ren.ca.15. colum.4.ubi recitat
iſtam eſſe communem opinionem,et Crauet.conſi.192.
nu.2.et Grammati.deciſio.102.nu.54. 103. et 104.Sed
ubicunque aduerte in tranſactione iſta non interuenif-
ſet iuramentum, tunc non poteſt reſcindi prætextu læ-
ſionis ultra dimidiam iuſti precij,ut uolunt Cyn. Bald.
Saly.et alij Doct.in d l.2.C.de reſcin. uendi. in l. ſi quis
cùm aliter. ff.de uerbor.obligat.in capitu.cum cauſam,
de emptio.et uendit.et Afflict.deciſio.210.nume.2. ubi
refert cum iſta opinione ferè omnes Docto. communi-
ter tranſire, et Grammati.deciſio.66.numer.63.amplia
tur etiam premiſſa concluſio in minore enormiter læ-
5 ſo, cui profectò ſuccurrendum eſt per relaxationem iu
ramenti. et hoc non habet dubitationem aliquam,ſed
quando minor ipſe ſciens euidentem læſionem ſponte,
et ex certa ſcientia, et benè conſultus ceſsit, et cætera.
tunc per relaxationem iuramenti minori ſuccurri nõ eſt
permiſſum, prout communiter teneri per omnes Doc.
dicit Curti.conſilio.44.colum.peuult.et hoc quod do-
cuimus de minore enormiter læſo, cui prius petita ab-
ſolutione à iuramento ſucurrendum eſt,declarant utili-
6 ter non procedere in maiore renunciante cũ dicto iura

mento c.quãmuis,& Auth.ſacramenta puberũ. C.ſi ad-
uer.uendi.ubi omnes ſcriben.oor.& in d.l.2.& ita ſe ha
bet communis opinio,ut refert Grammati. deciſi.102.
7 ampliatur quoque dicta concluſio habere locum ſimili
ter in ruſticis enormiter læſis,quibus neceſſe eſt ſuccur
ri non obſtante iuramento,ut per Crauet.conſ.192.nu.
2.& per Doct.ſupracitatos,& iſta regula, ſeu concluſio
8 ita ampliata limitatur quotieſcũque in inſtrumẽto repe
riretur ſcriptum,mulier ſciens hæreditatis exiſtimatio-
nem ſponte,& ex certa ſcientia ceſsit,& cætera, tũc mu
9 lier contra pacta quaſi decepta uenire non poterit:nam
ſcienti,& conſentienti non fit iniuria,neque dolus, l.cũ
donationis,C.de tranſact.ita tenet Alex . in l. ſtipulatio
hoc modo concepta,col.3.ff.de uerb. obligat. per not.
10 per Bar.in d.l.2.præcipueque ſi iuraſſet non contraue-
nire ratione enormiſsimæ læſionis ſecundum D. Ant.in
d.c.cum contingat,& Alex.in d. l. ſtipulatio hoc modo
concepta,quæ quidem limitatio,ſeu ſententia ſequenda
non foret,quando ſubeſſent ueriſimiles coniecturæ, ꝙ
mulier ſpontè donare uoluerit ſecundum communem
adſertionem omnium Docto.ut patet ex dictis, relatiſ-
que per Deci.conſ.379.requiſitis 10 ſi.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri conſtante matrimonio repetitio dotis non con*
ceditur.
2 *Licet a marito et ſeuere ſe gerente in eam repellatur.*
3 *Marito tamẽ ad inopiã uergente,naſcitur actio dotis.*
4 *Imò lege Iuſtiniani nouiſsima,ſtatim atque maritus in*
cipit malè uti rebus fortuniſque ſuis mulier dotem
repetere poteſt.
5 *Quo caſu aliud quoque remedium datur uxori, ut do-*
tem penes aliquem ſub ſequeſtro retineri petat.
6 *Eadem quoque repetitio dotis permiſſa eſt, quoties ma*
trimonij thorus ſeparatur culpa uiri,qui de adulte
rio accuſatus & conuictus eſt.

1 MVLIER non poteſt agere ad dotis repetitionem cõ
ſtante matrimonio.l.ſi.in principio.ff.de doli exc. & l.
2.ff.ſol.mat.& regula iſta interpretatur primò non pro
2 cedere ſi maritus ſæuiens in uxorem eam abſque cauſa
à ſe repellat,tunc certè tenetur uxori ſuæ uir conſtante
matrimonio reddere dotem,ſcd'm Bal.in l.ſi.C. de ſen-
ten.quæ ſine cer.quanti.Sed contrarium tenent Alexan.
cæteriq́ue omnes communiter in d. l.2. & Alex. conſi.
78.uol.2.Declaratur ſecundo loco non habere locũ in
caſu emergentis inopiæ mariti,uel alterius obligati ad
3 dotis reſtitutionẽ,quia tunc acti dotis orietur conſtan
te matrimonio ſecundum cõem opinionem , quàm latè
diſputando ſequitur,atteſtaturq́ue Alex.in l. ſi conſtan-
te.§.1.col.ſi.ff. ſolut. matri. & Neguſantius de Fano. in
tract.de pignor.& Hipote.in 3.memb.8.partis, nu.1. &
iſta communis probatur in d.l.2.& ita concludit gl.cõ-
muniter approbata in l.ſed ſi alia.ff. de bonis damna. &
in l.ſi rem.§.omnis.ff.de pigno.actio. & in l. ſi cùm do-
rem.§.mulier.ff.ſol. matr. & limitationem iſtam ꝙ mu-
lier poteſt cõſtãte matrimonio dotem à marito petere.
quando maritus uergeret ad huiuſmodi inopiam,& cui
dentiſsimè appareret eius facultates deducto ære alie-
no ad dotis exactionem non ſufficere. d.l. ſi conſtante
dic procedere de iure fori , ſed de iure C. ſatis habuit
ſi conſtaret maritum ad inopiam perueniſſe, & faculta-
tes eſſent idoneæ ad ſatisfaciendum uxori,& creditori-
bus ſuis,& l.ubi adhuc,C.de iure doti.amplius l. nouiſ-
ſima Iuſtiniana conſtituit,ut ſtatim cum maritus cœpit
4 uti malè ſubſtantia ſua ad dotem mulier liberè agere po
teſt,§.illud Auth.de æqualit.doti.& ita firmat Bar.in d.
l. ſi conſtante in princ.& Panor.in cap.per ueſtram,col.
5 3.de donatio.inter uir.& uxor. & ulterius ſciendum eſt
qualiter alia cautela,ſeu remedio conſultum,prouiſumq́
que fuit mulieri contra maritũ bona diſsipantẽ,uideli-
cet,ut poſtulet dotẽ ſequeſtri.l.ſi cùm dotẽ.§. ſi uerò do-
tem.ff.ſolu.matr.quo circa Docto.in d.l. ſi conſtante cõ
muniter interpretantur d.§.ſi uerò loqui in marito con
ſumante dotem,& l.ſi conſtante loqui in uiro conſuman
6 te bona ſua,declaratur ulterius regula præmiſſa ubi ſe-
paratur thorus matrimonij culpa uiri accuſati , & de
adulterio conuicti ab uxore,c.5.ut lit.nõ conteſt. explo
ratum eſt itaque propter adulterium matrimonij cõſu-
mati uinculum non diſſolui,ſed Thorum duntaxat ſepa-
rari,c.tuę de procur.& c.ex literis de donatio.& hoc ue
rificatur iuxta illud.Quod Deus coniunxit homo non ſe-
paret, c.quos Deus,33.q.2.unde non licet uiro adultera
uxore repudiata aliã ducere,ut oẽs Canoniſtæ & Theo
logi ſentiunt uarijs in locis, ergò quantum ad facultatẽ
criminaliter accuſandi diſpar eſt cã mariti uxoria , & ſi
quidem maritus accuſat uxorem,ſed non è contra uxor
uirum,l.1.C.ad legem Iuliam de adulter.c.apud miſeri
cordiam,§.ſi.32.q.1.quantum uerò ad accuſationem ci-
uiliter eorum cauſa par uidetur, & æqualis , unde ſicut
maritus accuſat ciuiliter uxorẽ ſuã de adulterio,aut tho
ro ſeparato dotem lucratur.§.plerumque,de donatione
inter uirum & uxorẽ,& §.de adulterio Auth.ut lic. ma-
tri & auiæ,ita mulier accuſat uirum ſuum , ut ſeparato
thoro dotẽ recipiat,& donationẽ propter nuptias, quã
fecit maritus,ipſa lucretur ſecundum Rom.conſi.167.

Mulier recipiens cẽtum in dotem in primo matrimo
nio,& tranſiens poſtmodum ad ſecũda uota ſimpliciter,
& promittens dotem,quam non expreſsit præcisè , quẽ
admodum expreſſerat in primo matrimonio,intelligi-
tur tunc dare tantam dotem ſecundo marito,quantã de
dit primo uiro ſuo,& ſic dos data primo uiro cenſetur
data ſecundo,ut uoluit Bar.in l.penul.§.ſi uxor.ff.ſoluto
matrimo.in l.cum de in rem uerſo,col.2.ff.de in rẽ uer.
& in diſputa.ſua mulier,col.3. & 6.glo.in uer. fortuita ,
in l.ſi mulier diuertit col.1.ff.ſolu.matr.Cy.& Saly.col.
ſi.in Auth.ſed quãuis.C.de rei uxor.actio Paul.Caſt.cõſ.
283.col.2.ſecundum antiquam impreſsionem,& in d.l.
l.ſi mulier,col.1. Cuma.conſi.209.colu.2.Abb.conſ.46.
uol.1.Alex.conſ.161.col.2.uol.5. & conſi.122. colu.5.
uol.7.Bertr.conſi.160.col.ſi.uol.2.Ruin.conſi.53.colu.
pen.uol.3.conſ.61.in prin.uol.3.conſ.537.col.3. uol.4.
Soci.Iuni.conſ.29.col.ſi.uol.1.& Pariſ.conſi.34.col.1.
uol.3.ubi recitat iſtam eſſe communem opinionem , &
Saly.in d.Auth.ſed quamuis,col.ſin. & Dominus meus
Raynaldus Rodulphus primarius lector in Ciuitate Pe
ruſij,dum eum audiebam ſuperioribus annis publicè in
Gimnaſio Peruſino legentem, à quo iſta , & omnia alia
quæ ſcripſimus,& ſcribenda ſunt in hoc opuſculo,ueri-
tatem confitendo,didicimus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſecundo nubens admittit dominium rerum ſibi*
à primo uiro donatarum,eiſq; frui põt,quas poſtea
filijs ex primo matrimonio reſtituere compellitur.
2 *Quòd pœna impoſita uiduæ locum etiam habet in uiro*
propter eandem rationem.
3 *Neque hoc ſolùm,ſed etiam tutelam admittit mulier*
quæ ſecundo nubit.
4 *Quam tutelam mater ſuſcipere poteſt , etiam ſi neque*
ſecundis nuptijs,neque iuri in fauorem mulierum in
troducto renunciet.
5 *Matri tamen conceditur annus ad petendum tutorẽ da-*
ri filijs.
6 *Si tamẽ ea ſit maior uigintiquinque annis , cum minor*

non

non poſsit eſſe tutrix, niſi conſuetudo contraria ſit.
7 *Impunè tamen mulieri licet ad ſecūda uota tranſire ſi hoc faciat ex præmiſsione mariti.*
8 *Cum uolenti non fiat iniuria.*
9 *Idem iudicatur, ſi hoc fiat filijs conſentientibus.*
10 *Nam ſi ea ſecundo quoque nubat filio aut filijs ſuperſtitibus, & de hoc non conquerentibus, ſi illi poſtea decedant, non priuatur ipſa mater eorum ſucceſsione.*
11 *Vbi tamen locus eſt pœnæ ſecundo nubēti, mater proprietate non priuatur auitæ ſubſtantiæ, ſed tantum paternæ, quæ ad filium peruenit.*

1 Mvlier ad ſecundàs nuptias tranſiens perdit dominium rerum, quas ex liberalitate primi uiri conſequuta eſt & ſolam poteſtatem fruēdi retinebit, illosq; filijs ex primo matrimonio genitis reſtituere cogitur l. fœminæ, C. de ſecun. nupt. ubi Doctores, & in auth. ex teſtō, C. eod. tit. & Soci. Seni. conſi. 56. uiſo teſtamento lib. 3. & ratio eſt quoniam pœnæ ſecundo nubentium inductæ fauore liberorum, ſublatæ non ſunt per dictum illū Apoſtoli, mortuo marito mulier nubat in Domino, c. pen. & fi. de ſecundis nupt. ubi hoc tenet Abb. & Corn. conſi. 21. uidetur, col. 3. uol. 2. Bar. & Deci. in l. 1. C. de ſecundis nuptijs, & iſtorum opinio eſt communis ſecundum Deci. conſi. 87. pro reſolutione, col. 2. & conſ. 230. proponitur, et in d. l. 1. confirmantur quoque præmiſſa alia ratione, nam mulier ad ſecunda uota tranſiens tria negligere uidetur, Deum, defuncti memoriam, & filiorū charitatem, ut dicit text. in §. ſin autem tutelam, auth. de nupt. & in §. quæ uero nunc ſequitur eod. tit. ubi dicitur ꝙ per ſecūdas nuptias contriſtatur anima mariti defuncti, & propter huiuſmodi iniuriam mortuo marito filijs illa tam multa leges ſtatuerunt contra uiduas ad ſecundas nuptias tranſeuntes, de quibus abundè habetur per
2 Doct. in d. auth. ex teſtamento, & pœna iſta impoſita uiduæ ſecundo nubenti militat etiam in uiro ex identitate rationis ſecundum glo. in l. fœminæ, §. illud. C. de ſecund. nup. quam approbat ibi Bar. & nonnulli alij relati per Boer. deciſ. 187. nu. 2. quorum ſententiam dicit eſſe cōem Deci. in præcitatis conſi. & Boeri. in loco, de quo ſupra, & præmiſſa amplianter primùm non ſolum procedere in matre, & patre, ſed etiam in alijs aſcendentib. tam maribus quam fœminis, ut puta ſunt aui, & auiæ proaui, & proauiæ & cæteri deinceps aſcendētes ſecundum Doct. in l. generaliter per illum tex. C. de ſec. nup. Bal. in l. humanitatis, col. 7. C. de impube. & alijs ſubſti. Aret. in §. proferuntur, col. 4. inſti. ad Tertullia. Alex. in d. auth. ex teſtamento in addit. ad Bal. in verſ. conſuetudo. Ampliatur etiam ſecundo loco prædicta, ut mulier non modo perdat dominium rerum ſibi per maritū relictarum ob tranſitum ad ſecunda uota, ſed etiam tutelā,
3 unde mulier relicta à marito defuncto in teſtamēto tutrix filiorum per tranſitum ad ſecundas nuptias perdit tutelam, & geſta ab ea tanquā tutrice uidentur ipſo iure nulla ſecūdum Sali. & alios in auth. matri, et auiæ, C. quando mulier offic. tute. fungi. poſſ. Cyn. Fab. in l. omnem, per illum tex. C. ad Tertul. & Alber. ibi, ubi refert iſtam eſſe communem opinionem, Boeri. deciſ. 124. nu. 12. & Auguſti. Beroius in c. dilecti filij nu. 37. de arbitris, & ratio uidetur iſta quare mater tutrix tranſeundo ad ſecūda uota priuetur tutela, quia mater, & auia poſſunt eſſe tutrices ſi uelint, quamuis non cogātur d. auth. matri, & auiæ, imò ante alios filiorum tutelam poſſunt ſuſcipere, et ad eam admitti, ſi ſecundis nuptiis, Velleiano, et omni legum auxilio in fauorem mulierum introducto renunciauerint, alioquin iſtis non concurrentib. tutela ſuſcepta eſſet ipſo iure nulla, ut probaṫ in d. auth. matri et auiæ, ubi Bar. Ang. et Sali. notant, et alij quamplures congeſti per Boer. in d. deci. 124. nu. 9. ubi ſcribit iſtam eſſe ueriorem opinionem. tamē Petrus de Bellaperti. Cyn. & Alberi. in d. auth. matri, et auiæ tenuerunt expreſsè contrarium, & eorum opinio ſeruatur de con-
4 ſuetudine, uidelicet ꝙ mater tutrix, uel auia teſtamentaria non tenetur renunciare ſecūdis nuptijs. et omni iuri in fauorem mulierum introducto, & de iſta conſuetudine mentionem fecit Guido Papæ deciſ. 539. Faber in d. auth. matri, et auiæ, et Boer. in d. deciſ. 124. nu. 13. hisq; occurrit congruenter hoc in loco, ꝙ mater habet annū ad petendum tutorem dari filijs, niſi uelit ipſa tutelam ſuſcipere ſecundum Bal. in l. precibus, colu. 6. C. de impub. et alijs ſubſti. Abb. in c. ex parte de appella. Aret. in §. fin. in principio, inſtitut. ad Tertullia. ubi ponit iſtam eſſe cōem opinionem, & Deci. in c. ex parte, nume. 33. ſuperius citato, quod habet locum in muliere maiore.
6 25. annis, ſecus in minore, quæ non poteſt de iure eſſe tutrix, l. fi. C. de legiti. tute. et tenet Bald. in d. l. omnem. et in Auth. ijſdem pœnis, quem ſequitur ibi Iaco. de ſancto Geor. et Moder. C. de ſecun. nupt. et Deci. in d. c. ex parte, num. 34. niſi extaret conſuetudo in contrarium, quòd mater minor poſsit habere tutelam ſecundū Bal. conſi. 101. uolu. 2. et præmiſſa ita ampliata, et declarata
7 interpretantur non procedere quando uir licentiā daret uxori ad ſecundas nuptias conuolandi, tunc quippe non perdit per iſtum tranſitum dominium rei ſibi legatæ, ac à marito relictæ. & ratio eſt, quia pœna ſecūdo nu
8 bentibus eſt impoſita ex eo, quia uidetur inferri iniuria primo uiro per ſecundas, §. quia uero, in Authen. de nupt. et nulla iniuria fit uolēti l. 1. §. uſq; adeò, ff. de iniu. ſecundum Bal. in l. 1. C. de ſecundis nup. et per Ro. conſ. 219. ex Themate conſultationis, et Deci. conſi. 620. caſus de quo quæritur, col. 2. limitatur etiā ſecundo, quan-
9 do filij ſecundis nuptijs conſenſum accommodauerint, tunc enim mulier non perdit ea, quæ habuit ex liberalitate primi uiri ſecundum glo. in auth. de non eligen. ſecun. nupt. in uer. copulatur, quoniam iniuria, quæ fit filijs primi uiri, ſi mater conuolaret ad ſecundas nuptias tollitur eorū conſenſu, §. ſoluto in auth. de ſecund. nupt. l. cum donationis, C. de tranſact. et hoc comprobatur ex latius dictis per Iaſ. in l. ambiguitates, C. de indic. uidui. tollen. et in l. filium quem habentem. C. famil. herciſcun. col. fi. et conſi. 53. in quæſtione, uol. 1. et per Dec. conſi. 206. quæritur. Limitantur tertio, ut mater tran-
10 ſiens ad ſecunda uota debeat duntaxat proprietate ſubſtantiæ paternæ, quæ peruenerat ad filium, non autem ſubſtantiæ auitæ priuari, ſecundum Bart. et alios communiter in d. auth. ex teſtamento, et iſtam cōem ſequitur, et citat Boerius deciſi. 192. nu. 5. licet Bald. et Ang. et malè in d. auth. ex teſtamento aſſeruerint contrariū,
11 interpretanturq; poſtremo præmiſſa in matre, quæ tranſiuit ad ſecunda uota ſuperſtite filio, uel filijs de hoc nō conquerentibus, his igitur ſtantibus ſi filius decedat, nō priuatur mater eius hæreditate, quia filius non conquerendo de matre uidetur remiſiſſe ſibi iniuriam factā per eam, per dictum tranſitum argumento, l. fi. C. de reuoc. donat. et ita per illum tex. tradit, et firmat Bald. in auth. ex teſtamen. ſupra citata col. 2. Deci. conſi. 206. col. 2. et in rub. C. de ſecun. nupt. col. fi. Ripa in l. fi. C. de reuoc. donat. in q. 61. colu. 2. et Soci. Iuni. conſi. 61. nume. 2. et 31. uolumi. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum nepos ex primogenito mortuo patre præferatur filio ſecundo.*
2 *Genito in ſucceſsione regni, an uero à filio ſecundo genito excludatur à ſucceſsione.*
3 *Quòd uerius eſt, ſi primogenitus deceſſerit uiuo patre.*

4 Quæ

4 *Quæ ſententia ſecundum diſtinctionē præcedit, quam ſubijcit remiſsiuè.*

N

1 NEpos natus ex primogenito patre prædefuncto excludit filiū ſecundo genitū patruum ſuum à ſucceſsione Regni, & prima geoitura ſecundum Bal. in auth. ceſſante, C. de legiti. hæredi. & conſi. 389. conſuetudo, vol. 2. & hoc idē firmant nonoulli Doc. quos refert, & ſequitur Soc. rationibus per eum relatis cōſi. 252. nisi instrumentis, & opinionē iſtam ſcribit expreſsè eſſe cōem Barb. conſi. 10. li. 1. Couarruuias in tract. de uarijs reſolutionibus iuris ciuilis, cap. 5. lib. 3. nu. 8. ſol. 785. & Gramma. deciſio. 1. ubi refert in facti contingentia ita in ſacro Conſilio Neapolitano fuiſſe deciſum, in contra
2 riam uero ſententiam, uidelicet quòd nepos ex primogenito non præferatur filio ſecundo genito in ſucceſsione regni inclinauit Ioan. Aod. in add. Spec. in tit. de feudis, Bart. in Auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. & opi-
3 nio iſtorū uidetur æquior ſi primogenitus mortuus ſit uiuo patre, & ſic nondum ei iure quæſito ſecuodum ueriorem & magis communem opinionem, quam ſequitur, & audacter atteſtatur Alexan. conſi. 4. ponderatis, colu. 3. uol. 4. & Deci. conſi. 443. in caſu ad me tranſmiſſo in fin. & ſententiam hanc approbat in d. Auth. poſt fratres, & confirmat Ant. de Roſ. in tract. de ſucceſsio. ab inteſtato, in uerſi. de legitimatis. & Couarruuias in loco ſuperiùs citato. Sed quid concludendum in hoc opinionum conflictu, & in tanta Doctorum ambiguitate? dic ꝙ Bald. in l. cum antiquioribus. C. de iure delib. & in l. fin. C. de luis, & legit. arguit ad utramq; partem, & tandem dicit ſoluat Apollo, et Ioan. de Sylua. in tract. de prima genitura, q. 35. li. 1. locupletiſsimè ſcribit omnia, quæ in utramq; partem poſſunt allegari, et demum recitat ſentētiam Othonis Imperatoris, qui aiebat quæſtionem iſtam eſſe gladiatorio iudicio dirimendam, et ipſe Io. in hoc opinionum conflictu diffinire oon auſus fuit, remanet ergo res dubia, et ob hoc mihi ſequendam fore
4 decreui optimam, tutiſsimam diſtinctionem ſuper hoc articulo traditam nouiſsimè per Auguſti. Beroium in c. dilecti filij, nu. 52. cum ſeq. de arbitris, ubi affabrè et doctè iſtam arduam, et confuſam quæſtionem diſtinguendo reſoluit.

Notorium quamuis releuet quem ab onere probandi, et ioducat plenam probationem ſecundum Hoſti. in ſumma de probatio. §. ſi. et eſt tex. in l. emptorē in prin. ff. de actio. empt. ubi dicitur, ꝙ notorium æquiparatur ſententiæ, de quo uide Bald. in l. 1. C. de curato. furio. et dixit idem Bal. io l. 1. C. de reuocan. his, quæ in frau. aliena. ſunt, quod notorium eſt probatio probata, uel ſaltē de facili probabili, tamen iſtud notorium debet allegari, et proponi ſecundum glo. in clem. appellanti, de appellatio. in uer. iudicis, notat Cato. Saccus in l. ſi uero. § qui pro rei qualitate, ff. qui ſatiſda. cogan. idem tenet Bar. in l. eum qui ita, §. qui ita, col. 3. ff. de uerb. oblig. et in l. cum quid, ff. ſi cer. peta. colu. ſi. Ant. in c. peruenit de cenſi. col. 17. et Feli. iſtos referens in c. cum ordinem. 9. 10. et 11. col. de reſcri. et Barb. conſi. 57. uiſis, et accuratè, col. 5. et idem Bar. in d. l. 1. col. pe. ff. de except. et hoc ꝙ notorium debeat allegari intelligitur, quando debēs allegare eſſet præſens in iudicio, ſecus ſi abſens licet citatus citatione habente uitium notorium ſecundum Panor. et Præpoſi. in c. ex parte tua, ext. de appella. quia citatio notoriè nulla non aſtringit citatum ad comparandum ſecundum gl. in c. placita 15. q. 4. idem dicit glo. in c. ueniens ext. de accuſ in gl. ſi. et Innoc. in c. ex parte. il primo de uerb. ſignif. ꝙ citatus ad Synodum, ſi eſt notoriè exemptus non tenetur cōparere, Item ſecus quando de eo conſtat ex actis, tunc enim iudex poteſt pro parte allegare ſecundum Inno. et Canoniſtas omnes communiter in c. ex inſinuatione, extra de appellat. Spec. in tit. de off. Iudi. §. impendit circa princi. quam commuoem ſequuntur, et citāt Doct. io locis præcitatis, et in d. c. ex inſinuatione, imò Iudex poteſt ſumere informationem etiam parte noo citata an aliquid ſit notorium ſecundū Bal. ex mente Archid. in c. cum inter uos, extra de conſuetu. et tenet Cato in d. §. qui pro rei qualitate, ſed Bal. ibi dicit ꝙ ubi aliquid eſt notorium, non iuratur de calumnia per l. atqui natura, §. cùm me abſente iuncta gl. in uerſ. committit. circa fin. de negoc. geſtis, et aduerte quia notorium probatur per duos teſtes ſecundum glo. in §. ſi. 2. q. 1. et glo. et Archidiac. in §. item ſæpe, 4. qu. 3. Bart. in l. hæredes palam, ff. de teſta. Specu. in tit. de noto. crimine in §. qualiter. Bald. in l. data opera, C. qui accuſa. oō poſſ. et Feli. in c. tertio loco, col. 5. de præſump. et Follerius io pract. crimi. in uerſ. item ꝙ eſt notorius delinquens, nume. 16. 17. et 18. ubi hoc optimè declarat quomodo, et qualiter procedat.

Notarius paſsim pro alio ſtipulatur, §. ſi quis alij, Inſtit. de inutil. ſtipul. et ibi Docto. Bar. Alex. et Iaſ. nu. 14. in l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, ff. de uerb. oblig. Bal. io l. certi coodictio, §. quoniam, ff. ſi certum peta. Bart. Bald. Paul. de Caſt. et alios in l. 1. §. huius ſtudij, ff. de iuſti. et iure, et de hoc latè diſputat Tiraquel. in tracta. de conſtitutione poſſeſſo. tertia par. limitatio 30. num. 16. cum multis ſequent. et hoc non ſolum habet locum in præſente acceptante, et recipiente, ſed etiam in abſente ſecundum glo. in l. 2. ff. rem pupi. ſaluam fore, quam ſequitur ibi Bar. Alex. in addi. ipſius, cum infinitis alijs congeſtis per Tiraquel. in d. tracta. in 3. par. 30. limita. nu. 23. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionē, et hinc notant Bar. et Doct. in d. §. ſi ſtipuler, ꝙ propter ſtipulationem Notarij quæritur utilis actio abſenti ſine ceſsione, ſed tamen ſecuta prius ratificatione abſentis, et opinionem iſtam fatentur eſſe commuoem Alexan. in d. §. ſi ſtipuler, nu. 2. et Iaſ. nu. 15. quod etiam firmat Soci. conſi. 215. in fi. uolu. 1. Pariſi. conſi. 88. num. 90. lib. 3. et conſi. 69. num. 136. eod. lib et Couarruuias io ſuo libro uariarum reſolutionum ex iure Pontificio, Regio, et Cæſareo in primo lib. cap. 14. nu. 11. et ſequent. poſt alios ibi relatos per eum, ubi pulchrè declarat iſtam concluſionem, ſequitur, et ponit eſſe communē. et aduerte ꝙ quādo compertum eſt ius quæſitum eſſe parti ex facto Notarij, uel Iudicis, uel teſtis, tuoc non eſt in facultate eorum dicendi aliquid, propter quod ius quæſitum tollatur ſecundum doctrinam Bart. communiter approbatā in l. ſi quis io graui. §. ſi quis moriens, ff. ad Syllan. et de Notario ipſo aliquid poſuimus infrà in uerſ. teſtis in cōcluſione incip. Notarius cui eſt facta commiſsio examinationis teſtium. Et in concluſione exordiente: Notarius faciendo mentionem in teſtamēto teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis.

Nuncio publico ſibi duntaxat creditur in ſpectantibus ad ſuū officium, puta ſi referat ſe perſonaliter citaſſe Titium, tamen quando deponit in his quæ ſunt extra officium ſuum non probat ſecundum Io. Andr. in tit. de citat. §. 1. in princ. quem ſequitur Abb. in c. cū parati de appella. Deci. in c. poſt ceſsionem, Docto. oēs in §. quadrupli, Inſtitu. de actio. et in l. 1. §. cura carnis. ff. de off. præfe. urbis, Ruinus conſi. 66. col. 1. uol. 5. Tiraquel. qui latiſsimè complura congerit in tract. de retract. in titu. de retract. lignagier. §. 8. gl. 11. et iſtam recitat eſſe communem opinionem Alcia. in tract. de præſump. in 3. regula præſump. 14. nu. 10. et Maraota in tract. de iudicijs in 7. par. princip. nu. 534. et Iaſ. in l. properandum. §. et ſi quidem, nu. 8. C. de iudici. quæ quippe procedit ex quadam conſuetudine ſecundum Guido. Papæ deciſio. 628. nume. 1. hocque ampliatur in tantum procedere,

ut

ut nuncio ipſi credatur etiam , & fides adhibeatur referenti, ſe non inueniſſe bona mobilia debitoris in executione iudicati, ſecundum Bar. & Doct. in l. à Diuo Pio, §. in uenditione, ff. de re iudi. Gui. Papæ in d. deciſ. 628. Alcia. in memorata præſump. 14. nu. 4. cum alijs quamplurimis concordantibus traditis per Iaſ. in l. in illa, §. pe. & fi. ff. de uerb. obli. Sed iſta cõis ita declarata limitatur. primo ubicunque citatus per nuncium eſſet perſona circumſpecta, & fide digna, et iuraret ſe nunquam citatum fuiſſe a nuncio, tunc ex iſta coniectura ſibi potius quàm nuncio crederetur ſecũdum Abb. & Moder. in d. c. cùm parati, Iaſ. in d. §. ſi quidem in 6. nota. Gui. Papæ in d. deciſ. 618. nu. 1. poſt mediũ, & Maranta in loco ſupra citato, & per Afflict. in conſtitutione edictorũ in fine. Limitatur ſecũdo præmiſſa cõis non eſſe uera in denunciando crimina, quia tunc non creditur nuncio etiã publico, & iurato, ut uoluit Spec. in ti. de citat. §. ſequitur uidere, & hoc procedit, et intelligitur uerũ eſſe quoad condemnandum , non autem quoad inquirendum , quia quoad relationem nuncij poteſt inquiſitio formari ſecundum Bar. in d. l. 1. §. cura carnis.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatione noui operis authore prætore facta etiã iniuſtè, tenetur ædificans ab opere cœpto deſiſtere , aliàs ædificatũ poſtea demolitur ſumptib. ædificatis.*

2 *Etiam ſi diſiunctiuè facta ſit nunciatio, ut ne ædificet aut compareat ad reſpondendum.*

3 *Si tamen ſimplici uerbo nunciatũ ſit nouũ opus, prohibetur opus demoliri nũciãs authoritate propria .*

4 *Sed oblata fideiuſſione de opere deſinẽdo in caſu quo tenebitur, vtrum tollatur nunciatio , an uerò deſiſtendum ſit ab opere .*

5 *Et ex conſuetudine uidetur obſeruari, ut per tres mẽſes ab ædificando ſuperſedeatur .*

6 *Quamuis aliqui contrarium tanquam uerius in iure conſuluerint .*

1 Nunciatio noui operis facta authore prætore, ut
non ædificet Titius, etiam ſi eſſet iniuſtè facta nocet, &
ligat ædificantes , ut teneantur deſiſtere ab opere iuſtè
cœpto & in ſuo, & ſi non obtemperat nũciationi debet
poſtea ædificatum demoliri , & deſtrui ſumptibus ædificantis
ſecundũ Iaſ. in l. 1. nu. 1. ubi & Bar. Paul. Caſtr.
& alij Doct. cõiter ff. de noui ope. nuncia. et eſt tex. in l.
prætor ait. in princ. eod. tit. et in c. 1. et 2. extra de noui
oper. nuncia. ubi tex. glo. Abb. Sycu. Herman. Detus in
d. l. 1. nu. 24. quæ quidem communis ampliatur etiã pro
2 cedere ſi nunciatio, ac prohibitio prætoris eſſet alternatiuè
facta, ut non ædifices, uel uenias reſponſurus, ſecundum
Bar. in l. de pupillo, §. meminiſſe. ff. de noui oper.
nunciatio. cum quo ſentiunt omnes ibi cõiter, ut atteſtatur
expreſſè Ripa ibidem nu. 19. Sed communis præ-
3 miſſa ita ampliata fallit, quotieſcunque eſſet nunciatum
nouum opus ſimplici uerbo, quia tunc nuncians nouũ
opus admittit facultatem demoliendi opus propria authoritate
ſibi à iure concesſa, ut concludit Bar. & alij in
l. 1. §. nunciatio, ff. de noui oper. nunci. quod quippe ibidem
Bar. intelligit cum grano ſalis non habere locum ,
quando incontinenti nuncians recuperauit poſſeſſionem
propria authoritate, quam amiſerat per nunciationem
uerbalem : ſecus foret , ſi diuerteret ad extraneos
actus, & cum limitatione hac tranſeunt omnes Doctores
cõmuniter ibi teſte Ripa in memorato §. meminiſ-
4 ſe. nume. 36. & ſeq. fallit etiam ſecundo loco quando, ille
cui fuit nunciatum nouum opus , ne faciat etiam in
ſuo , ſeu ſolo à ſe poſſeſſo, offerat ſe paratũ ſatiſdare de
opere demoliendo in caſu ſuccumbẽtiæ , tunc certè per
ipſam ſatiſdationem præſtitam tollitur nunciatio, & ille
cui eſt nunciatum poterit perſeuerare in opere text.
eſt in l. prætor. §. deinde , & ſequ. et in l. de pupillo. §. is
cui, ubi tex. et Bar. et Doct. ff. de noui oper. nunci. tamẽ
ille, qui nunciauit poterit replicare , ſed hodie inoleuit
practica, q ſuperſedeatur per tres menſes , & tunc nolens
ædificare tenetur ab opere cœpto ſuperſedere per
5 tres menſes non obſtãte ipſa fideiuſſione oblata, uel data,
ſed non acceptata per nunciantem etiam, quod nuncians
interim nullum ius ſic prohibẽdi doceat donec de
iuribus partium cognoſcatur , ſeu infra quos nuncians
poſſit iura ſua probare , quib. elapſis data ipſa fideiuſſione,
poteſt in opere perſeuerare, ubi nũcians nihil probauerit,
ut per Bar. et Doct. in d. l. prætor. §. ſi quis paratus,
glo. Sali. et ſcriben. cõiter in l. 1. C. de noui ope. nunciat.
per illum tex. et in c. pen. et fin. de noui oper. nũci.
ubi tex. Abb. et oẽs, et iſtam facit mentionem eſſe communem
opinionem Iaſ. in d. l. 1. nu 19 ff. de noui oper.
nunciat. Ferrarien. in ſua practic. Papien. in for. lib. in
actio. noui oper. §. ante aliquam remiſſionem , nume. 3.
Ruynus in repetitio. d. l. 1. num. 124. & Herman. Detus,
Florentin. ibidem nu. 23. et ſeq. cõtrarium uero per præ-
6 miſſas authoritates , et alia urgentiſſima fundamenta
conſuluit doctiſſimè Grammat. conſi. ciuil. 73. ſuper dubio
pridie tranſmiſſo per totum q mandatũ ſuper nunciatione
noui operis reo comparente reſoluatur, & reſolui
debeat in uim ſimplicis citationis, et ita ego iudicaui
ſæpiſſimè dum eram Iudex criminalis in Ciuitate
Therami Aprutini per iam dicta, & alia complura, quæ
breuitati ſtudendo omitto .

O .

OBLATIO uerbalis non releuat offerentem , ideo iſta oblatio debet eſſe realis. l. decẽ , ff. de ſolu. not. Bar. in l. acceptam, C. de uſur. & Alex. conſi. 130, nota q ubi res debet offerri col. 3. uol. 4. Sed hoc non habet locum quãdo creditor, cui ſolo uerbo offertur ſe nolle recipere ſolutionem recuſaret, tunc quippe non requiritur realis oblatio ſecũdum Alex. in l. ſi mora in 5. fallen. ff. ſolu. matri. et omnes communiter in l. qui Romæ, quam cõem ſequuntur, ac citant Moder. ibi, limitatur quoque non procedere concluſio præmiſſa , quoad effectum retardandi uenditionem pignoris per creditorem factam, quoniã quoad hoc explorati iuris eſt ſufficere uerbalem oblationem l. pen. ff. de reſcin. uendi. ſecundum communem intellectum glo. Bar. et aliorum in l. pen. ff. de diſtract. pign. et in l. ſi reſiduum. C. eo. tit. quem ſequitur ultra allegatos Doct. Alex. in d. l. ſi mora. in 2. fallen.

Oblatio debiti etiam ſine conſignatione ac depoſitione facta liberat debitorẽ offerentem à pœna caducitatis, ſicut regulariter obſeruatur in alia pœna , de qua in textu, in l. acceptam. C. de uſur. Sed ad conſequendam plenariam liberationem à Canone emphyteotico ſecus eſt, ſiquidem ad huiuſmodi effectũ requiritur q emphyteota illum offerat, conſignet, atque deponat ſecundum communem intellectum l. 2. C. de iure emphyteo. circa finem traditum ibi per Docto. præſertimque per Iaſ. numero 106.

Officialis ſi durante tempore ſui officij fuit caſus ab officio, & poſtea reaſſumptus, cum eiſdẽ pactis reaſſumptus intelligitur ſecundũ Bal. in l. ſi conſtante. C. de dona. ante nupt. & in l. &, col. fi. C. de iure do. quem ſequũtur ſcribentes communiter in l. diem functo. ff. de off. aſſeſſo. ubi Moder. audacter mentionem faciunt de iſta communi, & concludunt etiam quòd ſi Ciuitas conduxit doctorem cũ certo ſalario pro uno anno, quo finito receſſit domum ſuam, et demum interpoſitis pluribus

annis

annis reconducatur ſine repetitione ſalarij, intelligitur reconductus ſub illo ſalario, quod prius perceperat, ubi ſubdunt etiam idem eſſe in famulo, et ſimilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum de ſuccedendo tertio, non ualet ſine eius conſenſu de cuius hæreditate conuenitur.*
2 *Cum ſit turpe, ac bonis moribus repugnet.*
3 *Quia hæreditas datur per hominem ſolo teſtamento.*
4 *Quare pactum, ut ultra dotem filia poſt mortem parentum conſequatur etiam hæreditatem, neque ualet, nec iuramento firmatur etiam ſi de quota ſit hæreditatis.*
5 *Pactum igitur de ſucceſſione tertij nec cum iuramẽto confirmatur.*
6 *Quia iuramentum hoc caſu contra bonos mores iudicatur.*
7 *Valet tamen hoc pactum ſi tertius ille conſentiat, & in hoc ad mortem uſque perſeueret.*

P

1 PACTVM per aliquos conditum de futura ſucceſſione quærenda non ualet ſine conſenſu eius de cuius hæreditate agitur. l. pactum q͂d dotali. C. de collatio. et l. ex eo. C. de inutili ſtipulatio. & l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, ff. de uerb. oblig. & illud tenent ibi Bar. Bal. Sal. cæteriq; communiter. et in l. inter priuatos, C. de pactis, Canoniſtæ nẽs in c. cum contingat, ext. de iureiur. & in c. quamuis de pact. in 6. Cyn. & alij in l. fi. et in d. l. pactum quod dotali, Alex. conſi. 28. uol. 3. ubi deducit illam eſſe cõem opinionem Iaſ. conſi. 8. nu. 34. poſito inter conſilia feudalia Alberti Bruni. & in conſi. 9. nu. 10. Curt. Iuni. conſi. 55. nu. 2. et Ruynus conſi. 16. nu. 16. uol. 2. et ratio dictæ communis approbatæ ab omnibus Doct. utriuſque cen-
2 ſuræ uidetur iſta, quia turpe eſt, ac moribus contrarium pactum fieri ſuper uiuentis hæreditate, abſque eius conſenſu: nam hæc pactio turpis cenſetur, d. l. fi. et d. l. pactũ quod dotali, nec tamen ea ſola ratio turpem efficit hãc conuentionem, q̃ detur uotum captandæ mortis, quamuis hæc in d. l. fi. expreſſa ſit, ſiquidem ob hanc ſolam rationem non efficitur pactum turpe, quod patet, quia ex conſenſu eius de cujus hæreditate agitur hæc pactio licita eſt, & tamen occaſio captandæ mortis non tollitur per conſenſum iſtum, atq; ita intelligendus eſt tex. in d.
3 l. fi. Alia ratio ad hoc corroborandum allegari poteſt, quia hæreditas ſolo teſtamento per hominẽ datur. l. hæreditas, C. de pact. conuen. l. pactũ ubi Doct. C. de pact. inter cætera dicunt decipi eos, qui filias diuitum in uxo-
4 res accipiunt cum pacto, q̃ ultra dotem poſt mortẽ parentum ipſæ mulieres habeãt & hæreditatem, nec enim ualet hoc pactum, nec firmatur iuramento, et ſi fieret pactum de quota hæreditatis ſecundum gl. in l. ſi quando. §. illud, in uer. grauari. C. de inoff. teſtam. cum allegatis per Iaſ. in d. l. pactum, & per Doct. in d. l. fi. et in præal-
5 legata l. pactum quod dotali. Amplia iſtam cõem procedere etiam ſi appareat dictum pactum fuiſſe cum iuramento firmatum, ſecundum gl. in l. quando. C. de inoff. teſta. Legiſtãs omnes indifferẽter in locis præallegatis, & Canoniſ. in d. c. cum contingat, et in d. c. quãuis Bart. conſi. 156. quidam nomine Thobaldutius, Corne. conſi. 61. nu. 1. li. 1. Alex. in d. conſ. 28. et in d. l. pactum nu. 2. in quibus locis aſſerit hanc eſſe communem opinionẽ, & Curt. Iuni. conſi. 15. n. 3. et conſi. 25. nu. 7. & conſi. 98.
6 nu. 4. & ratio eſt quare dictum iuſm non debet iſto caſu ligare, quia cenſetur contra bonos mores in c. non eſt obligatoriũ de reg. iu. li. 6. & ita in terminis tenet Bar. & alij in d. l. pactum quod dotali. Limitatur primo loco

cinus

7 dictis communis, q̃ dictum pactum de futura ſucceſſione quærenda ualeat, & teneat quando ille de cuius ſucceſſione agitur conſentiat, & in hmõi conſenſu perſeueret uſque ad mortem, d. l. fi. ubi Doct. hoc tenent, & Iaſ. ibi, nu. 7. in 7. limitati. Soci. Iuni. conſi. 50. nu. 4. lib. 2. et Curt. Iuni. conſi. 98. nu. 3. et ſeq. Qui quidem conſenſus etiam ex poſt ſuperueniens uidetur ſufficere ſecundum Bald. in d. l. fi. circa fin. quem ſequitur Deci. conſ. 31. colu. 3. & Crauet. conſi. 19. nu. 3. Limitatur ſecundo, ut di-
8 ctum pactum, & conuentio de ſuccedendo ualeat, & ſit efficax quando fieret iſta pactio de ſuccedendo in certis bonis ſingulariter expreſſis, uel ſub nomine quotæ bonorum, non autem ſub nomine quotæ hæreditatis. l. ſi quis argentum. §. ſed, & ſi quis. C. de donat. glo. in l. fi. in uer. accommodauerit, quam ibi communiter ſequũtur Bar. et Doct. C. de pactis, et idem Bar. conſi. 72. ex facto proponitur, Oldr. conſ. 139. cum alijs allegatis per Deci. conſi. 235. et in d. l. pactum. C. de pact. Crauet. conſi. 19. nu. 7. et Curt. Iunior conſi. 1. nu. 4. et 16. et conſi. 81. nu. 2. ubi ſupponit iſtam eſſe communem opinionem, & conſi. 15. nu. 1. ubi etiam nu. 4. latiſſimè declarat, qualiter differant pactum de futura ſucceſſione, et promiſſio bonorum poſt mortem, et limitatio hæc procedit, &
9 habet locum dummodo non fiat pactũ de omnibus bonis præſentibus, & futuris, quia tunc iſta uerba uniuerſalia tanquam Scyllam ſunt fugienda, ut per Soci. conſ. 136. uiſum fuit col. fi. lib. 3. & per Deci. in d. l. fi. colu. 6. Curt. Iuni. in d. conſi. 15. nu. 1. et Crauet. conſi. 19. nu. 7.
10 Limitatur tertio, quando alij paciſcerentur de hæreditate certi hominis in ſpecie, ſecus incerti in genere l. 2. §. de illo. ff. pro ſocio, et tenet glo. Bar. et Iaſ. nu. 7. In 5. limita. in d. l. fi. & Capicius deciſio. Neapolitana. 159.
11 nu. 10. Limitatur quarto, quando talis pactio, ſiue conuentio ueniret ex neceſſitate contractus præambuli, et tunc ratione iſtius cõtractus præambuli ualet, et tenet, ut in l. ſi cum dotem. §. ſi uir, qui legitur eum. §. ſiue aũt. ff. ſolu. matri. et ibi ita tenet Alex. gloſ. et Iaſ. nu. 7. in 6. limita. in d. l. fi. et Boerius conſi. 50. nu. 8. Limitatur quin-
12 to, quando pactum de futura ſucceſſione eſſet reciprocum, ſeu uiciſſitudinarium, uti ſi aliqui paciſcuntur non de hæreditate tertij quærenda, ſed inter ſe hoc modo, q̃ altero eorum præmoriente ſine liberis, bona eorum ad ſuperſtitem, uel eius liberos deferantur, tunc ualet talis pactio, ſeu conuentio, et non cenſetur improbata, ſecundum Io. Andre. in addi. ad Spec. in tit. de inſtru. edi. in §. porrò col. fi. Ang. in l. hæreditariũ. ff. de bonis auth. iu. poſſ. in l. ſancimus. C. de dona. et conſi. 179. Oldr. cõſ. 139. ad habendum aliquam notitiam, Iaſ. in d. l. fi. nu. 7. in 4. limita. et conſ. 9. poſito inter conſilia feudalia Bru. Aſtenſis nu. 10. circa mediũ, et Marſil. in ſingu. 335. poſt alios quamplures ibi per eum relatos, et per iſtas allegationes, et authoritates conſtat iſtam eſſe communem opinionem, licet aliqui quos refert Marſil. ibi, et malè tenuerint contrarium, et dicta regula communis q̃ pactio de futura ſucceſſione uiuentis quærenda non ua-
13 leat, quia eſt plena triſtiſſimi euentus, Ampliatur in ſeptem caſibus, et in ſeptem alijs limitatur per Iaſ. in l. fi. C. de pactis, nu. 5. & 7.

S V M M A R I V M.

1 *Pacti tria ſunt genera, in quibus uerſatur pactum nudum.*
2 *Quando dicatur pactum nudum.*
3 *Appellatione pacti uenit in pactum nudum.*
4 *Ex nudo pacto oritur actio de iure pontificum.*
5 *Nec in foro tantum Eccleſiaſtico, ſed etiam laicorũ in locis Eccleſiæ ſubiectis.*
6 *Imò & in alijs etiam, quæ imperio ſubiecta ſunt.*

7 Sed

7 *Sed & actionem pollicitatio quoque parit.*
8 *Actio naſcitur etiam in curia mercatorum ex pacto nudo.*
9 *Et ubicunque proceditur ex bono & æquo.*
10 *Non tamen id eſt uerum, ubi pactum nudum dolo me tu ue factum ſit.*

1 Pactorum genera tria reperiuntur, ſecundū glo.
in l.pacta côuenta.C.de pactis, inter quæ cônumeratur
pactum nudum,& iſtud pactum dicitur nudum à cauſa,
2 & quando ſecum non habet dationem,factum,uel ſtipu
lationem, & per hæc tria cognoſcitur pactum nudum,
hanc expoſitionem ſemie gloſ.in l. iuriſgentium. §. ſed
cum nulla.ff.de pactis,in l.diuiſionis eod.tit.in l.ſolent,
& in l.ſi dominus.ff.de præſcr.uerbis,& nota q pactum
in dubio intelligitur de nudo.l.legem, ubi notant Sali.
Riminal.et Deci.C.de pactis, & in rub. eod.titu.nunc
ex prædictis pono regulam fundatā in iure Canonico,
3 q ex iſto pacto nudo oritur actio, poteram proponere
aliam regulam negatiuam de iure Cæſareo, & forſan
magis generalem. Sed ubi eſt concurrentia Canonum,
et Legum à Canonibus inchoandum eſt, quia Canoni-
ſtarum ſubiectum dignius eſt, ita dicit Abb. in c.inter
alia,de immun.eccleſia. imò ius Canonicum dicitur Di
uinum.c.nimis de inſti.& iure, & c. qualiter il 2.de ac-
cuſatio. Feli.hoc latè notat in procem. decreta.in prin.
4 reuertor igitur ad regulam propoſitam quo pactum nu
dum producit actionē de iure Canonico.c.1. & 3.ext.
de pact.glo.& Archid. in c.quocunque ſuffragio. 12.q.
2.& ita côiter tenent Canoniſtæ in d.c.1.ut per Iaſ.in l.
iuriſgentiū.§.ſed cum nulla.ff.de pactis,num. 4.& in l.ſi
quis maior.C.de tranſa. et in rub. ff.de pact. ubi ēt Mo
der.et ratio dictæ concluſionis uidetur iſthæc,quia in ſo
ro Canonico proceditur de æquitate. c.dilecti de iudi.
facit alia ratio,quia inter ſimplicem loquelam,et aliam
ius Canonicū non conſtituit differentiam. c.iuramenti.
22.q.5. Ampliatur primo iſta côis ita probata, q pactū
5 nudum, producat actionem non ſolum in foro Canoni-
co,ſed etiam in foro ſeculari in omnibus Terris ſubie-
ctis Eccleſiæ,ſecundum Imo.in c.quę in Eccleſiarū col.
23.de conſtit.et Bald.in auth.ad hæc.C.de uſu.ubi ait q
iſtud procedit non ſolum in Clericis,uerumetiam in lai
cis ſubiectis Eccleſiæ quoad temporalem iuriſdictio-
nem. Secundò extende iſtam concluſionem, q pactum
6 nudum producat,pariatq; actionem non ſolum in om-
nibus Terris Eccleſiæ,ſed in Terris etiam Imperij, ſecū
dum communem opinionem omnium Doct.quam alle
gat Fortunius Garzia in c.1.de pactis nu.10.Tertio lo-
7 co amplia ut procedat non modo ex pacto nudo, ſed ēt
q eſt fortius in ſimplici pollicitatione, ita tenet Ant. de
Butr.in c.ex parte,& Abb.in c.3.extra de pact. mouen-
tur præfati Docto. ad hoc dicendum, quia ſicut ex uoto
quis obligatur,& côpellitur per Eccleſiam, ita per ſim-
plicem pollicitationem ad ſimilitudinem uoti. Sed con
trariam partem tenuit expreſsè Iaſ.in d.§.ſed cum nul-
la,nu.5. Quarto amplia iſtam concluſionē iuris Cano-
8 nici in curia mercatorum,& ubi proceditur de bono,&
ęquo,ut per Bar.notabiliter in l.qui notus per illum tex.
& in l.fideiuſſor.§.quædam.ff.mand. Bald.,& Sali.in l.ſi
pro ea.C.manda.& l.2.de conſtit. & in c.1.col.pe. ext.
de pact. ubi ait q ex pacto nudo agunt mercatores, et
nummularij inter ſe, et dicit in Notarij §.pe.in auth.de
fideiuſſ.& hæc ampliatio poſſet extēdi ad oēs caſus ubi
proceditur ſecundum æquitatem,ut per Alex.conſi.41.
uel 42.uiſo puncto, col. 2.lib.3. & ſic habes q ubicunq;
9 proceditur de bono,& æquo pactum nudū parit actio-
nem. Limita iſtam concluſionem iuris cannonici,niſi pa-
10 ctum nudum fuiſſet initum dolo,uel metu,quoniā tunc
non præcederet actionē,etiam de iure canonico,nec eo
caſu haberet locum dictum c.1.ext. de pact. & hoc latè
probat Iaſ.in d.§.ſed cum nulla, nu. 10. tradit & aliam
limitationem dictæ communi opinioni,& d.c.1.de pac.
Præpoſitus Senenſis in ſuis diſputationibus inſer.4. ca-
ſu.3.quæſtionis.

SVMMARIVM.

1 *Ex pacto nudo de iure ciuili nec obligatio, nec actio naſcitur, ſed tantum exceptio.*
2 *Cum ubi non eſt cauſa, & ſic obligatio ex pacto nudo, nec etiam eſt actio, quæ oritur ex obligatione.*
3 *Idque uerum eſt, etiam ſi debitor nudum pactum iuramento firmaret.*
4 *Vbi autem eſſet geminata promiſsio pacto nudo facta, tunc ex ea produceretur ſemper actio.*
5 *Et in alijs ſexdecim caſibus quos addit remiſsiuè.*

1 Pactum nudum de iure Ciuili non producit obli-
gationem efficacem,et ſic non parit actionem,ſed bene
exceptionē.l.iuriſgētium.§.ſed cum nulla.ff.de pactis,
& iſta eſt côis opinio, ut per Iaſ. et Modern. in d.§.ſed
cum nulla,idem Iaſ.in l.ſi quis maior.C.de tranſa. Mo-
der.in rub.ff.de uerb.oblig.Maranta in tract. de iudicijs
in 6.par.2.partis ſuper nono acto,nu.24.& Berengarius
Ferandus in repeti.l.pacta conuenta.ff.de contrah.em-
ptio.nu.30.cum alijs ſeq. in prima lecto. & ratio dictæ
communis colligitur ex.d.§.ſed cum nulla,nam ubi nō
2 eſt cauſa,ib; non eſt cauſatum.l.manumiſsionis.ff. de iu
ſti.et iure.ſed ratio eſt quoddā cauſatū. l.licet.§. ea obli
gatio.ff.de procura.ergo non poteſt ſine cauſa oriri,ſed
pactum nudum dicitur, cui non ſubeſt cauſa, ut habet,
in d.§.ſed cum nulla,hanc rationem tradit Bal.in rubr.
ext.de pactis,col.3.in ſi. Amplia iſtam communē pro-
3 cedere etiam,ſi debitor ſuo iuramento confiteretur, &
affirmaret nudum pactum,nā per hoc non teneretur ſol-
uere,ita dicit Bal.in l.ſi.colu.2.C.de fideicommiſ.refe-
rens ita tenere Innoc.in c.1.q metus cauſa. Limitatur
4 iſta communis ita ampliata non habere locum in pro-
miſsione geminata: nam promiſsio geminata quamuis
reperiatur facta,celebrata pactoque nudo nihilominus
producit actionem.l.1.§.debitum.ff.de conſtit. pecu.&
§.conſtituta,inſti.de actio. et per nonnullas optimas ra
tiones comprobat dictam limitationē Iaſ.in l.1.nu.11.
ff.de uerb.obli.et communiter omnes canoniſt. in c.per
tuas de arbitr.et in c.cum contingat de iureiur. et dictā
5 communem limitat etiam Iaſ.in ſexdecem alijs caſibus
in d.§ ſed cum nulla, quos uide.

Pater habens duodecim filios excuſatur tam à mune
ribus perſonalib.ſeu à collectis quibuſcunq;, quàm etiā
à patrimonialibus l.ſi quis decurio. C. de decurioni.li.
10.ubi hoc tenet glo.Bar.Andr.de Baru. et Io.de Plat.
et Bar.in l.ſemper. §. demonſtratur de iure immuni. &
iſta eſt magis communis opinio omnium Doct. in præ-
citatis locis,et hoc admittunt omnes Doct. communi-
ter in decurione, ut ſcilicet dictus numerus duodecim
filiorum illum excuſet à quibuſcunque muneribus.d.l.ſi
quis decurio,et ibi per Bal.et glo.in l.5. C. qui nu.libe.
lib.10.et glo.et Bar.in rub.C.de decurio.eod. lib. Am-
pliatur hoc in tantum procedere, q pater qui habuit di-
ctos duodecim filios, et conſequutus fuit immunitatē,
ſi poſtmodum moriatur aliquis ex iſtis filijs durat priui
legium ſecundum Io.And.in c.decet indultum in mer-
cu.de reg.iur.in 6.quem ſequitur Alberi.in l.2.§.1.ff.de
excuſa.tuto.dicens ibi ita de facto obtinuiſſe,et in l.de-
cet.ff.de reg.iuris,Fulg.conſi.52.Paul.de Caſt.in l.ſi cū
dotem.§.ſi maritus.ff.ſolu.matr.Deci.conſi.24.col.2.in
l.in omnibus cauſis col.ſi.ff.de reg.iur.in auth.præterea
in ſi.C.unde uir,et uxor.et in c.cum ceſſante, colu.1.de
appel.

appel.& ita coſulnit Imo.conſi.77.in 3.dubio,& ita te net, Iaſ.in l.ſciendum.§.fi.ff.qui ſatiſd.cogan. et licet cõtrarium ſentiat Alex.in d.§.ſi maritus,tamen iſtam præcedentem opinioncm dicit eſſe cõem Alcia. In tract.de præſump.in 1.reg.præſump.36.nu.2.à qua dicit non eſſe recedendum propter fantaſiam Alex.iq iudicando,& conſulendo Barthol.Soci.in d.l.ſciendum. §. fi.

Pater habet uſumfructum in omnibus bonis aduenticijs filij,eo uiuente.l.cum oportet.C.de bonis quæ libe. & §.hoc quoque inſtitu.per quas perſon. nob.ius acqui. quod quippe ucnit intelligendum cum grano ſalis,uide licet in quæſitis per filium tempore emancipationis,ſecus uero in poſtea quærendis,in quibus nullũ uſumfructum habet.l.1.& ibi Pau.de Caſt.C.de bonis quę libe. et idem Paul.de Caſt.in d.l.cum oportet,et iſtam opin. ſcribit eſſe communẽ Aldobran in præcitato §.hoc quoque,imò plus dic,ꝙ nec expreſsè pater poteſt ſibi reſeruare uſumfructum in bonis poſtea quærendis per emancipatum ſecundum Io.And.in addi. Specu.in tit.de nat. ex lib.uen.in fin. motus ea potiſsimum ratione, quia in acquiſitis poſt emancipationem per filium pater nullũ ius habet.l.ſi filius.ff.de uerb.obliga.et in l fi.ff.de ſtipu. ſeruorum,merito huiuſcemodi retentio nil operatur,et hoc idem ante Io. Andr. in loco ſuperius citato poſuit. Oldr.conſi.24.ut notat Iaſ.idem tenens,et in l.fi.nu.28. C.de pact.et Gerar.in ſing.76.circa fi.

Pater naturalis tenetur duntaxat alere filiam, non autem dotare,ſecundum magis cõem opin.Doct.quam ſequitur, & citat Alex.in l.1.ff.ſolu.matrimo. Alciat. in rub.ff.de uerb.oblig. Ripa in rubr.ff.ſolu.matr. Paleotus in tract.de notis,et ſpurijs,q.54. & Boerius deciſio. 127.nu.13.cum multis ſequ. & communis iſta procedit de iure Canonico,& non de iure Ciuili, et iſtud ius ſeruatur hoc caſu ubique ſecundum Deci. in c.ſanctæ Mariæ,de conſti. & hoc ꝙ pater de iure Canonico teneatur præſtare alimenta ſpurijs,ponit pro regula cum nonnullis limitationibus,et ampliationib.Pet.Duennas in tracta.ſuarum reg.in regula in uer.filius ſpurius.

Pater interueniens,ſeu promittẽs quouis modo pro filio,non poteſt petere prius excuti filium principalem, ſed ipſe pater tenetur ſoluere uti principalis,et per conſequens non poteſt gaudere beneficio, et fauore auth. præſente.C.de fideiuſ.et §.non ſolum.et §.ſi quis igitur in auth.de fideiuſſor.quo pater ante principalem conueniri non poſsit,ut eſt tex. ſingularis in l.3.§. ſed utrum, et ibi Bal.ff.de minorib.et ita per illum tex.tenet Barb. in c.peruenit de fideiuſſor.nu.7.et in l.ſtipulationum, la 2.§.ſatis acceptio col.5.ff.de uerb.obli. Steph.Aufred. in add.ad deciſiones capellæ Tholoſanæ in deciſi. 196. Boer.deciſi.221.nu.6.et 14.et opinionem iſtam firmat etiam,et aſſeuerat eſſe communem poſt alios iam relatos Doct. Pirrhus Englebermeus in l. 2. de decurionibus lib.10.

Peculium quaſi Caſtrenſe dicitur propriè illud, quod Aduocati Clerici,et Magiſtri liberalium artium de publico acquirunt.l.fi.C.de inoff.teſtam.unde ſi aduocati prædicti non ex publico, ſed à priuatis perſonis ueluti clientulis aliquid recipiant pro eorũ laboribus, et ſtipẽdio,adhuc dr̃ eſſe quaſi caſtrenſe peculium, ſecundũ gl. in §.1.inſti.per quas perſo.nob.acqui.quã ſequuntur Faber,Aret.Chriſtoph. et alij communiter inibi,Cy.Bar. Bal.Ang.Sali.et omnes in l.fori.C. de aduocatis diuerſorum iudiciorũ,hoc idem tenet Bal.et Iaſ.in d.l. fin.et Bar.in l.fi.per illum tex.C.de ſilent.li.12. licet Speculator,& malè ſuadere conetur contrariũ in §.1. in titu. de actore,tamen quicquid ipſe dicat noli recedere à cõi opinione in iudicando,et conſulendo,et probatur iſthęc communis ex deciſione tex. in l.fori, ubi text. appellat quaſi caſtrenſe nedum quod ex profeſsione ſeu ſalarijs acquiritur,imò quicquid eius occaſione quæritur, et ſic priuatim,corroboratur ſecundo loco per mentionatos Doct.quia aſſeſſores non recipiũt ſalarium de publico. c.ſtatutum,§.pen.de reſcri.lib.6. et nihilominus habent quaſi caſtrenſe peculium.l.uelut.C.de aſſeſſori.et quatenus ſuperius docuimus quod perceptũ ex fructibus beneficiorum per Clericos dicitur quaſi caſtrẽſe peculiũ, dic ꝙ clerici beneficia,et eorum fructus, ex publico nõ percipiunt,ſed proculdubio in eis dicũtur habere quaſi caſtrenſe peculium.l.ſacroſanctæ.C. de epiſco. et cleri. unde pater percipiendo fructus dictorum beneficiorũ tenetur ad reſtitutionem eorũ ſi extant,ſi uero non extent cogitur ad precium eorundem fructuum, ut per Abb.et Cardi.Zabar.in c.quia nos de teſtam. cum alijs plenius deductis per Affl et.deciſ.341.col.1.

SVMMARIVM.

1 *Nunquid error iuris præſcriptionem triginta uel quadraginta annorum impediat.*

2 *An uerò nihil impediat.*

3 *Quod iuſtius uidetur,ut ei nihil noceat.*

4 *Præſertim ſi præſcribens tractet de damno uitando, de lucro uerò captando minor uel eccleſia.*

5 *Quod in muliere,ruſtico, minore & milite procedit.*

6 *Et ubi præſcriptio in ſe naturalem habet æquitatem.*

1 PRAESCRIPTIONEM triginta,uel quadraginta annorum error iuris impedit ſecundum glo. iuncto tex.in c. Apoſtolicæ de dona.quam ſequitur Abb. conſi.34.col. 2.uol.1.et conſi.19.col.11.uol.1. Pau.de Caſt.70.col.fi. et conſi.429.uol.1.Arch.conſi.ultimo colu.pen.in quo conſilio ſubſcripſit ſe Cardi.ut ibi clarè conſtat,et huiuſcemodi opinionem fatetur eſſe cõem Feli. in c.de quarta,col.8.de præſcri.quem ſequitur,refertq; Curt.Iunior conſi.ultimo colu.3.et eandem ſententiam tenet Alex. conſi.73.col.fi.uol.2.et conſi.46. in ſecundo dubio lib. 3.Soci.conſi.29.col.7.li.1.& Bellamera conſi.7.col.pe. & conſi.10.colu.9. In contrariam uero partem ꝙ error 2 iuris non impediat præſcriptionem longiſsimi temporis inclinauit titubanter Pau.de Caſt. conſi.406. col.3. uol.1.conſ.3.circa finẽ conſi.44.col.11 et conſi.81.col. 4.uol.2.idem tenet Bal.conſ.221.circa fin.lib.1.et conſi.52.in fi.lib.5.Rom.conſi.123.col.3. idemque uidetur uelle Abb.conſi.37.in 3.dubio lib.1. idem ſentit Calca. conſi.68.col.2.Rota Romana in deciſio.310.nota ꝙ ex minus in antiquis Calderi.conſi.2.uol.2.in tit.de conſtitu.Feder.de Senis conſi.247.Guido Papæ in q.159. ubi ait ꝙ Prælati alienatio abſq; capituli conſenſu præbet iuſtam præſcribendi anſam, idem concludit. & ſequitur Ripa in l.1.col.3 ff.quorum bonorum,et Craue. conſi.166.num.13. in quibus locis ambo aſſerunt ꝙ ſpurius hæreditatem paternam præſcribit triginta annorũ curriculo,licet in iure erret, credẽs ſe capacem eſſe cũ non ſit,poſt Bald.in l.nullo.C. de rei uendica.et ꝙ iuris error non impediat longiſsimi temporis præſcriptionẽ, tenet Imo.in l.nunquam.ff.de uſucap.Soci.conſi.33.colu.3.uol.4. nonnulliq; alij relati per Feli. in præcitato. c.de quarta, colu.11.et hanc opinionẽ fatetur audacter eſſe communem Alexandrinus conſi.75.col.2. et conſi. 254.circa fin.quamuis dictos Doct. omnes non referat. retenta itaque iſta ultima opinione negatiua tanquam 3 frequentiori calculo approbata, et magis iuri et æquitati conſona, dic procedere in multis caſibus, præſertimq; quando præſcribens tractaret de damno uitando, 4 et Eccleſia,uel minor de lucro captando,túc error iuris nullo pacto uideretur obeſſe præſcribenti, ut in l.a 2.in fi.et l.error.C.de iuris,et facti igno. facit tex.in l.qui teſtamento in fi.ff.de excuſa.tuto. ubi ſententiæ inualidæ error,quæ putabatur ualere,excuſat à damno. et abſque

dul io

5 dubio iſte caſus procedere uidetur in minore, muliere, milite, & ruſtico, in quibus magis tolleratur error iuris quando agitur de damno uitando, per ea quæ habentur per Moder. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdi. omnium iudi. & in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. procedit ſimiliter
6 dicta communis, quando præſcriptio habet in ſe naturalem æquitatem, hoc caſu iuris error nõ nocceret, puta ſi quis præſcriberet relicta ſibi in teſtamento minus ſolemni, & ita in hoc caſu tenet Bald. conſ. 179. circa fi. uolu. 4.

Iudex per dictam clement. paſtoralis, et idem tenet
Soci. conſilio 164. uiſa bulla Bonifacij col. antepenul-
ti. uolumi. 2. Ant. et Ioan. de Imo. in d. clement. pa-
ſtoralis, et Bartholo. Soci. conſilio 7. numero 14. poſi-
to, ac inſerto inter conſi. feudalia Alber. Bruni, et Cur-
tius Iuni. conſilio 70 numero 21. et iſtam concluſionem
16 ita et aliter ampliatam limitat in 19. caſibus Iaſ. in d. l.
nec quicquam, num. 23. eandem regulam limitat in alijs
19. modis Fran. Niconicus in c. quoniam contra falſum
de probatio. in uer. citationes numero 54. uſq; ad num.
97. eandemmet regulam limitat Ant. Nicel. 115. modis
in concordantijs gl. concord. 52. nu. 224. uſq; ad n. 271.
et in repetitio. c. teſtium, et in c. 2. de teſti.

Sententia Principis abſque citatione non ualet de iu
re Canonico tex. eſt in clemen. paſtoralis in uer. cæterũ
de re iudicata, quia citatio ipſa à iure naturali prouenit,
et eſt uera ſpecies defenſionis, itaq; nullo pacto et per
Principem ea omitti poteſt, ut per Abb. in cap. 1. de cã
poſſeſ. et proprieta. Coru. in cap. cũ olim de re iudi. Are
ti. conſi. 165. ſicut Ioan. Soci. conſi. ſuo incipien. ſæpe nu
mero, quod eſt poſitum inter conſilia Franc. de Cur. et è
20. io ordine, col. 9. et ſequen. ubi uult poſt alios relatos
per eum ſententiam declaratoriam nõ adhibita citatio

ne eſſe nullam,& huiuſmodi opinionem ſequitur etiam tanquam communem Maranta in trac.de iudi.in 7.par. princi.nume.3.& Soci.conſi.12.colu.2.uolu.1. & Sebaſtia. Vantius in tractatu de nullita.in tit.quis poſsit dicere,&c.& Fortunius in l.Gallus.§.&q.d,col.137. Iſta uerò cõmunis limitatur non procedere de iure Ciuili l.fi. C.de legibus,ubi apparet ſententiam Principis abſq; citatione ualere,& notat Roma.conſi. 349.in ſecundo dubio circa fi.allegans l.Lucius,ff.de euictio.& l. ſi itẽ uerberatũ,ff.de rei uendi.& ideò Alexan.conſi.87.uiſis codicillis.col.9.li.2.dicit quod quando apparet Principẽ omnino uoluiſſe alicui præiudicare,non oportet citare illum, ex quo actus eo inuito poterat expediri quod ẽt tenet Roma.conſi.282.quoad primum,& Moder.Canoniſtæ in d.c.cum olim,col.5.ſequitur etiam Deci. conſi. 391.in cauſa,num.6.& 8.& conſi.269.conſultus ab illuſtri,col.fin.& Soci.conſi.4.lib.3. nume. 14 .confirmatur prædicta concluſio:nam Princeps de abſoluta poteſtate põt procedere etiam parte nõ citata ſecundũ Io. An. in additio.Specu.in tit.de ſenten.§.iuſta. uer. eſt etiam nulla,& in cap.1.de cauſa poſſeſsio.& proprier.& in c. inter quatuor,ubi Inn.Imo.& Abb.de maiori.& obedi. cum alijs cumulatis per Ale.in l. de unoquoque. ff.de re iudic.col.penulti.& per Soci.in d.conſi. 20. col.3.& cõſi.21.col.10.& per Fely.in d.c.cũ olim,col. 10.& ſeq.& licet ibi uideatur concludere quod proceſſus factus ẽt de plenitudine poteſtatis contra nõ citatum non ualeat, tamen in uerſi.recipiunt iſta,concludit,& tenet ualere in caſibus,in quibus poteſt omitti citatio,qui ponunt p Alexand.in d.l.de unoquoque,& per Maria.Soci.in tractã.de citatio.ſol.24. & opinionẽ iſtam quod princeps de plenitudine poteſtatis poſsit ꝓcedere,& facere actũ ualidum abſq; partis citatione,firmauit quoq; per plura argumenta,& rationes diſputando Marſi.in repetitio.l. de unoquoque nu.12.uſque ad nume.23.ego uerò concludo poſſe à Principe citationem tolli,quæ iure humano poſt concluſionem cauſæ neceſſaria eſt ad ſententiã pronunciandam,in iſto quippe primo caſu nulla eſt allegãda deſenſio,& ideo potius ea citatio eſt iuris poſitiui, & humani,quàm naturalis,quemadmodum in ſpecie tradit elegantiſsime Afflict.in deciſio. 283. & Maranta in tract.iudiciorum in ſexta parte,numero 10.ſol. paruo , 507.ubi explicant quod omnes ſententiæ ſacri concilij Neapolitani proferũtur poſt concluſionẽ ipſam in cauſa abſque citatione,& tenẽt tanquã latæ ſub nomine Regis,& principis.ſecundo caſu ſimiliter conſtat Principẽ poſſe tollere citationem in his actibus , quos ipſe agere poteſt libere abſq; iniuria etiam ſine caſu , et in alterius præiudicium.Nec enim citatio tunc impedire põt liberam uoluntatem Principis,quod expreſsè tenuerunt Soci.conſi.164.uol.2.et alij,quos refert,ſequiturq; Craue. conſi.5.col. 11.

Sequeſtrum abſq; conſenſu utriuſq; partis poſitũ penes aliquem mercatorem nõ priuat poſſeſſorem poſſeſſione præcipueq; ſi per iudicem incompetentem appoſitum fuit,tunc iuxta communem opinionẽ omnium ſcribentium,quam ſequitur,et declarat Fel. et alij ibi in ca. illud col.17.de præſcrip.Caſſaneus conſ.48.per totũ,et nouiſsime Gome.in regula cãcella.in reg.de annali poſſeſſore,q.6. ante fin.

Sequeſtrum regulariter tollitur per ſatiſdationem l. fi.C.de ordi.cogni.et ſecundum Cynum, et cõmuniter Doct.in l 1.C.de prohi.ſequeſt.pecu.dũmodo in ſatiſdatione promittatur de reſtituendo ſine procraſtinatione ſecundũ Bart.in l. litibus,C.de agri. et cenſi.niſi in caſu clemẽti.1 .de ſequeſtra.poſſeſs.in quibuſdam alijs caſib. de quibus per Pan.in c. 2.ext.eo.col. 4.itẽ contumacia , uel abſentia impetrantis ſequeſtrum non curantis litem proſequi l.ſi oleum,ff.de dolo,ſimiliterq; nota quod multi ſũt caſus in quibus ſequeſtratio fieri permittiť, de quibus per glo.in c.dilectus extra.de ſequ.poſſe. & fruct.& per Bal.in l.fideiuſ.§.fin.ff.qui ſatiſd.cogan.& in l.2.C. de prohi.ſeque.pec. & per Abb.in d.c. dilectus,& licet ad cõceſsionem ſequeſtri exigatur,ſummaria cognitio, nõ tantũ citatio partis , uel alius ordo iudiciarius propter ſuſpicionẽ fugæ,& exportationis rei, ut per Bal.in præcitato.§.fin.& Panor.in d.c.2.circa fin.

Sodomæ delictum uidetur contra ipſam naturam naturantẽ,quę eſt Deus,& contra naturam naturantem naturatam,quæ eſt cœlum, & contra naturam naturatam, & eius generationem,quæ eſt homo,& propter huiuſcemodi delictum,ac peccatum & fames peſtilentiæ,& terræmotus fiunt:& Sodomitæ tenẽtur pœna ultimi ſupplicij,id eſt,mortis, ut habetur in auth. ut non luxurientur contra natu.& in l.cum uir nubit in fœminã,C.de adulter.& §.item lex Iulia inſtitu.de adul.& Deus optimus maximus licet ſit miſericors,& ipſa pietas,ac miſericordia,pro tali tamen delicto atrociſsimo fecerit funditus ſubuerti Sodomam,& Gomorram, & alia de quibus in teſtamẽto ueteri ſacræ ſcripturæ, ex quo proprie loquẽdo tam Sodomia quàm peccatum contra naturam dicitur ſiue fiat cum maſculo,ſiue cũ ſœmina, ut inquit Deci.in l.ſi qua mulier,nu. 9.C.de ſecun.nup. & idem Dec. ibidem in fi.ubi reprobat Soc.qui uoluit ſolum propriè dici Sodomiam,quãdo fit cum maſculo,et ſi fiat cum fœmina dici pollutionẽ extraordinariam,quæ quidem opinio Deci.quicquid dicat Soci.uidetur uerior,et communior quod propriè loquẽdo Sodomia dicatur,et eam late probat Hierony. Pau. in prac.Cancellariæ,ſol.40.et pari modo punitur ſiue cum maſculo,ſiue cum fœmina fiat,ut uoluit Card.in clemẽ.1.q.13.de cõſang. et affini. Cotta lib.memoralium in uer.pedicones,Afflict.in conſti.regni.li.3.rub.42.et probať in c.uſus 32.q.7. ubi maſculis,et in fœminis,et in c. adulterij malum ead. cauſa, et q.licet et male Alcia.lib.10.Parerg.c.11.aſſeuerit cõtrariũ,et his acceddit utiliter , quod Sodomitarũ bona cõfiſcantur , et ipſi fiunt infames,et teſtari non poſſunt, ut latè conſuluit Anaſtaſius Platus conſi.fin. uol.1.inter conſ.Barbaciæ,et nouiſsimè Nicolaus Bello.conſi.69. circa teſtamentum,col.5.Deci. in d. l.ſi qua mulier,nu. 7.Bal.in Auth.inceſtas.C. de inceſtis nupt. et Cot.in li. memoralium,in uer.pedicones.

S V M M A R I V M.

1 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus.*
2 *Spoliatus reſtitui debet uſque ad minimum quadrantẽ etiamſi iniuſtiſsime poſsideret.*
3.4 *Spoliatus eſt reſtituendus,etiam ſi non probet uim & uiolentiam. Nec poteſt clãdeſtinus poſſeſſor excipere de ſuo domino, num. 4.*
5.6 *Spoliatus non ſolũ ad rem, ſed etiam ad fructus eſt reſtituendus.Imo etiã ad expenſas,damna & intereſſe, num. 6.*
7 *Fallit ſupradicta regula in exceptione reſeruationis Papalis ſpecialis uel generalis.*

1 Spoliatus ſua poſſeſsione,uel in ea turbatus ante omnia eſt reſtituẽdus , et manutenendus, l. ſi quis à ſe fundum.C.ad l. Iuliam de ui publi.et c.reintegrãda 3.q.1. lex.ex Doct.not.in l.naturaliter,§.nihil cõmune.ff.de acqui.poſſeſſ.et iſta eſt.uulgaris et cõmunis regula,quã quidem regulam amplia in tantum procedere,ut ſpoliatus
2 dẽat reſtitui uſq; ad minimum quadrantem etiam ſi iniuſtiſsimè poſsideret,c.ſollicitè de reſti.ſpolia.et ita tenet Bal.cõſ.135.uol.2.et conſ.139.nu.1.uol.3.et Cepo.cõſ. 29.nu.4.Ampliať ſecũdo iſta regula quod ſpoliatus intẽ-

tans

tans remedium d.c.reintegranda eſſet reſtituẽdus,dato
3 quod non probet uim,ac uiolentiam ſibi fuiſſe illatã, &
ſic ſufficit,quod ſola clãdeſtinitas interuenerit in ſpolio
facto:nam contra clandeſtinum poſſeſſorem poteſt agi
4 remedio recuperandæ,nec poſſet excipere clandeſtinus
poſſeſſor exceptionẽ ſui dominij,& per Imo.& Alex.in
d.§.nihil commune,ubi referunt idem ſentire Inno.Io.
And.& Ant.de Bu.r. quod quomodocũq; ſuis fuerit ſpo
liatus poteſt agere nõ obſtãte ſibi exceptione dominij.
& hanc opinionẽ late diſputat Soci.in d.§. nihil cõmu-
ne,ubi eam,nu.32. dicit uetiſsimam Fabius Corombo-
nus,& communem aſſerit Ripa,n.73. & in c.ſæpe de re
ſtitu.ſpoliat.contrarium uerò,& malè ſenſerunt Dynus
in regula qui ad agendum de reg.iuris in 6.Bal.in l.ſi q̃s
emptionis.§.ſed hoc ſuper illis. C.de præſcri.30.anno.
Ang.in l.nitia.C.de acqu.poſſeſsio.& Rom.in d.§.nihil
cõe,quicquid tamen iſti Doct. ſuadeant ob hoc non eſt
diſcedendum à prædicta cõmuni, quam approbant,tuẽ
tur pariter ac atteſtãtur ferè omnes Moder.in d.c.ſæpe,
& in d.§.nihil commune.Ampliatur tertio dicta regula
quod non ſolũ ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus ad
5 rẽ,ſeu poſſeſsionẽ ſpoliatã, uerũ ẽt ad fructus quos ſpo
liator percepit,ſeu pcipere potuit ex re ipſa, uel poſſeſ-
ſione,tex.eſt in c.grauis,& ibi Doc.not.de reſtit.ſpolia.
Rota deciſio.25.in rub.de reſti.ſpolia.in nouis,& Ripa
in d.§.nihil cõe,nu.48.& non ſolum ad poſſeſsionem,
& fructus ipſos,ſed etiã ad expenſas,damna & intereſſe
6 paſſa per ſpoliatũ debet ſpoliatus in primis, & ante oĩa
reſtitui.c.accedens el 2.& ibi Abb.Panor.in pen.not.&
in d.c.grauis,ubi Doct.& Ripa in d.§.nihil cõe,nu.50.
iſtam regulam ita declaratã fallit non procedere in ex-
ceptiõe reſeruationis Papalis ſpecialis,uel generalis:nã
agenti ſpolio ſeu remedio d.c.reintegranda,obſtat dicta
7 exceptio reſeruatione Papalis in beneficialib.& oppo-
ſita concernit defectum proprietatis,& poſſeſsionis,ut
firmat Rota deci. 56.& 371.in antiquis,Beraigneus de
ciſ.4.de reſtit.ſpoli.Doct.in d.§.nihil cõmune, & Bald.
nouellus in ſua pract. crim.in tub.uulgaris eſt regula &
c.nu.41.fo.563. & ita ſe habet cõmunis opinio,& pra-
ctica obſeruat.ut meminit,& teſtat Gomel.in reg.Can.
in reg.de triẽnali poſſeſſ.q. 35. Eneas de Falcon.in tra.
de reſerua.in 4.q.prin. 2.effectu,& 41. Aug. Beroins q.
80.Ripa in d.§.nihil cõmune,Caſſadorus deciſi. 1.in ti.
de reſt.ſpoliat.& Soc.in l.rẽ quæ nobis.ff.de acqui.poſ.
nu.19.quam cõem ſententiam intellige uerã eſſe,ſi ſpo
liatio eẽt facta ante litẽ motã,ut cõſtat in præcitata de
ciſi.56.ſimiliterq; eam intellige procedere,quãdo reſer
uatio eſſet facta ad beneficium uacaturũ, ſecus ſi ad ua-
cantẽ,ut per Caſſãd.deciſi.1.de reſtit.ſpol.aliàs uero de
clarationes & limitationes ad dictã reg.ca. reintegrãda
circiter.50.Ponit Iaco.Nouellus Venetus in præcitata
prac.cri.8.uerò limitatiões refert Fabius Corõbo.in d.
§.nihil cõe,n.32.cum alijs ſeq.& 33. limitationes ponit
Bal. nouellus Peruſinus ibi,nu.46.uſq; ad finem.

Remedium c.reintegranda 3.q.1.diſponẽs quod ſpo
liato ſeu deiecto à ſua poſſeſsiõe fiat reintegratio ipſius
poſſeſsionis,ante omnia competit nedum poſſeſſori,ſed
etiam conductori,& mandatario,ſecũdum Specu. in ti.
de poſſeſſo.& petit.§ 1.uerſi.ſed nunquid depoſitarius.
ubi etiam Ioã.An.& Soci.conſi.17.nu.15.uolu. 3.ſimili
terq; competit commodatario,depoſitario,& ſimilibus
ſecundũ omnes Doct.in l.naturaliter,§.nihil commune,
ff.de acquiren.poſſeſ.& Soc.in l.rem quæ nobis,num.6.
eod,titu.& ibi Ripa,num. 21.ait hanc eſſe communem
opinionem.

Remedium c.reintegranda.3.q.1.exploratum eſt eſſe
pleniſsimum remedium,& magis generale, ac utile in-
ter alia remedia poſſeſſoria, concurritq; cũ omnib.alijs
remedijs ſecundum Doct.in l.naturaliter, §. nihil cõmu
ne,ff.de acquiren.poſſ.& Lanfran.de Oriano in repetit.
rub.col.3.in tertia concluſiõne de cauſa poſſeſsio.& pro
prie.& datur illud remedium non ſolum clericis pro re
bus eccleſiæ,ſeu proprijs,uerum etiam conceditur pro-
rebus Laicorum generaliter,ſiue mobilibus ſiue immo-
bilibus,ſecundum doctrinam Ant.in c.cũ ad ſedem,ext.
de reſtitu.ſpoliato.communiter approbatam,ut atteſtat
ea ſequendo Ioan.de Imo.Alexan.col. 5. & Soci.nu.4.
in l.rem quæ nobis.ff de acqui.poſſeſsi.& idem Ale. cõ
ſi.94.col.fin.uol.5.& Maranta in tract.iudicio.in 4.par.
prin.in 7.Diſtinctio.nu.50. ubi dicit quod illa eſt cõmu
nis opinio,& obſeruatur in practica. Ampliat hoc ſcili
cet,quod d.ca.reintegranda datur, ac conceditur etiam
pro feudis & iuribus incorporalibus, & bonis etiam ſta
bilibus ſecũ.Bar.in l.3.§.unde vi.ff de vi & vi arma. An
to.de Bu.in capitulo cum Eccleſia ſutrina,numer.38.u-
bi etiam Abb.de cauſa proprieta.& poſſeſsio. Iaſ. cõſi.
172.uol.4.Soci.in d. l.rẽ quæ nobis in 5.q.& Ripa in d.
cap.cum Eccleſia,numer.101.& iſta eſt communis opi
nio teſte eodem Ripa in c. ſæpe nu. 52. de cauſa poſſeſ-
ſio.& proprie.Soci.& Iaſ.nume. decimo nono in d.l.rẽ
quæ nobis.

Spoliatus quãdocunq; poteſt petere ſeu agere ad re
ſtitutionem ſibi faciendam,cùm remedium c. reintegrã
da,3.quæſti.prima,ſit perpetuum,ut ſuadent omnes Ca
noniſtæ communiter in ca.ſollicitẽ,de reſtitutio.ſpoli.
Soc.in l.rem quæ nobis.8.q.ff.de acquir.poſſeſ.& Caſſa
dorus deciſio.6.in titu.de reſtitu.ſpolia. in prin.ubi aſſe
uerant hanc eſſe communem opinionem.Sed Claudius
de Seyſſe.in d.l. rem quæ nobis col. fin.Maranta in trac.
de iudicijs in 4.parte 7.diſtinctiõ.nume.40. Bertrandus
cõſ.247. Gratus conſi.70.uolu.2.nu.18.Deci.conſ.302.
col.fin.nu.24.& Ant.Galleſius in tract.de exercitatione
iuris peritorum lib.3. num.56. audacter affirmant con-
trariam opinionem uidelicet quod remediũ d.c.reinte-
granda præſcribatur 30.annorum curriculo, eſſe magis
communem, in iſto uero conflictu opinionem ſequor
primam partem omiſſo omni multiloquio,quam quidẽ
tanquam ueriorem tenuit maior pars Dominorum De
Rota,ut recenſuit Caſſadorus in præcitata decil.6.n.1.
* eamq; ſequebatur D.Raynaldus Rodulphus Peruſinus
Præceptor meus in Gymnaſio peruſino,uiuis, & ueriſſi
mis rationibus interpretans l.naturaliter.§.nihil cõmu
ne,ff.de acqui. poſſeſsio.

Remedium c.reintegrãda.3.q.1. non conceditur,nec
datur contra bonæfidei poſſeſſorẽ cum titulo,uerbi gra
tia quando poſſeſsio nullo modo eſt uitioſa,nec poſſeſ-
ſor habet cauſam ab authore uitioſo,ut uoluit Bar.in l.
rem quæ nobis.ff.de acqui.poſſe.& Soci.poſt alios quã
plures ibi per eum cõgeſtos.nu.2.& iſtam opinionem
cõem eſſe aſſerit Gozadi.conſi.28. Pariſi.conſ. 1.uol.1.
& cõſi.28.uol.2.& Soci.Iuni.conſi.47.& ſeq.nu.1.cõtra
ria uerò ſententia uidetur magis cõmunis,& practicabi-
lis,ut per Alex.Iaſ.& Ripa in d.l.rẽ quæ nobis decil.477
col.ſi.& cõſ.152.co.3.Io.de Amicia cõſ.97.col.2.Boer.
deciſio.239. Maranta in tract. de iudicijs in 4.parte 7
diſti.nu.50.Afflic.deciſio.361.col.pen. & Caſſadorum
ĩn deciſio.7.de reſtitu.ſpoliato.& ita conſuluit Ruynus
cõſ.46.nu.6.uolu.1.uidelicet quod ſpoliatus debeat re
ſtitui ẽt cõtra titulo,& bona fide poſsidentem,quã opi
nionẽ ſequit quoq; Ioã. Bapti. Plotius poſt alios quã
plures relatos per eum in repe.l.ſi quis C.unde ui.nu.65.
poſt mediũ,& ita iudicauit ſacrum Concilium Neapoli
tanum,ut refert Afflict.in allegata deciſio.361.nu.33.et
iſtam partem tanquam uerisſimã amplector,ex quo de
ciſiones ſacri Cõcilij Neapolitani, quæ ſub nomine Re
gis proferuntur hodie in regno ſuccedunt in caſibus du
bijs loco Imperialis interpretatiõis, de qua in l.ſi.C.de
legibus,ut per Afflict.deciſio.169.col.fin.in fin.& iſtam
ultimam opinionem ſequitur quoq; Maranta in tra. de
iudi.in 4.par.in prin.in 7.diſtin.nu.50.poſt mediũ,ubi

refert quod iſta eſt ueritas, & magis communis opinio, & Ruynus conſi.44.nu.1.uol.4.

Canon reintegranda,3.q.1. ioducit nouum remediũ poſſeſſoriũ & ſic prouidet de nouo remedio competente, etiam ubi alia remedia deficiebãt, io tantũ quod pinguius prouidet, ac ſubuenit quam l.ſi coloni.C.de agrico.& cenſi.lib.2. quæ prouidet, quando res fuit nitio affecta.& d.c.reintegrãda loquitur generaliter etiã ubi res nõ fuit oitio affecta, nec poſſeſsio fuit aliquo tẽpore uitioſè quæſita, & per conſequẽs ille Cano prouidet ſpoliatis, & eiectis de poſſeſsione ioiuſtè quomodocũq; & qualitercunq;, ideo non ab re concludunt Docto. quod ille Canon ioducat nouum remedium, aliàs non competens, & præcipuè Archidia.in d.c.reintegranda, glo.Hoſtien.Ioan.And.Calderi.Ioan.de Ligna.& omnes in ca. ad ſedẽ extr.de reſti.Spoliato.ubi Pan. dicit hoc in practica obſeruari quotidiè, & ita ſe conſuluiſſe, & iſta eſt communis opinio teſte Soci.io d.l. rem quæ nobis, n.3. & Moder.io c.ſæpe de reſti.ſpol.& hoc idem uoluit Lapus in allegat.52.ubi ait ita ſemper ſe obſeruaſſe, & practicaſſe, & Corneus Peruſinus conſi. 329.nu.29.uolum.2.ubi aſſeuerat, ac recitat hanc eſſe communem opinionem, & deduximus latè ſuprà, & idem Cornc.conſi.56. num.18.uolu.2.

Poſſeſſorio recuperãdo agens debet narrare, & producere in libello ſe poſſediſſe, ac propter iniuſtas cãs cecidiſſe a poſſeſsione, & per illum contra quem agitur res poſsideri deniq; concludere, ſe deberi reintegrari ad ſuam poſſeſsionem, ſeu aduerſarium ſuum cõdemnari ad reſtitutionem poſſeſsionis, ut per Innocen. in cap. querelam de electio.in c.ad ſedem, & in c. ſæpe de reſtitutio.ſpolia.cum quo ibi omnes communiter ſentiũt, & non immeritò Doct.hoc tenuerũt, nam intentaos remedium.c.reintegranda.3.q.1. ſufficit probare antiquiorẽ poſſeſsionem, quæ poſtea ad ſuum aduerſariũ reũ conuẽtum ſine eius facto peruenerit, & tunc probata antiquiori poſſeſsione dicitur ſpoliatio re ipſa probata, & præſumitur nouus poſſeſſor clãdeſtinus, & ionaſor, adeo quòd poteſt condemnari ad relaxandum dictam poſſeſsionẽ ſecundum Bald in l.penul.col.fina.C.ſi à non competẽ. Iudice.Innocen.& Doct.io d.c.ſæpe, Lapum in allegat. 52.incip.lætatus ſum, Abb.in d.c.ad ſedem, & in c.ſi diligenti, col.4.de præſcrip.Afflict.deciſio. 327.& 363.n. 3.& Alciat.in tract.de præſumptio.reg.2.præſum.21.& iſta eſt communis opinio teſte Curtio Iuni.cõſi.165.n. 5.& Alcia.in d.præſump.21. nec ab re ut ſuperius deduximus, libellãs ſuper poſſeſſorio in libello debet ponere ſe cecidiſſe à ſua poſſeſsione ob iniuſtã cauſam, quoniã remedium d. c. reintegranda non conceditur amittentibus poſſeſsionem culpa, negligentia, uel iuſta cauſa, ut tenent Doct.communiter in d.c. ad ſedem, & alij relati per Soci.in l.rem quæ nobis, numer. 8.ff.de acquirend. poſſeſsio.ubi aſsignant tria exempla, in quibus iſta communis uerificari poſsit, & dictam communem atteſtatur Ripa in d.c.ſæpe.nu.17.Alex.conſi.6.uolum.3.Abb. & alijs in c.accedens ut litẽ oon conteſt. Sed eccleſijs, minoribus, & abſentibus, qui eorum oegligentia ceciderunt à poſſeſsione, competit pro recuperanda poſſeſsione, amiſſa eorum oegligentia officium iudicis ſecundũ Hoſt.& alios communiter in d.capit.accedens, Soci.d. c.rem quæ nobis, nu.9.& Alex.conſi.92. col.3. uol.1.

Spoliatus non teoetur reſpondere io cauſis criminalibus contra ipſum motis ante reſtitutionem ſibi factam, c.1. 3.q.1.quoniam exceptio ſpoliationis impedit litis ingreſsũ, cũ debeat ſpoliatus ante omnia reſtitui l. ſi qs à ſe fundum.C.ad l.Iuliam, de ui.pub.& ibi gl.& in c.1. de reſtitu.ſpolia.& dicit Ange.in l.ſi maritus, ff.de donatio.inter uir.& uxo.quod ſpoliatus omnibus bonis ſuis, uel maiori parte à tertio, tunc à nemine inquietari põt neque ciuiliter, neque criminaliter niſi prius & ante omnia reſtituatur, ut ſuprà docuimus, & Barto.in l.naturaliter, §.nihil commune ait dictam exceptionem eſſe dilatoriam, ideoq; impedire debet litem cõteſtari, quem ſequũtur omoes Doctores ibi, ff. de acquiren. poſſeſsion. Ange.in §.æquè in 39.exceptio.inſtitu.de actio.& Francus in cap.1.in Fallen.55.de lit. conteſt.lib.6.Sed huiuſmodi exceptio ſpoliationis non poteſt oppooi poſt litẽ conteſtatam ſecundum Bar.in d. §. nihil commune quẽ omnes ibi commuoiter ſequuntur, ut referunt Moder. ibi licet nonnulli ſenſerint cõtrarium relati per præcitatos Moder.& per Fulgoſi.in d.§.nihil cõmune. Amplia præfatam concluſionem ita declaratam, ut habeat locũ non ſolum ſi ſpoliatus trahatur in cauſam criminalẽ per uiam accuſationis, ſed etiam per uiam inquiſitionis, ſecundum Gemi.in c.frequens, de reſtitu.ſpo.lib.6.cuius opinionem atteſtatur eſſe cõmunem poſt alios per eum relatos, Ripa in d.§. nihil commune, nu. 55.

Statutum diſponẽs, quod qui non petierit creditum ſuum a debitore intra tale tempus, ut puta intra decennium, amplius petere non poſsit, ualet & tenet ſecundũ Bar.in l.ſequitur, §.ſi uiam, n.4.ff.de uſucapio. & in l.cũ notiſsimi in prin.C.de præſcript.30.uel 40. annorum in l.ambitioſa, nu.14.ff.de decretis ab ordi.facien.io l.legatu.ff.de liberatio.lega.in l.cum mulier, ff.ſol.matri.& in l.nemo poteſt nume.22.ff.de leg.1. ubi concludit io fortioribus terminis, quod in tantum uerum eſt de ualiditate præfati ſtatuti, quod non poteſt pacto renunciari, ut potè, quia eſt introductum in fauorem publicum, & in odium negligentis, & iſtam Barto.ſententiam ſequitur Iaſ.in prin.Inſti.de actio.nu.100.In cõtrariam uero partem inclinauit ipſemet Bar.reuocando ſententiam, iudiciumq; in melius, in rep.l.omnes populi, nu. 24.ff.de iuſti.& iure, quod dictum Statutum noo ualeat tanquam nutritiuum peccati, cui opinioni inhæret Imo.in d. §.ſi uiam, ubi concludit ueriorem eſſe opinionẽ Bar. in d.l. omnes populi. & idem Imo.aſſerit eam eſſe cõmunem, conſi.16.ou.1.& in conſi.46.nu.2. Afflict.in conſtitutui. Neapolitanis lib.3.rub.31.ou.4.Bertr.conſili.84. nu.5. uolu.2.Crotus in d.l.nemo poteſt, col.30.& ibi Ripa n. 216.Alciat.iu l.quinque pedum.col.6.C.finium regun. Thom.Ferra.poſt alios quàplures cõgeſtos ibi per eũ in cautela 38.nu.2.Franciſcus Balbus in tract. de præſcri. in 2.parte.3.parte princi.q.13.& ſeq.Gomeſi.in prin.Inſtitu.de actio.numero.67.Gozadi. conſi.56.nume.33.& nouiſsimè Ant.Galleſius in trac.de formulis Cameralis obligat.ſuper formu.Came.obliga.3.quæſtioois, nu.21. fol.123.licet dicat ibi prædictum Statutum non ſeruari in urbe Romæ, et ſic ex allegatis mihi exequendam fore conſtitui opinionem communem, pro qua ſententia eſt textus in c.ſi uirgo, io verſi.ſi autem ſcierit, 34.q.2.& io c.ſi.cum ſimilibus de præſcrip. et dato quod præcitatũ Statutũ ualeret, nihilominus deberet interpretari, quãdo adeſſet bona fides in præſcribẽte, quia exiſtens in mala fide non præſcribit, et ſi dictum Statutũ permitteret expreſſe præſcriptionem cum mala fide, utique non ualeret ſecundum Ioan.And.Barto.Bal.Anch.Imo.et Ant. de Butr.in locis citatis à Franco, io c. poſſeſſor de regu. iur.io 6.ou.9.ubi refert Imo. dicentem hanc opinionẽ eſſe communem, licet Bar. in d.§.ſi uiam, aliud uoluerit, & male ſecundum Imo.ibi relatum à Franco, & Alexã. conſ.99.nu.9.& ſuprà latè deduximus.

Statutariæ præſcriptioni, & ſic inductæ à Statuto debitor renunciare nõ poteſt io merum odium creditoris negligentis petere debitum per ea, quæ ponſit Barto.& alij Doct.maximeq; Iaſ. & Crotus in l. nemo poteſt.ff. de le.1.& alij, quos citat Pariſius cõſi.92.nu.6.uol.3.& iſtam opinionem Bar.atteſtatur eſſe communem Bal.in trac.de præſcript.in 6.par.prin.q.6.Paul.de Caſt.in l.1. §.ſi uia, ff.de uſucap.& Pari.in ru.de præſcr.ou.32.poſt alios in dictis locis congeſtos per eos.In contrariã uerò

opinionem

opinionem inclinauit Dyn.Bal.Florian.Imo.Ioan.And. Ant.de But.& alij Doct.citati a Iaſ.in d.l.nemo poteſt, nu.83.& a Fel.in rub.de præſcrip.& a Pariſi.in præita-to conſi.91.num.43.uol.3.ubi citat Fabia.& Moder.atteſtantes hanc ſententiam eſſe communem. Sed tamen in tot iuris noſtri interpretum ſententijs quid concludendum? Ego caſu eueniente indubitanter tam in conſulendo, quàm in iudicando ſemper amplecterer primam opinionem Bar.tanquam ueriorem, communiorem, & frequentiorem. hæc tamen opinio Bar.ita retenta procederet, quando quis renunciaret præſcriptioni Statutariæ decurrere. Præſcriptioni uero iam decurſę utiq; renũciare quilibet poteſt, ut per Bar.& alios in d.l.nemo poteſt, & maximè per Crotum, num.113.in 6.Fallentia, & ponit Roma.conſi.201.numero 5.quia ad ius ſemel renunciatum iura redire non patiuntur.l.quæritur.§. ſi uenditor, ff.de ædi.edi.ponit Pariſ.conſi.69.numero uigeſimo, uolu.tertio.

Statutum imponens nouam pœnam in dubio propter impoſitionem hmõi pœnę uidetur proculdubio receſſum, præcipueque in dubio a pœna iuris communis, & duntaxat Statuti pœna attenditur, ut per Bald.in l.data opera, col.5.C.qui accuſa.& cætera, & in l.2.circa finẽ, C.de rebus creditis, & in l.qui ſepulchra propè ſi. de ſepul.uiola.ubi Sal.co.4.cum alijs late congeſtis per Marſil.in pract.crim.in §.quæritur, numero 5.& ſeq. hoc idẽ tenet, & firmat, & ita totus mundus, & practica obſeruat, ut aſſeuerant omnes Doctores paſſim, & in c.de cauſis de officio delegat. præſertimque Dec.ibi numero 85. & Alber.in tract.de ſtatu.in 8.q.primæ partis, licet Abb. in d.c.de cauſis aſſeueret contrarium, quem nonnihil taxant Moder.inibi, & iſta opinio uidetur magis communis teſte Marſil.in pract.crimin.in §.quæritur, numero 5.& 6.

Statutum unum ſi pro maleficio imponeret pœnam mille librarum, aliud uerò Statutum pro eodem maleficio imponeret pœnam quingentarum librarum tãtum, per hoc non cenſetur correctum aliud Statutum imponens mille librarum pœnam ſecundum Bar.eleganter in l.tertia.§.cum Titio, ff de adimen. lega. quem ſequitur Alex.in l.1.C.de bono.poſſe.contra tabu.Are. conſi.57, col.pen.Corne.conſi.172.colum.3.lib.4.Dec.in l.1.col.18.uerſi.ultimo non obſtat, ff.de offic.eius, & in l.1.col.3.C.de bono.poſſ.contra tabu.ubi ait quòd hoc procedit, licet uerba ſint geminata, q̃a adhuc per ea non inducitur correctio, ꝙ etiam uoluit idem Dec.conſi.281.in fine allegans Alexand.conſilio 130.colum. ſecunda libro 4.Sed contrarium, & male uidetur uelle idem Dec.conſilio 2.colum.penult. & quòd per dictionem taxatiuam non inducatur correctio iuris uoluit Roma.conſil.456. col.1. Dec.conſi.87.colum.ſi.Iaſ.in d.l.prima. C. de bono.poſſeſ.contra tabul.colum.ſi.ueruntamen contra iſtã partem arguit idem Iaſ.in d.l.prima.ff.de offi.eius.colũ. ſecunda, & in l.1.col.3.ff.ſi quis ius dicen. non obtempe. & in l.ſi conſtante, ff.ſolu.mat.col.15.uer.4.adde, ubi ait ꝙ imo induci debet correctio iuris, ex quo alias diſpoſitio taxatiua nihil operaretur, quia ſumitur argumetum a contrario ſenſu, & ad correctionem iuris communis, quando alias in ſenſu directo nihil operaretur, tandem audacter fatetur ipſe Iaſ.quòd in practica difficile eſſet obtinere contra Bar.ex quo non habemus contradicentem, & ſic iſta Bartoli opinio eſt cõmunis, ut per Doctores ſupra citatos.

Statutum ultimum debet diſtingui, & interpretari ſecundum Statutum antecedens, quum vnum Statutum declaretur per aliud, l.non eſt nouum, ff.de legi.l. ſi ſeruus plurium, §.finali, ff.de leg.1.Bar.in l.1.§.paruus. ff.quòd ui, aut clam, Pariſ.conſi.54.num.10.uol.2.nec præſumitur correctio antecedentis Statuti, quando non conſtet de mente ſtatuentium, uoluiſſe corrigere antecedẽs Statutum ſm Io.de Imo.in l.ſi uerò.§ de uiro.ff.ſol.ma.quẽ ſequitur Alex.conſi.107.nu.6.uol.5.& Iaſ.poſt gl.cõiter approbatam, & alios Doct.in l.ſciendum, ff. qui ſatiſda. cog.ubi Iaſ.nu.4.qui dicunt, ꝙ quãdo non conſtat de mẽte condentis legem nouam, ꝙ uoluerit corrigere legem antiquam, ꝙ lex noua tunc etiam generaliter loquens diſtingui, & intelligi debet per iura antiqua, allegãt iura, de quibus ibi per eos. Hinc Pari.conſi.44.nu.9.cum tribus ſeq.in terminis Statuti Bononienſis ſub rub.de præcep.facien.&c.ne illud contrarietur Statuto ſub rub. de cauſ. reductio. laudi.ad arbitrium, &c. Dixit alternatiuã uel in Statutis reſolui in copulatiuam, ne vnum Statutũ contrarietur alteri, prædictis accedunt aurea dicta per Barto.in tract.ad reprimen.in uer.non obſtantibus, ubi dicit quòd ſi Statutum præcedens, & ſubſequens eſſent omnino contraria, per ſecundum tollitur primum, ſi uero alia limitatione uel diſtinctione adiuuari, & concordari poſſunt, nunquam primum Statutum tollitur per ſecundum.

Statutum puniens in aliqua Ciuitate arma ferentem pœna centum, aliud Statutum puniens inſultantem aliquem eadẽ pœna centum, & aliud Statutum in eadẽ met Ciuitate puniens vulnerantẽ aliquem pœna centũ, quo intelligantur iſta tria ſtatuta, & interpretentur, dic ꝙ ſtãtibus dictis Statutis ſi euenerit caſus, ꝙ Titius vulnerauerit Meuium cum armis, non punitur pœna. 300. uidelicet pœna centum pro armis, pęna centum pro inſulto, & pœna centum pro vulnere. Sed punitur duntaxat pęna centum, & ſic una ſola pœna pro uulnere, quia portatio armorum, & inſultus confunditur, ut per gl.notabilem, & ſingularem in l.qui de crimine.C.de accu.quã ſequuntur omnes ſcrib.communiter ibi, ut de iſta communi atteſtat Iaffredus in deci.95.idem tenet Bar.in l. quemadmodum.§.illud.ff.ad legem Acq.& in l.inficiando.§.illud.ff.de fruct.circa ſi.Io.And.in add.Spe.in tit.de hom. ſuper rub.ubi uulgata eſt quęſtio, Bal.in l.quicũq; C. de ſeruis fug.col.1.in l.diuortio, col.2.ff.ſol.mat.& in l.aduerſus.in ſi.C.de furt.Anch.conſi.172.de titulis, &c. colum.per Gand. in tract. maleficiorum ſub rub.de pœnis reorum, col.19.uer.pone, inſuper &c. Ab.& alij in c.j.de pęnis, ext.& Alb.de Roſa.in tract.Statutorum, in 2.parte quęſt.29.

Statutum imponens pœnam uendentibus rem immobilem forenſibus, non excuſat aliquo pacto hæredem dãnatum a teſtatore in teſtamento uendere, quia ob præceptum teſtatoris de uẽdendo forẽſibus, non excuſandus eſt ipſe hæres a pęna pręfati ſtatu.l.Sena.ff.de leg.3.& ita tenẽt omnes ſcrib.cõiter in l.cætera.§.ſi.eo.tit.ut ibi Docto.de iſta cõmuni audacter teſtãtur, & Iaſ.in l.iuſtè poſſidet, nu.18.& ſeq.ff.de acqui. poſſ.

Statutum diſponens quod inuentus de nocte cum armis puniatur tanta pęna, tale Statutum intelligitur dũtaxat punire apprehenſos, non autem teſtib.conuictos, ut per Bar.col.7.Ang.Imo.Rom.& alios Doct.magis communiter in l.1.ff.de acq.poſſ.Marſi.in l.qui falſam monetam, num.33.ff.ad legem Corn.de falſis, in l.is qui cum telo, nu.45.C.ad l.Corn.de Sicarijs in ſua pract.crim. in §.pro complemento, nu.24.& in ſing.395.dubitarũt Doctores &c.in quibus quidem locis ipſe refert oẽs Doct. in contrariam ſententiam inclinantes, tamẽ opinio Bar. & ſequacium vr communis, ut atteſtatur Iaſ.& Ripa, nu.53.& ſeq.in d.l.1.& Soc.& Moder.in l.3.§.Neratius.ff. de acq.poſſ.& Ang.de Are.in trac.maleſi.in uer.dictus And. armatus, nu.7.Ampliat iſtud Statutum præcipiẽs, ꝙ nullus proficiſcatur de nocte ſine lumine, uel cum armis, ſub tali pęna, comprehendere ẽt fęminam ſm Cy.& & Bal.in l.quicunq;.C.de ſeruis fug.col.5.Marſi.in repetitio.l.unicæ, nu.266.C. de raptu uirgi.& Soc.nepos, conſi.2.nu.91.lib.1.& in conſi.3.nu.19.eo.li.idẽ uidemus in Statuto diſponente quòd nullus audiatur uolens ex-

ceptionem

ceptionem opponere,quòd pactum ſit nullum:iſtud Statutum comprehendit etiam fœminam,ut uoluit Bald.in l. in multis. ff. de ſtatu. hominum,quia Statutum loquitur in materia,quæ eſt par maribus & fœminis,in qua uiget eadem rõ.l.ſi. C.de ind. uid. tollen.idem uidemus in Statuto prohibẽte ueſtes,uel alia portare ſub aliqua pœna,tunc portans ueſtes prohibitas uigore prædicti Statuti,non incidit in pœnam,niſi apprehendatur cum reb.uetitis ſecundum Ang.in auth.de ſanct.Epiſ.§.reuerendiſſimis,coll.9.& iſta eſt communis opinio teſte Ant.Gomes.in l.45.nu.50.tau.

Statuta contra uenditorem etiam in pęnalibus cẽſentur facta,ac condita contra emptorem rõne correlationis,ubi eſt eadem rõ ſecundum Bar.& Doct.in l.1.C.de cipreſsis li.11.tex.eſt in l.ſi.ubi Iaſ.& ſcrib. omnes.C.de ind.uid.tollen.Euerardus in ſua centuria,nu.76.in loco a correlatiuis,& rõ præfati Statuti uř iſta, quia Statutũ puniens uenditorem,cenſetur punire etiam emptorem, eſto ꝙ in Statuto de emptore nullum uerbum factũ fuiſſet;& è conuerſo Statutum puniens emptorem bladorũ, uř punire ẽt uenditorem.eſto ꝙ de uenditore nulla mẽtio fuiſſet facta,qñ eſſet eadem rõ ſecundum Euerardum in pręallegato tract.de centum mod.argu.ubi aſſerit hãc eſſe communem opinionem, & Fabius de monte ſancti Sauini in tract. contentuum in 2.q.prin.circa ſi.& iſtam communem ſequitur, & tenet Ab.& omnes Canoniſtæ: in procemio decre.Bar.Ioan.de Platea,cæteriq; Legiſtę in d.l.1.C.de cipreſsis,Bar.Ang.Iaſ.& Doct.in d.l.ſi.C. de ind.uidui.tollen.Cur.Sen.conſi.11.Statuto &c.nu.7. Dec.in l.ſicut bonis,num.7.C.de in ius uocan.Domi.de ſancto Geminia.in c.eos.§.clericis,colum.ſin.de tempo. ord. Limitatur iſthæc opinio communis,quòd ex dicto Statuto de uetus bladorum non ligantur clerici pro fructibus bonorum eccleſiaſticorum, ſecundum Ripam in tract.de peſte in titu.de præſ.reme.contra peſtem in par te incip.Deuenio nunc ad modum,& normam ubertatis conſeruandæ,nu.122.& in ca. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de conſt.q.40.Limitatur ſecũdo loco quod nec legatur emptor,uel uenditor, aut conductor forenſis ex diſpoſitione præfati Statuti, ubi probabiliter ignorabant diſpoſitionem iſtius Statuti,puta,quia non diu commorati fuiſſent in loco Statuti,quo caſu forenſis præſumitur ignorare Statuta loci ſecundum Ripam in d.par.deuenio,nume.120.& ſeq.& Gandinum in tit.de rebus non portandis contra deuentum uer.ſed Statutum eſt l.ſi.ff.de decr. ab ord.facien.&c.

Statutum imponens pęnam centum ducatorum, uel aliam pęnam minorem,ſeu maiorẽ pecuniariam,ſeu corporalem percutiẽti aliquem,quo eſt intelligendum ubicunq; Titius uulneraret,aut percuteret Sempromũ uno ictu cum bidẽte,uel tridẽte,dic ꝙ hoc caſu uigore prædicti Statuti non debet puniri niſi de uno uulnere ſm communem opinionem, quę ſeruatur in practica quotidie, ut meminit Ang.Are.in tract. maleficiorum in uer.& ipſum Titium,nu.11.& ibi Augo.in add.& Marſil.in l.ſi in rixa,nu.15.ff.de ſicarijs,& in pract.crim.in §. pro cõplemento nu.29. in quibus locis non nihil aperit mentem dicti Statuti.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ prohibens,ne poſſit exportari frumẽtũ extra ciuitatẽ,comprehendit etiam exportantes farinam.*

2 *Et ſtatuto inhibente,ne uinum exportetur extra locũ ita procedit,ut ne paruulam quidem menſuram uini liceat exportare.*

3 *Sed in ſtatuto uetante frumentum exportari extra ciuitatem,non modo comprehenditur perſonaliter apprehenſus, ſed teſtibus quoque conuictus.*

4 *In ſtatuto quoque prohibente ſub pœna, ne frumentũ extrahatur ſuper equo,aſino,uel curru, uenit etiam is,qui frumentum ſuper humeris defert, aut ſuper collo boum.*

5 *Cum hoc caſu ſpectetur ipſa exportatio, non exportandi modus.*

6 *Non intelligitur tamen ſtatutũ de eo, qui cum publicaretur ipſum ſtatutum perſeuerauit exportare frumentum, quod ante conditum ſtatutum inceperat.*

7 *Quia nõ exitus,ſed initiũ facti cõſideratur hoc caſu.*

8 *Non habet etiam locum ſtatutum ipſum in eo, qui uſus ſui cauſa tantum frumentum extrahit.*

9.10. *Nec in Eccleſiis ac clericis ratione frumenti, quod ex eorum praediis percipitur.*

11.12. *Idem dicendum eſt,ſi aliunde deferatur frumẽtum per tranſitum illius loci.*

13 *Sed nec in ſtatuto ipſo comprehenduntur extranei.*

14 *Quos ſtatutum non ligat.*

1 STATVTVM prohibens ꝙ non poſſit extrahi frumentũ extra ciuitatẽ,amplia,ac intellige hře locum ẽt in extrahentibus farinam ſm Bar.in l.quęſitum.§.illud.ff.de leg. 3.& in l.Cæſar la 2.nu.16.ff.de publica. & uect.Iaſ.in l. non dubium,nu.40.& 45.C.de legi.Bonifa. in tra.maleficiorum in rub.quid ſit accuſatio,col.16.uer.quidem Maranta in tra.de iudicijs in prio.nu.20.& Ripa in trac. de peſte in tit.de remedijs ad conſeruand.ubertatem,nu. 5.ubi atteſtatur hãc eſſe cõem opinionem,& Gandinus in tract.maleficiorum in rub.de rebus non portandis cõtra decretũ,nu.4.

2 Amplia ſecundò Statutũ diſponens, ꝙ non poſſit exportari uinum extra territorium ſub pęna, ꝙ minimè poſſit uigore iſtius Statuti extrahi unũ bucca le uini,ut uoluit eleganter Bal.in l.ad Barbaricum. C. q̃ res expot.nõ poſſ.

3 Amplia tertio loco Statutũ puniẽs auſũ exportare frumẽtum extrá territorium uel Ciuitatem,interpretari,et extẽndi,ut puniat non ſolum pſonaliter apprehẽſum,ſed ẽt teſtibus conuictum,ſm oes legiſtas in l.1.ff.de acq.poſſ. & iſtam ait eſſe cõem opinionem Ripa tra.de peſte,in tit.de reme.ad conſer.ubertatẽ nu.104.ubi iſtam cõem ſequitur, commendat, celebrat, ac ab omnibus fere prijs teneri,ubi ſimiliter idem Ripa ampliat hoc dictum ẽt procedere ſi Statutum puniret apprehenſum frumentum exportare,quia eo caſu comprehenderet ẽt teſtib.conuictũ,ut per Glo.in l.11. C.ubi Sena.uel claſr.& iſta gl.ab omnibus ſcrib.communiter approbatur,ut refert Ripa.ubi ſuprá,nu.105.

4 Amplia quartò quòd Statutum inhibens ſub pęna extrahi frumentum ſuper equo,aſino,uel curru extra territorium habere locum etiam ſecundum Sali.in l.ſi ſerui,nu.24.& ſeq. C.de noxa. ſi portet dictum frumentum ſuper humeris proprijs,uel collo boũ,& rationem ibi aſſignat,quia Statutum conſiderauit factum exportationis:nõ autem modũ exportandi,& expreſsio facta de Equo, Aſino,& curru fuit facta cauſa exempli.

6 Limita primo loco præfatum Statutum puniens extrahentem frumẽtum extra territorium non comprehendere illum,qui ante conditum, & factum Statutum, incepit exportare, ſed antequam exiret firmauit ſe,& tunc Statutum factum, ſeu publicatum fuit, & illud ſciuit,& prout inceperat frumentum extraxit,& ratio eſt,quare extrahẽs hoc caſu non puniatur aliqua pœna,quia initium ſpectatur in iſto caſu: non autem illud quod poſtea ſuperuenit,ut uoluit Io.And,Ancha.Ant.Bal.& cæteri omnes in c. cognoſcentes de conſtitu.& iſtorum doctrinam dicit eſſe communem Beroius ibi,num.2.& ſeq.licet de ea nonnihil dubitet nonnul

la

la in contrariam adducendo. Limita ſecundò dictum Sta
tutum prohibens & puniẽs extrahẽ frumentum extra ter
ritorium, non habere locum in extrahente ſui uſus cau-
ſa, ſecundum Bal. in l. cum proponas. C. de nau. fœno. I-
mo. in l. cætera. §. ſi. ff. de leg. 1. Marſy. in ſing. 86. Statutũ
ſit a Principe, & Iaſ. in d. l. cætera. §. ſed & ſi quis ad o-
pus. ff. de leg. 1. nu. 7. ubi ait hanc eſſe communem opinio
nem. Limita tertiò dictum Statutum prohibens annonã
9 extra territorium deferri, non obligare nec ligare eccle
ſias, quin poſſint extrahere annonam, quam colligunt ex
prædijs ſuis ſecundum Ripam in tract. de peſte in tit. ſu-
perius citato, nu. 122. per c. Eccleſia ſanctæ Mariæ de cõ
10 ſtit. & hoc ampliatur procedere non ſolum in Eccleſia,
uerum etiam in clericis, ut uoluit idem Ripa in memora
to tract. de peſte, poſt Bal. conſi. 198. uol. 2. & iſta omnia
ſequitur, & refert Grammaticus deci. 100. nu. 15. Limita
11 quartò iſtud Statutum inhibens ſub pęna extrahi frumẽ
tum, ut interpretetur, ac intelligatur de diſtrahente origi
naliter de ſuo territorio, ſecus ſi aliunde portaretur per
tranſitum illius territorij, ut uoluit glo. in l. poſt hæc. C.
de edif. priua. cum qua ſentiunt communiter ibi, & in l.
cætera. §. ſed & ſi quis ad opus. ff. de leg. 2. præſertimque
12 Iaſ. ibi. nu. 21. ubi aſſignat rationem iſtius concluſionis
& teſtatur de communi. Limita quintò quòd Statutum
prohibens non portari, ſeu adduci uinum in Ciuitatem
collectum extra illius fines, & territorij, non comprehẽ
dere clericos, & Eccleſias, ut per Fely. Dec. & alios in d.
c. Eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitu. & ita fuit deciſum,
ac diffinitum in ſacro Regio Concilio Neapolitano, ca-
ſu ac litè eueniente inter Ciuitatem Salerni, & Abbatẽ
ſancti Benedicti, ut refert Grammaticus in d. deciſi. 100.
num. 16. cum alijs ſeq. & hoc idem refert, & ſequitur Co
uarruuias in repetitio. c. quamuis pactum de pactis in §.
13 4. num. 8. Limitatur ſextò dictum Statutum puniens em-
ptores, uel extractores bladorum extra territorium, non
ligare forenſes ignorantes, ut puta quia non diu morati
ſunt in dominio ſtatuentium, quo caſu forenſis præſumi
tur ignorare Statuta illius loci, ut uoluit Ripa in tracta.
de peſte in tit. de præſ. reme. con. peſtem in parte quæ in-
cipit, Deuenio nunc ad modum, & normam ubertatis
conſeruandæ, num. 120. & ſeq. & Gandinus in tract. ma-
leficiorum in tit. de rebus non portandis contra deuetũ
uerſi. ſed Statutum, & cætera. quia Statutum dictos fo-
14 renſes ligare non poteſt. l. fi. ff. de iuriſdictio. omnium iu
dicum. l. neque. C. qui dare tuto. poſſ. & cap. animarum.
§. Statutum de conſtitu. in 6. & animaduerte, quòd Statu
tum in dubio eſt ita interpretandum, ut non comprehen
dat forenſes ſecundum Cyn. in l. 1. q. ult. C. quæ ſit lõga
conſue. & Guido. de Suza. in quadam diſputatione inci.
ſed pone Statutũ, & in alia quæſtio. quæſtio talis eſt Bo-
nienſis &c. dicentem quòd Statutum ſemper ita debet
arctari ut extraneus non cõtineatur, allegat l. j. §. ſi. ff. quod
quiſque iuris, & dicit Bal. in repe. l. de quibus. ff. de legi.
uerſi. quartò quæritur an conſuetudo &c. quòd conſue-
tudo immediate compulſiua, & prohibitiua, aut pęnalis
non extẽditur ad forenſem, ſed mediãtè aliquo facto uel
delicto intra territorium commiſſo bene ligat, quia con
ſentire tunc uidetur, qui delinquit, & idem tenet Spec. in
tit. de conſti. §. 1. Ioan. And. in rub. de conſue. & Alex. la
te conſi. 44. uol. 5. Septimò interpretatur dictum Statu-
tum pœnale prohibens extrahere frumentum de comita
tu, quod non ligat minorem ſecundum Rom. in ſing. ſuo
ultimo.

Statutũ diſponẽs, ſeu puniẽs ingrediẽtes, uel turbãtes
alienas poſſeſſiones, non excuſat Meuium introeuntem
poſſeſſionẽ alienã ex decreto Iudicis inualido, hmói enĩ
decretum certi iuris eſt, non excuſare Meuium a pœna
prædicti Statuti ſimpliciter loquentis, ut per Bar. in l. iu
ſte poſſidet. ff. de acq. poſſ. cum quo ſentiunt omnes cõ-
muniter ibi, ut aſſeuerant Moder. ubi audacter præſer-
timq; Iaſ. nu. 24. & ſeq. & Doct. apoſtillantes Bar.

Statuta potius intelliguntur ſuperflua, & nihil ope-
rari, quàm quod quis indebitè damnum patiatur, ſecundum
gl. communiter ab omnibus ſcrib. approbatam in l. fin.
quam ibi Bar. ſumme extollit. C. de iure delibe. ubi Bar.
poſt glo. ibi uult quod ſi ſtat Statutũ quod executio inſtrumẽti
fiat contra hæredem, ſicut fieri poterat contra defunctũ:
huiuſmodi Statutum profectò non habebit locum in hæ
rede cum beneficio legis, & inuentarij, ne ille indebi-
tè damnum patiatur, licet & ipſe propriè ſit hæres, &
conſequenter uerba Statuti illum comprehendant, & de
prædicta communi atteſtantur Mod. in d. l. fi. & Doct. in
tract. de Statutis.

Statutum diſponens quod bannitus non poſſit reuerti ad
Ciuitatem, uel qui occidit occidatur, niſi habuerit pacẽ
ab hæredibus defuncti, tunc in iſto ſtatuto non compre-
henduntur mulieres hæredes occiſi, ideo ſecũdum Doct.
ſufficeret in omnem euentum bannito habere pacem a
maiori parte hæredum, ita uoluit Barto. & alij Doct. in
l. 4. §. Cato. ff. de uerbo. obliga. quorum quidem opinio
communiter approbatur ab omnibus, ut per Pa. de Ca.
in l. 2. §. ex his. ff. de uerbo. oblig. Boer. in deciſio. 121. n.
2. Modet. in d. §. Cato. ubi reprobant cæteras quinq; opi
niones quæ in hoc articulo reperiuntur, & nota, quod præ-
fatum Statutum, quo cauetur licitũ eſſe alicui uindictã
ſumere de eo, qui ipſum offendit, ualet & tenet ſecundũ
Iaco. Butriga. & Pau. Caſt. in l. refectionis per illum tex.
ff. commun. prædio. quia tendit ad refrenandum malefi
cia, & quia priuatum facit miniſtrum Reipublicæ. leg. 1.
C. quomodo licet ſine iudi. ſe uindi. imo Doct. in d. l. re-
fectionis extendunt hoc dictum, quod in iſto caſu licitũ
ſit congregare amicos etiam extraneos qui illum adiu-
uent, & iſti conuocati non puniuntur, ſicut nec principa-
lis, & allegant glo. in l. cum fundus. ff. de ui, & ui arma.
& idem tenuit Bal. in c. fi. col. 2. de iura. calum. qui ſecũ-
dum eum quando conceditur quòd aliquid impune fiat
uidetur ſemper conceſſum, ut illud fieri poſſit conuoca-
tis amicis, & familiaribus. l. ſi ſtipulatus fuero per te non
fieri. ff. de uerbo. ob. & idem tenet Cæpo. in tract. de ſer
ui. urba. prædio. fo. 23. ubi afferit quòd ita obtinuit in Ci
uitate Veronæ, & ſequitur Iaſ. in l. 1. §. fin. ff. de noui ope.
nuncia. fallit ac claudicat dictum Statutum quando lo-
queretur in numero plurali, ut puta dicit Statutum ban-
nitum non poſſe reuerti ad Ciuitatem, niſi pacem habue
rit cum hæredibus occiſi, tunc enim comprehendit tam
maſculos hæredes, quàm fęminas ſecundum Bar. in l. ſi fi
lius qui patri, in ulti. quæſtio. ff. de uulga. & pupil. ſubſt.
& hoc non ſolum procedit de iure ſtatutario, & munici-
pali, ſed etiam de iure communi omnibus hæredibus, ẽt
fęminis competit ius uindicandi defuncti necem l. ſoro-
rem. C. de his quib. ut indi. & l. fęmina. C. ad turpilia. &
not. omne Doct. in d. § Cato, præſertimque Iaſ. n. 59. ubi
ait hanc eſſe communem opinionem, & Ruynus ibidem
nu. 20. in 1. lectu. & Pontanus Peruſinus, num. 70. & ſeq.
præfatumq; Statutum ſimpliciter diſponens quod occi-
dens occidatur. Interpretatur, & limitatur ſecundo loco
incurrere pęnam ſtatuti, niſi qui ex animo, & dolosè occi
derit, & ſic Statutum licet ſimpliciter loquatur. debet de
clarari ſecundum ius commune, ut in c. cum dilectus, de
conſuetu. ubi per Doct. tradit Calderi. conſi. 9. in titu. de
conſtitu. quicquid diſputetur, Cor. conſil. 1. deciſione in
conſi. 10. conſideratis, col. 2. uol. 3. & Bal. hoc late decla
rat in l. data opera, colum. 4. uer. item ſi Statutum. C. qui
accuſare non poſſunt, & dicit magnum uerbum Paul. de
Caſt. in l. & ſi ſeuerior. C. ex qui cauſis infa. irroga. quòd
per hoc liberauit quendam, qui proijciendo ſaxum ho-
minem interfecerat caſu, & præter propoſitum ſuum, licet
in loco extaret Statutum de quo ſupra. et determinat
idem Pa. de Caſt. conſi. 277. in cauſa incarceratorum, in
prin. uol. 2. ſecundum nouã impreſſionem, et Dec. conſil.

9. per

9.per totum,ubi plurima ad propoſitum reperies.idem uoluit Card.in c.lator,ubi idem dicit Fely.ext.de homi ui.Barba.conſi.40.illud adduco,col.fi.uol.2.Alex.cōſi. 140.uidetur in caſu propoſito,col.2.lib.2.et Iaſ.in l.2.ff. de legi.

SVMMARIVM.

1 *Statuto caueri poteſt,ut exul impune poſſit occidi.*
2 *Quia id ob utilitatem publicam inſtitutum uidetur.*
3 *Cūm uix æſtimari poſſit quantum interſit a malis homi nibus liberam eſſe prouinciam.*
4 *Occidens tamen exulem efficitur infamis.*
5 *Nec in graui cauſa ſine quæſtione poteſt eſſe teſtis.*
6 *Et licet iuramento atq; promiſſioni de non offendendo contrauenìat,tamen interficiens exulem nō tenetur pœna conuenta.*
7 *Patrem,filium,fratrem uel dominum exulem occidens utrùm impune poſſit id agere.*
9 *An uerò propter reuerentiam id fieri minime liceat, quod æquius & humanius uidetur.*
10 *Et Statuto,quo impune quis interfici permittitur, uerberari & affici iniuria non prohibetur.*
11 *Quòd autem in Statuto de occidente dicitur,id locum habet ſiue per alium accidat.*
12 *Neque id in exulibus procedit per contumaciam , ſed ex ueris probationibus delicti.*
13 *Sed nec & in carcerem coniectis locum habet.*
14 *Non poteſt etiam, Statuto permittente quem exulē in centum interfici poſſe,is occidi,qui exul in una cauſa reperitur in quinquaginta,& in alia in alijs quinquaginta,ut exul in centum dicatur.*
15 *Sed & tenetur de occiſo,qui ratione huius ſtatuti interfecit eum,qui non ritè proſcriptus & exul fuit.*
16 *Nec in Statuto donante præmium occidenti exulē, uenit interficiens exulem qui ſe defendit.*
17 *Hoc autem Statutum permittens exulem occidi,nō refertur ad mulierem.*
18 *Quam ſi quis prægnantem interimat,reus eſt cædis.*
19 *Huic quoq; Statuto non eſt locus extra locum ipsū ſtatuentium,nam exulem interficiens extra locum Statuti,non eſt immunis a pœna cædis.*
20 *Cum extra ſtatuentis agrum ne capi quidem exul poſſit.*

Statutum diſponens quod inſtrumẽta executioni mãdentur, quod quidem Statutum reperitur ferè in omnibus Italiæ partibus,& ſi aliquod inſtrumentum eſſet obſcurum,& non liquidum, ut quia contineret ꝓmiſsionẽ refectionis damnorum,& intereſſe, hoc caſu abſque dubio poteſt peti executio, & ſatis eſt quod in proceſſu fiat liquidatio damnorum,& intereſſe ſecũdum Bar. in l. 1.ff.de eden.nume.8.per text. in l. 3.C.de ſenten. quæ ſine cer.quan.proferuntur,quem ſequuti ſuere Bal.Fulgo.Pau.de Caſt.& Rom.in d.l prima,hoc idem repetit ipſemet Bar.quem ſequitur ibi Alex.in l.1.nu. 17.ff.de leg.ſecundo,& Bar.refert,& ſequitur conſulẽdo Rom, conſ.76.num.5. qui quidem Doct. uno ore omnes concludunt inſtrumenti non dum liquidati executionẽ peti poſſe,cuius tamẽ liquidatio in proceſſu fieri poſſet,idẽ ſentit Pau.Caſtr.conſi.165.nu.2.uolu.2.ubi ait quod ſaltem poſt petitam executionem debet cõuentum inſtrumento liquidari,& hanc opinionem communem eſſe atteſtatur Iaſ.in d.l.1.nu.31.ff.de edẽ.licet ibi Iaſ. contrarium ſentiat,& Rom.conſi.211.nu.5.allegationes conetur diſtinguendo reſoluere iſtam materiam, tamẽ à prædicta communi fatuũ eſſet recedere &c. quam ſequitur declarat,et ait eſſe cõmunẽ,& in practica obſeruari Couaruuias in trac.de uarijs reſolutionibus iuris Põtificij, et Cæſarei.in 2.lib.c.11.ubi refert omnes contrarium aſſerentes, & nota hic quod inſtrumentum non liquidum regulariter nullam meretur executionem, ut latè ponit Deci.conſi.107.num.2.poſt infinitos Doct. ab eo citatos.

Statutum,uel conſuetudo diſponẽs,quod teſtamentũ poſsit fieri coram quinque, aut paucioribus teſtibus, tã circa leuia,quã circa grauia ualet, & tenet ac integerrimè ſeruatur ſecundum Cyn.Bar.Bald.& omnes Doct.in l.1.C.de ſumma.Tri.& fide Catholica,in l.cũctos populos,eod.titu.in l.3.ff.de teſtament.& in l ſi non ſpeciali, C.eodem titu.& iſta eſt cõmunis opinio teſte Iaſ.in d.l, 2.num.33.cum 7. alijs ſeq.Deci.in c.ſicut de probatio, nu.71.ubi nu.69.& ſequ.retulit omnes ferè Doc.in cõtrariam partem inclinãtes,licet ipſe demum reſideat cũ communi,& Boer. deciſio.218.nu.6.& ſequen.& ſic manifeſte apparet legem municipalem,uel conſuetudinem poſſe addere formam teſtandi ultra ſolennitatem traditam à iure Ciuili,d.l.ſi nõ ſpeciali,ubi per illum tex. ita

commu-

communiter not. Doct. ut conſtat ex congeſtis per Alex. ibi, & per alia ſuperius relata. Ampliatur primò dictum Statutum quod comprehendat non ſolum Ciues, uerũ etiam forenſes ibidem teſtantes, ſecundum Aret. in præallega. l. 1. cum quo ſentiunt omnes Doc. communiter, ut meminit ibi Iaſ. nu. 40. Ampliatur ſecũdo loco præfata concluſio quod teſtamẽtum ſecundum formam dicti Statuti cõditum ubiq; poteſt effectum ſortiri, et quoad bona alibi exiſtentia, ut uolunt omnes ſcribẽtes in d. l. nõ prætermiſſo Iaſ. ibi nu. 44. ubi aſſerit hanc eſſe communem opinionem. Interpretatur tertio loco dictum Statutum, quod licet quinque teſtes ſufficiãt in confectione teſtamenti, dic quod ſufficiant etiam idem in ſubſcriptione ipſius ſecundũ Deci. & alios ibi relatos per eum in c. cognoſcentes in 2. lectu, nu. 16. de conſtitu. Fallit primò præfata concluſio habere locũ duntaxat in teſtamento, nõ autẽ in codicillis, quia Statutum noſtrum diſponens in teſtamẽto ſufficere quinque teſtes, non ob hoc præſumitur, q; in codicillis, ſufficiunt tres teſtes ſecundũ not. doctrinam Bar. in l. 2. circa fin. ff. de leg. 1. cõmuniter ibi ab omnibus ſcriben approbatã, ut referunt Mod. inibi, & Ripa in tract. de peſte in ti. de priuileg. ultimarũ uolũtatũ cauſa peſtis, n. 47. Limitatur ſecundo dicta communis concluſio, quando aliquis ſubditus, uel uaſſallus conderet teſtamentum extra territorium ſtatuentium, & in loco, ubi ſeruatur ius commune, tunc enim ualet teſtamentum factum ſecũdum formam iuris communis, arg. l. ſi fundus, ff. de euictio. cum alijs relatis per Corneum conſi. 232. circa primum, col. 1. lib. 4. tempore quia ſeruandã eſt forma, quæ ſeruari conſueuit in loco, ubi fit teſtamẽtum, adeò quod teſtator Chriſtianus exiſtens in territorio Saracenorum poteſt condere teſtamentũ ſeruata ſolẽnitate iuris gentiũ, quã ſeruãt hoſtes Chriſtianæ fidei in ſuis teſtamentis ſecundum Paulum de Caſt. & eleganter & Ange. in l. ſecunda, C. quemad. teſt. aperia. quos refert, & ſequitur Iaſ. in d. l. cunctos populos, col. 8. licet Aret. cõtrarium aſſeruerit in l. quia latronibus, ff. de teſtamen. & Barba. in rub. de teſtamen. fol. 14. ubi poteris uidere multa cõgeſta per eũ, & uide Ang. in auth. omnes peregrini, C. communia de ſucceſſio. ubi per illum textum tenet peregrinos poſſe facere teſtamentum non ſeruata ſolẽnitate iuris Ciuilis, cuius tamen opinionem impugnare uidetur Barba. in d. rub. de teſt. fol. 19. ego uero inhæreo dictæ Ange. ſententiæ in uerba d. Auth. omnes peregrini non aliquid uidentur, arg. text. in l. ſi quando. ff. de leg. 1. & ca. ſi Papa de priuilegijs, li. 6. ff. de milit. teſtamen.

Statutum alicuius Ciuitatis diſponẽs, quod nemo debeat ad collegium ipſius admitti niſi ſit natus ibi, uel niſi ſit Ciuis originarius, nõ habet locum quotieſcunq; quis natus eſſet alibi, & ſic extra dictam Ciuitatem fortuito uel caſu, poteſt enim tũc ille eſſe de collegio etiam quod ſit natus in alio loco, & Ciuitate per tranſitum, ut per Ioan. de plate. in l. filius, C. ad munici. tamen huiuſmodi opinionem non auſus eſt firmare ſat. ibi, ſed caſu eueniente ſemper conſulerem, & iudicarem pro opinione Ioan. de plate. tanquam in iure ueriſsima, quia originarius non dicitur quis loci, in quo natus eſt caſu, & tranſeundo, ut per Canoniſtas oẽs in c. Rodulphus de reſcrip. & ita ſe habet communis opinio, de qua teſtantur Moder. inibi, & Aret. deciſio. 13. nu. 52. comprobatur alia ratione iſta ſententia Ioan. de plate. Nã per hãc natiuitatẽ filius in Ciuitate, ubi uerè natus fuit oneribus non obligatur, cũm ibi parens fuerit ad tempus, l. 1. ubi Aret. ff. de capti. & poſtl. reuerſ. quẽ ſequitur Abb. & Fely. in d. c. Rodulphus. & iſtam opinionem ait eſſe communem Auguſti. de Arim. in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. Ripa in tract. de peſte in 2. parte uerſ. 18.

Quando duo per modum regulæ æquiparata ſunt à iure Statutum loquens in uno ex æquiparatis habet locũ, & alia ſecundum glo. communiter approbatam in l. ſi quis ſeruò, in prin. C. de fur. & tradit Soc. in l. 1. col. 2. ff. de le. 1. & Auguſt. Aret. in quæſtione ſua 105. numer. 6. ubi arguit de literis Cambij ad ſcripturam priuatam, dicens Statuti ſori mercatorum Ciuitatis Bononiæ loquens de literis Cambij habet locum in ſcriptis priuatis uti per regulam æquiparatis.

Statutum iubens libris campſorum, ſeu mercatorum adhiberi plenam fidem ualet, & tenet, quaſi tunc publica authoritate ſecundum citatur Ioan. And. in add. Specu. in tit. de inſtru. editio. §. nunc dicendum, Bal. & Ang. in l. quædam, §. nummularios. ff. de eden. Inno. in cap. cum P. tabellio. de fide inſtr. eundem Bal. in l. cunctos populos, co. 14. C. de ſumma Trini. Anch. in c. Canonum ſtat. de conſtitu. Benue. Stracca in tract. de mercatore in tit. quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit, nume. 32. cum alijs abunde congeſtis per Crauetam in trac. de antiquitemporib. in 1. parte nu. 27. ubi ait huic concluſioni neminem ex ſcribẽtibus aduerſari, & iſta communis ſententia probatur in c. cum dilectos, de fide inſtru. ut late Moderni admonendi, ff. de iureiur. & in c. 2. de fide inſtru. Ampliatur hoc Statutum excẽdere uires ſuas extra territorium ſtatuentiũ, & liber, ſeu ſcriptura mercatoris ſic roborata à Statuto ubique probat licet in iudicio in quo producitur non adſit huiuſmodi Statutum, ſecundum Ioannem Andr. d. §. nunc dicendum, Aret. & Doc. in l. 1. in 7. quæſtio. C. de ſumma Tri. & fide Catho. Bal. in l. exemplo, C. de probatio. & in l. ſi nõ ſpeciali, numero 4. per illum tex. C. de teſtam. Aret. de aut. colu. 1. cæteroſq; Canoniſt. in d. capi. 2. de fide inſtru. Rocchum Curtium in repetit. c. ſi. nu. 46. de conſuetudi. Deci. in c. 1. col. 7. de probatio. Benuenu. Stracca in d. trac. de mercatore in titulo quomodo in cauſa mercatoris procedendum ſit, numero 31. & Iaſ. in l. ſi arrogator, colu. 16. ff. de adopt. ubi aſſerit hanc ampliationem nunquam inueniſſe contradicentem; & Crauet. in tract. de antiquit. temporum in 1. parte numero 9. atteſtatur iſtam eſſe communem opinionem, & ratio iſtius communis uidetur iſta, quoniam circa ſcripturæ fidem inſpicitur locus, ubi celebrata eſt ubicunque poſtmodum producatur ut uoluit Bal. conſi. 79. lib. 3. per tex. in l. ſi fundus, ff. de euictio. Guido Papæ in quæſt. 162. & Iaſ. in l. ius autẽ Ciuile, 2. col. ff. de iuſt. & iure. Limitatur primũ præmiſſum Statutum nõ procedere ſi eſſet indiſeretum uidelicet, quod omni ſcripturæ mercatoris pro ſe crederetur, quia tunc careret ratione, imo eſſet pronum ad falſum committendum, ut per Bald. in l. unica nume. 13. C. de confeſſ. cuius dictum reputat ſingulare, & ſequitur Panor. in c. bonæ, il 2. circa fi. extra de poſtul. præla. Iaſ. in repet. d. l. admonendi, numero 102. ubi omnes Moder. hoc idem tenent Marſy. in ſing. 458. circa medium, liber mercatoris, & Benuenu. Stracca in præcitato trac. de mercatore in titulo quomodo in cauſa mercatoris procedendũ ſit, numero 37. & ſeq. dictumq; Statutum quod libris mercatorum detur plena fides, interpretatur ſecundo loco in pertinentibus ad mercationem, & eorum officium, non autem in alijs, prout tradit Roma. conſi. 204. col. 2. poſt Ioan. And. in d. nunc dicendum in add. magnis. Aretı. conſilio 33. col. 1. & conſi. 44. Alex. & Iaſ. in d. l. admonendi, idem Iaſ. in l. age. numero 4. C. de tranſact. Deci. in c. poſt ceſsionem, numer. 13. & conſi. 30. col. 2. Crau. conſi. 3. num. 15. Rominal. conſi. 35. nu. 12. & conſi. 179. num. 1. conſi. 297. & 301. num. 3. Marſy. in repeti. rub. ff. de fideiuſſo. nu. 109. & in repeti. l. fin. num. 168. ff. de iuriſdic. om. iudi. & Benue. Stracca in allegato trac. de mercatore in titu. quomodo procedendum ſit in cauſa mercatorum, nu. 40. fol. 254. licet idem Dec. titubanter, & parum ſibi conſtans contrarium teneat in d. l. age. nu. 5. quem taxat Alciatus ibi, & primam opinionem uide eſſe communem, puta ſi ſit mercator pannorũ, & in libro

ſit ſcriptum aliquid de mercatura pãnorum, ſecus ſi ſcriberet de aliquo depoſito, uel mutuo qđ non eſſet de arte ſua argu.l.tertiæ.§.eodem modo.ff.naut. caup. ſtabu. Idem uidemus in alio ſimili Statuto diſponente, ꝗ Poteſtas teneatur pro ſua familia, quod quidem Statutum reſtringitur ad ea, quæ pertinent ad officiú, puta ſi familia delinqueret in officio, non ſi extra cauſam officij ſecundú Roma.conſi.11.& conſi.25.Crauet. in d.conſi.3. & Alcia.in d.l.age.col.pe.poſt Ang.in l.1.C.ſi rector ꝓuin.Tertiò limitatꝰ præfatum Statutú quod credatur libris mercatorú, ut intelligatur procedere, niſi talis mercator ſit infamis, uel alias incurrerit infamiã, ita uoluit Bald. in d.l.cunctos populos, col.41.quem refert, & ſequitur.Iaſ.in §.ſed iſte, colu.24. Inſtitu.de actio.& in repe. d.l.admonendi, nu.102.& Stracca in d.tract.de mercatore in tit. quomodo in cauſa mercatorum procedendú ſit, num.39.fo.253.Limitatur quarto mentionatum Statutum intelligendum, ac interpretandum eſſe quatenus liber mercatoris conſcriptus ſit in territorio ſtatuentiú & non alibi, unde ſi Aquilanus Romæ commorãs, & ibi in libro ſuo annotaret ſe uoluiſſe centum quæ Martino Aquilano debebat, ſeu ſoluere tenebatꝰ, túc uirtute prædicti Statuti non probaretur ſolutio, ut uoluit Seue.in d.l.omnes populi.nu.164.poſt.Bal.in cap.cúm dilectus ext.de fide inſtru.& Iaſ.in d.l.cunctos populos, ſed contra iſtam limitationem cõplura ſcribit, & refert, prætermiſſaq; authoritate Bald.Corneus cõſilio.319.circa primum in ultima dubitatione, uolumine tertio, ubi dictã quæſtionem inſolutam reliquit.

Statutum diſponens, quod cauſæ uertentes inter affines debeant compromitti, non habet locum, nec procedit ſi cauſa uertatur inter quondã Socerum & Generú, quoniam eſt diſſoluta affinitas propter mortem alterius coniugum, ſecundum Bar. Bald.& Ange. in lege cui cortum, §.affinitatis, ff.de poſtulan.hoc idem firmat, ac tenet Idem Bald.in l.fin.C.de uerbo.ſigni. & in l.rei iudicatæ, ff.ſolu.matrimo.et Saly.Pau.Caſtren.et Alexand. inibi, et Iaſ.in l.non tantum .ff. de rei iudic.ubi Alexan. audacter aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, num.27.et Crotus in tract.de teſtibus in 2.quæſt.6.quæſtionis princ.Saly.uero præcipitanter uidetur tenere cõtrariam in d.l.fin.cuius fundamentis optimè reſpondet Alexander in præcitata l.non tantum, et conſi.207.uol.7.ubi conſuluit pro dicta communi.

Sub Statuto diſponente coniunctos, et affines teneri ad compromittendum non comprehenduntur nouerca et priuignus nec aliquo pacto habent beneficium iſtius Statuti, ut alter alterum poſsit ad compromittendum compellere, ſecundum Bal. in l.affinitatis, C.communia de ſucceſ. et Alexand. conſi.207.circa fin.uolum.7. ubi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem omniú Doct.et Moder.apoſtillantes Alexand.inibi, et in tract. de compromiſsis.

Statutum diſponens quod Monaſterium, uel religionem ingrediẽtes patri, uel matri ſuccedere non poſsint ualet, et tenet ſecúdum Bar.in l.fin.C.de pactis, ſecus autem ſi eſſet in dictum Statutum uteretur uerbo futuri temporis, ueluti ſi ingreſſa fuerit, etc. Tunc enim ſecundú eundẽ Bar.ualeret Statutum, ſed Doc. omnes unanimiter tenet hoc Statutum indiſtincte non ualere, præcipueq; Ange.Imo.Roma.Alexand.et Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de uerb.obli.et idem Iaſ.cum alijs latè ibi congeſtis per eum in d.l.fin.ubi hoc idem tenet Deci.Clau.Aquen.Rimina.alijq; Moder.Soc.in l.fi. ff.de his ꝗ pœnæ nomine, et iſta eſt uera, indubitata, & cõmunis opinio contra Bar.ut aſſerit Alexan.conſ.139. uiſo Themate, col.penul.uol.2. Dec.in c.præſentia ext. de proba.nu.197.Ioan.Rape.Caſte. in ad.ad Matheſi.in ſing.145.nota dictum, etc.Ruy. conſi.205.nume. 2.uol. 4.Bolognetus in d.l.fin.nume. 105. et Mantua ibi, num. 78.cum alijs ſeq.& Idem Dec.in ca.Eccleſia ſanctæ Mariæ, nume.188.de conſtitu.Item nec ualet Statutum præcipiens quod qui non petierit creditum ſuum intra tale tempus, ut purà infra decenniú, amplius petere non poſſit, ſecúdum Bar.in l.omnes populi in 3.quæſtio.prin.ff. de iuſti.& iure, & alios quàplures cõgeſtos per Thom. Ferrat.in caute.38.numero 2. ubi aſſeuerat hanc eſſe cõmunem opinionem, & nouiſsimè An. Galleſius in trac. de formulis Cameralis obligationis ſuper formu.Cameræ oblig.3.quæſtionis, nu.11.fol.123. quamuis ibi dicat iſtud Statutum non ſeruari in urbe Romæ, & de hac cõmuni diximus ſupra in uerſi.Statutum diſponens, quod qui non petierit creditum ſuum à debitore, &c.

Statutum excludens filias a ſucceſsione patris præcipiensq; eas dotari arbitrio propinquorum, tunc nõ poſſent propinqui minus legitima arbitrari ſecundum cõmunem opinionem omnium Doct.quam allegat Grammat.in deciſio.101.nu.20.& quamuis propinqui in caſu præallegato minus legitima arbitrari nequeãt, nihilominus poterunt arbitrari in plus quàdo legitima non ſufficeret ſecundum Saly.& Fulgo.in auth.res quę in 2.not. C.communia de lega.Alexan.conſi.69.uolu.1.dicentẽ, quod ita conſuluit Ang.cõſi.incip.Dominus Gregorius pagoni, &c.quia ſecúdum eú legitima eſt pars minuſcula, l.ſi quis plures filios, C.de inoffi.teſta. & Bald.conſ. exordiente: Antonius plures filios, ut potè quia bonus uir non debet arbitrari quod legitima filiæ ſit auferenda, quæ cenſetur ęs alienum, debita iure naturali. l.Papinianus, §.ſi quis impubes de inoffi.teſta. & ſuccedit in locum alimentorum & legitimæ, per not. per Cyn. in l. ſancimus.C.de ſecun.nup.& idem per eaſdem rõnes tenet Alexan.cõſi.7.uol.2.conſi.83.uol.4.& iſtam opinionem approbare uidetur Soci.in l. hæredes mei, §.cú ita ad Trebel.col.penu.dicens quod iſtam ſententiã tenet, & firmat Saly.in diſputatione inchoante: Statuto cauetur, &c.& Bal.conſi.incip. Materia diuiditur, & conſilio exordiente Statutum tria capita, ſubdenſq; ibi quod ſecundum hanc opinionem ſæpius Moder.Peruſini conſuluerunt habentes iſtam opinionem pro canonizata, & quod alias fuit iudicatú in ardua cauſa in ciuitate Florẽtiæ, in qua utrinque erant conſilia Doc.totius Italiæ, & dictam ſententiam tenet etiam, ſequiturq; Corne. conſilio.197.uol.1.conſi.91.107. 162.col.fin.uol.2.& cõſi. 214.in conſi.115.uolu.3.& conſ.1.conſi.258.nu.4.Cur. conſi.27.38.& ſeq.& 78.col.32.& ſi quis opponeret p̃ſatæ communi concluſioni hoc fundamento, uidelicet ꝗ regulariter ſubſtantia cõtractus in alterius ex contrahẽtibus, uoluntatem conferri non poteſt, l.quod ſæpe, §.1. ff.de contrah.emp. reſponde breuiter ꝗ dotis ſubſtãtia poteſt l.cum poſt.§.gener.ff.de iure do.& non ſolú per uerba reſonantia arbitrium boni uiri, ut promitto dotẽ arbitrio meo, & quam extimauero, ſeu arbitratus fuero, l.ſi ſic.ff.de lega.1. ſed etiam per uerba liberam uoluntatem importantia, ut promitto dotem, quã uoluero, l.fideicommi.§.quamquã.ff.de leg.3.idcirco ſemper uidetur boni uiri arbitrium ſtipulationi inſertum eſſe l.3.C. de do.promiſ.ubi omnes not.& in l.1.ff.ſolu.matri.

Statuti rubrica diſponens uel prohibẽs, quod filia dotata non ſuccedat in bonis aſcendẽtium, nigrú uero prædictæ rubricæ, ſeu Statuti non diſponens, niſi de bonis matris uel auiæ, nullum uerbum addendo, ac faciendo de bonis paternis, hoc caſu filia non poteſt ſuccedere in bonis paternis ſecundú Paulú de Caſtro, conſilio octuageſimotertio, uolumine ſecundo, præſens caſus modicã & capitulo in nouis; & ratio allegatæ doctrinæ uidetur iſta, quia rubrica generalis habens rubricam perfectam non reſtringitur per nigrum, ut omnes Moderni pleno ore fatentur in dicta lege prima, ff.ſi cer.petat. Imo dic fortius quod prędicta rubrica generalior nigro põt allegari ad deciſionem cauſarum, & pro textu, & l. ſciendũ,

Bar.

Bar.in d.l.1.quod intelligũt omnes ſcriben. ibi cõmuniter,quando rubrica haber rationem perfectam, ut ſupra docuimus, & tenet etiam Alexand.conſilio 13. in princip.uolum.3.cõſi. 180 maturè digeſtis,col.1.uol.2.Corne.conſi.67.planè quidem, col.2.libro.1. & conſi.104.col.3.eod.uol.& conſi. 181. in hac conſultatione col.2.uol.2.quam quidem communem ultra alios iam congeſtos ſequuntur, & atteſtantur Alexan.& Dec.in 2.lect.in d.l.1.& omnes Moder. corroborant ſimiliter dictam doctrinam Pau.de Caſt. per deciſionem Petri Gerar.in ſing.ſeptimo,quod ſi ſtatutum diſponat,ut filia fœmina non ſuccedat debet intelligi in bonis dotãtis, & per Iaſ. in l.quoniam nouella,col.fin.C.de inoffi.teſtamen.licet de eo ad quem ius dotandi ſpectat nigrum nihil dicat. In contrariã uero partem inclinauit per ſeptẽ fundamẽta Iaſ.in d.l.1.quibus omnibus reſpondet Deci.Niger, & Mantua,ibi, & quam optimè rñdebat reſidendo cum doctrina Pau.Caſtren. fortiſsimia, & nouis fundamentis, quæ omitto breuitati ſtudendo, D. Raynaldus Rodulphus Peruſinus ſingularis præceptor meus iureconſultorum eloquentiſsimus, & acutiſsimus hac tempeſtate, dum eum Peruſij ſuperioribus annis publice audiebam,& cum dicta doctrina Pau.de Caſtr. tranſeunt omnes Doc.communiter in locis mentionatis. Corroboratur ulterius præfata opinio Pau.Caſtren.quod per extẽſionem ex mente ſtatuentium collectam comprehenditur ſucceſsio patris quoniã inficiari nequit aliquo modo,quod ſi ſtatuẽtes fuiſſent interrogati de ſucceſsione patris quod idem æque diſpoſuiſſent,ſed omiſerunt tanquam clarum,ut potè, quia maior erat dubitatio de ſucceſsione matris,quum bona nõ diſcedant à familia agnatorum, & iſta eſt communis opinio, ut per Soci.conſi.128.Alexand.conſilio octuageſimotertio, & 122 uolumine.3.& Alcia.in d.l.1.col.2. & mihi uidetur eſſe probabilem,iuri conſonam,& æquam ſententiam,quia hoc, ſtatutum eſt fauorabile ſecundum Bal.in l.maximum uitium,C.de liber.præteritis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum excludẽs à ſucceſsione fœminas propter maſculos eſt fauorabile ac tenet.*
2 *Cum agnationis conſeruandæ cauſa ſit inductum.*
3 *Nec in totum legitimam tollere poſsit.*
4 *Neque ſolum filius, uerum etiam nepos ex eo fœminã excludit.*
5 *Cum appellatione filij ueniat etiam nepos.*
6.7 *Quod pluribus rationibus firmatur.*
8 *Excluduntur etiam fœminæ nõ à Laicis modò, uerum etiam à Clericis.*
9 *Sed nec ad ſucceſsionem propter maſculos admittũtur fœminæ quæ per matrimonium conſequens effectæ ſunt legitimæ.*
10 *Nec quæ religionem ingreſſæ ſunt.*
11 *Quod etiam ſtatutum in Iudæis locum habet.*
12 *Sed & unus tantum maſculus exiſtat: dicendũ eſt fœminam excludi.*
13 *Nec illã modo,ſed etiam ex illius uenientes perſonæ.*
14 *Arrogatus etiam ab auo materno fœminã excludit, hoc caſu,cum appellatione filij comprehendatur arrogatus.*
15 *Hoc autem ſtatutum nõ intelligitur de bonis quæ extra ſtatuentis locum ſita ſunt.*
16 *Et quamuis filia ex ui ſtatuti repellatur à ſuccedẽdo, poteſt tamẽ præterita,patris teſtamentũ dicere nullũ.*
17 *Nec excluditur à filijs legitimis effectis ex reſcripto Comitis Palatini, uel alterius ſimilẽ ptãtẽ habẽtis.*
18 *Idem eſt dicendum,ſi maſculi ſint incapaces,ut ſi ſint deportati.*
19 *Aut ſi maſculus exiſtens ſuccedere nollet.*
20 *Vel ſi maſculi non ſuperſint,ſed tantum fœminæ,quo caſu ad hæreditatem admittuntur.*
21 *Et ſuccedunt etiam non obſtante ſtatuto in bonis emphyteuticis.*
22 *Nec repellũtur ab hæreditate exiſtẽtibus adoptiuis.*
23 *Nec ullo modo ex ſtatuto excluduntur à ſupplemẽto legitimæ.*
24 *Conſequuntur etiam hæreditatem,licet poſt quadraginta annos deficerent maſculi.*
25 *Vbi tamẽ ex hoc ſtatuto fœmina excluditur,ſatis eſt, ut uel momẽto excluſa ſit à maſculo,ut in perpetuũ excluſa dicatur.*
26 *Sed & in hoc ſtatuto excludente fœminam dotatam, uenit etiam illa cui dos promiſſa eſt.*

1 STATVTVM excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile,ut per Bald.in l.maximum uitium,C.de lib.præter.& per Ale.conſi.89.& conſi.132. uolu.6.& conſilio 141.uolu.7. quia pro conſeruatione
2 agnationis & familiarũ eſt introductum,ut uolunt Bal. & cæteri in d.l.maximum uitium, & alios quamplures eiuſdem ſententiæ relatos per Curtium Iunio.conſi.87. nu.5.ubi aſſerit hanc eſſe communem opinionẽ,Soci.Iunior uero conſi.1.nume.46.& 108.lib.1.circa iſtam materiam refert quatuor opiniones, & denique ſecundam opinionem, uidelicet quod dictum Statutum ſit odioſum aſſeuerat eſſe magis communem, ſed quid concludẽdum in tam uarijs iuris noſtri interpretum ſentẽtijs? Ego pro nunc inhæreo primæ opinioni hac potiſsimum
3 ratione omiſsis alijs, quia huiuſmodi Statutum ĩ totum legitimam tollere nõ poteſt, ſed diminuere,ex quo legitimã reduxit ad dotem datam, uel promiſſam quæ dicitur eſſe loco legitimæ,ut tenent Bal.& Saly.in 2.nota. per illum tex.in l.quoniã nouella.C.de inof.teſta. Ampliatur primum hoc Statutum diſponẽs,ꝙ filius maſcu-
4 lus excludere poſsit fœminã,ut procedat etiã in nepote ex filio,qui quidem poteſt dictam fœminã excludere, ſecundũ Bald.Alex.& alios Docto. in l. uenia.C.de in ius uocã.Anch.in Canonum ſtatuta.de conſtitut.Ruyn. conſ.41.nu.3.colu.2.& conſi.58.nu.5.poſt alios ibi per eum congeſtos,uol.5. quoniam appellatione filij nepos
5 comprehenditur,l.liberorum,ubi Bar.ff.de uer.ſign.& Moder.in d.l.uenia. Roma.conſi.129. Rochus de Curte in repetit.cap.fin.de conſuet.Gox.conſi.90.col.4.Marſil.conſilio 85.numero 14.& latius in ſing.303.filiorum appellatione,& Iaſ.in l.de quibus numero 16.ff.de leg. ubi atteſtatur hãc eſſe communem opinionem,& Soci. nepos conſi.144.nume.83.lib.3 poſt Deci. in l. 1.col.3. C.de in ius uocan. Comprobatur etiam iſta communis
6 quia conſuetudo extenditur,quando caſus,ad quẽ fit extenſio comprehenditur ſub caſu expreſſo ſaltem ex lata uocabuli ſignificatione: nam ad talem caſum extenditur cõſuetudo et contra ius, aut à iure exorbitans, l. filium habeo,ff.ad Maced. Comprobatur poſtremo iſta cõclu-
7 ſio,quoniam nepos in caſu noſtro locum patris tenet ſecundum Paul. Caſtren.conſ.154.præſens caſus,& Franciſ.de Aretio conſi.64. ſubrogatum etenim ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.l.ſi eum,§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.l.1.§.hęc actio,ubi Bar.ff.ſi quis teſtã.liber eſſe iuſſus fuerit, & perſona ſubrogata utitur eiſdem priuilegijs,quibus ille cuius loco ſubrogatur, l. decernimus,& ibi p Bar.C.de aquæ ductibus li.11.& l. comperimus,ubi etiam Bar.C.de proximis ſacrorũ ſcri-
8 niorum. Amplia ſecundo præfatum Statutum,ut non ſo-

lum habeat locum in Laicis, uerum etiã in Clericis, qui abſque dubio poſſunt gaudere beneficio dicti ſtatuti cõtra fœminas, ſecundum Sand. in ca. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ, col. 17. uerſi. ſeptimo quæro &c. de conſtitu. Bald. in l. cunctos populos, in 2. lect. col. 2. uerſi. ſed his ulterius quæritur, & conſ. 30. uolu. 1. Abb. in c. conſtitutus de in integ. reſtit. in 5. not. Lapus in allegat. 100. & ſeq. Barba. conſi. 54. in fin. Soci. Iuni. conſilio 10. numero 23. uolu. 1. & alios quamplures relatos per Ioan. Bapt. Caſtellionem in addi. ad Rom. in ſing. 441. habeo caſum in facto, ubi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, quoniam Statutum inter Laicos eſt obſeruandũ etiam inter Clericos, quando Statutum iniecit uinculum ante clericatũ, c. reſtitutus de in integrũ reſtitu. & not. Canoniſtæ in d. c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ: cõtrariam uerò ſententiã ſequutus eſt Soci. Iunior. in d. conſi. 1. num. 63. uolum. 1. ubi dicit hanc opinionẽ eſſe ueriorem, tamen quicquid ipſe Soc. ſuadeat ob hoc in iudicãdo & conſulẽdo, ſemper ſequerer communem, quia iudicare contra communem eſſet contra ſtimulum calcitrare, ut per Craue. con

9 ſi. 91. nu. 11. Ampliatur tertio iſtud Statutum excludẽs fœminas propter maſculos, quod excludat etiam legitimatos per conſequens matrimonium, ſecundum Anchara. conſi. 242. ea tenore, & Deci. conſi. 155. & diligenter

20 pro tenui. Amplia quartò dictum Statutum excludens fœminas extantib. maſculis ligare etiam fœminas ingredientes religionem, & ſic operatur cõtra fœminas profeſſas religionem, ſeu moniales, ut per Ioann. And. in reg. ſine culpa de reg. iuris in 6. mercurialib. Pau. Caſtren. conſilio 339. primum dubium de quo quæritur, col. 2. & 3. Roma. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de uer. obl. Abb. & alios in ca. quod Clerici de foro compe. Abb. & Fel. col. 58. in d. c. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & Ripa in ſuis reſpon. in tit. de longa conſuetudine c. 6. nu. 11. ubi audacter atteſtatur hãc eſſe communem opinionem, & Soci. nepos conſilio 25. numero 11. uolumine 3. nonnulli uerò Doctores & male fuerunt in cõtraria ſententia, quos refert Ruynus conſilio 200. num. 8. libro 2. & Laurentius Syluanus conſi. 49. num. 4. Amplia quintò hoc

21 Statutum, quod fœminæ excludãtur propter maſculos, extendi etiam ad Iudæos, ut uoluit Ana. in c. Iudæi il ſecundo, col. 5. de iudæis, & Felyn. ibi. col. 2. & nouiſsimè Marquardus de Suſannis, in tract. de Iudæis, & infidelibus in 2. parte, c. 2. nu. 4. & ſequen. poſt alios ibi relatos per eum, ubi audacter aſſeuerat hãc eſſe communem o-

22 pinionem. Amplia ſexto loco dictũ Statutum, quod ſtãtibus filijs maſculis fœmina excludatur, habet locũ & procedit etiam ſtante uno, ſecundum Bal. in l. 1. C. de cõdi. inſer. per illum tex. quem refert, & ſequitur Dec. in c. prudentiam, §. adijcimus, num. 8. de offi. delega. Prçallegatumq; Statutum quod fœmina excludatur ſuperſtiti-

23 bus maſculis. Amplia ſeptimò, ut procedat, ut tam filia, quàm uenientes ex perſona eius a ſucceſsione repellantur, ut per Bar. in l. 2. §. uidẽdum in fin. ff. ad Tertul. & in d. l. liberorũ, col. pe. per illam legem. C. de collatio. Ruynum conſilio 150. nu. 2. uolu. 1. & conſilio 151. num. 6. uol. 2. cum alijs congeſtis per Deci. conſi. 656. iuridicã, Laurentium Syluanum conſi. 5. nu. 65. & Ruynum conſ. 8. nu. 9. uolu. 3. & iſta uera, & indubitata cõcluſio. Am-

24 plia ulterius quod ſi huiuſmodi Statuto excluſiuo fœminarum comprehẽditur non ſolum filius legitimus, & naturalis, ſed etiam arrogatus in filiũ ab auo materno, quia per omnia ſimilis eſt, filio uero, legitimo, & naturali, tam ratione patriç poteſtatis, quam quo ad effectũ ſuitatis, ac etiã reſpectu ſucceſsionis ab inteſtato, ut §. in noſtra. inſti. de acti. §. pe. Inſti. de hære. quæ ab inteſt. iuncta l. cum in adoptiuis, circa fi. ff. de adoptio. & l. ſi te parẽs, & ibi Barto. C. de ſuis & legiti. imò dic quod arrogatus filij appellatione continet. l. filij appellatione, l. iuſta, & dicta l. liberorum, ff. de uerb. ſign. ergo ſecuta arrogatione cum in eo concurrant uinculũ ciuile, & naturale, dicto §. in noſtra, filius legitimus, & naturalis dicet. & eadem ratione, quia filius legitimus, & naturalis fœmina excludit, eadẽ, & ipſe arrogatus excludere uidetur. Ampliatur, ſeu interpretatur nonò dictum Statutum excludens fœminas propter maſculos, quod eſt de iure licitũ ſecũdum communem opinionem Doct. citatam, & relatam per Alber. Brun. in trac. de Statutis excluden. fœminas col. 2. Fallit primo loco iſtud Statutum excludens

25 fœminas propter maſculos non habere locum extra territorium ſtatuentium, & ſic non propagatur, nec extendi radices & uites ſuas, quoad bona exiſtentia extra territorium ſtatuentium, ſecundum Bar. in l. cunctos populos, q. 6. C. de Sũma. Tri. Alex. conſi. 128. cõſideratis uerbis inſtrumenti, uol. 1. ubi latiſsimè reſpondet omnibus ferè rationibus Sal. contrariũ aſſeuerantis in l. cunctos populos, C. de Sũma Trini. & fide Catholi. & iſta uidetur communis opinio, ut teſtatur Alexan. in allegato cõſi. & Ruynus conſi. 48. nu. 5. circa medium, uol. 3. ubi ait, ab iſta ſententia cõmuni non eſſe recedendum, & Rolãdus à ualle poſt alios relatos per eum in tract. de lucro dotis in quæſtio. 20. nu. 14. Interpretatur ſecundo dictũ

26 Statutũ excludens filiam à ſucceſsione patris, quod ipſo mediante non excluditur ad inualidandum teſtamentum inter liberos conditum, & ſic filia ſimpliciter à Statuto excluſa, ſi in teſtamento patris fuerit præterita, poteſt illud rũpere, ſi pater extraneos uel filios inſtituerit, quia in hoc filia extranea perſona non reputatur, ſecundũ Cor. in l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto, co. 3. uer. prædicta faciunt. Cuma. conſi. 519. circa fi. cum alijs relatis per Boeri. deciſi. 241. nu. 9. ubi ait hanc eſſe cõmunem opinionem, & Beroius poſt alios relatos per eum in repeti. cap. Raynutius, nu. 234. cum alijs ſeq. de teſtamen. ubi ad utranq; partem doctè, ſubtiliter, ac latè hãc quæſtionem diſputat, & ratio dictæ communis opinionis uidet iſta, quia pater tenetur neceſſario uocare filiã in ſuo teſtamento, uel eius filios, ut decidunt Bar. Iaſ. cæteriq; Doct. communiter in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de uer. obli. & de dicta communi atteſtatur Moder. inibi, & Gui. Benedic. in repeti. d. ca. Raynutius de

27 teſta. nu. 81. Fallit tertiò præfatum Statutum diſponens quod ſtantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat, nõ habere locum in filijs legitimatis per reſcriptum Comitis Palatini, uel alterius habẽtis poteſtatem legitimãdi, cùm non excludant fœminam ſecundum Deci. in l. liberos circa fin. C. de collatio. in c. in præſentia, nu. 40. ext. de probatio. & latè conſuluit cõſi. 52. & Curtius Senior conſi. 16. num. 5. & ſeq. & conſi. 35. nume. 16. cuius cõſi. complures excellentes, & illuſtres Doctor. ſe ſubſcripſerunt, & ita in opulenta hæreditate fuit Mediolani iudicatum, & iſta eſt cõmunis opinio ſecũdum eundem met Deci. in d. l. liberos. Et de dicta communi atteſtatur etiã Franciſ. Curt. in prçallegatis cõſilijs, & de ueritate iſtius cõcluſionis communis plura ſcribit Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de uſucap. Crotus in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de libe. & poſthu. Brunus in trac. quod ſtantibus filijs maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, q. 12. artic. 4. declaratur hoc nõ procedere in filio ſpurio legitimato per principem, qui quidem ſub ſtatuto prædicto ad excluſionem fœminarum comprehẽditur, ut pote quia ipſe uerè, ac proprie legitimus, & naturalis cẽſetur, ut cõcludunt Bar. & alij omnes communiter in d. l. ſi is qui pro emptore, & latè per Alexan. conſ. 2. uolum. 1. ergo filius iſte dicetur excludere fœminas, ſicut legitimus & naturalis, & hoc uoluit idẽ Alex. in l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius uocand. qui atteſtatur iſtum Doc. communiter tenere, & in d. conſi. 11. col. 5. & conſi. 87. col. 5. uo. 2.

28 Limitatur quarto quod dictum Statutum excluſiuum fœminarũ ceſſat ſi maſculi ſint incapaces, ut puta ſi ſint deportati, quia tunc habentur pro mortuis, & pro non

ſtantibus

ſtantibus, ut per Bart. in l. 1. §. pet. ff. de bono. poſſeſ. ſecū
dum Tabu. quem ſequitur Bal. in auth. ingreſsi. circa fin.
C. de Sacroſanct. Eccle. & Ruynus conſilio 154. num. 5.
uol. 2. interpretatur ſimiliter hoc Statutum etiam habe
19 re locum ſi maſculus extaret, & ſuccedere nollet. l. 1. §.
ſed ſi ſint ſui. ff. ad Tert. & ibi no. Bar. quia huic Statuto
pōt maſculus renunciare, ut per Bal. in l. maximū uitiū,
col. 7. uerſi. ſed pone frater. C. de libe. præte. Fallit ſexto
20 hoc ſtatutum, quod ſtantibus filijs maſculis fœminæ nō
ſuccedant, quod ſi maſculi non ſuperſint, ſed ſolum fœ-
minæ, ipſæ admittentur, ut per Bart. in l. fin. in q. 1. ff. ad
Tertul. Bal. in l. in quibus. C. de ſecund. nupt. & iſta eſt cō
munis ſententia omnium ſcribentium, & longo, ac diutu
no tempore obſeruata, ut refer. & atteſtatur Soci. ne-
pos conſ. 80. numer. 6. uol. 2. Limitatur ſeptimò hoc Sta
21 tutum excludens fœminam dotatā à ſucceſsione dotā
tis nō excludere eā a bonis emphyteoticis, cùm de ipſis
non fiat mentio, prout uoluit Bal in l. liberti, libertæque
C. de oper. liberto. Bar. & alij Doct. communiter in l.
& iuſiurand. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. Imo. & alij oēs
in l. c potuit de loca. & conducto. & Ruynus conſi. 4. nu-
mero 6. uol. 1. ubi hoc declarat, & limitat. Interpretatur
22 octauo loco dictum Statutum præferēs maſculos fœmi
nis, non habere locum in adoptiuis, ut uoluit elegan-
ter Ioan. de Ana. conſi. 37. uiſo caſu. cuius dictum refert,
ac comprobat, & ſequitur Deci. in d. c. in præſentia, nu.
117. & ſequen. & Tyraque. cum alijs infinitis ibi relatis
per eum in repetitio. l. ſi unquam, C. de reuocan. donat.
in uer. ſuperſit liberos. nu. 11. fol. 146. Interpretatur no-
23 nō præallegatum Statutum, quod licet excludat fœmi
nas à ſucceſsione non propter hoc excludit à ſupplemē
to legitimæ, ut per multa concludit Saly. in auth. nouiſ-
ſima. C. de inoffi. teſta. in l. ſerui noſtri, propè fin. ff. de no
xal. in l. ſancimus. C. de nupt. & in auth. res quæ C. com-
munia de lega. ubi etiam Rapha. Cuma. hoc idem tenet
Alex. conſi. 7. col. 2. lib. 2. conſi. 49. uel 69. uol. 1. & conſi.
78. uol. 4. & hoc idē tenuit Soci. iunior in d. l. Gallus. §.
& quid ſi tantum, & ita conſuluit conſ. 30. & 150. uol. 1.
& iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Soc. in l. hę
redes mei. § cum ita, col. fin. ff. ad Trebel. & Grammati.
ultra alios per eū congeſtos deciſio. 101. numero 46. &
iſtam quæſtionem latè diſputat ad utranque partem Au-
guſtinus Beroius in repetitio. d. ca. Raynutius, numero
330. Moderatur, & coarctatur hoc Statutum non proce
dere, qā ex diſpoſitione Statuti fœmina non poſſet ſuc-
cedere, & deberet ſtare dote contenta, tunc filia nō poſ-
ſet petere ſupplementum legitimæ ſecundum Bar. & a-
lios in d. §. & quid ſi tantum, & iſta ē communis opinio
ut patet ea allegatis per Alex. in d. §. & quid ſi tantum,
& Iaſ. in d. auth. nouiſsima, Soci. conſi. 150. prima igitur
radix, Iaſ. cōſ. 82. Statuto Ciuitatis lib. 2. Deci. conſi. 26.
diligenter, in conſil. 89. uiſo puncto, in fin. & conſi. 203.
in caſu, &c. Curti. conſi. 37. conſiderato Themate, Calc.
conſi. 11. col. pen. & fin. & quamuis iſtud Statutum pro
hibeat ſupplementum dotis, uel legitimæ, nihilominus
nō hēt locum in magno exceſſu, ex quo detegitur patris
dolus. l. unde ſi Nerua. ff. pro Socio, & tenet, ac declarat
Paul. Caſtrē. conſi. 110. col penul. quod Refert Ruynus
conſilio. 98. numer. 4. poſt prin. uol. 2. Fallit decimo q
34 filia excluſa à Statuto donec ſuperſunt maſculi poſsit
aliquando ſuccedere, unde ſcias qđ filia, quā Statutū à
ſucceſsione, donec ſuperſunt maſculi, excludit etiam ſi
poſt quadranginta annos deficerēt maſculi ad ſucceſsio
nē admittetur, ut per Bar. in l. ſi. ff. ad Tertul. cuius opi-
nionem fatetur eſſe communē Soci. conſi. 63. in cauſa
uertente, col. 1. lib. 1. Ioan. Dilectus in tract. de arte teſtā
di in cautela 6. nume. 5. titū. 11. & Soci. nepos conſi. 110.
numero 4. & 16. uolumi. 2. & conſi. 1. numer. 1. li. 1. & cō
ſilio 31. numer. 2. eodem uolu. quam quidem Bar. doctri
nam communem ſequitur Bal. Paul. de Caſ. Saly. Corn.
cæterique omnes in l. C. de libe. præte. poſt alios quam-
plures relatos per Soci. Iuniorē conſi. 1. numer. 1. lib. 1.
& intelligit procedere ultra præallegatos Doc. ipſemet
Soci. Iunior in d. conſilio 110. nume. 16. & conſ. 114. nu
mero. 1. 2. et 3. eodem uol. quando fœmina non ſimpli-
citer excluditur, ſed temporaliter, ueluti donec, & quā-
diu maſculi ſuperſint: ſecus autem eſſet ſi familiæ exclu-
derentur ſimpliciter per Statutum extantibus maſculis,
quia hoc caſu excluſio earum eſſet perpetua. Interpreta
25 tur undecimo loco dictum Statutum, quod filius maſcu
lus excludat fęminam ſimpliciter, locum habere etiam
in ea, quæ momento fuit excluſa, ut in perpetuum exclu
datur, & ſic ſufficit tunc, quod momento maſculus fœ-
minam excluſerit, ut ſit excluſa in perpetuum, ſecundū
Bal. in l. ſi quis poſthumus. §. 1. col. fin. ff. de liber. & poſt
hu. quem ſequitur Deci. conſi. 623. col. 1. interpretatur
26 duodecimo prædictum Statutū excludēs fœminas do-
tatas, à ſucceſsione uerificari etiā in ea fœmina, cui dos
promiſſa fuit, ut per Bald. in l. non fine. C. de bonis quæ
libe. Afflict. deciſio. 61. & Iaſ. conſ. 11. col. 2. lib. 1. In cō
trariam uerò ſententiā uidentur inclinare Iaco. de Are
ti. per. Cyn. & Fulgo. in d. l. non fine, Cuma. & Imo. in l.
Titio centū §. Titio genero. ff. de cōditi. & demon. Alc.
conſi. 13. col. 4. uol. 3. & Soci. conſi. 207. col. 2. uo. 2. ſed
in iſto conflictu opinionum caſu eueniente ſemper con-
ſulerē pro prima opinione, quæ uidetur uerior, ubi Sta
tutū ſimpliciter excluderet fœminam dotatam, ſecus u-
bicunque exigeret dotem eſſe datam, ut per Soci. conſ.
90. col. 3. uo. 1. quē ſequitur Bru. in tract. exclu. fœmina
rum in 7. q. col. pen. Limitatur 13. hoc Statutum ubicun
que filius maſculus moreretur, antequā portionem ſibi
debitā ex forma dicti Statuti adiret & agnoſceret, quia
tunc portio ad quam ipſe filius admittitur ex diſpoſitio
ne Statuti, excludendo fœminā, non traſmittit ad quoſ-
cunque hæredes, ut uoluit Salyc. in l. 1. col. 2. & ſeq. C.
de adult. ſed Salyc. noli adhibere fidem, ne te decipiat,
quia contra eum eſt communis opinio. ut per Alexand.
conſi. 20. uol. 1. Soci. conſ. 143. uol. 1. & conſi. 296. uol. 2.
& per Brun. in ſuo trac. exclu. fœmi. in 13. arti. prin. quæ
ſtio. 6.

Inſtitutio patris, & matris eſt neceſſaria de iure com
muni in teſtamento filiorum, unde filius faciens teſtamē
tum in caſibus à iure permiſsis, tenentur parentes in ali
quo inſtituere hæredes, quia illis præteritis teſtamen-
tum uiribus caret, §. ſiue igitur, & §. hæc autem diſpoſui
mus, in auth. cùm de appella. cognoſc. notat Calderi. cō
ſi. 5. an ſi teſtator, in tit. de teſta. Bal. conſ. 84. ueritas li. 4.
& hæc eſt communis opinio, ut conſtat ex cōgeſtis per
ſcribē. in auth. nouiſsima. C. de inoffi. teſta. & per Barba.
in c. Raynutius, col. 67. de teſta. contra Bar. in d. authē.
nouiſsima, quia legitima debetur parētibus propter ho
norem, & reuerentiam, quam filij erga illos præſtare te-
nētur. d. §. hæc autem, & præcipuè debetur matri, ne à lu
ctuoſa filij hæreditate dicatur excludi. l. ſi. C. de inſti. &
ſubſtit. ſub conditio. factis. & l. liberi. §. 1. C. de inoffi. te
ſta. & hoc latè docuimus ſupra in uer. filius in concluſio
ne incip. Inſtitutio parentum &c. Limitatur iſthæc com
munis opinio, ſeu limitari poteſt per Statutum contra-
rium diſponens, unde legitima matri debita cum ſit de
iure poſitiuo, poteſt per Statutum tolli, ſecundū Bal. in
l. 1. ius naturale, colum. fin. ff. de iuſti. & iure, & hāc eſſe
communem opinionem aſſeuerant audacter Ioan. de
Imo. in l. quod de bonis. §. fin. ff. ad legem fal. Alex. conſ.
168. col. 1. uol. 7. Deci. cōſi. 372. col. 2. et Pariſi. conſ. 23.
col. 2. uo. 2.

Prouincia aucta, et augmentata acceſſoriè comitatu
uel regno ita quod ſit unum Regnum cum primò, uel u-
nus comitatus, regulatur ſecundum Statuta, & regulas
ipſius Regni, uel comitatus, et eiſdem Statutis legibus,
& priuilegijs eſt gubernanda, quibus gubernatur Re-

S 4 gnum

gnum ipſum,& comitatus ſecundum Bar. in l.ſi connenerit.§.ſi nuda.ff. de pigno. actio. quem ſequuntur omnes docto.inibi,& Roma.conſi.218.col. 3. Alex. conſi. 114.col.fin.uol.4.& conſi.47.uol.6.Afflict.in c.1.§.& ſi Clericus.col.10.de capitu.Corra.Calcan.cõſi.2.col.19. Barbat.in c.translato,col.7.de conſtitu.Iaſ.in §.in perſonam,col.4.Inſtit.de actio.Ripa in prima par.reſpõſorũ. 22.& Curtius Senior conſilio.56.col.6.ubi ait hanc eſſe communem opinionem,& Moder.in d.§.ſi nuda.

Statutum habilitans, uel inhabilitans perſonam alicuius,aliàs inhabilem ſeu habilem de iure communi,nõ extenditur aliquo modo ad foreſes,ſecundum Bar.in l. 1. ff. de tuto. uel cura. datis ab ijs, ubi aſſerit eleganter quod ſtatutum Ciuitatis,quod diſponit circa perſonam legitimandam ad aliquẽ actũ,non extenditur, nec porrigetur ad omnes,qui non ſunt ſuæ iuriſdictionis,hoc idem uidetur intrepidè tenere ipſemet Bar. in l.cunctos populos,col.6.in 3.q.C.de Sum. Tri. & fide Cath. ubi cludit quod ſi ſtatutum diſponeret filium familias poſſe condere teſtamẽtum,tunc filiusfamilias Forenſis in Ciuitate,in qua reperitur huiuſmodi Statutum non poterit teſtari,quia Statutum legitimare nequit perſonã ſibi non ſubditam, nec circa ipſam diſponere aliquid,& cũ Bar.tranſeunt omnes Docto.in præcitatis locis,& præſertim Iaſ.inibi.in 1.lectu.col.5.& in 2.lect.col.antepe. Marſy.in l.ſi.col.30.uerſi.hanc tamen concluſionem,ff. de iuriſdictio.om.iudi.Alex.conſi.45.col.3.uol.5.Cor. conſi.45.col.pen.uol.1.& conſi.94.col.2.uol.2.& Ruynus conſi.120.col.ſi.uol. 1.& conſi.201.col. 1.eod.uol. ubi ait hanc eſſe communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Statuto ſimpliciter diſponente maritum mortua uxore in matrimonio lucrari dotem, excinditur à lucro dotis maritus exiſtentibus filijs ex primo matrimonio,de iure communi.*

2.3 *Vbi autem per ſtatutum huic iuri communi non expreſſe derogaretur,ſed ex cõiecturis,menteq; ſtatuti atq; ex illius uerbis inferri poſſet,ſtatutũ huic legi cõi derogare uoluiſſe, maritus etiam ſuperſtitib. filijs prioris matrimonij lucrum dotis facit ex cõi doct.ſententia.*

4 *Hócq; multo magis ſine dubitatione ulla procedit in ſtatuto,quo ſic caueretur, ut defuncta uxore ſine liberis in præiudicium filiorum primi matrimonij maritus dotem aut illius partem lucriſaceret.*

5 *Quod ad publicam utilitatem pertinet, ut uiduæ facilius nubere poſsint.*

6 *Neque id tamen intelligendum eſt in matrimonio putatiuo,ſed tantum in uero matrimonio locũ habet.*

7.8 *Sed Statuto promittente maritum dimidiam partem lucrari dotis,alterã uero partem iubente reſtitui debere utrum dotem promiſſam maritus lucriſaciat, an uerò dotem tantum per ſolutam.*

9 *Quod ex communiori ſententia uidetur eſſe iuſtius.*

10 *Cum dare & promittere nihil differre uideantur,& mulier ex ſola promiſsione dicatur habere dotem.*

11 *Hoc autem ſtatutum procedit in matrimonio non mõ diuturno, uerumetiam momentaneo.*

13 *Etiam ſi deceſſerit uxor, antequam ad domum uiri producta ſit.*

13 *Imò etiam,ſi poſt matrimoniũ per uerba de præſenti uxor,ante tamen copulam ſecutam, fuerit ingreſſa monaſterium.*

14 *Hoc tamen lucrum dotis tanquam aduentitium iudicatur,quare maritus nõ tenetur illud communicare cum fratribus.*

15 *Quod quidem lucrum quoad proprietatem, amittit maritus,qui tranſit ad ſecundas nuptias.*

16 *Statutum aũt in hoc caſu non loci uxoris,ſed mariti, ſpectandum eſt.*

17.18 *Quod ſi maritum duxerit uxor eius domum, num ſtatutum loci mariti conſideretur? an uerò uxoris?*

19 *Communiore calculo uidetur approbatum, ut uxoris domicilium attendatur.*

1 STATVTVM ſimpliciter diſponens, ſeu loquèns de
marito lucrãte dotem,aut bona mobilia mortua uxore
in matrimonio recipit interpretationẽ per l.hac ædicta
li.C.de ſecun.nupt.ideſt, niſi ſuperſint filij prioris matri
monij ut per Bar.Bal.Sal.& cæteros communiter in d.l.
hac ædictali in 6.q.& ſic filij primi matrimonij non ob-
ſtante dicto ſtatuto poſſunt totam dotem,& bona mobi
lia petere,iuxta diſpoſitionem tex in d.l.hac ædictali,et
iſtam opinionem ſequuntur omnes Doct. in l.unica.C.
de inof.dot. et dicunt eſſe magis communem Iaſ.et Cur-
tius Iunior in auth. præterea.nume. 14. C.unde uir, et
uxor.et Auguſti.aeroius in ſuis quæſtio. familiaribus.q.
149.nume.2.et iſtam ſententiã communem ſequebatur
ſimiliter publicè legendo Peruſij D.Raynaldus Rodul-
phus Præceptor meus, interpretans annis præteritis cũ
non modica utilitate ſuorum Scholarium,d.auth.præte
rea,qui quidem optimis fundamentis reſpondebat Bar.
et ſequacibus in l.ea lege in 4.q.C.de cõdict.ob cauſam,
contrarium aſſeuerantibus.ubicunque tamẽ nota. Statu
2 tum non faceret mentionem expreſſe, et ſpecificè quod
maritus etiam exiſtentibus filijs primi matrimonij lucre
tur dotem, ſed ex coniecturis,ac uerbis ipſius Statuti et
mente ſtatuentium colligi poſsit facillime, quod nellet
derogare.d.l.hac ędictali,et ſic præiudicare filijs prioris
matrimonij uidetur derogatum. d.l. hac ædictali abſq;
aliquo dubio,licet expreſſe ſtatuentes non fecerint mẽ-
tionem de ipſa derogatione, et maritus tunc lucrabitur
dotem iſtam exiſtentibus filijs primi matrimonij,ſecun
dum Bal.conſi.485.col.2.uol.6.Saly.in d. l. hac ædictali
in 6.q.Pau.de Caſt.conſi.192.col.2.uol.2.uel 1.Roma.
conſi.44.uol. 3. et iſtam aſſeuerat eſſe communem opi-
nionem omnium Doct.Pariſi.conſ.91.col.4.lib.3.in cõ
trariam uerò partem præcipitanter inclinauit Soc.cõſi
lio.35.co.2.uol.4.et Curtius Senior conſ. 78.co.5.uide
licet quod ſi Statutum ſpecificè dictæ hac ædictali non
deroget,non cenſeatur aliquo modo derogatum, ta-
men quicquid iſti Doc.ſuadeant, temerariũ, et fatuum
eſſet in iudicando,et conſulendo recedere a præallega-
ta cõmuni opinione, quam declarat,ſequitur, et tuetur.
Rolandus à Valle poſt alios ibi per eum relatos in trac.
de Statuto de lucro dotis in quæſtio 25.numero 1.et 3.
Sed hoc dubium ceſſat quotieſcunque Statutum diſpo-
4 neret quod uxore præmoriente ſine liberis, maritus lu-
cretur totam dotem,aut partem dotis,uel bona mobilia
in præiudicium filiorum primi matrimonij, tunc ualet
dictum Statutum, et præiudicat filijs primi matrimonij
ſecundum Bald.in l. 1.col. 3. C. de inoffic.dotibus,et
Paul.Caſtren.ibidem col.2.idem tenet Bald.in d.conſi.
495.et in d.l.hac ædictali,col.2.et ibi Sal. in 6.q.Pau.de
Caſt.in d. conſi.192.col. 2.et conſi.448.colu.2.uol. 2.et
ita ſe habet communis opinio omnium Doct. de qua te
ſtatur Boerius deciſio.113.nume 4.Boerius in d.q.119.
numero.1.Ruynus conſi.58.col.6. et conſilio 59. uolu.
3.Pariſi conſi.91.col.2.uol.3. et illud Statutum fuit in-
ductum rationabili,et iuſta cauſa, et dicitur fauorabile,
5 ac inductum fauore matrimonij,et publicæ utilitatis,ut

uiduæ

uiduæ citius,& facilius reperire poſſint,ut per Bald.in d.
conſi.495.col.4.& Dec.conſi.19.colum. 2.Alc.in tract.
de præſump.in 1.regula,præſumptio.8.numero 6.Pariſi.
d.conſilio 91.colum. 3.& ita per iſtã rationem,& alias
quamplures concludebat acutiſſimus Præceptor meus
D. Raynaldus Rodulphus Perufinus, dum eram ſub
eius diſciplina Peruſii,interpretans dict.auth. præterea.
Interpretatur ſecundo loco prædictum Statutum proce
6 dere ĩ matrimonio uero,ſecus in matrimonio putatiuo,
ideo Statutum de lucrando dotem per matrimonium,
non habet locum in marito putatiuo,ſecundum Bal.Sa-
ly.in l.1.C.de cond. ob cauſam,Alexand.in l.ſi cum do-
tem,§.ſi.ff.ſolu.mat.& Ripam in rub.eo.tit.colum.16.&
iſtam eſſe communem opinionem Rolandus in tract. de
Statuto de lucro dotis in quæſtio. 97. numero 1.6 7. &
13.Interpretatur tertio dictum Statutum diſponens ma
7 ritum lucrari debere dimidiã partem dotis,& aliam par
tem reſtituat, quod tunc maritus non lucrabitur dotem
promiſſam,ſed tantum ſolutam, ſecundum Barto.conſi.
133.Statuto Ciuitatis Augubinæ cauetur,& iſta eſt ma-
gis communis opinio Doct.de qua meminit Boerius de-
ci.22.num.7.9. & 13.In contrariam uerò ſententiam in
8 clinauit idem Bar.in l.iubemus.§.ſanè. C.de ſacroſanct.
ecc.Ang.ſibi contrarius conſi.158.Iaſ.ſibi contrarius in
l.ſi donaturus.§.ſi.col.pen.ff.de cond.cauſ.dat.Alexand.
in l.non tantum,col.6.ff.de re iud.Soc.in l.de diuiſione,
col.2.ff.ſolu.mat.Crotus in rub.eod.titu.& ibi Par.pal.
col.7.Ruynus ſibi contrarius conſi.197.uol.1. Tiraquel.
in tract.de retract.fo.979.num.59. uidelicet quòd mari
tus ex forma huiuſmodi Statuti lucretur dotem non ſo-
lum ſolutam,ſed etiam promiſſam, tamen quicquid illi
Doct.dicant prima pars uidetur tutior,& magis commu
9 nis ſecundum Saly.in l.ſi conſtante,colum.2.C.de dona.
ante nup.& Iaſ.in rub.ff.ſolu.mat.col.6.& ratio eſt,quia
dare,& promittere paria ſunt l. fin. C.ad legem Falc.&
10 quia mulier ex ſola promiſſione dicitur habere dotem,
ut notatur in l. cum poſt.§.1. ff.de admin.tuto.& in l.1.
§.accedit.C.de rei uxo.actio. & ita reſidebat cum prædi
cta cõmuni præcitatus D.meus Raynaldus Rodulphus,
quem imitantem ueſtigia Barto. et omnium illuſtrium
Doctor. ac habendo ueritatem ante oculos per ſeptem
annos audiui defenſorem communium opinionum,ideo
non eſt mirum ſi Peruſij hac tempeſtate in eum uirum e-
uaſit,quem totus orbis prædicat. Interpretatur quartò
11 loco dictum Statutum deferẽs lucrum dotis marito mor
tua uxore,ut habeat locum etiam ſi vno momento ma-
trimonium carnali copula conſumatum duraſſet,ac vna
nocte concubuiſſet vxor cum marito,ſecundum Bald.in
l.non tantum.C.de legat.et cum Bal.ſentiunt Ang.Cor-
ne.et alij Doct.communiter ibi,licet ibi Iaſo.contradi-
cat opinioni Bald.& male,ut per Moder.in d.auth.præ-
terea, imo dic in fortioribus terminis quòd ſi Statutũ in
12 Ciuitate uiri diſponeret ſimpliciter,quòd uxore præmo-
riente maritus lucretur dotem,habet locum etiam ſi mu-
lier præmoriatur antequam ad domum ſui mariti ducta
fuerit,et tunc maritus lucrum dotis poteſt conſequi,ut
per Bar.eleganter in l.nihil.ff.rer.amota.et iſtam ait eſ-
ſe communem opinionem Rolandus a Valle in tract.de
Statuto de lucro dotis in quæſtio.16.numer.9.interpre-
tatur ulterius hoc Statutum de lucro dotis locum etiam
13 habere ſi uxor poſt matrimonium per uerba de præſen-
ti,ante tamen copulam conſecutam ingreſſa fuerit mo-
naſterium mendicantium, et in ea profeſſa fuerit, quia
tunc maritus poteſt conſequi,et lucrari dotem ſecũdum
Barto.et Pau.de Caſt.in l.Deo nobis in prin.C.de ſacro
ſanct.Eccle.Feiy.in rub.de ſpon.colum.4.Iaſ.in authen.
qua mulier,colum.2.C.de ſacroſanct.Eccleſi.et in l.ſi de
ceſſeris,colum.2.ff.qui ſatiſda.cogan.et in l.ex ea §.In-
ſulam,colum.2.ff.de uerbo.obliga.et ita conſuluit ipſe-
met Iaſ.conſi.135.col.1.uolu.2.in quibus locis ait hanc
eſſe ueram,& communem opinionem Doct. quam ſequi-
tur etiam Alcia in 2.lib.de uerbo.ſign. Et animaduerte
24 circa præmiſſa utiliter,quòd dictum lucrum dotis nõ ue
nit communicandum per maritum cum fratribus, quia
tanquam aduentitium præcipuum eſt mariti,ſecundum
Bar.in l.ſi cum dotem.§.transgrediamur.ff.ſolu.mat.in l.
1.C.de bonis quæ libe.cum quo tranſeunt Bal. in l.ſi do-
naturus.§.ſi.col.1.& in l.in actione,§.ſi.ff.pro ſocio.Flo
ria.Saly.Ang.Corn.& Fulgo.ibi,& Alexand. in addi.ad
Bar.inibi,Corne.conſi.149.col.2.uol.1.Are.in §.fuerat,
col.19.Inſt.de actio.& iſta opinio communi calcolo ab
omnibus ſcriben.eſt approbata,ſecundum Floria.in l. ſi
filia.§.ſi filius,col.4.ff.famil.herciſcun.Crottum in l.fra
ter a fratre.ff.de cond.indeb.colum.24.& omnes Mod.
Baldus Nouellus in tract.de dot.in 6.parte ſpeciali.37.
Campe.in eod.tract.de dot.in 5.parte.q.7.& Moder. in
cap.in præſentia de probatio.Sed in iſta quæſtione repe-
riuntur tres aliæ opiniones contrariæ, quæ communiter
reprobantur per Moder.in d.l.frater a fratre,& per Do-
cto.ſupra citatos.Interpretatur ulterius præmiſſum Sta
25 tutum diſponens ꝙ maritus per mortem uxoris,cum li-
beris lucretur dotem,non habere locum ubicunque ma-
ritus tranſiret ad ſecunda uota,& ſic propter tranſitũ ad
ſecundas nuptias maritus perdit huiuſmodi lucrum quo
ad proprietatem,ſecũdum Bal.in auth.uxore.C.de ſecũ.
nupt.in authen.ex teſtamento.C.eod.titu.& in l.pro hæ-
reditarijs,colum.2.C.de hæred.actio.idem uoluit Saly.
in l.fœminæ,§.illud,C.de ſecund.nup.Roma.in l.ſi cum
dotem,colum.10.ff.ſolu.ma.& conſilio 190.colum.fin.
Alexand.in l.1.§.hoc autem,col.2.ff.ad Treb. Corn.con
ſi.269.col.ſi.uol.4.& in d.auth.ex teſtamento,Pa.de Ca.
in l.ſi.C.de bonis mater.& in l.2 ff.ſolu.matr.& iſtam fa
tetur eſſe magis communem opinionem Boerius deci-
ſio.185.num.7.cum aliis ſeq.Ruinus conſi.101.colum.2.
uolum.1.Ripa in d.l.fœminæ,numero 45.in contrariam
uero partem titubanter inclinarunt Bald.& Corne.in l.
ſi.C.de bonis mater.per illum tex. tamen reperio Cre-
men.in ſing.ultimo aſſeuerantem ſe conſuluiſſe cõtra Bal.
in d.l.ſin.ubi dicit,quòd Anto.de Butr.idem conſuluit in
conſilio exordiente:Circa examinationem.& reperio ſi-
militer fuiſſe iudicatum in curia Burgalenſi contra dictũ
Bald.in d.l.ſi. ut atteſtatum apparet per Boer. in deciſio.
185.numero 7.8.& 9.unde reprobata communiter per
ſcriben.iſta ſecunda opinione Bal. quæ de iure optimis
fundamentis,& rationibus reprobari poſſet:in hærco pri
mæ opinioni communi ſecundum meum ſolitum,& con
ſuetum inſtitutum,ſtylum,& morem. Interpretantur p̃-
26 dicta ſeptimo loco,ſimiliter quod ſi Statutum loci uxo-
ris,ea præmortua abſque liberis diſponeret, deferẽdum
eſſe lucrum totius dotis,tunc attendendum eſſet Statu-
tum loci mariti,non autem uxoris ſecundum Archid. in
c.illud.12.diſtin.Barto.& omnes communiter in l. cun-
ctos populos.C.de ſumma Trinita.& fide Cathol. & in
l.exigere dotem.ff.de re iudic.Bald.conſi.32.colum.1.&
conſi.208.uolum.3.& conſilio 53.colum.ſi.uolu.5.Ale-
xand.conſi.100.col.1.uolum.1.& conſi.129.col.2.uolu.
7.Cum.conſi.26.col.1.& conſi.109.co.2.ubi aſſerit hãc
eſſe communem opinionem,Curtius Iunior conſil.129.
& quamuis nonnulli Doct.& præſertim Ang. in d.l.exi-
gere dotem aduerſentur,ac contradicãt dictæ communi
ſententiæ:tenendo quòd Statutum loci uxoris inſpicien
dum ſit,ubi celebratus fuit contractus dotis,tamẽſi pro
pter hoc nõ diſcedo a dicta communi,a qua diſcedere hæ
reticum eſſet in iudicando,& conſulendo,ut aſſeuerat So
ci.Iunior conſi.14.uolu.1.Sequendo dictam communẽ,
& Iaſ.in l.1.nu.23.cum aliis ſeq.C.de ſumma Trinita.&
fide Catho.ubi iſtam communem opinionem limitat in
ſeptem caſibus. & in tantum hoc procedit, quòd ſi uxor
27 duxerit maritum ad eius domum, attendatur Statutum
domicilij ipſius mariti in lucro dotis, & non Statutum
loci

loci uxoris, ut per Bald. in l. cum quædam puella, col. 2.
ff. de iuriſdict. omnium iud. quem ſequitur Ioan. Baptiſta.
de ſancto Seuer. alias Caccialupus in repe. l. cunctos po
pulos char. 19. C. de Summa Trin. & fide Catho. Sed cō
88 trarium tenuit idem Bald. reuocando ſententiam in me-
lius in l. fi. C. ſi a non compe. iud. iudica. fue. col. 2. uideli
cet quòd in iſto caſu attendatur domicilium uxoris, &
non uiri, hoc idem uoluit ſequendo Bal. in d. l. fi. Alexā.
in add. ad Bar. in d. l. exigere dotem in prin. & Curtius Iu
nior ibi, & Cagnolus col. 4. Dec. conſi. 283. col. 5. Fel. in
c. r. col. 14. de ſpon. & Iaſ. in d. l. cum quædam puella, col.
89 1. & illa eſt communis opinio, ſecundum Purpuratum
in d. l. cunctos populos, nu. 120. quam quidem communē
declara, & intellige procedere, ut per Fel. in d. c. 1. in 3.
limitat.

Statutum diſponēs q̄ de contractibus, uel de qualibet negotiatione ſoluatur gabella, non habet locum in ꝯtibus nullis, ideoq; de ꝯtu nullo non erit ſoluenda gabella aliquo modo uigore dicti Statuti ſecundum Aluar. in c. 2. quo tempore miles in uſibus feudorum, Bal. in l. non dubium. C. de legi. & in l. fi. §. ſed quia. C. cōia de legatis, & ita conſuluit Rom. cōſ. 78. Chriſti, &c. Interpretatur ſimiliter dictum Statutum, q̄ in illo non comprehendat legatum, ex quo non eſt propriè negociatio, ſm Bar. in l. cætera, §. ſed & ſi quis ad opus. ff. de leg. 1. quem ſequunt omnes Doct. communiter ibi & paſſim in iure noſtro teſtē inibi Iaſ. num. 16.

Per Statutum, uel legem nouam iura limitatoria, ſeu ſpecialia non uidētur ſublata, et ſi in ea, uel in eo reperiretur clauſula non obſtantibus Statutis, & legibus, auth. de hæred. ab inteſt. ubi gl. in uer. uacātibus, & ibi ſcrib. l. ſciē dum ff. qui ſatiſ. cog. ubi gl. in uerſi. non compelli, & oēs Doct. communiter, Rom. conſi. 40. uiſa, conſi. 322. in caſu & cæter. & conſi. 299. ut præſens, col. 3. quia ius ſpecialiter competens nunquam uidetur ſublatum, & iſta eſt cō munis opi. l. decurionibus. ubi tex. gl. & Doct. C. de ſillē. lib. 12. & glo. communiter approbata in § præterea ſi q̄s infeudatus, ubi Bal. Yſer. Aluaro Præpoſi. & alii Docto. de prohib. feud. alie. per Feder. Fely. in c. 1. colum. 6. uerſ. declara, de reſcrip. Iaſ. in l. ſicut certi col. fi. C. de reſcrip. Iaſ. in l. quòd dicitur in 2. no. ff. de uerbo. obl. & in l. 1. 3. nota. ff. ſolu. ma. et Cotta in memoriali in uer. dos habet et cætera.

Statutum imponens pœnam corporalem pro homicidio, uel pro alio delicto, interpretat, et intelligitur ſi dolus adſit, nec lata pœna ſufficit, ut p Bar. in l. 1. §. non aūt ff. ſi quis teſta. lib. eſſe Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. poſſ. Cy. Bald. Ang. et Pau. Caſt. in l. 1. ff. de legi. et p huiuſmodi doctrinam idem Pau. de Caſt. in l. et ſi ſeuerior. C. de his qui no. infa. refert ſe euaſiſſe quendam a morte, ubi etiam Alex. col. 2. ſequitur etiam Dec. alios citans legendo in c. 2. de conſt. et conſulendo in conſi. 9. Marſi. in l. lege Cornelia, num. 3. ff. ad legem cor. de ſicar. et hanc opinionem aſſeuerat eſſe communem Claud. Aquenſ. in d. l. r. ff. de legi. num. 33. et Iaſ. in l. in actionibus, nu. 26. ff. de in lit. iur. ubi Dec. et alii reſpondent omnibus fūdamentis pro contraria parte allegatis, et circa hoc ſcripſimus ſupra late in uer. Statutū diſponens q̄ Bannitus non poſſit reuerti ad Ciuitatem circa fi. coarctatur dictū Statutum non procedere, quando diſponeret quem corporaliter puniri pro homicidio qualitercunque commiſſo, tunc enim quauis culpa homicidium communiter, debet capitari ſecundum Saly. in l. 2. col. 3. C. de noxa. et huiuſmodi caſu ſecundum Saly. forte non diſtingueretur, utrum homicidium factum ſit ad defenſionem, et hoc dictum Saly. ſequitur Alex. l. ſi ſeuerior. C. ex quibus cauſ. infa. irroga.

Statutum pactum, uel conſuetudo diſponens ad dandum, et tradendum aliquid publicæ utilitatis cauſa, ueluti pro fabrica conſtruenda, ſeu pro paramentis faciēdis, pro conſequendo ſpiritualia non ualet, nec tenet ſecundum Doct. oēs in c. ueniens ext. de teſt. Panor. & alii cō muniter in c. cum M. Ferrarienſ. de conſt. ubi Ripa, num. 174. ſed hoc non procedit in pacto facto poſt traditionē rerum ſpiritualium, tunc profecto obſeruandum eſſe huiuſmodi pactum, uel Statutum ſecundum Io. And. & Panor. in d. c. ueniens, & iſta eſt communis opinio teſte Ripa, & aliis Mod. in d. c. cum M. Ferrarien. num. 176. nec habet locum dicta concluſio ubicunq; conſuetudo ipſa diſponeret aliquid ſoluendum eſſe ſimpliciter pro lāpada ardente ante ſacram Euchariſtiam, tunc enim dicta conſuetudo dicitur rationabilis. c. ad Apoſtolicam de Simo. & animaduerte q̄ iſthæc conſuetudo non dicitur inducta ex hoc dūtaxat, q̄ aliqui homines uniuerſitatis particulariter ex deuotione fecerunt ſumptus pro dicta lāpada, quia opus eſt, quòd prædicti homines particulares feciſſent impenſas intentione inducēdi conſuetudinem, non autem ex particulari deuotione, ut per Abb. in c. fi. colū. 4. de conſuetudinibus, imo requiritur neceſſario q̄ huiuſmodi impenſæ ſciente, conſentienteque uniuerſo populo, uel ſaltem maiori parte eiuſdem fuerint factę, & hoc caſu dicta conſuetudo obligat uniuerſitatem, & totum populum ad ſoluendum pro dicta lampada, ſecundum Canoniſtas communiter in d. c. fi. & Legiſtas in l. de quibus, ff. de legibus, quam quidem cōmunem ſequitur, & atteſtatur Rocbus Cur. in d. c. fi. & Ripa in ſuis ſingularibus reſponſis in tit. de legibus, & conſuetudinibus, c. 20. num. 7.

Statuta condere, & cōſuetudinem inducere poteſt quilibet populus iuriſdictione carens, & omnes aliæ Ciuitates principum dominio ſuppoſitæ, legis condendæ habēt facultatem ex poteſtate ipſis a lege conceſſa ſm Alb. Bal. & omnes Legiſtas, tam antiquos, quàm et Mod. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure, quorum opinionem dicit eſſe communem ibi Iaſ. in 2. lect. no. 2. & 26. ꝯ Barto. contrarium inibi aſſeuerantem, ſequitur Ang. conſi. 139. uiſis omnibus Statutis, col. 2. Are. conſi. 8. abundelatus, & ſufficienter in fi. Canoniſtæ omnes in c. quod Clericis de foro competen. Alex. conſi. 176. uiſo themate, col. 11. uol. 2. & Natta, qui ait hanc eſſe communem ſentētiam conſi. 12. contra ea, quæ alias allegaui, nu. 1. Mod. in c. fi. de conſueto.

Proclama, uel Statutum diſponens quòd qui ceperit Bānitum, ſeu aliquem malefactorem, habeat tale Caſtrū in feudum, tūc mutus, cęcus, fœmina, & alię ſimiles perſonę de iure inhabiles, ut in cap. 1. an mutus uel aliter imperfectus in uſibus feudorum ad feudum admittuntur ſecundum Gui. de Cun. Bal. Sal. Roma. & Alex. in l. ſi filius familias. ff. ſi cer. pet. & Iaſ. ibi num. 3. cum aliis ſeq. dicit iſtam doctrinam Guil. ab omnibus communiter approbari, hoc idem tenet ipſemet Iaſ. in l. 1. num. 14. in 2. lect. C. de ſacroſanct. Eccle. & in l. 1. §. nunciatio de ope. noui nuncia. Alexand. conſi. 35. numer. 5. lib. 6. Albe. in tracta. de Statut. in prima parte. quæſt. 181. Bal. in tract. Statut. uer. capere, uer. Caſtrum, & Alcia. de uerb. ſig. lib. 1. fol. 8.

Statutum puniens delicta intelligitur de conſumatis, & non attentatis, unde ſi Statutum diſponeret, quòd ſi quis doloſe occiderit hominem pœna mortis puniatur, intelligitur ſecuta morte effectualiter tantum, & non aliter ſecundum Bart. & omnes communiter in l. is qui cū telo. C. ad legem Cor. de ſicar. Bar. in l. r. §. Diuus. ff. eod. tit. Bald. & omnes in l. ſi quis ſeruo de fur. & in auth. ſed nouo iure eod. tit. Ioan. de Imo. in c. 1. de præſumptiō. & hoc late probat, & confirmat per nonnulla alia ſimilia exempla Marſi. in l. qui falſam monetam, nu. 23. cū multis ſeq. ff. de falſis, & Grammaticus deciſio. 2. per totam, ubi refert ita in contingentia facti fuiſſe iudicatum in ſacro Regio Conſilio Neapolitano. Nam Statutorum uerba neceſſario dēnt propriè intelligi, non aūt impropriè,

&

& ficta, ubi abſonus intellectus non ſequitur, & ſic Statuta ipſa requirũt caſum uerum, & non fictum. l. 3. §. hęc uerba ubi Bar. no. ff. de negociis geſtis, & alij Doct. in l. 1. ad legem Cor. de ſicar. & iſtam aiunt eſſe communem opinionem Dec. in l. non ualt hæres, nu. 4. cum aliis ſeq. ff. de reg. iu. & Auguſt. Beroius in c. ſi quis Epiſcopus nu. 6. de accuſatio. & circa hoc late ſcripſimus ſupra in uer. Statutum diſponens quòd mulier, & minor non poſſint contrahere, in decima limitat. & maximè prędicta uera ſunt, quia hodie per conſuetudinem generalẽ totius mũdi eſt derogatum omnibus legibus diſponentibus cona tum puniri. & ſic per talem conſuetudinem conatus non punitur, niſi ſequatur effectus ſecundum Spec. in titu. de accuſa. §. 1. cum quo ſentiunt Ange. Pau. de Caſt. Alexã. Iaſ. & cæteris in l. 1. §. hæc autem uerba. ff. quod quiſque iur. Fely. in tract. quando conatus puniatur in 3. col. cum alijs abundè congeſtis per Marſi. in d. l. qui falſam monetam, num. 54. & hoc idem tenet Boer. deciſio. 306. num. 3. & Hieronymus Chucalon in addi. ad Dec. in d. l. non ualt hæres, ubi aſſeuerat hanc eſſe communem opinionem, & Grammaticus quoque in dicta deciſio. 2. nu. 19. hoc autem declarant non procedere Ang. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. in d. §. hæc autem uerba in crimine lęſæ maieſtatis, & in crimine proditæ, ac expugnatę patriæ, quorum quidem opinionem in iſtis duobus caſibus dicit cõmunem Boerius in tract. de ſeditioſis circa fin. nume. 41. & ſeq. & iſte ultimus caſus cõprobatur ex eo, quod ſcripſit Soc. conſi. 151. pręmittenda eſt diſputatio, colum. 2. uol. 4. ubi dicit, quod ille, qui uenit ad expugnandam patriam committit crimen læſæ Maieſtatis, ut habetur per Bar. in extrauagan. qui ſint rebelles in uer. tenore, & in uer. rebellando, & per Doctor. in l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſt.

Statutum diſponens q̃ ad onera taxarum equorum & hoſpitationis militum etiam exempti teneantur, exceptis his, qui a Principe literas ſpeciali derogatione illius ſanctionis habuerint, quo caſu non ſufficit clauſula immunitatis omnibus, & quibuſcunq; oneribus, cum clauſula non obſtantibus quibuſcunq;, etiam ſi de uerbo ad uerbum deberet fieri mentio in ſpecie, & quibus omnibus derogetur niſi in ſpecie fiat mentio de immunitate, & re ſpectu taxarum, equorum, & onerum belli cum derogatione iſtius Statuti, ſecundum communem opinionẽ omnium Doct. quam citat, & ſequit Dec. conſi. 165. uiſo, col. 2. & ſeq. & conſi. 168. uerecunde col. pe. Iaſ. c6ſi. 155 uo. 4. Fel. in c. accedentes, col. 3. de reſcr. & Gome. in pœmio reg. cance. q. 5. comprobatur iſta communis opinio. nam Statutum ipſum circa onera dicitur tranſire in contractum, adeo q̃ non poſſet reuocari ſaltem abſq; eius ſpecialiſſima derogatione, ſecundum Lud. Bolog. conſi. 4. uiſo col. ſi. & Rube. Alex. conſi. 9. in cã col. 2. onera enĩ taxarum, equorum, & hoſpitationis militum ſunt onera realia, a quibus nemo poteſt ſe excuſare, etiam ſi eſſet alias priuilegiatus, & exemptus, ut per Pariſi. conſi. 52. tenetur uol. 1. Rube. Alex. in præcitato conſi. 9 numero 6. per tex. in l. 3. §. munus, & in l. reſcripto §. ſciendum, ubi Bar. numero 3. ff. de mune. & hono. & quia etiam ſtatus pacificus, & publica quies conſeruatur armorum intuitu ſecundum Signo. de homodeis, conſi. 82. num. 6. in quæſtionibus.

Arbitri, ſeu Iudicis morte expirat cõpromiſſum. l. diẽ proferre. §. 1. iuncta glo. ibi, & l. ſi interpellatur, ubi gl. ff. de arbitris, & hoc procedit in uno ſolo arbitrio electo. Amplia dictam concluſionem, quòd ſi ex tribus arbitris qui neceſſario eliguntur ex forma Statuti, unus decedat, finitur compromiſſum, nec duo ſuperſtites poterunt ſententiam ferre cap. uno delegatorum, ubi Hoſt. Ios. And. & cæteri Canoniſtæ communiter notant, & Bar. Pau. de Caſt. Alex. Iaſ. alijq; omnes in l. duo ex tribus. ff. de re iudi. hoc uerò de plano procedit in arbitris Statutarijs, q̃ ſunt arbitri iuris, & ſunt ordinarij Iudices, de quibus facit mentionem tex. in c. præſentata, de teſt. & 2. ib. in d. c. uno delegatorum.

Statutum diſponens ſuper gradibus, uel de gradibus loquens dẽt interpretari & intelligi de gradibus iuris ciuilis, & fieri computatio graduum, ſecũdum ius Ciuile, ita tenent, & concludunt per quamplures rõnes Io. But. & Bal. in l. ſi. C. de ſucceſ. edict. & inter alias rõnes aſſignãt iſtam, quia computatio graduum ſecundum ius Canonicum eſt impropria. ſequitur ibi Alex. nu. 6. Bar. in l. iuriſconſultus. §. 1. ff. de grad. affi. & in d. l. ſi. & idem ibi Sal. & Iaſ. in d. l. ſi. nu. 12. & Dec. nu. 14. & Alb. Brun. in tra. q̃ ſtantibus maſcu. arti. 5. nu. 20. ſub q. 2. ubi ẽt late diſtinguit ante nu. 20. & idem conſuluit Bar. conſ. 240 rdiẽte, quæritur utrum gradus, & iſta eſt communis opinio, ut per Mod. in d. l. ſi. ubi Iaſ. Dec. & alii ſcrib. ampliant, limitant, ac late declarant in pluribus caſibus dictam cõmunem.

Reus pro crimine, ac delicto capitali cõdemnatus ad mortem mediante ſententia diffinitiua ſm formam iuris communis efficitur ſeruus pœnæ. l. qui ultimo. ff. de pœnis, ſed condemnatus ad pœnam mortis per ſententiam uigore contumaciæ, ac fictæ confeſſionis ex forma Statuti non efficitur ſeruus pœnę, donec uenerit in iudicis poteſtatem, ſecundum Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. & in l. 1. C. de hære. inſti. ubi omnes hoc ſequũtur & in l. eius. §. ſi cui. ff. de leta. & ſi iſta ſententia non operatur effectum ſuum donec præfatus reus condẽnatus ad mortem repertus fuerit, tunc enim ipſi pœna ultimi ſupplicij erit imponenda, & ita ſe habet communis opinio, ut patet ex allegatis per Boer. deciſio. 168. nu. 8. cum alijs ſeq. ubi refert nonnullos Doct. in contrariam ſententiam inclinantes, & ratio huiuſmodi communis opinionis uidetur iſta, quia ſentẽtia lata contra aliquem contumacem, potius pręſumitur propter uitium contumaciæ lata, quam propter ius partis, tex. eſt in l. præſens. ff. de pigno. & in l. ſi ideo. ff. de euict. & in l. ſi. de empt. & uend. quæ iura ad hoc allegat Rom. conſi. 329. præſens conſultatio. col. pe. ubi etiam allegat Bar. in l. ſę pe. ff. de iud. & in l. res inter alios. ff. res inter alios non nocet. & Anto. in c. quamuis de re iud. imo ulterius dicas, q̃ dicta ſententia lata ex forma Statuti ꝯ contumacem nunquam tranſit in rem iudicatam, ut uoluit Ioan. de Ana. in cap. de his ext. de accuſa. cuius dictum pro ualde ſingulari, & notabili refert, & ſequitur Ludo. Bolog. conſil. 34. circa fin. & Marſi. in ſua pract. crim. in §. ex ordine ſucceſſiuo, nume. 2.

Suſpectus allegari poteſt prælatus, & de iure recipit, ac admittitur iſthæc ſuſpicio quotieſcunq; iudicaret, & Iudex eſſet in cauſa ſuæ eccleſiæ ſecundum Siculũ in c. inſinuatione de offic. deleg. & c. poſtremo, de appella. & alios Canoniſtas ibi, & iſta eſt cõmunis opinio teſte Stephano Aufre. in tract. de teſtibus in uer. pręlatus, tamen niſi allegaretur, uti ſuſpectus iſte prælatus non repelleretur a iudicando in cauſa ſuæ eccleſię. c. ſi quis ergo. 1. q. 7. & c. cum perſonæ, de priuileg. lib. 6. & notant Docto. in c. cum ueniſſent, de iudicijs Innoc. in c. ex parte, infra de uerb. ſig. & Ant. in c. 2. de maled. & cum iſta opinione tranſeunt omnes Canoniſtę communiter in d. c. cum ueniſſent. Item poteſt repelli uti ſuſpectus ẽt Iudex a iudicando, ratione iuriſdictionis aduerſarii mei: uerbi gratia ſi eſſet Vaſallus, & ſuffraganeus. c. accedens il primo, extra, ut lite non conteſt. ubi omnes Doct. hoc communiter firmant, & iſtam communem eſſe ſcribunt Moder. inibi, & Marãta in tract. de iudiciis in 6. parte. 3. partis ſuper actu.

Suſpecti de iure non poſſunt allegari omnes Doct. unius Ciuitatis, ſecundum Bal. & alios magis communiter in l. hoc modo ff. de conditio. & demon. & notat eleganter Auguſt. Boeri. in c. 1. de iudiciis, num. 141. & ita

conſului,

cõſului, dum eram Iudex criminalis in ciuitate Terami anno Domini 1560. in quadam cauſa uertente inter quoſdam Terrę Ciuitellæ Aprutij, & hoc idem uidetur diſpoſitum in conſilio, uel Senatu, qui tanquam ſuſpectus, uel ſuſpectum recuſari non poteſt, ut per Doc. communiter, & Dec. in d. c. 1. de iudiciis, & de iſta communi atteſtantur omnes Moder. ibidem, & Boerius deciſio. 169. ſed ſi caput conſilij eſſet ſuſpectum, tunc totum conſilium erit ſuſpectum, ſiue allegari poſſet ſuſpectum ſecũdum Bal. in l. 1. C. ſi rector prouinciæ. Limitantur prędicta omnia non habere locum in collegio, quod quidem poteſt allegari ſuſpectum, unde ſi cauſa committatur alicui Collegio, poteſt totum Collegium allegari ſuſpectum ſicut ſingularis perſona, ut dicit Bal. in d. c. 1. de iud. hoc idem tenet Fel. in c. cauſamq; colum. 1. de offi. deleg. & in præallegato. c. 1.

Subſtitutus ſub conditione iſta ſi hæres inſtitutus deceſſerit abſque liberis legitimis, & naturalibus ab eo ꝓcreatis, excluditur per monaſterium, caſu quo inſtitutus ingrediatur religionem, & per cõſequens monaſterium obtinet hæreditatem excludendo ſubſtitutum, ut probatur in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. ubi Doct. & per Bar. conſi. Calder. conſi. 43. an Statutum in tit. de teſta. Bald. conſi. 186. pater tres & cætera. lib. 4. cum aliis late cõgeſtis per Lau. Cald. conſi. 68. Magiſter, & iſtam aſſerit eſſe magis communem opinionem Barb. conſi. 10. ſtat difficultas, col. 1. lib. 1. Dec. in c. in præſentia, ext. de probat. nu. 126. & ſeq. & Mod. ibi. & ratio uidetur iſta, quare de iure monaſterium excludat ſubſtitutum, quia ſubintelligitur, niſi hæres monaſterium ingrediatur, §. ſed & hæc præſenti in auth. de ſanct. Epiſcop. & tenet Dyn. & Bar. in l. ita quis, §. 1. ff. de leg. 2. Pau. de Caſ. in d. auth. niſi rogari, & hoc abunde comprobatur ex dictis per Alex. cõſi. 129. uiſo themate lib. 2. & conſi. 35. ſuper contentis in dicto themate, uol. 3. Comprobatur ſecundo loco pręallegata communis concluſio, & fortaſſe efficaciori ratione, quia monaſterium loco filiorum habetur, quantũ ad excluſionem ſubſtituti, patet in d. c. in præſentia, ubi pariter deficit fideicõmiſſum, ſi grauatus ingrediatur monaſterium, ſicut ſi filios ſuſcepiſſet, & hoc reſpectu gloſſ. & Doct. concludunt in memorato c. in præſentia, monaſterium eſſe loco filij, ut per gloſſ. in auth. ſi qua mulier in uer. liberos, ubi Bal. C. de ſacroſanct. Ecc. & in authẽ. niſi rogati, ubi Bal. C. ad Trebel. et in d. §. ſed hæc præſenti, Spec. in titu. de locato, §. nunc aliqua uer. 158. Barto. in l. hæredibus. §. 1. ff. ad Treb. Bald. in c. 1. de mili. Valal. qui ar. bel. depo. in prin. Ang. conſili. 8n. quæſtio ſubtilis eſt, col. 3. ubi inquit, quòd communiter omnes dicunt, quòd monaſterium loco filij habetur, et idem Fulgo. conſilio. 53. ꝗ procedit quo ad effectum, ut excludatur ſubſtitutus, ita concludit Bal. in l. filium, col. 1. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iu. Ampliatur dicta communis concluſio, & procedere quando inſtitutus efficeretur Clericus, ſeu pſbyter, et ſuſciperet Eccleſiaſticum ordinem, tunc enim expirat onus fideicommiſſi ſibi iniunctum, et habet liberam diſpoſitionem bonorum, quæ ſubſtitutioni ſubiecta ſunt, ſi quidem d. § ſed hæc præſenti alternatiue loquitur ſi monaſterium ingrediantur, aut Clerici fiant, et licet alii Doct. contrarium teneant, nihilominus hæc opinio uidetur uerior, ut aſſerit Dec. in d. c. in præſentia, colu. 3. uerſi. in ea glo. ibi et cætera, et concluſione hac lætari debent nonnihil Clerici, quoniam per eam habent liberam bonorum diſpoſitionem, quę per ſubſtitutionem erat eis ſublata, ſi in ſeculari uita permanſiſſent, l. fi. §. fi. C. communia de leg. In contrariam uerò partem inclinauerunt omnes Doct. magis communiter in d. auth. niſi rogati, ꝗ ſubſtitutio non euaneſcat in hærede ſimplici facto Clerico, et de illa communi atteſtatur Boerius deciſio. 154. nume. 1. 3. 6. et 11. et Mod. in memorato c. in præſentia, et quamuis contraria, et ſic prima opinio ſit uerior, non obhoc eſt diſcedendum a dicta communi, ſecundum Fulg. conſi. 30. Ioan. de Neuiza. in ſua ſylua nuptiali lib. 5. nu. 61. cum duobus ſeq. et Alcia. in l. 1. ff. ſi cer. pet. Interpretatur primo loco dicta communis concluſio non habere locum, quando aliquis eſſet ſubſtitutus pro redemptione captiuorum: tunc enim non excluditur ſubſtitutus ꝑ Eccleſiam, ut uolunt omnes Doct. communiter in d. c. in præſentia, et in allegata auth. niſi rogati, et Corne. conſi. 18. lib. 4. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & Mod. in locis præcitatis. Limitatur ſecundò non procedere dicta communis, quando teſtator in teſtamento ſuo expreſſe diſponat ſubſtitutum debere admitti, ſi ſcriptus hæres deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus, ex ſuo corpore procreatis, & uero matrimonio natis, hoc etiam addito, ſi ingreſſus fuerit monaſterium, ꝗ non mirum uidetur, quia eſt in poteſtate teſtatoris ſubſtituere quem uelit hæredi, etiam monaſterium ingreſſuro. l. ideo nobis. C. de Epiſco. & Cler. & tacitam legis ꝓuiſionem tollit expreſſa teſtatoris prouiſio. l. cum filio. § a. ff. de uulga. & pup. ſubſt. & hoc tenent omnes Doctor. communiter, ut ait expreſſe Lauren. Calca. conſi. 7. quia a me, col. 15. namque iuſtum, ac æquum eſt, quòd teſtator poſſit quam legem uelit imponere rebus ſuis. ca. uerum de cond. appoſi. & C. de dona. ſub modo, & ualde iniquũ eſſet monaſterium habere bona teſtatoris inuiti, cum nemo benefacere compellatur. c. ad fidem 23. q. 5. ut ꝑ Deci. conſi. 419. eleganti conſilio, & confirmatur, ac cõprobatur dicta communis limitatio ex dictis per Corn. in d. conſi. 18. col. 6. & per Fulgo. conſi. 53. quando ſuperius, & per Aleaand. in allegatis conſ. 35. & 129. col. 3. quia eſt in hoc ſeruanda teſtatoris uoluntas, ut conſtat ex cõgeſtis per Dec. in d. ca. in præſentia, col. 34. & conſi. 259. uiſis his. ubi tenet quòd ad excludendum monaſterium ſufficiant etiam coniecturæ uoluntatis, ut ſi teſtator ſubſtituat adiecta cauſa, quia uelit bona ſua in familia remanere.

Subſtitutio compendioſa impuberi filio facta uerbo cõi, ueluti ſi teſtator dicat, Lucium filium meum hęredẽ inſtituo, & ei quandocunq; ſine filijs deceſſerit, Sempronium ſubſtituo intra tempora pupillaris ætatis directa eſt, poſt autem pubertatem decedente filio conuertit in obliquam ſm glo. in §. qua ratione, Inſt. de pup. ſubſti. & opinio hęc communiter approbatur, ut aſſerit Bal. cõſil. 429. factum ſic ſe habet lib. 1. contra gl. in l. precibus. C. de impube. & aliis ſubſt. & Old. conſi. 99. factum tale. et Bal. conſi. 398. ſuper primo, et conſi. 399. præmittẽdum lib. 4. Amplia illam communem procedere etiam ſi mater eſſet in medio, quia ſubſtitutio compendioſa facta ꝑ uerba communia omni tempore, pupillarem quoq; continet non tacitam, ſed expreſſam uerbis generalibus, d. l. precibus, et potentior eſt fauor pupilli, ne aeq; teſtamento decedat, quàm matris, ut filio ab inteſtato ſuccedat. l. Papinianus, §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſt. et in c. ſi pater de teſta. lib. 6. et hoc tenet et firmat poſt alios per eum ibi congeſtos Tiraq. io tract. de legibus connubialibus in glo. 5. num. 60. Ferronius in gl. ad conſuetudines Burdigalenſes in 2. parte in §. 11. Iacobinus de S. Geor. in l. fi. nu. 37. C. de edict. Diui Adria. tol. licet contrariũ, et male teneat Coraſius in d. l. precibus, num. 29. et de ea dubitat etiam Dec. conſi. 128. ſed prima opinio uidetur ueriſſima, et communis, ut per Alexã. in l. centurio. ff. de uulg. et pup. et conſi. 12. uolu. 3. ideo ne te decipiat Dec. ſuis ſuaſionibus noli diſcedere in actu practico a dicta communi.

Subſtitutus moriens antequam ſubſtitutionis caſus eueniat, ſpes tunc ſubſtitutionis expirat, nec ad hæredes tranſmittitur. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, et legi. et no. Bal. conſi. 94. punctus quęſtionis, lib. 2. conſi. 340. dicta domina, et conſi. 434. punctus circa fi. uol. 4. et ratio illius dicti uidetur iſthæc, quia quælibet ſubſtitutio dicitur conditionalis.

ditionalis.l.cohæredi.§.cohæres.ff.de uulga. & pup.ſub ſti.& ius conditionale ad hæredes non tranſmittitur.l. ſi ita legatum.§.illi ſi uolet.ff.de leg.1.no.Fulgo.conſi.14. in quæſtione,& conſi.70.proponitur,Alexand.conſi.49 uiſo themate,col.ſi.uol.6.conſi.25.& conſi.252.uol.6.& Dec.conſi.435.in cã mihi. Amplia iſtam concluſionem ita declaratã primo loco etiam procedere ſi teſtator ſub ſtituiſſet filios,& hæredes, uel eorum præmortuorum li beros,quia nec admittentur filij hęredes præmortui,do- nec ſuperſit aliquis ex filijs ſubſtitutis,per notata in l.hę redes mei.§ ſi.ff. ad Trebel.& per Alex.conſi.17.uiſo te ſtamento,uol.6.niſi iure accreſcendi hæreditatem habe- re poſſit filius ſubſtituti.l.qui patri.ff.de acq.hære.q mi rabile dicit Bal.conſi.9.factum tale eſt li.2.Amplia ſecũ do loco dictam cõcluſionem ét procedere ſi hæredes ex deſcẽdentibus teſtatoris ſubſtituti eſſent.l.hæredes mei, §.nomina.ff.ad Treb.gl.ualde no.in l.1.C.de his qui ante aper.tabu.& ibi Bar.& idem Bar.in l.1.col.ſi.ff.de lega. 2.ſequẽs Cy.in l.1.C.cõia de le.Bal.in l.cum ex filio.ff.de uulg.& pup.Corn.conſi.248.circa hanc,uol.1.Soc.con- ſi.196,circa præmiſſa,& glo.in d.l.1.communiter appro batur,ut per Alex.in d.l.cum ex filio,& iſtam eſſe cõmu nem conſtat ex congeſtis per Dec.conſi.394.pro uera,& conſi.55.pro tenui,& Curt.conſi.63. antiquiſſima,colũ. 17.& conſi.75.Dominus Ludouicus.Soc.in l.1.ff.de uul gar.& pupil.ſubſtitu.& Iaſo.in l.ſi cui legetur.§.hoc au- rem.ff.de lega.1.& conſi.80.iſte caſus, libro 1.& quam- 1
nis gloſſ.contrarium ſenſerit in l.is cui.ff.de actio.& ob liga. tamen aduerte, quia communiter improbatur per 2
Docto.præcitatos.

T 3

Terminos ꝑdiorum, uel domum amouens ſcienter, ac dolo malo finium occupãdorũ gratia, ſi eſt perſona nobilis relegatur ad 4
tẽps,ſi uilis fuſtigat, & ad biẽnium relegãt. l.2.ff.de ter.mo.Cy.Bal.Sal.& Alb.in l.1. C.de accu.Ab.& Barb.in c.ex literis de proba.Iodocus 5
Damhouderius in Enchiridio ſub ru.de trãſlatione limi tum.ubi autem illos terminos amoueret quis,cauſa offu- ſcandi eos,punitur pœna arbitraria.l.ſi.circa ſi.ff.de ter. 6
mo.Abba. in d.c.ex literis,Saly.in l.1.de accu.ubi uerò quis amouit terminos dolo malo,puta ut lapides cõfina les furetur, uel ut uicinis negocium faceſſat,non tamen 7
mouit eos gratia occupandi confinia,nec animo litis cõ finiũ ſuſcitandi in ſuum cõmodũ,nec ea offuſcandi,puni 8
tur pœna 50.aureorum.l.ſi.in prin.ff.de ter mo.Saly. in d.l.1.Abb.in d.c.ex literis.Iodocus in dicta rub.de trãſ fla. limi. & ita reſtringitur ipſa l.ſi.& iſta eſt communis 9
opinio ſecundum Dec.in d.c.ex literis in fin.ubi tamen quis amouit terminos neſciens illos,eſſe terminos, dolo tamen id egit,ut puta uel lapides confinales furetur,ſi eſt uilis perſona ceditur uerberibus,l.2.ff.de term.mo.ſi eſt nobilis punitur pœna arbitraria ſecundum Abb. in d.c. ex literis,col.ſi.uel ſaltem tenetur furti,ut per Sal.in d.l. 1.& terminos,ſeu limites intellige quæuis ſigna,ſiue ſub ſignacula,quæ agros ad inuicem ſeparant,ſiue lapides,ſi ue pali,ſiue arbores,ſiue foſſata eſſent,ut per D. Iodocũ in præcitata rub. de tranſla.limitum in ſi.glo.& Docto. in d.l.ſin.

Teſtator iubens,diſponenſque in ſuo teſtamento hæ redi,ut diſtribuat aliquam quantitatem inter pauperes, poteſt tunc diſtribuere in unum pauperem iſtam quan- titatem ſẽn Bart.in l.unum ex familia. §. ſi feudum.ff.de leg.2.Alex.in l.in quartam.§.1.& ibi Claudius Aqu.ſcri bit iſtam eſſe communem opinionem.ff.de leg.1.In con trariam uerò partem reuocando ſententiam in melius in clinauit idem Bar.in l.1.ff.de oper.lega.quia illa locutio pluralis numeri in pluribus uera eſſe debet.l. ubi nume- rus.ff.de teſtib.& c.pluralis de reg.iur.lib.6.no.Paul.de Caſt.conſi.356.in teſtamento Michaelis, & hæc opinio uidetur uerior in puncto iuris, ut probatur argumento d.l.ubi numerus,& d.ca.pluralis,itẽ probatur per uerba teſtatoris, qui loquutus eſt per uerba denotantia plures pauperes,prætereà uidetur uerior prædicta opinio, quo niam diuerſa eſt ratio in pluribus, quàm in uno, & hoc quòd uerum ſit oſtẽdo,ut potẽ quia uidetur magis pium pluribus ſuccurrere,quàm uni,itẽ uidetur neſcio quo pa- cto pluribus pauperibus ius quæſitum, ergo non poteſt in præiudicium ipſorum uni pauperi diſtribui, nam pri- uaret aliquos pauperes iure ſuo. Poſtremò facit ad hoc, nam Epiſcopus in dubio,ubi non eſt datus exequutor,ip ſe eſt ultimæ uoluntatis exequutor.c.ſi.16. quæſt.1.& ta men Epiſcopus in iſto caſu non poteſt eligere unum pau perem.c.cum omnes,ext.de teſtamen.& hoc uidetur eſ ſe magis ex mente teſtatoris, quæ quidem mens ſemper attẽdi debet,imo hic deberet ceſſare omnis quæſtio uo luntatis, cum in uerbis teſtatoris nulla reperiatur ambi- guitas. l.ille.§.ſi.ff.de leg.3.& hic accedit utiliter unum notatu dignum,quòd hæres grauatus poſt mortem ſuam diſtribuere bona inter pauperes, profectò hoc facere nõ poſſet in uita ſua in præiudicium pauperum,qui poſt e- ius mortem erunt,ut not.omnes Doct.communiter in l. poſt mortem.C.de fideicommiſſ.& Alexan.in l.ſtipula- tio iſta.§.ſi quis dolum.ff.de uerbo.oblig.& de iſta opi- nione communi atteſtatur Dec.in l.cum tempus.ff.de re gu.iuris.

Teſtator licet de iure poſſit remittere hæredi confe- ctionem, ſeu neceſſitatem conficiendi Inuentarium l.ſi. C.arb.tuto.& l.cum tale pactum.§.1.ubi Bald.& Imo. ff.de cond.& demon.Curt.conſi.59.in Regno Hiſpaniæ circa ſi.cum allegatis per Dec.conſi.308.uiſa iterum ſe- ſta,col.2.& Soc.conſi.51.uiſo teſtamento,uol.3.nihilo- minus Iudex ſi ei uiſum fuerit,id expedire rerum admi- niſtrationi,poteſt tutorem cogere ad confectionem dicti inuentarij ex l.utilitatẽ,ubi Bar.ff.de confir.tut.Ang.cõ ſi.144.circa ſi.Iaſ.in l.cũ neceſſitatẽ.C.de fideicom.Gui. Papæ deci.352.in ſi.Bar.cõiter approbatus,& receptus in l.nemo pôt,nu.12.ff.de lega.1.ubi poſt alios Crotus, col.19.idem Bar.in l.tutor qui repertorium,nu.18.ff.de admi.tut.Crau.conſi.193.nu.10.in l.ſi ex legati cã,n.21. & ſeq.ff.de uer.ob.Are.conſi.22.col.5.& Dec.conſ.349. nu.5.Ioan.Delictus in tract.de arte teſtan.in rub.de tuto re cap.111.

Teſtamentum imperfectum ratione uoluntatis,ut pu ta ſi teſtator incepit condere, ac conficere teſtamentum ipſum, & poſtmodum non habuiſſet illud pro abſoluto ſuperueniente aliquo impedimento, tunc teſtamentum hoc etiam quo ad pias cauſas non ualeret,ſecundum gl. Bar.& omnes in l.ſi is qui.ff.de teſtamen. Gui.de Cune. & alios in l.ſi.famil.herciſcun.& omnes communiter in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.ubi Cur ti.Iunior latiſſime,nu.4. & iſtorum opinionem apparet eſſe communem ex relatis per Boe.deciſio.93.nu.10.& deciſio. 240.nu.4.& ſeq.& ita expreſſe iſtam fore com- munem aſſeuerat quoque Franc.de Are.in d.l.ſi is qui,& Moder.omnes in allegato.§.ex imperfecto,& quamuis præcipitanter Abb.in rub.de ſucceſ.ab inteſtat.ſenſerit contrarium cum aliquibus alijs relatis per Mod.citatos, tamen quicquid iſti Doct. abſque aliqua concludenti ra tione ſuadeant,ob hoc fatuum eſſet recedere ab iſta com muni Canonica,& ueriſſima,imo teſtamentum hoc ra- tione uoluntatis imperfectum ſimiliter non ualet,etiam inter liberos conditum.d.l.ſi is qui.& ibi Bar.& per Do cto.in d.§ ex imperfecto,cum congeſtis per Iaſ.conſilio 255.in cauſa,& ſite lib.2.ubi ſcribit iſtam eſſe communẽ opinionem,& conſi.61.conſultus lib.1.Barba.conſi.9.il lud col.6.uolu.4.& Dec.conſi.126.ad dubium in ſi. Sed hoc non procederet in alio caſu,ſcilicet, ubicunque te-

ſtamen-

ſtamentum ipſum eſſet ſcriptum per teſtatorem, uel per alium in cedula teſtamētaria, nec eſſet lecta, publicataq; coram ipſo teſtatore, teſtibus, & Notario, tunc quippe teſtamentum hoc ualet inter liberos, & ad pias cauſas conditum, ſecūdum Bart. in l. fideicommiſſa. §. quoties. ff. de lega. cuius opinionem ſequuntur omnes Doct. ibi. & cōmunem dicit Franc. de Are. & Boer. in præcitatis deciſio. & ita hæc omnia, & alia quamplura ad materiam pmiſſam concernentia referebat clariſſimus, & conſumatiſſimus Iureconſultus D. Raynaldus Rodulphus interpretando publicè per. d. §. ex imperfecto, Vir omni ſciētiarum genere refertiſſimus.

Teſtes inſtrumentis ſeu cōtractibus publicis neceſſario de iure communi non tenentur ſe ſubſcribere ſubſcriptione propriæ manus, ſed ſufficit, ut Notarius ſcribat nomina teſtium in ipſo inſtrumento. ſm gl. in §. ſi uerò abſunt in auth. de hæred. & falc. in §. ſed & ſi inſtrumenta in auth. de fide inſtru. Panor. Fel. num. 14. Dec. nu. 12. & omnes in c. 1. de fide inſtrum. Pau. de Ca. conſi. 325. lib. 1. in prin. & in l. cōtractus. C. de fide inſtru. glo. & Doct. omnes in l. donationem. C. de dona. & in l. ſi. C. de teſti. Afflict. in cōſt. Neapo. 79. & Capicium deciſio. 29. & iſtorum opinionem ait eſſe communem Barba. in rub. de fide inſtru. nu. 93. & Dec. in c. quoniam contra. num. 18. de proba. cōtra Accurſium in l. generali. C. de Tabula. lib. 10. Contrariū aſſeuerantem, & male, & inſtrumentum ipſum non probat, niſi habeat teſtes in eo deſcriptos d. §. ſed ſi inſtrumēta, glo. in l. donationibus. C. de donatio. Bald. conſi. 55. col. 2. lib. 2. Alex conſi. 166. col. pen. uol. 6 & Corn. conſ. 214. col. 2. uol. 1. & conſi. 220. col. 2. uol. 2. in regno uerò Neapolitano hodie eſt neceſſaria in inſtrumentis ppriæ manus teſtium ſubſcriptio, ut reperitur ſancitum in conſtitutione incip. Inſtrumentorum robur, in ritu, de fide, & authoritate inſtrum: & ſic per Statutum, uel conſuetudinem poteſt derogari dictæ communi opinioni, ut tradit Soc. in tracta. fallent. in regu. 418. teſtes in ſcriptura publica, ubi communem præmiſſam limitat in tribus caſibus.

Teſtes duo omni exceptione maioris inſtrumentarij reprobant, ac ſubuertunt inſtrumentum, ſi inſtrumentū ipſum aliter non coadiuuaretur per teſtes in eo deſcriptos uel per alios non inſtrumentarios, ſm Doct. omnes in c. accedens, de fide inſtru. in l. 2. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſta. aperian. & in l. in exercendis. C. de fide inſtru. & iſta eſt communis opinio teſte Ruyno conſ. 37. in prin. uol. 4. Lanfran. in repe. c. quoniam contra in uerſi. inſtrumentorum productiones lo. 106. nu. 37. de proba. Dec. in c. tertio loco nu. 55. eo. tit. & Boer. deci. 118. ubi refert ita fuiſſe in ſacro Burdegalenſium Senatu pluries iudicatū, ſed ubicunq; teſtes adiuuarent inſtrumentum, tot alij teſtes reprobatorij ſunt neceſſarij, quot ſunt reprobantes inſtrumentum ipſum, ſecundum Bar. in l. hæres palam in prin. ff. de teſta. Inno. Io. And. Car. Ant. Abb. & Imo. c. cū Ioannes. Anch. conſi 76. Cy. Sal. & omnes communiter in l. exercendis. C. de fide inſtru. & procedit non ſolum ſi dicerent teſtes inſtrumentarij aliter fuiſſe dictum, quàm ſcriptum per Notarium, uerum etiam ſi deponerent ipſi teſtes ſe nō interfuiſſe inſtrumento, qui quidem teſtes licet ſingulares uideantur, attamen reprobāt, & ſubuertūt inſtrumentum ſecundum Fel. in d. c. cum Ioannes, nu. 35. & ita conſului Crau. conſi. 56. nu. 17. dicens dictos teſtes ita, & taliter deponētes nō eſſe ſingulares aliquo pacto, & iſtam ait ibi eſſe communem opinionem, & Follerius in ſua pract. criminali in uer. item quòd commiſit falſitatem, num. 64. cum multis ſeq. ubi explicat abunde iſtā materiam.

Teſtes in ſcriptura priuata tres neceſſario requirūtur, & ſic teſtimonio trium teſtium dicta ſcriptura debet eſſe ſubſcripta, qui quidem teſtes debent eſſe maſculi, & non fœminæ ſecundum Bald. per illum tex. in l. ſcripturas. C. qui potio. in pigno. habeant, cum quo ſentiūt oēs ſcribē. ibi, Cremen. in ſing. 145. Marſi. in ſin. 614. poſt prin. Cotta in memo. in uer. mulier regulariter & cætera. quā opinionem tanquā uerisſimam ſeqtur & & aſſerit eſſe cōem Dec. in c. 2. alias ſcripta, nu. 11. de fid. inſt. in c. 3. col. 2. de teſti. & in l. fœminæ nu. 32. & ſeq. & ibi Caro. * in add. ff. de reg. iur. & Tiraq. in tra. de legi. cōnubia. l. 9. nu. 54. licet Iaſ. in l. 1. col. 3. ff. de legi. abſq; aliqua urgēti rōne, & nonnulli alii Doct. relati p Fel. in d. c. 2. & in c. 3. de teſti. conētur, & male diſceſſere à præfata cōi quorum argumēta non indigēt reſponſione, quia parum, aut nihil obſtant, & nota hic utiliter, q in dicta ſcriptura priuata nō requiritur neq; dies neq; conſul. l. cum taberna. §. itē quæritur. ff. pigno. & no. Iaſ. in auth. quod ſine. C. de teſtam. ad hoc, ut probet, uel faciat fidem contra ſcribentem, iuxta communem ſententiam omnium Docto. quam ſequitur Pau. Caſtren. in l. 1. num. 16. C. de nouo codice facien. Alex. in conſi. 70. uerſi. ecce ergo, uolum. 1. & conſi. 6. uerſi. ſecundo reſpondeo. & conſi. 76. col. 3. uolu. 3. & conſi. 132. uer. quoad tertiam uol. 4. & Mod. omnes in l. admonendi. ff. de iureiu. ubi atteſtantur de præfata communi opinione.

SVMMARIVM.

1 *Minor numerus ſeptem teſtium qui puberes ſint regulariter in teſtamentis non admittitur.*

2 *Et adhibitus, teſtamentum non ualet, etiam ſi maior numerus haberi non potuit, quod de iure ciuili locum habet.*

3 *De iure uero pontificio in locis eccleſiæ licet teſtamentum condere coram duobus teſtibus, & presbytero parochiali.*

4 *Quod etiam procedit in ciuitatibus regni Neapolitani, & aliis quę enumerantur.*

5 *Vbi tamen ipſius presbyteri non poſſet haberi copia, loco illius duo alij teſtes adhibendi ſunt, ut exiſtētibus quatuor teſtibus ualeat teſtamentum.*

6 *Tempore quoque peſtis ſufficit in teſtamento adhiberi quinque teſtes.*

7 *In teſtamentis autem factis ad pias cauſas duo teſtes ſufficiunt.*

8 *Idem ſeruatur & in teſtamento patris imperfecto & inter liberos facto,*

9 *Etiam ſi pater cæcus ſit.*

10 *Siue teſtes ſint puberes mares ſiue fœminæ.*

1 Teſtes ſeptem puberes in teſtamētis regulariter req̄runt. l. hac conſultiſſima & l. teſtamētis. C. de teſt. & §. ſi. inſt. eo. ti. nec ualet teſtamētum ſi minor numerus teſtiū adhiberet, ēt qñ ſufficiēs numerus teſtium haberi nō poſ-
2 ſet. l. conficiūtur. §. ff. de iure codi. hocq; procedit de iure Ciuili, ſed de iure Canonico vł ſancitum ɔtrium, nam te-
3 ſtator pt diſponere de rebus ſuis coram pſbytero parochiali, & duobus teſtibus, & ualet ſuum teſtamētum, ēt ad non pias cās confectum, maximè in terris Eccleſię. c. cum eſſet, de teſta. Spe. no. in ti. de inſtru. edito. §. cōpēdiosè, uer. item p ius Canonicum, Io. de Imo. & Abb. in d. c. cum eſſes, Zaba. conſi. 73. puto de iure, Bal. cōſi. 35 r. qm ex facto, & conſi. ſeq. li. 4. & Alex. cōſi. 276. uiſo proceſſu. col. 3. li. 5. & iſta eſt cōis opinio teſte Cor. cōſ. 261. nu. 9. & 30. uol. 4. et Mod. in d. c. cum eſſes, & Boerio in deci. 93. nu. 2. et iſtud teſtamētum coram presbytero parochiali, et duobus teſtibus conditū, hēt uires ēt in terris
4 Principi ſeculari, quoad tpalem iuriſdōnem, ab eccleſia conceſ-

conceſſis, quales ſunt Ciuitates Regni Neapolitani, Fer
raria, & Vrbinum, ut declarat & ponit Corneus in pręcita
to conſi. ſed in alijs non procedit ut per Bal. cõſi. 284. dñs
li. 3. ubicunq; uerò presbyter parochialis non reperiretur
5 in partibus & terris Eccleſiæ, in quibus condẽdum eſt te
ſtamẽtum nec haberi poſſet aliquo mõ, tunc nota q lo
co parochialis alij duo teſtes adhiberi poſſunt ꝑ teſtato
rem, & ſic requirũtur quatuor teſtes ſine parochiano, &
ualebit teſtamẽtum, nam duorum uox eſt potentior, q̃.
unius quãtæcunq; ſit authoritatis. c. licet & c. cũ a nobis
de teſt. & l. iuſiurandi. C. eo. tit. & ita uoluit Spe. in d. uer
ſi. item per ius Canonicum, quem ſequitur Cald. conſi. 8.
teſtator in ti. de teſta. Gem. conſi. 49. ſuper iſto puncto,
Alex. conſi. 17. col. pe. uol. 1. conſi. 276. li. 3. & conſi. 105.
uiſo, & diligẽter conſiderate libr. 4. & iſtam opinionem
Spe. dicit, & aſſeuerat obſeruari in practica Ant. de But.
& Pauo. in d. c. cum eſſes in fi. & communem dicũt inibi
Mod. Bellonus conſi. 14. nu. 3. declaratur ſimiliter dicta
6 regula in teſtamẽto condito tempore peſtis, cum eo tpe
non ita copia teſtium haberi poſſit, ſicut alio tpe, ideoq;
numerus ſeptem teſtium regularis in teſtamento reſtri-
ctus eſt ad quinq;, ſic adhibitis quinq; teſtibus in teſtamẽ
to condito tempore peſtis ualet, & tenet, ut tradit Nico.
de Mata. Bal. Sal. & Iaſ. in l. ſi. C. de teſta. Are. in §. ſi. Inſt.
de donatio. & in ſuo tract. teſtamentorum in uerſi. ſuum
teſtamentum in fin. Cuma. in l. conficiuntur. §. codicilli,
de iure codicil. Floria. in l. milites, C. de teſta. milit. Barb.
in d. c. cum eſſes, col. 8. & in conſi. 87. col. 2. uol. 4. Marſil.
in l. 1. §. præterea. nu. 121. ff. de quæſtio. Dec. in l. ſcrinia
rios in fi. C. de teſta. mi. & in conſi. 284. uiſo puncto, Bru
nus in tract. de forma. dicens ibi ſe pro hac parte conſul
uiſſe, & quòd in facti contingẽtia obtinuit, quem refert
Pariſi. conſi. 33. nu. 26. uol. 2. ubi ſubdit, quòd iſta eſt ma
gis communis opinio, magis æqua & humana, Rubeus
conſ. 165. Berta. conſi. 179. uol. 1. Ripa in l. Centurio, nu
me. 8. ff. de uulg. & pup. Boe. in deciſio. 228. nu. 9. & ſeq.
Bal. nouel. in l. 2. ff. de lega. 1. ubi concludit poſt Ponta-
num, nu. 4. iſtam eſſe magis communem opinionem, &
magis æquã, & Soci. etiam qui eam magis ueram eſſe di
cit in conſi. 129. nu. 14. uol. 1. Alex. uerò in conſi. 70. uol.
2. & Iaſ. in l. ab antiquis, nu. 4. C. de teſta. dicit communẽ
contrariam, & male quamuis eam non ſequatur, & com
munem, & ueriorem de iure aſſeuerat Boerius in præci-
tata deci. 228. nu. 10. & Afflict. in deci. 25. incip. in cauſa
7 petitionis hæreditatis, declaratur quoque præfata regu-
la non procedere in teſtamento facto ad quaſcunq; pias
cauſas, nam teſtamentum conditum ad pias cauſas, corã
duobus teſtibus abſq; presbyteri parochialis pręſentia
ualet, tam in foro Canonico, quàm Ciuili, & in terris ec-
cleſiæ non ſubiectis ſecundum tertiam opinionem glo.
in d. c. cum eſſes, quam ſequuntur ibi Ancha. Card. Imo.
Barba. & omnes, ubi aiunt hanc ſententiam eſſe commu
nem, & ueriſſimam ſimul cum Mod. Iaſ. quoque in l. no.
21. poſt medium in 1. lect. C. de ſacroſan. Ecc. Alexan. in
l. ſi certis, nu. 5. C. de pact. & Boer. in deciſio. 93. ſupra al-
legata, & hoc uidetur contra ſententiam Spe. communẽ
in principio huius regulæ relatam, tamen iſtas duas opi
niones conatur Alexander conſilio 17. ponderatis ijs co
lum. pen. uolu. 3. ad conſonantiam & concordantiam re
ducere. Docto. in d. c. cum eſſes, & Boer. in d. deci. 93. cõ
8 ſi. 3. & ſequen. Interpretatur quoq; præfata regula non
procedere in teſtamento patris imperfecto inter liberos
condito, in quo non requiruntur ſeptem teſtes, nam ubi-
cunq; pater faceret teſtamentum adhibitis duobus teſti
bus, inter liberos ualeret, & teneret. l. hac conſultiſſima,
§. imperfecto. C. de teſt. cum materia, qui quidem tex. am
9 pliatur, ut habeat locum etiam in teſtamento patris ęqui
imperfecto inter filios condito, non ſeruata forma, ſeu ſo
lemnitate, d. l. hac conſultiſſima, C. qui teſta. fac. poſſ.
ſecundum Bal. Ang. Pau. Caſt. Saly. Corne. Iaſ. et omnes
ibi aſſerunt hanc eſſe communem opinionem, quam ſeq
tur etiam ultra alios relatos per eundem Boe. deci. 240.
nu. 20. ubi atteſtatur de dicta communi referendo alios
ꝑrium aſſeuerantes. Iſtud teſtamentum inter liberos fa-
ctum ualet etiam cum duobus teſtibus puberibus mari-
10 bus, aut fœminis ſm gl. in auth. quod ſine, C. de teſta. quã
ſequuntur oẽs ibi Cy. Bar. Pa. Caſt. Cor. & alij in d. §. ex
imperfecto, ubi aſſeuerant hanc eſſe communem opinio
nem, & eam ſequitur ultra præcitatos Doct. & alios con
geſtos per Mod. in præmiſſis locis Boe. deci. 240. nu. 1.
ubi dicit ita uidiſſe iudicari in ſacro Concilio Burdega.
& ubique.

Teſtes tam in teſtamento in ſcriptis, quàm in nuncu-
patiuo ſine ſcriptis redacti rogari debent. l. hęredes pa
lam, §. in teſtamentis, ff. de teſta. & l. hac conſultiſſima,
C. eo. ti. unde ſi Notarius in teſtamento diceret teſtes ꝑ-
ſentes non adijciendo expreſsè, uocatos ad hoc, & roga-
tos, teſtamentum eſt nullum. In dubio enim non præſu-
muntur rogati cum ſolennitas ſit extrinſeca probatoria,
ſecundũ Dy. & Bar. in d. §. in teſtamẽtis, Cy. Frã. de Are.
& Iaſ. in d. l. hac cõſultiſſima, Bar. Alex. Iaſ. & alios in l.
ſciẽdum, ff. de uer. ob. & Spe. in tit. de teſtamen. §. 1. uerſ.
ſed nunquid, & Ruynum conſi. 1. nu. 4. uolu. 2. & conſil.
12. nu. 5. eodem uol. & iſtam aiunt eſſe communem opi-
nionem Mod. in d. l. ſciẽdum, Cor. conſi. 176. uol. 3. Soci.
in tra. reg. in reg. 420. & Ruynus conſ. 154. nu. 2. uol. 3. li
cet aliqui Doct. auſi ſint tentare contrarium, relati per
Mod. in d. l. ſciendum. ſequendo tamen dictam commu-
nem tanquam ueriſſimam. amplia procedere ſimiliter in
teſtamẽto condito ad pias cauſas, eo enim caſu teſtes de
bent eſſe rogati, ut per Barb. in c. relatum de teſta. Zaba.
conſi. 73. & Alex. conſi. 70. colum. ſi. uolu. 2. Soc. uerò in
pręcitata reg. 420. dicit audacter communem opinionẽ
eſſe in contrarium. Limitatur dicta concluſio communis
ita declarata non procedere, quando teſtes ſe ſubſcripſe-
runt in teſtamento, tunc ex huiuſmodi ſola ſubſcriptione
rogati in dubio præſumuntur, ſecundum Bart. & Soc. in
l. Domitius, ff. de teſta. & Bart. & omnes communiter in
d. l. ſciendum, licet Iaſ. ibi præcipitanter contrariam par
tem tueatur.

Teſtes non requirunt aliquo pacto acta curiæ, ſiquidẽ
abſq; teſtibus habent publicam fidem, ex quo acta ipſa ſu
ſcipiunt authoritatem ex præſentia Iudicis, non autem
ex perſona tabellionis, & actuarij curiæ, ut per Bartol.
in l. emancipatione, C. de fide inſtrumentor. cum quo
ſentiunt Doctor. apoſtillantes ibi. & Bald. in l. geſta, C.
de re iudi. & iſta eſt communis opinio, de qua teſtatur
Lanfran. de Oria. in repe. c. quoniam contra, num. 24. in
rub. de proba. & Mod. inibi. & Marania in tract. de iudi-
cijs, in 6. parte 2. partis prin. ſuper 10. actum num. 51. &
quamuis teſtes in actis curiarum non requirantur, ut ſu-
perius oſtendimus, tamẽ in actis iudicialibus teſtes om-
nino, & de neceſſitate debent adhiberi, ſecũdum gl. in l.
ſi. C. de re iud. & in l. donationibus, C. de dona. ubi Saly.
dicit magnum uerbum ita communiter ſeruari, & refert
Dec. in d. c. quoniam contra, nu. 76. & ſeq. ubi abunde de
clarat hanc materiam.

Per teſtes duos quis poteſt probare ſolemnitatem, aut
præſumptionem inſtrumenti ſecundum gl. in l. iuris gen
tium. §. quòd ferè in uerſi. contrarium, circa ſi. ff. de pact.
quam ſequuntur omnes Doct. communiter inibi, & in l.
ſciendum. ff. de uerbo. ob. ubi Iaſo. numero 10. atteſtatur
de dicta communi, Ruynus conſilio 1. num. 8. & ſeq. uol.
2. ſed tamen ſi uellet quis probare contra inſtrumenti te
norem utique non admitteretur alia probatio, niſi per
In teſtium depoſitionibus in maiori ſumma minor nõ ineſt, ſecundum Archidia. eleganter in c. nihilominus. 3. q. 9. quem ſequitur Bal. in l. 1. col. 6. de teſtam. & Docto. omnes communiter in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de uerb. obl. & cum dicta communi tranſeunt Moder. ibi eam pleno ore atteſtando: iſta uero communis interpretatur, niſi ſumma temporis ſecundum Imo. in l. inter pares. ff. de re iud. Gemini. in c. 1. de arbitris in 6. & Alex. in d. §. ſi ſtipulanti, interpretatur quoque utiliter, niſi conſtaret teſtes deponere de eadem numeratione ſecundum Alex. in d. §. ſi ſtipulanti.

Teſtes in cauſis, ac negocijs criminalibus ultro debẽt reddere cauſam, & rationem ſcientiæ, etiam non interrogati, alias non probant, nec faciunt indicium ſecundum Bal. conſi. 182. n. 2. uol. 4. Saly. in l. fi. C. de probat. Alex. conſi. 70. col. 3. uol. 1. Deci. conſi. 27. Soci. in tract. reg. in reg. 302. 5. fal. Iaſ. in l. admonendi, col. 103. ff. de iur. iur. Marſil. in ſua pract. crimi. in §. diligenter. & Grammati. conſi. crimi. 12. nu. 13. & iſtam ait eſſe communem opinionem Bal. in d. conſi. 182. ſed hoc procedit quando teſtis ad offenſam deponeret, ſecus uero ad defenſam, nam eo caſu probant, etiam ſi non redderent ſcientiæ cãm, teſtis enim deponens quod Titius uulnerauit uel interfecit Meuium ad ſui neceſſariam defenſionem, & in ratione ſcientiæ dicens, quia uidit, ſufficit ad probandum talem neceſſariam defenſionem, licet de alijs circumſtantijs nihil dicat, ſecundum Bar. conſi. 163. Bal & Saly. in l. ſolã. C. de teſti. Alex. conſi. 76. col. fi. uol. 5. & conſil. 109. eod. uol. & uoluit Corneus conſi. 204. num. 2. & hoc firmant cõmuniter oẽs Criminaliſtæ uarijs in locis iuris noſtri.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dictũ de credulitate nullam penitus fidẽ facit.*
2 *Neque de iudicio ſuo.*
3 *Nec ſi dicat ſe certo credere.*
4 *Aut ni fallor.*
5 *Niſi huiuſmodi dictum teſtis coniunctum eſſet, cum aliqua concludenti ratione, ut ſi diceret ſe id credere, quia uidit.*
6 *Probat etiam in factis antiquis.*
7 *Et quæ in alijs caſibus, qui ſubijciuntur remiſsiuè.*

1 Teſtis deponens de credulitate nullam fidem facit,
nec probat aliquo modo, ſecundum gl. Cyn. & oẽs Legiſtas in l. teſtium. ff. de teſti. Canoniſtas in c. quoties ext.
de teſti. Spec. in tit. de teſte. §. 1. uer. item quod depoſuit de
credulitate, & Alex. conſi. 70. col. 3. uol. 2. & iſta eſt communis opinio teſte Panor. in d. c. quoties, & Moder. ibi
2 idemque uidemus in teſte deponente per uerbum iudicio ſuo, quia non ualet eius teſtimonium ſecundum Bar.
& alios in l. quod tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbit. Bal. in l.
de quibus, col. 25. ff. de leg. Ang. & omnes in l. ſciendum,
col. 6. de uerb. oblig. & Alex. conſil. 186. in cauſa, & lite,
col. pen. uol. 2. & conſi. 219. uiſo proceſſu, col. 3. uol. 7. &
Gramma. conſi. crimi. 12. nu. 13. & iſtam dixit communẽ
opinionem Curtius Iunior conſi. 165. præſupponitur in
facto, nu. 17. & ſimiliter teſtis deponens per uerbum ſe
3 certo credere, non probat etiam præſumptiue ſecundũ
Bar. in l. ſiue poſſideris, col. pen. C. de proba. quem ſequitur Ale. conſ. 70. uol. 1. conſ. 134. col. 2. & in d. conſ. 219.
idemq; dicendum eſt in teſte deponente per uerbum, ni
4 ſi fallor, quia probat ſi redderet claram, & bonam cãm
ſcientiæ ſui dicti, alias ſecus, ſecundum Bal. Catho. & a-
5 lios in l. 1. ff. de iuſti. & iure. Interpretatur iſta communis concluſio ita explicita non habere locum, quotieſcũ
que huiuſmodi depoſitio de credulitate eſſet iuncta ratione, uel aliqua præſumptione inferente, ita credi debere, ut quia teſtis redderet cãm ſcientiæ, quia uidit, tũc
dictum teſtis probat, rõ enim dicti teſtis reddentis bonã
cãm, & rationem ſcientiæ regulat ipſum dictum. ita notennit Iac. de Aret. & Cyn. in d. l. teſtium. Bar. in d. §. ſi
arbiter, Io. And. in addi. Spec. in tit. de teſte. §. ſuper, in
uer. item quod deponit de credulitate, Bal. in l. ſolã, col.
2. C. de teſti. & Coro. conſi. 162. no. 8. uol. 1. & alij relati
per Iafredum Lanfran. in deciſ. 7. & Alex. in l. præcitatis
conſi & iſta eſt ueriſsima, & communis limitatio ut per
prædictas allegationes apertiſsime conſtat. Interpreta-
6 tur ſimiliter dicta communis in factis antiquis, in quibus teſtis de credulitate probat, & antiquum tunc dicitur in materia probationis, ad hoc ut admittatur teſtis
de auditu, aut credulitate, aut uerba enunciatiua, aut fama publica, & cætera huic generi ſimilia, requiritur tempus excedens metam centum annorum, ſecundum Inno.
in c. ueniens de uer. ſig. & hanc opinionem aſſeuerat eſſe
communem Alex. & Moder. in l. cum aliquis. C. de iure
delib. & ibi Iaſ. etiam, & in repeti. l. admonendi, n. 209.
ff. de iur. iur. & conſi. 81. col. pen. lib. 1. conſi. 24. col. pen.
lib. 3. & conſi. 148. col. fi. uol. 4. Cor. conſi. 35. in fi. & conſil. 329. col. pen. uol. 1. Alex. conſi. 6. in fi. lib. 1. & conſil.
208 col. pen. 2. Curtius Senior conſil. penul. col. fi. Dec.
in capitulo primo, col. 4. de appella. in conſi. 13. collumna pen. conſi. 42. col. 2. Curtius Iunior conſi. 17. col. 2.

&

& conſi.90.col.fi.& licet in hoc,uel circa hoc reperiantur duæ aliæ opiniones contrariæ Doct.quas omitto tã quam fruſtratorias,& inutiles, tamen in iudicando,& conſulendo difficile, ac impoſsibile foret obtinere contra dictam communem. Limitatur quoq; cõmunis prædicta in duobus aliis caſibus per Marſy.in repet.rub.C. de probat.nu.13.& ſeq.tanquã utiles ueros,& neceſſarios omnino uidebis,& in multis alijs caſibus limitatur per Soc.in trac.Fallẽt.in reg.407.teſtes de credulitate.

Notarius faciendo mentionẽ in teſtamento teſtatorem fuiſſe ſanæ mẽtis,& cætera,propter huiuſmodi teſtimonium non probaretur mẽtis ſanitas,ſecundũ Bal. in l.2.C.de teſtam.quia Notario non adhibetur fides in his circa quæ uerſatur eius laus,uel opprobrium, ut de proxenetа dicitur in §.pen.in auth.de teſti.& per Alex. conſ.13.col.5.ubi aſſeuerat hanc eſſe communẽ opinionem,& conſ.141.ponderatis, col.4.uol.1.& Iaſ. in l.ſenium ætatis,nu.3.C.qui teſta.face.poſſ.niſi qualitas,& conditio perſonæ aliud ſuaderet,ut per Abb. in c. dilectorum de teſta.cogni. & quia etiam hoc ſola legis præſumptione:non autem per teſtimonium Notarii probatur, quoniam ſecundum ſcribentes in l. ſanum mente. C.de tranſact.mentis ſanitas eſt quid inuiſibile,& proprie non percipitur uiſu,uel auditu, ſed potius rationis iudicio:Ampliatur iſthæc concluſio, ut mentis ſanitas, uel aliquem fuiſſe ſanæ mentis,nec a teſte probari poſſe,ut per Bal.in d.l.2.nam non cadit directe hoc in ſenſum teſtis ſecundum Doc. communiter in d.l.ſanũ mente. quã quidẽ cõem ſequitur,& citat Boe. deciſ.33. nu. 73.& ſeq. Fallit dicta concluſio ita declarata, quando Notarius in teſtamento nullum uerbum faceret de homine ſanæ mentis. ſi teſtator enim relicta omnia recte diſpoſuerit ualebit teſtamentum,ut conditum ab homine ſanæ mentis,nam qualia quiſq; facit,operatur, gerit, & loquitur,talis eſſe præſumitur,arg.l.pen.ff. de condi. inſtit.& l.Titia.ff.de inoffi. teſta. ideoque ſi teſtamentũ fuerit recte,rationabiliter,prudenterq; factũ,ipſe teſtator prudens feciſſe creditur. Valerio Maximo teſte. Teſtamentum cuiuſdã furioſi fuit olim a Senatoribus approbatum, quia in eo recte diſpoſita legebantur, quod refert etiam Bal.in cap.1.per quos fiat inueſti.in uſibus feud.& Alex.in l.furioſum.C.qui teſta.face.poſſ.& hodie profecto iudicaretur ualidum tale teſtamentum, ut per Io.And.& Abb.in c.cum dilectus de ſucceſ.ab inteſta.cũ aliis relatis per Corſetum in ſing.in uer.teſtamẽtũ,& Marſy.ſin.380.furioſus,poſt prin.ubi expreſſe ait hanc eſſe magis cõem opinionẽ & rationabilem,et denique ſibi plurimum placere,& iſtam ſententiam ſequitur etiam Barb.in c.qui ingredientibus, col.7. de teſta. ubi tenet teſtamentũ furioſi ualere factum ad pias cauſas,dummodo non probetur ꝙ tempore teſtamenti fureret,quod procedit in furioſo, qui habet dilucida interualla,alias teſtamentum furioſi,ut ab homine nõ ſanæ mentis,non ualet etiam ad pias cauſas,arg.c.ſicut tenor,ubi Abb.cum aliis allegatis per Iaſ. conſ. 141. uiſa longa,col.6.uol.2.& præmiſsis accedit utiliter,ꝙ teſtibus de ſana teſtatoris mente deponentibus maior fides adhibetur,quàm cæteris teſtibus contrariam aſſeuerantibus,quia reſpondent, ac deponunt ſecundum iuris diſpoſitionem,ut eleganter per Innoc.in c.aditis de præſumpt.cum quo ſentiunt omnes communiter ibi. & in c. In eccleſia uulnerata de elect.atteſtando audacter de iſta communi,& Iaſ.conſ.2.nu.8.uol.& conſ.178.nu.1. uolu.2.

Notarius cui eſt facta cõmiſsio examinationis teſtiũ uel receptionis iurium non põt ipſemet eſſe rogatus de tali commiſsione ſibi facta per iudicem, nec ei creditur ſuper hoc deponenti, & ſic illa commiſsio debet per alium Notarium ſcribi, & non per ſeipſum ſecundum Oſtien.in c.quoniam contra,de probatio.& alios communiter omnes ibi,Io.And.in reg.cum quid una uia de reg.iur.lib.6.in mercu.in princ.Bal.in l.iuſiurandi.col. fi. C.de teſti.in l.iudices.C.de fide inſtru.& in l.fin.§.1. de iure delibe. Abb.in c.fraternitatis, in fi. de cleri.non reſiden.& in d.c.quoniam contra,col.17.Ang.& Mod. in l ſciendum in prin.ff.de uerb.oblig. Dec.conſ.42.nu. 4.& Ruynum conſ.105.num.1.uol.4.& iſta eſt communis opinio contra Barto. contrarium aſſerentem in l.ex ſententia.ff.de teſta.iute.ut patet ex congeſtis per Boerium deciſ.258.num.4. quam quidem communem ipſe ibi nu.5.limitat,& declarat, Saly.uero in d. Auth. apud eloquentiſsimũ.C.de fide inſtru.conatur opinionẽ Bar. & communem ad optimam conſonantiam, & concordiam reducere,quem omnino uidebis. Comprobatur ultra allegata per præcitatos Doc.prædicta communis iſto medio.nam teſtis deponens de mandato ſibi facto, nihil probat,ut uidetur eſſe tex.in l.1.C.de mand. prin. qui uult quòd non ſtatur aſſertioni ſimplici alicuius in quacunque dignitate conſtituti de mandato ſibi facto a Principe,& iſtam communem uidelicet,quod credatur Notario,uel examinatori aſſerenti ſibi fuiſſe commiſſã receptionem teſtium, ſequitur etiam Guid.Papæ deciſio.126.Dec.in d.c.quoniam contra,nu.198.& Cur.iunior conſ.166.nu 3.in quibus locis atteſtantur de dicta communi. & ita fuit deciſum & concluſum in ſacro Regio Concilio Neap.teſte Afflicto in deciſ. 317. Teſtes poſſunt regulariter produci uſque ad publicationem in cauſa,et non ulterius,unde poſt didicita teſtificata non poſſunt ulterius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis, ut habetur in c.fraternitatis,& in c.intimauit de teſt.cũ ſimilibus,et iſtam regulam ponit Marſy.in l.1. §. fin. in prin.nu.17.ff.de quæſt.et Doc.in clem.2.de teſti. quam quidem regulam amplia non tantum procedere in cauſa principali, ſed etiam in cauſa appellationis propter timorem ſubornationis,ut habetur per par.in l.poſt hãc C.de tempo.appe.et per ſcribẽ. in d.clem.2.Limitatur primo loco iſthæc concluſio non habere locum quãdo publicatio non eſſet rite,et recte facta, quoniam ſi eſſet inualida, poſt teſtium publicationẽ inualidam, poſſent produci teſtes,ut no.glo.in l.2. in uer. rite de teſti.et in d.cle.2.in uer.publicatis Bar.in Auth.at qui ſemel, col. 5.de probat.Afflic.in conſtit.Neapoli inchoante,ritus peritorum,et cætera. Marſy.in d.§. fi.nu. 10. et hinc eſt quod teſtes nulliter examinati ex facto iudicis poſſent iterum examinari non obſtante publicatione eorum,ſecundum Bar.in l.qui per ſalutem.ff.de iureiu.et iſta eſt cõis opinio,ut aſſerit Alex.ibi nu.2. et quãdo teſtes nõ dicuntur ritè recepti,uel examinati uide Marſy. late declarantem in l.1.§.ſiquis ultro,nu.36.ff.de quæſt.Secundo iſta regula ꝙ poſt teſtium publicationem teſtes non debent examinari,nec admitti,limitatur niſi ſuper articulis nouis dependentibus a ueteribus, ut no.omnes canoniſtæ in d.c.fraternitatis in c.clamor.et in c.ultra tertiam,de teſti.et Legiſtæ in d.Auth.at qui ſemel,ubi Moder.aiunt hanc eſſe cõem opinionem,et Maranta in tractа.de iudi.in 6.par.2.partis prin.ſuper 6.actu.num.22. Tertio limitatur prædicta regula ꝙ licet poſt atteſtationes publicatas non poſsint ulterius produci teſtes ſuper eiſdem capitulis, tamẽ poterit pars uolens ulterius producere teſtes nomina ipſorum teſtium dare iudici,et ſe abſentare,et iudex poterit tunc illos examinare pro ueritate habenda, ſecundum doctrinam ſingularem Bal. in l.ampliorem,col.2.C.de appel. quam approbat et ſequitur Cepol.caut.166.incip.regulariter, ſequitur etiã Pau.de Caſt.conſ.309.in caſu de quo quæritur, col.penul.Roma.conſ.439.in eo caſu quod quæritur,circa fin. et in repetitio.rub.ff.de arbi.col.11.Barbat.in c.ad petitionem,col.4.ext.de accuſat. et Alex. in l. §. hoc autem iudicium,col.3.ff.de damno infe. Quarto dicta regula quòd publicatis atteſtationibus non ſunt alii teſtes

recipiẽdi ſuper eiſdem articulis, debet intelligi & limi
tari, niſi interueniat conſenſus partium, ita tenet Abb.
in d.c.fraternitatis, & Bar.in d. Auth. at qui ſemel, quod
dicit audacter teneri cõiter Pauſius in d. c. fraternita-
tis, nu.52. Quinto coarctantur prędicta, uidelicet quòd
poſt teſtium publicationem, teſtes debent admitti, quã
do teſtes de nouo reperti ſcirent rei ueritatem, qui fue
te tempore publicationis reperiebãtur in partibus ual-
de longinquis, & remotis a loco iudicij, ſecundum gl.
& doct.in l.admonendi.ff.de iureiu. ſed hoc non proce-
dit, quando per partes petitur teſtes de nouo examina-
ri ſuper eiſdem articulis propoſitis ante publicationẽ,
quia iſti teſtes facta publicatione recipi non poſſunt,
cùm immineat falſitatis timor, & ſubornationis. d.cle,
men.s.& glo.And.& Afflict.in præcitata conſtitutione,
iuris peritorum, &c.& nouiſſime per regiam pragmati-
cã incip.quandoq; ſolent, &c.reperitur ſancitũ, quòd te-
ſtes nuuiter reperti poſt publicationem ſuper articulis
in cauſa productis recipi nequeãt. quam quidẽ pragma
ticã late ibi declarat Cauenſis, & Scaglionus. Ampliaq;
iſtam regulam ita declaratam in tantum procedere, q
teſtes recepti poſt publicationem proceſſus nullã fidem
faciant ſecũdum Bar.in d. Auth. at qui ſemel, Abb.Imo.
& omnes in d.c.fraternitatis Io.And.& But.in c.conſti,
tutus de teſti.& iſtam opinionem dicit eſſe magis com-
munem Ruynus conſi.164.nu.4.uol.4.

Teſtes poſt omnes terminos, ſeu dilationes partibus
præfixas, uel præfixos reijciẽdi ſunt a proceſſu, & cum
expẽſis, niſi iureiurando pars affirmaret ad ſe de nouo
perueniſſe dictos teſtes, ut per Bart. in l.mancipiorum,
uer.ultimo hæc.ff.de opt.lega.per tex.in c.paſtoralis de
except.& in c.cum dilectus de fide inſtru. Abb. Fely.&
alios in d.c.paſtoralis.& idem Fely.in c.licet, col.9. cũ
alijs ſeq.de probat. quorũ opinionẽ tanquam cõem ſe-
quuntur Doct.in d.c.paſtoralis, & Roma. conſi.225.&
cõem ſcribit Conradus in tract. de decurio. lib. 2.c.9.
nu.47. Fallit iſta ſententia non habere locum, quando te-
ſtes infra terminum datum iurant, & poſt decurſum ter
minum deponunt ſe fuiſſe iuſta cauſa impeditos ad de-
ponendũ, tunc enim deponendo iſti teſtes poſt termi-
nũ tranſactũ eorum depoſitio ualeret & teneret ſecun-
dum Bal.in l.ſi quãdo.C.de teſti.& in rub. C.ſi ex falſo
inſtr.& iſta eſt cõis opinio teſte Boerio. deciſ. 294. nu.
59.& Cur.in trac.de teſti.in 33. concluſione, ubi ſubdit
ita practicari in Curia Romana, & uniuerſum mũdum
hoc ſequi, & hanc communem opinionem conſulendo
ſequitur, atteſtatur ſimiliter, & limitat in quinque caſi-
bus Iaco. Manchelli in patrocinio, ſeu conſi.52.per to-
tum, & uide per Bar.& Alex.in l.damni.§.Sabini. ff.de
dam.infecto, & Lanfran. de Orta.in repet.c.quoniam
contra, de proba.in t.8.nu.64.& ratio dictæ communis
opinionis uidetur iſthæc, quia depoſitio prædictorum
teſtium refertur ad tempus iuramenti, ut tenet Bart. in
repetit.l.2.col.ſi.Roma.conſi.343. col.2.& Abb. in c.
licet cauſam, col.6.de proba. Sed in regno habemus ri-
tum magnæ Curiæ Vicariæ incip.item quod in quibuſ-
cunque, quo cauetur, quòd per tres dies poſt terminum
teſtes poſſunt iurare, & deponere dummodo fuerint ci-
tati in termino, et habemus ſimiliter pulchram doctri-
nam Bal.in l.fin.col.5.C.de fideicom. quòd poſt termi-
num præfixum, ac conceſſum partibus ad probandum
admittitur, qui uult incontinenti probare, non ſolum
per inſtrumenta, uerum etiam per teſtes, tanquam ſcili-
cet id uideatur probatum infra terminum, quod poſt in
continenti probatum eſt, idem uult ipſe Bal. qui tamen
limitat in d.l.diffamari, col.5.C.de ing.manu. quod ſe-
quitur, & commendat Iaſ. in l. edita. C.de eden. col. 6.
uer. quinto, facit quod ſignanter, & in l. non ſolum. §.
morte.ff.de noui ope.nun.

Teſtes in his quæ percipiuntur ſenſu corporeo, non
autem iudicii intellectus non debent ſuapte natura ſciẽ
tiæ cauſas dicere, niſi ſuper eis fuiſſent interrogati, q a
uerboſi eſſe non debent ſecundum doctrinam Io. And.
& Doct.in c.cum cauſam, ext.de teſti. Spec. in tit.de te-
ſte.§.1.uerſ.item quòd non prohibet teſtimoniũ, Bald.
& Docto.in l.ſolam, circa ſi.C.de teſti. Ang. in l.qui te-
ſtamento.§.ſi.ff.de teſta.& in l.cum ſi §.quid igitur.ff.de
tranſac.& iſta eſt communis opinio teſte Zaſio in 2.lib.
ſuorum reſponſorum, c.6. Mod.in d.c.cum cauſam, un-
de ſi teſtis deponeret ſuper his quæ non ſunt iuris, ſed
quæ ſunt facti directo perceptibilia per ſenſum corpo-
ris, tunc indubitanter ſecundum prææallegatam commu
nem ualeret dictum teſtis abſque rationis aſſignatione,
niſi fuiſſet aliquo modo per Notarium interrogatus, ſe-
cus uero ſi teſtis deponeret ſuper his, quæ ſunt iuris, q a,
tunc ultrò etiam non interrogatus debet aſſignare ra-
tionem, cauſamque ſcientiæ ſui dicti, alias non proba-
ret, uerbi gratia, ſi deponeret ſuper mutuo dictum ſim-
pliciter conſiderandum non caperetur ſenſu corporis,
ſed potius iudicio intellectus, quare tenetur aſſignare
rationem, quæ concluderet ſecundum Bart. in l.1.C.de
uſuris, & in l.ac Codicillos.C.de Codicillis, & in d.l.
ſolã, & cõiter omnes ſcribẽ. in l.1.ff.ſi cer.peta. ubi Cur-
tius atteſtatur de dicta communi, nume.19.& Zaſius in
prææallegato lib.2.reſponſorum c. 7. licet eam præcipi-
tanter more ſuo impugnet pluribus medijs, quæ non in-
diget reſponſione aliqua, et his accedit quòd examina-
tor, ſeu Notarius, qui non interrogauit teſtem de cau-
ſa ſcientiæ, prout tenetur iuxta tex.& quæ ibi habentur
in d.c.cum cauſam, an teneatur ad intereſſe parti, uide
Ab.late declarantẽ in d.c.cum cauſam, col.4.uerſi.circa
quod &c.& uide ſimiliter in cõſtitutione Regni incip.
in pecunia. ubi habetur q ſi tabellio doloſe non inter-
rogauit teſtem de cauſa ſcientiæ, tenetur parti ad inter
eſſe, et curiæ ad pœnã. idemq; uidemus in teſte deponẽ
te ſuper fama publica, quia ad probationẽ famæ requi-
ritur, q teſtis etiam non interrogatus ultro aſſignare de-
beat rationem dicti ſui, ut per Inno. Io. And.& alios cõ
muniter in c.cum oporteat, & in c.qualiter, et quando,
ext.de accuſa. Ant.de But.in c. licet, eod.tit. & in c.ſu-
per hoc, ext.de renun. Bar.in l.de minore. §. tormenta,
de quæſt. Ang.in l.ea quidem, C.de accuſa. Bald.in l.ſo-
lã.C.de teſti.& in ſuo peculiari Inn.in uerſ.teſti.nõ cre-
dimus, ubi huius dicti aſſignat rationem, quia fama de-
bet habere ortum ab honeſtis, et fide dignis, d.c.quali-
ter, & quando, ideo ſciri non poteſt, niſi teſtis deponens
de infamia, ſeu bona famã adijciat plenam, iuſtamque
cauſam ſcientiæ, & ſic oportet q teſtis aſſignet cauſas
probabiles, ex quibus populus fuerit inductus ad credẽ
dum, aliter diceretur uana uox populi non exaudienda
l.decurionum, C.de poenis, & declarat Bar. in d.§. tor-
mẽta, Bal.in l.proprietatis.C.de probat.& in l.diffama-
ri.C.de ingenu. & manu. Ant. de But.in c. ueniens il 2.
ext.de teſti.et Saly.in l.ea quidem, col.ſi.C.de accuſa.&
iſta fama noia, debet probari apud maiorem partem
populi, ſecundũ Bar.Saly.et Ant. de But. in locis præci-
tatis, et ſic ad hoc, ut dicatur fama probata requiritur,
q teſtes deponant ſe audiuiſſe a maiori parte populi.et
iſta eſt communis opinio teſte Cur. iuni.conſi.172.nu.
9.& Imo.in l.hæredes palam, in princ.ff.de teſta. Rota
uero Romana ſequuta eſt Bal.in c.præterea de teſt. uide
licet ſi teſtes ipſi deponerent publice dici audiuiſſe, fa-
mã probent teſtes, refert Caſſado.deciſ.3.tit.de proba.
unde ſi teſtes dicerent, ac deponerẽt ſe audiuiſſe a mul-
tis, non probarent ob hoc publicam famam, quia multi
dicuntur duo l.1.§.hoc reſcriptum, ubi glo. ff. ad Silla.
Bar.in d.§.tormenta, Saly.& Ang. in d.l.ea quidem, &
idem ſi diceretur inter homines audiuiſſe, dictio enim
inter, uerificatur in duobus. l.inter ſtipulantem.ff.de uerb.ſig. &
idem ſi teſtes ipſi dicerent a pluribus, argumento cap.
pluralis

pluralia de reg.iur.in 6.& idem concludendum eſt quã do neſcit a quibus dicere audiuit,ſecũdum bar. in d.§. tormenta,Inno.in d.c.qualiter & quando,Specu.in tit. de inquiſitio.§.nunc tractemus: et caſu quo interrogetur teſtis,quid eſt fama,et reſpondeat, quòd eſt audire ea,quæ audiuntur per iſtum, per illum, et alium, quia appareret eum non intelligere,quid ſit fama publica,nõ probabit illam,ita bar.in d.l.1.ff.ſi cert.peta; bal.in l.1. ff.de his qui ſunt ſui,uel alie.iur.& in repe.l.data opera, C.qui accuſa.nõ poſſ.Imo.in l.ſtipulatio iſta,§.hoc quo que.ff.de uerb.obliga. et iſta fama aduerte quia probatur per duos teſtes ſecundum Docto:præcitatos, et eſt communis opinio, ut per Saly.in d.l.ea quidem,co.24. & Dec.conſi.172.nu.4.

Teſtes non poſſunt examinari parte non citata ad uidendum eos iurare,tex.eſt expreſſus in c.in nomine domini,de teſti.c.in primis.11.q.1.in l.iudices. C. de fide, inſtru.& ibi bal.Ang.Saly.& Pau.Caſtr.& in l.ſequenti.C.de teſt.ubi omnes Doct.not. ideq; uidemus in cauſis criminalibus: nam teſtes Fiſci recepti ad inquiſitionem alicuius delinquentis repetendi, ac examinandi ſunt neceſſario conteſtatione litis facta, ac termino dato ad probandum,et parte citata ad uidendum iuramẽta ipſorũ teſtium,alias non probant ſecundum Bar.in l. ſi.ff.de quæſt.Bal.in l.iubemus,col 3.C.de proba.Ang. in repet.l.ſi uacantia,col.27.C.de bonis uacan.lib.10., Ang.Aret.patrem practicæ in tract.maleficiorũ,in uer. fama publica fol.2.Saly.in l.ſi.C.de quæſtio.Afflict.in conſtitutione humanitat.in 5.not.et late Marſy.in d.l.1. ff.de quæſtio.n.7.et Folleri.in ſua practi. crim.in 3.par, 3.partis,in uer.ſi confitebuntur,nu.40.cum ſeq,ubi hoc limitat,et interpretatur, ut non ſolum pars ipſa eſt citãda ad uidendum teſtes produci,& iurare. cap.3.de probat.ſed etiam ad illorum examinationem, cum examinatio,et depoſitio magis poſſit præiudicare quam iuramentum,arg.l.de unoquoque.ff.de re iudi.et ita obſeruat communis practica: ſed huiuſmodi citatio non debet eſſe peremptoria, ut per Bar.in l.ſi finito. §. Iulianus,col.4.ff.de damno infec.Io.And. in c.conſuluit de offi.de leg.et in c. paſtoralis de excep. quorum opinionem audacter affirmat eſſe communem poſt alios Dec, in d.cap.in nomine Domini,nu.28.& ſeq.quam communem inibi Dec. ampliat. in 5. caſibus & in 8.aliis limitat. et quamuis pars ſit citanda ad uidendum iurare teſtes,ut ſupra docuimus, tamen hoc fallit, niſi eſſent examinandi teſtes omni exceptione maiores, et fide digni quibus aliquid opponi non poſſet, et quorum dicto eſſet ſtandum de neceſſitate: nam tali caſu ualebit eorũ dictum,et iuramentum abſque citatione partis, ita ſingulariter dixit Alexan.conſ.130.difficultas huius,circa medium,uol.1.poſt alios relatos ibi per eum,et idẽ uidetur tenere Gemi.in c.1.in §.ſacri.col.3.de homi.in 6. ubi dicit quòd ubi Statutum,uel non lex exigit plenam probationem, ſed contentatur ſolis argumentis, quòd tunc non poſſunt recipi teſtes ſine partis citatione.Fallit quoque in decem aliis caſibus,quos ponit Soc.in tracta.fal.in reg.406.teſtium depoſitiones.

Teſti deponenti pro ſui exoneratione non creditur ſecundum doctrinam Bar.in l.deferre.ff.de iure fiſci,cõmuniter receptam ab omnibus ſcriben. ibi, et uariis in locis iuris noſtri,ut atteſtantur Mod.apoſtillantes Bar. in d.l.deferre:& caſus iſtius communis doctrinæ exemplificatur per eundem Bar.in eo qui recipit pecuniam, ut illam Meuio portaret, quia ſi talis recipiens teſtificaretur contra Meuium pro dante pecuniam, dicit Bar. quòd talis non eſt teſtis idoneus, ea potiſſimum ratione:nam ſi ipſe teſtis non tradidiſſet pecuniam Meuio prædicto,ipſe non eſſet liberatus, ſed remaneret obligatus:quam communem ſequuntur etiam Ruynus, conſi.105.nu.2.uol.4.

Acta facta in iudicio ſummario,ſiue iuramentum ibidem præſtitum,ſiue ſententia lata, ſeu ubi ſummarie articulus incidens,uerbi gratia, dominij uel poſſeſſionis uentilatur non obſtant.in iudicio ordinario,ſecũdum bar. in l.iudex,in fi.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iu. & in l.qui Romæ.§.duo fratres,ff.de uerb. oblig.ubi hoc idẽ firmant Iaſ.Ripa,& omnes ſcriben. Corn. quoq; conſi. 116.nũ.2.uol.4.per tex.in l.a diuo Pio.§.ſi ſuper rebus ff.de re iudi.& in l.ſed ſi ante,ff.de excep. & iſta eſt cõmunis opinio,ut per Mod. in d.§.duo fratres: & ratio uidetur iſta, quia teſtes examinati in iudicio ſummario non probant in iudicio ordinario, tex. & Doct.in c.ueniens de teſti.bar.in l.ſæpe in fi.ff.de re iudi.bal.& doct. in l.ſi.C.de eden. tamen nota acta in uno iudicio ſummario probarent, inter eaſdem perſonas in alio iudicio ſummario,ſecundum Corn. in præcitato conſ.116.nu. 3.& Moder.in d.c.ueniens,& in d.§.duo fratres.

Teſtis illud quod depoſuit in iudicio, non põt in alterius præiudicium,ac damnum retractare,& infringere, etiam ſi mortis tempore aſſeueret falſum teſtimonium dixiſſe,ſecundũ bal.in l.generaliter.C.de non nu.pecu. Saly.ubi bar.in l.ſi quis in graui.§.1.per illum tex.ff.ad Syllani.Iaſ.in l.1.col.2.ff.de eo per quem factum erit, Are.et Fely.col.1.c.ſicut nobis de teſti.et in c.exhibita, col.2.de homi.& licet de hoc dubitent Rom.& Igneus in d.l.ſi quis in graui,§.1.& Marſ.in rub.ff.de fideiuſſo. nu.41.tametſi opinio bar.& aliorum cõis eſt, ſecũdum Alex.in l.ſciendum,col.12 ff.de uerb.oblig.Dec.conſi. 175.nu.7.& Alciat.in tract.de præſump.reg.3.c.4.n.7. & Ioan.Rap.Plotium in rep.l.ſi quando.nu.65 1.C.unde ui,a qua quidem communi in iudicando, & conſulẽdo ſatiuum eſſet diſcedere.quam ſequitur & Ange. in l. mater.C.de calum.Alex.conſ.14.uol.3.nu.5.& Bertran. conſ.137.lib.2.col.11, & hoc probatur ex eo, quia ius quæſitum ex facto teſtis parti non eſt,nec eſſe poteſt in facultate ipſius dicendi aliquid, propter quod ius quæſitum tollatur,ſecundũ doc.in d.l.ſi quis in graui.§.1.ubi reſponſum eſt ad aſſertionem uulnerati dicentis etiã in mortis articulo a Sẽpronio ſe percuſſum fuiſſe, nõ probare aduerſus Sempronium, quamuis contrarium opinetur Iaco.de Belui.in pract. Crimi.in titu.de indiciis, 12.indicio,Marſi.in ſin.515.& in ſua pract.crimi.§.diligenter,nu.119.ea potiſſimũ ratione,quia nemo in mortis periculo præſumitur propriæ ſalutis immemor. l. ſi. C.ad legem Iuli.repetun.ſed Marſi.in locis ſupra citatis Moder.Marcus Ant.Blancus in tract.de quæſtio. nume. 390.cui ſuffragatur glo.in d.l.mater, quæ glo. aſſertionẽ defuncti appellat uilem præſumptionem: maior tamen præſumptio oriretur ex his,quæ quis reſpondiſſet, ac depoſuiſſet tempore mortis,ſi ea depoſitio fieret publica iudicis authoritate,et iuramento præſtito, ut ſentiunt Rom.Ang.& Igneus in d.l.ſi quis in graui,§.1.licet adhuc ad quæſtionẽ non ſufficiat,ſi uero nota uulneratus in extremis humanæ uitæ conſtitutus, fateatur ſe non extitiſſe a Sempronio uulneratum, proderit certe hoc teſtimonium plurimũ ipſi Sempronio, ſecundũ gl. in d.l.ſi quis in graui,§.1.adeo ut torqueri nõ poſſet ipſe Sempronius,et ex legitimis indiciis, ſecundũ bal.in l.1.ubi Iaſ.C.cõis de lega.Alex.conſ.14.uol.3.nu.2.et conſ.1.nu.16.uol.3. Marſi.ſing.11.& 22.Gerar.ſin.552 & Alcia.in trac.de præſump. reg.3. cap.4. circa fin:qui admonet non eſſe in practica ſeruandam hanc Bal.opinionem,ubi indicia urgentia forent. Sed ego pro nunc amplector,ſemperq; opinionem Bal.tanquã in iure nouiſſimam,imò dũ eram iudex in ciuitate Terami Aprutinis anno 1561.bis occurrit, et euenit mihi in facto iſte caſus,et ſemper iudicaui ſecundũ dictã opinionẽ Bald. quia tutum,et irreprehenſibile eſt iudici, ſecundũ opinionẽ Bal.iudicare,maxime ſi contradicentem non habet,ſecundũ Dec.conſ.183.co.2.& iudex in iudicando

non

non debet recedere ab opinione Bal. ſecundum Alex.
poſt Fulgo.quem refert Bolog.conſi.1.col.9. et in cau-
ſis decidendis,non eſt parita authoritas Bald. ut refert
Pau.de Caſt.conſ.152.uiſo puncto,col.ſi.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Mulier teſtis adhiberi non poteſt in teſtamento.*
2 *Nec iure ciuili,nec pontificio.*
3 *Teſtis tamen admittitur in codicillis.*
4 *Et item in teſtamento ad pias cauſas.*
5 *Poteſt etiam eſſe teſtis ad probandum teſtamentum.*
6 *Nec repellitur,quin teſtis adhiberi poſsit in teſtamē-*
to inter liberos facto, etiam ſi rogata non ſit.
7 *Niſi in eo ſit inſtitutus ſpurius.*

1 Testis eſſe non poteſt mulier in teſtamento,tex.eſt
in l.qui teſtamento.§.mulier,ubi doct.ff.de teſt.et in §.
teſtes,Inſtit.e.tit.& per Bal.ſingulariter in l.nec ſcriptu
ras,C.qui potio.in pigno.habeant.Io.de Ana.in c.tan-
ta labes,ext.de Symo.et conſi.17.nu.16.et Gand.in tra
cta.maleficiorum in tit.de furtis,et late per Ruynū con
2 ſi.192.nu.3.uol.2. Ampliaturq; hoc non ſolum proce-
dere de iure ciuili,uerum etiam de iure canonico ſecun
dum gl.in c.forus de uer.ſig.circa ſi.in uer. teſtimoniū,
Feder.de Senis conſi.207.factum tale eſt,Rom.in auth.
ſimiliter,C.ad legem Falci.Imo.in c. cum eſſes de teſta.
& patet ex aliis allegatis , et congeſtis per Alex.conſi.
70.uel 277.uiſo themate,co.2.uo.2. & ita eſt cōmunis
opinio,ut aſſerit idem Alex.conſ.84.uiſo themate cir-
ca ſi.eo.lib.licet Soci.in tract. fallent.in reg.419. teſtis
mulier in teſtamento poſt Imo.in dict.§.mulier.aſſene-
3 ret alteram opinionem eſſe cōem. Limitaturq; præfata
concluſio non habere locum in codicillis,in quibus fœ
mina poteſt eſſe teſtis,ſecundum gl. in l.ſi. quam ibi ſe-
quuntur Bar.Bal.Alber. Corne.Saly.Iaſ. Alex.col.6 &
alii,C.de codic.Bal.cōſi.8.licet lib.5.et Alex.conſ.518.
ante omnia,col.2.uo.1.conſ.105.uiſo,et diligenter,co.
4.uo.3.ſed tamen animaduertendū eſt hic periculoſum
eſſe ſeptem fœminas interuenire in codicillis, quia ſo-
læ fœminæ ſine ullo maſculo , etiam in codicillis teſtes
eſſe non poſſunt,utpote quia glo.in d.l.ſi.de fœmina,lo
quitur in numero ſingulari,et ita ſentit Barb.in c.relatū
de teſt.dicens,hoc non eſſe uulgare,nec plebi tradendū,
ſed hoc argumentum uidetur leue iudicio meo , tolli-
turq; ex dictis eiuſdē Barb.in d.c.relatū,col.2.ubi dicit
diſpoſitionem conceptam numero ſingulari, etiam lo-
cū habere in pluribus,proinde ſat eſt mulieres nō repe-
riri prohibitas adhiberi teſtes, nec in codicillis eadem
quæ in teſtamentis ſolennitas requiritur, ut per Dec. in
4 l.fœminæ col.4.ff.de reg.iu.Secundo limitatur nō pro-
cere præallegata cōmunis opinio in teſtamento ad pias
cauſas condito,ut uoluit Pau.de Caſtr.conſ.161. Abb.
et Doct.omnes in capitulo cum eſſes,de teſta.per illum
textum,et late Ruynus conſilio nono, nu.7. et 15.uolu.
3.& conſi.192.numero 7.uol.2. & iſta eſt communis
opinio , teſte Bellono in conſi.14.num.8. Moder.in
5 dicto capitulo cum eſſes.Tertio limitatur,ut mulier di
catur idonea teſtis ad probandum teſtamentum,ut late
per Alber.in d.l.qui teſtamento.§.mulier, ubi diſputat
6 hanc quæſtionem,eam ad partes examinando. Quarto
limitatur,ut mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento inter
liberos condito,& per cōſequens pōt probare teſtamē
tum inter liberos,ēt non rogata,ut habetur per Doc.in
l.ſi.C.de condi.& in l.hac conſultiſſima §. ex imperfe-
cto,C.de teſta.& declarat Bald.Ang.Imo.in l.quoties.
§.1.de hære.inſtit.& Ruynus conſ.73.nu.6.uol.2.ſequi
tur quoque opinionem iſtorum Lanfran. in capitulo
quoniam contra,de probatio.in uer. teſtes nume.80.&
7 Soc.in d.reg.459. in 1.fallent. Sublimitaturque iſthæc
limitatio in teſtamento patris baſtardum inſtituentis,
quia tunc mulier in teſtem adhiberi non poteſt , ſecun-
dum Bal.in auth.quod ſine,col.2. C.de teſta.et in l.qui
teſtamento.§.mulier.ff.de teſta.circa ſi.cuius opinionē
ſequitur,et late declarat Mantua,in ſuis apoph.74.

SVMMARIVM.

1 *In cauſis maleficiorum mulier de iure ciuili teſtifica-*
ri poteſt.
2 *De iure uero pontificum non poteſt.*
3 *Niſi cum ueritas aliter haberi non poteſt, ut ſi deli-*
cto commiſſo non interfuerint niſi mulieres.

1 Testis idonea poteſt eſſe mulier de iure ciuili in
cauſis criminalibus ſecundum Spec.in tit.de teſte,uer.
quid ſi mulier.§.1.Alex.conſi.99.col.fin.lib.1.conſ.24.
num.2.uol.2.& conſ.11.nu.5.uolu.1.& Carol.
in add.ibi,& iſtam atteſtatur eſſe cōmunem opinionem
Grammat conſi.crimi.12.nu.16.& ſeq. & Iacobus No
uellus in ſua practica crimi.in rub. incip. crimina obie-
cta, nu.46. & ſeq. Contrarium uero reperitur cautū de
2 iure canonico,uidelicet,quòd mulier in cauſa crimina-
li propter eius grauitatem teſtificari non pōt. tex.eſt in
c.forus,§.teſtes ext.de uer.ſig.ubi glo.in uer.fœminas.
& in c.mulierem 23.q.5.ubi etiam gl.& idem tenet gl.
in c.ex eo.25.q.3.Floria.in l.ex eo.ff.de teſti. Io.de Pla
tea,& Ang. Aret.in §.teſtes autem,inſtit.de teſti. Marā
ca in trac.iudiciorum,in 4.parte princ.nu.29.cum aliis
abunde traditis per Marſi.in conſi.52.conſ.18.col.ante
penul.num.34.conſ.59. col.ſi. conſ.101. col.1. & conſ.
230.nu.34.Abb.& alii in cap.quoniam de teſti.ubi aiūt
iſtam eſſe communem opinionem,& Dec.in l.fœminę.
nu.33.ff.de reg.iu.& ita conſuluit Alex. conſ. 11.circa
primum,col.penul.lib.1.& Oldra.conſ.145.Interpreta
3 tur iſthæc concluſio communis de iure canonico , non
habere locum,quando in delicto commiſſo non adfue-
runt niſi mulieres, ut puta Titius fuit interfectus in præ
ſentia duarum mulierum , nec interfuerunt alii teſtes,
tunc exploratum eſt,ex quo aliter ueritas haberi nō pōt
præfatū homicidiū poſſe probari per mulieres , quia in
ſubſidium, & in cauſa criminali mulieres in teſtes reci
piuntur,ſecundū Ioan. And.poſt Guid.de Suza.in add.
Specu.in titu.de teſte.§.1.uer.itē quòd mulier,Abb.in
c.ſi.per illum text.de teſti.cog.& in c. quoniam ubi, &
alii Doct.de teſti.& Alber.in l.in teſtimonium. ff.de te-
ſti.Alex.conſ.64.uiſo themate,in prin.lib.2.conſ.102.
circa ſi.uol.7.Dec.conſ.363.colum.2.Marſ.conſ.5. con
ſi.102.& conſ.127.col.2. & in l.Diuus,nu.9.ff.de quæ-
ſtio.in l.infans,n.43.ff.ad legem Corn.de Sicar. & in l.
de minore,nu.25.ff.de quæſtio.Dec.in d.l.fœminæ,nu.
34.circa media,Alciat.in trac. de præſumpt.reg.1.præ-
ſumpt.47.& Io.Nicolai in add.ibi, Gramma. conſ.cri-
mi.45.nu.20.& Cur.in l.admonendi,nu.104.ff.de iure-
iu.ubi hanc limitationem late , & abunde declarat , &
Dec.in loco ſuperius citato.

Teſtis idoneus eſt frater in cauſa fratris ſecundum
Bart.in l.qui teſtamento.§.quæcunq; nu. 6. ff. de teſta.
glo.Bal.& Saly.in l.parentes. C. de probat. glo. Inn.&
Imo.in c.inſinuante,de offi.deleg. Ber. conſ.212.col.4.
uol.1.incip.ſuppoſita,Fely.& omnes Doct.magis com
muniter in c.cum oporteat,col.3.cum aliis ſeq.de accu
ſat.& in c.in literis,ext.de teſti.col.fin.& Bald.conſil.n
285.uol.4.ubi citat,et ſequitur Bar. in d.§.quæcunque.
& licet ipſemet Bald. teneat contrarium in l.nulli de
Epiſc.& cler. ob hoc fatuum eſſet recedere a dicta cō-
muni in iudicando , & conſulendo , quam communem
ſequuntur quoque infiniti Doct.uariis in locis iuris no-
ſtri,et Alciatus in tract.de præſumpt.in prima reg.præ-
ſump.

ſump.13.num.5.et 6. qui quidem Doct.uno ore omnes declarant,ac explicant prędictam communem non procedere,quando fratres ſunt,uel reperiuntur in poteſtate eiuſdem patris,uel quando ſimul habitant, et Lanfra. in c.quoniam contra, de probat. in uer.teſtes, nu.62.et Celſus ibi add. declaraturq́; ſimiliter hoc non habere locum in cauſa criminali, in qua nota frater pro fratre non eſt idoneus teſtis, ut conſuluit Alex. conſ.70. uiſo proceſſu,col.pen. uol.1. ſed animaduerte, quia ad probandum innocētiam fratris inquiſiti Crimi.pro delicto frater eſſet idoneus teſtis pro fratre, et per conſequens frater inquiſitus de homicidio, poteſt probare per fratrē ſe commiſiſſe homicidium ipſum ad ſui defenſionē, ſecundum Bal.et Saly.in d.l.parentes, Aret.in trac.maleficio.in uer.et dictus Titio ſe defendendo,co.7. Alex. conſ.212.col.fi.lib.2.et conſ.4.in fi. uol.6. Marſi.ſing. 308. Fely.in d. c.cum oporteat in 5. not.et alios quamplures relatos ſupra in uer.teſtes affines,ſocii,amici,& domeſtici,ubi latius explicauimus iſtam materiā,et quāuis frater pro fratre teſtificari poſſit, nihilominus ipſe frater contra fratrem teſtificari non cogit. l. lege Iulia de teſtibus,et notat Abb.nu.8.et Fely.n. 16.in c. literas de præſump.et Bar.in d.§.quæcunque,nu.6. et hoc habet locum tam in cauſa ciuili,quā in cauſa criminali,ita tenet,et probat gl.in d.l.lege Iulia,cū qua ſentiunt omnes Doct.communiter,teſte ibi Iacobino de ſan.Georgio,nu.2.et eam ſequitur Abb.etiam in d. c. literas,nu. 8.et omnes in d.leg.parentes.

Teſtis eſſe non poteſt Chriſtianus de iure contra Iudæū,ut not.in clemē.1. et in c.Iudæi de teſti.et in l.quoniam,C.de hære. uerumtamen ipſi Iudæi haudquaquam poſſunt teſtificari,aut recipi in teſtes cōtra Chriſtianos, ut in præcitatis iuribus,et not.Spec.in tit.de teſte.c. Iudæi,§.fi.uerſ.item ꝙ eſt Iudæus,Ioā.de Ana.in c.1.col. 2.de hæred.Bart.in l.cunctos populos,col.4.C.de ſumma Trinitate,Imol.et Cardi.in d.clem.1.et Alex.conſ. 35.col.fi.et conſ.70.col.pen.lib.1.et conſ.179.prope fi. uol.5.cum alijs relatis per Iacob.nouellum in ſua prac. crimi.ſuper forma inquiſitionis contra producentes falſitates,nu.19. Et iſta uidetur indubitata, et communis ſententia,quæ comprobatur iſta optima ratione,ſecundum Marquardum de Suſannis in trac. de Iudæis,et infidelibus,in 2.parte,c.5.nu.11.quia cum commemorētur Iudæi in ſuperſtitione reprobata, dicuntur eſſe ſemper in delicto,ut not.Doct.poſt glo.in l.nouerit,§.diuus.ff. de iureiu. Aliam uero rationem adducit,et aſſignat Iaſ. in rub.ff.de iuſti.et iu.in 4.nota. quoniam in teſte neceſſario requiritur iuramentum, ꝙ per Iudæum præſtari nequit,ſed huiuſmodi rationē optime,et non ab re mordet, et reprehendit Marquardus de Suſanois in dicto trac.de Iudæis,c.5.nu.10. Amplia hoc etiam procedere in Iudæo per proximè ad fidem Chriſti conuerſo, et baptizato, qui quidem non pōt eſſe teſtis contra Chriſtianum,ſicut antea non poterat, ut uoluit glo.in c.conſtituit.17.q.4.Fely.in c.Iudæi de teſti.Marſi.in l.1.§.præterea,nu.5.ff.de quæſtio.in ſin.107. priuilegium dignitatis,et ſin.273.incip.notiſſimum eſt, Tyraquel.in trac. de cauſa ceſſante,in 6.limita.nu.10.et iſtam ait eſſe communem opinionem,Soc.in l.ſciendum.§.fi.ff.qui ſatiſd. cogan. In contrariam uero ſententiam inclinauit Ant. Franc.de Doctoribus in d.cap.Iudæi,in add.ad Abb.et Marquardus in d.trac.de Iudæis in 2.par.c.5.nu.12.ubi hanc partem corroborat plurib.apparentibus rationib. & tandem fatetur audacter eam eſſe ueriorem,ſed rationes iſtius parum,aut nihil me mouent ad diſcedendum a prædicta communi opinione: Falliq́; primū dicta cōcluſio in crimine læſæ maieſtatis,et in crimine hæreſis, in quo crimine admittitur in teſtē Iudæus contra Chriſtianum,c.contra Chriſtianos,de hære.in 6.et tenet Hieron.Gigas.in trac. de crimine læſæ maieſtatis lib.5.q. 10. Fallit ſecundo loco in contractibus,et ultimis uolūtatibus,& in quaſi contractibus,& maleficiis, in quibus omnibus admittitur,& recipitur in teſtem Iudæus contra Chriſtianum,ut per Bar.in l.quoniam.C.de hær. & Alex.in prima conſtitutione.ff.de ueteris,in add.Bar.in uer.in iuramento,etc.

Teſtis eſſe non poteſt cæcus ſi contrahentium uoces notas habet,ſecundum gl.in c.teſtes, 3.q. 9.nec obſtat ꝙ cæcus in uoce decipi poſſit,ut in c.nec aliqua.27.q.1. nam & pariter uiſu quis decipitur,ut c.quomodo,31.q. 2.& d.glo.in c.teſtes ſequitur Accurſius in §. ſi uero abſunt,in uer.uidiſſe de hære. & fal.col.1.dicens non reperiri prohibitum,idem tenet Specu.in §. 1. uer.nunquid cæcus in tit.de teſte.Siculus in c.præterea. col.3.de teſti.Ang.Peruſinus in l.ſi non ſpeciali poſt glo.ibi.C.de teſta.& Nellus de ſan.Gemi.in trac.de teſti.in §.cæcus, & Marſy.in repetitio.rub.C.de probat.nu.353.Limitaturq́; hoc in duobus caſibus non procedere, ſecundum Saly.in l.teſtium.C.de teſti.primo in confectione inuētarii,ut in §.ſi uero abſunt,et ſecundo in teſtamentis,ut in d.l.ſi non ſpeciali.Sed animaduerte hic,ꝙ cæcus pōt teſtificari de eo, quod uidit ante cæcitatem indubitanter,ſecundū Spe.in d.§.1.Bart.in l.ad teſtium §.conditionem,ff.de teſtibus.Ang.in d.§.ſi uero. Baldus in ſua margarita in uerſ.teſtis Roma.in rub. de arbit.col.7.Fely.in dicto c.præterea prope fi.& iſta eſt cōmunis opinio,de qua teſtantur Doctores in tract.de teſti.quamuis & male Siculus in capitulo cum cauſam teſti. uideatur tenere contrarium.

Teſtificari, uel teſtis eſſe poteſt Colonus pro domino,nec aliquo pacto pro eo repellitur a teſtificando, ſecundū Inno.in c.in literis,ext. de teſti.et Spe.in titu.de teſti.§.1.uerſ.item excipere,Ang.in l.quoniam.C.de teſti.& Iaſ.in add.ad Portium,in §.pater Inſt.de teſta. & Nellum in trac.de teſti.in 9.c.incip.domeſtici,&c.quorum opinionem ſcribunt eſſe communem Mod. in tracta.de teſti.& de conſuetudine dicit ſeruari Soc. in 10.cōſi.135.nu.8.lib.In contrariam uero ſententiam inclinauit glo.et Abb.in dicto capitulo in literis,Abb.in l.etiā C.de teſti.& Lanfran.in capitulo quoniam contra, de probat.in uer.teſtes.nu.64. ubi ſcribit iſtam eſſe cōmunem opinionem, tamen prima pars uidetur uerior, ut optime demonſtrauit Soc.in d.conſ.135.nu.6.& 8.

Teſtes eſſe non prohibentur aliquo modo in teſtamento legatarii.§.legatariis Inſtit.de teſta.l.dictantibus C.eo.tit.& l.qui teſtamento.ff.eo.tamen legatarius non poteſt teſtificari ſuper ſuo legato, & ſic non admittitur ad probandum legatum ſibi factum, ſed uniuerſaliter poterit interrogari ſuper toto teſtamento,et eo caſu nō dicitur deponere ſuper facto ſuo principaliter, ſed in conſequētiam,l.omnibus,C.de teſta.cum allegatis per Fely.in c.inſuper,col.5.de teſti.ita tenet,et firmat etiam Bar.& aret.in d.l.qui teſtamento, Alber.in tract.de teſti.quando teſtes repellantur ratione affectionis, col.8. Iaſ.& Riminal.in d.l.dictantibus,Alex. conſ.14. col.5. uiſis et conſideratis.uol.6.& Afflict.in deciſ.400.nu.3. et Lanfran.in c.quoniam contra,de probat.in uer.teſtes nu.70. poſt prin.et iſtam dicunt eſſe cōmunem opinionem Alex.in d.l.dictantibus, Portius in §.legatariis, & ibi Mod.& Curt.iuni.conſi.178.nu.18.& quòd legatarius ſit idoneus,& integer teſtis in teſtamento, probatur multis rationibus per Doctores præcitatos, & ea maxime,quia eſt approbatus a teſtatore,et ſic redditur habilis teſtis legatarius in teſtamento, nihilominus nō habet locum ubicunque deponeret ſuper legato ſibi facto,et per conſequens ad proprium commodum,et utilitatem,tunc enim ut ſupra deduximus ex communi opinione non probaret.

Teſtis idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro fideiuſſore ad probandum quòd non principaliter fideiuſſerunt,ſecundum

cundum Cyn.Bal.Ang.& Sal. in l.dictantibus.C.de te
ſtis.Bar.in l.ſi quis ita per illum textum.ff.de reous dub.
Bal.in l.ſi.§.1.col.2.C.de executio.rei iud.et iſtam opi-
nionem dicit eſſe communem Iaſ. in l.dictãtibus,nu.8.
Interpretatur hoc non procedere, ſecundum Sal. poſt
Bal.in d.l.ſi.§.1. ſi creditor noluit eum,ut fideiuſſorem
accipere,ſed ut principalem,certe tunc nõ habet bene-
ficium diſcuſſionis,quia eſt uere correus debẽdi. l.ſi nõ
ſinguli. ff. ſi cer.peta.quem ſequitur Alex. conſi.87.col.
2,uolu.1. licet Ang.tenuerit contrarium in §.legatariis,
Inſtit.de teſta.

Teſtis idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro principali
reo,ſeu debitore,ſi eſſet ſoluendo,ſecus ſi non eſſet ſol-
uendo,ſecundũ Spec.in tit.de teſte.§.1. uerſ. quid de fi-
deiuſſore,ſed tamen Io. And.ibi in add. uidetur tenere
contrarium dicens fideiuſſorem habere intereſſe ſaltẽ
ne litibus,et ſumptibus uexetur, l. minor uigintiquinq;
annis.ff.de mino.& c.2.de arbit. præcipueq; cum fide-
iuſſor renunciauit per modum qui traditur,et no.in gl.
2.c.2.de arbit.idẽ uidetur tenere Dyn.Ang.Imo.Paul.
Caſt.& Are.in l.fideiuſſor.§.fi. ff de leg.1. idẽ Io.And.
in add.Spe.in tit. de iudice delega. §. ſupereſt. uerſ.ſed
nunquid fideiuſſor,Ang.in l.ab executore. §. alio.ff.de
appel.et in l.aſinam in prin.per illum tex.ff.de appella.
Ant.et Fely.in c. inſuper,de teſt.Ang. conſi.295. et iſta
eſt cõis opinio teſte Iaſ.in l.ſi cui.§. fi.ff. de legat.1.poſt
Aret.ibi adijcientes Bal.Floria. et Alexan. interpretari,
ac tenere præfatam communem opinionem procedere
quando fideiuſſor renunciaſſet beneficio executionis,
uel debitor principalis non eſſet ſoluendo, uel ſi debi-
tor eſſet præſens et ſoluendo, et fideiuſſor non renun-
ciaſſet beneficio de fideiuſſo.tũc bene poſſet eſſe teſtis,
et iudex, quia tunc non poteſt haberi regreſſus contra
fideiuſſorẽ,et nullũ damnũ, aut præiudicium poteſt eſ-
ſe fideiuſſori,ita concludit Iaſ.in d.§.fi.et Fely. in d.c.in
ſuper,et Caro.Ruynus conſ.189.nu.21.uol.1.

6 Teſtis propter ſolam paupertatem a teſtimonio nõ
repellitur,ut tenet glo.communiter approbata a Doc.
in c.ſi qui teſtium,ext.de teſti. quam communem cele-
brat,ſequitur,et atteſtatur Iaſ.in auth. præterea,col.fi.
C.unde uir,uxor,et Marſ.in l.1.nu.9.ff.de quæ.in l.ex li
bero homine,nu.7.et ſeq.eo.tit. et in d.l.j.§.fina.nu.13.
et in ſua pract.criminali in §.principium, num.9.ubi de
clarat quando teſtis pauper admittatur in teſtem: & So
ci.in tracta. fallent. in reg. 289. pater ad teſtimonium,
nume.2.et ſeq. et licet teſtis pauper recipi poſſit in te-
ſtem non obſtante eius paupertate,ut ſupra docuimus,
nihilominus iſte teſtis pauper non eſt omni exceptio-
ne maior,ſecundum Spec.in titu.de teſte.§.1. uer. item
quod eſt pauper. Alex.conſ.15.uiſo,uol.3.hinc eſt quod
non poterit idem teſtis iurare in ſupplementum proba
tionis,nec iurare poterit uigore Statuti diſponentis cre
di iuramento damnum paſſi,uel creditoris,aut alterius
ut per Pariſ.in conſil.164. nume. 2. incip. illuſtriſſima,
uolum.4. & aduerte circa præmiſſa, quòd pauper ille
dicitur,qui non habet ultra aureos quinquaginta in bo-
nis.l.nonnulli de accuſ. et intelligitur illa lex de aureis
quorum ſeptuaginta duo faciunt unam libram auri.l.fi.
C.de ſuſcept.et arca.lib.11.et notat.glo.in l.fi.in prin.
C.communia de lega.et Cyn.in l.ſi quis, C.de donatio.
ſed prædicta communis quod pauper poſſit eſſe teſtis,
procedit in cauſa ciuili, in criminali uero cauſa in te-
ſtem nullo modo admittitur, nec recipitur, ſecundum
Tancr.Ant.& omnes,in d.cap.ſi qui,et Socin. in d.reg.
289.nume.2.et ſeq. ubi meminit iſtam eſſe communem
opinionem.

7 Teſtificari poſſunt contra Clericum Laici,et mulie-
res,quando agitur ciuiliter,c.quoniam de teſti.ubi Ab.
& omnes ſcriben.hoc not.et tenent pro conſtanti,et in
eadem literis,eo.tit. Falliq; hoc in cauſis criminalibus,
in quibus mulieres,& Laici non ſunt idonei teſtes, nec
poſſunt ferre teſtimonium contra clericum,c. forus,de
uerb.ſign.& d.c.de cetero,& c.Teſtimonium,iuncta gl,
ibi,11.q.1.ſublimitatur hoc dictum,ubi ex natura nego
cij ueritas actu,& habitu aliter ſciri non poteſt per lai-
cos,utputa quia agatur de probando actu facto ruri, in
quo ſolet unus ſolus Sacerdos tantũ adeſſe: tunc enim
laici admittuntur contra clericos, ſecundum Siculum
Aret.Feli.& alios Canoniſt,communiter in d c.de cete
ro,Alex.in conſ.64. col.1. uol.1.Iaſ.in l.fi.colu.fi.C.de
his quibus,ut indi.Marſi.in ſua pract.crimi.in §.diligen
ter,nu.81.& Gramm.conſ.cri.45. nu. 10. & ratio dictæ
cõis opinionis allegatur iſta per citatos Doct. ne deli-
ctum remaneat impunitũ, deturq; in poſterum clerico
delinquendi occaſio,& dicta cõis limitatur in quinque
caſibus,quos ponit refertq; abundè Abb.in d.c.de cete
ro,hiſq; neceſſario adde unum ꝙ quemadmodum lai-
cus contra clericum teſtificari nequit, ut ſupra docui-
mus,ita ſciendum eſt clericum non poſſe admitti, nec
recipi in teſtem in cauſa criminali contra laicum corã
Iudice ſeculari,c.nullus,11.q.1.tenet Specu.in tit.de te
ſte.§.1,uer.item quòd eſt clericus, & ibi Ioan. Andr.in
add.Guido Papæ in quæſt.63.

8 Teſtis ſi deponit mutuum,uel depoſitum fuiſſe factũ
penes Titium, & interrogatus de ratione, & cauſa ſuæ
ſcientiæ, dicit aliter præſens fuit, dato ꝙ non deponat,
quia quòd audiuit,uel uidit hmõi mutuum, tamen pro
bat quia teſtis ipſe deponens de præſentia ſua propria
includit intelligentiam,ſecundum gl.in l.1.in uer.præ-
ſentibus,C.de errore aduocato.Spec.in tit. de teſte.§.j.
uer.item ꝙ iuſtum, Abb.Imo.& alios in c.peruenit,de
teſti.cogen.Bar.in l.1.§.fi.ff.de autho.tut. & in tract.de
teſt.col. 35.Bal.Ang.Imo.& oẽs per illum tex. in l.hæ-
redes palam.ff.de teſta.Docto. oẽs in c.cum cauſam,de
teſt.Bal.Sali.in l.teſtium, C.de teſti. Et iſtorum Doct,
opinionem ſequitur et,tuetur, & dicit eſſe cõem Alex.
nu.10.& Iaſ.nu.20.cum alijs ſequ.in l.2.§.uoluntatem
autem.ff.ſolu.matri.& Pomates in add. ad Bart.in d.§.
fi.ſuper litera h.& 2. Interpretaturq; iſta cõis concluſio
non procedere ubicunque teſtis deponeret de præſen-
tia alterius teſtis ſimul cum eo commorantis in aliquo
loco: tunc enim deponendo illum conteſtẽ fuiſſe præ-
ſentem intelligitur deponere duntaxat de nuda præſen
tia illius teſtis,non autem de intelligentia, & ita pro-
cedit,& intelligitur opinio Bal.& ſequacium,in d §.uo
luntatem contra dictam cõem, quia qñ unus teſtis inter
rogatus ſuper uno cap.reſpondit ſe nihil ſcire,& repro
batur per alios teſtes, qui dicunt ipſum fuiſſe præſen-
tem,tunc ipſe teſtis qui nihil ſcire dixit, non poteſt tor-
queri pro eruenda ueritate, quia non ſequitur talis fuit
præſens tali actui,ergo uidit, & intellexit,l. diem pro-
ferre,§.coram,ff.de arbit.& ita tenet,& concludit Bar.
in d.§.fi.qui dicit,quòd ſi teſtis depoſuit aliũ fuiſſe præ
ſentem, non ſequitur ergo intelligentem, poteſt enim
eſſe ꝙ unus eſſet ſeparatus ab alio,ita quòd non intelle
xerit,& ita tenent oẽs Doct.præcitati,& Marſi.in ſing.
408.ubi dicit magnum uerbum ſe iuuaſſe in facti con-
tingentia,quendam Tabellionem inquiſitũ de falſo pro
pter prædicta, ſed quotieſcunq; teſtis allegaret,ſeu no-
minaret Titium in aliquo negocio interfuiſſe ſecum in
aliquo loco, tunc ſi ipſe Titius examinatus negaret ibi
præſentem fuiſſe,alter eorum mẽtiretur, et ſic daretur
uia Iudici inquirendi alterutrũ,l.de duobus,§.fi.ff.de iu
reiur.& ita tenet,et concludit Bal.in d.l.teſtium, col.4.
in tantum quòd iſto caſu neutri credendum eſt, ſecun-
dum eundem Bal. in d.c.cauſam,colu.5.& ita conſuluit
Alex.conſ.90.col.fi.uol.4. ideoq; talis contrarietas in-
ter ipſos ſuos teſtes operatur, ut nemini ex ipſis creden
dum ſit,quia nemini fides adhibenda foret, quãdo unus
teſtis alteri contradicit,ſecundum Io.Andr. & oẽs ma-

...is communiter in c.noſtra de teſti. Federi. de Senis cõſ. 142. Bal.conſi. 33. quidam Tabellio, uol. 3. & iſtam doctrinam Inan. And. & ſequacium ſcribunt eſſe communem Moder. in d.c. in noſtra, & Grammat. conſi. criminali. 26. nu. 20. & ſeq. & conſi. 31. nu. 8. & ita conſuluit Alex. conſi. 34. col. fi. uol. 3. & conſi. 43. uol. 4.

Teſtis unicus, & ſolus deponens de facto proprio in cauſis ciuilibus probat, & plenã fidem facit, præſertimq; in fauorem alterius, l. quæro. § fi. de ædili. edict. per quẽ tex. ita uoluit conſulendo Pau. de Caſt. in aliquibus cõſilijs, & legẽdo ſimiliter in l. ſeruos. C. de teſti. in l. quicunque, in fi. C. de ſer. fugi. & huic ſententiæ inhæret etiam Oldra. conſi. 91. col. pen. Saly. & Bal. in l. ſi quis decurio, in 4. oppoſitio. per illum tex. C. de fal. & alij quamplures relati per Tiraq. in tract. de utroque retract. in §. 1. glo. 14. nu. 47. cum alijs ſeq. fol. 98. In contrariam uerò partem inclinauit Cy. in d. l. ſi quis decurio in 4. oppo. Bar. in cõſi. incip. in q. propoſita, Inno. in c. dilectus de accuſ. Anto. de Bu. in c. cum à nobis, col. pe. de teſt. Alex. in l. 2. §. ſi abſens, ff. ſi noxa. cau. aga. col. pe. ubi reſpondet ad iura quæ in contrariũ allegant, & ait hanc opinionẽ eſſe ueriorem, & in conſi. 192. col. 5. uol. 6. & communem dicit Boerius deciſi. 221. nume. 17. in tam magna Docto. altercatione caſu eueniente in iudicando, & conſulendo intrepide ſequeret primam opinionem tanquã in iure ueriſsimam, cui inhæret ẽt Boeri. in d. deciſi. 221. hoc idem premittendo, & nonnulli alij Doct. congeſti per Tiraq. in præcitato loco, & ita iudicauit ſacrum Concilium Neapoli. ut refert Afflictus deciſio. 369. nu. 6.

In ore duorum, uel trium teſtium ſtat omne uerbum, c. in omni negotio. & c. licet, ext. de teſti. & l. ubi numerus, ff. eod. tit. declaraturque hoc non procedere in indicijs poſſeſſorijs, in quib. dicitur agi de leui præiudicio; & probatio per unum teſtem, uel per famam publicam in hoc caſu habet uim plenę probationis, ita quòd iſte teſtis unicus in cauſa poſſeſſoria plenè probat poſſeſsionẽ abſque alio iuramento neceſſario in ſupplementũ probationis, etiam ſi agatur de poſſeſsione magnæ rei ſecundum Bar. in l. 1. C. quorũ bono. & clarius in l. 2. in fi. C. ubi in rem act. Matheſi. in notab. 2. Alex. conſi. 91. col. 1. uol. 5. Soci. conſi. 137. col. 6. & conſi. 266. nu. 26. uol. 2. Iaſ. in repetit. l. admonendi, nu. 187. in 2. lectu. ubi iſtam opinionẽ ait eſſe communem Franciſ. de Cur. nu. 203. ff. de iureiu. quam communem ſequitur ſimiliter Calca. cõſil. 500. col. pe. Deci. conſi. 251. col. 1. & in l. 2. C. de Carbo. edict. nu. 2. Cagnol. in l. in pari nu. 7. ff. de regu. iur. Gratus conſilio 42. nu. 7. & ſequen. uol. 2. Crauet. conſil. 258. nu. 12. & Marſil. ſingu. 433. Sed limitatur iſta communis non habere locum, ubicunque contra dictum unicum teſtem, ſeu ſemiplenam probationem apparerent aliqua indicia: hoc enim caſu unus teſtis, uel probatio ſemiplena non probaret poſſeſsionem, ut uoluit Bal. in l. qui accuſare col. fi. C. de eden. Grat. conſi. 40. num. 29. uol. 2. & ita fuit iudicatum in ſacro Concilio Neapolitano, ut refert Afflict. deciſ. 364. nu. 4. & ſeq. alios uerò caſus, & circiter 30. in quib. unus ſolus teſtis plenè probet, ponit Spec. in tit. de teſte, § reſtat in uerſi. hoc tamen fallit, Inn. & alij in c. accedens il 2. de teſti. & Iaſ. & Mod. in d. l. admonendi, uerum præfata omnia procederent iudicio meo in iudicio Summario retinendæ: ſecus uerò in iudicio poſſeſſorij plenarij, quia hoc caſu requiruntur plenæ probationes, nec ſufficeret probare poſſeſsionem per unum teſtem præcipueque ubi actor remedium, ca. reintegrãda 3. q. 1. intentaret, ut per Bar. in extrauagan. ad reprimen. in uer. Summariæ, Bald. & Paul. de Caſt. in l. ordinarij. C. de rei uend. Bal in l. iud. C. de iudi. ubi alij Doct. Pau. de Caſt. conſi. 3. uol. 2. ſecundum nouam impreſsionem, & in antiquis conſi. 5. Iaſ. in l. naturaliter, §. nihil commune, col. pen. ff. de acqui. poſſ. Franc. de Cur. in d. l. admonendi, nu. 203. in fine, & Gratus conſilio 200. col. 1. & ſequen. uolum. 2. & Afflict. in præcitata deciſio. 364. quia datur remedium d. capitulo reintegranda contra titulo poſsidentem, ut latè docuimus ſuprà in uer. ſpoliatus.

Infamis poteſt eſſe teſtis in Teſtamento, ubicunq; nõ eſſet notoriè infamis, & ſic infamis occultus admitteret in teſtem, ſecundum glo. Bar. & omnes in l. cum lege, ff. de teſta. gl. Bart. Bal. & alios in l. 1. C. eodem tit. & quãuis Ang. & Saly. ibi, & præcipitanter uelint contrariũ, tamen opinio dictæ gl. communiter approbatur, ſecundũ Moder. in ca. cum ab homine, de Iudi. & Pomatc. in addi. ad Bart. in d. l. cum lege.

Tabellio rogatus ad ſcribendum teſtamentum in eo cõputatur, & inſeritur in numero teſtium, & ſic eſſet idoneus teſtis ubicunque citatus, & productus eſſet in iudicio ad probãdum per uiuam uocem ipſum teſtamentũ tunc quippe examinatus per Iudicem probat teſtamentum, alias ſecus, ſecundum gl. & omnes Docto. antiquos in l. hac conſultiſsima, C. qui teſta. face. poſ. Bar. in l. Domitius, nu. 3. ff. de teſta. & ita eſt communis opinio omnium Docto. teſte Afflicto in deciſio. 25. in cauſa petitionis hæreditatis, nu. 4. Alex. conſi. 152. col. fi. conſi. 146. col. 2. & conſi. 133. in fi. uol. 2. ubi declarat iſtam cõmunem ſententiam latè & abundè.

Teſtes plures ac plures examinans Tabellio ſcribẽdo dictum primi teſtis extenſe, uel per extenſum, ſi poſtmodum ipſemet Notarius ſcribat, ſecundum teſtem idem dixiſſe, ac depoſuiſſe in omnibus, & per omnia, & ita in alijs teſtibus, aſſertiones, ac dicta iſtorum teſtium ualẽt, ſimul ac probant ſecundũ magis communem opinionẽ Docto. in l. ſed & ſi me putem, ff. de condi. indebi. quam ſequuntur, & citant omnes Moder. inibi, præſertimque Iaſ. nu. 1. intelligeque hoc cum grano ſalis procedere, ſi teſtis, quem Notarius non examinauit extenſe, ſit bonæ famæ, eo caſu indubitanter eius dictum ualet, & tenet ſecundum Bald. in §. fin. uerſi. idem Sacramentum in extrauagan. de pact. conſti. quem ſequuntur Docto. in c. nihil de uerb. ſigni. & Fel. in ca. ſuper his de accuſatio. col. pe. ſed in Regno non accidit circa hoc dubitare, quia hãbemus Regiam pragmaticam exordiẽtem: ſtatuimus ſuper articulis, & poſitionibus, diſponentem, examinantẽ, & depoſitionem teſtium fieri extenſe per Notarium, & non per alia breuiſsima uerba.

Teſtis dicens, ac deponens aliquid extra iudiciũ ſine iuramento, & poſtmodum iuratus in iudicio contrariũ reſpondens, tunc ſtabitur ſecundæ, & poſteriori depoſitioni ob iuramẽti religionem, & Iudicis authoritatem, c. ſicut nobis, de teſti. in 6. c. 1. in prin. quid ſit inoeſt. nec punietur iſte teſtis hic falſi pęna: hanc opinionem tenet gl. fi. in c. cum cauſam de teſti. communiter ab omnibus ſcriben. recepta, quam dicit ordinariam Bal. in l. nullum, col. prima, C. de teſti. ac eam ſequuntur, aſſeruntque eſſe communem Abb. & Deci. in ca. per tuas de probatio. col. fi. Fely. in c. cum in tua, col. fin. de teſti. & in c. inquiſitionis, § tertiæ. de accuſa. col. fi. Bal. conſi. 486. uolum. 3. Alexand. conſi. 222. uol. 2. nu. 13. Roma. conſi. 505. Craoet. conſi. 6. colum. 11. & idem Alexand. conſi. 68. uol. 1. Frãcus in c. 1. circa fi. de elec. in 6. Aufreri. in capel. Tholoſan. 280. Capicius deciſio. 142. nu. 6. Marſi. in l. eos. nu. 11. & 22 ff. de falſis, & ſingu. 222. aſſerens ibi hãc ſententiam eſſe cõmunem, licet Bart. in d. l. eos, nu. 4. aſſeueret contrarium, uidelicet dictum teſtem eſſe puniendum pęna falſi, nec eius teſtimonio adhibẽdã eſſe fidem aliquã, tamen iſta Bar. opinio communiter improbatur a Doct. ut ſuprà oſtendimus, ut procederet ſecundũ Abb. & Deci. in d. ca. per tuas, Fely. in d. c. cum in tua. in fi. Dec. cõſ. 189. nu. 10. & Cra. in præcitato cõſi. 6. nu. 15. ubi ex ſecundo teſtimonio appareret teſtis periuriũ, quia prius cõtrariũ iuratus depoſuiſſet, cõtra uerò pręfata ac allegata ſuperius, uidet conſulere. Petr. de Vbaldis in conſi. 28. q

reperitur

reperitur inter conſilia Criminalia diuerſorũ nuper edita, uidelicet quòd teſtimonium primo loco prolatum extra iudicium, præferatur ſecundo teſtimonio prolato in iudicio, cui quidem conſilio nonnulli Doctores celebres ſe ſubſcripſerunt, ut ibidem eſt uidere.

Teſtis ſtatim, et incontinenti corrigens propriam teſtimonij depoſitionẽ eius ultima depoſitio ualida, & legitima eſſe uidetur. c. præterea. de teſtib. cog. gl. in auth. de teſtibus. §. quia uero, ubi correctio teſtis fit prius quã Notarius reſponſionem priorem ſcripſerit. gl. ſingularis in c. apud miſericordiam. 32. q. 1. quam dixit eſſe ualde notabilem Alex. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infecto. Lanfran. in repe. c. quoniã contra. de prob. in uerſi. teſtes. nu. 136. Iaſ. in l. error. col. 2. C. de iuris & facti igno. põt & alio modo teſtis corrigere dictum ſuum, antequam exeat conſpectum Iudicis, ſeu partib. loquatur, & tunc ſtatur ſecundæ depoſitioni ſm Abb. in d. ca. præterea, ubi abundè declarat, qñ dicatur teſtis dictum ſuum incontinenti corrigere, & prædicta reuocatio permittitur etiam ſi error non probet: ideò teſtis corrigens dictum ſuum incontinenti, non tenetur dicere de errore glo. in d. ca. apud miſericordem, Abb. col. 3. & Fely. nu. 5. in c. cum uenerabilis, de exceptio. Idem Abb. in d. c. præterea. col. 2. Fely. in c. qualiter. il 1. nu. 30. de accu. Dec. in c. cauſam, de appell. col. 2. Roma. conſ. 70. col. 3. Bar. cõſi. 13. col. 2. uol 2. & gl. optima in c. ul. de iudeiu. in 6. & iſta ẽ cõis opinio, ut aſſeuerãt Doc. ſuperius citati.

Teſtis oſtendens ſe erraſſe, uolenſq; errorẽ ſuum corrigere ex interuallo, admittendus eſt prius oſtenſo errore, & cõfeſſione erroneè facta, ſed cõfeſſio erronea ſine erroris probatione non põt per eundem teſtem reuocari ſecundum Doct. cõmuniter in c. 1. de reſcript. lib. 6. de qua communi atteſtatur Boerius deciſio. 89. nu. 4. imò teſtis ex interuallo abſq; erroris probatione reſpondẽs ẽ a uẽ periurus, ſecundum ſcribent. communiter uarijs in locis, & paſsim in iure noſtro, ac etiam pœna falſi iſte teſtis uenit puniendus. l. eos. ubi Bar. & Doct. omnes. ff. de falſis, ſed tamen pulchrum eſt hic diſquirere utrum priori teſtimonio, uel poſteriori fides ſit adhibenda, dic audacter primam depoſitionẽ non poſſe tolli per ſecundam ex interuallo ab eodem teſte, etiam iurato propoſitam, patet ex ratione tex. in c. ſicut nobis, de teſti. ubi ad infringendum fidem teſtimonij neceſſe eſt alios teſtes, non autem eoſdem produci, ideoq; primum teſtimoniũ ualidum eſt, nec ſecundum tollitur ſecundum Panor. & Fely. nu. 4. in d. c. cum in tua. Car. in d. c. ſicut nobis. col. 2. & in præcitato. c. cum in tua, nu. 4. & ſeq. Inn. in c. præterea, de teſt. quorũ opinionẽ aſſerit eſſe cõem Corn. cõſi. 27. col. pe. li. 3. Dec. conſi. 175. nu. 7. & conſ. 189. nu. 10.

Teſtes ſingulares ſufficiunt ad probãdum quid in genere, ut puta uſuras, famã, iuriſdictionem, hæreſim, poſſeſsionem, & cætera his ſimilia: nam genus conſtat perficiturq; ex pluribus ſpeciebus, & particularibus, ideò licet teſtes deponant de diuerſis actib. tamen quia huiuſmodi actus tendunt ad eundem finem, & ad probationẽ unius generis, nõ repelluntur teſtes tanquam ſingulares ſecundũ Bar. in l. ob carmen. §. ſi. ff. de teſti. Bal. in l. de quib. col. pen. ff. de legi. Calder. conſi. 5. in tit. de teſti ubi loquitur de uſura. Pau. de Caſt. conſi. 51. col. 2. & conſi. 213. col. 2. uol. 1. ubi loquit de aditione hæreditatis, eandemq; opinionem amplectitur & cõprobatur per Crauet. cõſi. 73. col. 8. & ſeq. Ancha. conſi. 277. col. 4. Gemi. conſi. 217. col. 5. Alex. ſibi contrarius, conſi. 141. col. 2. uol. 1. quod uidetur repetitum, conſ. 10. uol. 2. idemq; tenent Alex. conſ. 85. col. ſi. conſ. 86. col. 3. conſ. 117. co. 2. conſ. 172. col. 2. conſi. 41. col. 3. conſ. 112. circa finem lib. 4. conſi. 92. col. 4. lib. 5. conſi. 3. col ſi. & conſi. 147. lib. 7. col. penulti. in quibus locis audacter aſſeuerat iſtam eſſe ueriorem, magiſq; communem opinionem, quamuis in aliquib. conſi. relatis per Crauet. in d. cõſ. 73. uoluerit contrarium, & Federic. de Senis conſi. 17. & conſi. 64. propeſi. quos ſequũtur Iaſ. & Dec. eorum authoritate freti uarijs in locis, & præſertim Deci. in c. licet cauſam, nu. 69. de proba. tamen ſi uidiſſent tot conſi. Alex. ſuprà relata ad ſaturitatẽ, fortaſſe nõ ita faciliter diſcederent ab hac opinione cõi, ſiquidem Alex. ipſe in duob. ſeu tribus locis tenuit opinionem, ꝙ teſtes ſingulares non ſufficiant, ubi agitur de probando quid in genere, ſed reuocando poſtea ſententiam, iudicioq; in melius in decem uel undecim alijs locis & cõſtanter firmauit contrariũ, hinc eſt ꝙ quotieſcunq; Doctor reperitur ſibi contrarius in duob. locis illa opinio ſequenda eſt, ubi plenius ſcribit. l. diui. ff. de iure patr. notat Abb. in c. bonæ, col. ſi. de poſtula. præla. quapropter potius eſt amplectenda ſnia ipſius Alex. in 15. illis conſi. relatis, in quib. pleniſsimè ſcripſit, quàm in alijs trib. de quibus facit mentionem Crauet. in præallegato conſ. 73. ſuper quib. parum ſcribit, & eandem opinionem quod teſtes ſingulares admittãtur, ubi agitur ad probandum quid in genere, tenet etiã Areti. cõſ. 42. col. 2. Ang. cõſ. 233. Guid. Pap. in quæſt. 544. Soci. cõſi. 295. uol. 2. & Boeri. deciſio. 23. col. 24. & deciſio. 239. & Augu. Beroius in d. c. licet cauſam, nu. 40. ubi ait iſtã opinionem eſſe cõem, nihilominus idem Boeri. in deciſi. 342. titubanter inclinauit in contrariam ſententiam: cęterũ in Regno Neapoli quæſtionis tollendæ gratia, & ad euitandum præfatum dubium, uidelicet an per teſtes ſingulares probetur quem uſurarium fuit emanata, & in lucem prodita per Regem Ludouicum pragmatica exordiens; Ludouicus, & Ioan. & cætera, diſponens quòd ad probandum uſurariã prauitatem admittãtur teſtes ſingulares, & iſtam materiã latius declarauimus ſuprà in uer. teſtes ſingulares non faciunt fidem &c. itẽ teſtes ſingulares probant minorem ſummam, ſi deponãt aliquid de maiori, ſecundum Corne. conſi. 181. nu. 60. lib. 2. hoc modo loquitur Deci. conſ. 100. num. 4. teſtes non fore aliquo pacto contrarios, quãdo de facto unus minus, quam alius deponit, & communem ſcribit Alci. in l. 1. §. in ſtipulanti, nu. 40. ff. de uer. oblig. et 15. alios caſus, in quibus teſtes ſingulares probent, tradit Lanciſlo. Corradus in tract. de decurionibus lib. 1. cap. 81. §. 5. nume. 23. & ſeq.

Litigator non conſentiens teſtibus productis per ſuũ aduerſariũ generaliter eos reprobando, poteſt poſtmodum eis uti ſecundum glo. & Docto. omnes in c. præſentium, de teſti. & iſta eſt communis opinio teſte Boer. in deciſi. 245. nu. 6. & ſcriben. in d. c. præſentium, ſed ſi contigerit dictum ſuum litigantem proteſtatum fuiſſe ante probationem ſe uelle reprobare teſtes productos, & depoſitos per eos, tunc teſtes deponẽdo aliquid in fauorẽ iſtius proteſtãtis, non faciunt fidem in eius fauorem, quia per ipſam proteſtationem uidetur declarare ſe nolle aliquo pacto ipſis teſtibus fidem adhibere, de hoc eſt tex. in d. c. præſentium in ſi. ubi hoc tenet Fely. in ulti. no. & Franc. de Aret. ibidem col. antepe. & pe.

Teſtis reſpondens unum in iudicio nullo ac inualido, & apud iudicẽ incompetentem & aliud penitus diuerſum inualido, tunc ſtandum eſt eiuſdem teſtis poſteriori teſtimonio, ſecundum Spec. in titu. de teſte. §. 1. nu. 27. idemq; tenet glo. in d. c. cum cauſam de teſti. & omnes Doct. ibi communiter. & in l. eos. ff. de falſis, Boeri. deciſio. 112. nu. Crauet. conſ. 6. nu. 7. in quibus locis aſſerunt hanc eſſe communem opinionem. & hoc idem refert Capitius deciſio. 142. num. 8. ubi ſimiliter congerit Docto. contrarium aſſeuerantes.

Teſtis præſtito ſibi iuramento aſſerens ſe aliter depoſuiſſe, quàm à tabellione fuerit ſcriptũ, Notario potius quàm teſti credendum eſt, ut potè quia pro Notario p̃ſumitur, l. ſi quis decurio. C. de falſis, & c. ad audientiam de præſcrip. hocq; notant, ac expreſsè tenent Alex cõſ. 70. uol. 1. & cõſi. 65. col. 1. uol. 2. Dec. in c. cũ parati, col.

ſin.

fi.de appellatio. Crauet.conſ.74.num. 3. Fely.in d.c.ad audiētiā, ubi Panor. ſcribit hoc procedere, ac uerū eſſe in cauſis ciuilibus, non autem in criminalib. in quibus ex irrata depoſitione teſtis, uacillat fides Notarij arg.l. fi.C.de probatio. idem Abb. & Felyn. in c.cum cauſam circa finem, de teſti. Canoniſtæ omnes in d.c. ad audiētiam, Spec.in tit.de teſti.§.1.num.48. Alciat. in tract.de præſump. reg.3.c.13.nu.20.& iſta eſt communis opinio teſte Grammati.deciſ.69.nu.18.& Modern in d.cap.ad audientiam. hoc uero nō procedit, quādo Notarius examinaret teſtes & haberet ſcriptorem, qui examen ſcriberet, eo enim caſu ſi ambo deponerent, utiq; probaret cōtra dictum teſtem ſe ita dixiſſe, ſecundum Abb.in c.cū cauſā, de teſt.& hoc aſſerit ſe uidiſſe ſeruari in practica Alcia.in præcitata reg. 3.nu.13 & quatenus ſuperius docuimus, quod ſi teſtis dicat in Ciuilibus cauſis ſe aliter depoſuiſſe, quā Notarius ſcripſerit, tunc potius credendū eſſe Notario. dic habere locū hoc, niſi teſtis eſſet perſona multum notabilis, ſecundū Panor.in d.c.ad audiētiam in 5.not. hoc idem aſſerit ipſe Panor. tenere Specu. in ti.de teſti.§.1.uerſi.ſed pone quod Iudex, & in tit. de inſtru.editio.§.reſtat, uerſi.quid ſi atteſtationes, & hoc dictum Panor.ſequitur Fel.in c.ſuper his, de accuſa. & Marſi.in. l.§ ad quæſt.col.4.ff.de quæſt.

Teſtes de auditu deponentes in contractibus, uel quaſi, licet cortina uel paries ſit in medio inter ipſos teſtes, & cōtrahentes, ſufficiēter probant. c.præterea, ubi Doc. ext.de teſti. tenent hoc etiā indubitate Bart. Alex.& alij Doc. in l.2.§.idē Labeo, ff.de aqua plu.arc. Io.And.in c. ex literis poſt glo.ibi in uer.audierint, de cōſuetu. Cy. & Doct.in l.ſi non ſpeciali, C.de teſtamen. & iſta eſt cōmunis opinio, de qua teſtatur Areti.in §.plane, nu. 4. Inſtitu.de teſt.milita.& Moder.in rub.ff.de uer.oblt.& in l.1.eod.ti.& cauſā ſequitur & approbat. Marſ.poſt alios relatos per eū in rep.rub. C. de probat.num.351.& ſeq. ubi recitat quoddam exemplum congruum dictæ cōmuni, quod certe notandū, ac ſcribendum foret literis aureis ab omnib.officialib.& aduocatis, tanquam neceſſariū, & iſti teſtes tunc & eo caſu probant, cū deponāt affirmando ſe audiuiſſe, nō autem uidiſſe contrahentes, & quando haberent notas uoces cōtrahentiū, & ita intelligunt dictā cōmunem prædicti Doct.& Cepolla in trac. cautelarū, caut.130.circa finem, fallitq; dicta communis concluſio in teſtamento, quia teſtes teſtamēti debent neceſſario uidere teſtatorem d.l.ſi non ſpeciali, ubi Cy.& Doct.hoc communiter tenēt in d.§.idē Labeo. ubi Bar. col.1.& iſtā cōmunem opinionem eſſe ſcribit Cepolla in præcitata caut.130.nu.1.& Alex.in d.l.ſi nō ſpāli, nu. 6.ubi Doct.ponunt exemplum, quod ſi extaret cortina, uel paries inter teſtes & teſtatorem, non ualeret teſtamētum, etiam ſi dicti teſtes conſueuerunt habere notā uocem ipſius teſtatoris. In alijs uero duob. caſibus limitat & interpretatur communem præmiſſam Marſi.i d.rubr. de proba.nu 352.& ſeq. quos uidere poteritis.

Teſtes cum iuramento neceſſario tenentur exhibere torū teſtimonium, & per conſequens iurare debēt pro utraq; parte dicere ueritatem, ſecundum glo.in auth.ſed Iudea. C.de Epiſ.& cleri.& glo.in l. 2.C. de eden. cum qua tranſeunt omnes Doct.ibidem in c. fraternitatis de teſti.& Maranta atteſtatur hanc eſſe communē opinionem in tract.de iudicijs in 2.parte ſuper 6. actu, imo teſtis tenetur plene deponere factū pro utraq; parte, ſecundū gl.in l.Lucius ponderata a Docto.ibi.ff.de infami. ad hoc ut Iudex non laboret ad ueritatē inquirendā, & talis examinatio iſtius teſtis nō careat qualiquali boni uiri ſuſpitione, ſecundū Bal.in c.1 §.ſacramentū de conſuetu.recti feudi, & caſu quo teſtis nō deponat iuratus, eius dictū eſt nullius momenti, etiam quod ille teſtis ſit religioſus, ut eſt tex.no.in c.ſuper nobis de teſt. & ſi eſſet Epiſcopus c.ſi.de iura.cal. imo uero ſi eſſet Cardinalis, ut tenet gl.in c.cum olim, in uerſi fratrum de priuileg. quā dicit ſingularem Panor.ibi, col.2.& Alex. conſ. 180. in cauſa, col. 2.uol. 2. Fely.in c.tuis in prin.de teſti.& in c. ſicut circa fi.de ſentē.excōm.& in multis alijs locis, Iaſ. in repetitione, l.admonendi, col.79.uerſi. decimo prædicta regula.ff.de iureiur. ubi illam ſingularem.& Deci.in c.tertio loco.3.not.de probatio. eſſe aſſeuerant, & licet ad fidē teſtimonij requiratur iuramentum, id tamen præſumitur ſi Notarius ſcripſerit Meuium teſtem iuratum depoſuiſſe ut per Bar.in l.Theopōpus, col.1.ff. de dot. præleg. poſt gl.ibi, quā dixit ſingularē Bal. in c.cū in iure, col.2.de offic.deleg. notant Abb.& Fely. nu. 6. in c. tuis de teſt. quia pro notario præſumēdū eſt. c.ad audiētiā de præſcrip. l.ſi quis decurio. C.de falſis Bal.in l. Imperator, col.2.ff.de ſtatu hom. cautius tamen erit, ut res tuta ſit nec aliquod dubiū habeat quod ipſe Notarius expreſſim ſcribat formam, & ſolēnitatem ipſius iuramēti.

Teſtium depoſitiones etiam non publicatæ corā uno Iudice probant corā altero Iudice, præcipueq; ſubrogato, ut per Legiſtas omnes cōmuniter in l. geſta. C. de re iudi. & Canoniſ. in c. cauſamq; de teſti. quam quidem cōmunē opinionē declarant, celebrant, & citant Moder.in præcitatis locis, maximeq; Deci.in d.c. cauſamque, nu.9.

Per duos teſtes actor probās ſe mutuaſſe Titio centū, & reus probans ſe ſoluiſſe dicta centum per unum teſtem ſolummodo, tunc obtinebit reus, & ſibi erit per Iudicem deferendū iuramentū in ſupplementum, ita Bar. in l.admonendi. ff. de iureiur. cum quo ſentiunt omnes cōmuniter ibi, Bal.& Saly.in l.bonæ fidei. C. eod.ti. Panor.in c.ſi.extr.de iureiur.& Moder.in d.l.admonendi, ubi teſtātur de dicta cōmuni, præſertimq; Cur.nu.305. &his occurri unū uerbū nunquā obliuioni tradendum, quod ſi duo teſtes deponant Meuium mutuaſſe pecuniā Sempronio, ſed neſciant quantitatem, alij uero duo teſtes dicant ipſum Meuium petijſſe Sempronio decem, tunc profecto probatum eſt mutuum in decem. ita ſingulariter tenet Bar.in d.l.admonendi, colu.2.uerſi. quæro quid ſi teſtis deficiat, quem ſequuntur ibi omnes, Ant. in d.c.ſi.& Alexan.conſ.69.col.2.uol.2.& conſi.189.colum.fin.uol.6.

Corā duob.teſtibus duntaxat, etiam fœminis pater poteſt inter liberos facere teſtamentum, ſecundū glo.& Doct.in auth.quod ſine, C. de teſtam. imo pater abſque ulla partium præſentia per ſuam ſimplicē ſcripturam, ac priuatam inter liberos teſtari poteſt, puta ſi ſua manu ſcribat cedulam, & in ea diſponant inter liberos pro teſtamento, ſeruabitur eius uoluntas: tamen requiritur neceſſario, quod pater declaret in huiuſmodi cedola uoluntatē illā habere pro perfecta, & tūc proculdubio ualebit ut teſtamentū uoluntas patris, quamuis nulli teſtes interuenerint, per doctrinam Bar.in l.ſi.ff.de teſtamen. Alex.conſi.4.attētis hīs. 7. & iſta eſt communis opinio teſte eodēmet Alex.cōſi.105.ſuper his, in fi.uol.4 & Iaſ. cōſ.57.uol.2.præſuppoſitis, & Boeri.deciſio. 140. nu.4.

A pari procedit quod teſtamentū fiat coram Iudice, uel corā Principe, l.omnium. C.de teſtam. ſed ubi fit corā Principe requiruntur aliqui teſtes, ut tenet glo. Bald. Ang.Sal.& Alex.ibi licet nō aperiant quot teſtes, Ang. uero requirebat ſeptem, Saly. tres, ſed Bart. & Bald.& Alex.duos, & hæc eſt communis opinio prout teſtatur Soc.iunior.conſi.138.col.ſi.uol.1.

Teſtes duo ſufficiunt ad condemnationē cuiuſcunq; delinquentis in cauſa criminali, tex.eſt in c.1.& c.2. 2.q. 5.& no.Panor.in c.at ſi clerici in princip. de iudi. Ampliatur mirabiliter hoc, quod duo teſtes etiā ſufficerēt ad cōdemnandū Sumū Pontificē, & imperatorē, ſecundū glo.ſingularē, & cōmuniter ab omnibus Doct. approbatā in c.præſul.4.q.5.& ita no. Panor.in d.c.at ſi clerici in 2.not. in c. licet uniuerſis, de teſti.& in c.per tuas,

tuas de maiori.& obed.& ibi late Feli.ponens de intellectu.d.c.præſul.Decius conſi.342.& Paul. Caſtrenſ. conſi. 303. Ampliatur prædicta ſimiliter procedere in cauſa hæreſis,ubi duo teſtes ſufficiunt,ut uoluit Cardin. in clemen.1.§.pen.de hæreticis.

Teſtes duo ſufficiunt ad probandum conſuetudinem, & hoc caſu diceretur plene probata ipſa conſuetudo,ita tenet Hoſt.in ſumma,in tit.de conſuetu.in §.quot,& per quos teſtes,Cyn.& Bar.in l.3.C. quæ ſit longa conſuet. Io.Fab.in §.ex nõ ſcripto,Inſt.de iure natura. Idẽ Bar. in l.de quibus in 4 q.prin.ff.de legi.Abb. & omnes in c. at ſi clerici,de iudic.& conſi. 53.uol.2.& iſtã opinionẽ declarat Rochus Curt. in repeti.c.fin.de conſuetu. in 4. ſectio.nu.66.fol.146.& Mode.in d.c at ſi clerici,& in d. l. de quibus aiuot eſſe communem. nota etiam nec unquã obliuiſcaris,quod ad probandũ ſolutionẽ Canonis Emphyteotici per emphyteotam, ſimiliter requiruntur duo teſtes,ſecundum glo.& Doct. in l.in emphyteoticarijs.C.de iure emphyteo.quam ſequitur, tuetur & dicit eſſe communem ibi Iaſ.nu.134.

Contractus fieri,ac cõfici poteſt in ultima uoluntate, nec recipit naturam ultimæ uoluntatis,ſed ſeruat naturã ſuam,& erit cõtractus inter uiuos,ſecundũ gl.& Bar. in l.hæredes palã.§.fi.ff.de teſta.Alex.Imo. Iaſ. & alios in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.& Cepol.in trac.cautelarũ, cautela.129.& iſtam aiunt eſſe communem opinionem Pomates in add.ad Bar.in d.§.fi.Dec.conſi. 196.& 193. Moder.in d.l.nemo poteſt,& Boer.deciſ.353.n.4.& ꝙ iſte contractus ſeruet naturã ſuam,ut ſit reuocabilis tenet,& decidit etiam Bal.Sali.Paul.de Caſt. & Alex. in l.ſi cauia. C. de iure delib. ubi ſi quis de hæreditate ſibi delata diſponat in teſtamento,eo caſu uidetur eã ſimul adire,licet reuocet teſtamentũ,non tamen reuocatur cõtractus aditionis,& ſequitur Are.in d.§.fi. & Ripa in d. l. nemo poteſt,nu.35.ſimiliterq; probatur hoc alio exẽplo,uidelicet ſi teſtator legaret Titio decẽ,quæ cõfiteatur ei præſenti debere,licet poſtea reuocet teſtamẽtum, tamen dicta confeſsio firma manet,nec reuocatur.tradit hoc Bar.in l.cũ quis dicẽs.§.codicillis.ff.de leg.3.Imo. in d.§ fi.Paul.de Caſtr.in l.3.§.fi.nu.5.de lib.& poſthu. Oldr.conſi.144.factum tale,Alex.conſi.45.col.2.& ſeq. uolu.2.Roma.in l.ex hac ſcriptura in princ. ff. de leg.1. Ruinus,conſ.169.& Dec.in d.conſi.196.col.2.& Ripa in d.l.nemo poteſt,nu.34.& iſte contractus factus in ultima uoluntate nota,non indiget probatione ſeptem teſtiũ,ut requiruntur in teſtamẽto , ſed ſufficit numerus duorum teſtiũ:nam per duos teſtes poteſt probari, ſicut probantur cæteri cõtractus regulariter.l.ubi numerus. ff.de teſti.& ita tenet Alexand.& Imol. in d. l. nemo poteſt, col.1.Cepolla in d.caut.129.Iaſ.in l.2.col.4.C. de bon. poſ.ſecundum tabu.& Ripa in d.l. nemo poteſt nu. 32. ubi ait hãc eſſe cõem opin.& Dec.in d.conſi.293.col.2.

Mandatum regulariter poteſt probari non ſolum per inſtrumenta,uerũ etiam per literas domini, etiam ad iudices miſſas:ſecundum gl.& omnes Doct.in l.1.C.de ſatiſda. poteſt ſimiliter probari per teſtes,ut uoluit gl.in l. maritus.C.de procurat.gloſ.& Panor.in c.1.ext.de procurato.Azo in ſumma de manda.prin.Bar.Bal. Ang.& cæteri cõmuniter in l.non ſolũ.§.qui alieno.ff.de procurat. Iaffredus deciſio.190.ubi atteſtatur expreſſe iſtã eſſe cõmunem opinionem,& Boer.deciſ.281.nu.1.& ſequitur,declarat,& limitat Marſi. in rep. rub. C. de probat. nu.38.cũ alijs ſeq.Ampliatur iſtud dictũ commune non ſolum procedere in mandato,ſed etiam in reuocatione ipſius,quæ quidem reuocatio poteſt reprobari per unũ teſtem cum delatione proprij iuramenti,ſecundum doctrinã Io.And.in c.pro cauſa de procurato.quæ obſeruatur quotidie in practica,ut aſſerit,& fatetur Corſetus in ſing.in uer.mandarum.

Teſtis productus per me contra & aduerſus partem aduerſam in eadem met cauſa:ſi poſtmodum produceretur contra me amplius reprobari non poteſt , ſecundum gl.in l.ſi quis teſtibus.C.de teſt.communiter ab omnib. ſcribẽ.approbatã ibi:amplia hoc procedere ſimiliter , ſi ille teſtis eſſet infamis, aut periurus,d. l. ſi quis teſtib.& c.ſi quis.4.q.3.Amplia ſecundo loco dictam communẽ habere locũ non modo ſi eſſent producti teſtes in eadem cauſa,uerum etiam in alia re producti,& examinati extitiſſent:ſecundum nonnullos Doct. ſed Odofred. in præcitata l.ſi quis teſtibus,tenet contrarium in alia inſtãtia, quem ſequitur inibi Alberi. aſſeuerans opinionẽ Odofredi in iudicijs,& praxi cõmuniter obſeruari,& Boeri. deciſio.25.nu.6.cum 2.ſeq. dictamq; communẽ opinionem ita ampliatam limitat in tribus caſibus Fely. in c. præſentiũ,de teſti.& Stepha.Aufredus in tract. de probatione teſtiũ,in uer.prodigo,nu. 82. Teſtis reſpõdens falſum in uno capitulo,ſeu articulo redditur falſus quo ad alia capitula,& per cõſeqnẽs propter falſitatẽ unius capituli uitiatur eius depoſitio in omnib.ſecundũ Crau. late cõſ.6.n.14.Alex.& Ale.in l.1.§.ſed ſi mihi.ff.de uerbo.obli.cũ alijs congeſtis per Tiraq.in tracta. de pœnis tẽperandis cauſa.44.n.42.ubi declarat hoc habere locũ ſi falſum fuerit commiſſum per teſtem in committẽdo, nõ in omittendo,& doct.communiter in l.ſi ex falſis.C. de tranſact.quam quidem opinionẽ communẽ eſſe aſſeuerãt ſcriben.inibi,præſertimq; Alex.nu.12. & ſeq. Ampliatur iſta cõmunis quod dictus teſtis,qui in parte iurauit falſum,in totũ,& in omnib. amittit beneficium omnium legum,& Statutorum in eius fauorem facientium, amittit beneficiũ ſimiliter & facultatem iurandi pro ſe & alijs,ſecundũ Deci.conſi.53.in cauſa.col. pen. Alex. cõſ.114.col.1.uol.4.& conſi.27.uol.2.in d.l.ſi ex falſis, per illum text.ubi Iaſ.etiam, & omnes Doct. communiter,& his accedit utiliter,quod nõ eſt idoneus teſtis,dicẽs in parte falſum,& iſta eſt communis opinio,teſte Soci.cõſ.153.uol.2.Limitaturq; iſta ſententia communis nõ habere locũ in capitulis prorſus diuerſis a falſo:nam falſitas cõmiſſa in uno capitulo, ſiue articulo exploratũ eſt nõ uitiare cætera capitula omnino diuerſa a falſo, ut per Bal.in l.iubemus.C.de teſt.Fel.i c.fraternitatis, col. pe.Dec.in c.1.de probatio.& iſta eſt cõis opinio , quã citat,& non nihil commendat Boer.deciſ.253.nu.

Teſtium dicta non reprobantur propter falſitatẽ per eos commiſſam non tangentem negocium principale, ut per Bal.in l.pe.C.de tranſact. quẽ ſequitur ibi Saly. ſubdens ita in practica ſeruari quotidie,& ita conſuluit Dec.cõſi.100.col.3.& Gram.cum alijs Doct.relatis per ipſum deciſio.60.nu.17.& Ruin.conſi.36.nu. 3. uolu.4. unde ſciendũ eſt indubitanter, quod teſtis dicens falſũ ſuper acceſſorijs,& nõ ſuper facto principali probat , & ualet eius depoſitio,uerbi gratia , ſi quis ſit mihi affinis aliqua leui,uel longa affinitate,& deponit in aliquo negotio meo,& ſuper interrogatorijs ſibi factis,ſi eſt meus affinis,dicit & deponit quod non,certe eius dictũ ualet, nec aliquid minuitur de fide ipſius,ſed bene pro tali mẽdacio dẽt puniri crimine ſtelionatus,ſm Iac. Bu.in l.Lucius.ff.de infamib. quẽ ſequitur Ang.cõſi.194.uiſis proceſſib.cauſæ , col. 2.ubi dicit hoc eſſe notatu dignum.& Marſi.ſing.76.communis opio. Doctorum eſt,& in repetitio.l.fin.fol.45.poſt prin.C.de probat.

Teſtis falſum teſtimonium deponens,ſiue tacens ueritatem,uel aliquid accipiens a litigantib. ne ferat teſtimonium,punitur criminaliter ſecundum qualitatẽ facti l.1.in prin.et §.1.et l.falſi pœna.ff.ad l.Corn.de fal. ſed in Regno habemus pragmaticã nouiſsimam inchoantẽ Ferdinandus Aluares.in qua ſancitum reperitur teſtem falsũ teſtimonium dicentẽ in cauſis criminalib. incurrere pœnã ultimi ſupplicij , in ciuilibus uero falſus teſtis eiuſdem pragmaticæ diſpoſitione punitur pœna mutilationis manus,ac perpetui exilij,et in tantum prædicta

hera ſunt, ut teſtis falſum teſtimoniũ deponens, tenetur non modo in foro contentioſo de falſo teſtimonio, uerum ẽt de omni dãno ex illo teſtimonio cõtingente, ut per gl. in c. presbyterũ de homi. & in c. impetrari, de regu. iur. lib. 6. In foro uero conſcientiæ tenetur duntaxat de falſo teſtimonio, ſecundum communem opinionem omnium Canoniſt. in c. 1. de cuſtod. euchariſt. quam cõmunem ſequuntur, et atteſtantur inibi Doct. & paſſim in iure noſtro, & Corſetus in ſing. in uer. teſtis l. ultima, inchoante, ſi teſtis aliquis dixit falſum &c. Limitaturq; dicta pragmatica, ſeu Statutum non procedere, ſi teſtis depoſuiſſet de eo, quod eſt extra articulos, uel capitulos, uel extra cãm, ſiue de eo, quod nõ noceret partibus, uel curiis in abſoluẽdo, uel condemnando, ẽt quod falſum ſcienter, et doloſe deponeret, non tenetur pœna dictæ pragmaticæ, ſiue Statuti, ſed alia mitiori pœna eſſet puniendus, ita in ſpecie conſuluit Bald. conſ. 106. cũ peteretur, uol. 1. ad limitationem Statuti Mediolanẽſis, & ſic no. utiliter q falſitas, quæ nemini nocet, nõ põt puniri pœna falſi ordinaria ſiue per teſtẽ ſiue per Notariũ uel aliũ fuerit commiſſa, & iſta eſt communis opinio, ſecundum Alex. conſ. 145. uiſis uol. 6. et Soc. conſ. 103. in facto, et conſ. 204. poſt reditum, uol. 1.

Teſtium ſolam corruptelam probare non ſufficit, ut ſentẽtia lata per falſos teſtes retractetur, ſeu annulletur, ſed debet probari falſitas ipſorum teſtiũ, ſecũdum Inn. & omnes in c. licet cauſam, de probat. quorum quidem opinionem ſequitur, declarat, et ait eſſe cõmunem Deci. ibi, 156. cum aliis ſeq. Io. And. uero in d. c. licet cãm, & Bar. in l. Diuus Adrianus, nu. 7. ff. de re iudi. inclinaue runt in contrariam partem, uidelicet q teſti corrupto indiſtincte non credatur, et ſufficiat proponere teſtes, pecunia corruptos ad hoc ut ſentẽtia lata per falſas probationes retractetur, idẽq; uidetur tenere gl. et ibi Bar. in l. is qui iudicio. ff. de accuſat. ubi concludunt, q ſi teſtis ob pecuniam recepta accedit ad teſtificandũ repelli tur a limine iudicii, tamen in iudicando ac conſulendo nõ foret tutum diſcedere a dicta cõi ob rationes, et argumenta allegata per Mod. & Dec. in d. c. licet cauſam, & ſimiliter ad hoc ut competat reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam latam ſub prætextu falſorum teſtiũ ſufficit probare ſolam teſtium falſitatem abſque eo q probetur corruptela partis, ſecundum glo. in d. l. Diuus Adrianus, quam declarat, & interpretatur ibi Iaſ. nu. 12. & ait communiter approbari, ſed hoc non procedere, ubicunq; libellãs ſe adſtringeret ad utrunq; probandũ, et proponeret in libello teſtes falſum depoſuiſſe corrupti in eadem ratione, eo caſu utrunq; tenetur, et debet probare, ſcilicet falſitatem & corruptionem, ſecundum Bar. in d. l. Diuus Adrianus, nu. 3. cum quo tranſeunt ibi Ang. Imo. Rapha. et omnes, Abb. et alij in d. c. licet cauſam, et Iaſ. quoq; in d. l. Diuus Adrianus, nu. 20. ubi aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionẽ. Interpretaturq; iſta ſententia non habere locum, quando pars in libello deduceret in diuerſis orationibus dictos teſtes falſum dixiſſe, et fuiſſe corruptos, et ſic copulatiuè, uel receptiuè, tunc profecto non uidetur ſe aſtringere ad utrunque probandum, uerum alterum probare ſufficit, uidelicet corruptelam, uel falſitatem, ſecundum gl. et Doct. in c. 2. de reſcrip. & omnes communiter in d. c. licet cauſam de probat. Bart. in d. l. Diuus Adrianus, nu. 4. poſt alios congeſtos ibidem per Iaſ. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem.

Teſtis, uel Notarii contrarietas, quæ non nocet partibus non eſt punibilis in his, quæ ſunt extra negociũ principale, ut late per Iaſ. in l. ſi ex filiis, col. ſi. C. de tranſac. & per Gramma. deciſ. 43. & Dec. cõſ. 103. n. 143. tamen ubicunq; teſtis eſſet ſibi contrarius in eadem depoſitione, et in cauſa principali non extra negocium reijceretur in totum tanquam falſus: ſecundum communẽ opinionem omnium Doct. de qua atteſtatur Alciat. in trac. de præſump. reg. 2. præſump. 29.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſolus de uiſu ſemiplene probat.*

2 *Quæ tamen ſemiplena probatio uocatur a Bar. præſumptio uel indicium.*

3 *Quod tamen in cauſis maleficiorum nõ procedit, ubi ex ſemiplena probatione nunquam iuramentum defertur in ſupplementum probationis.*

4 *Niſi agatur de modico præiudicio.*

5 *Cum in huiuſmodi cauſis requirantur probationes luce meridiana clariores.*

6 *Nec in illis quiſque damnetur ex ſuſpicionibus aut coniecturis.*

7 *Unicus tamen teſtis in huiuſmodi cauſis de uiſu ſi ſit omni exceptione maior, ſic facit indicium, ut quis non inquiratur ſolum, ſed ẽt quæſtioni ſubijciatur.*

8 *Quod tamen non procedit, ſi quẽlibet uel minimũ defectũ patiatur teſtis, nec ſit omni exceptione maior.*

9 *Cum fides unius teſtis domeſtici ſatis repugnet iuri communi.*

10 *Teſtis autem omni exceptione maior eſſe dicitur, qui ne ex aliqua quidem parte cauſaq; repelli poteſt.*

11 *Quibus autem in caſibus unius teſtis ſemiplene non probet, tradit remiſſiue.*

a Teſtis unicus de uiſu ſemiplenam probationem facit c. et inſinuatione ex. de procur. & c. ſi. ex. de ſucce. ab inteſta. et ita tenet Io. And. Ant. et alii Canoniſtæ in c. ſi. ex. de iureiuran. & Legiſtæ in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. eo. tit. & iſtam ait eſſe cõmunem opinionem Cur. iunior, conſ. 122. nu. 7. et ratio dictæ communis per Docto. aſſignatur iſta, quia ſi duo teſtes faciunt plenam probationem, ergo unus ſemiplenam, l. ubi numerus de teſti. & c. omni genere, ext. de teſti. quam ſemiplenam probationem Bar. in l. ſi. ff. de quæſtio. uocat indicium et præſumptionem, fallitq; hoc in
2 cauſis criminalibus, in quibus nemini dubium eſt ex unico teſte, et ſemiplena probatione non deferri iuramentum in ſupplementum, ita Bar. in d. l. admonendi in ulti
3 ma char. uer. pro cuius declara. et ratio huius limitationis uidetur iſta, nempe in criminalibus probationes debent eſſe luce meridiana clariores, l. ſi. C. de probat. & ibi Bal. imò regulariter in criminalibus non damnatur quis ex ſuſpicionibus, ſeu præſumptionibus, uel indiciis
5 ſeu cõiecturis, l. abſentem. ff. de pœnis l. ſi. ubi Bar. ff. de quæſtio. et dictam limitationem tradit Bart. etiam in l. ſi. ff. de in litẽ iuran. idẽ Bar. Ang. et Doc. in l. 3. in prin. ff. de iureiur. et in d. l. bonæ fidei, Pan. cæteriq; Canoni. communiter in c. ſi. ex. de iureiur. Io. And. in c. cum ſint partium de reg. iur. lib. 6. Spec. in tit. de iuramento dela to. §. 1. uer. at aũt, cum ſeq. Hoſtien. in ſumma in tit. de iureiur. §. ut ſuper. Archid. in c. ſi quis presbyter. 2. q. 5.
6 et Bal. in l. 1. C. de his qui pœnæ nomine, et iſta eſt communis opinio, ut per Mod. in d. c. ſi. quod intelligo cum grano ſalis non habere locum in cauſa criminali parua, ſiue ibi ageretur de modico præiudicio, quia tũc poſſet deferri iuramentũ in ſupplementũ, ut uoluit Pan. in c. ſi. ex. q metus cauſa in prin. Bal. poſt glo. in auth. minoris debitor, C. qui da. tuto. poſſ. ubi diſpoſitio prohibens accedere debitorẽ ad tutelam, nõ intelligitur de modica quantitate, uel re, intelligũturq; prædicta ſanè, ſecundũ Rom. in d. l. 3. ff. de iureiur. procedere in cauſis criminalibus, criminaliter intentatis ad uindictam publicam: ſecus aũt ſi ciuiliter intentatis ad pœnam pecuniariam,

& ſic in quibus tantum ueniat pœna pecuniaria impo-
nenda, & iſta fuit opinio generaliter Ant. in c.fi. de iure
iur. tamen Imo. ibi, & male affirmat indiſtincte contra-
rium, animaduerte ob hoc ꝙ licet ex ſemiplena proba-
tione quis condemnari nequeat, tamen unicus teſtis de
uiſu, qui deponat uidiſſe Titium uulnerantem, uel occi-
7 dentē Meuiū, uel cōmittentē aliquod ſimile delictū, dū
modo iſte teſtis ſit omni exceptione maior, facit indi-
ciū non ſolum ad inquirendum, uerum etiam ad torquē
dum, ſecundum glo. & doc. in l. ſi quis. C. ad legem Iul.
maieſt. Doct. omnes in d. l. admonēdi, Bar. Alex. et Mar-
ſi. in l. §. itē Corn. & in l. maritus & in l. fi. de quæſt. et Ia-
cobū Nouellū cū alijs ibi cōgeſtis per eum in ſua prac.
crimi. ſuper forma inquiſitionis cōtra producentes falſi
tates, nu. 8. & iſta eſt cōmunis opinio, teſte Carrerio in
pract. crimi. n. 100. uer. primum, & cæteri Mod. in locis
ſupra citatis, & Boer. deciſi. 163. n. 3. contrā ſtatur hoc ubi
teſtis, non eſſet omni exceptione maior, quia omnis mi-
8 nima qualitas, et defectus impedit, ut non faciat indiciū
ad torturā, ut per Bar. & Alex. in d. §. itē Corn. & Pariſ.
cōſ. 160. et ſi conſiderata, nu. 64. & ſeq. uol. 4. niſi cōcur-
rat leuitas uitæ Rei, ſecundū Carreriū in d. uer. primū,
& hoc uerificatur in teſte quotieſcunq; eius fides uacil-
laret, ſeu in aliquo elideretur, ut quia eſſet affinis produ
centis, amicus, uel ſimilis, tunc profecto non faceret ſe-
miplenam probationē, nec induceret iudicē ad opinio-
nem, ſed ad ſuſpicionem, ſecundum Bar. in d. l. admonē
di, quem ſequuntur Bal. & Rom. ibi, & idem Bal. in l. ſi.
C. qui, et aduer. quos, & in c. 1. de contro. inueſti. Aduer-
9 Panor. in c. fi. ext. de iureiu. quoniam modicus defectus
impedit huiuſce ſemiplenā probationem unius teſtis,
nec mirum, quia ſatis exturbieit fides unius teſtis dome-
ſtici a iure communi, ſecundum Bal. in c. 1. §. ſacramen-
tum de conſuet. rectæ fidei, & in c. a nobis, & in c. inno-
tuit, ex. de teſti. et ſic unus teſtis domeſticus non facit ſe-
miplenam probationē, nam nō reputatur idoneus, et in-
teger. l. ēt C. de teſti. c. in literis, ext. de teſti. itē infamis
infamia facti non eſſet integer, & idoneus teſtis, ſecun-
dū Bar. in d. l. admonendi, col. fin. ubi Iaſ. cæteros refert,
nec nō ſubditi producētis, compatrinæ, homines malæ
cōuerſationis, uel de facili litigantes, uel celeriter nimis
reſpondentes, et alij his ſimiles relati per ſcriben. præ-
10 ſertimq; per Mod. in d. l. admonēdi, et animaduerte, ꝙ
ille dicitur teſtis omni exceptione maior, quia aliqua
ex parte, et cauſa non poteſt repelli, ut per glo. not. in c.
ext. de conſangui. et affini. quā ponderat ibi Pan. ad Sta-
tuta facientia mentionem de teſtibus omni exceptione
maioribus, et idē ſi diceret idoneis, quā hoc idem ponde
rans Mod. ibi, et idē Pano. in c. at ſi clerici de iudi. et Al-
beri. in l. optima, circa fi. C. de contrah. et cōmit. ſtipu. et
quod teſtis dicatur omni exceptione maior, quādo nul-
la imputatio contra eum fieri pōt, et nihil penitus patia-
tur, tenet glo. et in §. itē, Inſtit. de inutili ſtipula. Bal. in
l. maritus, ff. de quæſt. Ioan. de Ana. conſi. 17. nu. 8. Bald.
11 in rub. de controuer. inueſti. & dictam regulam cōmu-
nem ꝙ unus teſtis faciat ſemiplenam probationem, li-
mitat Cur. in repetit. dictæ l. admonendi in ſeptuaginta
ſeptem caſibus, & ponit, et optime declarat Lancillo-
tus Corradus in tracta. de decurionibus, lib. 1. c. 11. de
prætnre, §. 11. de offic. prætor. nu. 1. & ſeq.

Teſtimonium unius teſtis facit ſemiplenā probatio-
nem, non aūt plenam, ut late ſupra deduximus, etiam ſi
conſenſus ambarū partium litigantiū præceſſerit, quæ
rem omnē aſſeuerationi, ſeu diſpoſitioni dicti teſtis cō-
miſerint. unde iudex hoc caſu ex conuentione, et cōſen-
ſu litigantium non tenetur, nec poteſt unius teſtis aſſer-
tioni ſtare, ſecundum gl. Dyn. et Rayne. in l. Theopom-
pus. ff. de dote præleg. idem tenet Bar. in l. 1. §. fi. nu. 2. ff.
de uer. obli. ubi Alciat. n. 23. & ſeq. ait hanc opinionem
eſſe communem, et Alex. conſ. 47. nu. 4. uolu. 1. et conſi.
54. nu. 1. uol. 2. idemq; fatetur Iaſ. in l. iuſiurādum, quod
ex conuentione, col. 2. ff. de iureiu. in contrariam uero
partem, quōd conuentione, & conſenſu litigantium fie-
ri poſſit, ut teſtimonio unius teſtis plena fides adhibea-
tur, inclinauerunt Spec. in tit. de teſte, §. reſtat. 24. fallen
tia. Rom. Alex. Aret. et Moder. in d. l. 1. §. fi. ff. de uer. ob
lig. Crotus in trac. de teſtibus, in 6. parte, col. 2. hoc idē
ſenſerunt gl. in c. ueniens el primo, et in c. l. licet uniuer
ſis teſti. de ubi Doc. ſequuntur eandē opinionem, quam
aſſerit cōem Iaſ. in præallegato. §. fi. nu. 8. et iſtam ulti-
mam ſententiam mihi ſequendam fore cōſtitui, tanquā
magis æquam, et melioribus rationibus uallatam, quæ
communis opinio ita amplexa intelligitur cum grano
ſalis procedere, quando conſenſus præſtatur certæ per-
ſonæ, & nominatim quo ad certum negocium, ne aliter
præbeatur anſa fraudibus, & falſitatibus, ſecundū Ang.
in l. pactum inter hæredes, ff. de pact. ſententiæ, cuius mi
nimit Iaſ. in repe. l. admonendi, nu. 100. & 200. ff. de iure
iur. Aret. nu. 40. Soci. nu. 5. Iaſ. nu. 9. & Alciat. nu. 28. in
d. l. 1. §. fi. ff. de uerb. oblig.

Teſtis unus deponēs de ueritate, & fama publica, &
alius teſtis deponēs de fama publica dūtaxat, plenè pro
bant. ſecundum Bal. in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de libe. &
poſthu. & iſtam Bal. doctrinam aſſerit eſſe mirabilem,
perpetuoq; memoriæ commendandam, ex eo quod nō
habet contradicentē, Alex. in d. §. ille caſus, & alij doct.
ibi & Mod. in l. admonendi, ff. de iureiu. ideoq; in con-
ſulendo, iudicandoq; ſuadendum eſſe duxi, ſequendā fo
re dictam doctrinam Bal. tāquam cōem, et ueriſſimam,
quia ſecundum Paul. de Caſt. conſ. 152. uiſo puncto, col.
fi. uol. 2. et in l. ſi uniuerſæ, col. fi. C. de leg. in cauſis deci
dendis non eſt praua Bald. opinio, præſertimq; ubi non
habet contradicentem, imò tutum, ac irreprehenſibile
eſt iudici, ſecūdum opinionem Bal. iudicare, maximeq;
ubi non habet contradicentē, ut refert Deci. conſ. 283.
col. 2. et Iaſ. in l. ſi q̄s in fundi uocabulo. co. 3. ff. de leg. ii

Per unum teſtem actor probans ſemiplene, et ſuccū-
bens, quia non ipſi actori, ſed reo eſt delatum iuramen
tū, non condemnatur in expenſis, quaſi per illum teſtem
uideatur habuiſſe iuſtam litigandi cauſam ueriſimiliter
credendo, ꝙ ſibi deferretur iuramentum, ſecundū Ioan.
And. Pet. de Ancha. Bu. & communiter omnes Cano-
niſtas in c. finem litibus ext. de dolo, & contuma. Bal. in
l. 1. C. de aduoca. diuerſo. iudi. Alex. in l. properandū. §.
ſin autem reus, C. de iudicijs. quam quidem cōmunem
ſequuntur, & atteſtantur Docto. paſſim, et præſertim in
præcitato c. finem litibus, & Moder. in reper. l. admonē-
di, ff. de iureiur. & iſta communis procedit, ſecundum
præcitatos Doct. quando teſtis productus per actorem
erat omni exceptione maior, alias ſecus.

Teſtis unus, et confeſſio facta abſente parte faciunt
plenā probationē, caſus eſt in c. fi. de ſucceſſi. ab inteſta.
pariformiter unus teſtis, & fama eo caſu, quo fama facit
ſemiplenam probationem plenè probant, c. 1. de appel.
ubi glo. & l. 3. §. eiuſdem, ff. de teſti. & idē dicendū eſt in
ſimilibus caſibus. & quāuis iſtæ duæ ſemiplenæ proba-
tiones ſint diuerſi generis, tn̄ ſi tendant ad unum finem
faciunt plenam fidem iudici, ſecus uero ſi ad diuerſa tē-
dāt, quia tunc duo imperfecta non facerent unum per-
fectum, idem dicendum eſt in duabus ſemiplenis pro-
bationibus eiuſdem generis, ut puta in duobus teſtibus,
tunc nemini dubium eſt, quōd duo teſtes faciūt plenam
probationem, ita, & taliter concluſiue, et formaliter te-
net Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. cuius opinionem
ſequuntur Doct. cōiter, ut refert Saly. in l. in bonæ fidei
uerſi. uiſis his quæ ſemiplenā probationē faciunt. C. de
iureiu. et inter cæteros Doct. ei inhærent Bald. in l. ſi ex
cautione quæſt. 12. C. de nō nu. pecu. in l. unica in prin-
cip. C. de cōfeſſis, in l. per hanc, C. de temp. appel. in l. ſi
quis ex argētarijs. §. 1. ff. de ædē. et in l. 2. C. de bo. pol. ſe-
cundum

ſundum tab. Idem Bald. & Panor. in c. cum cauſam, ext. de probat. Panor. et Anto. de But. poſt glo. in c. ueniens el 1. ext. de teſti. Ancha. conſ. 277. uiſa diligenter, Panor. conſ. 16. Alber. poſt glo. in c. inſtrumenta, C. de probat. Ang. Aret. in tract. maleficiorum, uerſ. an, & fama ſit ſufficiens indicium ad torturam, num. 41. & Alex. conſ. 216. animaduerſis his: col. pen. uolu. 4. & Iaffredus Lancrancus, deciſ. 56. & dictam opinionem communem quod duo teſtes eiuſdem generis faciant plenam fidem iudici, intelligerem procedere, ubi eſſent conteſtes in omnibus prædimētis traditis per Bald. in d. l. de quibus circa ſ. ff. de leg. & in l. teſtiū, C. de teſti. ſecus uero ſi eſſent ſingulares, quia non coniungerentur, cum tenderent ad diuerſa, non aūt ad idē probandū, c. cū dilecti, & ita tenet Ant. de But. in d. c. ueniens, ideoq; unus teſtis, de una cōfeſſione abſente parte aliusq; de alia nō iungerentur, ſecundū Ant. de But. in c. licet ex quadā. col. 3. ex. de teſti. & Panor. in c. cū cām, col. 4. ext. de probat. dicentē ibidē: idē eſſe ſi unus teſtis deponat de uero mutuo, & alius de cōfeſſato, idē firmat Sal. in c. fi. ext. de conſuet. & in l. 2. §. circa fi. ff. ſi cer. pet. quod uberius declarat Laur. Syluanus, conſ. 51. nu. 52. & ita fuit iudicatum in ſacro Conſilio Neapo. ut refert Afflict. deciſ. 364. nu. 3.

Teſtis unus de ueritate, & alius de confeſſione emanata præſentē parte, ſeu duo teſtes de emanata cōfeſſione parte abſente, ſeu de fama publica plene probant ſimul iungendo, ita Bal. in rub. de controuer. inueſti. & in l. ſi quis ex argē tariis, in prin. ff. de eden. et Pau. de Caſt. ſequendo Bar. in l. admonendi, ff. de iureiu. in cōſ. 229. uiſa petitione, ubi tenet unum teſtem de uero numerali actu, & duos de confeſſione abſente parte plene probare, & circa hoc abunde ſcripſimus ſupra tenendo præcitatam opinionem tanquam uerisſimam, et canonicam, et late probat Lauren. Sylu. conſ. 51. nu. 12. ſi uero nota confeſſio eſſet facta, in ciuilibus extra iudicium præſente parte, & probaretur per duos teſtes, faceret utiq; plenam probationem, et præiudicaret heredi cōfitent ſecūdum Bal. in l. 1. col. fi. C. de delicto defunctorū, et Soc. cōſ. 228. col. 1. uol. 2. & Alex. conſ. 19. col. 4. & cōſ. 22. col. 1. uol. 4. ubi aſſerit, quod ultra præſentiam partis requireretur etiā acceptio, nihilominus obſeruatur cōiter cōtrariū, uidelicet quod non requiratur dicta acceptatio, ut & omnes Doc. paſſim teſtantur, et Mod. in add. ad Ale. in præallegatis conſiliis, & Doct. relati per Petrū Duenas in ſuis regulis, reg. 119. nu. 1. ubi atteſtatur contrariam opinionem eſſe communem poſt alios quamplures congeſtos per eum.

V

VENDITOR de iure Ciuili, Canonico, & in conſcientia agere poteſt ad intereſſe contra emptorem, qui percepit fructus rei emptæ, et fuit in mora ſoluendi preciū, l. curabit, ubi tex. glo. aut. Bal. et Doc. C. de ac. emp. cum hoc tamen quod huiuſmodi intereſſe petitū non excedat conſiderabili quantitate perceptionē fructuum perceptorū, cum pro percipiendis et non perceptis non teneatur uenditor ad intereſſe erga emptorem ob precium non ſolutū, & iſta eſt magis communis opinio, ut refert Soc. in l. de diuiſione, n. 13. cum ſeq. ff. ſol. matr. ubi Bar. et alii Doct. Pau. de Caſt. in l. Iulianus. §. ex uendito, ff. de act. emp. Laur. de Rodulphis in trac. de uſur. in 2. parte, 4. oppoſito. Io. de Ana. in c. in ciuitate, circa prin. de uſuris.

Vendens rem cum pacto francandi, non poteſt agere aliqua reali actione contra illum, in quem iſta res per emptorem alienata fuit, ſed tamen contra primum emptorē actione perſonali, ut per Alex. conſ. 50. uol. 5. fere per tota, & Gozadi. in reper. l. 2. C. de pact. inter emp. et uend. nu. 44. cum aliis ſeq. quā Alexan. opinionem licet Soc. impugnauerit, conſ. 80. uol. 3. in prin. ſequēdo Pau. de Caſt. & Cum. tenentes contra Alex. in locis ibi a Soci. citatis, et quorū opinionibus dixit Soc. non minus eſſe defferendū, quam authoritati Alex. & quamuis cōtra Alex. ſentētiam tennit Cum. Io. de Ana. et Ant. a urgos in locis citatis a Cagnolo in reper. d. l. 2. nu. 133. tamen Alex. opinio magis cōiter recepta eſt a Doct. eam enim ſequitur Fulg. in l. ſi cū uenderet. ff. de pignora. act. Iaſ. in l. ab emptione, col. 3. ff. de pact. Ruy. conſ. 32. uolu. 5. Ripa, Ferdi. Dec. Curt. Senior, et Caſſaneus in lecturis, et conſiliis citatis a Cagno. in d. l. 2. nu. 134. a qua quidem communi nullatenus eſt recedendum in conſulendo et iudicando iuribus, & rationibus uulgaribus.

Venditio iurata cum clauſula pregnanti ex certa ſciētia, et aliis apponi ſolitis in cōtractu uenditionis: caſu quo in ea nota uenditor eſſet læſus ultra dimidiam iuſti precii, utiq; non poſſet reſcindi, ſecundum gl. Bar. Bal. q. 4. Saly. q. 7. Paul. de caſt. et omnes in l. 2. C. de reſcin. uendi. ubi Mod. atteſtantur hanc eſſe communem opinionē, et Caſſadorus deciſ. unica in tit. de emp. et uēdi. ubi ponit iſtam eſſe communem ſententiam omnium Doct. utriuſq; cenſuræ, et conſtat etiam hanc eſſe communem ex congeſtis per Barb. conſ. 55. nu. 20. uol. 2. et conſ. 42. nu. 31. eo. uolu. & Boer. deciſ. 142. nihilominus Rota Rom. in contingentia facti conſuluit contrariam, & dictā cōem reprobauit, ut refert Caſſadorus in d. deciſ. unica, quæ quidem authoritas Rotæ uidetur uerior & æquior, eāq; caſu eueniente in iudicando, et conſulendo, conſtanter amplecterer per argumenta, et rationes relatas per Abb. in c. quintauallis, col. 15. de iureiuran. & Caſſador. in d. deciſione unica per totam.

Venditor dans, tradens, donans, et donare intendens emptori illud, quòd plus ualebat res alienata ac uendita, poteſt optimo iure uenditionem ſub prætextu deceptionis ultra dimidiam iuſti precii reſcindere, ſi cōſtet ignoraniſſe ualorem illius rei alienatæ, ſecundum Guil. de Cun. in l. ſi tibi decē, in prin. ff. de pac. Azo in ſumma de reſcin. uenditio. Bart. in l. ſecunda, C. de reſcindenda uendi. & in l. ſi quis cū aliter, ff. de uer. oblig. Bal. Alex. Iacob. de S. Georg. et Iaſ. col. 4. in l. et ſi poſt tres, ff. ſi quis cautel. ſecus uero ſi ſciebat ualorem rei uenditæ ipſe uenditor, tunc enim perdit omnino remediū d. l. 2. nec uenditio per læſum ultra dimidiā iuſti precii reſcindi pōt, et ita fuit diſtinctio Bar. in d. l. ſi quis cum aliter, in 51. q. cum quo ſentiunt omnes Docto. cōiter ibidem, et in præcitata l. 2. Mod ſequuntur, et atteſtantur dictam communem, et Boer. deciſ. 142. ſed nonnulli Doc. tenuerunt contrarium, quorum rationes late proſequitur Abb. et in c. cum contingat de iureiur. et in c. quintauallis, eo. tit. col. 15. et ſeq. ubi refert Bal. dicere communiter in practica obſeruari, quod non obſtante quacunque uerborum cautela ob enormem læſionem peti poſſet reductio ad arbitrium boni uiri, tamen non eſſet tutum a prædicta communi diſcedere aliquo pacto, quia difficile foret contra eam obtinere in practica.

Venditor non tenetur præciſe rem tradere, ſed præſtando intereſſe liberatur, per tex. in l. 1. ff. de act. empt. concordat l. ex empto. §. eo. tit. et not. Aret. in § j Inſtitut. de donat. alibi uero glo. diſtinguit in §. precium. Inſtit. de empt. et uendit. quòd uenditor habens facultatem tradendi rem uenditam, poteſt cogi præciſe manu militari, et etiam per pœnas, & mulctas ad tradendū poſſeſſionem realem rei uenditæ emptori, nec liberatur præſtando intereſſe, quam gl. meliore de corpore iuris appellat Are. ibi, et eius opinionem dicit æquiorem gl. in d. l. 1. eamque ſequuntur ibi Bar. Bal. Pau. de Caſt. & Fulg. Bar. nu. 5. Pau. de Caſt. col. pen. Alex. col. 2. Iaſ. n. 25. et Dec. col. 6. in l. actionib. ff. de in lit. iuran. Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur, in 2. q. ff. de uer. oblig. & poſt eum ibi Roma. nu. 58. Alex. n. 30. Iaſ. nu. 35. Clau. Aquen. num. 40. et Ruy. nu. 30. dicunt ac audacter fa-

tetur hanc eſſe communem opin. idem dicit Alex. in l. certi condictio, nu. 12. ff. ſi cert. peta. Deci. nu. 2. Pau. de Caſt. in l. ſi traditio. C. de acti. empt. Iaſ. in l. quoties, nu. 34. C. de rei uendi. Feli. poſt Imo. in c. cum Io. nu. 35. de fide inſtru. Boer. deciſio. 48. col. 1. Pet. And. Gramma. in tract. permutatio. num. 29. Fabia. de monte in tracta. de empt. & uenditio. in 6. q. prine. nu. 38 ubi citat infinitos Doct. et deniq; ibi fatetur hanc eſſe ueram, & cõem opin. & Couarr. in tracta. reſolutionum iuris ciuilis c. 19. nu. 1. lib. 2. & Tiraqu. in tract. conſtitu. poſſeſſo. in 1. par. nu. 35. declaraturq; iſta communis militer, ꝙ nec liberatur uenditor ab actione perſonali ex empto per conſtitutum de poſsidendo nomine emptoris, uel precario, quin teneatur tradere poſſeſsionẽ prout eſt facti, et non iuris, et ſic poſſeſsionem realem, manualem, et effectualem, & corporalem, ſecundum gl. in l. Iulianus. §. ex empto. de actio. empt. Bald. Ang. Pau. Caſtren. in l. ab emptione de pact. & Cyn. in l. 1. in fin. C. quando liceat ab empt. diſcedere, & iſta eſt communis opinio, teſte Ruino conſi. 94. nu. 1. uol. 1. nec ab re hoc firmant præcitati Docto. ꝙ præciſè teneatur ad tradendum rem uenditor conſtituens ſe precario poſsidere emptoris nomine, q̃a res eſt effecta empt. ut per Bal. in repeti. l. Emilius, colu. 10. uer. ego cogitabam defendere, ff. de minor. declaratur quoque dicta communis in tãtum procedere, quòd promittens uendere alicui, teneretur ad rem tradẽdam præciſè, quia promiſſio de uendendo dicitur indiuidua, l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de uerb. obli. ubi Bar. & l. omnes hoc tenẽt, & idem Bar. in l. cui uſufruc. ff. de uſufruc. leg. & iſtam ponũt eſſe cõem opinionem Ruy. conſ. 27. nu. 1. et 6. uol. 4. et Cur. iuni. conſ. 74. in prin. & procedunt de plano, omnia prædicta ſi precium rei emptæ fuerit ſolutum, uel aliter eo nomine ſatisfactũ, tunc enim bene tenetur uenditor præciſè rem ipſam tradere alias ſecus: imo rem prædictam poteſt retinere loco pignoris, l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. emp. & d. l. ex empto, in prin. & hoc uidetur ſentire expreſſe Bal. in l. fin. C. cõmo. ubi dicit quod uẽditor poteſt retinere rem uẽditam pro precio non ſoluto, imò etiã pro uno nummo non ſoluto, poteſt optimo iure, totam rem retinere, ut latius declarat Fabianus de Mõte in loco præallegato.

Vendere rem propriam nemo inuitus cogẽdus eſt, l. inuitum, C. de contrah. empt. l. nec emere, C. de iure delibe. l. inuitos, C. loca. Fallitq; iſta regula, ſeu declaratur non procedere in caſu, in quem reſpublica grauaretur annonæ inopia, tunc enim & ſi quis merces uenales nõ expoſuiſſet, nec eas publice uenditioni obtuliſſet, nihilominus ad earum uenditionem cogendus eſt, ubi reſpublica annonæ inopia premitur, et quidem iuſto precio a Principe, uel Magiſtratibus definito, ne quis libere res neceſſarias hominũ alimentis quocunq; precio grauiſſimo quidẽ ob rei penuriã uendat, et hoc colligitur ex l. 1. C. de epiſc. audien. ubi Bar. et ſcribẽ. omnes cõmuniter Panor. et alii Canoniſt. uno omniũ ore in c. 1. de empt. & uẽditio. Bar. in l. annonã, ff. de extraord. crimi. Lucas de Penna eleganter in l. 1. C. de quibus muner. liceat ſe excu. uerb. temp. Iaſ. in l. 1. col. 2. ff. de legi. Afflic. in 3. q. in procemio conſtit. Neap. Bal. & Ang. in l. ſi pendẽtes, §. ſi quid cloacarii. ff. de uſufru. per tex. ibi, & Fely. in d. c. primo de emp. et uendi. ubi Mod. & in locis præcitatis atteſtantur hanc eſſe communem opinionem. Fallit prædicta regula, ſecũdo loco ubicunq; quis exponeret publice res proprias uenditioni, et illæ res pertineãt ad uictum, et ueſtitum hominum, etenim æquũ eſt tunc, ac Reipublicæ conueniens, etiam ceſſante inopia rei, quòd publicus uenditor cogatur iuſto precio uẽdere res, quas uenditioni expoſuit, tex. eſt, ſecundum Abb. & Burgenſ. col. 5. in d. c. 1. C. de epiſc. audien. gl. in l. non enim, ff. de re. amota. Marſi. in l. 1. §. quidam deponere, num. 6. ff. de quæſt. Dyn. & Bar. in d. l. non enim, et quãuis Iaſ. in d. l. nec emere, contrariũ tenuerit, tamen in his, quæ pertinent ad uictũ procedit de plano prior ſententia ſecundũ Alber. in d. l. non enim poſt alios huius opinionis authores, quorum opinio communis eſt, ut audacter aſſerunt Mod. in d. c. 1. et nonnulli Doct. iam relati. Fallit ſimiliter præfata regula in multis alijs caſibus, quibus cogitur quis uendere iuſto precio res proprias, quos tradiderunt glo. et Doc. in d. l. in uictum, glo. et ibi Alberi. et Iaſ. in d. l. nec emere, Roma. in l. 2. nu. 7. ff. ſol. mat. Afflict. in d. procemio Conſtit. Neapo. q. 3. Bal. et Ange. in d. §. ſi quid cloacarij, Rub. conſ. 92. Marſ. in d. §. quidam diſponere, et Tyraq. in tract. de retrac. lib. 1. in præfat. nu. 15. et in §. 3 glo. 3. nu. 1. et Soc. in tract. fallẽt. in reg. 435. uendere rem ſuam nemo compellitur.

Venditor licet certo ſciat litem motam fuiſſe contra emptorem rei a ſe uenditę, nihilominus non tenetur de euictione ob huiuſmodi ſcientiam, niſi emptor nunciaret ſibi litem motã, ſecundũ Bar. in l. non ſolum, §. morte, ff. de oper. no. nun. Spec. Io. And. et Ancha. in c. ſi. de emp. et uend. in l. ſi. Bar. Bald. et Ang. per illum textum in l. qui abſentem, ff. de procurat. Alex. nu. 52. et Iaſ. nu. 26. et ſeq. in l. 2. §. uoluntatem, ff. ſolut. matr. qui dicunt hanc eſſe communem opinionem.

Vendens, ſeu donans eandem rem duobus, ille præfertur in dominio detinendo, cui prius rès ipſa tradita fuit, non attẽto cui prius fuit uendita, uel donata, l. quoties, C. de rei uendi. ubi Doc. dicunt hanc eſſe firmiſſimã iuris regulã, et Ruy. conſ. 157. nu. 6. uolu. 4. et Marſi. ſing. 82. incip. uolo tibi dare aliquas notabiles, et ſic emptor ſecundus, cui res tradita fuerit præfertur priori emptori, et ratio dictæ regulę uidetur iſta, quia dominiũ regulariter non poteſt in alium trãsferri aliter, quã per traditionem, l. traditionibus, C. de pactis, igitur ex duobus emptoribus is potior cenſebitur, quo ad dominij acquiſitionẽ, et retentionẽ, cui res prius tradita fuerit, licet in contrahendo poſterior fuerit, l. ſiue aũt, §. ſi duobus, ff. de publicia. et l. ſi ea res, §. ſi. ff. de act. emp. huiuſmodiq; rationem tradidit gl. et omnes ſcriben. cõiter, ut refert ibi Iaſ. in d. l. quoties, nu. 3. in ſi. ſed declaratur iſta primum non procedere, ubicunq; res ipſa eſſet uendita duobus, quorum prior eccleſia, uel ciuitas eſt, in quas nota ex priuilegio dominium abſq; traditione transfertur iuxta, l. ſi. C. de ſacroſan. eccl. hoc enim caſu prior iſte emptor Eccleſia, uel ciuitas præferendus eſt, et ſi alteri poſtmodum res uendita, uel tradita fuerit, ſecundum Io. And. Abb. et omnes in c. cum continebatur de his quæ fiunt a præla. gl. Bar. et alios in d. §. ſi duob. et omnes in d. l. quoties ubi Iaſ. nu. 4. ſupponit iſtam eſſe cõem opinionem, et Mod. in l. qui duobus, ff. de falſis, quam quidem communem ſequitur Rom. conſ. 298 circa præmiſſam dubii conſultatonẽ, Panor. conſ. 91. n. 74 lib. et Goza. conſ. 13. et Marſi. ſin. 82. incip. uolo tibi dare aliquas notabiles, et utiles limitationes. Interpretatur ſecundo loco præfata regula non procedere, quãdo Princeps uenderet, uel donaret eandẽ rem duobus, hoc caſu præfertur primus emptor, quia ex ſolo contractu, ſeu donatione Principis transfertur dominiũ ſecundum Io. And. in c. olim de uer. ſig. Aret. in l. 3. col. 2. ff. de acq. poſſ. Ang. in l. officiũ, ff. de rei uend. Bal. et Iſer. in c. 1. §. a inueſtitura, nu. 2. de noua forma fideli. Docto. omnes in d. l. traditionibus, Rom. in d. conſ. 298. Ab. cõſ. 94. col. ſi. lib. 2. conſ. 1. nu. 7. uol. 5. et Iaſ. in d. l. quoties, n. 10. qui dicit dictam opinionem non habere contradicentẽ, en Pari. conſ. 2. nu. 58. uol. 2. dicit cõem, et doc. in d. l. traditionibus. Limitatur prædicta regula tertiò non habere locũ, ſeu claudicare in Eccleſia, et eccleſiaſticis perſonis uẽdentib. eandẽ rem duobus, quia tũc primus emptor ſecũdo præfertur, etiãſi traditio realis facta fuerit prius quã primo emptori, ſecũdũ Hoſt. et Io. An. in d. c. cũ cõtinebatur, Ro. in d. con. 198. et in auth. ſimiliter. C. ad le-

gem

gem Falci.et Marſi.in d. ſing. 82.et in d.l.qui duob. nu. 5.in contrariam uero opinionem inclinauit ꝙ præferatur in iſto caſu primus emptor, Ant.de Bui.Cardi.Floren.Anch.& Abb.in d.c.cum continebatur, Bart.Soci.conſ.29.li.4.Iaſ.in l.fi.nu.29.C.de ſacroſ.eccle.& in d.l.quoties,nu.30.ubi aſſerit hanc communem opinionē, & Alex.quoque conſi.182.lib.5.col.2.Pariſi.in d.conſ.21.nu.20. Fallit ſimiliter procedere, quando ſecundus emptor bonam fidem habet, nam ſi ſecundus emptor ſciens fuerit uenditionis primo loco alteri factæ eiuſdem rei, licet eidem tradita ſit cum fraude, tamen per primum emptorem res ipſa ab eo reuocabitur, et euincetur per actionem in factum pretoriam competentem ad reuocandum alienata in fraudem ſecundum gl. communiter approbatam in c.ſi tibi abſenti de præben.lib.6.Bald.in rub.C.de reuocan. his quæ in fraud. credito. glo.Alberi.Sali.& Iaſ.nu.26.in d.l.quoties, Marſi.in d.l.qui duobus, num.10.

Contractus emptionis,et uenditionis,uel alius ſimilis contractus, ut dici poſsit pignoratitius,uſurarius,& ſimilatus requiritur neceſſario probari tria modicitas, ſeu tenuitas precij, pactum de retrouendendo, & conſuetudo fœnerādi, uel ꝙ emptor ſit ſolitus fœnerari.& concurrentib.iſtis tribus, contractus ipſe iudicandus foret ſimulatus,nec duo ex iam dictis ſufficerēt aliquo pacto ad probandum ſimulationem,ut uoluit Bald.in c.1. de feu.dato inuicem legis commiſſo. Archidi.in c.quia pleriq; 14.q.3.Ioan.And.in c.illo nos de pign.Iaco.de Aret.Cyn.Sali &alij in l.emptione.C.plus ualere,quod agitur Cardi.& Anch.in c.ad noſtram de empt.et uendit.Gozadi.in repet.l.1.C.de pact.inter empt.et uendi. alios referens,& Cagno.in repe.l.2. C.de reſcin.uendi, et iſtam opin.ait eſſe cōem Alex.conſi.109.col.fi.uol.4. Deci.conſi.167.Gramm.deciſi.76.nu.26.et ſeq. & Caſſadorus deciſio.8.num.2.in tit.de uſuris,& ita conſuluit Boerius,conſi.12.In contrariam uero ſententiam, uide licet ꝙ contractus eſt iudicādus fœneratitius ſolummodo ex duobus,ſcilicet ex precij modicitate, & pacto de retrouendendo abſq; eo,ꝙ emens ſit ſolitus fœnerari, inclinauit gl.in c.conqueſtus de uſuris, et in d.c.ad noſtram quam ſequitur ibi Inno. Hoſti.Io.And.Imo.But. Abb.Bal.Alber.Pau.de Caſt.et Fulgn. in d.l.emptione ubi aſſeuerant prædictorū opin.eſſe cōem,et Alex.reuocando iudicium in melius,conſ.120. uol.4. et conſi.46. in prin.uol.3.ubi dicit aperto ore hanc partem eſſe magis cōem,et Boeri.deciſ.182. nu.10. et ita uigore dictæ ſecundæ,et ultimæ opinionis magis cōis conſuluit ſacrum concilium Neapolitanum,teſte Afflicto,deciſ.65. & Grammatico in præcitata deciſio.76.nu.30.cum alijs ſeq.& Rota Rom.ut refert Caſſadorus in dicta deciſ.12. & ita conſuluit quoq; Crauet.conſi.156.nu.8. et iſta eſt uerisſima,canonica,et magis communis opin.et obſeruanda in practica,ut atteſtatur Iaco.in l.rogaſti.§.ſi tibi dedero,ff.ſi cert.peta.pro qua ſemper intrepidè iudicarem,& conſulerem caſu eueniente, ut ſecundū eam conſuluit etiam eleganter,et doctè Marcus Ant.Natta.conſi.198.uiſo,et bene conſiderato themate, &c.

Verbum conuenit oppoſitum,uel prolatum in inſtrumento non impedit ſtipulationem,ſecundū Bar.in l.lecta.ff.ſi cer.pet. cuius opinionem fatetur eſſe cōem Ripa ibidem nu.16.et D.Pontanus Peruſi.n.2.et Marcellus Berin.in rub.ff de uer.obli.& Cremenſis,ſing.139.licet Iaſ.in l.lecta,et Fortunius Garſi. in l.1.ff.de pactis, audacter aſſeuerent aliam ſententiam contra Bart. eſſe cōem,cæterum prima opinio uidetur magis cōis,ut per Ripam in d.rub.ff.de uer.obli. nu.26. quæ quidem tanquam uerisſima limitatur primū non procedere, qñ dictum uerbum conuenit reperiretur apud acta,tunc profecto calore iudicij importaret ſtipulationem, non aūt pactum nudum,ſecundum Bal.in l.ſciendum in 2.lectu, ff.de uerb.obli.cuius dictum pro ſingulari,& peregrino recenſuit Crem.ſing.119.Secundo coarctatur quod eſt uerum ꝙ uerbum conuenit in dubio non importat ſtipulationem,niſi proferatur interrogatiuè, ut per Zaſiū in d.rub.ff.de uer.obli.pura habeo hoc à te? et Soci.loco de quo ſuprà,nu.16.et Alciat.in l.1.§.ſi quis ita,ff.de uerb.obli.ſed tamen cōtra hoc tenet Azo. in ſumma uel in rub.C.de inutili ſtipu.at magiſter meus, D.Reſtaurus Peruſinus,dum publicè interpretabatur d.rub,ff.de uerb.oblig.aſſerebat ueritatem eſſe contra Azonem, et eius lecturam ibi eſſe corruptam.

Verbum promitto redactum in inſtrumento, ſeu ſcriptura importat ſtipulationem.§.ſi ita ſcriptum, Inſti.de inutil.ſtipu.et hæc eſt cōis opinio ut ferè oēs atteſtātur in rub.ff.de uerb.oblig.et Mod.Hiſpani in l.iuriſgentiū, ff.de pactis in princ.Ampliatur dicta communis non ſolum procedere in ſcriptura publica, uerum ēt priuata, ut in apodiſſa, et ſuper hoc eſt aliqualis controuerſia inter Doctores,ſed communis concluſio Doct.eſt, ſecundum Marcellum Berincuſium in rub.ff.ſi cer.pet.ꝙ idē ſit,ac in ſcriptura publica. et de iſta communi opinione atteſtatur ēt Io.Bapt. Caccialup. in tract. de pact.in 4.q.et Moder.Mediolanenſes,in l.1.n.31.ff.de uer.obli. contrarium tñ tenuit Soci.Antiq.conſ.267.li.1.pſens,et Iaco.Naue.in leg.1.C.de committen.ſtipu.ubi ait ꝙ ſcriptura priuata facit fidem, ſi fiat à perſona non inducta, ſecus ſi fieret à mercatore,Soci.iunior conſ.131. lib.3. iamdiu,ubi dicit ꝙ.§.ſi ita ſcriptum non habet locum in priuata ſcriptura facta a mercatore, et nota cum tris Iudex,an inſtrumenti appellatione ueniat ſcriptura priuata,& an ueniant teſtes, eſt facienda diſtinctio, an ſimus in odioſis,uel in fauorabilibus, et de hoc uide Deci.in c.1.de fide inſtru.et clem.1.de procurat.in terminis,et l.1.C.de iur. calu. uidelicet quod in fauorabilibus appellatione inſtrumenti ueniunt teſtes, et priuata ſcriptura,alias ſecus in odioſis. Limitaturq; primo dicta communis concluſio non procedere in teſtibus deponentibus aliquem promiſiſſe,tunc explorari iuris eſt uerbum prolatum à teſtibus non importare ſtipulationē, ſecundum communem opin.omnium Doct.in l.ſciendum.ff. de uer.obli.quam allegant nouiſſimè ultra alios Marcellus Berincutius in rub.ff.de uer.oblig. Limitatur ſecundo loco ꝙ uerbum promitto poſitum in inſtrumento importat ſtipulationem, quando ſunt uerba de præſenti,ſecus de præterito, ſecūdum Sali.in l.1.C.de commis.ſtipu. Tertiam limitationem tradunt Moder.in d.l. ſciendū, quando teſtes dicunt talis promiſit Titio pſenti,nam tunc importat ſtipulationem, ſecus ſi non apponerent illud uerbum præſenti, ut per Matth.de Afflict. deciſi.120.ſed contra hoc facit glo.communiter approbata in l.ſi minus.§.pactus ne peteret, ff.de pactis.

Verbum Rei capitur generaliter,et cōprehendit bona,iura,ſpecies,et ſeruos,et alias quaſcunq; res ſecundū Dec.latè in l.5.ff.ſi cer.pet.nu.7.et ſeq.in 2.lectu. et ultra eum probatur hoc inſtit.de rer.diuiſ.in prin.et inſti. de rebus corpor.et incorpo. vbi hæreditas, uſusfructus, obligationes & actiones ueniunt appellatione rerū:ſed tamen aduertendum eſt, quod non comprehenduntur liberi homines appellatione rerum, l.1.ff.de ſtatu hominum,cum alijs concordantibus relatis per Deci. in l.1. inde Niger ſumpta occaſione ibi infert ad quæſtionē de Statuto diſponēte de qualibet reſolui gabellam, ꝙ non habebit locum in libero homine, et non ſoluet gabellam,quem ſequuntur communiter Moder.in d.l.1.ut ponit expreſsè Bolognetus ibi, nu.16. licet ipſe contra huiuſmodi dictum nonnulla ſatis urgentia opponat.

Verba enunciatiua principaliter pp aliud prolata regulariter non diſponūt,et nihil operant, l.ex his uerbis. C.de teſta.mili,gl & Doc.in l.1.glo.magna.C.de falſis cau.adiect.& i.c.ſi.de ſucceſsio.ab inteſt.Limitatq; pri-

imo iſta regula ſeu concluſio uerba enunciatiua incidenter propter aliud à pagano prolata non diſponant, tamen ſaltem faciunt ſemiplenam probationem in fauorem tertij, ita ſingulariter tenet Bar. in l. admonendi, colu. 8. uerſ. item quæro ſi inſtrm publicum. ff. de iureiur. quem ſequuntur communiter Canoniſtæ in c. fi. de iureiur. ut aſſerit expreſſè Iaſ. in d. l. admonendi, et in d. l. ex his uerbis. nu. 2. Claudicat ſecundo præfata regula fauore piæ cauſæ ſecundum Bart. in repeti. l. 1. C. de ſacroſ. eccl. col. pen. & probat tex. in d. c. fi. ubi Hoſti. Io. Andr. & alij ad hoc notant, idem affirmat Panormi. conſi. 12. in cauſa quæ uertitur inter Hoſpitalem, colu. 3. uol. 1. et Cardi. Floren. in c. iudicante, colu. 4. & ſeq. de teſti. ſed tamē contra Bar. præfatosq; Doct. audacter fatetur eſſe magis communem opinionē, Soci. iuni. conſi. 109. col. antepen. uol. 2. & Crauet. in tract. de antiqu. temporum in 4. parte, nu. 60. et pro dicta quæſtione uide Pariſium, conſi. 73. lib. 1. Coarctatur tertio dicta regula, qñ uerba enunciatiua eſſent iurata tunc quippe diſponunt ſiue teſtator enunciant iuret, ſeu aſſerat ſe iuraſſe omnia & ſingula contenta in inſtrumento eſſe uera ſecundum Ang. in d. l. ex his uerbis in lectu. Peruſina per auth. quod obtinet. C. de proba. ſi quidem iurm habet uim clauſulę, ut actus ualeat omnimodo. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. ex hoc ante eum tenuit Bar. in l. ex hac ſcriptura, col. 3. & ſeq. ff. de donat. Ancha. in clem. 1. de proba. Bal. in d. l. ex his uerbis col. 1. facit l. eum quit decedens. §. codicillis. ff. de leg. 3. ubi Bar. et opinionē Bar. ibi dicit eſſe cōem Alex. conſi. 127. lib. 7. & ita etiā conſuluit idem Alex. conſ. 17. lib. 3. ubi refert Grammat. in uoto 56. nu. 5. & in octo alijs caſibus limitat dictā regulā Iaſ. in d. l. ex his uerbis, quos uide nu. 2. & ſeq. & his utiliter accedit, dicta uerba enunciatiua inter partes plenè probant, et quando principaliter diſputetur de enunciatio. ſecundum Bar. in l. ſciendum col. 51. in auth. ſi quis in aliquo documēto, col. fi. C. de eden. & in l. gerit. ff. de acqui. hæred. col. 3. quem ſequitur Deci. conſ. 539. nu. 5. & latè ponit Soci. conſ. 68. nu. 7. uol. 4. & Bal. in d. auth. ſi quis in aliquo documento, & in l. 2. C. de nup. & in c. tranſmiſſa, ext. de reſtitu. ſpoliat. et in cap. ſeries ext. de teſti. & alij congeſti per Socin. in d. conſi. 68. ubi ſcribit iſtam eſſe communem opinionem, & mentem Legiſtarum, quem refert, & ſequitur Deci. in præcitato conſi. 539. num. 6.

Verbum relinquo adiectum uniuerſitati bonorum, uel quando refertur ad legitimam, hoc caſu, certum eſt importat inſtitutionem l. his uerbis, in princ. ff. de hæredi. inſtit. & l. diuus. §. ego te hæredem, et ibi Bar. nu. 3. ff. de milit. teſta. & eſt cōis opinio, ſecundum Alexan. in rub. nu. 30. ff. ſol. matrim. quæ communis profectò non procedit, quando dictum uerbum relinquo adijciatur certæ rei, uel quantitati, ſiquidem tunc non importat inſtitutionem, ſed legatum, ut per Bar. et Bald. et Ang. in d. l. his uerbis, & Iaſ. in auth. nouiſſima, nu. 3. C. de inoſ. teſta. Deci. conſ. 496. & Ripam in l. in quartam, nu. 142. ff. ad leg. Falci. Bar. et alios in l. cogi. in princ. ff. ad Tre. Imo. in c. Rayn. de teſta. & Alex. conſi. 321. nu. 20. uolu. 2. & iſta eſt communis opinio, ut per præcitatos Doct. & Soci. tertium poſt Alex. & Iaſ. in rub. ff. de leg. 1.

Verbum diſponere ex propria ſignificatione importat ultimam uoluntatem, non autē importat diſpoſitionem inter uiuos, et ſic uerbum hoc traditur ad ultimas uoluntates, et non diſpoſitionem inter uiuos, ut eſt text. in §. diſponat, auth. de nuptijs, & tradit Alex. in rub. ff. ſol. matri. nu. 46. & ibi Ripa, nu. 16. et latè Pariſius conſ. 33. uolu. 3. ubi atteſtatur de communi opinione, et uide Afflictum in deciſio. 370. nu. 12.

Vſurarius manifeſtus nulla cautione præſtita de reſtituendis uſuris non poteſt facere teſtamentum, ca. quamquam de uſuris lib. 6. Zabare. cōſi. 91. & neceſſe eſt quod ad teſtamenti ualiditatem ipſi uſurarij caueant in uita aliter teſtamentum eſt ipſo iure nullum, ſecundū glo. in clem. eos de uſuris, et in c. quanquam, in uer. mandauerint, quam ſequuntur communiter omnes Docto. ibi, & in c. quia in omnibus de uſuris, pręſertimq; ibi Auguſtinus Beroius, nu. 52. et ſeq. quamuis quoad pœnam ſepulturæ contrarium uelit glo. in clem. 1. de uſur. in uer. manifeſtos: Limitaturq; iſta concluſio non procedere, qñ uſurarius deceſſit nulla præſtita cautione, dimiſſo tamen procuratore ad præſtandū eam poſt mortem, qua præſtita iuſtificatur teſtm̄, ut latè diſputāt Canoniſtæ, & multi hoc tenent in d. c. quanquā, confirmatq; hoc idem Cardinalis in c. ſignificauerunt de teſti. et in clem. 1. q. 23. de ſepult. ubi dicit fuiſſe deciſum publicè Ferrariæ, ualeat dictum teſtm̄, eumq; ſequitur Ioan. Dilectus in tract. de arte teſtan. tit. 5. caute. 7. Feli. in c. ad hæc, col. 5. de reſcri. et in c. qm̄ frequenter, col. 4. ut lite non conteſta. illamq; dicunt cōem opinionem, Gaſpar. de Cald. & Anch. inter conſilia Cardinalis cōſi. 40. in facto alias prædictæ conſtitutionis, col. 2. Fallit iſta concluſio ſecūdo loco, licet uſurarius manifeſtus non poſſit teſtari, niſi prius cautione præſtita, nihilominus bene poteſt donare cauſa mortis abſq; dicta cautione, ut uoluit Bal. in l. executorem. C. de execut. rei iudica. colu. 2. et conſi. 298. uol. 1. ubi refert Collegium Mediolanenſe ſic conſuluiſſe, idemq; tenet Ange. in diſputatione incipiente Aſtenſis Miles, Roma. et Imo. in l. tam his, in princ. ff. de donat. cauſa mortis, Pau. de Caſt. conſ. 283. in antiquiſſimis, Capr. conſi. 92. col. 2. Deci. conſ. 196. circa fi. Probus in d. c. quanquam in add. Io. Mona. Guil. Benedi. in c. Raynutius de teſta. in uer. teſtm̄, Ripa in l. 2. nu. 7. ff. de lega. 1. ubi audacter aſſerit hanc eſſe cōem opin. & poſt eum Soci. Iun. nu. 22. et fundatur talis concluſio iſta optima ratione, quia tex. in d. c. quanquā corrigit ius antiquum, quo uſurarij teſtari poterant l. eius qui in prouincia, in prin. ff. ſi cer. pet. & tradit Bapt. de S. Blaſio in tract. contradictionū iuris Ciuilis, et Canonici contradictione. 18. ſtatuitq; ſpecialiter ut omiſſa cautione ſit nulla nec de contradictib. quicquā dixit, ergo in eis locum non habet. l. verba geſſerunt, ff. de uer. ſig. Secundo comprobatur ea ratione dicta cautio de uſuris reſtituendis reſpicit ordinationem, et ſolennitatē teſtamenti, quo reſpectu donatio cauſa mortis æquiparatur contractui ſecundum cōem opin. de qua teſtatur Ripa in l. 2. ff. de leg. 1. nu. 10. et D. Pontanus Peruſinus, nu. 32. in cōtrariam uero partem titubanter, et ſibi parum conſtans inclinauit Bal. conſi. 294. uol. 2. Lapus in allegatio. 125. poſt Io. Calderinum in diſputatione exordiente: Canonica inſtitutione, Stepha. de Feder. in tract. de interpretat. iur. 101. par. nu. 43. Laur. de Rodul. in tract. de uſuris q. 100. Io. de Ana. in c. quia in omnibus, nu. 14. de uſuris & eſt dicti Peruſinus in rubr. de teſtam. in 6. Deci. ſibi contrarius in l. diſcretis. C. qui teſta. face. poſſ. et ante ipſum Alex. in prin. qui fatetur expreſſè iſtam eſſe cōem opin. Io. Dilectus in tract. de arte teſtan. ti. 1. caut. 7. Soc. in d. l. 2. et poſt eum Ruinus latè, col. 17. cum 2. ſeq. ubi abundè reſpondet omnibus ferè fundamentis pro contraria parte citatis, ſed in iſta ambiguitate, et in tam iuris noſtri interpretum ſententijs quid concludendum? dico caſu eueniente ego ſemper conſulerem, ac iudicarē pro iſta ultima ſententia negatiua, iſto argō potiſſimum inter alia, nā qui non habet factionem teſtamenti paſſiuè, non poteſt etiam ex donatione cauſa mortis capere. l. Senatus. in princ. ff. de donatio. cauſa mortis, ergo pari modo, qui non habet liberam factionē teſtamenti actiuè ſicut uſurarius non debet poſſe donare cauſa mortis. Limitatur tertio iſta concluſio, ſeu diſpō d. c. quāquam non habere locum in teſtō Iudæi ſecundum Ioan. Dilectum in loco ſupra citato, qui quidem Iudæi licet ſint publici fœneratores, nihilominus poſſunt teſtari nul-

la

la prius cautione præſtita, ut per Aret. cõſ. 158. copioſè in 2. dubio, & in hoc ſunt melioris cõditionis quã Chriſtiani uſurarij, d. c. quamquã, & not. Alex. conſ. 3. in cauſa & lite, uol. 2. Soci. conſ. 62. in præſenti conſultatione, col. 4. & conſ. 70. in præſenti, col. 1. uol. 1. Imo cõſ. 1. circa fi. cũ 2. ſeq. ubi dicit quòd Iudæi poſſunt, ut Chriſtiani, teſtamenta condere, & Corn. conſ. 114. licet primo, col. fi. circa fi. uol. 1. Limitatur quarto loco non procedere præallegata concluſio in donatione inter uiuos, ut per aal. pſ. 198. quæritur lib. 2. & lo. Dilectum in allegata. caut. 7. & his accedit utiliter, ꝙ uſurarius manifeſtus dicitur probatione legitima concurrente, & fama, ut per Abb. pſ. 34. attingam lib. 1. & cõſ. 1. lib. 2. & probatur etc uſurarius ex fama, & quibuſdam indicijs, ut poſt gl. tradunt Innocen. & alij in c. cum dięceſi de uſu. cum cõcordantib. ut per Fulgo. conſ. 138. uiſis præceptis. & tradit Gem in c. 1. ꝙ. et quia, col. fi. de uſu. li. 6. & uſura ipſa, ſeu conſuetudo fœnerandi poteſt per teſtes ſingulares etiã probare ſecundum magis cõem opinionem, quam citat, ſequiturque Crauet. poſt alios ibi per eum relatos, cõſi. 73. nu. 35. & accedit quoque prædictis ꝙ uſurarius non dicitur ille, qui tenet pecunias in monte, qm̃ non poteſt petere qñ uult capitale, ſecũdum communem opinionẽ omnium ſcriben. quam allegat, ac ſequi uidetur Alex. in l. item quia. §. 1. nu. 2. ff. de pactis. item occurrit quod uẽdens rem plusquam ualet, cenſetur uſurarius, c. in ciuitate, & c. nauiganti, ext. de uſuris, & iſta eſt cõmunis opinio, ut late conſuluit Abb. conſi. 5. in fi. nu. 3. uol. 1. ſimiliterque occurrit præmiſsis ꝙ bona uſurariorum nõ præſumuntur pro uſurarum reſtitutione tacitè hypothecata, ſecundum Ioan. And. & alios Canoniſtas cõiter in d. c. quanquam, quam quidem cõem ſequuntur ſimul, ac Caietani Modeſti, & Ant. Neguſantij de Fano in trac. de pignoribus, & hypothecis in 2. par. 4. membri. nu. 155. & ulterius nota ad præmiſſorum intelligentiam, ꝙ uſura dicitur in mercatore de intereſſe ante moram reſtituendæ pecuniæ paciſcente, eſto ꝙ ipſe mercator tantum lucrum in loco mutui uerîſimiliter facturus eſſet ſecundũ communem opinionem omnium ſcriben. quam expreſſè citat, & amplectitur Crauet. cõſ. 87. n. 5. item accedit hoc etiam ꝙ uſurarius aliquis dicitur, quamuis deſierit fœnerari, ſecundum doctrinam Bar. in l. prætor ait. §. is et. ff. de edendo, & in l. ſi quis ſit fugitiuus, in princ. ff. de ædili. edict. cõiter approbatam ab omnibus Doct. ut refert Deci. in d. c. ex epiſtolæ, nu. 99. ubi eam declarando nonnihil conatur ſuſtinere, & a pluribus cõtrarijs amouere, ac diuellere, item nota ulterius congruenter hic ꝙ uſurarius tenetur actori edere rationes ſuas pro intẽtione eius fundanda, quando agitur de uſuris, uel ex cã reſpiciente uſuras, ſecus aũt ſi contra uſurarium ageretur ex contractu uẽditionis, uel ex alia ſimili cauſa, quæ uſuras non reſpiciat, ut not. & tenet Anch. & Cardin. in clemen. 1. §. cæterũ de uſuris, & Bal. in c. Clerici, col. fin. de uita, & honeſta Cleri. quorum opinionem aſſirmat eſſe communem Deci. in c. ex epiſtolæ, num. 101. cum ſeq. de probatio. item accidit poſtremo quod uſurarius eſt infamis. l. improbum, ubi Bar. Pau. de Caſt. & alij communiter per illum tex. C. de infam. & Matheſil. in nota. 49. incip. nota.

Vſufructuarius cui uſufructus omnium bonorum fuit relictus, ſeu legatus, tenetur ad onera aliena ſimul, atque onus æris alieni ad ipſum ſpectabit, ſecundum aart. in l. fi. ff. de uſufru. lega. ſed in contrarium facit de directo. l. 1. C. ſi cer. peta. & l. 2. C. de hære. actio. uidelicet ꝙ uſufructuarius omnium bonorum non teneatur ad ſoluendum æs alienum, & illhæc opinio cõtra aar. uidetur cõmunis, ut patet ex congeſtis per Iaſ. in l. 1. col. 3. & ſeq. ff. ad Trebel. per Dec. pſ. 485. circa fi. & per Soc. pſ. 151. in præſenti, col. 6 & Bello. conſ. 7. n. 1. idemq; comprobatur ex his, quę ſcribit Barb. pſ. 63. illud: nã creditorib. tenentur ſatisfacere hæredes de bonis hæreditarijs, ut per Pau. de Caſt. in l. fi. §. ſin autem æs alienum. C. de bonis, quæ libe. ideoque hæres propter æs alienum ſoluendũ, & pro ſatisfactione poteſt uendere mobilia, & immobilia, antequam illa uſufructuario tradat, & tanto minorẽ uſumfructum habebit uſufructuarius l. uſufructu bonorũ, ff. ad l. Falci. & ibi Alex. & Bal. cõſ. 87. ſuper primo, lib. 5. et Paul. de Caſt. conſi. 335. in cauſa quæ uertit, et Deci. conſi. 620. ubi ſcribit iſtam eſſe cõem opinionem, licet, et male Goza. conſi. 94. aſſeueret contrarium.

Vſufructuarius cogitur cautionem præſtare de utendo, et fruendo arbitrio boni uiri, et reſtituendis rebus finito uſufructu, quales extabũt, l. ſi tibi. ff. de uſufruct. earum rerum, q̃ uſu cõſumun. et toto titulo. ff. de uſufru. quemadmodum caut. et de ſoluendo earum rerum extimationem, ut per Federi. de Senis conſ. 46. iure cautum eſt, nec poteſt teſtator uſufructuario ſatiſdationis neceſsitatem remittere. l. ſcire debetis, C. ut in poſſ. quorum legato. et l. 5. C. de uſufruct. Soci. conſ. 210. ſatis anceps, prope fin. Iaſ. pſ. 40. tria lib. 1. nam illa cautio concernit fauorẽ hæredis, quem teſtator remittere non poteſt, ſecundum gl. in d. l. ſcire debetis communiter approbatam ibi à Doct. et in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. et ultra Doct. in locis præcitatis atteſtantur de dicta communi Guido Papæ cõſ. 63. in 2. dubio. et Crauet. conſi. 574. nu. 3. cum alijs ſeq. et quamuis aal. in auth. cui relictum, C. de indic. uidui. tollen. per illum tex. ſentiat hodie correctam eſſe l. primã, et idem putat Barb. conſ. 64. clementiſsimi, lib. 2. tñ cõis opinio eſt in contrarium, ut per relatos Doct. et per Soci. conſi. 131. in præſenti conſultatione, lib. 1. cum al. legatis per Deci. conſ. 691. uiſo puncto, proinde ſcias, quòd non faceret fructus ſuos uſufructuarius, quos percepiſſet ante cautionẽ præſtitã, ut per Bal. cõſ. 21. ſuper primo hoc. lateq; per Deci. in d. conſi. 697. et quatenus ſuperius diximus teſtatorem nõ poſſe remittere cautionẽ de utẽdo, fruendoq; arbitrio boni uiri, dic ꝙ hoc uerum eſt, qñ ſcilicet uſuſfructus eſt conſtitutus in ultima uoluntate: ſecus ſi inter uiuos, quia inter uiuos poteſt cõſtitui uſusfructus. §. conſtituitur. Inſtitu. de uſufruct. et principalis contrahens põt remittere huiuſmodi cautionem, ut per Bar. in l. 1. C. de uſufruct. et ita debet intelligi d. l. ſcire debetis, et eodẽ modo intelligi debet argumentum à contrario ſenſu ibi (minimè in teſtamẽto remitti poſſe) ergo extra teſtamentũ, ſiue per hæredẽ, ſiue per teſtatorem benè poſſe remitti, quia quilibet ſibi præiudicare poteſt. Limita etiam dictam concluſionem, ꝙ licet teſtator nequeat remittere cautionem de utendo, ac fruendo arbitrio boni uiri, poteſt nihilominus remittere cautionem de præſtandis legatis, et fideicommiſsis hæredi. l. 2. C. ut in poſſe. quorum lega. et latè ſcripſi ſuprà in uer. cautionem de præſtandis.

SVMMARIVM.

1 *Vxor uſufructuaria relicta à marito, omnium bonorũ in teſtamento hæredibus inſtitutis, alimenta tantũ conſequi poteſt.*

2 *Quæ non ab hæredibus præſtanda ſunt, ſed ei authoritate propria capere licet.*

3 *Filijs tamen mortuis, etiam ſi ſubſtitutus illorum adſit, & præſertim extraneus, uxori uſusfructus integer debetur.*

1 Vxor per maritum relicta in teſtamento ſuo domina maſſaria, et uſufructuaria omniũ bonorũ filijs hæredibus inſtitutis, poteſt habere alimenta ſibi condecẽtia ſolummodò cum quadam præeminentia, et honore, ut habet uiuente marito ſecundũ aart. Paul. de Caſt. Imo. et Cuma. in l. Titia. §. fin. ff. de leg. 2. gl. Bar. Cyn. Alber.

Bal.& Sali. in auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nupſ. mul. Corn. conſ. 257. nu. 6. & 12. uol. 1. et conſ. 308. nu. 3. uol. 4. Capram conſ. 72. nu. 17. Socl. Iunior conſ. 94. nu. 2. uolu. 1. ubi dicit hanc eſſe communem opin. & conſ. 96. eo. uol. Corne. in præcitato conſi. 257. & Deci. conſ. 54. nu. 1. & idem conſuluit idem Soci. conſi 99. uol. 1. & iſta a-
2 limenta poteſt accipere, ac ſumere uxor propter huiuſmodi præeminentiam propria authoritate, nec expectare debet, ut ſibi ab hærede præſtentur, ut uoluit Io. And. in add. Specu. in tit. qui ſi. ſint legit. §. 1. Ang. in l. 1. ff. rerum amota. Alex. In l. nemo poteſt, col. 6. ff. de leg. 1. & fuit de intentione Bar. & aliorum in d. auth. hoc locū, ſed ſi filij morerentur etiam ꝙ habeant ſubſtitutum, maximeq; extraneum uxor prædicta debet habere integrū uſumfructum, ut per Bar. & alios in d. l. Titia. §. ſi. & iſtā ſcribit eſſe magis communem opinio. Soci. Iunior in d. conſi. 94. num. 2. poſt medium. Ampliatur ac declaratur hoc etiam procedere ubicunq; filius eiuſdem matrimonij moreretur, ac decederet ſtantibus filijs alterius matrimonij, tunc ſimiliter matri debetur integer uſuafructus, quia dicta conſuetudo uulgaris habet locum duntaxat ſuperſtitibus filijs primi matrimonij, ita eleganter tenuit Bald. in d. auth. hoc locum, & Ang. Areti. in tracta. de teſtam. ſol. 31. tamen Bal. reuocando ſententiam in melius tenuit contrarium in d. l. Titia. §. fin. uidelicet quòd hoc caſu uxori prædictæ debeantur ſolummodo alimenta, ſecundum conſuetudinem uulgarem, quem ſequitur ibi Imo. et ita conſuluit Ruinus conſi. 41. nu. 4. & 9 uolu. 3. ubi dicit hanc opinionem eſſe ueriorem, & æquiorem.

Vxor perdit dotem propter adulterium commiſſum, & uiolatam pudicitiam. c. plerunque, de dona. inter uir. & uxor. tenet gl. in auth. ſed hodie. C. de adulte. & Sali. communiterq; Doct. ibidem, et de dicta atteſtatur Bolognetus in rub. C. de eden. nu. 29. Amplia etiam hoc ꝙ mulier perdat donationem propter nuptias, ſi maritus eam accuſauerit, & ſniam reportauerit quoad ſeparationem thori, l. conſenſu. C. de repudijs, licet gl. in d. c. plerunque expreſſè uelit ꝙ amittat duntaxat paraphernalia, quam quidem glo. dicit cōiter approbari ab omnib. ſcriben. uarijs in locis, Boer. in deciſio. 338. nu. 2. an autē mulier amittat dotē propter oſculum luxurioſum, hoc latè abundèq; ad partes diſcutitur nouiſsimè per Bolognetum in d. rubr. de eden. num. 19. cum ſeq. Fallit dicta conclusio in uxore putatiua, ſeu de facto, quæ proculdubio non perdit dotem propter adulterium, ſicut uera, ſecundum glo. in d. l. conſenſu. in uer. ſibi, quam ſimpliciter ſequitur Alex. in l. 2. aliàs cum dotem. §. ſi. col. 2. ff. ſolut. matrimo. Bertachi. in ſuo repertorio in uer. adulter. uer. 43. in uer. maritus adulter. uer. 3. et in uer. Vxor adultera, uer. 7. et iſta glo. comprobatur per dictum Calderi. poſt Lapū in clem. 1. col. 5. q. 3. de priuile. ubi aiunt ꝙ illa clemen. puniens religioſos non habet locum in religioſis de facto, quorum religio eſt reprobata, quia eis non conuenit qualitas religionis, quod dictum ſequitur Feli. in c. accedentes, col. 3. de præſcri. pro dicta gl. quoque uidetur facere dictum Calder. conſi. 1. in titu. de hæret. ubi ait, quòd excommunicans inquiſitorem conſiſcātem bona eccleſiæ non habet locum in inquiſitore, qui de facto diſtribuit certos libros Fratrum minorū damnatorum de hæreſi: ſed tamen in contrariam partē inclinauit glo. in d. cap. plerunq;, ubi affirmat quòd Vxor putatiua, ita perdit dotem propter adulterium, ſicut uera Vxor, ne plus tribuatur Vxori putatiuæ de facto, quā ueræ Vxori, quam ſequitur Pau. de Caſt. conſi. 147. et cōſi. 154. col. 2. uol. 2. ubi dicit idem eſſe in tutore putatiuo, & minus legitimo, quòd ita puniatur non reddendo rationem adminiſtrationis, ſicut uerus tutor, tandem fatetur ipſe Pau. de Caſt. quòd Doct. in d. cap. plerumque hanc opinionem communiter tenent; nam Docto. ibi conſiderant intentionem mulieris, quæ ſecundum eius intentionem adulterium commiſit, ut ibi per Innoc. in fi. et per Abb. dicentem ſententiam glo. ibi eſſe communem: unde non mirum ſi fieret extenſio de vxore uera, ad eam quæ uerè vxor non eſt, ſed de facto, quia niſi fieret præfata extenſio ſequeretur hoc abſurdum, & inconueniens, quòd vxor putatiua, et de facto eſſet melioris conditionis, quàm uera vxor, quod eſſe non debet, l. 3. §. 1. ff. de donat. inter uir. et uxor. ubi ait etiam text. ꝙ etiam vxori putatiuæ donari non poteſt, et iſta communis comprobatur etiam per dictū Io. And. Abb. et aliorum in ca. 1. de cleri. coniug. ubi aiunt, quòd clericus de facto non contrahens matrimonium, ita priuatur beneficijs, ſicut legitimè contrahens, nec alias ſit melioris cōditionis de facto agens, quàm legitimè: et tamen qualitas matrimonij non conuenit, ſed ſatis eſt eum matrimonium contraxiſſe quoad eius intentionem, et quantum in eo fuit, ſequitur Anch. conſi. 3. & 4. col. 3. Roma. conſi. 443. col. 2. quoties enim actus de ſui natura eſt licitus ex acto nullo pœna imponitur, l. nemo martyres, C. de ſacroſan. eccle. iuncta glo. in l. eum qui duos. C. de adulte. Deci. in cap. ex tenore col. 3. de reſcrip. ſimiliter curator putatiuus non debet eſſe melioris conditionis, quàm uerus, ob id ſicut uerus curator non poteſt donationem accipere ab adulto, ita nec putatiuus ſecundum Pau. de Caſt. conſ. 352. curator col. 2. li. 1. Secundo limitatur ꝑallegata concluſio quòd non priuetur dote uxor propter adulterium, ſi maritus tacuiſſet, ſecundum Bal. et Doct. in l. ſi. C. de adulter. uar. Bald. Ang. et alios in l. rei iudicatæ, et hæredi. ff. ſolu. matrimo. Alex. conſi. 189. uolu. 6. §. latè Bermondus de publicis concubinarijs in rub. de adulterijs, nu. 72. et antè, idem uidemus quoq; in matre, quæ tranſiuit ad ſecunda uota ſuperſtite filio de hoc non conquerente, his ſtantibus ſi filius decedat, non priuatur eius hæreditate, quia filius non conquerēdo de matre uidetur iniuriā ſibi factam per eam remiſiſſe per dictum tranſitum, ut tradit Bald. in auth. ex teſtamento, col. 2. C. de ſecund. nup. Deci. conſ. 206. col. 2. Ripa in l. ſi. C. de renoc. donatio. in q. 61. col. 2. Tertio coarctatur dicta concluſio non procedere in uidua quæ non priuatur dote propter ſtuprum in uiduitate commiſſum, ſecūdum Alex. in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ. licet Pau. de Caſt. in l. ſororem. C. de his qui. ut indigu. in d. l. fideicommiſſum, et conſi. 121. et quamuis hoc non auſus ſit firmare Ruinus conſi. 155. nu. 2. uol. 3. propter diſcrepantiam tantorū patrum, tamen mihi magis placet opinio Pau. de Caſtr. omiſsis diſputationibus, cæteriſq; rationibus quæ ad confirmationē prædictę ſententiæ Pau. Caſt. adduci poſſent, quia per ſeſe patēt, et emicant. Quarto claudicat dicta cōcluſio in muliere exiſtēte in patria poteſtate tpe perpetrati delicti, quæ ſic adulterando non poteſt in dote patri nocere ſecundū Spec. in tit. de dote poſt diuor. reſti. §. formatis uer. quid ſi filia, Dy. Bal. et alios in l. 2. § ꝙ ſi in patris, per illum text. ff. ſolu. matri. et Bart. in §. uoluntatem eadem l. et Doct. omnes communiter in c. ex literis de pigno. ſi uero mulier ſit ſui iuris effecta, et ſic actio de dote ſit in eam conſolidata, iuxta l. unicam. §. uideamus. C. de rei uxo. acti. amittit dotem ex adulterio prius commiſſo, ut elegāter per Bart. in præallegato §. quòd ſi in patris circa fin. et Pau. de Caſt. ibidem in uer. item ſi uoluntate.

SVMMARIVM.

1 *Vxor exiſtentibus tribus liberis ſuccedit in quarta parte bonorum uiri, & pluribus filijs extantibus ſuccedit pro uirili portione.*
2 *Vbi matrimonium eſt ſine dote, uel cum parua.*
3 *Quæ dos tunc parua dicitur, cum ad alendum uxorē non ſufficit.*

4 Hoc

4 *Hoc autem adeo uerum eſt, ut etiam ſi uxor poſt ade-
ptionem huius quartæ efficiatur diues, huic diſpoſi-
tioni ſit locus.*
5 *Cum poſt conſumatum effectum ceſſante cauſa non
ceſſet effectus.*
6 *Imò huius quartæ detractio non per teſtatorem qui-
dem in teſtamento prohiberi poteſt.*
7 *Hæc autem diſpoſitio auth. præterea. C. unde uir &
uxor, i marito quoq; inope mortua uxore procedit.*

1 Vxor, ſeu mulier ſuccedit in quarta parte bonorum
uiri, & ſic mariti ſui ſi liberi non ſint ultra tres, aliàs ſuc
cedit in uirili portione ſecundum indubitatam, & com
munem opinionem omnium ſcriben. et legatum factū
coniugi non tollit dictam ſucceſsionem, ſed computa-
tur in partem, tex. eſt in authen præterea, C. unde uir &
2 uxor: iſta uero ſucceſsio nota habet locum, quando ma
trimonium eſt abſque dote, uel cum parua dote, ut de-
clarat Alexan. et Iaſ. poſt alios Doct. communiter in d.
3 auth. præterea, & dos iſta intelligitur parua, quando nō
ſufficeret ad alimoniam vxoris, et iſta eſt communis
opinio, ut conſtat ex congeſtis, relatisque per Barbat.
4 conſi. 74. ſcriptis lib. 4. quod quidem procedit etiam ſi
coniugi poſt acquiſitionem huiuſmodi quartæ ſuper-
5 uenirent diuitiæ: nam poſt effectum conſumatum ceſ-
ſante cauſa non ceſſat effectus l. fin. C. unde libe. et latè
6 per Deci. conſi. 24. pro uirili: Ampliaturque prædicta
ultimo loco ſimiliter procedere, ſi teſtator expreſsè pro
hiberet uxori ſuæ in teſtamento detractionem iſtius
quartæ: nam teſtator per legatum uxori factum nō po-
teſt prohibere dictam detractionem, ſecundum glo. in
§. ſi uero expreſsim, in uer. hæredem in auth. de hæredi.
& falci. cum qua ſentiunt omnes Doct. communiter, ut
patet ex congeſtis per Alexand. in d. auth. præterea, et
per ſcriben. in l. ſi eum dotem. §. ſi pater, ff. ſolu. matrim.
& confirmatur hoc ex dictis per Bald. in l. filium quem
habentem, colu. 1n. uer. deinde quæritur. C. famil. her-
ciſcun. licet Salic. et malè in d. authen. præterea, teneat
7 contrarium: Interpretantur prædicta ulterius, quòd il-
la quarta, quæ debetur ex diſpoſitione d. authen. præ-
terea, in marito inopi præmoriente uxore locuplete lo
cum habet, tam condito teſtamento, quàm ab inteſta-
to, & ſic contra uoluntatem uxoris, ſecundum omnes
Doct. in d. auth. præterea, et iſtam ait eſſe communem
opinionem Corne. conſi. 4. colu. 1. & 3. uolu. 4. et Soci.
conſi. 121, col. 4. uolu. 4.

F I N I S.

COMMVNIVM OPINIONVM IN IVRE, LOCI COMMVNES,

AVTHORE MATTHAEO, IVRISCONS. CLARISSIMO.

In fine, eiuſdem Authoris regulæ cauſarum criminalium adiectæ ſunt.

VIRTVTE, NOBILITATE, ET ERVDITIONE PRAESTANTISS. VIRO D. MARTINO AMELIO A NIEFERNBVRG I. C. CLARISS.

Illuſtriſsimi Principis ac Domini, Dn. CAROLI, Marchionis Badenſis, &c. Cancellario digniſs. Gaſparus Heruagius V. I. D. S. P. D.

PAVCIS *ab hinc annis, Ameli ampliſs. Lucubrationes quorundam excellentiſs. Iuriſconſ. Franciſci Viuij Peruſini uidelicet, Baptiſtæ Villalobos Toletani, Franciſci Turzani ab Inciſia, Iulij Clari Alexandrini, ac Ioannis Bellonij Toloſani, in lucem prodierunt: quæ meo iudicio, non tam his qui litibus definiendis in foro præſunt, quam ijs qui interrogantibus de iure reſpondent, & in Gymnaſiis iura Ciuilia publicè profitentur, magnum adiumentum attulerunt. Ordo enim iuris neceſſariò hoc flagitat, ut & iudices in iudicando, & Iuriſconſ. in reſpondendo, & Scholarum anteceſſores in docendo, communem opinionem (quæ Mario Salmonio I.C. præclariſs. definiente, eſt, de iure non aperto, uel ab omnibus probata ſententia, uel potioribus) non minus, quam uel legem uel conſuetudinem, quam nulla conſuetudo uel lex ſcripta ſpecialis uel generalis extat, nec ulla conſequentia colligi poteſt, attendant.*

Verum cum pauci ſint, quibus contingat propter ingentes occupationes, quæ ſeſe in iure uerſantibus undique offerunt, huiuſmodi opinionis ex immenſis illis, nec non ſinuoſis, & inexhauſtis interpretum commentarijs eruere: certè non immeritò magnam gratiam iſs habere debent, qui propter communem candidatorum V. I. utilitatem, talem plus quam Herculeum laborem in ſe recipiunt. Præcipuè uerò, præ alijs plus illis debent, qui iudicum officio funguntur: hi enim, ſi contra communem opinionem ius dicant, litem ſuam facere perhibentur. Cùm itaque omnes, quotquot Iuri ciuili nomen dederint, multum prædictis Iuriſc. tribuant, quòd eorum lucubrationibus ſeſe plurimum ſentiant adiutos: ſpero apud eoſdem non minorem laudem conſequuturum, & gratiam initurum, hunc Domini Matthæi, Iuriſconſulti præſtantiſs. libellum, exiguum quidem & poſthumum, tamen incredibilem præ ſe ferentem utilitatem. Quem utinam Matthæus ipſe in lucem proferre potuiſſet, haud dubiè longe pleniorem & locupletiorem edidiſſet. Ego neque plura neque pauciora do, quàm quæ habui à clariſs. doctiſsimoque uiro Domino Baſilio Amerbachio, I. C. integerrimo, qui Patauij ex ipſo autographo, unà cum regulis hiſce rerum criminalium utiliſsimis deſcripſit, mihique poſtea pro ſuo erga me ſingulari amore, communicauit: Quod uero ſine iuſſu Matthæi, & ſuorum promulgo, hoc non fit temeritate aliqua, uel ex alienis laboribus capiendæ laudis, ſed potius iuuandæ reipublicæ literariæ gratia. Quæ cauſa, apud omnes æquos & bonos ſatis me excuſabit. Peſsimos uero ſycophantas, calumniatores & uitiligatores prorſus non curo, dummodo bonis & eruditis pijsque ſatiſfaciam: Tibi autem, ampliſsime uir, ideo hoſce Locos communes communium opinionum dedico, quia tu, una cum illuſtri I. C. Domino Ludouico Gremp io, me iterum atque iterũ adhortati eſtis, ne diutius iuſtitiæ cultoribus inuiderem, ſed omnes participes facerẽ. Accipe igitur clariſs. uir, quod tantoperè deſideraſti: atque eo diu felix & incolumis utere, fruere. Optimè in Chriſto Ieſu, unico Saluatore noſtro, unà cum tuis omnibus perpetuò uale; & me meosque omnes, ut de meliore nota, ſemper commendatum habeas, obſecro. Baſileæ, IV. die Martij, Anno Salutis humanæ. 1567.

COMMVNES OPINIONES IN IVRE, COLLECTAE PER MATTHAEVM IVRISCONSVLTVM.

ABSENS, ABSENTIA.

Liberatio facta non per modum confeſsionis, ſed per modum pacti ſeu conuentionis, non prodeſt abſenti, niſi aliquis nomine abſentis receperit. Eſt magis communis opinio ſecundum Alex. in conſi. 131. in cauſa & lite. col. pen. in fi. uol. 4.

ALIENATIO.

1 Prohibitio alienationis extra familiã non extẽditur ad hæredem legitimum, dato, quod non ſit de familia, quominus in eum poſsit fieri alienatio: ueluti in matrem, uel nepotem ex ſorore. Eſt commu. opinio ſecundum Alex. conſ. 56. conſideratis. col. fi. & Dec. cõſ. 377. uiris. col. fi. eundem conſ. 23. in princ. col. & ibi limitat communem opinionem in fi. conſilij. Vide Corn. conſi. 230. col. pen. uol. 3. Alex. conſi. 55. ponderatis, col. 2. circa medium. uolu. 3. Iaſ. conſi. 142, col. pe. uol. 2.

Limitatur tamen iſta communis opinio ſecundum Deci. in cõſ. 481. in caſu uel quãdo teſtator ultra prohibitionem adiecit etiam, & quia uoluit bona remanere in familia, nam eo caſu propter enixam uoluntatem teſtatoris, mater excluditur. Et Dec. ibidem in fi. conſi. indiſtinctè tenet contra communem; & dicit aliam omnino ueriorem & tenendam.

2 Bona ſubiecta fideicommiſſo non poſſunt per filium ex ſuo delicto condemnatum alienari, pro redemptione ſuæ perſonæ. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in Auth. res quæ col. 5. uerſ. 6. ult. C. commun. de lega. licet Fulg. teneat contrarium: ut ibi per eundem Iaſonem.

3 Bona prohibita alienari, per teſtatorem non poſſunt confiſcari. Eſt communis opinio ſecund. Dec. conſ. 544. in cauſa, col. 5. uol. 3.

4 Prohibitio alienationis facta ſimpliciter, nõ inducit fideicommiſſum, niſi in cauſa conuentionis. Eſt cõis ſecun. Dec. in conſ. 518. in caſu. col. pe. uer. ſimiliter idem dicendum. uol. 2. Vide Dec. in conſ. 38. circa primum.

ALIMENTA.

Bona mariti non ſunt uxori pro alimentis tacitè hypothecata. Eſt communis opinio ſecun. Roman. conſi. 454. in re præſenti, circa fi. uer. quo ad ultimum, &c.

APPELLO, APPELLATIO.

1 Appellans poteſt dicere, tempus puniendæ appellationis incipere currere à die appellationis, in ſcriptis interpoſitæ, & nõ antè, licet prius uiua uoce appellauerit. Eſt magis communis opinio ſecundum Alex. in conſi. 82. uiſo proceſſu. circa fi. uol. 6.

Etiã in appellatione ab interlocutoria, ſi pars eſt præſens, debet lis conteſtari, ſicut diffinitiua. Et magis communem opinionem ſecund. Aret. in conſi. 20. in quæſtione 3 circa finem.

ANTIQVVM.

Ad hoc ut aliquid dicatur eſſe de antiquo, requiritur tempus 100. annorum. Eſt communis opin. ſecun. Iaſ. in conſ. 81. in hoc puncto. col. pe. in fi. uol. 1.

AGO, ACTIO, ACTOR.

1 Vbicunque quis agit ad ſolidum, & probat tantũ ſe ius habere in parte, debet ſuper illa parte obtinere: licet ratione pluris petitionis ſit condemnandus in triplo expenſarum. Eſt communis opinio ſecund. Alex. In conſ. 208. præſtantiſs. domine. col. 1. in fi. uol. 7.

2 Vbicunque concurrunt, habens utiles actiones, & habens directas, ad eundem effectum tendentes: tunc ſi utiles cauſatæ ſunt ex contractu eius, in cuius perſona erãt uel repræſentabantur directè, habẽs utiles præfertur habenti directas. Eſt magis cõmunis opinio ſecund. Alex. in conſ. 15, uiſo & conſiderato circa prin. uol. 6.

ADVENTITIVM.

Filiusfam. de aduentitijs, ſine conſenſu patris, etiã cum iuramento diſponere non poteſt, nec eadem alienare uel obligare. Eſt magis communis opinio ſecund. Curt. iunior. in conſ. 152. præſupponitur, uol. 1.

ALIENATIO.

Pupillaris ſubſtitutio non impedit alienationem bonorum. Eſt communis opinio ſecũd. Iaſ. in l. ſeruum. §. fi. de uulg. Cõtrarium tenui. in §. quod uulgo. ad Falc.

B

BANNITVS.

Bannitus non amittit beneficia iuris cõmunis, ſed eius tantum ciuitatis, cuius bãno ſuppoſitus eſt. Eſt communis opinio ſec. Alex. cõſ. 36, circa prin. uer. & per hoc patet, uol. 1.

2 Bona damnatorum confiſcata applicantur illi domino, in cuius ſunt iuriſdictione. Eſt communis opinio ſecund. Alber. Brun. conſ. 31. col. fi. uerſ. ad prædicta facit.

3 Conuentio facta ſuper certis bonis inuentis ualet, licet facta ſuper omnib. non ualeat, ex quo non relinquitur facultas teſtandi. Eſt communis opinio ſecundum Socyn. in conſ. 20. col. 5. uerſ. confirmatur. quod conſiliũ eſt inſertum inter conſ. Brun. Aſten.

3 Bona data in ſolutum creditori, ex ſecundo decreto efficiunt ipſius creditoris irreuocabiliter, nec p debitorem poſſunt amplius recuperari. Eſt magis communis opinio ſec. Dec. in conſ. 558. in cauſa magnific. in prin. uol. 3.

BENEFICIVM.

Propter ſolã inæqualitatem beneficiorum, non reſcinditur permutatio. Eſt cõmunis opinio ſecund. Dec. in conſ. 210. uiſo puncto. col. 2. circa medium. uol. 2.

Casvs.

CASVS.

1 EXPRESSIO uel ſpecificatio unius caſus fortuiti, facit extẽdi uerba generalia ad alios fortuitos, non ſpecificatos. Eſt communis opi. ſecund. Alex. conſ. 3. uiſo inſtrumẽto. col. 2. in prin. uer. fortificatur p̄dicta. uol. 1.

2 Suſcipiens in ſe periculum, etiam omnium caſuũ fortuitorum, licet caſus omnino extraneus, & inſolitus occurrat, tamen obligatur. Eſt communis opin. Doct. in l. ſed & ſi quis, in §. quæſitum. ff. ſi quis caut. cõtra Bar. ibi ſec. Dec. in conſ. 7. col. fi. uol. 1.

CAVTIO.

IN contractibus cautio Mutiana locum non habet. Eſt communis Doct. opin. in l. ſiue apud acta. C. de tranſact. & in l. fi. de cond. ob cauſ. per tex. ſing. in §. ſi quis ita. Inſt. de uerb. oblig.

CERTIORATIO.

1 AD hoc ut minor excludatur à beneficio reſtitutionis in integrũ, non requiritur ulla certioratio talis beneficij, nec ſpecialis renunciatio. Et magis cõmunis opin. ſecun. Alex. conſ. 27. uiſo libello. col. 2. uerſ. & quia ubi iuramentum. uol. 5. quoniam iuramentũ habet uim certiorationis, ſecund. eundem.

2 IN muliere pro alio intercedente, cum iuramẽto nõ requiritur certioratio Velleiani. Eſt communis opin. ſecun. Alex. in d. conſ. 27. col. 2. uerſ. non obſtat.

CLERICVS.

1 LAICVS poſt delictum factus clericus, nõ debet per ſecularem iudicem coerceri. Olds. conſ. 4. quod Laicus. Eſt communis opinio ſecun. Alber. in tract. ſtatu. in 3. par. q. 141. in c. ſubijcio. licet Hippol. teneat oppoſ. ſing. 534. incip. attende.

2 Clericus pro crimine nec ciuiliter nec criminaliter, corã iudice ſeculari recõueniri poteſt. Secus ſi agatur ciuiliter tantum, in cauſa merè ciuili, & non pro crimine: quia tũc bene poteſt reconueniri. Eſt communis opinio ſecund. Dec. poſt alios, in c. at ſi clerici. col. 11. uer. in eadem gl. ibi, clericũ, &c. & uerſ. ſed difficultas. & uer. ſed ad hoc. & reſpondetur extra de iudicijs.

3 Clericus ſi tẽpore commiſsi criminis reaſſumpſit habitum & tonſuram, priuilegiũ clericale non amiſit. Eſt communis opin. ſecund. Alexand. conſ. 8. uiderem. col. fi. uol. 1.

4 Clericus non deferens habitum & tonſurã, & immiſcens ſe enormitatibus fori, tamen priuilegiũ non amittit. niſi prius à ſuo prælato fuerit monitus & interpellatus. Eſt magis communis & uerior opin. ſecund. Alex. conſi. 8. uidetur uol. 1.

CODICILLI.

1 REGVLARITER quod dicitur de teſtamẽto, habet locum in codicillis: & ſicut in teſtamento requiritur ꝙ teſtes ſint in conſpectu teſtatoris, ſic etiam in codicillis. Eſt communis opinio ſecund. Dec. conſ. 354. in caſu ꝓpoſito, circa med. ubi reprobat opinio. Matheſil. in ſing. 125. incip. nota regulã quod. Vbi Matheſil. ſingulariter tenuit, aliud ſeruari in codicillis & donationibus cauſa mortis, quàm in teſtamentis.

2 Inſtitutio facta in codicillis, trahitur ad fideicommiſſum, gl. eſt communiter approb. in l. uerbis ciuilib. ff. de uulg. & pupill. ſecund. Alex. in conſi. 194. uiſis teſtamẽt. circa med. uolum. 7. & prædicta opinio procedit etiam, quando præcederet aliud teſtamentum: ut ibid. format Alex.

3 Rupto teſtamento ex cauſa præteritionis filij iam nati uel naſcituri, etiam ignorãter præteriti, clauſula codicillaris operatur effectum ſuum. Eſt magis communis opin. ſecun. Alex. in conſ. 37. in cauſa. col. 2. uol. 1. & eſſe magis communem, ſimiliter atteſtatur Corn. in conſi. 225. ubi latè diſputat, col. pe. circa med. uol. 3. & in cõſ. 245. licet. col. fi. in fi. eo. uol.

4 Clauſula Codicillaris operatur fideicommiſſum, etiã poſthumo ignoranter præterito. Eſt magis communis opin. ſecund. Alex. conſ. 26. circa primum. col. 2. uerſ. uel poteſt uol. 1.

CLAVSVLA CODICILLARIS.

MAGNA affectio, ſeu dilectio teſtatoris erga perſonã cui relinquitur, habet uim clauſulæ Codicillaris, & eundem effectum operatur, gl. eſt ſing. & communiter approbata, in l. in teſtamẽto. in fi. ff. de fid. liber. ſecũd. Iaſonem in l. 1. in 2. reperit. col. 4. circa fi. uerſ. 5. ibi diſponebatur. C. de ſumma trinitate.

CONDEMNATIO.

IN criminalibus, ex iudicijs etiam indubitatis, condẽnatio fieri non debet. Eſt communis opinio ſecun. Dec. conſi. 175. in cauſa falſitatis, col. pe. in fin. uerſ. præterea etiam ex indicijs.

CONFESSIO.

1 Confeſsio propriè nõ eſt probatio. Eſt cõmunis opi. ſecun. Dec. in rub. de probat. extra col. 4. circa fi. uerſ. expedita diffinitione. Hippol. in rub. C. eo. tit. ubi concludunt, quòd ſtatutum loquens de probatione, non habet locum in confeſsione partis, maximè in ſtatuto anguſtãte facultatem probandi ex cauſa. Quæ tamen opin. non uidetur rationalis, attento ꝙ nulla cenſetur melior probatio partis aduerſæ confeſsione, per quam euacuatur etiam præſumptio iuris & de iure, quæ nulla alia probationis ſpecie ſuperatur, ut ponunt Doct. in locis ſupra allegatis.

2 Confeſsio rei, facta per torturam indebitè, & nullis præcedentibus indicijs, non ualet, nec ex ea poteſt reus condemnari, dato etiam ꝙ millies fuerit ratificata. Eſt cõis opi. ſecun. Alex. in l. qui in aliena. §. fi. in fi. ff. de acquir. hæred. & Hipp. in conſi. 8. incip. in cauſa magiſtri Ioannis. col. 4. uerſ. nam confeſsio, &c. Idem conſi. 45. licet allegationes, in prin.

3 Licet confeſsio facta ad liberandum, parti abſenti nõ proſit in uim pacti: tamen ualet, ut probet aliquem debitorem non eſſe. Eſt communis opin. ſecun. Aret. in conſ. 60. incip. Excellentiſſ. Doct. & Alex. in conſ. 245. ponderatis. circa fi. uol. 6.

4 Confeſsio ad hoc ut inducat plenam probationẽ, requiritur quòd ſit facta non ſolum parte præſente, ſed et ipſa parte eam acceptante, ſecun. Alex. conſ. 20. in cauſa appellationis. in prin. uol. 4. Sed Socyn. in conſ. 210. in cauſa Gabrielis. col. 2. uerſ. non obſtat nuũ. uol. 2. dicit communem opinionem eſſe in oppoſitum, quòd imò p̄ſentia ſola ſufficiat in fauorabilibus ipſius p̄ſentis. nã tunc etiam parte non acceptante expreſsè, talis confeſſio plenè probat.

Eſt uerũ, quod Alex. in d. conſ. 20. pro ſua opin. adducit unum bonum ſimile, uidelicet quòd teſtis deponens quòd talis protulit talia uerba præſente Titio, non dicitur probare quòd Titius intellexit. Et eſt communis

opin.

opin.ſecun.Iaſ.in l.5.§.uoluntatem.ff.ſolu.matr. de qua uide infrà in uerb. Teſtis,nu.4.

5 Allegans ſolutionem,non cenſetur debitum confiteri. Eſt communis opi.ſecund.Alex.cõſ.183.incip.in cauſa.col.fi.circa fi.uol.6.contra Dyn.in reg.nullus,de regul.iur.in 6.

6 Confeſsio extraiudicialis,abſente parte facta,probat ſemiplenè. Eſt communis opinio ſecun.Iaſ.l.admonẽdi, col.57.uerè tenendo tamen,&c.ff.de iureiurao. intellige,dummodo per duos teſtes plenè probetur, ſecund. Alex.in conſ.152.col.pen.in fi.uol.5.& in conſi.5. colu. fi.uol.7.

7 Confeſsio qualificata non poteſt per aduerſarium diuidi,nec in partem ſine quantitatibus acceptari. Eſt doctrina Bar.communiter approbata,in l. Aurelius.§. idẽ quæſiit.de libe.legat.ſecundum Socyn.in conſ.294.uiſo. in fi.uol.2.

CONSTITVTVM.

Per conſtitutum uenditor à traditione iuris liberatur,ſed non à traditione facti, quo minus adhuc corporalem poſſeſsionẽ tradere teneatur.crebrior eſt,opin. teſte Dec.conſ.261.uiſo puncto.col.2.uerſ.nec huic promiſsioni.uol.2.

CONSVETVDO

1 Qvando uerba legis poſſunt eſſe dubia, debet attẽdi conſuetudo ciuitatis,in huiuſmodi caſib:obſeruari ſolita: nec requiritur,ꝙ ita fuerit iudicatum. Eſt communis opi.ſec.Alex.in conſ.189.uiſo ſtatuto.circa fi. uol.7.

2 Ad probandum conſuetudinem tria néceſſario requiruntur: quòd teſtes deponãt de uiſu actus, cujus conſuetudo allegatur: item,de frequentia talium actuum:tertiò,de temporis diuturnitate; item quarto,quod deponãt tales actos factos fuiſſe,ita & taliter,quod appareat interueniſſe tacitum conſenſum populi,uel maioris partis. Eſt communis opi.ſecũ.Deci.in conſ.483.pro reſul. col.fi.in prin.col.3.

3 Teſtes ſingulares non probant conſuetudinem. Eſt cõis opi.ſecun.Dec.in conſ.538.uiſo.col.pe. in fi. uol.3. & in conſ.402.in cauſa illuſtriſſ.col.fi.in prin. eo. uolu. Dec.latè in conſ.215.in cauſa,col.1,uerſ.4.uol.2.

4 Doctori excellenti,atteſtanti aliquid eſſe de conſuetudine,eſt credendum. Eſt commu.opin.contra Bar. ſecund.Dec.in conſ.559.in cauſa.uerſ.fi.uol.3.

5 Ex conſuetudine temporis non memorabilis, ius colligendi uectigalis acquiritur etiam inſcio principe uel magiſtratu. Eſt magis communis opi.ſecun. Alex.in conſi.6.uiſo themate uol.1.

6 Conſuetudo uel præſcriptio temporis immemorabilis habet uim priuilegij,ex certa ſcientia conceſsi:nec titulum,uel bona requirit: & ex ea directũ dominiũ acquiritur. Eſt magis communis opinio ſecun.Dec.in cõſ. 496.in cauſa domini operarii,nu.6.uol.3.

7 Ad inducendam conſuetudinem contra legem, de iure ciuili ſufficit tempus decennale. Eſt mag. com.opin. ſecun.Alex.in conſ.132.uiſa.col.1.uol.1.

CORRIGO, CORRECTIO.

Qvando ſunt duo à lege ueteri æquiparata circa q̃dam,tunc ſi lex noua aliquid corrigat uel inducat de nouo in uno ex dictis duobus æquiparatis,circa ea in quibus erãt à iur.vet.æquiparata,talis lex noua,aliquid corrigens uel inducens in uno ex dictis æquiparatis,extẽditur etiam ad aliud. Eſt communis opi.ſecun.Alex.in cõſi.171.uiſis & cõſideratis.col.1.uerſ.in præmiſsis.uol.7.

In correctorijs ex maioritate rationis fit extẽſio, uel propter maioritatem rationis inducitur correctio. Glo. eſt communiter approbata,in Auth.præterea. C. unde uir & ux.ſecun. Anch.in conſi.350. in quæſtione. & per eundem latiſsimè in l.5.C.de noxal.

CONFISCATIO.

Confiscatis bonis uaſalli,non intelligitur cõfiſcatum feudum. Eſt magis communis opin.ſecun.Cur. Iunior.in conſ.4.ſuper col.pen.uol.1.poſt Alex.in l. ſi finita.§.ſi de uectigal.ff.de dam.infec.col.19.

Fallit,ubi tale feudum eſſet etiam ad extraneos hæredes tranſitorium, ex forma conceſsionis, uel aliter ſecund.Curt.ibidem.

CONSENSVS.

Vbicvnqve requiritur, quòd licentia uel cõſenſus præſtetur ad integrandam perſonã alicuius,ſufficit ꝙ in genere præſtetur,abſque eo quod deueniatur ad ſpecificationem indiuiduorũ. Eſt cõmunis opi.ſecũd.Alex. conſ.179.uiſo ſtat.col.pe.uerſ.quinto probatur.uol.7.

CONTRACTVS.

Etiam in ultimis uoluntatib.poſſunt contractus celebrari: & licet uitietur ultima uoluntas, tñ remanet cõtractus. Gl. eſt com.approb.in l.hæred.palàm.in fi.ff.de teſta.ſecun.Rom.in conſi.71. pro deciſione. colu. pen. circa fi.

Contractus innominati correſpectiui,non a conuentione,ſed ab implemento denominantur & iudicantur. Eſt communis opin.contra Accurſ.ſecund.Alex.in l.cũ mutua.in prin.C.de tranſact.

COMPROMISSVM.

1 Per nullam cautelam uerborũ in compromiſſo appoſitorum,fieri poteſt,quo minus reductio peti poſsit, data magna iniquitate uel læſione. Eſt cõmunis opinio ſecund.Dec.in conſ.11.col.4.uerſ.4. principaliter uolu. 2.& in conſ.39.iuridicam.col.pen.circa med.eo.uolu.& in conſ.60.col.1.eo.uol.

2 Reductio ſeu reclamatio ab iniquitate laudi,peti poteſt uſque ad 30.annos. Eſt communis opi.ſecun.Dec.in conſ.39.iuridicam.col.pe.circa fi.uol.1.

3 De omnib.reb.de quibus alienatio fieri non poteſt,nõ poteſt compromitti. Eſt comm.regul.omniũ Doct.ſec. Dec.in conſi.39.iuridicam.col.1.circa med.uol.1.

4 Iniquitas ſeu enormis læſio laudi dicitur,quando reperitur facta læſio,ſaltem in ſexta parte debitæ quantitatis. Vel eſt in arbitrio iudicis,cùm nõ ſit à lege determinatum. Iſtę ſunt duę principales Doc.opiniones magis communes,ſec.Dec.in conſ.39.iuridicam.in fi.uol.1.

5 Pœna l.ſi quis maior,non habet locum in compromiſſo etiã iurato facta à parte inuita, ex neceſsitate ſtatuti uel iudicis. Eſt communis opin.ſecund.Iaſ.in conſi. 12.allegata col.2.uerſ.nec huic fundamento.uol.1.

6 Prorogatio compromiſsi debet partib.intimari,alias non ualet ſententia arbitramentalis. Eſt communis opi. cum Bal.ſecun.Dec.conſ.39.iuridicam,in prin.

CESSIO.

Qvando non eſt facta ceſsio ex cauſa oneroſa, exceptio quæ obſtaret cedenti, indiſtinctè obſtat ceſsionario. Eſt communis opin.ſecun Alex. in l. ſi cum dotem. §.ſi pri.ff.ſol.matri. & Dec. in conſ.59.licet in cauſa.circa fi.uol.1.

CONFE-

CONFERO, COLLATIO.

1 Lucrũ dotis uxoris præmortuæ, quod defertur nigore ſtatuti marito, ſiquidẽ obueniat filio, uiuente patre, debet cũ alijs fratribus communicari & conferri: ſi uero poſt mortem patris, non debet conferri, ſed apud maritum in ſolidum remanet. Eſt communis opinio ſecun. Dec. conſ. 66. de duobus in prin. uol. 1. Idem latiſs. in cõſ. ſeq. circa propoſitum. col. pen. in prin. eo. uol. 1.

2 Simplex donatio facta filio emancipato, alijs emãcipatis conferri non debet. Eſt uerior, & magis communis opin. ſecund. Dec. conſ. 59. in caſu. col. pen. uol. 1.

3 Etiam ex teſtamẽto licet portiones ſint inæquales, habet locum collatio. Eſt communis opin. ſecun. Deci. in d. conſ. 59. in ſi. uol. 1.

CITATIO.

Licet quando is qui propria authoritate poſſeſsionẽ ingredi põt, petit ſimpliciter ſibi dari familiam à iudice ad ſcandalum euitandum non requiratur citatio partis: tamen quando petit ex urbanitate ſibi dari licentiam ingrediendi, tunc requiritur citatio. Eſt magis communis opinio ſec. Alex. in cõſ. 131. in cauſa, & lite. col. pe. uerſ. ſecundò præſuppono, uol. 4. & ratio eſt in promptu. Nã ex quo quis eligit uiã iudicij, uidet meticuloſus, & ad uiã facti redire non poteſt. l. de pupillo. §. meminiſſe de op. no. nunc. ſec. Bald. in l. 2. uerſ. decimò quæro, C. de ſeru. & acqui. Sequitur Alex. in conſ. 130. in caſu. colu. pe. in prin. uerſ. & ſic ex iſto infertur. uol. 4. Et inde colligi poteſt, deterioris aliquando fore conditionis, qui potius eligit uiam iuris, quam facti. quod nota perpetuo.

CONDITIO.

1 Cõditio caſualis uel mixta, in inſtitutione filij appoſita licet in eius defectũ non fuerit adiecta exhæredatio, teſtamentum non uitiat, ſed talis conditio uſque ad legitimam reijcitur. Eſt cõmunis opi. ſecun. Iaſ. in l. ſi pater. col. 10. uerſ. 3ʳⁱᵃᵐ opi. C. de inſt. & ſubſti. Et ſic corriguntur iura Digeſtor. uolentia quòd tali caſu annulletur teſtamentum. ut ibidem per Doct.

2 Conditio uolũtaria eſt implenda in forma ſpecifica. Igitur facta in uno caſu, non dẽt extendi ad aliũ caſum, etiam ſimilem. Eſt com. opin. cum Bar. ſecun. Socyn. in conſ. 5. incip. in primo conſultationis. in ſi. princi. uerſ. ſecundò principaliter. uol. 3.

3 Vbicunque obligatio eſt facta ſimpliciter, ſub cõditione illius conditionis euentus nunquam conſtituit debitorem in mora. Eſt communis opinio ſecun. Dec. in cõſ. 2. col. 2. uerſ. quando obligatio. uol. 1. Nam abſurdum eſt, quempiam eodem momento obligari, & in mora conſtitui. l. quod dicimus, de ſolut.

D

DEBITOR

1 SI debitor debitoris obligat ſe per conſtitutum uel nudum pactum, nõ ſit nouatio, nec liberatur debitor principalis. Eſt cõmunis opin. ſecun. Alex. in conſ. 173. uiſis depoſitionibus. col. 2. uol. 7.

2 Ad hoc ut poſsit per iudicẽ concedi licẽtia, de capiẽdo debitorem ſuſpectum de fuga, requiritur, inter cætera, quòd fiat plena fides iudici de debito, ita quòd ſolũ deſit citatio partis. Eſt communis opin. ſecun. Corn. in conſ. 136. uiſis. col. 2. uerſ. ad hoc autẽ. uol. 4. Nota, quòd multi iudices in hoc errant.

DECRETVM.

1 Etiam in iudicijs realibus interponitur ſecun. decretum. Eſt comm. opin. ſecun. Alex. conſ. 208. præſtantiſs. col. 1. in prin. uol. 7.

2 Ad hoc, ut decretum ex falſa cauſa interpoſitum reddatur nullum, non requiritur quòd falſa cauſa fuerit expreſſa in ipſo decreto. Eſt communis opin. ſecun. Alex. in conſ. 207. dñe Alex. col. ſi. uerſ. circa prædicta, uol. 7.

3 Bona data in ſolutum creditori ex ſecundo decreto, efficiuntur ipſius creditoris irreuocabiliter, ita q̃ per debitorem non poſſunt amplius recuperari. Eſt magis com. opin. ſecund. Deci. in conſ. 558. in cauſa magnifici. in prin. uol. 3.

4 Etiam in realibus ex primo decreto non transfertur dominium, nec uſucapio. conditio. Eſt magis com. opi. ſecun. Alex. in l. iuſtè poſsidet. in prin. uerſ. ubi autem. de acqui. poſſ.

DELINQVENS, DELICTVM.

1 In atrocibus delictis, & habentibus ſpeciale nomen delicti, ut in furto, adulterio, homicidio, & ſimilibus, mãdatum ſuperioris non excuſat. Eſt uera & comm. opin. ſecun. Iaſ. in conſ. 136. dubitatur circa medium, uol. 1.

2 Si in accuſatione uel inquiſitione delictum deductũ fuerit, cum aliqua qualitate aggrauãte. & poſtea probatum fuerit tale delictum ſimpliciter, ſine illa qualitate, reus in totum abſolui debet. Eſt commu. opi. ſecun. Roma. in conſi. 167. Anchar. circa ſi. Vide ſ. in uerb. Qualitas, nu. 1.

DELEGATVS.

1 Delegatvs ab ordinario non poteſt ſubdelegare, niſi ei ſubdelegandi facultas expreſſe conceſſa fuerit. Eſt communis opin. ſecun. Iaſ. in l. a iudice. C. de iudi.

DIVISIO.

1 Per ſimplicẽ diuiſionem non cenſetur remitti fideicõmiſſum. Eſt cõis opin. ſec. Dec. cõſ. 267. nõ excedit in prin. & eundem in conſ. 79. col. 2. uol. 1. Tamen Deci. ibidem limitat communem opinionem procedere in fideicommiſſo de futuro, quod nondum erat purificatum: ſecus tamen in fideicommiſſo iam purificato, quia in eo non procedit cõmunis opinio. Adde Dec. conſ. 79. col. 5. uol. 1. Cor. conſ. 102. licet in hoc uol. 4. Dec. cõſ. 243. ut clarior. col. 1. uerſ. uenio ad ſecundum uol. 2.

2 Dolentibus fratribus uenire ad diuiſionem, maior non tenetur facere partes, & dare electionem minori, ut uulgo circumfertur, ſed electio debet fieri ſorte, uel arbitrio iudicis. Eſt communis opi. ſecun. Iaſ. in l. ſi duo in 2. not. C. com. deleg. & in l. 1. col. antep. ff. ſi cer. peta. Idem latiſsimè, in §. quædam. Inſt. de act.

3 Illud quod dicitur in l. ſi creditores. C. de pact. quod per receptionem partis inducitur tacita diuiſio, procedit, quando recipens ſolutionem, recepit illam partem non ſimpliciter, ſed tanquam partem ſpectantem ad ſoluentem, ſeu pro perſona ſoluentis. ſecùs tamen ſi ſimpliciter dictam partem, & uirilem recepiſſet, quia nõ induceretur diuiſio. Eſt communis opi. ſecund. Alex. in conſ. 178. uiſo proceſſu. col. ſi. uol. 7.

4 Fideicommiſſum iniunctum fratribus etiam reciprocum & coæquæuum, per diuiſionem etiam, cum clauſula qua promiſerunt ad inuicem, ſe nihil contra talẽ diuiſionem facturos, non cenſetur remiſſum. Eſt cõ. opin. contra Ang. ſecun. Alex. conſ. 167. uiſis. col. 2. uol. 7. Ad. de Dec. conſ. 79. diligenter uiſo col. 2. ues. uenio ad ſecũdum. uol. 1. ubi dicit magis communem.

5 Ex

5 Ex poſſeſsione pacifica decem annorum apud unũ ſolum exiſtente, in re aliàs communi, præſumitur facta diuiſio. Eſt communis opin. ſecun. Dec. conſ. 79. in fi. uol. 1. Vel ſic per gl. communiter approbatam, in l. pe. C. cõmun. diuidundo.

6 Ex poſſeſsione diutina 20. annorũ alicuius partis rei communis & ſuſtentatione onerum dictæ rei, in ſolidũ præſumitur diuiſio. Eſt com. opi. ſecund. Iaſ. in cõſ. 128. in quæſtione. col. 2. uerſ. 2. pro eadem parte, uol. 1.

DONATIO.

1 Donatio facta inter uirum & uxorem, conſtante matrimonio firmatur iuramento. Eſt com. opin. ſecund. Iaſ. in l. pacta quæ cõtra. col. 1. C. de pact. Dec. conſ. 232. dura ad modum. col. pe. Idem conſ. 240. & diligenter. Alexan. conſ. 8. in 2. uol. Dec. dicit magis eſſe communem, in conſ. 202. ut patria conſuli. uol. 1.

2 Donatio facta inter patrem & filium, confirmatur iuramento. Eſt com. opin. ſecundum Dec. conſ. 239. primo non uidetur. In prin. & conſ. 435. cùm ſit quod Almericus.

In donatione facta à patre filio propter benemerita, nõ ſtatur ſoli aſſertioni patris de benemeritis, niſi aliter probentur. Eſt communis opin. ſecund. Dec. conſi. 366. pro declaratione. colu. pen. Oldra. conſ. 5. Titiua dedit. in fin.

3 Donatio cauſa mortis, facta per filiũ, patri, ipſo patre ad ſuam utilitatem conſentiente, non ualet. Eſt commu. opin. ſecund. Deci. conſ. 279. placet mihi. col. 1. uerſ. ita ergo in propoſito. uol. 2.

Fallit, quando pater generaliter conſenſiſſet filio donãti cauſa mortis, ut poſsit donare cui uoluerit. ita Dec. in d. conſ. col. pen. uerſ. & certe negari non poteſt.

4 In donatione remuneratoria non habet locum diſpoſitio l. ſi unquam. C. de reuo. donat. Eſt communis opin. ſecund. Dec. conſ. 366. pro declaratione, colu. antep. uerſ. uenio ad tertium dubium. Tamen pars, quæ dicit donationem eſſe remuneratoriam, debet probare ueritatem benemeritorũ: nec ſufficit aſſertio ſolius donantis, etiã in ſpecie, ſecundum eundem.

5 Donatio omnium bonorum, præſentium & futurorũ, facta Eccleſiæ, ualet fauore Eccleſiæ. Eſt com. opin. ſec. Dec. in c. in præſentia. col. 5. in prin. uerſ. opinio tamen, eat. de probat. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concep. col. 14. de uer. obl. Dec. in conſ. 488. in cauſa. col. 1. uerſ. ſecundo reſpondetur. uol. 3.

6 Veſtes precioſæ, gemmæ, cathenæ, monilia, & alia ornamenta per maritũ uxori uel ſponſæ tradita, non cenſetur donata, ſed ut ornatius incedat, ad uſum tantum accõmodata. igitur ueniunt ipſi marito, uel eius hæredib. reſtituẽda. Eſt cõmun. opin. ſecund. Corn. conſi. 81. primus conſultationis. col. 1. uerſ. non obſtantib. uol. 1.

7 Donatio omnium bonorũ, præſentium & futurorum, etiam cum iuramento, non ualet omnino, nec in parte. Eſt commun. opi. ſecun. Cor. conſ. 176. in præſenti col. 2. uerſ. ex quib. uol. 2. Pulchre Dec. conſ 30. uol. 1.

8 Donatio facta in aliquo teſtamento, in pœnã mutationis ipſius teſtamenti, non ualet. Eſt commun. opin. ſecũ. Alex. in conſ. 156. uiſo teſtamento. col. pen. uol. 7.

9 Iocalia, & alia ornamenta, miſſa uel tradita à ſponſo ſponſæ, in dubio non cenſentur ei tradita animo donandi, ſed ad uſum concedendi, ut ſponſa uenuſtior reddatur. Eſt com. opi. ſecund. Alex. conſ. 155. uiſo tit. in fine. uol. 7. & uide ſupra, nu. 7.

10 Donatio facta filio emancipato, alijs filijs in pſtãte cõferri debet, ſed non alijs emancipatis. Eſt uerior magis commun. opin. ſec. Dec. in cõſ. 59. licet in cauſa. col. pen. circa fi. uerſ. non obſtant allegata uol. 1. & cõ. opin. maxime procedit, quando non cõferendo fratres ad maiorem æqualitatem reducuntur, ut ibidem tradit Dec. col. 2. uerſ. ſed tamen diligenter.

11 Donatio omnium bonorum præſentium ualet & tenet. Eſt com. op. ſec. Corn. conſ. 228. uiſo col. antepen. uerſ. non obſtat, & conſ. 252. uol. 1. primo col. 2. uerſ. ſed quod imo, uol. 3.

12 Promiſsio ſcienter facta etiam ſine aliqua cauſa diſcreta uel ſpecificata, uidetur facta animo donandi. Eſt com. ſec. Alex. conſ. 4. circa primum. col. antep. uerſ. ſed hia non obſtant. uol. 1.

13 Donatio iurata non infringitur ex defectu inſinuationis. Eſt uera opin. ſecundum Alex. in conſ. 4. col. pe. uer. quinimo uirtute. uol. 1.

14 Ad iudicandam quantitatem donationis inſpicitur quantitas bonorum exiſtentium tempore mortis donatoris. Eſt comm. opin. ſecun. Alex. conſ. 14. circa primũ. col. pen. in fi. uerſ. non obſtat. uol. 1.

15 Conſtitutum donantis & poſsidentis, in fauorem primi donatarij præfertur actuali donationi, ſecũdo donatario factæ. Eſt comm. opin. ſecund. Alex. d. conſ. 14. in fi. uol. 1.

16 Pactum, quod donatio prętextu ingratitudinis reuocari non poſsit, non ualet, ſecundum Pau. & Iaſ. in l. fin. C. de pactis. Butrig. & Imol. in c. fin. de donation. Et eſt communis opin. ſecund. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uerb. oblig. niſi interuenerit iuramentum: quia tunc tale pactum confirmatur, ſecũ. Alex. conſ. 40. ſuper primo col. fi. uerſ. fruſtra quæritur. uol. 4. & Corn. conſ. 102. uol. 1.

17 Donatio facta patri à filio, de conſenſu ipſius patris diſtinctè non ualet. Eſt magis com. opin. ſecund. Dec. conſ. 245. col. 2. uerſ. non obſtant. uol. 2. poſt Socyn. l. 1. §. fuit quæſitum. col. 4. ad Trebell. uide ſupra, nu. 4.

18 Donatio omnium bonorum, prǽſentium & futurorũ, reſeruato tamen uſufructu, non ualet. Eſt uerior opin. ſecund. Ripam, in lib. 3. Reſpon. c. 14. col. 1. uerſ. circa tertium. & ita tenuit Pau. de Caſt. in conſ. 101. notandum eſt. & in l. fin. C. de pact. Corn. in conſi. 176. in præſenti col. pe. uol. 2. Dec. in cõſ. 30. col. 2. & in conſ. 251. in cauſa magnificę. Licet contrariũ tenuerunt Alex. & Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. de uerb. obliga. tamen præcedens eſt uerior & communior, ut patet ex prædictis.

19 Donatio facta alicui, & eius liberis uel deſcendentibus, uidetur facta ordine ſucceſsiuo, ut primo pater, deinde poſt eius mortem filij admittantur. Ita eſt communis obſeruantia, & Doct. opin. ſecun. Dec. in conſ. 607. uiſo puncto col. pe. in prin. uol. 5.

20 Donatio facta ſine ſolennitatibus, à iure uel ſtatuto requiſitis, iuramento ſuppletur & conualidatur. Eſt uera & com. opin. ſecund. Iaſ. in conſ. 51. ſi tota dubitatio, nu. 3. uol. 1.

21 Donatio patris in filiũ, ab initio efficax, & irreuocabilis, in eius legitimam non imputatur, niſi hoc in donatione expreſſum fuerit. Eſt com. opin. ſecun. Alexan. in conſ. 8. uiſa. in prin. uol. 2.

22 Pater donans alicui, poteſt ſpecialiter renunciare beneficio l. ſi unquam. C. de reuoc. donat. quia mero fauore ipſius patris inductum eſt magis com. opin. ſecun. Iaſ. conſ. 125. Bartholomæus. uol. 1.

DOS.

1 Cautio mulieri per maritum oblata, de dote conſeruanda & reſtituenda, non excludit mulierẽ à remedio l. ſi conſtante. ſol. matr. quia non eſt ęquum, mulierem ſe committere fragilitati cautionis. Eſt commu. opin. ſecund. Alex. in d. l. ſi conſtante col. 8. uerſi. item in quantum Bar. ff. ſol. matr.

2 Dotis uel dotalitij appellatione, non cõprehenduntur bona

bona paraphernalia : nec talia bona dicuntur dari cauſa dotis, nec habent priuilegia dotis. Eſt commu. opin. ſecund. Alex. conſ. 203. uiſo themate. colu. prima. uerſ. cõfirmo. uol. ſeptimo.

3 De iure communi pater tenetur dotare filiam etiam iam nuptam. Eſt uerior & magis communis opi. ſecund. Alex. in conſ. 169. uiſis inſtrumentis. col. 1. uerſ. poſitio autem uolum. 7. licet Bart. tenuerit oppoſ.

4 Actio non competit patri ad conſtituendam dotem filiæ, ſed implorari poteſt officium iudicis. Eſt uera cõel. ſec. Alex. in d. conſ. 169. uiſis col. fin. uerſ. & licet uol. 7.

5 Maritus poteſt impẽſas neceſſarias in re dotali factas, ab uxore, uel eius hæredib. conſequi : & eſt in eius electione uel agendi ad ipſas impenſas, uel dotem retinendi. Eſt com. opin. ſecun. Alex. in conſ. 162. uiſis narratis. circa prin. uol. 7.

6 In dote reſtituenda attenditur ſtatutum loci, in quo fuit celebratus contract. dotis, licet cõtractus matrimonii fuerit in alio loco celebratus. Eſt com. opin. ſec. Ale. in conſ. 155. uiſo rit. circa prin. uol. 7.

7 Licet in generali fideicommiſſo dos non includatur, tñ fideicommiſſum ſpeciale factum in dote, ualet, quatenus dos excedit legitimam. Eſt com. opin. pro Dyn. cõtra Mart. ſecund. Rom. in cõſ. 134. pro conſideratio. col. 2. uerſ. item & quod ea.

8 In lucro dotis attenditur ſtatutũ loci mariti, non uxoris. Eſt com. opin. ſecun. Dec. in conſ. 19. in princip. uol. primo.

9 Dos ſoluta filiæ de bonis communibus fratrũ, in ſocietate uniuerſali exiſtentium, tempore diuiſionis non debet imputari in partem patris ipſius filiæ, ſed communi oneri aſsignatur. Eſt comm. opin. ſecund. Dec. in cõſ. 66. de duobus col. pen. uol. 1. & in conſ. 68. pro reſolutione. col. 2. in prin. eo. uol.

10 Maritus ob cauſam dotis promiſſæ, & in termino nõ ſolutæ, poteſt uſuras ſeu intereſſe, quæ uocantur alimenta, ex mora petere, propter onera mrimonij ſupportata. Eſt com. opin. ſecund. Alexan. in conſ. 31. uiſo themate. col. 1. circa fi. uol. 6 & eſt caſus in c. ſalubriter de uſu. ſaltem in ratione ſui.

11 Lucrum dotis delatum filiofa. uiuente patre acquiritur patri ſi ipſe pater ſuſtinuit onera matrimonij in ſolidum & eo mortuo diuidit̃ æqualiter inter omnes fratres. Eſt uerior opin. & efficacioribus rationibus fundata, & eſt iudicando tenenda, ſecu. Dec. in conſ. 560. notis. eſt quæſtio. in fin. uolu. 3. licet Florianus ſecund. ipſum ibidem dicat commu. opin. eſſe in oppoſitum.

12 Statutum deferẽs lucrum dotis, muliere decedẽte in matrimonio, habet locum in muliere ingreſſa in monaſterium. Eſt uera & com. opi. ſec. Iaſ. conſ. 135. circa pri. uerſ. ſecundo ad idem uol. 1.

13 Statutum de dote lucrãda, habet locum etiam in muliere ad domum traducta, & nondũ cognita per maritũ. Eſt mag. com. opin. ſecund. Iaſ. in conſ. 136. circa prin. col. pen. uerſ. octauo eandem. uol. 1.

14 Mulier pauper habens exiguam dotem, gaudet beneficio. Aut. præterea. C. unde uir & ux. ſicut mulier nullã habens dotem. Eſt mag. com. opin. ſecund. Cor. in conſ. 149. uiſo. co. 1. uerſ. & circa uol. 3.

15 Confeſsio de dote recepta, facta per maritum inter uiuos, conſtante matrimonio, præſumitur facta animo donandi, & non ſpe futuræ numerationis, ideo non ualet. Eſt magis commu. opin. ſecun. Alex. cõſ. 45. habita. col. 1. in fin. uerſ. ſed præmiſsis. uol. 1.

16 Dos profecta ab auo, & reuerſa ad nepotes, mortua matre, qui non immediate acquiritur eis ex bonis aui, non imputatur eis in legitimam. eſt comm. opin. ſecun. Alex. conſ. 24. uiſis col. 1. in fi. uol. 1. Anchar. pulchrè cõſil. 50. uiſis diligenter.

17 Propter adulterium uxoris, maritus non lucratur dotem in præiudiciũ patris. Eſt com. opin. ſec. Alex. in l. 2. §. 1. col. pen. uerſ. ex quo etiam aliud ſol. matr.

18 In dote aduentitia, filia ſine conſenſu patris agere põt. Eſt magis com. ſecun. Alex. in l. 2. §. 1. col. 1. in gl. in uer. profectitia ſolut. matrim.

19 Soluto matrimonio, de iure communi dos profectitia non tranſit ad liberos mulieris, ſed reuertitur ad eius patrem, unde profecta fuit. Eſt mag. com. opin. ſec. Alex. in conſ. 115. uetus & tuta uol. 1. Sed de cõſuetudine cõtrarium obſeruatur, ſec. glo. & Doct. in l. dos à patre. C. ſol. matr.

20 Statutum priuans dote filiam ingredientem monaſterium, tanquam uitæ cõtemplatiuæ reluctans, nullius eſt momenti. Eſt magis com. opinio ſecund. Alex. in conſ. 139. uiſo in fin. uol. 2.

21 Dos profectitia, mortua uxore, non patri ipſius defunctæ, ſed eius liberis competit. Eſt uerior de iure opin. & communior de conſuetudine, ſec. Socin. conſ. 9. uol. 1.

22 Pater poteſt filiam in dote tantum à ſe profecta, & iã data inſtituere. Eſt magis communis opi. ſec. Alex. conſ. 276. uiſo. col. pen. uol. 5.

DENVNCIATIO.

1 Denũciatio quæ fieri debet ab emptore uẽditori, qui de euictione non tenetur, non intelligit̃ ſimpliciter fieri ad hunc finẽ, ut uenditor ſciat, ſed ut aliquid faciat, & incitetur, puta ad ſuſcipiendam litem & defenſionẽ. Igitur non ſufficit, quod uenditor aliunde habeat notitiam dictæ litis, ſed requiritur neceſſariò, quod ei fiat denunciatio per emptorem: alias nõ tenetur de euictione nec ad expenſas, quia non præſumitur, emptorem fuiſſe condemnatum propter malum ius, ſed propter ignorantiam iuris, uenditoris competentis. Eſt communis opin. ſecund. Dec. in conſ. 74. colum. 1. circa fin. uol. 1.

DOMINIVM, VEL QVASI.

1 Ad probationem quaſi dominij, requiritur titulus & traditio poſſeſsionis uacuæ. Eſt communis opinio ſecũdum Alexan. in conſil. 182. uiſo proceſſu. col. 1. uerſ. nec etiam puto. uol. 7.

2 Ad probandum dominium non ſufficit titulus uenditionis, & interuẽtus precij, & poſſeſsio. uacuæ traditio. ſed etiam requiritur, quod uẽditor tempore contractus fuerit dominus rei uenditæ. Eſt communis opinio ſecũdum Alexan. in conſ. 182. inci. uiſo proceſſu, circa prin. uol. 7.

3 Trãslatio dominij, quæ fit ipſo iure in pacto l. commiſſoriæ, & in diem addictionis, nõ habet locum in alijs pactis reſolutiuis, etiam per uerba directa cõceptis. Eſt cõmunis opinio ſecundum Alexandr. conſ. 10. uidetur, co. pen. in prin. uol. 1.

4 Pactum l. commiſſoriæ, uel æquipollens, nunquam operatur tranſlationem dominij ipſo iure in uenditorẽ niſi appoſitum fuerit in ipſo contractu, ante ius ex cõtractu quæſitum. Eſt communis opinio ſecund. Alexand. in d. conſ. 10. col. pen. in fi. uerſ. quinto confirmatur. uol. 1.

5 Licet modus acquirendi dominij ſit ciuilis, tamen dominium iuriſgentium eſt ſecun. com. op. ut per Crauet. conſ. 103. uiſis. col. 2.

E

ECCLESIA.

ECcleſiae cõpetit reſtitutio, etiã cõtra præſcriptionem 40. annor. Eſt comm. opinio ſecundum Dec. conſ. 282. uiſo puncto. col. pe. conſ. 29. in prin. & conſ. 36. uo. 2.

Sí teſtator relinquat 100.Eccleſia pro anima ſua,nec exprimat cui Eccleſiæ,legatū debetur Eccleſiæ ſuæ parochiali,in qua teſtator ſacramēta percipiebat. Et ſi habebat duas Eccleſias parochiales, intelligiť relictū pauperiori.Eſt commun.opin.ſecund.Iaſ.in l.1.col.1.C.de ſacr. Eccl.

Eccleſia cōtra Eccleſiam præſcribit ſpacio 40.annorum.Eſt commu.opin.ſecun.Iaſ. in aur.quas actiones, col.2.in fi.uerſ.ſum in ſecunda parte.C.de ſac.Eccl.per regul.Quia quandocunq; ſunt duo priuilegiati,& unus tractat de damno,& alter de lucro , tractans de damno gaudet priuilegio,alter nerò non l.rerum.§.fi.de mino. Igitur eccleſia gaudet beneficio præſcriptionis paſsiue contra aliam Eccleſiam,non autem actiue:licet Bar. fuerint in cont.opin.

Eccleſia reſtituitur in ioregrum aduerſus præſcriptionem, infra quadriennium à tempore læſionis,& nō ultrà.Eſt commu.opin.ſecund.Iaſ.in Auct.quas actiones, col.8.uerſ.ſecund.Eſt opin.C.de ſacr.Eccleſ.& in conſ. 27. ad eruendum.uol. 1.

Ad ualiditatem alienationis rei Eccleſiaſticæ,nō eſt neceſſe probari quod fuerit ī caſibus cōceſsis facta , uel pecuniam fuiſſe uerſam in utilitatem Eccleſiæ, ſed ſufficit probari ſolēnitates debitas & formales in ipſo actu alienationis interueniſſe.Eſt communis opin.ſecun.Socin.conſi.15.uiſis prædictis,col.7.uerſ.tū cōmunis.uol. 1.& Dec.in conſi.36.col.antepe.in prin.uerſ.tertiò principaliter non obſtat.uol. 1.

Tractatus , & aliæ ſolennitates,quæ in rebus Eccleſiæ alienandis requiruntur,præſumuntur propter antiquitatem temporis interueniſſe.Eſt com.opi. ſecund. Dec.in conſ.36.col.antep.uerſ.ultimo non obſtat.uol.1.

EMPHYTHEVSIS.

Regulariter in conceſsione emphyteuſis,non habe locum ius accreſcendi, ſed benè ius non decreſcēdi. Eſt commu.opin.ſecun.Dec.conſ.326. in caſu propoſito.circa prin.

Si Eccleſia conceſsit rem in emphyteuſim duobus fratribus,ita ut poſt mortem eorum,& filiorum ac nepotū ſuorum,talis res ad eccleſiā reuertatur: ſi unus illorū fratrū decedat ſine liberis,portio ſua nō accreſcit fratri ſuperſtiti,ſed deuoluitur ad eccleſiam,& conſequēter illa dictio eorum,reſoluitur in ſingularitates. eſt cōmu. opi.pro Bar.cont.Spec.ſec.Alex.in conſ. 167.uiſis.col. 3.uol.7.

Finita emphyteuſi , per extinctū lineæ uel generationis,& ſine culpa emphyteutæ , melioramenta remanent penes ipſum emphyteutam : ſi uerò finita ſit emphyteuſis propter culpam ipſius emphyteutæ , melioramenta pertinēt ad dominum.eſt com.opi.ſec.Dec.in cōſ.518. circa med. uol. 3.

Priuatio emphyteuſis propter canonem non ſolutum,non committitur ipſo iure,ſed ita demum ſi dominus uoluerit,& uoluntatē ſuam declarauerit. eſt cō.op. ſec.Dec.in cōſ.206.quæriť an diuiſio.col.pē.in fi. uo.2. emphyteuta teneť condictione ex l.Zenoniana. eſt uera & com.opin.ſecund . Iaſ.in conſi. 8.factum ſic ſe habet uol.1 .

Confiſcatis bonis emphyteutæ , eccleſiaſtica emphyteuſis in fiſcum efficaciter nō tranſit:quia ad extraneos hæredes tranſire nō poteſt. eſt mag.cō.ſec.Alex. cōſ.23. prima conſideratione. col. 1.uerſ. 3.pro hoc facit uol. 1.

Idem concluditur in emphiteuſi conceſſa à priuato,ea lege,quod ad extraneum haeredem non tranſeat: quia tunc etiam non confiſcatur. eſt com.op. ſecundum eun.ibid .

Emphyteuſis eccleſiaſtica,facta cum debitis ſolennitatibus,etiam ad hæredes extraneos tranſit . eſt cō.opi. licet dubia,ſec.Curt.Iun.in conſi. 4. ſuper controuerſia uol. 1.

Emphyteuſis acquiſita à patre pro ſe , & filijs, poteſt in teſtamento uni ex filijs tātum aſsignari,cæteris excluſis.Eſt mag.com.opin.teſte Alex.conſ.124. cōſideratis. col.pen.uol.5 .contra Bar.in l.iuſiurādi.§. ſi liberi. de oper.liberi.Contrariam opinionem dicit magis cōmunem cum Bar.idem Alexand. in conſ. 107.in cauſa Nicolai.in princ.uolu.4.uide latiſs. per Iaſ.in l.2.in ultim.quæſt.C.de iure emphyt.ubi ſupra omnes Doctor. articulum diſputat ad partes.

Emphyteuta non tenetur ad penſionem illius anni, quo propter bella nullos fructus percipere potuit . Eſt mag.commun.ſecund.Iaſ.in conſ.54.in præſenti cauſa . uol. 1.

Emphyteuta directum dominium nunquam præſcribere poteſt.Eſt com.op.ſecund.Iaſ.in conſi. 37.facti cōtingenti.uol. 1.

Poſsidēs fundum aliquem per annos 40. tāquam emphyteuticum, ſoluendo penſiones , utile dominium ſeu ius emphyteuticarium præſcribit.Eſt commun.opin.ſecun.Iaſ.in d.conſ.37. uol. 1.

EDITIO.

Ad hoc ut notarius cogať edere uel exhibere inſtrumentum parti,duo copulatiuè requirūtur: primò, quod interſit petentis:ſecundum , quod notarius fuerit ab eo rogatus. Eſt com.opi.ſec.Dec.in l. 1.col.2.in gl.in uer. ex cauſa.C.de eden.Roman.in conſ.83.incip.licet iure. Et pretenſum intereſt,probatur ſolo iuramento : ut ibidem dicitur .

AEQVIPARATIO.

Quando una res uel diſpoſitio alteri ęquiparať,quidquid plus eſt in re,ad quam fit æquiparatio,adijcitur rei æquiparatæ:ipſi uerò ad quam fit æquiparatio, nihil accedit.Eſt communis opinio cum Bar.in l.1. ff. de leg.1. ſecundum Dec.in conſi.46.uiſo puncto,in fin.uolum.1.

EXTENSIO.

Specificatio cuius caſus fortuiti,facit extēdi uerba generalia ad alios caſus nō ſpecificatos. Eſt mag.cō. opin.ſecund.Alex.conſ.3.uiſo.col.2.uol.1.

Statutum uel diſpoſitio cōtra ius commune loquens in caſu ſimplici , ad caſum miſtum non extenditur . Eſt com.opin.ſec.Alex.in conſi.28.ponderatis.uol.4.

EXCVSSIO.

Exceptio excuſsionis nō factæ debet opponi ante litem cōteſtatam,quoniam eſt dilatoria. Eſt uera omniū conclu.ſecund.Alex.conſ.78.in cauſa & lite.co.fin.cir. fin.uol.1.& in conſ.34.conſultus.uol.4.

Excuſsio non eſt neceſſaria,ubi creditor uult ius ſuū exercere contra nomen debitoris,ei obligatum.Eſt cōmunis opinio ſecun.Alexan.conſi.17.requiſitus. colu. pen.uerſ.denique.uol.

ERROR.

Error iuris excuſat à fructibus. eſt communis opinio ſecundū Curt.Iun.in cōſi.28.in cauſa uertente inter nobiles de Rodolphis.col.fin.uol. 1.

EXHAEREDATIO.

Exhæredatio facta ex una cauſa, q̄ non ſit de illis 14. enume-

enumeratis, ſed ſit grauior, uel equipollẽs, ualet & tenet puta, quia filius ſuit rebellis, uel proditor patriæ. Eſt cõmunis opinio ſecundum Iaſ. in Auct. non licet. col. 1. uerſ. iuxta prædicta. C. de lib. præter.

EXCEPTIO.

In quacunque generali excluſione exceptionum, facta per ſtatutum, nunquam excluditur officium iudicis, niſi excluderetur omnis exceptio & defenſio. Eſt uera & comm. op. ſec. Iaſ. in conſ. 7. adeo copioſé. num. 5. uol. 1. uerſ. & per iſtud.

Præcluſa omnino uia opponendi contra ſententiam, nunquam cenſetur excluſa exceptio nullitatis, ex capite incõpetentiæ procedentis gl. eſt com. approb. in re med. 1. de ſeq. poſſ. & fruct. in fin. ſecun. Corn. in conſi. 1. uiſa. col. 1. uerſ. tertio non uidetur. uolu. 2.

EXECVTIO.

Praeceptvm iudicis executiuum ſine cauſæ cognitione, & clauſula iuſtificante, eſt ipſo iure nullum. Eſt mag. com. opi. ſec. Iaſ. in l. nec quicquam. §. ubi decretũ. col. 2. de offic. præt.

Iudex á præcepto executiuo etiam citra ullam cognitionem incipere poteſt: cum clauſula tamen iuſtificante: per quam tale præceptum in uim citationis reſoluitur. Eſt mag. com. op. ſecun. Iaſ. ibidem.

F

FEVDVM.

Diſpositio c. potuit de loca. priuans ipſo iure emphyteotam non ſoluentem, non procedit in feudo, pro quo annua penſio debetur. Eſt mag. commu. opin. ſecund. Alexand. in conſi. 9. uiſo themate. uol. 3. & Dec. in conſi. 138. diligenter uol. 1.

In feudo empto & acquiſito, precio mediante, æque ſuccedunt fœminæ, ut maſculi. Eſt comm. op. ſec. Deci. in conſi. 390. quoniam ex facto col. 4. uerſ. capio ſecundam.

In alienatione feudi ſubinfeudati, requiritur conſenſus prioris & directi domini: nec ſufficit conſenſus domini poſterioris, qui ſubinfeudauit. Eſt magis cõmunis opinio ſecũdum D. Iacob. De ſancto Georgio, in tractatu ſuo de feudis. 105. & cum pacto de non alienando. uerſ. quæro de quæſtione quotidiana. qui limitat duobus modis: ſcilicet ſi prior dominus ſit abſens, uel alteratur natura feudi, dãdo licentiam uaſallo alienandi cui uellet: quoniam tunc ſufficit conſenſus domini poſterioris & immediati. Nota, quia quotidiana ſunt.

Conſuetudines feudales, etiam Eccleſias & perſonas Eccleſiaſticas ligant. Eſt magis communis opinio. ſecũdum Cur. iun. in conſi. 177. habita diligenti. colum. 3. nu. 20. nolum. 2.

Feudum hæreditarium, id eſt, receptũ pro ſe & hæredibus, nunquam tranſit ad agnatos: niſi ſint hæredes recipientis, uel illius prædefuncti, de cuius portione tractatur. Eſt uera & communis conclu. ſecundum Curtium Iun. in conſi. primo. colum. 3. nu. 11. uol. 1.

FRATER.

Fratres conſanguinei in bonis paternis præferuntur uterinis: in maternis uerò uterini præferũtur conſanguineis. Eſt commun. op. ſecund. Corn. conſ. 47. uidetur prima facie. uerſ. quia ſecundum communem. uolum. 1.

Statutum diſponens, quod per exiſtentiam fratris ſoror excludatur intelligitur etiã de fratre patruele, licet non dicatur propriè frater. Eſt tutior & æquior opin. ſecund. Alexand. in conſi. 203. col. fin. uer. & ſi appareret. uol. 7. quod incip. uiſo themate.

Quãdo plures fratres uolunt uenire ad diuiſionem, frater maior nõ tenetur facere partes, & minor eligere, prout uulgares credunt: ſed electio debet fieri ſorte, uel officio iudicis. Eſt mag. commu. opin. ſecund. Iaſ. in l. ſi duobus circa med. C. com. de lega. Latè diſcutit idẽ Iaſ. inſtit. de actio. §. quadã. ubi concludit contrariam opinionem, ſcilicet quod frater minor eligat, eſſe communem de iure Canonico, & clarã per tex. in cap. 1. de parro. & ideo amplectendam per illam regulam, quod quãdo aliquid eſt dubiũ de iure Ciuili, & clare determinatum á iure Canonic. tunc ſeruandum eſt indiſtinctè ius Canon. in utroque foro, ſecũdum glo. in c. licet in uerſ. uacante extrá de for. comp. Item, quia dictum unius ſancti, munitum authoritate noui uel ueteris Teſtamenti, præfertur cuicunque conſtitutioni, etiam Papali. c. de libellis uigeſima diſtinctio. Sed pro opinione iuris Canonici extat dictũ ſancti Auguſtini, in libro decimoſexto De ciuitate Dei, capite 20. in fin. allegando exemplum Abraham & Loth. Sed pro opinione iuris Ciu. uide oño Gomeſ. Hiſpan. in d. §. quædam. Inſt. de action. qui reſpondet ad omnia prædicta fundamẽta, & defendit opinionem ciuilem, quam & ego etiam conſulendo ſecutus ſum.

Non cenſetur inter fratres cõtracta ſocietas, eo ipſo quod hæreditatem paternam retinent indiuiſam. Eſt magis com. opi. ſecun. Iaſ. in conſi. 5. factum ſic ſe habet. in princ. uol. 1.

FAMA.

Fama duobus teſtibus ſufficienter probatur. Eſt cõ. op. ſecun. Salic. in l. ea quidem. col. 11. uerſ. ad ſeptimã. C. de accuſ. ſequitur Dec. conſ. 172. uiſo proceſſu. col. 2. uol. 2.

Licet ſit inter Doct. controuerſia, an teſtis deponens per famã, debeat reddere cauſam ſui dicti, etiam non interrogatus: tamen certiſ. & communis eſt opinio, quod interrogatus ſuper publica uoce & fama, tenetur reddere cauſam ſufficientem, alias non probat. Eſt autem cã ſufficiẽs, ſi reſpondeat ſe audiuiſſe á maiore parte populi, uel uiciniæ. Ita notab. dixit Alex. in conſ. 121. in præſenti conſultatione. circa princ. uerſ. eſt tamen altercatio. Et late Hippol. conſi. 8. in cauſa matri. Ioh. co. 6. uerſ. cõcurrit & alia ratio. ubi poſt omnes glo. & Doct. concludit, q niſi teſtes deponant, ſe á maiore parte populi audiuiſſe illud dici, non probant famam, & eſſe communem: etiam atteſtatur Alex. in conſi. 184. uiſo proceſſu. col. 3. in fin. uol. 7. & Dec. in conſ. 374. in cauſa rigoroſa. co. pẽ. circa med. uerſ. tertius teſtis. uol. 1. Idem Deci. in conſi. 210. uiſo puncto in fin. uol. 2.

Fama cum uno teſte de ueritate in criminalibus non ſufficit. Eſt com. op. ſecun. Dec. in conſ. 210. uiſo puncto in fin. uol. 2.

Licet in probanda morte alicuius ſufficiat probatio per famam illius loci, in quo dr mortuus, quando talis mors ita eſſet de lõginquo, ut facilè memoria haberi nõ poſſet, tamen ſi locus ſit de propinquo, & mors nõ multum de longinquo requiritur probatio per teſtes, nec fama ſufficit. Eſt mag. com. opin. ſecun. Alex. in conſi. 25. in cauſa uertente. col. penul. uol. 4.

FILIVS.

Filivs grauatus de reſtituendo purè, non detrahit niſi legitimã: ſub conditione uerò grauatus, detrahit legitimã & Trebellianicam. Eſt com. opin. ſec. Alexand. conſi. 150.

25n.quo ad primum.col.1.uol.6.& Dec.conſ.310.dũ legerem Paduæ.co.1.circa fin.de qua Cann.in c.Raynutius & in c.Raynaldus extra de teſtam. Legiſtæ in l.filiũ quẽ habentẽ.maximè D.Iaſ.C.fa.herciſ. Ratio aſsignat quia quicquid habet filius ex bonis paternis, ſtatim dẽt in legitimam imputari.l.quoniã in nouella.C.de inoffi.teſt.ſat.in l.quamquam.C.ad l.Falc. & uno eodemque tẽpore legitima & Trebellianica ſimul detrahi nõ poſſunt. Conſidera tamen, quod oppoſitum æquius uideretur: quia magis grauatur filius per purum fideicommiſſum, quam per conditionale, ideo magis eo caſu foret rolleuandus.arg.l.eum qui de iureiur.& contra commu.opin.uide etiam tex.ſubtiliter ponderando in d. l.filium. & ibi aperit D.Iaſ.C.fam.herciſ. Et hanc opinionẽ contra communem, per multa fundamenta tenet Oldr. in cõſi. 205.incip.primo,&c.

Ex ſola delatione hæreditatis paternæ, non eſt fundata intentio creditorum contra filium, niſi probẽt illum ſe immiſcuiſſe. Eſt commun.opin.ſecun.Alexand. in l.ſi cũm dotem.§.tranſgrediamur.col.3.uerſ.in gl.in uerb. extiterit.ff.ſol. matr. Et hoc propter beneficium abſentionis quod neceſsitatis uires ſuſpendit l.ſi filius, qui patri.ff.de uulga.& ibi ultra omnes latiſs. dixi.

Statutum excludens filias, ſtantibus maſculis, licet tãtum loquatur de filijs, ſimpliciter tamen extenditur etiã ad nepotes. Eſt deciſio Bal.com.appr. in l.2.C.de in inoffi.uoc.& eſſe communem atteſtatur Dec.conſ.372.uiſis & diligenter.col.fin.uerſ.poſtremò in terminis ſequit.Iaſ. in l.de quib.co.4.ff.de legi.& eſſe commu. dicit Alex.in conſ 203.uiſo themate.col. pen.uol. 7.

Filij filiorum poſiti tãtum in conditione, non cenſentur à teſtatore grauati. Eſt uera & com.opin.ſecũ.Alex. in conſ.202.uiſo themate.circa prin.uol.7

Filius etiam poſt immixtionẽ uel aditionem hæreditatis paternæ, præſumitur adhuc teſtamentum patris, & in eo contenta ignorare. Eſt cõ.opin.pro Bart.cont.Bal. ſecun.Iaſ.in l.eius qui in prouincia.in §.fi.col.2.uerſ.tenendo tamen.ff.ſi cer.pet.& ſecun. Ioan.Crotum, in l.q. Romæ.§.duo fratres.col.numero. 47. uerb.obſtat.ff.de uerb. obli.

Conditio filiorum in futurum euentum collata, comprehendit etiam nepotes. Eſt com.op.ſec. Alex.in conſ. 9. uiſis uerbis col.penul.uerſ.uerinrem.uol.1.

Filius non conficiens inuentariũ, amittit Trebellianicam. Eſt mag.commu.opin.ſecund.Dec.in conſi.480.in caſu.col.fin.uol. 4.

In materia onero ſa ſeu præiudiciali, ueluti fideicommiſſaria, appellatione filiorum non ueniunt nepotes. Eſt uerior, & communior opi.ſecundũ Dec.in conſ.95.col. 3.uerſ.uenio ad ſecundam.uol. 1.

Filia quæ uigore ſtatuti ab inteſtato excluditur legitimã petere non poteſt. Eſt com.op.ſec.Dec.conſi.296.in caſu propoſito col.fi.& in conſi.246.reuocatur in dubiũ col.fi.& conſi.303.in cauſa occurrenti.fi.

Filia quæ uigore ſtatuti ab inteſtato excluditur, & legitimam petere non poteſt, ſi prætereatur in teſtamẽto, teſtamentum non annullatur. Eſt com.opi.ſec. Dec.cõſ. 264.reuocatur in dubium.col.fin.circa prin.uide latiſs. per Socin.conſi.150.per totum. uol. 1. ubi dicit magis communẽ col.2.uerſ.præterea ille. Et eſſe magis cõem dicit Alexand.conſ.47.abundè.nu.51.uol. 2.

Statutum diſponens quod filia dotata non ſuccedat, cũm ſit odioſum, contra l.maximum.C.de lib.præte.nõ porrigitur ad bona, ſita extra territorium ſtatuentiũ. Eſt communis opin.ſecund.Alex.conſi.16.uiſo tit.quæſtionis.in princ.& fi.uol.1.Dec.conſ.276.proponitur quod dominus. col.pen.circa fin.conſi.314. pro reſolutione. in fin.

Filia excluſa ab hæreditate paterna per ſtatutum uel renunciationem, non prohibet ſuccedere fratri, qui paternam hęreditatem adiuit. Eſt com.opin.ſecun.Dec.cõſi.309.uiſo puncto. in prin.

Filia enormiter læſa, ueluti cum pro una dote plurib. hæreditatibus renũciat, poteſt tali renunciatione cõtrauenire etiam non obſtante iuramento. Eſt com.opin.ſecun.Dec.conſ.379.requiſitus. circa fin.

Statutum ſimpliciter diſponens, quod filia dotata nõ ſuccedat, intelligitur in hæreditate dotantis, nõ alterius niſi ultra procedat, exprimendo alias perſonas, à quarũ hæreditate uelit ipſam excludi. Eſt commu.opin.ſecun. Dec.conſ.346.omiſsis his.col.1.in fin.uerſ.eſt ergo inſiſtendum.

Filiorum appellatione in contractibus filiæ non ueniunt. Eſt com.op.ſec.Dec.conſ.433.uiſa copia.

In ſubſtitutionibus filiorũ appellatione nepotes non comprehenduntur. Eſt magis com.opin.teſte Socin.in conſ.104.quoniam præſens.in prin.uol.3. Contrariũ tenet Dec.& dicit eſſe communem, cum Bart.præſertim quoniam appellatione filiorum conferũtur in futurũ. in conſ.391.in caſu propoſito.poſt Alexand. conſi.9.uiſis. col.pen.uol.1.Idem Deci.latè in conſi.95.col.3.uerſ.uenio ad ſecundum Doct.communiter in l. Gallus. §. quidam.& §.inſtituens.de liber.& poſthu.& quod filiorum appellatione in diſpoſitione hominis, non contineãtur nepotes, dicit ueriorem Deci.in conſi.545. uiſo teſtamẽto.col.pen.uide ſuprà numer. 8.

Vbicunque in diſpoſitione teſtatoris fit mentio de filijs, in eorum fauorem eis relinquendo, ſemper filiorũ appellatione nepotes continentur. Eſt com. opin.omnium cum Bart.ſecun.Socin.iun.in conſi.116. uiſo puncto, numer.23.uol. 1.

FILIATIO.

Etiam in deciſorijs, & ubi principaliter agit ad hæreditatem obtinendã, ſufficiat agenti probare quaſi poſſeſſionem filiationis, per tractatum & reputationem. Eſt com.opi.ſecun.Dec. conſ.54.in cauſa D.Antonij.colu. pen.circa med.uolu. 1.

FIDEICOMMISSVM.

Fideicommissaria ſubſtitutio nõ eſt proprie ſubſtitutio. Eſt communis opin.ſecund.Alexa.in repet.§.quidam rectè.ff.de liber.& poſt.col.5.uerſ.3.pro hac ſentẽtia.& Doc.in Rub.C.de impub.& Corn.conſi.320.col. 4.uol.4.

Hæredis appellatione propriè non uenit fideicõmiſſarius. Eſt com.opi.ſec.Ale.in repet.§.quidã rectè. col.5. uerſ.3.pro hac ſententia.de lib.& poſt.Socin.conſ.110. cauſa filiorum.col.3.uol. 3.

Prælegata quæ præcedunt fideicomiſſum, ueniunt in reſtitutionem fideicommiſsi, licet tale fideicommiſſum non fuerit iniunctum per uerba omnino uniuerſalia. Eſt com.opi.ſecun.Dec.conſi.255.incip.uiſo puncto. col.1. uerſ.ſed tamen prædictis.

Quando honor pręcedit grauamẽ, prælegata & fideicommiſſa ueniunt in reſtitutionem fideicommiſsi, & per uerba indefinita, & non uniuerſalia relicti. Eſt cõ.opin. ſecun.Alexand.conſ.25.circa prin.col. pen. uerſ.quantum ad ſecun.uol. primo.

Acquiſitum ex ſubſtitutione compendioſa, quæ ualet iure fideicommiſsi poſt aditam hæreditatẽ, quãdo talis ſubſtitutio compendioſa præceſsit fideicommiſſum, uenit in reſtitutionem talis fideicommiſsi. Eſt communis opi.ſecun.Dec.in cõſ.85.in caſu propoſito.co.3.in pri. uol.1.Idem tenet Dec.in conſ.80.circa med.uol. 1.

Acquiſitum ex pupillari ſubſtitutiõe, uenit in reſtitutionem fideicommiſsi, quando tale fideicommiſſum fuit per uerba uniuerſalia iniunctũ. Eſt com. op. ſecun.

Alex.

Alex.in l.ita tamen.§.qui ſuſpectam.ff.ad S. C. Treb.uſ de infrà in uerb.Subſtit.pupillar.num. 2.

Intentio fideicommiſſarij,dicẽtis grauatum ſine liberis deceſsiſſe, fundata eſt ipſo iure:quia ei qui dicit grauatum filios reliquiſſe, & ſic fideicommiſsi conditionẽ defeciſſe,incumbit onus probandi. Eſt com.opi. ſecun. Dec.in conſi. 652.uiſo conſilio circa med.uol.4.uide infrà in uerb.Liberi.num.3.

Ius fideicommiſſi uniuerſalis, etiam ante agnitionẽ uel reſtitutionem,tranſmittitur ad hæredem ſubſtituti. Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſi. 478.in cauſa domini Aurelij.co.2.uerſ.& cum dicta uol.3.

Ampliatur,ut procedat etiam in fideicommiſſo in codicillis relicto,uel uirtute clauſulæ Codicillaris induɔ dicto.Eſt com.opi.ſecun.Dec.ibid.col. pen.circa med.& idẽ Dec.in conſ.490.uiſis.col.fi.uol.3.Vide infra in uerbo,Tranſmiſsio.num.4.

In fideicõmiſsis filius non ſubintrat locum patris uel matris.Eſt mag.com.opi.ſecundum Dec.in conſ.408.in cauſæ.col.3.circa prin.uol.3.& in conſi.primò memini. col.pen.uol.1.& in conſi.79.in princ.co.uol.& in conſi. 217.& 412.& in conſi.478.in cauſa domini in fin. Vide Pariſium in conſi.9.nume.10.uolum.4. Contrarium tenet Alexand.& dicit eſſe communem in conſi. 137.præ clarè.uolum.1.cum Alexand.tenet latè Crauetta,in conſil. 67.

Vbicunque grauamen præcedit,relictum acquiſitum ex ſubſtitutione non uenit in reſtitutionem fideicõmiſſi.Eſt com.opin.ſecun.Dec.conſi. 80.uiſis in prin.uol.1. Hoc uerum niſi grauamẽ fuerit iniectum per uerba uniuerſalia,quia tunc non ueniret.ut patet ſupra conclu. 5. acquiſitum.

Vbi honor ſequitur grauamen taliter relicta non uenit in fideicommiſſum. Vel relicta poſt onus iniunctũ, non ueniunt in reſtitution.Eſt mag.commu.opi.ſecũ. Corn.conſi.228.quod dominus Serantonius.colu.2.in fin.uol.4.

F O E N V S.

Ad hoc ut contractus præſumatur fœneratitius,uel ſimulatus, tria copulatinè requiruntur pactum de retrouẽ dẽdo,modicitas precij,& quod pſona ſit aliàs ſolita fœnerari.Eſt magis commu.opin.ſecund.Dec.in conſ.308. in caſu ad nos tranſmiſſo.colum.1.uerſ.ſecundò datur & ſecun.Iaſ.in conſi.150.& ſeq.in 4.uol. Tamen aliam opinionem,quod duo prima ſufficiant tenẽt plurimi excellentes Doct.quos idem Iaſ.ibidem enumerat.& ego puto ueriorem, & in conſcientia tutiorem: quia magis communiter illa duo prima arguuntur, non habere animum emendi ſeu uendendi, ſed mutuo dandi uel accipiendi. Et hanc partem dicit magis communem Ale.in conſi.46.circa præſentia.col.5.uol.3.

F O R V M.

Licet Doct.uelint, quod delinquens poſsit etiam puniri de delicto alibi commiſſo,in loco ubi plurimum conuerſat,& ratione aſsiduæ conuerſationis uideat ſortiri forum:tamẽ illud procedit,quãdo talis conuerſatio ſaltem fuit per annos.Eſt uerior opin.ſecund. Alexand. in conſi.166.uideretur fortaſſe,circa med. uolum.7. Et ibi ponit Alexan. quot modis quis dicatur ſortiri forũ, ut poſsit de delicto puniri:uidelicet ratione originis,ratione domicilij,ratione diutinæ conuerſationis,ratione delicti perpetrati,& ratione uagationis,quia delinquẽs ſit uagabundus per mundum: quia talis poteſt ubique conueniri.

F A L C I D I A.

Etiam de inſtitutionib. factis in re certa detrahitur Falcid. Eſt com.opin.ſecũ.Cor.in conſ.236.conſtat.co. 1.uerſ.tamen his minime.uol. 3.

F I D E I C O M M I S S V M.

Fideicommiſſario primo ante hæredem defuncto,fideicommiſſum apud hæredem remanet,cum onere reſtituendi ſecundo ſubſtituto. l.1.§.pro ſecundo. C.de cad. toll. Bar.in l.quamdiu.l.ultima.per illum tex.de acquir. hær.Et eſt com.opi.ſecun.Dec.conſi. 427.licet in caſu. col.penul.uol.3.

In fideicommiſsis filius in locũ patris non ſuccedet, ſed proximior in gradu præfertur.Eſt magis communis opinio cum Bal.in l.cum ita.§.in fideicommiſſo. reprobata ibi gl.de leg.2.ſecun. Dec.in conſi.408.in caſu.co. 3.uol.3.& in conſi.primò memini.Sed opinionem glo. contra Bar.dicit magis communem Soci. iunior in conſi.116.uiſo puncto.col.1.nu.9. ubi reprobat Dec. uolu. 1.Ray.conſi.171.caſus.colum.4.ou.10.uol. 2.

F I D E I V S S O R.

Periculum caſus fortuiti nõ ſpectat ad fideiuſſorẽ non culpabilem. Eſt uera & magis communis opinio ſecun. Alexand.in conſ.57.quoniam in quæſtione.col.pẽ. uerſ.confirmo.uol.1.

F V G A.

Insultatus ab aliquo,aggreſſorẽ impunè occidere poteſt,nec aufugere tenet,dato quod poſſet,quum dedecus ut iniuria eſt inſultatum ab aduerſario terreri uel fugari.l.clam.§.fin.cum l.ſeq.de acq.poſſ. Et eſt magis cõ. opin.ſecun. Alexand. in conſi.109.uiſis col. 3. uerſ.quin imò ſecundum magis communem. uol. 1.

F V R T V M.

Furtum dicitur caſus fortuitus tunc ſolum, quando, à perſona domeſtica fit.Eſt com.opin.ſecũ. Iaſ.in conſi 42.factum quæſtionis.uol. 1.

H

H O M I C I D I V M.

Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio,nõ ualet:quia præſtaret occaſionem delinquendi. Eſt com.op.ſecun.Dec. in c.cognoſcentes.circa prin.extra de conſti. Fely.in Rub.extra de homic.uol. uel caſ.

Accuſatus de homicidio poteſt opponere ſimpliciter negãdo,& quatenus probetur, ſe ad defenſionem feciſſe:quoniam licitum eſt reo intentionem actoris ſimpliciter negare,& deinde conditionaliter excipere.Eſt cõ. opi.ſecun.Socio.in l.nemo prohibetur.in fin. de excep. Bald.Ang.& Saly.in l.ſi quidẽ.C.de fur.Dec.in l.nemo ex his.in prin.de reg.iur.

Inſultatus ab aliquo, etiam ſi poſsit fugere,non tenetur:quinimo ſi ſe defendendo aggreſſorem occidat, de homicidio non punitur.Eſt mag.com.opin.ſecun. Alexand.in conſi.109.uiſis col.3.uol.1.

H AE R E S, H AE R E D I T A S.

Quotieſcunque aliquis hæreditatem adiuit in ſolidũ uel pro parte,& eius intẽtio erat hæreditatẽ ex quacũque

parte ſibi delatam acquirere, ſemper ualet aditio pro ea parte, quæ in ueritate adeunti delata erat, & error nihil nocet, ſed ualet aditio, inſpecta ueritate. Eſt com.opi.ſecun.Dec.in conſ.14.circa fin.princ.uol. 1.

Conditio adiecta à teſtatore per hęc uerba, Si ſine hęrede uel hæredibus deceſſerit intelligitur de filijs, nõ de extraneis: & requirit etiã, quod dicti filij ſint effectualiter hæredes, alias non uerificatur. Eſt cõm.opi.ſec.Dec. in cõſ.38.circa primum.col.3.circa.med.uol. 1.licet poſtea in ſeq.col.teneat opin.contrariam pro ueriori uerſ. & iſta opinio uerior.

Hæredis inſtitutio, ad interrogationem notarij, facta à teſtatore ſanæ mentis, mortis ꝓximitate nõ oppreſſo, ualet. Eſt com.opi.ſec. Alex.conſ.12.uiſo inſtrumento. col.pen.uerſ.& quod dictum teſtamentum.uol. 1.

Mala fides defuncti nocet hæredi uniuerſali. Eſt magis uera concluſio, ſecũ. Alex.conſ.12.ex his quæ in thema te, col.fi.uol.6.

Hæreditas patris ex potentia ſuitatis, etiam nõ adita, ad quoſcũque hæredes tranſmittitur. Eſt mag.com.op. teſte Iaſ.in conſ.130.factum ſic ſe habet, uol.1.

I

INCAPACITAS.

BONA uacantia propter incapacitatẽ illius cui acquiri debebant, deferũtur proximioribus ab inteſtato excluſis, fiſco & alijs. Eſt cõ.opi.ſecũ.Ro.conſ.296.circa declarationẽ. Bona relicta incapaci, odio ipſius relinquentis, non aũt ex delicto ipſius cui relinquitur, regulariter non tranſeunt ad fiſcum, niſi in caſu ſpeciali, poſito in l. 1.C.de natu.lib.& in l.ſi quis ab inceſt.C.de inceſt. nup.& in l.1.C.de ſecun.nup. Eſt magis com.concl.ſec. Alex. in conſ.202.perſpectis.col.1.in prin. uol.6.

Fratres religioſi, licet ex regula uel conſtitutionibus ſint incapaces bonorum immobilium, tamen poſſunt capere bona immobilia, ut uendant ea, & precium eorum neceſsitatibus cõuertatur. Eſt com.op.ſec.Dec.in conſi. 559.in cauſa.circa med.uol.tertio.

Hæreditas deportato relicta, ratiõe ſuæ incapacitatis deuoluit ad alios teſtamentarios, uel legitimos ſucceſſores perinde ac ſi ipſe inſtitutus non fuiſſet eſt mag. cõ. op.ſec.Alex.conſi.26.circa primum.in prin. uol.1.

INSTITVTIO.

Per inſtitutionẽ uel ſubſtitutionẽ, factam de fratre & eius filijs, licet ab inteſtato admittãtur ordine ſucceſsiuo, tamen ex tali diſpoſitione teſtatoris, ſimul & æqualiter admittunt. Eſt com.op.ſec.Cor.conſ.205.pluries, & pluries, col.pen.uerſ.ſed & alias.uol. 3.

Limitatur hæc com.opin.ut non procedat, quãdo tẽpore teſtamenti nulli erant filij fratris nati uel cõcepti: quia tunc, quo ad filios inſtitutio non ualet. Ita not.limitat Dec.in conſi.253.proponitur Enemondus.circa fi.ſequitur Alex.in rep.§.quidam recte.col.21.uer.pro reſolutione.ff.de lib.& poſthum.

Si quis inſtituat fratrem & eius filios, cenſetur eos ſimul & ſemel uocaſſe. Eſt mag.com.op.ſec.Cor.in conſ. 229.in hac conſultatione.colu.pen.uerſ.& licet Imola. uol. 3.

Inſtitutus in re certa habet ius accreſcendi, & põt tẽ capere propria authoritate, bar.in l.ex facto de hære.in ſti. Et eſt com.op.ſec.Alex.in conſ.138.opportunè. col. pen.uerſ.quo ad aliud uol. 1.

Inſtitutus in bonis mobilibus & immobilibus, dicitur inſtitutus in re certa, non in parte hęreditatis, & ideo habetur loco legatarij, non hæredis, quoniã hæreditas continet iura actiua & paſsiua, quæ tamen non comprehendũtur appellatione bonorum mobilium & immobiliũ, ſecus bonorum ſimpliciter. Eſt com.cum bar.ſecũ.Alex. in conſi.45.habita colu.3.uerſ. idem ſub appellatione, uol. 1.

Inſtitutio hæredis quia dicitur de forma, non poteſt fieri ꝑ relationẽ ad aliud. Eſt com.opin.ſec.Bru.in trac. de forma.fol.84.col.2.ad hæc faciunt.

Inſtitutio de filio & nepote per copulatiuã, intelligitur ordine ſucceſsiuo. Eſt mag.com.op.ſecun.Alex.Iaſ. & Alcia.in l.Gallus.§.quidam rectè.de lib.& poſthum. & Dec.conſ.236.non parua.

Fallit ſecundum Iaſ.in d.§.quidam rectè.quando inſtitueret nepos ex altero filio, cum ipſo patruo: quia tũc ſimul uocati intelligerentur, ſecundum ordinẽ legitimę ſucceſsionis.§.cũm filius, Inſt.de hær. quæ ab inteſt.

INIVRIA.

Iniuriæ æſtimatio ſiue agãtur actione prætoria, ſiue ciuili, fit per iuramentũ actoris, taxãdum & moderandũ poſtea arbitrio iudicis, prout ei uiſum fuerit. Eſt com.opin.ſecundum Roman.conſi.94.incip.uiſo circa med.

INTIMATIO.

Licet compromiſſum per arbitros abſentib. partib. prorogari poſsit, tamen talis prorogatio debet poſtea partib.intimari, alias laudũ nõ ſubſiſtit. Eſt dictum Bal. in l.reos.§.apoſtolos, C.de appell. cõmuniter approbatum ſecundum Dec.conſ.39.iuridicam.in prin.uolu.1.

INSINVATIO.

Inſinuationis defectus iuramenti appoſitione purgatur. eſt communis opinio ſecundum Dec.cõſ.39.primo non uidet.col.1.& conſi.488.in cauſa.col.1.circa med. uerſ.poſtremo donationi, uol.3.

INTERPELLATIO.

Interpellatio extraiudicialis, etiam per uerba cõũciatiua uel diſcretionis facta, cõſtituit debitorem in mora. eſt magis communis opi.ſecun.Iaſon.in l.uinum col.6 uerſ.iſtam regulam amplia. ſi cert. pet.

INVENTARIVM.

Hæres niſi ſit de liberis primi gradus, per nõ cõfectionem inuentarij priuatur Trebellianica. Eſt magis cõmunis opinio ſecundum Dec.conſi.236.non parua difficultas.colum.2.& 3.uerſ.alia eſt opinio.uolum.2. Alexan. pulchrè in conſi.67.uiſis & ponderatis.circa prin.uol.4. ubi concludit, filiũ non priuari legitima, nec Trebellianica, per non confectionẽ inuentarij, & aſſeritur eſſe cõ. opin.& ab ea non eſſe recedendum. Sed quod hæres ẽt extraneus non priuetur Trebellianica, tenet D.Iaſon, & dicit eſſe commun.in Rub.ff.ad Trebell.colum.1.in fin. uerſ.breuiter. Et quod per non confectionem inuentarij, etiam filius amittat Trebellianicam, dicit eſſe magis commun.Dec.in conſil.480.in caſu. colum.fin.uerſ. ſed tamen prædictis uolu.3. Vide infra Trebellianica numero 4. Imo quod prohiberi non poſsit, dicit magis commun.idem Dec.ſibi contrarius in conſ.81.in caſu propoſito col.2.in fin.uerſ.ex quib.omnib.uol. 1.

Filius grauatus non conficiens inuentarium, Trebellianicam perdit eſt magis communis opinio ſecundum Deci.conſ.236. non parua. & conſi. 480. in caſu, colu.fin.Socyn. Iun.in conſi.132.ad corroborationem. uol.1.

Inuen-

Inuentarium intra 30. dies, computandos à die aditę hæreditatis cõfici debet. Eſt magis communis opinio ſecundum Dec. conſi. 633. conſului. num. 2.

Quamuis hæres per non confectionem inuẽtarij perdat Falcidiam, tamẽ Trebellianicam non amittit. eſt uera & magis commun. opin. ſecundum Iaſ. conſi. 84. omiſſa longa. num. 4. uol. 1.

IVRISDICTIO.

Prohibitio iuriſdictionis quod ius non reddat, & quod quis non audiatur, intelligitur ipſo iure: & non ualet ſi contra fiat, etiam quod in proceſſu non opponatur. eſt communis opinio contra Card. ſecundum Dec. conſi. 375. in cauſſa quæ lucet. colum. 9. in prin. uerſ. ſed prędictis.

IVRAMENTVM.

Licet ſtatuto caueatur, quod in aliquo caſu ſtetur iuramento damni paſſi, uel iuramento alicuius: tamen poterit contrarium probari. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ. in l. ſi quando. col. 4. C. unde ui.

Iuramẽtum ſuppletiuum poſt concluſum in cauſa peti non poteſt. Eſt communis opin. ſecundum Hipp. in l. maritus. col. 3. circa fin. uerſ. teneas primã opin. ff. de quęſtio. Ratio: quia iuramẽtum ſuppletiuũ obtinet uim probationis, ergo poſt concluſionem cauſæ regulariter nõ admittitur probatio.

Iuramentum appoſitum ſuper contractu de iure inualido, illũ ualidat, ſi poteſt ſine diſpẽdio ſalutis æternæ ſeruari. Et licet iuramentum non tranſeat ad hæredes iurantis, tamen quando contractum ualidat, operatur quod uirtus ipſius contractus per iuramentum ualidati, tranſeat ad hæredem. Similiter quando iuramentum nõ apponitur ſuper actu inualido, ſed tendit ad obſeruantiam actus de ſe ualidi, qui iam poterat aliquo remedio oppugnari. Nam tunc licet iuramentum ſit iã iurantę obſeruandum, tamen non firmat contractum, neq; nocet hæredi. Eſt communis opinio ſecũdum Cor. conſi. 2. circa primum. col. 3. uerſ. & inſuper licet in d. §. uo. 3.

Iuramentum in litem, non habet locum in actionib. contrarijs. Eſt communis opinio ſecundum Alexan. in conſ. 214. quando dolus. col. 1. in prin. uol. 7.

Abſolutio à iuramento concedi non poteſt illi qui cõtrauenit iuramento, priuſquã petierit abſolutionem. Eſt communis opinio ſecundum Alex. conſi. 17. col. 2. uo. 3. Alb. Brun. conſi. 46. uerſ. ſecundo non poteſt.

Propter iuramentũ minor excludit a beneficio reſtitutionis in integrum. Eſt communis opinio ſecundum Dec. in conſi. 31. col. 1. circa med. uol. 1.

In criminalibus non deferunt iuramentũ ſuppletiuũ. Eſt communis opinio ſecundum Dec. in conſi. 37. in cauſa rigoroſæ. in fi. conſi. uolum. 1.

Fallit, niſi eſſet plus quam ſemipleně probatum: quia tunc etiã in arduis & criminalib. deferri poſſet iuramẽtum, ſecundum Dec. in c. 1. co. pen. uerſ. ſecunda concluſio. gl. extra de appel. Sed quod in criminalibus indiſtinctè tale iuramentum non deferatur, concludit Socin. & dicit eſſe comm. in conſ. 136. col. 2. & 3. uo. 1. & in conſ. 155. præſtantiſ. colu. 2. uol. 2.

Iuramentum addit forum foro, & facit ut laicus uirtute iuramenti poſsit conueniri etiam coram iudice Eccleſiaſtico. Eſt commu. opi. Legiſt. & Canon. ſecun. Iaſ. in conſ. 9. circa primum col. 1. uerſ. circa ſecundũ uo. 1.

Iuramentum de iure communi habet exequutionem paratam. Eſt magis com. opinio ſecundum Iaſ. in conſ. 9. circa primum. in prin. uol. 1. & latius in conſi. eo. co. fi. uer. non obſtat ultimum motiuum.

Iuramentum & ſententia obligãt quem præciſè ad factum, ut non liberetur præſtãdo intereſſe. Eſt cõmunis opinio ſecund. Iaſ. in conſi. 9. col. 6. uerſ. iſtud idem dedu co. uol. primo.

Iuramẽtum de iure ciuili impedit moræ purgationẽ. Eſt communis opinio ſecun. Iaſ. in conſi. 9. circa primũ. col. pen. in prin. uol. 1. & ſecund. Alexan. in conſi. 131. in cauſa in prin. uolu. 4.

Iuramẽtum habet uim ſpecialis certiorationis, ideo excludit beneficium Velleiani in integrũ reſtitutionis. Eſt magis communis opinio ſecund. Alexan. in conſ. 27. uiſo libello. col. 2. uerſ. & quia iuramentum. uol. 1. & in conſi. 42. ſuper col. 4. eo. uolum.

Statutum prohibens aliquem actum, ſiue in rem, ſiue in perſonam loquatur non habet locum in actu iurato. Eſt magis communis opinio ſecundum Alexandrum in conſi. 27. uiſo libello col. pen. uerſ. non obſtat id quod ultimo uolum. 1. & in conſi. 59. uiſo inſtrumento col. 3. uol. 1.

Maior iurans non contrauenire, non poteſt allegare ſe deceptum ultra dimidiũ iuſti precij. Eſt com. opinio ſecundum Imol. in conſ. 14. in caſu præmiſſo.

Statutum non poteſt infringere uires iuramenti, quoniam de re ſpirituali laicorum diſpoſitio non ualet. Eſt cõis opinio ſecundum Cornelium in conſ. quæſtio eſt. col. pen. uolum. 2.

Etiã in criminalibus, ubi agitur de pęna pecuniaria, iuramẽtum ſuppletiuum accuſatori defertur. Eſt magis communis opinio ſecundum Alexandrum in conſi. 66. uiſo proceſſu. col. 1. uo. 1.

A iuramẽto ſponte pręſtito, & ſine fraude recipiẽtis, abſolutio peti non poteſt. Crebrior opinio teſte Alexãdro, in conſi. 59. uiſo. col. pen. uol. 1.

Iuramẽtum de iure communi habet executionem paratam, & præciſam inducit obligationẽ. Eſt uera & cõmunis opi. ſecund. Iaſ. in conſi. 9. uenerabilis. & in cõſi. 85. punctus præſentes uol. 1.

Iuramentum conualidat donationem, factam ſine ſolennitatibus, à iure uel ſtatutu requiſitis. Eſt uera & cõmunis opinio ſecundum Iaſ. in conſi. 51. tota dubitatio. uolum. 1.

INTERESSE.

In ſolito conſiderari conſideratur intereſſe, non ſolũ damni emergentis, ſed etiam lucri ceſſantis. Eſt cõmunis opinio ſecun. Dec. in c. cum uenerabilis. co. 4. in fi. extra de except. & in conſi. 441. præſens conſultatio circa fi. Socin. in conſi. 156. pro fundamento. colum. 2. in prin. uol. 2.

Vbi pœna adijcitur facto poteſt peti quãtum eſt pro eo quod inter ipſius petentis: ſed quando adijcitur quãtitati nullo modo peti poteſt: quia ſemper & indiſtinctè præſumitur adiecta in fraudẽ uſurarum, quæ oino prohibentur. Eſt communis opinio ſec. Alex. conſi. 51. cum dicatur. col. 2. in prin. uol. 4.

Agens ad intereſſe, non tenetur in libello exprimere quantitatem. Eſt communis opinio ſecund. Iaſ. in l. certi condictio. col. pen. uer. circa ultimum. ff. ſi cert. pe.

IVDICIVM, IVDEX.

In ordinatorijs iudicijs attenditur locus iudicij: in deciſorijs uero attẽditur conſuetudo loci litigantium. Eſt communis opinio ſecundum Alexan. conſi. 217. colu. 2. uerſ. ſed ſi quæratur. uolum. 7.

Cauſa dotis uel matrimonij ad ſeparationem thori, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, & non ad ſecularẽ: ueluti ſi agatur de lucranda uel amittenda dote propter matrimonium uiolatum, ſiue adulterium. Eſt cõmunis opi. ſecun. Dec. in conſi. 212. in cauſa. in prin. uol. 2.

INSTRVMENTVM.

Exemplo inſtrumēti, authoritate iudicis ſumpto, plena fides adhibetur. Eſt cōmunis opinio ſecundum Deci. in conſi. 36. colum. 1. in prin. uol. 1.

Quando unus ex duobus teſtibus neceſſarijs contradicit inſtrumento, uel dicit ſe non interfuiſſe, non ſtatur amplius inſtrumento. Eſt magis cōmunis opinio ſecūd. Socin. in conſi. 46. cum in præſenti in fi. uol. 1.

IVS PATRONATVS.

Parochiani & populus ex antiqua conſuetudine præſentādi, acquirunt ius patronatus. Eſt communis opinio ſecundum Dec. in conſi. 157. & pro tenui. col. pen. in fi. uerſ. ſecundò non obſtat. uol. 1.

Etiam pro iure patronatus, & generaliter pro omni iure incorporali, nedum pro ſeruitutibus, cōpetit actio confeſſoria uel negatoria. Eſt communis ſententia cōtra Bald. ſecundum Iaſo. in l. ſi prius, nume. 5. de oper. noui nunciat.

IVDAEVS.

Iudæi exiſtentes in loco ubi ius ciuile ſeruatur, dicuntur de populo Romano, quo ad hoc, ut legibus illis utantur, & habeant filios in poteſtate. Eſt mag. com. opi. ſec. Alexand. conſi. 13. attentis. col. 1. in fin. uerſ. & com probatur. uol. 7.

L

LAESIO.

VBICVNQVE reipſa apparet læſio & iniquitas, licet per cōtrahentes iuramentum ſit non cōtrauenire, tamen tale iuramentum debet relaxari, & cōtractus poteſt reſcindi. Eſt communis opinio ſecundum Dec. conſ. 349. conſuluit. col. 2. circa fin. uerſic. ſecundò principaliter.

Auct. Sacramenta puberum non habent locum, data enormi læſione. Eſt com. op. ſec. Dec. conſi. 45. quæ ſupra naturæ. in princ.

Filia enormiter læſa, ueluti cum pro una dote pluribus hæreditatibus renūciat, poteſt tali renunciatione cōtra uenire, etiam non obſtante iuramento. Eſt com. opi. ſecun. Dec. conſi. 379. requiſitus circa fi.

A læſione & grauamine laudi poteſt peti reductio ad arbitrium boni uiri, etiam uſque ad 30. annos. Eſt cōmunis opin. cont. Spec. ſec. Alex. conſi. 183. in cauſa & lite. col. 1. circa med. uol. 6.

Enormiſſ. læſio non tollitur iuramento. Eſt magis cōmunis & uerior opinio ſecundum Cur. Ion. conſi. 53. habita diligenti. colum. 3. uerſ. non obſtat ſi quiſpiam. licet contrariam opinionem dicat magis communem idem Curt. in conſi. 141. habita. colum. 1. per tex. in c. quamuis de pact. in 6. Alexan. in conſi. 42. ſuper præmiſsis uol. 1. & contra Alexand. tenet Dec. dicens magis communē, in conſi. 205. ut uera. co. 2. uerſ. ſed uenio. uol. 1. & in cōſi. 216. uiſa. col. pen. uerſ. negari tamen non poteſt. uol. 2. allegat Cor. conſi. 166. col. pe. & antep. uol. 1. ubi diſtinguūt: aut læſio excedit dimidiam iuſtæ æſtimationis, modico exceſſu: & procedit op. Alexand. aut magno exceſſu: & tunc cū ſit enormiſsima, nunquam cenſetur excluſa. & hæc diſtinctio omnino tenenda eſt, cū ſapiat æquitatem. Nota.

Enormis læſio in compromiſsis dicitur in ſexta parte debitæ quantitatis: uel reſidet in arbitrio iudicis, cū non ſit à iure determinatum. Et iſtæ ſunt duæ principales, & mag. com. Doc. op. ſec. Dec. i cōſ. 39. ueridicā in fi. uol. 1.

Dolus ex propoſito, & dolus reipſa data enormi læſione æquiparant. Eſt com. op. ſec. Dec. in conſ. 180. uiſa rē nunciatione. col. pē. uerſ. non obſtat quod cōtra pet. uo. 2. Cur. Iuni. in conſi. 141. habita. col. 1. uol. 2.

LIBERI.

LIBERI poſiti in conditione, & etiam onere fideicōmiſsi grauati, nō cēſentur in teſtamēto uocati. Eſt mag. com. op. ſec. Dec. conſ. 422. & pro tenui col. 1. Idē cōſi. 491. uiſis diligēter. in fi. Iaſ. in l. 1. co. 3. in pri. C. de pac. Curt. conſi. 45. ſæpe reuoluta. col. 5. conſ. 63.

Limitatur tamen præcedens opinio ſecundū eundem Dec. in conſi. 270. D. Raynaldus. col. 1. uerſi. ſecunda cōcluſio. & colu. fi. uer. ſecundò non obſtat. ut non procedat, quando in cōditione fuiſſet etiam expreſſa qualitas maſculis: quia tunc his tribus concurrentibus, quod ſint etiam grauati. & per uerbum maſculos, indubitanter cēſentur à teſtatore uocati: ut ibi per eundem. Licet Alex. in conſi. 66. col. 2. uerſ. tamē poſito. col. 5. dicat duo præcedētia ſufficere, ſcilicet quod ſint poſiti in conditione, & grauati: & atteſtatur eſſe communē: tamē præcedens eſt magis com. & uerior.

Fauore fideicōmiſsi præſumitur grauatus deceſsiſſe ſine liberis: & ei q. dicit filios ſuperuixiſſe, incūbit onus probandi. Eſt cōmunis opin. ſecundū Dec. in conſ. 652. circa medi. uerſ. ſecunda concluſio. uol. 4. Vide ſupra in uer. Fideicom. num. 6.

LEGITIMATIO.

LEGITIMATVS filius excludit ſubſtitutum. Eſt communis opinio ſecundum Alexan. conſi. 2. incip. uiſis codicillis. col. 4. uol. 1.

Fallit dupliciter, quando teſtator feciſſet mentionem de legitimo matrimonio procreatis: quia tunc legitimatus non excluderet ſubſtitutum. Eſt com. op. ſec. Alexā. in conſi. 172. uiſis duobus col. fi. nec circa ſecūdū. uol. 7.

Secundo fallit, quando teſtator eſſet nobilis genere: quia loquēdo de filijs legitimis, non cenſetur intelligere de legitimatis: quia tales potius ſunt dedecori nobili perſonæ, quam ignobili. Alexan. in d. conſi. 171. uiſis. circa fin. uol. 7.

Facultas legitimandi dicitur fauorabilis, & non odioſa. eſt com. op. ſec. Dec. in conſi. 76. licet in caſu. in fi. cōſilij. uol. 1.

Imperator in terris Eccleſiæ legitimare nō poteſt: ſ. Item in præiudicium iuris alieni, etiam ſola ſpe competētis ueluti fideicommiſsi conditionalis. Eſt ma. com. op. teſte Alex. conſi. 67. conſideratis col. fin. uol. 5.

LEGITIMATVS.

LEGITIMATVS detrahit legitimā, & Trebellianicā de fideicōmiſſo, perinde ac ſi eēt uerè legitimus. Eſt cō. op. ſec. Dec. conſi. 257. quæritur an legitimatus. col. 1.

Legitimatus excludit ſubſtitutum. Eſt com. opi. ſec. Dec. conſi. 258. in caſu D. Franciſci. col. 1. in fin. & conſ. 365. uiſo conſi. col. 2. uer. tertio hoc comprobari & cōſ. 366. pro declaratione col. 5. uerſ. 4. idem cōprobatur. uol. 3. latè Alex. conſi. 2. uiſis. col. 4. uol. 1. Contrariā opinionem, quod non exclud. dicit magis communem Iaſ. in l. 2. num. 204. C. de iur. emphyt. poſt Imol. in l. ex facti §. fin. ad Trebellian. & c. in grandi de ſuppl. neg. præl. libro ſexto. & ita tenet Ruin. conſi. 99. nume. 106. & pulchrè conſ. 76. uolum. 3. ubi uult citationem ipſius ſubſtituti regeri. Et Pariſ. conſ. 9. olim, num. 28. uol. 2. Dec. cōſi. 284. uiſo puncto. col. 4. cum ſeq.

In legitimatione facta ad requiſitionē parētum, aliorum citatio non requiritur. Eſt communis opinio ſecū-

dum

dum Dec.conſi.367.ſinci.uiſo puncto.circa fi.& in conſi.307 uiſo puncto.circa princ.& conſi.698.in cauſa,Soci.Iun.conſi.142.uol.1.

Fallit,ubi legitimatio fieret ſtantib.filiis legitimatis,& naturalib.quia de ipſis debet fieri mentio:quinimo eis inuitis legitimatio fieri non poteſt,cum ſoleat fieri tãtũ in defectum legitimorum.Dec.ibidem colum.prima.circa med.

Legitimatio ſemel facta ex ſuperueniẽtia filij legitimi non retractatur,& ſic in legitimatione non hẽt locum diſpoſitio.l.ſi unquã.C.de reu.dona.Eſt cõis opinio ſecundum Dec.in d.conſi.307.col.fi.uerſi.quartò non obſtat. Idem Dec.in conſi.578.pro reſolutione.col.5.in princ.uol.3.Soc.Iun.conſi.142.uol.1.

Legitimatus per reſcriptum non ſolum agnoſcitur patri,ſed & omnibus alijs datis,ꝙ illorum cõſenſus non interuenerit,& illis pariter ſuccedit,perinde ac ſi foret uerè legitimus.Eſt cõis opinio ſecundum Dec.conſi.307.uiſo puncto,col.fi.circa fi.Eſt magis commu.ſecũ.Alex.conſi.139.eleganter.col.2.uol.4.

Statutum,ꝙ extantibus maſculis filiæ non ſuccedant,non habet locum in filio legitimato.Eſt magis communis opi.ſecundum Dec.conſi.52.uiſo eleganter.colum.j.uer.ſed tamen his non obſtantibus,& conſi.306.in caſu propoſito.col.pen.uer.uenio ad ſecundum.Iaſ.in l.ſi is qui pro emptore.co.54.uer.ex prædictis apparet.de uſu.Cur.Sen.conſi.16.& 35.Bolognin.in addi.Ioan.de Anania conſi.26.Contrarium,quòd imo ſtatutum etiam legitimatum comprehendat,dicit magis communem & ueriorem,Cur.Iun.conſi.153.uer.tertiò principaliter.uol.2.poſt Ial.in l.cum acutiſſ.C.de fideicom.Ruy.conſi.94.nu.13.uolum.3.

Fallit tamen prædicta opinio in legitimato per ſubſequens matrimonium,quoniam talis nihil differt a uerè legitimo.Eſt comm.opi.ſec.Alex.in rub.ff.de lib.& poſthu.& Dec.in d.conſi.52.in princ.pro qua opinione eſt tex.in l.nuper.in prin.cum l.ſeq.C.de nat.lib.ubi naturales per ſubſequens matrimonium afficiuntur uerè legitimi,& in poteſtate.

Legitimatus cum clauſula limitatiua,uidelicet abſq; præiudicio uenientium ab inteſtato,non ſuccedit ab inteſtato,nec præiudicat legitimis hæredibus,ſed tãtum admittitur ex teſtamento,& in præiudicium legitimorũ heredum.Eſt commu.opi.ſecund.Dec.in conſi.338.in caſu propoſito.col.1.uer.his præmiſſis.

LEGITIMVS.

Teſtamentum prius factum,rumpitur per poſtea legitimatum in eo præteritum.Eſt communis opinio ſecundum Dec.conſi.365.uiſo conſilio colum.2.uerſi.quartò concludunt.& conſi.366.pro declaratione.colum.1.uerſi.quartò concludunt. & eſſe magis commu.dicunt Alexand.& Iaſon in Rubric.ff.de liber.& poſthum.Intellige,quãdo legitimatio fit uiuente ipſo patre,ſecus,ſi poſt mortem,quia nõ ſuccedit,niſi in eo in quo reperitur honoratus,ut eſt tex.expreſſ.in Auct.quibus modis nat.effi.leg.in §.ſi uerò ſolummodo ibi,in quantum eos pater ſcripſerit.

Diſpoſitio ſi unquam de reuoc.donat.habet locum ẽt in filijs legitimatis,ſuſceptis tamẽ poſt donationem. Eſt uera & firma concluſio,contra Bal.& Sal.ſecundũ Dec.in conſi.366.pro declaratione.col.antepen.uerſ.ultimò non obſtat.

Fallit primò,niſi legitimatus fuiſſet iam natus tempore donationis,ita ut donator de eo uerisimiliter cogitare potuerit.Dec.ibidem.col.2.uer.ſecundo reſponderi poteſt.

Fallit ſecundò,in legitimato poſt mortem patris donãtis:quia tunc citatio illorum,quibus præiudicium inferri poterat,erat neceſſaria,unde per talem legitimatum non reuocatur donatio.Dec.ibidem in d.conſi.antep.uer.ultimò non obſtat.

Omnis ſpurius ex ſoluto & ſoluta,per ſubſequẽs matrimonium legitimatur.Eſt com.op.Canon.in iudicãdo tenenda.ſec.Dec.conſi.155.& diligenter.col.1.cir.prin.licet Canoniſt.repugnẽt magis cõiter Legiſtæ ꝙ ſoli naturales ex Concubina legitimentur.Sed opi.Canon.eſt amplectenda,ſecun.eund.ibidem.

Quando legitimatio fit ad poſtulationem patris uiuẽtis,tunc nec agnatorum,nec aliorum filiorum facienda eſt citatio.Eſt com.opi.ſec.Soc.in conſil.47.in præſenti conſultatione.col.antep.uer.ſecun.uol.4.

Legitimatus per reſcriptũ ſuccedit etiam ꝯ teſtamentum ut uerè legitimus.Eſt mag.com.opi.ſec.Alex.& Iaſ.in Rub.ff.de lib.& poſthu.

Imperator,uel eius comes Palatinus,uel alius quicũque princeps,extra ſuam iuriſdictionem legitimare non poteſt.Eſt mag.com.& uerior opinio ſecun.Soc.Iun.in conſi.100.pro habenda.uol.2.Doc.in l.fi.de iur.om.iud.Paris conſi.1.nu.103.uolu.1.

Legitimatio per reſcriptum retrotrahitur in præiudicium iuris alteri delati,uel ſola ſpe competentis.Eſt cõmu,om.opi.in §.& quid ſi tantum de lib.& poſth.ſecun.Pariſ.conſi.1.nu.58.uolu.5.

Imperator poteſt legitimare,nemine citato.Eſt com.opi.ſec.Rip.in rub.ext.de iud.nu.84.

Legitimatus excludit ſubſtitutũ ſub conditione,ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus. Eſt com.opi.ſec.Ruin.conſi.87.quia Matthæus,nu.13.uo.3.

Legitimato per ſcriptum plus relinqui põt quàm legitimo.Rui.cõſi.87.nu.23.uol.3.Et in cõſi.67.uiſo themate.colum.fi.eo.uolu.3.& in conſi.68.uiſa legitimatione,col.pen.eod.uolum.

LEGITIMA.

Filius non poteſt propria authoritate eligere ſibi legitimam in una re,ſed authoritate iudicis hoc fieri debet. Eſt commu.opi.ſecun.Dec.conſ.236.non parua difficultas,colum.4.

Dos competẽs intelligitur incluſiuè,uſq; ad legitimã. Eſt com.opi.ſec.Dec.conſi.276.proponitur quod dominus.col.1.Idem conſi.89.uiſo puncto,col.pen.& conſil.379.requiſitus.col.pen.circa med.

Fallit primò,quando filia dotatur a patre:quia dos ꝓſumitur competens ex prouiſione paterna.Dec.conſ.26.& diligenter circa prin.uer.ſed tamen his non obſtantibus,& conſi.203.ut uera reſolutione.col.fi.Pa.de Caſt.conſi.108.ſuper 1.in 7.dubio,niſi pater eſſet in dolo.

Fallit ſecundò,quando mulier cum minori dote quã ſit legitima,poſſet habere maritum ſm qualitatem ipſius Dec.ibid.col.pen.uer.ſi uerò mulier.

Fallit tertiò,qñ mulier ſpecialiter renunciaſſet ſupplemẽto dotis uel legitimæ cum iuramento.Dec.ibid.col.1.uer.prȩterea & ſecundò,& conſi.89.col.pe.in fi.

Fallit quartò,quando filia excluderetur ab inteſtato per ſtatutum:quia tunc cenſetur etiam excluſa a legitima,& conſequenter a ſupplemento.ut ſupra uerb.Filia.num.1.& 5.

Filius repudians hæreditatem paternam,priuatur ẽt legitima.Eſt comm.Doct.opi.in l.quia poterat ff.ad Trebel.contra Rom.ſecun.Alex.conſi.75.col.5.uer.nec iſto caſu.uolum.1.

In legitima filiorum habet locum ius accreſcendi.Eſt com.opi.ſec.Iaſ.in l.re coniuncti.col.antep.in fi.uerſi.tamen aliam partem.ff.de leg.3.Eſſe magis com.dicit Alexan.in l.plane.§.ſi duob.num.5.in fi.de leg.1.Soc.Iun.in conſi.25.caſus iſte,nu.13.uol.1.

Per ſtatutum legitima in totum auferri nõ poteſt.Eſt com-

communior & æquior opi.ſec. Alex. in conſi. 211. uiſo themate.co.2.uer.ſecundò reſpondeo uol.7. Contrariã opi.q imo in totum tolli poſſit,dicit eſſe commu.& ab ea in iudicando minimè recedendum, idem Alex.in cõſi.168.uiſis ac ponderatis.circa prin.uol.7.

Sicut aucta eſt legitima deſcendentium uſq; ad tertiã, ita etiam legitima aſcendentium.Eſt mag.com.opi.ſec. Alex.in conſi.168.uiſis ac ponderatis,col.pe.in fi.uol.7, & in conſi.140.ſuper teſtamento.in fi. uol.1.

Ius petendi ſupplementum legitimæ, nõ finitur quinquennio,ut uoluit Bar.ſed durat perpetuo, i. 30. annis. Eſt com,opi.ſec.Iaſ.in l.certi condictio.col. 8.uer,angelus hic.ff.ſi cer.pet.

Statutum propter exiſtentiam agnatorum, uel aliã ſimilem cauſam, poteſt matrem in totũ priuare legitima in bonis liberorum.Eſt com.opi.ſecun. Alex. conſi.68. circa præmiſſam.col.1.circa med.uer.& conſtat. uolu. quarto.

Statutum non ſolum matrem,ſed & filias propter exiſtentiam agnatorum a legitima in totum excludere poteſt.Eſt mag.com.op.ſec.Alex.in conſi 68.circa præmiſſam.col.1.circa med.uer.quinimò ſecundam uol.4.Vide ſupra nu.4,& 8.

In foro conſcientiæ, etiam per expreſſam pupillarẽ mater non excluditur a legitima.Eſt dictum Archi.communiter approbatum,ſec.Dec.in conſi.231.ſubtilis eſt caſus,in fi.uolu.2.

Pater non tenetur ſoluere legitimam pro filio condẽnato.Eſt com.opi.ſec.Cępol.in conſi.58.caſus,col.ante pe.uer.item hoc etiam determinauit.

Legitima in bonis filij debetur matri de iure poſitiuo ideo per ſtatutum auferri poteſt ,& per ſubſtitutionem pupillarem mater omnino ab ea excluditur,etiam in foro conſcientiæ. Eſt magis uera & com.opi.contra Arc. ſecun.Rubeum.Alex,conſi.69 caſus talis.circa fi.uol.2. Vide ſupra nu.10.ubi cont.

Qui non ſuccedit,non facit partem in legitima. Eſt com.opi.ſecun.Corn.in conſi.199 in hac col.2.uerſi.tamen his minimè,uolu.3.

Legitima etiam iure naturæ debita,per ſtatutum omnino tolli poteſt.Eſt magis commu. opin ſecund,Alex. in conſilio 3.circa præmiſſam,col.penul.uerſi.quinimo. uolum.7.

Per omiſsionem inuẽtarii, filius legitimam nõ amittit.Eſt magis com.opi.ſec.Alex.in conſi. 139.eleganter circa prin.uol,1.

Supplementum legitimæ non debet propria authoritate capi,ſed petendum eſt ab hęrede uel legatarijs,pro rata bonorum.Eſt ma. com.opi.ſec.Alex.in conſi.134. attentis circa med.uol.4.

Frater excluſus a fratre inſtituto extraneo, non facit partem matri in legitimam. Eſt mag.com.opi. ſec.Dec. in conſi.196.in caſu.col.fi.poſt Alex.in l.planè,§.ſi duobus in fi.de leg.1.

Dos data filiæ,& eidem pleno iure quæſita. trãſmittitur ad eius liberos,uelut hæredes, nec eis in legitimam ab auo debitam imputatur.Eſt mag.com.opi.ſec.Alex. in conſi.24.uiſis dubijs.col.fi.uol.1.

Fallit niſi dicti nepotes ſuccederent auo materno,cũ eorum auunculis ex perſona matris,quoniam eo caſu tenerentur ſibi imputare,quemadmodum eorũ mater imputaſſet,ſec. Alex.ibid.poſt Bald.in l.illam.C.de colla, Sal.in l.ſcimus.§.repletionem.C.de inof.teſt. Imo.in l. in quarta.ad Fal.Nota.

Neptis agens ad ſupplementum legitimæ,ex teſtamẽto aui, dotẽ maternam in legitimam imputare tenetur. Eſt comm.opi.ſec.Dec.in conſi.181.ſatis nota,colum.fi. uerſ.tertiò poteſt.

Filia ſimpliciter excluſa a ſtatuto,ſtantibus maſculis non connumeratur inter filios, nec facit partem in legitima. Eſt magis comm.opi.ſecun.Pari.in conſi.58.quoniam Iacobus,num.16.uol.3. Contrariam opinionẽ dicit magis communem Guid.Pap. in deciſio. 293.an ſit huſfam.

LITIS CONTESTATIO.

In poſſeſſorijs iudicijs,etiam in remedio cap.redintegranda,requiritur litis conteſta.Eſt com.opi. ſec. Alex. in conſ.2.conſideratis.col.antep.uer.& dato q in dicto, uol.2.uide infra Poſſeſſorium,nu.7.

LEGO, LEGATVM.

Verbum Lego, etiam uniuerſitatem bonorum, adiectum,non importat hæredis inſtitutionem , nec directã ſubſtitutionem.Eſt mag.comp.opi.ſec.Alex.conſi.9.uiſis uerbis,col.pe.in fi.uol.1.

In legatis etiam tacitis ius & dominium recta uia in legatarium tranſit.Eſt mag.com.opi.cont.Alex.ſec.Iaſ. in l.ſeruum.§.fi.de leg.1.Ripa in l.1.eo.tit.

Legatum annuum ciuitati uel Eccleſiæ perpetuo relictum,100.annorum ſpacio determinatur , crebrior eſt opi.contra Alex.conſi.60.omiſſo.col.1.uol.1.

LOCATIO, CONDVCTIO.

Conducens rem propriam & ſcienter ab alio, non tñ propterea uidetur ius ſuum transferre in locatorem.Eſt com.opi.contra gl.in l.rem aliquam,ſec.Alex.in conſil. 136.uiſo & examinato in fi. uol.1.

Conductor ad modicum tempus ceſſans in ſolutione penſionis,poteſt per locatorem propria authoritate expelli & res locata apprehendi.Eſt uerior & magis com. opi.ſec.Alex.in conſi.131.in cauſa in prin.uol.4.

Licet conductor uel emphyteuta promiſerit ſoluere canonem,ſub pœna ſi ceſſauerit,poteſt nihilominus per locatorem expelli,quoniam pœna in fauorem ipſius locatoris cenſetur appoſita. Eſt glo. com.app.in l.2.C.de iur.emphy.ſecund. Alex.in conſi.132.in cauſa & lite,in prin.uolu.4.

Locatio facta ad decennium, dicitur facta ad lõgum tempus,& de tali locatione idem iudicatur, q de uenditione & alienatione.Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſi.204 in cauſa uol.1.contra gl.fi.in l.codicillis. §.inſtituto.de leg.2.quæ tenet,prohibitionem alienationis, etiam mille annorum,locationem non impedire.

LVCRVM.

Lucrum delatum filio, propter tranſitũ patris uel matris ad ſecunda uota,non imputatur ei in legitimam,ſed utrumq; diuerſo iure conſequitur.Eſt uera,& in iudicãdo amplectenda opi,ſec.Dec.conſi.246. col.3.uer,ulterius tamen,uolu.2.

M.

METVS.

PRæsantia ſuperioris cui reuerẽtia debetur nõ cauſat iuſtum metum,ita q conſenſus præſtitus ab eo qui reuerentiam debet, reſcindi poſſit.Eſt com.opi.ſec.Dec,in c. cauſam matrimonij.uol.2.in prin.ext.de off.deleg.

MONASTERIVM.

Pactum factum ab ingrediente monaſterium,de retinẽdo bona propria,non ualet. Ingreſſus uerò remanet

ualidus

ualidus & purus. Eſt com.op.ſec.Iaſ.in Auc.ingreſſi.colum.6.C.de ſacro.Ecc.

Filia cui relicta ſunt mille, ſi nupſerit, & quingenta, ſi ingreſſa fuerit monaſterium, ſi ingrediatur monaſteriũ, nihilominus conſequetur mille. Eſt com.opi.ſec.Iaſ. in Auct. ſi quæ mulier.col.2.C.de ſacroſ.eccl.Dec.in c.in præſentia.col.29.ext.de proba.

MANDATVM.

Quis dicitur habere mandatum ſpeciale, quando eſt conſtitutus procurator ad alienãdum, licet non dicatur in mandato ſpecialiter: Conſtituo te procuratorem ad alienandum iſtam rem, uel illam. Eſt com.opi.ſec.Alex. in conſi.189.uiſo ſtatuto,col.1.uer.quartò probatur.uolum.7.

Mandans aliquid fieri, non dicitur uerè facere, ſed interpretatiuè, & ideo ſtatutum loquens de faciente, non habet locum in mandante. Eſt com.opi.ſec.Alex.in conſi.65.uiſa.col.1.in ſi.uol.4.

MORA.

Moræ purgatio J.quantum tempus fieri poſſit, iudicis arbitrio committitur. Eſt com.op.ſec.Dec.conſi.138.& diligenter.uolu.1.

In diſpoſitione legis uel ultimæ uoluntatis, ad hoc ut propter moram pœna committatur, requiritur monitio uel interpellatio. Eſt mag.com.opi.ſec.Soc.in conſi.133 perfecto.col.ſi.uol.1.

Ad actionem quærendam, non eſt licitum actori moram purgare, ſecus, ad quæſitam conſeruandam. Eſt com mu.opi.ſec.Alex.in conſi.9.attentis uerbis.circa ſi.uerſi.a.reſpondeo,uol.7.

In contractibus dies & pœna conuentionalis moræ purgationem excludit. Eſt com.opi.ſecũ.Alex.& Mod. in l.ſi inſulam.de uer.ob. etiam in contractibus bonæ fidei, propter bonam fidem, quæ magis exuberare debet, & moram grauiorem facit. Eſt com.ſec.Ripã in d.l.ſi inſulam,nu.43,licet in contrarium adducatur tex. in l.Lucius, de actio.emp.

MORS.

Per mortem alicuius uoluntas ceſſare dicitur, ſed nõ reuocari. Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſi.108.iſta uidetur in prin.uol.3.

Mors defuncti in longinquis partib. per ſolam famã plenè probatur. Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſi.652.uiſo conſilio.in prin.uol.4.

Si plures aliquem percuſſerint, & conſtare nõ poteſt, ex cuius uulnere deceſſerit, nullus ad mortem condemnatur. Eſt com.opi.ſec.Alexã. in conſi.15.uiſo proceſſu, col.2.in ſi.uol.1.

MATRIMONIVM.

Pœnæ impoſitæ de iure ciuili mulieribus intra annũ luctus nubere feſtinantibus, & ſic in odium feſtinantiæ ad ſecundum matrimonium, de quibus in l.1.& 2.C. de ſec.nup.& in Auct.de nup.§. primæ, de iure Canonum ſunt omnes ſublatæ, ita quòd nunc etiam intra annum liberè & impunè nubere poſſunt. Pœnæ uerò impoſitæ de iure ciuili mulierib. tranſeuntib. ad ſecũda uota, relictis liberis ex priore matrimonio, & ſic pœnæ impoſitæ in fauorem filiorum primi matrimonij, de iure Cano. non cenſentur ſublatæ. Eſt com.opi.ſec.Abb.in c.ſi.extr. de ſecun.nup.

Libertas matrimonij nec per pactum, nec per ſtatutũ pœnale impediri poteſt, & talia pacta uel ſtatuta dicuntur contra bonos mores, & non ualẽt. Eſt mag.com.op. ſec.Alex.in conſ.1.uiſo proceſſu.col.antep.uer.& illud quod uolum.3.

MASCVLVS, MASCVLINVM.

Licet quandoq; maſculinum concipiat fœmininum, l.1.de uer.ſig.l.1.§.ſi quis ita dederit. de teſta.tamen in contractibus non concipit. Eſt dect.Arch.in c.ſi quis ſuadente 17.q 4.& com.approbatur ſec.Alex.conſi.125.attentis.in prin.uol.5.

N

NATVRALIS.

Diſpoſitio §.ex imperfecto, locum non habet in filio naturali. Eſt com.opi.ſec.Dec.in cõſ.610.uiſo themate.nec etiam in legitimato, ſecundum eius opinionem ibidem, ſed communis eſt in contrarium, in §.& quid ſi tantum.ubi Iaſ.Cro.& Mod.Hiſpan.de lib.& poſthu.

NEPOS.

Nepos obtinens primum gradum, non poteſt inſtitui ab auo ſub conditione caſuali, uel mixta, niſi ad inſtar filij in defectum eahæredetur. Et licet quò ſit multum dubia, & utraq; pars facile ſuſtentabilis, tamen negatiua hic relata eſt magis æqua & com.ſec.Iaſ.in l.ſi pater.colum.6.uer.in quarta parte.gl.& col.8.uerſi.ex prædictis omnib.C.de inſti.& ſubſt.

Statutum excludens filias, ſtãtibus filijs maſculis, extenditur etiam ad nepotem. Eſt com.opin.ſec.Alex.cõſ.203.uiſo themate.col.pe.uer.ſed ita eſt uol.7.

In ultimis uoluntatibus appellatione filiorum ueniũt nepotes. Eſt com.opi.ſec.Alex.in conſi.9.uiſis.col.pen.uer.ueriorem.uol.1.& Iaſ.in l.Gallus.§.inſtituẽs.co.4.uer.& per illum tex.ff.de lib.& poſth. Contrarium firmat Dec.in conſi.95.& pro tenui.col.3.uer.uenio ad ſecundum.ubi dicit, hanc opinionem in puncto iuris ueriorem,uolu.1.

Nepos legitimus & naturalis ex filio ſpurio ab auo inſtitui uel ſubſtitui poteſt, & non obſtante uitio paterno, capax eſt eorum quę ſibi relinquunt, dummõ non cõſtet quòd contẽplatione patris ei relictũ fuerit. Eſt com.op.ſec.Cor.conſi.1.col.antep.in prin.uol.3. Et eſſe cõem etiã teſtat Alex.in conſi.74.circa primum col.pe.uer.& dicit Pau.uol.3.intellige, non exiſtẽtibus legitimis. uide Deci.in conſi.15.col.ſi.uer.ol.in 4.dubio.ubi vr̃ contrariũ tenere, ſed ibi loquitur ab inteſtato. Vide Bart.& Doct. præfert.Iaſ.in l.Gallus.§.quid ſi is.col.pe.& ſi.de lib.& poſth. Vide infra in uerb.Spurius,nu.2.

Prohibitio de non alienando, tãquam odioſa facta filijs, non extenditur ad nepotes. Eſt com. opi.cum Bart. in l.filiusfa.§.diui.de leg.1.

NEPOS.

In ſubſtitutionibus appellatione filiorũ non ueniunt nepotes. Eſt mag. com.opi.ſec.Soc.conſi.104.quoniam patria.in prin.uol.3.refert Dec.in cõſi.391.in caſu prin. Tamen contrarium tenet ibi Dec.& dicit cõem eſſe cõtra Soci.col.2.uer.ſupereſt. Sed quod nepos non ueniat, etiam quando uerba teſtatoris ſunt collata in futurum, uoluit idem Dec.ſibi contrarius in conſi.95.uol.1.

NOTARIVS.

Notarius ipſe qui inſtrumentum rogatus recepit, poteſt

teſt etiam ſine authoritate iudicis extẽdere imbreuiatu raſa ſe factas, ſm ſtylum & cõſuetudinem ſuã. Secus eſt in alio notario ſubrogato, qui inſtrumentum non recepit: quia ſine iudicis authoritate imbreuiaturas alterius notarij extendere non poteſt. Eſt com. opi. ſec. Alex. in conſi. 163. uiſis narratis. col. fi. uol. 7.

Si unus ex plurib. teſtib. a notario receptis accuſetur de falſo, & ipſe teſtis dicat, notariũ aliter ſcripſiſſe quę ipſe depoſuerit, quo ad crimen falſi, non magis creditur ſcripturæ notarij contra teſtem, quàm teſti contra notarium. Eſt com. opi. ſec. Alex. in conſi. 74. uiſo teſtamento. col. pe. in fi. uol. 1.

Ex ſtipulatione notarij, tãquam publicæ perſonæ, nomine abſentis facta, acquiritur abſenti utili actio ſine ceſſione. Eſt uerior & magis com. ſec. Alex. in conſi. 31. uiſo themate. col. pen. uer. fuit etiam uol. 6.

Notarius probato errore ſuo, poteſt illum propria authoritate corrigere. Eſt indubitata & com. opi. ſecũ. Iaſ. in conſi. 28. reuerende domine uol. 1.

NVLLITAS.

Licet per uerba quantumcunq; præciſa & prægnantia, prohibitum ſit opponi de nullitate ſententię, tamen nunquam excluditur excep. nullitatis, quę ex defectu poteſtatis & iuriſdictionis cauſatur. Gl. eſt com. approb. in cle. 1. in gl. fi. de ſeq. poſſ. & fruct. ſec. Dec. in conſi. 8. uiſo puncto. col. fi. in prin. uol. 1.

Si appellatum ſit per hæc uerba, prout magis communiter fieri ſolet, uidelicet, Dico ſententiam nullam, & ſi quę eſt, appello, intelligitur deducta nullitas æq; principaliter, non autem incidenter. Eſt uerior & com. opi. cõtra gl. & Sal. ſec. Alex. in conſi. 2. conſideratis. col. pen. uer. & certè uol. 3.

NOVATIO.

Si obligatio principalis eſt bonæ fidei, nũquã per ſtipulationem pœnalem vr̃ facta nouatio. Eſt communis opinio ſecundum Dec. in conſi. 12. colum. penul. in fin. uolum. 1.

NVPTIAE.

Diſpoſitio l. fœminæ. C. de ſec. nup. quatenus concernit fauorem liberorum primi matrimonij, adhuc hodie procedit & ſeruatur. Eſt communis opinio apud omnes baptizat. ſecund. Dec. conſi. 230. proponitur. in princip. uolu. 2.

Diſpoſitio l. fęminæ. C. de ſecu. nup. ita locum habet in patre ſecundò nubente, ut in matre. Eſt communis opinio ſecund. Decium, in d. conſil. 230. proponitur. in prin. uolu. 2.

O

OBLATIO.

SI die Dominico oblatio debet uni Eccleſiæ, & in feſto unius Sancti alteri eccleſiæ, concurrẽtibus die Dominico & die feſto, dies Dominicus uelut magis ordinarius & naturalis præfertur. Eſt mag. com. opin. ſm Soc. conſi. 116. uol. 4. Aliqui dicunt, duplicem deberi oblationem. Alij, q feſtum Sancti, uelut magis ſpeciale præferatur, & Dominico die deroget, qui toties in anno intercurrit. Alij, q diuidi debeat propter concurſum l. coniunctim. de leg. 3. Alij, q neutri debeatur.

OBLIGATIO NATVRALIS.

Ex teſtamento minus ſolenni oritur naturalis obligatio, potens ad retinendum, & excipiendum. Eſt communis opinio ſec. Iaſ. in l. ſi creditoris. circa fi. C. de fideicõ. Vide infra Teſtament. nu. 5.

P

PAPA.

PApa etiam ardua, ſine conſilio Cardinalium explicare poteſt. Eſt communis opinio ſecũdum Dec. in rub. de conſtitu. col. 2. uerſi. ſecunda conclu.

PAX.

Offendens eum à quo prius fuit offenſus & prouocatus, pacem rũpere non intelligitur: quia non ex antiqua cauſſa, ſed ex noua motus cenſetur. Eſt magis cõis & uera opinio ſm Alexandrum in conſi. 215. uiſo themate, col. 2. uol. 4. Vide Pau. Ca. in conſi. 295. uiſo ſubſcripto uol. Gozа. conſi. 31. in hac cauſa. Hippo. in conſi. 76. 83. 119. 122. & in ſing. 503. ex parte. Rom. conſi. 183. in caſu Bal. in conſi. 195. laudare. uol. 2.

PAVPER, PAVPERTAS.

Si teſtator diſponat, q poſt mortem hæredis diſtribuãtur bona inter pauperes eligẽdos per executores ipſius teſtamenti, non poterunt dicti executores aliquos pauperes eligere ante mortẽ ipſius hęredis. Eſt magis com. opi. ſec. Alex. in conſi. 81. uiſa conſultatione col. pe. circa med. uolu. 6.

PENSIO.

Remiſſio penſionis regulariter ob læſionem uel ſterilitatem, niſi in certis caſibus fieri non debet. Eſt magis communis ſec. Alex. conſi. 4. col. fi. uol. 1.

PEDAGIVM.

Ex conſuetudine temporis nõ memorabilis, ẽt inſcio principe uel ſuperiore, ius colligendi pedagium acquiritur. Eſt magis com. opi. ſec. Alex. conſi. 6. col. 1. uol. 1.

PERITVS IN ARTE.

Statur dicto unius periti, quando plures in eadem ciuitate non reperiuntur, nec opus eſt mittere ad uicinas ciuitates pro habendis pluribus, ẽt in cauſſa quãtumuis ardua & graui. Eſt communis opinio ſm Alexandrum & Iaſ. in l. 1. §. fi. ff. de uer. obl. Sed Panor. in c. propoſuiſti. de proba. tenuit oppoſitum, q imo in cauſa ardua & grauis præiudicij, debeat mitti ad loca uicina, pro habẽdis ſaltem duobus, & pro eius opinione faciunt eleganter dicta per Are. in conſi. 141. ex facto proponitur. col. antep. ubi concludit, q iudex debet elaborare in probatione, quæ fit per peritiam artis, haberi maiorem certitudinem, quæ eſſe poſſit. & iſtud maximè attendi debet in cauſis arduis & grauis præiudicij, in quibus maior cauſa & diligentia requiritur. arg. tex. in l. 1. §. ſed ſi quis. ff. de Carbon. edict. & quæ de ardua cauſa notantur per Doct. in l. admonendi. de iureiur. per Fely. & Barbat. in c. teſtimonium in 5. notab. de proba. & Pet. de Anchar. in conſi. 28. rationes inductæ. circa fi. & Bald. in l. parentes. C. de teſtib. & in capitul. ad noſtram. de probation.

Moderni.

Moderni Canoniſt.in c.licet cauſam.col.6 de proba.Socy.conſ.17.ſupra dictæ cauſæ,col.2.in fi.uolum.1. Hippol.lace in conſi.74.in cauſſa dierony.uolum.1.& in l.2.§.ſeruum municipum.colum.fi.ff.de queſt.& fac.tex.in l.propter litem.§.1.de excuſ.tut.& c.1.& ibi Doc.de teſt.ſpo.

Quādo tractatur de iudicando aliquid, ſpectās ad aliquā artem uel officium, ſaltem duo in illa arte periti adhibendi ſunt,ſi in loco illo reperiantur Eſt com.opi.ſec.Iaſonem in l.1.§.fi.col.pen.in fi.& col.fi.ff.de uerb.obl. Tamen idem Iaſ. ibidem tenet oppoſitum,concludens quòd imo unus ſufficiat,nec plures ſint requirendi,licet plures in loco poſſent inueniri, & dicit hanc cōtrariam opinionem communem eſſe melius fundatam, & de iure ueriorem.

PIA CAVSA.

In fideicommiſſarium ſubſtitutū ad pias cās,uel executoré piæ cauſæ tranſeūt omnia iura hæreditaria ipſo iure,abſq; aliqua fideicō miſſi reſtitutione fauore piæ cāç. Eſt com.opi.ſec.Alex.conſi.4.videtur inſpectis.co.7.in prin.uer.unde in talem.uol.2.

In teſtamento ad pias cās, in nihilo derogatum eſt ſolennitatibus iuris ciuilis,per diſpoſitionem.l.1. C.de ſacroſ.ecc.Eſt com.opi.contra Bar.ſecun.Iaſ.in d.l.s.col.4.& 5.uer.quid tenendum.C.de ſacroſ.Ecc.& Alex.cō ſi.182.ſuper eo.in fi.uol.5.

In diſpoſitione ad pias cās nō attenditur probibitio iuris ciuilis,ſed iuris diuini uel canonici,ét in terris Imperij.Igitur etiam in relictis ad pias cauſas uoluntas captatoria toleratur.Eſt magis com.opi.ſecun.Alex.cōſi.14.circa primum.col.fi.uol.2.& Soc.conſi.49.uiſo uol.4.Iaſ.conſi.11c.magnificus.uol.1.

In teſtamento ad pias cauſas non ſeruatur ius ciuile uel poſitiuum, ſed Canonicum uel Diuinum.Eſt magis commu. opi.ſecundum Alexandrum,in conſi.4.attentis narratis.col.fi.uolu.7.

POSITIO.

Poſitio partim uera,partim falſa,in totum negari poteſt.fuit opi.Spec.& quarundam Glo.ut refert Alex.in l.1.§.ſi ſtipunlati.circa fi.2.col.ff.de uerb.obl.Tamen ɔ̄traiam opinionem tennit Bar.& eam dicit ibidem Alexā. eſſe communem,ꝙ imo tota negari non poſſit.& Iaſ.ibi pro communi allegat unum tex.quem dicit nouum,& a nemine ponderatum,in l.qui ſeruum.§.fi.ff.de inter.act. Sed pro Spec.ꝙ imo poſſit tota negari ſine metu periurij,tenent Io.And.& Doct in c.2.de cenſi.lib.6.& facit tex.in l.ſi is qui 200.§.utrum.de reb.dub.Et pro Spe.ultra alios facit ꝙ in ſimili tradunt Doct. in l. manifeſte, C.de iur.ꝙ oblato iuramento alicui ſuper mutuo, ꝙ in ueritate fuerit ſolutum, licitum eſt illi negare mutuum ſimpliciter,ſine metu periurij,propter malitiam aduerſarij.Tandem Alex.diſtinguit.Aut poſitio eſt falſa in qualitate,& tunc procedat opi Spe.aut eſt falſa in quantitate,& obtinet opinio Bar. Quę diſtinctio uidetur ſatis rationabilis,quia facilius & congruentius diuidi ꝑ quantitas quàm qualitas.& quòd poſitio facta de maiori ſūma,in totum negari non poſſit,dicit magis communem Aretin.in l.1.§.ſi ſtipulanti.& ibi omnes Modern. de uerbor.obligatio.& Dec. in l.non poteſt.in princ. de reg.iur.

PACTVM L. COMMISSORIAE.

Etiam in debito ex cauſa dotis,reprobatum eſt pactū l.commiſſoriæ.Eſt com.opi.contra Ful.ſec. Alex.in cōſi.178.uiſo proceſſu.col.fi.uol.7.

POENA.

Quotieſcunq; ob ceſſationē uel non factum dēt quis incidere in pœnam,nunquam pœna committit,niſi monitione uel interpellatione.Eſt dictum Inn.in c.eatirpādæ.§ quia uerò de conceſ.preb.commu.approb.ſecun. Dec.in conſi.37.in cā rigoroſæ.col.3.circa med.uerſ. ſecunda ratio,quia ſtatutum uol.1.

Pęnæ impoſitæ mulieribus nubentibus intra annum luctus,in merum odium ipſarum per dictū Apoſtoli remiſſæ cenſentur,ſed iniunctæ in merum fauorem & ꝓuiſionem liberorum prioris matrimonij, non intelligūtur ſublatæ.Eſt communis opinio ſecundum Soc.in conſil.34.proſequendo ordinem.col.2.uer.nec obſtant allegata.uolu.1.

Proteſtatio de reuocando factum illicitum,non relenat facientem,quoniam ſtatim actu conſummato,quaſitum eſt ius parti.Eſt comm.opi.ſec.Dec.in conſ.160.in cauſa col.fi.in fi.uol.1.

Pœna impoſita iure ciuili ɔ̄hentibus inceſtas nuptias locum habet etiam in contrahentibus nuptias inceſtas de iure Cano.Eſt com.opi.cont.Anch.ſec.Dec.in conſi.258.col.2.uer.his tamen non obſtantibus.

PERICVLVM.

Periculum procedens a caſu fortuito,non ſpectat ad fideiuſſorem non culpabilem.Eſt mag.com. opi.ſecun. Alex.in conſi.57.quoniam in quæſtione col.pe.uer.confirmo.uolu.2.

POSSESSIO, POSSESSORIVM.

Etiam in iudicio poſſeſſorio non ſufficit ſemiplena ꝓba.Eſt magis communis opinio ſecundum Alex.conſil.177.uiſa copia.circa fi.uol.7.& in conſi.139.circa primum in fi.uolu.6.

Miſſus in tenutam bonorū,uigore ſentētia arbitralis non dicitur poſſeſſor.Eſt com.opi.cont.Bar.ſec. Alexā. in conſi.201.uiſo themate in fi.uol.7.& in conſi.35.in fi. uolum.6.

Poſſeſsio apprehenſa per aliquē,in abſentia alterius ciuiliter poſſidentis,dr̄ naturalis.Eſt com.opi.ſec.Alex. in conſi.201.uiſo themate.col.1.in prin.uol.7.& in conſi.35.uiſo themate.col.2.uol.6.

A ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio,de iure ciuili indiſtinctē non appellatur.Eſt com.opi.cont.Bart.& Ang.ſec.Dec.in conſi.58.col.pe.uol.1.& ſec.Alex.cōſi.2.col.pe.in fi.uol.3.

Fallit,ſi iudex appellationem admiſerit,quia poterit reus obtinere,ſecundum Alex. ibidem.

Agenti poſſeſſorio recuperandæ,non pōt opponi exceptio dominij.Eſt uera & mag.com.opi.ſec.Dec.in cōſi.57.col.pe.circa med.uol.1.

Remedium poſſeſſ.canon. reintegrādæ competit ét contra bona fide & titulo poſſidentem.Eſt magis cōmunis opinio ſecundum Dec.in d.conſi.57.col.pen.uol.1. Contrariam tamen opinionem dicit commu. Lanfr.de Brix.in Rub.extra de cauſ.poſſ.& prop.col.4.uer.quarta concluſio,&c.

Etiam in poſſeſſorijs,& remedio c.reintegranda,requiritur litis conteſta.Eſt com.opi.ſec.Alex. in conſi.2.conſiderans.col.antep.uer.& dato.uolu.3.uide ſupra Litis conteſtatio,nu.1.

Habens ciuilem poſſeſſionem, poteſt naturalem per uim & propria autoritate, quandocunq; libuerit occupare.Eſt com.om.opi.in l.clam poſſidere.§.qui ad nūdinas.de acq.poſſ.ſecun.Soc.in conſi.122.in cauſa Dominæ Iacobæ.col.pen.in prin.uerſi.reſpondeo dupliciter. uolum.4.

Ciuiliſſ.

Ciuiliſſ.poſſeſsio,quæ ſolius legis miniſterio,citra hominis factum acquirit,non parit interdictum recuperandæ,ſec.Bal.in Auct.de functo.q. 3. C.ad Treb.Eſt com. opi.ſec.Iaſ.in l.ſi ſorori.C.de iur.delib.& Rip.in Rubr. de cauſ.poſſ.& prop.

Remedium c.reintegranda,3.q.1.competit cuilibet, qui ſine iuſta cauſa de poſſeſsione cecidit, tā pro rebus Eccleſiaſticis quam prophanis.Eſt mag.com. opin.ſec. Alex.conſi.51.uiſo io prin.uol.1.

PROMISSIO.

Promittens ſe facturum & curaturum, cum iuramento & adiecta pœna ſi fecit quicquid potuit,euitat periurium & pœnam.Eſt communis opinio ſm̄ Dec.cōſ.313. promiſit Dominus.col.1.in fi. uer. ſed tamen prædictis. Licet Soc. tenuerit oppoſ. ꝙ imo promiſſor tenetur ad intereſſe,maximè quando difficultas ab initio per ipſum promiſſorem uerisimiliter cogitari & præuideri potuit in conſi.288.

Si promiſſor ſolidæ ſeruitutis deceſsit,relictis pluribus hæredibus.non poteſt unus conſtituere ſeruitutē in fundo communi,niſi alijs conſentiētib.Eſt com.opi.ſec. Iaſ.in l.2.§.ex his.col.2.uer.5.de uerb.ob.

Promiſsio facta ſine cā,ēt per ſtipulationem in dubio non ualet,niſi appareat ꝙ fuit facta animo donādi. Eſt mag.com.opi.ſec.Alex.conſi.13.ex his quæ in themate. col.1.uer.ex quibus.uol.1. quoniam potius per errorem facta præſumitur. Vide ſupra,Donat.nu.13.

PRAECRIPTIO.

In præſcriptione 30.annorum,bona fides etiam neceſſaria eſt.Eſt mag.com.opi.cont.Bar.ſec.Dec.conſi.266. ad excluſionem col.fi.& conſi.272.uiſo proceſſu. col. 3. uer.non obſtat.& conſi.267.non excedit,col.pen.uerſi. nam de titu.

Succeſſor uniuerſalis propter malam fidem ſui prędeceſſoris licet ipſe ſit in bona fide,tamen præſcribere nō poteſt:quia mala fides authoris nocet hæredi,etiam in bona fide exiſtente,& hæres tenetur ipſius defuncti exonerare conſcientiam.Eſt mag.com.opi.ſec.Alex.cōſi.4. uidetur inſpectis.col.fi.circa prin.uolu.2.ſequitur Dec. conſi.272.uiſo proceſſu.col.3.

Commodum longioris uitę in obligationibus,reſpectu præſcriptionis non eſt conſiderabile.Eſt com.opi.ſecun.Iaſ.in l.qui bis idem.col.5.uer.in ſexta fall. de uer. ob.Tamen idem Iaſ.ibidem tenet cum Are.quam tenet to puncto iuris eſſe ueriaſimam.

L.fi.C.de ſacroſ.ecc.correcta per ſubſt.auct.in Eccleſia,quo ad præſcriptionem paſsiuam,non cenſetur correcta in ciuitate.Eſt comm.opi.ſec.Iaſ.in Auct.quas actiones.col.5.uer.contrariam opinionem.C.de ſacroſ. eccl. per regulam,ꝙ in correctorijs non eſt licita extenſio, et ex maioritate rationis.

Licet aduerſus præſcriptionem 10.annorum,ex cauſa concedatur reſtitutio,tamen aduerſus 40.annorum pſcriptionem nunquam conceditur indiſtinctè.Eſt com. opi.ſec.Dec.in conſi.29.uol.1.

Fallit in eccleſia, cui etiam contra præſcriptionē 40. annorum conceditur reſtitutio in integrum. Eſt comm. opi.ſec.Alex.in conſi.168.uiſo themate,col.pe.uol.2.& Dec.in d.conſi.29.in prin.& in conſi.36.col. pe. uer.3. & ult.ubi dicit magis communem.

Præſcriptio 40.annorum currit etiam aduerſus ignorantes,ſed aduerſus illam cōceditur reſtitutio.Eſt com. opi.ſec.Cor.in conſi.195.col.fi.uol.3.

Iuri adeundi uel immiſcendi præſcribitur ſpacio 30. uel 40.annorum.Eſt com.opi.ſec.Iaſ.in conſ.19.pro excutienda per tot.uol.1.

Pręſcriptio temporis memorati habet uim priuilegij, etiam cōtra ſuperiorem ignorantem.Eſt mag.com.opi. teſte Dec.in conſi.85.col.1.poſt Alex.conſi.6.uiſo themate.col.2.uol.1.

Præſcriptio longiſſ.temporis etiam contra ignorātē decurrit,ſed conceditur in integrum reſti.Eſt com.op. ſec.Alex.conſi.116.perſpectis.colū.1.uol.5.Soc.Iun. in conſi.158.præſentis,nu.150.uol.1.

PRAETERITIO.

Auct.ex cauſa. C.de lib.præt.dicens ex præteritione ſolam inſtitutionem uitiari, cætera uerò firma manere non habet locum in relictis ipſi præterito teſtamentum impugnanti.Eſt com.op.ſec.Rom.conſ.516.in caſu propoſito.col.fi.

Teſtamentum nullum præteritione filii,propter clauſulam codicillarem ſuſtinetur in uim fideicōmiſsi. Eſt mag.com.op.ſec.Dec.in conſ.228.in caſu propoſito.circa prin.uol.2.præteritione filij uel nepotis,facta ſine cā per matrem uel auiam,teſtamentum eſt adhuc hodie ipſo iure nullum,nec conſeruatur per Auct.ex cauſa.C.de lib.præt.Eſt com.opi.ſec.Alex.conſi.26.circa primum. col.2.uer.circa tertium.uol.1.

Diſpoſitio Auc.ex cauſa.procedit etiam in pręteritione uel exhæredatione facta ſine cauſa.Eſt com.opi.cōt. Dyn.ſecund.Alex.d.conſi.26.col.2.uerſi. nec obſtat dicta lex.

Præteritio filij reddit teſtamentum ipſo iure nullum etiam ſi præteritus nullum non diceret.Eſt mag.cōmn. opi.ſec.Iaſ.in conſi.113.nos Iaſ.uol.1.

PRINCEPS.

Si Imperator,uel alius princeps,fecit pactū aliquod cum ciuitate,uel alio loco, illud obſeruare tenet̄, & ex tali pacto obligatur.Eſt com.opi.ſec. Iaſ.in conſi.1.prę ſupponitur in facto.uol.1.

PRIVILEGIVM.

Clauſula generalis derogatoria,in qua de priuilegio & loco priuilegiato, ſecūdum formam ipſius priuilegij ſpecialis mentio facta non reperitur,non eſt ſufficiēs ad derogandum priuilegio alteri conceſſo, de quo ſpecialis mentio fieri debuiſſet.Eſt com.opi.ſec. Dec.in conſ. 365.uiſo tenore.col. 2. in prin.ſed ſupradictis non obſtantibus.& uer.ex quibus omnibus.& in conſi.374.uiſo conſilio.in fi.

Probatio priuilegiata,ueluti per iuramentū,nunquā locum habet contra eum qui ex delicto alterius cōuenitur.Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſ.410. in cauſa mota.col. 2.uer.quartò principaliter.

Priuilegium conceſſum ſubdito,poteſt per ipſum cōcedentem ad libitum reuocari.Eſt com.opi.ſec.Cur.Iuni.conſi.1.col.10.nu.34.uol.1.

PROCVRATOR.

Per traditionem actorum uel iurium quis cenſet conſtitutus procurator,& tanquam procurator admittitur, ſaltem cum cautione de rato.Eſt com.opi. ſecu.Hippo. in§.ſi quis ne quæſtio.colum.25.uerſ.& dixit Bald.ff.de quæſt.

Vbicunq; a iure uel ſtatuto requiritur pro forma proprium iuramētum, non ſufficit iurare per procuratorē, etiam cum mandato ſpeciali.Eſt com.op.ſec.Ab.in c. licet ex quadam col.1.uer.item quęro.extra de teſt.

Procurator fiſci quando uenditur res fiſcalis, nō poteſt habere fidem de precio,ut dominium transferatur. Eſt com.opi.ſec.Iaſ.in l.quę acta.de off.procu.Cæſ.

PROBATIO.

Ad hoc ut propter antiquitatem probatio imperfecta ſufficiat,& plena reddatur,requiritur tempus centũ annorum.Eſt communis opinio ſecun.Dec.conſ.13.col.fi. uolum.1.

Valet conſuetudo uel ſtatutum,ꝙ probatio imperfecta pro plena & legitima habeatur.Eſt com. opi.ſec.Deci.in conſi.37.in cauſa rigoroſę.circa prin.uol.1.

PRAESEMPTIO.

Præſumptio eſt minus ſemiplena probatione.Eſt cõmu.opi.ſec.Iaſonem in conſi.129.in caſu.col.2.uerſi.ſecundò moueor.uol.1.Hinc eſt,ꝙ teſtis non iuratus facit præſumptionem,licet non ſemiplenè probet.c,nuper.& ibi gl.extra de teſtib.Dec.in conſi.540.quæritur.col.pe. in fi.uolum.3.

PROROGATIO.

Tempus inſtantiæ præfixum a ſtatuto,partium cõſenſu prorogari non poteſt,nec etiam tempus proſequẽdę appellationis.(uel ſic:Tempus inſtantiæ,præfixũ a ſtatuto,etiam in cauſa appellationis,partium cõſenſu prorogari non poteſt.)Eſt mag.comm.opi.ſec. Alexandrum in conſi.uigeſimoquarto. inſpecto proceſſu.col. fi.circa fi.uolum.4.

Licet prorogatio fideicommiſſi per arbitratores fieri poſſit,tamen non ualet,niſi partibus fuerit intimata.Eſt communis opinio ſecundum Dec.in conſi. 39. iuridicã. in prin.uolum.1.

Q

QVALITAS.

Qualitas poſita in accuſatione uel inquiſitione,dẽt neceſſario probari alias ẽt ſi probetur delictũ ſine illa qualitate,nihilominus inquiſitus eſt abſoluẽdus,uerbi gratia. Si fuerit deductum, ꝙ Titius fecit occidi hominem Chriſtianum per aſſaſinos, licet probatũ fuerit homicidium, tamen ſi illa qualitas Chriſtiana nõ fuerit probata,debet ſequi abſolutio.Fuit notab.deci. Ioã. And.in c,j.de hom.in 6.quod eſt commu. approb.ſecundum Alexandrum in conſi.166.uidetur fortaſſe.in fi.uolu.7.& faciunt multa, ad hoc cumulata per Hippo.in l. ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſtioni. Vide in uerb.Delinquens,num.2.

QVANTITAS.

Creditor confeſſus in diuerſis ſcripturis,ſe decem recepiſſe,talis confeſſio de diuerſis quantitatibus intelligitur.Eſt com.opi.ſec.Alex.conſi.4.circa primum,col.j. uerſi.quinimo plus.uol.1.

R.

RATIO.

Quando in ſtatuto non pt niſi unica rõ aſſignari,illa habetur pro expreſſa,& ab ea arguere licet.Eſt com.opi.ſec.Dec.conſ.433 licet propoſita mei.co.3.uer.4.& ult.& colum.fi.uer.præterea ſec.commu.

Ratio finalis ſtatuti,excludẽtis fœminas,& deſcẽdẽtes ab eis, uidetur eſſe propter fauorem agnationis, ut bona conſeruentur in familia,& familiæ dignitas cõſeruetur.Eſt com.opi.ſec.Dec.conſi.372. uiſis & diligẽter col.2.circa fi.uer.tamen ſec.commu.

RECONVENTIO.

Quãdo reus uult reconuenire actorem,non in continenti,ſed in futurum,procurator actoris tenetur ſatiſdare,ꝙ in cã futura defendet dominum in cauſa reconuẽtionis,& hoc procedit, quando reus non habet iura ſua in promptu, quibus poſſit de præſenti reconuenire procuratorem,tunc debet ei ſatiſdari.ſecus,ſi poſſet reconuenire de præſenti,& nollet.Eſt com.opi.ſec. Iaſ.in l.actionem col.1.in fi.C.de procu.

Reconuẽtio poſt litem conteſtatam fieri non poteſt. Eſt com.opi.ſec.Fel.in c.1.in prin.de mu.pe.

REPRESALIAE.

Repreſaliæ conceſſæ ꝫ aliquos ciues, puta Genuẽſes uel Florentinos,propter denegatam iuſtitiam, non habent locum contra Genuenſes uel Florentinos alibi habitantes,qñ fuit denegata iuſtitia,quia illis culpa imputari non poteſt.Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſi. 352.uiſo puncto,col.2.circa med.

Captus & exactus pro repreſaliis, conceſſis ex facto uel delicto alterius,poteſt repetere illud quod ſoluit,& damna & intereſſe,ſupportata ab eo,cuius occaſione repreſaliæ emanarunt. Eſt com.op.ſec.Iaſ.in l.2. §.fi.col. fi.uer.ext.de uerbo.ob.per reg.tex.d.§. fi. quod quando quis condemnatur ex delicto alterius,& cogitur ſoluere, poteſt repetere ab eo cuius facto condemnatus eſt.

Fallit, niſi tales repreſaliæ fuiſſent iniuſtè & indebitè conceſſæ, reſpũ alicuius,ſine tamen culpa ipſius,quia talis nihil tenetur reſarcire.Iaſ.& alij Doc.ibi.per tex. in l.fi.per imprudentiam.ff.de euict.

RESTITVTIO IN INTEGRVM, uel principis.

Beneficium reſtitutionis in integrum ẽt ciuitatis,& caſtro,& uniuerſitati hominum, quæ per ſuos adminiſtratores regi ſolet,conceditur.Eſt com.opi. ſec.Rom. in conſi.323.pro plenior.col. 1. circa med.uer.ſecundò uidendum.

Reſtitutio in integrum nõ conceditur priuato aduerſus præſcriptionem 40.annorum. Eſt com.opi.ſec.Deci. conſi.375.iuridicam eſſe.circa fi.& latè conſi. 19.& pro tenui.Secus tamen eſt in eccleſia, quoniam illa reſtituitur,ut ſupra in uerb.Eccleſia.num.1.& 4.uide infra numero 5.

Remedium reſtitutionis in integrum cum ſit extraordinarium,non habet locum ubi competit ordinarium, niſi per ipſum remedium extraordinarium,pinguius & utilius ipſi agenti ſuccurreretur.Glo.eſt com.approb.in l.fi.C.ſi adu.rem iud.ſec.Alex.in conſi.207.domine Alexander.col.fi.in fi.uol.7.

Non ſoluenti Canonem,propter probabilem ignorãtiam, mediante reſtitutionis beneficio ſuccurritur.Glo. eſt com.approb.in l. 2.C.de iur.emphy.ſec.Dec.in cõſi. 58.in fi.uolu.1.

Aduerſus præſcriptionem cauſatam ex capite ignorãtiæ,conceditur in integrum reſtitutio.Eſt com. opi.ſec. Alex.in conſi.77.uiſo proceſſu.col.1.In fi. uol.6.etiam ſi ſit præſcriptio 40.annorum.Eſt com. ſecun.eund.in conſi.149.uiſo.col.fi.uolu.2.Contrar.tenet Soc.& dicit neminem diſcrepantem in conſi.2.col.pen. uer.præterea. uolum.3.

Reſtitutio Papæ uel principis nunquam retrotrahitur, quo ad bona & iura,in alium medio tẽpore ſolenniter

ter & iuridicè tranſlata. Eſt com. opi. ſec. Iaſ. in cõſ. 139. in cauſa. col. fi. uol. 1.

Reſtitutio in integrum ex capite ignorantię, datur ẽt contra præſcriptionem 40. annorum. Eſt uera & comm. opi. ſec. Goza. in conſi. 56. circa primum. nu. 11. poſt Alexan. in conſi. 171. & conſi. 84. uol. 1. & conſi. 116. uolu. 5.

REVOCATIO.

In actione perſonali reus uſq; ad 30. annos põt petere reuocationem tenutæ ex primo decreto, qñ vult reficere actori expenſas, & ſatiſdare de iudicio ſiſti, ſec. formam Auct. & qui iurat. C. de bo. auc. iud. poſſ. Eſt com. opi. ſec. Alex. in conſi. 205. uiſa dicta. circa med. uolu. 7.

RENVNCIATIO.

Pater poteſt ſpecialiter renunciare beneficio l. unquã C. de reuo. don. ẽt in præiudicium filiorum. Eſt mag. cõmu. opi. ſec. Iaſ. in conſi. 125. circa primum. col. pe. uerſi. ex prædictis. uol. 1. Contrarium tenet latiſſ. Cur. in cõſi. ſuo 3. per tot. & ibi dicit eſſe ueriorem, æquiorem, & amplectendam. Egeret deciſione Cæſarea.

De conſenſu utriuſq; partis poteſt ſoli inſtantiæ renũciari. Eſt com. opi. cont. Bar. ſec. Alex. in conſi. 22. uiſo inſtrumento. col. 1. uer. & licet Bar. uol. 1.

Renunciatio etiam iurata non trahitur ad caſum inſolitum & incogitatum. Eſt com. opi. ſec. Alex. cõſi. 28. uiſis. col. pe. in fi. uol. 1.

Renuncians ſpecialiter condictioni indebiti, ſiue eã & omni legum auxilio, non tamẽ propterea impeditur ſolutum per errorem repetere: quia promiſſio, uel renũciatio erronea non præiudicat. Eſt mag. opi. cum Bar. ſecun. Iaſ. in l. fi. §. idem quæſitum. per illum tex. ff. de condi. indeb.

Legi prohibitiuè renunciari poteſt cum iuramento. Eſt com. opi. cont. Bar. ſec. Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties. ſol. matr. Ripa. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 73. de uerbo. ob.

Generalis & indefinita renunciatio non comprehendit ius fideicommiſſi futuri. Eſt com. opi. ſec. Soc. in conſi. 25. quoniam in præcedenti col. 15. uol. 2. & Ripa in §. duo fratres. in 5. q. Bar. in fi. de uer. ob. p tex. in l. & uno. §. 1. de accep. & l. ſi ita ſcripſiſſet. de leg. 2.

Renunciatio filiæ, uiuo patre defunctæ, nepotibus indiſtinctè non præiudicat. Eſt com. opi. teſte Dec. in cõſi. 281. ſatis nota. col. pe.

RESERVATIO.

Reſeruatio iuris colonici in ꝯtu facta, nihil operatur, nec prodeſt reſeruanti, niſi emptore ſciente nullũ ſubeſſe colonum. Eſt com. opi. ſec. Alex. conſi. 28. uiſis. col. 2. uer. & ideo. uolu. 1.

RVBRICA.

Rubrica habẽs orationem perfectam, poteſt allegari ad deciſionem cauſæ. Eſt com. op. ſec. Dec. in Rub. de cõſti. in 1. lect. circa fi. uer. ultima in hac Rub. Tamen opinio contraria ſecundum eum eſt uerior.

REMEDIVM LEGIS.

Remedium l. 2. C de reſ. uend. non habet locum in cõtractibus ſtricti iuris, ſed tantum bonæ fidei, uel habentibus naturam bonæ fidei. Eſt com. opi. ſec. Imo. & Iaſ. in l. ſi quis cum aliter. col. pe. de uer. ob.

Remedium l. 2. C. de reſc. uend. non habet locum in ꝯtu tranſactionis. Eſt uer. & mag. commu. ſec. Dec. cõſ. 216. uiſa tranſactione. & conſ. 203. ut uera reſolutio. ſed ibi Dec. dicit, cont. opi. mag. com. Adde Cur. Iun. in cõſ. 53. habita. col. 3. uer. non obſtat. Alex. conſi. 42. col. 4. uolu. 1. & conſi. 118. uol. 7.

Fallit, ubi quis eſſet deceptus ultra dimidiã iuſtę æſtimationis futuræ litis, longo & magno exceſſu. Dec. in d. conſi. 216. Corn. no. in conſ. 166 uol. 1. Idem Dec. in cõſi. 60. uiſo themate. uol. 2. uer. ex quo infero. uolu. 1.

Remedium l. 2. C. de reſc. uen. non habet locum, quãdo interuenit in actum decretũ, uel autoris ſuperioris. eſt com. op. ſec. Dec. in conſi. 210. uiſo puncto. co. pe. uerſi. tertio etiam. uol. 2.

In remedio l. 2. C. de reſ. uen. ſupplementum precij non eſt in obligatione, ſed in facultate rei, ex illo remedio conuenti. Eſt com. op. cum gl. ſec. Sal. in d. l. 2. in 14. q. C. de reſc. uen. & ſatis probatur in tex.

P

SOLVTIO.

SOLVTIO facta per hæredem putatiuum, cẽſetur in dubio nomine ueri hæredis, & hoc ſi talis ſolutio fuerit facta poſt morã controuerſiam, ſecus ſi facta fuerit ante: quia tunc cenſetur facta nomine proprio ipſius ſoluentis. Eſt com. opi. ſec. Dec. conſi. 348. de duobus. col. 3. in prin. & circa medi. uer. & ideo illa, &c.

Vbicunq; ſoluendum eſt aliquid pro aliqua re, ſi creditor eſt illius fori, in quo res ſituata eſt, tenetur debitor, licet alterius fori, accedere ad domum creditoris, & ei ſoluere. eſt com. op. ſec. Iaſ. in conſi. 8. reiectis. col. 2. uerſi. & quamuis Bal. uol. 1.

SOCIETAS.

Societas uniuerſalis omnium bonorum non ſolũ ſpãliter & expreſſè, ſed ẽt tacitè ꝯhi poteſt. Eſt com. op. cõt. gl. ſec. Soc. in conſi. 291. uiſis literis in prin. uol. 2.

SPONSALIA.

Sponſalia facta de præſenti, ſm uerba, ſ. iu. interpretatione de futuro, ſuperueniente ætate legitima per amplexus, oſcula & munera, tranſeunt in matrimonium, ſecus in ſponſalib. de futuro, quo ad uerba & mẽtem. Eſt com. opi. ſec Dec. conſi. 348. in cauſa matrimoniali. col. 2. circa med. uer. ſecundo modo.

Proximi ſeptẽnio, dũmodo non ſint minores quadriẽnio, poſſunt ualidè ꝯhere ſponſalia. eſt com. opi. ſec. Soc. in conſi. 3. circa prætentem, in prin. uolu. 1. Imo Soc. ibi uult oppoſitum, ꝙ non ſolũ maior quadrienno, ſed nec proximus ſeptennio poſſit ualide contrahere ſponſalia & dicit communiter teneri.

SPVRIVS.

Filius ſpurius ita demum non ſuccedit matri, ſi eſt natus ex coitu damnabili, puta ẽx adulterio, ſtupro, uel inceſtu, uel alio ſimili accuſabili & punibili ſm leges alias, natus ex coitu non accuſabili, neq; punibili, ſm leges ſuccedit matri ab inteſtato, & ꝯ teſtamentum. eſt cõmu. op. om. gl. & Doct. in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orphi. ſec. Soc. conſi. 148. col. pe. uer. quibus fundatis, quod incip. nomini ſam ſunt. uol. 1.

Dato etiam ꝙ filius ſpurius eſſet incapax, tamen liberi ſeu deſcẽdẽtes ipſius ſpurij legitimi & naturales poſſunt legata uel relicta ſibi ab auo capere, poſt tamẽ mortẽ eorũ, patris ſpurii. eſt com. opi. ſec. Alex. in cõſ. 158. uiſo teſtõ. col. 1. in prin. uol. 7. Vide ẽ. in uerb. Nepos. n. 4.

Auus nõ poteſt relinquere nepoti, etiam legitimo ex filio ſpurio, ſtante legitima ſobole. Eſt uera & com. opi. ſecund. Iaſ. in l. hæreditas. C. de his quibus ut indig.

Nepos legitimus ex filio ſpurio, ceſſante legitima ſobole, ualidè ab auo inſtitui & ſubſtitui poteſt. Eſt mag. com. opin. ſecundum Dec. conſ. 462. uiſa legitimatione, colum. pen. uol. 4.

Statutum quod ſpurij ſuccedant, non ualet. Eſt commun. opin. ſecundum Dec. conſi. 271. in caſu tranſmiſſo de Hiſpania. ubi refert Federi. conſi. 275. ino. caſus talis eſt ſtatutorum. Tamen contra commu. tenet Dec. ibidẽ col. penult. & fin. ubi refert Calder. tenere contra commun. opin. bonis rationibus, & cum Calder. tranſit, eius opinionem confirmando & reſpondẽdo contrarijs. Tamen pro communi opinione in odium ſpurij faciunt multa accumulata per Hippo. de Marſ. in ſuis ſingular. in ſingul. 273. notiſsimũ & in ſing. 303. filiorum. & ſing. 478. ſpurius.

STATVTVM.

Statvtvm puniens delinquẽtem pro aliquo crimine, non comprehendit ſubditum delinquẽtem extra territorium: & ſic talis delinquens non poteſt in loco ſtatuti puniri uigore ipſius ſtatuti pro crimine alibi commiſſo. Eſt mag. æqua & com. op. ſec. Hippol. in l. fin. col. 20. & ſeq. ff. de iuriſdi. omn. iud.

Statutum, quod unus pro alio teneatur & puniatur, ẽ ualidum. Eſt. com. opin. ſec. Dec. in c. cognoſcẽtes. col. 1. uer. & ex his de conſt. intelligitur, quo ad pœnam pecuniariam: ſecus, quo ad corporalem, ut ibidem per eum.

Statutum loquens de inteſtato, non comprehendit inteſtabilem. Eſt com. opin. ſecun. Alexan. conſi. 111. uiſo themate. colum. 1. uerſ. ſecundò reſpondeo. uolum. 7. Et ſic nota, quod ſtatutum loquens de nõ faciente actum, non comprehendit eum qui faciendi potentiam non habet. licet contrarium teneat Polyt. in ſuo tract. ſubſt.

Statutum quod eſt contra ius commune, loquens in caſu uero, non habet locum in caſu ficto. Eſt comm. opi. ſecun. Alexand. in conſi. 189. uiſo ſtatuto. col. pen. circa med. uol. 7.

Statutũ debet potius cẽſeri ſuperfluum, quam quod quis indebitè damnum patiatur, gloſſ. eſt commun. approb. in l. fin. C. de iur. delib. ſecũ. Dec. in conſ. 37. in cauſa rigoroſę. colum. 2. circa med. uol. 1.

Statutum excludẽs matrem ab hæreditate filij ab inteſtato decedentis, habet etiam locũ in pupilli decedente inteſtabili. Eſt ma. commu. opin. cum Bar. ſecun. Barbat. in conſ. 67. colum. 2. libro 3. refert Dec. in cõſi. 563. duo dubia. circa prin. uo. 3. Sed quia articulus eſt dubitatiſsimus propter authoritatẽ Doc. tenentium oppoſitũ, diſtinguit. Aut pupillus eſt ſine patre, ita quod nullo modo poteſt decedere teſtatus: & tunc procedat opinio contraria, quod mater non excludatur, aut pupillus habet patrem, qui poteſt ei facere teſtamentum, ut Inſtit. de pupill. in prin. & tunc procedat opinio magis com. ſuprà relata. Et ibid. ſubiũgit Dec. quod in caſu dicti ſtatuti mater non ſolum per agnatos maſculos, ſed etiam per agnatas fœminas excludiſ, uelut per amitam. & ita concludit in fi. d. conſilij: liceat uideatur rigoroſum.

Statutum in obſeruãtiam non receptum, nec utentium moribus approbatum, nullius eſt uigoris. Eſt com. op. ſecun. Alex. conſ. 6. uiſo themate. col. 1. uol. 1.

Statutum ſiue in rem, ſiue in perſonam loquatur, nõ extenditur ad bona, ſita extra territorium ſtatuentium. Eſt mag. com. opin. ſec. Alex. conſ. 16. uiſo titulo col. 1. uolum. 1.

Statutum diſponens de effectu probationum, etiam circa deciſoria, non ligat niſi ſubditos, rationes contractus, uel alia ratione. Eſt commun. opin. ſecun. Alexan. in conſi. 138. opportunè. colum. 2. uerſ. pręterea. Eſt cõmonis. uolu. 1.

Statutum, quod quis audiri non debeat ipſo iure repellit agentem, & proceſſum prorſus annullat, dato quod à parte non opponaſ. Crebrior eſt opin. teſte Dec. conſ. 275. in cauſa quæ Lucæ. colu. 2. uerſ. ſed prædictis. uolum. 1.

Statutum, quod filia dotata non ſuccedat, uelut odioſum ad bona ſita extra territorium ſtatuentium nõ porrigitur. Crebrior eſt opin. teſte Dec. conſi. 276. proponitur col. pen. in fin. uo. 2.

Statutum excludens fœminas & cognatos, propter agnatos, dicitur odioſum. & ideo ſtrictè interpretãdũ. Eſt commu. opin. teſte Dec. in conſi. 13. colum. 2. uerſ. & quod ſtatutum. uol. 1.

In reſpicientibus formam & ſolennitatem actus qui geritur, inſpicienda ſunt & ſeruanda ſtatuta illius loci, in quo talis actus celebratur. Eſt indubitata, & com. opi. ſecun. Iaſ. in conſ. 48. in caſu conſultationis. uol. 1.

SVBSTITVTIO.

Teſtamentum ita poteſt incipere & ſumere uires uulgari ſubſtitutione, ſicut ab expreſſa. Eſt com. op. ſecũ. Alex. in conſ. 1. incip. proſpectis. col. 3. uol. 1.

Conditio adiecta ſubſtitutioni per uerba naturalitatem importãtia, non poteſt ciuiliter adimpleri ſed naturaliter. Fallit fauore religionis. nam ſi inſtitutus habeat ſubſtitutum ſub conditione, ſi ſine filijs uel liberis legitimis & naturalibus decedat, ſi ingrediatur monaſteriũ, excluditur ſubſtitutus: quia monaſterium habetur loco filij, licet fictè & ciuiliter. Eſt commun. opin. ſecun. Alexand. in conſi. 111. uiſo themate. colum. 2. uerſ. in hanc partem. uolum. 2.

Tunc dicitur ſupereſſe perſona, quæ ex pſumpta mente defuncti excludit ſubſtitutum, quando ſupereſt aliquis, qui ſit prior in gradu quam ſubſtitutus, & de deſcẽdẽtib. teſtatoris: alias ſi ſit in pari gradu cum ſubſtituto, uel de tranſuerſalibus, non excludit. Eſt commu. opinio Bar. & Doct. in l. hæredes. §. cum ita. ff. ad Trebel. ſecundum Alexan. ibidem & Socin. in conſi. 94. pro clariori. colum. antep. uerſ. ſed ad hanc rationem. uſque in fin. columnæ. uolum. 4. licet Imol. tenuerit, quod etiam tranſuerſalis dicatur eſſe de perſonis excludentibus ſubſtitutum. in d. §. cum ita.

Inſtitutio uel ſubſtitutio facta ab extraneo de aliquo, & eius filijs ac nepotib. qui non erant de neceſsitate inſtituendi intelligi facta de omnibus ſimul, & ſemel nõ autem ordine ſucceſsiuo. Eſt com. & uerior op. ſec. Alexan. in conſ. 13. niſi. col. 2. in fi. uol. 4.

Fallit prædicta concl. ſi inſtitutio uel ſubſtitutio eſſet facta per nomen collectiuum, uelut liberos, quia ſic intelligit ordine ſucceſsiuo, ſec. Dec. in cõſ. 1. 2. uol. quod eſt conſ. 205. incip. in cauſa iſtorum. col. 1. uerſ. ſecun. ratione, &c.

Subſtit. breuiloqua ſimpliciter facta, abſque compendioſa, non continet fideicommiſſariam, ſed directam tãtum: uelut ſi teſtator ſolũm dicat, Vos inuicẽ ſubſtituo. Eſt com. opin. ſec. Iaſ. in conſi. 134. in præſenti. colum. pen. uerſ. tota ergo. uolum. 1.

Subſt. uel inſtit. facta per uerbum Lego, ad directam trahi non poteſt. Eſt mag. commu. opi. ſecun. Alexand. conſi 9 uiſis uol. 1.

Ius tranſmiſsionis ſubſtitutionẽ excludit. Eſt cõ. op. ſec. Socin. in conſ. 196. in præſenti col. pen. uol. 2.

Per aditionẽ uulgaris ſubſtituti tollitur exiſtentia ſuitatis. Eſt mag. com. op. ſecun. Iaſ. in l. filius hæres. col. antep. uerſ. in practica de lib. & poſt.

SVBSTITVTIO VVLGARIS.

Subſt. uulgaris tollit exiſtentiam ſuitatis. Eſt com. op.

in l.ſi filius hæres.de lib.& poſthu.ſec.Alex.conſ.4.uidetur reſpectis.col.6.uerſ.& licet dicta uol. 2.

Fallit hæc communis opin.tribus modis.Primò,quando uulgaris eſt iuncta cum fideicommiſſaria,ſecun.Bal. in l.nõ iuſtã.C.ad Trebel.& Alex.in d.cõſ.4.ubi ſupra.

Fallit ſecũdo,quando ſubſtitutio uulgaris fuit expreſſè relata ad caſum, impotentię duntaxat, & non ad caſum uoluntatis de proprio ſignificatu uerborum: quia tunc non tollit ſuitatem.Alexand.ibid.uerſ. & quod nõ fuerit.

Fallit io tertio,in tacita uulgari,contenta in expreſſa pupillari:quia ꝑ talem omninò tacitam non tollitur ſuitas.Ita concludunt Doct.commu.in d.l. ſi filius hæres.

Subſtitutio facta filio,hoc modo Filio meo talẽ ſubſtituo,continet uulgarem tantum, & non fideicõmiſſariam.Eſt com.opin.cum Bart.ſecundum Dec.conſ.1.colum.2.circa fin.uol. 2.

Teſtamentũ à tacita uulgari incipere poteſt,quemadmodum ab expreſſa.Eſt mag.com.ſec.Alex.conſ.1.

SVBSTITVTIO PVPILLARIS.

Rupto teſtamento per præteritionem, conſeruatur pupillaris ſubſtitutio,per Auc.ex cauſa.C.de li.præter. Eſt com.op.ſec.Roman. conſ.516.in caſu propoſitæ.in fi.conſilij.

Acquiſitũ ex pupillari ſubſtitutione,uenit in reſtitutione fideicommiſsi etiã conditionalis, pupillari ſubſtituto iniuncti per uerba uniuerſalia.Eſt commu.opi.ſec. Alexand.in l.ita tamen.§.qui ſuſpectam.colu. 4. uerſ.in hoc dubio articulo.ad Trebell.

Tacita pupillaris nõ excludit matrem, imò expreſſa ſaltem uerbis generalibus.Eſt com.op.ſecu.Dec.in conſil.211.ſubtilis eſt caſus.in prin.uol. 2.

Breuiloqua ſubſti.pro ſe facta ſiue compendioſa,ſiue fiat uerbis directis,ſiue communibus perſonis parib.uel imparibus,ualet tãtum iure directo, & ad fideicommiſſariã non porrigitur.Eſt uera & com.opin.ſec. Iaſ.cõſi. 234.in cauſa quæ uertitur.uol. 1.

SVBSTITVTIO COMpendioſa.

Subſt.compẽd. facta à pagano per uerba communia filio impuberi,intra tẽpora pubertatis, ualet iure directo,indiſtinctè mater per eã excluditur.Eſt com.op.ſec. Iaſ.in l.precib.co.9.uer.tu tene contra Bar.C.de impu. & Lanfran. in l.centurio.col.10.in fin. uerſ. ſubſtitutio compẽdioſa.ff.de uulg.pulchrè Cor.in conſ. 187.tita & uulga.uol. 1.per c.ſi pater de reſt.Tamen Dec.in d.l. precib.col.11.uerſ.moderni.hic tenet oppoſitũ, dicẽs, quod non facilè colligi poteſt,utra op.ſit mag. commu. Sed eius iudicio diſtinguendũ eſt,ne mater omninò excludatur,ſed ſaltem habeat ſuam legitimã in bonis filij, quia iniquum foret illã priuari.Cui diſtinctioni procul dubio,cum ſapiat æquitatem, inhærẽdum uidetur, tam in conſulendo,quã in iudicando licet Galeaul.in d.l.cẽturio.uideaꝰ amplecti & approbare opin. Bar.quod mater non excludatur,reſpondendo add.c.ſi pater.in colu. 73.uer.quarta eſt concluſio.cum trib.ſeq.col.

Subſti.compend.cõtinet in ſe uulgarem. Vel ſic:Cõpẽdioſa ſubſt.uulgarem expreſſam continet.Eſt communis ſecun.Alex.in conſ.1.perſpectis.in prin.uol.5.

SENTENTIA.

Licet ſententia diffinitiua lata ex ueris probationib. puta ex teſtibus, de ueritate,uel partis confeſsione, uel publicis inſtrumentis,tranſeat in rem iudicatam,& nunquam poſsit reuocari:tamen lata uigore aliarum probationum, quas Doct.appellant non integras uel præſumptiuas,puta uigore probationis,factæ per duellũ, uel ꝑ teſtes de credulitate,uel iuramenti ſuppletiui,& ſimiliũ talis ſententia poteſt quandocunque comperta ueritate reuocari,& nunquam trãſit in rem iudicatam. (Vel breuius: Sententia lata ex probationibus præſumptiuis,uel priuilegiatis,nunquam tranſit in rem iudicatam, ſed poteſt quandocunq; comperta ueritate reuocari.) Eſt communis opinio ſecundum Corn.in conſi. quinquageſimo quinto. uiſis.colum.7.circa fin.uerſ.& primò allegatur. uol. 3.

Sententia lata cõtra infirmitate detentum, ſiquidem à iudice ignorãte,mero iure tenet & ualet, ſed datur cõdemnato in integrum reſtitutio.ſi uero à iudice ſciẽte, eſt ipſo iure nulla.(Vel generalius, Sententia lata cõtra contumacem,neceſſario impedimento detentum,mero iure ualet,ſi ab ignorante,ſed reſtitutione reſcinditur:ſi à ſciẽte,eſt ipſo iure nulla.) Eſt com.op.ſec. Iaſ.in l.2.§. ſi quis in iudicio.in 5.not.ff. ſi quis caut.

Sententia à qua non eſt appellatum, & quæ tranſiuit in rem iudicatam,ſiue contra præſentem,ſiue contra cõtumacem lata fuerit,præſumitur iuſta & ſolẽnis, & quo ad rectitudinem,& quo ad ritudinem,nec amplius poteſt reuocari uel infirmarꝰ, maximè ſi à tẽpore iudicatꝰ lapſum fuerit biennium.Eſt magis com.op.ſec. Alexãd. in conſ.25.uiſo proceſſu.circa med.uol. 6.

Sententia lata contra communẽ opi.mero iure ualet propter conflictum opinionũ.Eſt com.opin. ſec. Iaſon. in l.cum prolatis.de re iudic.ſequiꝰ Rip.in l.qui Romæ. §.duo fratres.in 6. oppoſ.Bar. de uerb. obl.

Snia lata ad conſiliũ ſapientis, nunquam tranſit in rẽ iudicatã.Eſt comm.op.ſec. Dec.in conſ.278. non leuis in fin.

In iudicijs uniuerſalib. incerta ſentẽtia reſpectu rerũ admittitur, ſed in exequutione poſtea liquidaꝰ. Eſt cõ. opi.ſec. Aret.in conſ.110.clariſsime.col.pen.in fi.

Sententia lata per errorẽ expreſſum,habita relatione ad acta,eſt ipſo iure nulla.Eſt mag.com.opi.ſec.Alex.in conſ.123.diſcuſsis.col.3. uerſ. tamen quo ad propoſitũ uol.1.

Peruerſio ordinis cauſæ ad cauſam,nõ uitiat ipſo iure ſententiam.gl.in l.1.C.de appel.Eſt com.op.ſec.Socin. conſi.98.inſtiſa.iudex.uol.4.

SVCCESSIO.

Licet per tranſitum ad ſecũda uota ſucceſsione bonorum prouentorum filio ex hæreditate paterna,& illorũ proprietate poſt mortẽ filij iam adepta,tamen illud procedit,quãdo tẽpore talis tranſitus ad ſecunda uota, ſupereſſent fratres uel ſorores filij defuncti: quia talis ꝓprietas accreſceret dictis fratribus.Secus uerò ubi nulli ſupeſsẽt fratres uel ſorores ipſi filio defuncto:quia tũc mater per tranſitum ad ſecunda uota, non priuaretur dicta proprietate.Eſt communis opi.ſec.Alex.in conſ.211.uiſo themate.in princip.uol.7.

Mortuo nepote,relictis poſt ſe auo paterno & materno in bonis ꝓuentis ex linea paterna,ſuccedit auus paternus,in prouentis ex linea materna ſuccedit auus maternus,in cæteris uerò bonis,ſuccedũt ęqualiter.Eſt uerior & mag.com.op.cum Bar.ſecun.Alex.in conſ.118.col.2. in fi.uol.7.

In ſucceſsione fideicommiſſaria regulariter filius nõ ſuccedit in locũ patris,ſed proximiores in gradu admittuntur.Eſt com.opi.ſec.Dec.in conſ.480.in caſu qui cõlum.pen.in prin.uol.3.idem in conſ.478.in cauſa domini in fin.eo.uol.

Filij fratris ſiue ſuccedant patruo cum alio patruo, ſiue cum patruelibus,ſemper ſuccedunt in locum parentum:& attẽditur pluralitas uinculorum. Eſt mag.com. opin.

opi.ſecun. Alex.in conſ.166.ſuper circa fin. uol.5.

Conſanguinei pares in gradu æqualiter ſuccedunt defuncto, nõ facta diſtinctione bonorum, ex linea paterna uel materna obuẽtorum. ſit uerior opinio antiq.& moder.ſecundum Corn.in conſ.7.etſi uideatur.uol. 3.

In materia ſucceſsionis, etiã in foro Eccleſiaſtico, debet fieri computatio graduum, ſecun.ius ciuile. Eſt communis opinio ſecundum Corn.in conſ.248.uidetur.col. pen.in prin.uol.3.

Contẽdentibus patruo & nepote ex filio progenito, de ſucceſsione regni uel feudi, nepos præfertur, ſecundum com. opin. Sed pro patruo eſt uerior & magis cõ. opinio ſecundũ Dec.in cõſ.443.in caſu ad me tranſmiſſo.col.pen.& fin. poſt Alex.in conſ.4.col.antepen. uerſ. pro iſta ſecunda parte.uol. 4.& pdicta opinio maximè reddit indubitata, duobus cõcurrentibus, quod patruus ſit maior nato quã nepos, & in poſſeſsione, ſecun.Dec. ibid. Nam ex pluribus concurrentib.agitur effectus. l. 1. ubi Bal. C. de fideicom.& in dubio fauendum eſt poſsidenti. §.commodum. Inſtit.de interd. Et quãdo caſus eſt dubius de iure ciuili, & clarus de iure Canon. ſtandum ẽ iur.canonico, etiam in foro ciuili. Nam pro hac opi.ni detur clara deciſio in clem.paſtoralis. de re iudic.

Licet pactum ſeu conuentio de uniuerſali ſucceſsione non ualeat, tamen ſuper certis bonis non improbatur: quia nec liberam teſtandi facultatem tollit; nec de uniuerſali ſucceſsione tractatur. Eſt uera & communis opinio ſecund. Curt. ſen. in conſ.1.colum. 2. nume.16.uolum. 1.

SPECIES, SPECIALE.

MANDATVM dicitur ſpeciale, dato quod non fuerit factũ uerbis ſingularibus, & in indiuiduo ſpecificatis. Eſt communis opinio ſecun. Alex. in conſ. 189.uiſo ſtatuto. colum.1.uerſ.quartò probatur.uolum.7.

Vbicunque requiritur, quod licẽtia uel conſenſus preſtetur ad integrandam perſonam alicuius ſufficit quod in genere præſtet, abſque eo quod deueniatur ad ſpecificationem indiuiduorum. Eſt com.opi.ſec. Alex.in cõſ. 189.col.1.uerſ.quinto probatur.uol. 7.

SVSPICIO, SVSPECTVS.

Ad hoc ut debitor tanquam ſuſpectus & fugitiuus capi poſsit, debet talis ſuſpicio ex cõiecturis ſaltem & præſumptionibus probari: nec ſufficit iuramentum creditoris. Eſt communis opinio ſecundum Dec.in conſi.76.circa med. uolum. primo.

T

TESTAMENTVM.

IN teſtamẽto inter liberos neceſſe eſt relinquere titulo inſtitutionis. Eſt cõmunis opinio ſecondum Iaſ.in Auct. nouiſsima.col. 4.C.de inoffi.teſt. Licet idẽ Iaſ.teneat cõtrariũ bonis fundamentis, & in iudicando dicat contrariam opinionem communi eſſe amplectendam, tanquam de iure ueriorem. Latè Pet.de Vbal.in repetitione c.Raynutius. de teſtam.

In teſtamento ad pias cauſas, in nihilo derogatum ẽ ſolennitatib.iur.ciuil.per diſpoſitionẽ l.4.C.de ſacr.Eccl. Eſt com.op.ſec.Iaſ.in l.1.col.4.& 5.uerſ. quid tenendum.C.de ſacr.Eccl.

In teſtamẽto tempore peſtis, non ualet diſpoſitio minori numero ſeptem teſtium. Eſt mag.com.op.ſec.Alc. & Iaſ.in l.fin.C.de teſta.& hoc indubitanter procedit, ubi peſtis eſſet leuiſsiſ autem eſſet cõtagio notabilis, & multum ſęua, tunc in terris eccleſię coram duobus cum parochiano in terris imperij coram quinque fieri debeter. Eſt æquior & uerior op.ſecun.Rip.in ſuo tractat.de peſte.ubi latè hunc articulum examinat.in ſecunda partic.ſecunda particulæ princip. in prin. ubi tracta.de ult. uolunt. Contrar. tenet Dec.conſ. 284.uiſo puncto. ubi contra communem concludit, quod ualeat minori nu.

Teſtamentum ſicut incipere poteſt ab expreſſa uulgari, ſic etiam à tacita contenta in expreſſa pupil. Eſt com. opi.ſecun. Alex.cõſ.1.perſpectis.col.3.circa med.uol.1. & eſt mag.com.ſec.eun.conſ. 188.uiſo co.1.uerſ.& hoc ſecundum eos.uol. 2.

Licet teſtamẽtum uel alia ultima uolũtas ob defectũ ſolennitatis teſtium non ualeat, ad hoc ut oriatur actio, & agi poſsit iudicio ordinario: tamen oritur obligatio naturalis, potens ad retinendum, cõpenſandum, uel excipiendũ. Eſt com.op.ſec.Corn conſ.261. in hac conſultatione.col. 2.uerſ.nec refragatur. uolu. 1. Vide ſupra Oblig.natur.nume.1. Et eſſe mag.com.dicit Iaſ.in l.ſi creditoris in fin. C. de fideicom.

Teſtamentum quod fit per monachum poſt ingreſſum, & ſic poſt promiſsionem, ex permiſsione Auct. ſi qua mulier eſt propriè teſtamentum, & omnia iura loquentia de teſtamento, habent locum in eo. Eſt communis opinio cont. Az. ſec.Socin.conſ.13.præſens conſultatio.colum.5.uerſ.item non requireretur.uol. 1.

Per ſecundum teſtamentum non cenſetur primum ſublatum, niſi fuerit in ſecũdo facta ſpecialis mentio de clauſulis derogatorijs appoſitis in primo, nec ſufficit generalis reuocatio ſeu caſſatio prioris teſtamenti: & hoc indiſtinctè, ſiue unicum tantum, ſiue plura præceſſerint teſtamenta. Eſt communis opinio cont. Bar. ſecundum Ale.in conſ.172.uiſis duobus.circa prin.uol.7.& in cõſ. 163.uiſis.col.pen.uerſ.ſecundò reſpondeo.eo. uol.

Ad hoc ut præcedens teſtamentum perſequens annullatũ cenſeatur, requiritur quod in ſequenti teſtamento fiat ſpecialis mentio derogatoria prioris teſtamenti, & nõ ſufficeret generalis. Eſt communis opinio ſecũdum Alex.in conf.163.uiſis narratis.colum.1.uolu.7.& in cõſil.156.uiſo teſtamento.colum.1.in prin.eo.uol.

Valet teſtamentum, in quo ad interrogationem notarij teſtator reſpondit, quòd ſic in omnibus diſpoſitis in ipſo teſtã. Eſt communis opinio ſecundum Dec. in conſi.489.in caſu col.1.circa med. uerſ.& in caſu iſto. uolum.3.

Statutum uel conſuetudo alicuius loci, quod quis teſtari poſsit corã duobus teſtibus, porrigitur etiam ad foreſes ibi teſtantes, etiã quo ad bona alibi ſita. Eſt magis communis opinio ſec. Iaſ.in l.1.colu.7.uerſ.ſecundum dubium.C.de ſacr.Eccleſ.

Teſtamentum cum clauſula derogatoria non tollit per ſecundum habens etiam clauſulam derogatoriã generalẽ niſi prioris clauſulæ ſpecialis fuerit facta mẽtio. Eſt magis com.op.ſec.Soc.in cõſ.2.in cauſa.col.2.uerſ. ſed ex ſuperabundanti uol. 3.

Inteſtamentis de iur. Canonico, duo tantum idonei teſtes requiruntur cum parocho. Eſt magis com.op.ſec. Alex.conſ.177.uiſo.col.1.uerſ.nec obſtat.uol.2.

Condemnatus ad mortem etiam ad pias cauſas teſtari nõ poteſt, quoniam ſeruus pœnæ factus cenſetur. Eſt mag.com.op.ſec.Alex.conſ.182.ſuper eo.col. 1. uol. 5.

Tenor deperditi teſtamẽti probari poteſt per duos teſtes notarios, qui deponant, ſe tenorẽ dicti teſtamenti legiſſe & intellexiſſe. Eſt communis opinio ſecundũ Iaſ. in conſi.42.factum quæſtionis.uol. 1.

Teſtator in ſuo teſtamento non poteſt uſufructuario remittere ſatiſdationẽ; quæ præſtari debet de fruendo, arbitrio boni uiri, citra teſtũ & ſubſtantiæ corruptionẽ. Eſt com.opinio ſecundum Iaſ.in conſi.40.tria ergo. uolum.primo.

Quando in teſtamento adeſt numerus teſtium requiſitus, licet aliqui ſupernumerarij cõtradicant, tamen teſtamentũ non uitiatur, nec ſuſpectum redditur. Eſt uera & communis opinio ſecundum Iaſ. in conſ. 124. factum ſic ſe habet. uol. 1.

TESTES.

Dicto unici teſtis proprie aſſumpti de uoluntate & conſenſu partium, planè creditur. eſt communis opinio cõt. Bart. & in Iaſonem in l. 1. §. fin. colum. ſecunda uerſi. tertia ergo concluſ. ff. de uerbor. obligatione. Vnde nota, quod regula l. fin. C. de pact. quod fauor & ſolennitas iuris poteſt de conſenſu partium remitti, procedit etiam in fauore & ſolẽnitate inductis de iure diuino, qui diſponit in ore duorum aut trium, &c. c. in omni. extra de teſt.

Teſtes ſingulares etiam deponentes de aliquo in genere, nihil probant. Eſt uerior & magis communis opinio ſecundum Alexandrum. conſ. 72. inſpecto diligenter. colum. ſecunda. uerſ. fortius uolum. 1. & in cõſ. 100. ſuper primo. col. fin. eo. uol. Dec. in c. licet cãm. col. 5. Contrarium tamen tenet idem Alexã. conſ. 85. uiſo themate. in fin. uol. ſecundo. Vide infrà. num. 21.

Teſtis ſi unum dixit extra iudiciũ, & poſtea aliud in iudicio ſtatur ſecundo dicto. Eſt communis opinio cõt. Bar. ſecundum Dec. in c. per tuas. colum. pen. uerſ. poſtremo. extra de probat.

Fallit ſecundum eundem ibidem quatuor modis. Primò, quando primum dictum extra iudiciale fuiſſet iuratũ. 2. quando teſtis illud aſſeruiſſet in ſcriptura. 3. quando fuiſſet dctum præſente parte. 4. quando pro primo dictũ eſſet præſumptio uel uériſimilitudo, magis quam pro ſecundo.

Teſtis deponens de ſua propria preſentia, cenſetur etiam includere intelligentiã: ſecus ſi deponit de aliena, quia de nuda tantum, & non intelligente ſolum deponere cenſetur. Eſt com. opin. ſecundum Iaſ. in l. 2. §. uolũtatem. col. 3. in fin. uerſ. tene in contrariũ. ff. ſol. mat. Adde Alex. in cõſ. 212. ponderatis. col. antep. in ſi. uer. unde dicit. uolum. 6. Tu tamen conſidera, quod ex duobus uidetur iſta commu. opinio in ſecũda parte reddi dubitationis. Primò quia quatenus attinet ad materiam probationis teſtes & notarius æquiparantur uulg. l. in exercendia C. de fid. inſtr. & tamen notarius deponẽs de præſentia aliena, puta contrahentium uel teſtium, cenſetur etiã includere intelligentiam. Bart. in l. diem. §. coram. ff. de bit. Ergo idem in teſte dicendũ eſt. Secundò, quia dictũ teſtis concludens à communiter accidentibus, non dicitur ambiguum, ſed concludens ita declarant Doct. in c. in præſentia. extra de probat. Sed ſecũdum magis cõmunem accidentiã ille qui eſt præſens, percipit & intelligit ea, quæ fiunt in ſui præſentia: ut patet per experientiam, igitur, &c. ſufficit quod dictum teſtis concludat præſumptiuè, ſed ex præſentia de iure præſumũtur etiam intelligentia, & aliquando cõſenſus, ut in d. §. uoluntatem. Tamen à communi non uidetur recedẽdum: & ad illud de notario, poteſt reſponderi, quod licet non ſit differẽtia inter teſtes & notarium ſeu inſtrumentum, in materia probationis illud eſt uerum, quoad effectum, non quoad modum. ideo notarius inter contrahẽtes eſt quaſi iudex. igitur poteſt deponere de eo quod ſolo intellectu percipit, & ex natura actus illud præſumitur. ſecus in teſte. Cogita.

Quando unus teſtis eſt in ſuo dicto uarius uel contrarius, aut ſibi manifeſte contradicit, ita quod non poteſt unum dictum cum alio cõcordari. & tũc nullo modo fit reductio ad concordiã, nec ut probet, nec ut euitet falſum, aut non cõtradicit ſibi adeo manifeſtè, quin poſsit aliquo modo reduci, ad concordiam, & tunc quantũ ad euitãdum periurium & falſum, reducitur ad concordiã, non autem ut probet. Eſt cõmunis opinio ſecundũ Alexandrum conſil. 20. in cauſa appellationis, colu. 1. uerſ. nec iſtis obſtat. uolu. 4.

Teſtis infamis infamia facti, non repellitur omnino a teſtimonio in cauſa ciuili. Eſt communis opinio ſecundum Cornelium conſil. quinquageſimoquinto. incip. uidetur colum. penult. uerſ. & licet infamis. uolum. 4. licet D. Floriã. c. teſtimonium. de teſtib. tenuerit oppoſitum, quòd imò omnino repellatur.

Tamen communis opinio fallit, & habet locum opin. Florian. in cauſa ciuili ardua & magni præiudicij: quia infamis de facto in totũ repellitur. Bald. in l. optimã. C. de cont. ſtipulat. & in c. ad noſtram. extra de prob. Fely. in d. c. teſtimonium. colum. 5. in fin. extra de teſt. Alexã. conſil. centeſimo quinquageſimoſecundo. uiſo proceſſu. colum. 2. uerſ. ſed teſtis. uolum. 5. Marſi. in ſing. 109. incipiente infamis Dec. in c. licet cauſam. col. 5. uerſ. tertiò fidei extra de teſt. Ratio poteſt eſſe: quoniam in materia probationũ cauſa ciuilis, ardua æquiparatur criminali. Bar. & alij in l. admonend. de iureiur. Ideò teſtes omni exceptione maiores requiruntur. l. fin. & ibi Doct. C. de probat.

Teſtis domeſticus ratione cohabitationis repellit indiſtinctè, ſiue ſit talis cui imperari poſsit, ſiue nõ. Eſt cõmunis opinio ſecundum Socy. conſil. 17. ſupradicta cauſa. col. 1. uerſ. uerum prædictis. uol. 1.

EXPLICATIO NOTARVM IN SEQVENTE Epitome uſurpatarum.

T.	ſignificat	§. Teſtamentum.
F.		§. Feudum.
D.		§. Donatio.
E.		§. Emphyteuſis.
Q.		Quæſtione.
V.		Verſiculo.
Com. d.		Communem dicit.

COMMVNES OPINIONES

DOCTORVM VTRIVSQVE IVRIS,

EX PRAESTANTISSIMI IVRECONSVLTI, DN. IVLII CLARI ALEXANDRINI,

Sententiarum lib. 3. & 4. (qui ſoli adhuc extant) collectæ, atque in ordinem Alphabeticum redactæ, per Raimundum Pium Fichardum, Ioan. F. Francofurtanſem, V. I. D.

A

ABVSIVA inveſtitura, quando ſcilicet Dominus inveſtit aliquem traditione enſis uel annuli, non tranſfertur poſſeſsio feudi in Vaſallum, ſed cenſetur illi data licentia, ut eam propria authoritate apprehendat. Communem dicit Iulius Clarus lib. 4. Senten. §. F. Q. 36.

Accreſcendi Ius in ſucceſſione feudali locum non habet, cõmunis eſt. §. F. Q. 77.

Accreſcẽdi Ius locum habere in feudis à Principe ſimul conceſsis, magis cõmunem dicit. §. F. Q. 77. V. Sed certè. Contrariam tamen tenent Cyn. in l. unic. in fi. C. quando non peten. par. & Molin. in Apoſtil. ad Alexan. conſi. 20. nu. 8. lib. 1.

Accreſcendi Iuri in Emphyteuſi regulariter locus nõ eſt. §. E. Q. 39. in prin.

Agnatus ſi transferat partem feudi antiqui in alium agnatum habentem partẽ eiuſdem feudi, tũc acquirens partem cõſocij, tenetur infra annum & diem pro ea petere nouam inueſtituram, ſecùs ſi per Ius acquirendi alicui pars illa cõtingeret. §. F. Q. 49. V. Præterea quæro.

Alere dominum egenum Vaſallus non tenetur, hanc communem dicit Clarus, allegans Iacob. Ardizonẽ, Aluar. Epiſcop. Loazes. quam tamen duobus caſibus limitat. Primum, ſi ex facto aut culpa Vaſalli ad inopiam perueniſſet, ſecundò ſi Vaſallus ſuperabundaret diuitijs. §. F. Q. 23.

Alienare feudum ſine domini conſenſu Vaſallo non licet, etiamſi ſi ſit in magna neceſsitate conſtitutus, imò etiamſi fame opprimeretur. Cõmunem dicit. §. F. Q. 31. V. Pone.

Alienare feudum in præiudicium agnatorum etiam cũ conſenſu Domini Vaſallo non licet. Communẽ dicit ex Curt. Iun. §. F. Q. 41. in prin. intellige autem de feudo antiquo: Secus enim eſt de feudo nouo. ſecũdũ And. de Yſer. in c. 1. nu. 2. de alien. feud. patern. Sigiſmun. conſ. feudal. 52. nu. 1. Rurſum etiam diſtinguunt DD. inter feudum Hæreditarium & non Hæreditarium, & dicunt quod in feudo non hæreditario Vaſallus non poſsit diſponere, ſed in feudo hæreditario, etiamſi ſit antiquum tenent quòd poſsit Vaſallus præiudicare agnatis.

Alienare rem Emphyteuticam non licet Emphyteutæ irrequiſito Domino. §. E. Q. 13.

Alienans partem rei Emphyteuticæ, non ideo cadit à tota Emphyteuſi, ſed ab illa parte alienata tantum. §. E. Q. 13. V. ult.

Alienatione feudi facta in agnatum remotiorẽ, tunc ſi proximior agnatus taceat per annum, penitus excludi tur ab ipſo feudo. Sed ſi alienatio facta ſit in extraneum, tunc ad hoc, ut proximior agnatus excludatur, requiritur curſus ſaltem triginta annorum. Communem dicit. §. F. Q. 42. V. Scias tñ, allegans Alexan. conſi. 25. lib. 5. item Decium. Iacob in. Balb. & Aluarot. ita tenentes.

Alienatione feudi cum conſenſu agnati proximioris facta non præiudicat filio conſentientis, ſi modò non ſit eius hæres, neq; aliquid ex eius hæreditate habiturus, quominus feudũ alienatũ recuperare poſsit. ſed ſi uelit eſſe hæres patris conſentientis, non poterit retractare factũ defuncti, neq; feudum recuperare. ita DD. communiter diſtinguere, ait. §. F. Q. 42. V. Sed quæro pone.

Alienatione feudi facta in agnatum remotiorem, proximo agnato conſentiente, non præiudicat agnatis medijs nõ conſentientib. com. dic. §. F. Q. 42. V. ſed maior.

Alienantis Vaſalli filius uel agnatus admittitur ad reuocationẽ alienatiõis ſi cũ beneficio inuẽtarij adierit alienãtis hr̃ditatẽ. cõ. dic. §. F. Q. 45. V. Succeſsiuè q̃ro.

Appellatio in cauſis feudalib. debet fieri ab inferiore domino ad proximiorem qui ſit ſuperior, & ab illo ad magis ſuperiorem. com. dic. §. F. Q. 90. V. ult.

Appellationis tempora à iure communi ſtatuta ſeruanda ſunt, etiam in cauſis feudalib. com. d. §. F. Q. 91.

Arbores fructiferas in fundo feudali Vaſallus incidere non poteſt. §. F. Q. 47.

Argumentum à feudo ad Emphyteuſim ualere, communem opinionem eſſe dicit. §. F. Q. 3. V. & hæc quidẽ. Allegans Socinum Iun. conſi. 72. nu. 57. lib. 1.

Aſcendentib. non minus quam deſcendentib. relinquenda eſt legitima titulo inſtitutionis. com dic. contra Bar. §. T. Q. 38. V. ſed quæro tu ſcis.

B

BANNITVS eſt capax ſucceſsionũ, quæ ipſi deferuntur ex diſpoſitione iuris cõis. §. T. Q. 20.

Bannitus etiamſi impunè offendi poſſit, tamen retinet beneficia iuris communis etiam quo ad bona poſita intra territoriũ illius ciuitatis a qua bannitus eſt, hanc magis communem eſſe, contra Iaſonem dicit. §. T. q. 20. Et hæc quidem.

Bannitus teſtari poteſt ſecundum Ius commune, ſed ſecundum ſtatuta ciuitatis à qua exulat non poteſt teſtari, ita communem eſſe dicit §. T. q. 15.

Bona feudalia non ueniunt in eiuſmodi generali alienatione, ſi quis generaliter omnia bona quæ habet in tali loco alienauerit. §. F. q. 31. V. in propoſito.

C

CAPTATORIA teſtatoris diſpoſitio, ut quæ pendet ex alieno arbitrio, uel in alienum arbitriũ confertur, licet regulariter non ualeat, tamẽ in relictis ad pias cauſas ualet. comm. d. §. T. q. 6. V. quarto infertur.

Carceratum Dominum propter debita Vaſallus non tenetur liberare, niſi ex facto uel culpa Vaſalli Dominus debita illa contraxiſſet. com. §. F. q. 24.

Cardinalis poteſt à Papa impetrare licentiam teſtandi de bonis quæſitis ex fructib. ſuorum beneficiorum. §. T. q. 27. V. Sed an poterit.

Ceſsio

Ceſsio alicuius debiti magni ſi facta ſit, requiritur in ſinuatio ut in donatione ſimplici.comm.d.in §.D.q.56. V.Idemque.

Clauſula codicillaris facit ut etiam teſtamentum in, quo filius eſt præteritus ſuſtineaē in uim codicilli. com. d.§.T.q.46.com.dicit Signo.conſi.171.nu.

Clauſula codicillaris nihil operatur,ſi in teſtamento poſthumus a teſtatore ignoranter præteritus ſit, magis communē dicit,§.T.q.46.V.contrariā. Vide ibid. quot ſint qui contrarium dicant,& uelint quod operetur fidei commiſſum.

Clauſula talis a notario in Teſtamento appoſita: quod teſtator uelit teſtamentum ſuum ualere iure Codicillorum uel donationis cauſa mortis & non aliter, facit ut teſtamentum ualeat iure codicillorū tantum,communē eſſe.dicit.§.T.q.4.V.non omittam. Att tamen ſe aliquam de contrarium conſuluiſſe, ſed non obtinuiſſe.

Clericus eſt feudi capax,modo pro tali feudo præſtetur ſeruitium reale tantum:nam ſi præſtetur perſonale, quod non poſſit per ſubſtitutum expediri, clericus etiā feudum ad eum deuolutum amittit, quod tamen fallit in Epiſcopis & Cardinalib.Hãc com.tractat i §.F.q.78.

Clericus poteſt a Papa impetrare licentiam teſtandi de bonis Eccleſiæ.§.T.q.27.V.ſed quaro.

Clericus poteſt teſtari de fructib. extantib. collectis in bonis Eccleſiæ,ſiue habeat adminiſtrationem ſiue nō habeat, modo ſanus ſit:nā ſi cœperit infirmari, æquiparatur tantum uſuario, nec habet aliam facultatem, de illis bonis,quam dandi in elemoſinam , hanc magis com. dic.§.T.q.27.V.quarto uidēdum. Contrar. tamen tenet Archidiacon.Nicol.de Vbal.& Iaſ.conſi.75.lib.3.

Clericus poteſt teſtari de bonis quæ cōſtat ipſum acquiſiuiſſe ex ſuis laboribus.§.T.q.27.V. ſed quid.

Clericus præſumitur in dubio quæſiuiſſe bona ſua in intuitu Eccleſiæ.comm.§.T.q.27.V.Sed quid ſi.

Clerici etiam de quotidianis diſtributionibus teſtari poſſunt.com.dic.§.T.q.27.uerſ.quinto.contr. tenet Nicol.de Vbald.de ſucceſſ.ab inteſt.part.ult. num. 19.

Cæcus ſi teſtari uelit inter liberos ſufficiū duo teſtes, nec requiritur alia forma uel ſolemnitas à iure ciuili introducta.com.d.§.T.q.17.uer.ſed quæro.

Collaterales in feudo nouo non ſuccedunt niſi id expreſſe actum ſit.com.d.in §.F.q.79.uerſi.ſed quæro.

Collectas imponere ſubditis ſuis Domini inferiores qui ſuperiorem recognoſcunt non poſſunt, niſi hoc habeant ex pacto uel conſuetudine illius loci in ſpecie.Magis communem dicit.§.F.q.29.

Commoditates feudi Vaſallus alienare poteſt, intellige tamen,ut talis alienatio non ualeat niſi durante uita ipſius,non autem in præiudicium eius qui eſt ſucceſſurus in feudo,com.d.in §.F.9.31.uerſi.ſucceſsiuè.

Competit pro emphiteuſi condictio ex lege. com. d. in § E.q.47.

Competit prò feudo condictio ex lege & conſuetudine com.d.in §.F.q.89.

Cōpromiſſum facere de re feudali in arbitros Vaſallus non poteſt.com.d.in §.F.q.39.

Condemnatus ad mortem ſi preſens ſit, ita ut poſt condemnationem ſtatim facienda ſit executio, efficitur ſeruus pœna,& ideo teſtari nō poteſt.comm.§. T.q.21. in prin.idem dicendum eſt etiamſi poſt condemnationē aufugerit ex manib.iudicum ,adhuc enim remanet ſeruus pœnæ,com.d.§.T.q.21.uerſi.ſed quid. Si autē Iudex eum condemnaſſet pœnā mortis quę in iure eſſet prohibita,ut ueneni,mallei,uel ſecuris , uel præcipitij , non redditur reus inteſtabilis,etiamſi delictum pro quo condemnatus eſt pœnā mortis mereretur.com.dic. d.§. T.q.21 uer.ſed pone.

Condemnatus ad mortem,ſi abſens fuerit, & in forciam communis non uenerit,non ſit ſeruus pœnę, ideo que teſtari poterit, ſecus ſi ueniat poſtea in fortiam cōmunis.§.T.q.21.uerſi.Aut uero.

Condemnatus ad perpetuos carceres ſi laicus ſit,perdit teſtamenti factionem. Hanc dicit eſſe communem opin.quæ tamen ipſi non placeat.§.T.q.23.

Conditionalis Donatio propriè quoque Donatio dici poteſt.com.d.in §.D.q.2.

Confirmatio Donat.in coniug. quæ ſit per mortem donantis, retrotrahitur ad tēpus donationis factæ quo ad fructus perceptos , ſed non reſpectu dominij.com.d. in §.D.q.9.uerſ.ſed quęro.

Coniecturæ debent eſſe ſufficientes, & quæ ex ipſo teſtamento colligi poſsint,ſi uelimus dicere: Teſtatorē ita uerſimiliter uoluiſſe.com.d §.T.q.78.in pr.

Conſenſus patris expreſſus requiritur in donatione cauſa mortis quam filius facere uelit.com.d.in §.D.q.6. uer.ſucceſsiuè.

Conſenſus patris in donatione cauſa mortis quam filius facere uult,non ſolum requiritur ꝓpter patris præiudicium,ſed etiam ad integrādam perſonam filij,& ſi ad ſolennizandum actum.com.d.in §.D.q.6. uerſi. Habes ergo.Contrar.dicit Alex.in l.1. C. de bon. quæ lib.

Conſtitutio & natura feudi pendet à tenore inueſtituræ ſecundum quam princeps feudum ipſum concedit intelligendo de principe qui de feudo liberè & abſolutè diſponere poteſt.com.dicit contra Oldr. conſi. 178. nu.3.§.F.q.8.uer.ſed hic.

Conſuetudo quod Vaſalli poſsint alienare feuda ſine conſenſu Dominorum,ualet.com.dicit in §.F.q.3. uerſ. Quæro nunc.

D

DAmnatus ad mortem non poteſt teſtari ad pias cauſas.com.d.in §.T.q.6.

Damnum aliquod ſi contingat in re emphyteutica , ut corroſione fluminis uel chaſmate &c.ſi damnum tale ſit ut ex eo tota res pereat. excuſatur emphyteuta a ſolutione penſionis : ſi uerò pro parte tantum perijt,non excuſatur neque in totum neque pro parte.com.d.in §.E.q.8.uer. Quæro etiam.

Deportatus non habet teſtamenti factionem.com.d. in §.T.q.22. in pr.

Deportatus ex teſtamento nihil capere poteſt,non tamen ideò ſuccedit fiſcus,ſed alij inſtituti uel ab inteſtato uenientes ſuccedunt ac ſi damnatus non fuiſſet inſtitutus.

Deteriotatio notabilis facit ut emphyteuta poſsit expelli,ſiue ſit emphyteuta Eccleſiæ , ſiue priuati. com.d. Cl.in §.E.q.26.

Diſpoſitio auth.ex cauſa.C.de libe. præterit, locū habet in præteritione facta de filio per matrem aut alios aſcendentes.com.d.in §.T.q.51.uerſi.Et quia. Similiter etiam locum habet in filio a patre præterito. commun. in d.q.35.uerſi.ſed quid.Idem locum habet tam in præteritione filij nati,quam poſthumi,a patre ſcienter facta. cōmun.in d.q.51.uerſi.Item quæro. Non autem locum habet in poſthumo a patre ignoranter præterito. com. in d.q.51.uerſ.ſed quid ſi poſthumus ſit ignoranter. Contrar.dixit Pariſ.in conſi.60.nu.13. Neque etiam locum habet quando frater a fratre eſt præteritus & turpis perſona inſtituta.com.dic.d.§.T.q.51.Hæc tamē opinio ipſi Claro non placet.Tandem locus eſt d.Diſpoſitioni ſi ue exhæredatio facta ſit non inſerta cauſa legitima , ſiue cauſa ſit inſerta,ſed per hæredem non probata com. d. in d.q.52.uer.ulti.

Diſpoſitione auth.ex cauſa facit ut etiam legata & fideicommiſſa ſuſtineantur.commu.in §.d.q.54.uerſi. Itē ſubſtitutiones commun.dicit in Q.54. Quæro etiā. Sed Legata facta ipſi filio præterito uel exhæredato nō ſuſti-

neatur

nentur.com.d.Q.54.uerſ.præterea.Similiter non ſuſtinentur legata facta per teſtatorem turpibus perſonis. comm.d.q.54.uer.Item.

Diſpoſitio auth.quòd ſine.C.de teſtam. habet locum etiamſi filij in ſchedula nõ ſint æqualiter inſtituti.com. d.in §.T.q.18.uerſ.ſed quæro nunquid.

Diſpoſitio c.cum eſſes.ex.de Teſtamen.locum habet etiam in teſtamentis conditis ad cauſas profanas com. d.in §.T.q.57.Extra tamen terras Eccleſiæ non habet locum ea diſpoſitio,quod tamen intellige quo ad forũ ſæculare.nam in foro eccleſiaſtico etiam in terris imperij ſeruatur ea diſpoſitio.comm.d.in d.q.57.uerſ.Extra. cum ſeq.

Diſpoſitio c.1.an agnat.uel fil.locũ habet ſolummodo in feudo hæreditario uel ſimpliciter recepto.comm. in §.F.q.76.Contrar.tenet Iſer.in eo c.quem ſequuntur Cur.Bru.& Didac.

Diſpoſitio c.potuit.ex.de locato.procedit tantum in Emphyteutis eccleſiæ,non autem in emphyteutis laicorum.com.in §.E.q.8.uerſ.ult.

Diſpoſitione.l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.non ſublatæ ſunt oẽs ſolennitates iuris ciuilis in teſtamentis ad pias cauſas.com.d.in §.T.q.6.uerſ.Fuit.

Diſpoſitio l.unic.C.ſi liberal.imp.lib.10. habet locũ etiam in feudis,quæ communiter aliquibus à principe conceſſa ſunt.magis com.d.in §.F.q.77.Contra.Cyn.in d.l.unic.

Diſpoſitio l.ſi quis argentum C.de donat. non habet locum in donatione remuneratoria.comm.d.§.D.q.14. uerſ.quæro.

Diſpoſitio d.l.ſi quis argentum non habet locũ in donatione præſumpta.§.D.q.14.uerſ.Item quæro.

Diſpoſitio d.l.ſi quis argentum,locum habet etiam in promiſsione de donando.com.d.§.D.q.14.uerſ.Diſpoſitio.Contrar.dic.Alciat.in l.1.ff.de uerb. oblig.

Diſpoſitio l.ſi unquam.C.de reuocand.donat.locum habet tantum in donat.omnium bonorum,ſed in qualibet parte bonorũ donata.non eſt locus illi diſpoſitioni. comm.§.D.q.22.

Diſpoſitio d.l.ſi unquam,nõ habet locum in donatione ob cauſam,com.in §.D.q.23.uerſ.item quæro.

Diſpoſitio d.l.ſi unquam,habet locum in donatio. Eccleſiæ,facta.non tamen reuocatur donatio niſi ad legitimam filijs poſtea natis competentem.com. d.in §. D. q. 23.in prin.

Diſpoſitio d.l.ſi unquam locum habet non ſolũ quando legitimi & naturales liberi ſuperueniant,ſed etiam ſi naturales tantùm poſtea naſcantur.comm.in §. D.q.23. uerſ.ſed quæro.

Diſpoſitio d. l.ſi unquam non habet locum ſi quis tẽpore donationis habet naturalem aliquem filium,& faciat eum poſt donationem legitimari.com.d.in §.D.q. 23.uerſ.ſed quid.

Diſpoſitio §.ex imperfecto.l.hac conſultiſsima.C.de teſtamen.non habet locum in teſtamento inter liberos ſi unus ex liberis ſit præteritus.com.d.in §. T.q.8. uerſ. ſed quæro.

Diſpoſitio §.ex imperfecto l.hac conſultiſsima.C.de teſtam.non limitatur per auth.ſubſequentem quantũ ad teſtamentum nuncupatiuum,ſed ſolum quantum ad teſtamentum in ſcriptis.com.d.in §.T.Q.11.

Diſpoſitio §.ex imperfecto l.hac cõſultiſſ.C. de teſtamen.non habet locum inter liberos naturales tantũ uel ſpurios.comm.d.in §.T.q.12.

Diſpoſitio d.§.ex imperfecto locum habet etiam in legitimatis.com.d.in §.T.Q.12.uerſ.ſed quid.

Diſpoſitio d.§.ex imperfecto,locum habet etiã inter liberos qui per ſtatutum ſunt excluſi à ſucceſsione inteſtati.com. in §.T.q.1.D.uerſ.Item quæro.

Diſpoſitio d.§.ex imperfecto locum habet non ſolum inter filios primi gradus tantum,ſed etiã ulterioris,ut nepos &c.com.d.in §.T.Q.12.uerſ.quæro etiam.

Diſpoſitio d.§.ex imperfecto non habet locũ ſi filius familias teſtetur inter parẽtes.cõ.d.i §.T.q.12.uerſ.ult.

Diſpoſitio §.ſi quis auth.l.hac conſultiſsima.C.de teſtam.non hẽt locum qñ in ſecundo teſtamento eſſet præteritus aliquis ex filijs teſtatoris.com.in §.T.q.95. uerſ. Scias tamen.

Diſpoſitio teſtatoris de perſonis quæ ſibi ab inteſtato ſuccedere poſſent,in dubio intelligitur eo modo & ordine,quo de iure communi uel municipali ad ſucceſsionem ab inteſtato uocarentur.com.in §.T.q.76.uerſ. ſecundo infertur.

Diuidi poſſunt de iure feuda inferiora tantũ, maiora enim ut Ducatus,Marchiæ uel Comitatus,nõ diuidi debent.cõ.in §.F.q.44.ſed cõſuetudine hodie ubiq; fere diuiduntur,de qua conſuet.Gratus in conſ.4.nu.29. lib.1. Diuiſionem inter hæredes teſtator prohibere non poteſt.com.d.in §.T.q.67.uerſ.quæro an.

Dominus alienans ſubditos ſuos contra iuris diſpoſi nem debet priuari proprietate ipſius feudi. comm. d.in §.F.q.28.uerſ.ſed quærò.Contr.Bal.in cap.a.quo temp. mil.

Dominus contra quem peccauit Vaſallus, ſi in uita ſua non querelauit,non transfert illud Ius querelãdi ad hæredes ſuos,intellige ſi Dominus ſciuit culpam .com. d.in §.F.q 64.

Dominus Emphyteuſeos qui poſt incurſam caducitatem recepit ſolutionem penſionis temporis præteriti tãtum,ſcilicet elapſi ante caducitatem,& proteſtetur ſuper caducitate,non cenſetur remittere caducitatem Emphyteuſæ,ſecus ſi recipiat penſionem etiam pro tempore futuro,id eſt,decurſo poſt cauſatam caducitatem, nã etiamſi tunc proteſtetur,cenſetur proteſtatio contraria facto.& irreleuans.Si uero accipiat penſionem ſiue proteſtatione,tũc ſiue de præterito ſiue futuro tempore receperit,cẽſetur remiſiſſe caducitatẽ.com.d.in §.E.q.10.

Dominus Emphyteuſis non tenetur recipere penſionem pro tribus uel plurib.annis futuris ſimul.comm.d. in §.E.q.12.uerſ.ſed pone.

Dominus feudi ſi decedat relictis pluribus hæredib. Vaſallus non tenetur ab omnibus petere inueſtituram. com.d.contra Zaſ.in §.F.q.49.uerſ.Quæro nunc.

Dominus non habet cognoſcere, quando conuentus negat ſe eſſe Vaſallũ,ſed cognoſcet ordinarius,qui cauſa cognita remittet ad Dominum,ſi cõuentus ſuccubuerit.com.d.in §.F.q 90.uerſ.ſed pone.

Dominus non poteſt cogere ſubditos ad molendũ in ſuis molinis,niſi id Ius haberet ex conſuetudine uel priuilegio.com.§.F.q.30.

Dominus non tenetur Vaſallo iurare fidelitatem, ut Vaſallus Domino.com.in §.F.q.70.

Dominus poteſt aliquem inueſtire de feodo nondum aperto.com.d.in §.F.q.14.

Dominus poteſt directum dominium etiã inuito Vaſallo pignori obligare com.§.F.q.28.uerſ. Item quæro.

Dominus poteſt Emphyteutam poſt caducitatẽ propria authoritate expellere.com.d.in §. E.q.11.in prin.

Dominus qui expulit Emphyteutam poſt declaratã caducitatem,ſi proteſtatus ſit ſuper iure ſuo petendi pẽſiones pro annis ceſſatis,habet adhuc facultatẽ eas petẽdi,ſi uero non proteſtatus ſit,uel ſibi reſeruauerit , tunc non poteſt petere penſiones temporis præteriti.comm. d.contra Bar.in §.E.q.19.uerſ.quæro nunc.

Dominus recipiens à Vaſallo ſeruitium poſt ingratitudinem commiſſam,cenſetur remittere ingratitudinẽ niſi ignoraſſet Vaſallum à feudo cecidiſſe. comm.in §. F.q.63.

Dominus ſi propter aliquã culpam priuetur proprietati feudi,tunc applicatur feudo Vaſallo.commun.d. in

§.F.q.72.Claro tamen non placet.

Dominus ſi ſit laicus,& Vaſalli clerici, nihilominus remanet eorum iudex.com.in §.F.q.90. uerſ. Sed quid ſi naſalli.

Dominus tenetur defendere naſallū ut Vaſallus Dominum commu.in §.F.q.27.etiam contra patrem, filiū uel fratrem comm.d.q.27.uerſ.Sed nunquid.

Domino recuſante inueſtituram,nihil præiudicat Vaſallo,imo ipſe Dominus debet in eo caſu priuari ꝓprietate feudi.com.in §.F.q.49.uerſ.ſed quid ſi uaſallus.

Donatarius rei Emphyteuticæ non debet apprehendere poſſeſsionem ſine conſenſu Domini. com. d. in §. E.q.15.uerſ.Arbitror tamen.

Donatarius ſi donatori indigenti alimēta denegauerit,poterit reuocari donatio.commun.§. D.q.21. uerſi. quid ergo.

Donatio abſenti facta adeo nihil ualet ut etiāſi eccleſiæ,uel piæ cauſæ,uel pauperib. ſacta ſit,& nemo pro ipſis acceptet,non ualeat.comm.d.§.D.q.12.uerſ.ult.

Donatio à patre filio ſtudij cauſa ſacta ſiue ueſtes,ſiue libri, ſiue aliud quidpiā donatū ſit,ſuſtinetur nec poteſt à patre reuocari.Ita tenet Clar.in §.D.q.8.uer.Tertio.Sed magis com.vr̄ in contrarium. Si tamē donatio à patre in filium facta iuramento firmata ſit,ſuſtinetur, & ita hodie cōiter teneri ait in d.q.8.uerſ.ſed quæro.

Donatio cauſa mortis quo ad modum & ordinationem,ſcilicet dum in eſſe deducitur,æquiparatur contractui,ſed poſtquam eſt in eſſe deducta, quo ad effectū & efficaciam,cenſetur ultima uoluntas. Hanc communem diſt.ponit in §.D.q.5.Contr.Boer.cōſ.43.n.12.& Marſi.ſingular.136.Nota tū,etiam donat.cauſ.mort. æquiparatur ultimæ uoluntati, quo ad effectum, ſecus tamen eſt quo ad confirmationem,nam ultimæ uoluntates nō confirmantur niſi adita hæreditate. Donat. autem cauſ. mor.confirmatur ſola morte donantis.comm. d.in d.q. uerſ.ſcias tamen.

Donatio debet fieri præſenti,alias non ualet comm, §.D.q.12.Niſi interueniat nuncius uel epiſtola, qui tamen ad hoc ſpecialiter ſit à donante deſtinatus.comm, d.ead.q.in prin,

Donatio eſt cōtractus nominatus,com.d.in §. D.q.1,

Donatio eſt de ſui natura contractus irreuocabilis, comm,in §.D.q.1.uerſ.ſi,

Donatio etiāſi fiat ab aliquo in ipſo articulo mortis conſtituto quem uerìſimile ſit de morte cogitaſſe, tamē ſi non expreſſa mentio mortis facta fuerit cenſetur tanquam inter uiuos,comm.d.in § D.q.4.uerſ.Et hæc quidē, Contr.Ant.Butr.in c.2.de conſuet.

Donatio facta abſenti uerbotenus, ſi Donatarius poſtea adipiſcatur poſſeſsionem rei donatæ, nō tamē ideo dicetur contractus donationis perfectus,niſi etiam nuncius uel epiſtola interuenerit.commu.d.in d.q.12,uerſ. ſed pone,

Donatio facta abſenti interueniente tamē Notario q pro abſente acceptauerit,ualet,& licet Donator poſtea antequā Donatarius eam ratificauerit ſimpliciter reuocauerit,tamē ſimplex illa reuocatio nō obſtat quin Donatarius adhuc poſtea eam ratificare poſsit. Hāc magis communem d.in §.D.13.uerſ.Primo ergo caſu Cōtra, ten.Cagnol.in l.quo tutela.§.nec paciſcēdo de reg.iur. imo etiamſi donator etiam rem donatam in aliū tráſtuliſſet,nihilominus ualebit prior donatio.Hāc magis cōmunem contra Decium Cagnolum dicit in d, qu.13, uerſ.Contrariam.

Donatio facta coniugi à marito ignobili uel ſene, ꝓpter ignobilitatem uel ſenium,ualet.commu.d.in d.q.9. uerſ.ſed pone.Putat tamen Clarus procedere ſi in ipſo actu dotis conſtituendæ fieret donatio,ſecus ſi poſt.

Donatio facta Eccleſiæ non pōt propter ingratitudinem reuocari: quia cenſetur Deo facta, qui ingratus eſſe non poteſt.com.§.D.q.21.uerſ.Item quæro, cū ſeq

Donatione facta præſenti hoc pacto ut certo caſu eueniente,res donata perueniat ad tertium quendam abſentem,non licet donatori tale pactum in præiudicium abſentis remittere,etiā ſi nemo pro abſente acceptauerit, & ideo nec reuocari poteſt. magis commun.d.in §. D.q. 13.uerſ.Secundus.cum ſeq.

Donatio facta per patrem filio emancipato ualet.cō. in §.D.q.8.uerſ.Secundo.

Donatio hæreditatis alicuius,non ualet, quia hæreditatis uerbum nihil excludit.com.d.in d.§.D.q.19.uerſi. ſed quæro.Contr.Purpurat.in l.ſi.C.de pact.

Donatio in dubio potius præſumitur eſſe intèr uiuos quàm mortis cauſa facta,ſi in ipſa non ſit facta mentio mortis,& ita non collata ſit in tempus mortis.commu. in §.D.q.4.uerſ.Sed quæro.

Donatio inter coniuges confirmatur morte donātis, intelligendum ſi modo interuenerit traditio uera uel ficta,alias enim ſi ſola promiſsio interuenit nō confirmatur morte,commu.d.in d.q.9.uerſ.ſed hoc intellige.

Donatione immenſa ſacta,ſi dicatur in Inſtrumento, quod Donator uelit cenſeri plures donationes nō excedentes pro ſingula ſummam 500. ſolidorum, nihilominus cenſebitur una tantum donatio,& nullius ualoris, tanquam clauſula illa in fraudem legis appoſita. comm. d.in §.D.q.17.uerſ. Sed pone.

Donatio immenſa iuramento firmata non eget inſinuatione.Magis commu.d.in §.D.q.18. Intelligendum tamen hoc dicit,ut inſinuationi renūciatum ſit in ſpecie aliàs ſecus.Item intelligendum ut ualeat ſi inſinuatio debet interuenire in ipſo actu donationis, ſi autē eſſet lex uel ſtatutum quod inſinuatio deberet fieri intra certum tempus,eo caſu iuramentum non firmat donationem, ſi inſinuatio non eſſet facta intra præſcriptum tempus.cō. ead.q.uerſ.ult.

Donatio inofficioſa ſi facta ſit uni ex filijs,tunc ſiue ſit inofficioſa re tantum,ſiue re & conſilio, nunquā reuocatur niſi uſque ad legitimam aliorum filiorum.Si uero facta eſt extraneo,tunc ſi eſt inofficioſa re tantùm reuocatur ſolummodo uſq; ad legitimam,ſi uero eſt inofficioſa re & conſilio,reuocatur in totum.comm.d.in §. D.q. 24.uerſ.Aut uero quis non agit. Et hæc quidem obtinet etiam in donatione iuramento cōfirmata. commu. ead. uerſ.Hæc autem.

Donationem inofficioſam in extraneum factā pater in totum non poteſt reuocare ſi filio aliquid reliquerit. comm.in §.D.q.24.uerſ.Sed quid ſi pater.

Donatio mortis cā inter coniuges facta non ualet.§. D.q.9.uerſ.& hæc quidem.

Donatio ob cauſam nō poteſt reuocari propter ingratitudinem.com.§.D.q.21.V.Sed quæro.

Donatio ob cauſam,cauſa non ſecuta ipſo iure reuocatur.commu.d.in §.D.q.24.V.Præter has.

Donatio omnium bonorum,præſentium & futurorum non ualet.commu.dicit,§. D.q.19. Si quis uero donat præſentia ſua bona tantum,ualet donatio. commu. ead.Q.uerſ.ex hac.Itē ualet donatio,ſi quis ſimpliciter donat bona ſua.Imo etiāſi quis uniuerſaliter omnia bona ſua donaſſet,quia eo caſu nō ſubintelliguntur bona futura.Similiter ſi quis donat omnia ſua bona mobilia & immobilia,quia in tali donatione non ueniſſe iura & actiones comm.d.d.q.19.uerſ. eademq; cum ſeq. Valet tamē donatio omn.bon.præſ.& fut.ſi mortis cauſa facta ſit. com.ead.q.uerſ.ſed quid ſi quis.In tantum uero nō ualet Donat.omn.bon.præſ.& fut.ut etiam iuramento firmari non poſsit.comm.d.in §.D.q.20. Et nota quod talis donatio annullatur in totum,non pro parte tantum. com.ead.q.uerſ.Item quæro. Talis uero Donatio facta Eccleſiæ ualet,& eſt ſpeciale in eccleſia,quia ēt perſonā ſuā quis Eccleſiæ donare pōt.Ead.q.uerſ. Vlterius. Vale-

bit tamē eiuſmodi donatio ſi inter duos fratres reciprocè facta ſit. Ead. q. uer. ſed pone. & ualet non ſolum inter fratres, ſed inter quoſcunque ſi poſt mortem collata ſit.

Donatio propter merita facta ualet, etiamſi de ipſis meritis aliter quam per aſſertionem donantis nō ꝯſtet, intellige modo non fiat inter perſonas prohibitas, nā eo caſu non ſtatur aſſertioni donatoris, ſed requiritur probatio meritorum. commun. dic. in §. D. q. 3. uerſic. ſed hic occurrit.

Donatio propter nuptias non cōſtituitur ipſo iure, & ideò ſi non fuit petita conſtitui conſtante matrimonio non pōt poſtea ſoluto matrimonio peti. pōt aūt peti ut conſtituatur conſtante matrimon. licet tempore dotis promiſſæ uel datæ, non fuerit petita neque conſtituta. commu. d. §. D. q. 21. uerſ. fi.

Donatio propter ſuperuenientiam filiorum reuocatur etiamſi appoſitum ſit iuramentum. comm. d. §. D. q. 22. uerſ. ſtat ergo.

Donatio reuocatur ſi poſt factam donationē ipſi donatori ſuperueniāt liberi. per diſpoſitionem l. ſi unquā. B. de reuoc. donat. commun. §. D. q. 22. in princip. Hinc infertur quòd ſi Donator tēpore donationis de liberis cogitaſſet, diſpoſitio d. l. ſi unquam non locum habeat, nec donat. reuocari poſsit. commu. d. q. 22. uerſ. Ex qua. Similiter nō reuocatur ſi donatio eſſet facta in cōtractu matrimonij, nam eo caſu pręſumitur Donator de liberis cogitaſſe. com. d. eod. uerſ. Ex qua. quæ tamen opin. ipſi Cl. non placet.

Donator etiamſi uoluntatem ſuam mutauerit, in donationē cā mortis, ſi tñ poſtea contingat illū decedere abſque hærede ex teſtamento, uel ab inteſtato, donatio nō cenſetur reuoc. Hanc opinionem notat Clar. ex Didaco frequentius receptam. §. D. q. 24. uerſ. in hoc tamen.

Donator poteſt etiam ob alias cauſas quam in l. fi. C. de reuoc. donat. expreſſas, reuocare donationem. com. d. in §. D. q. 21. uerſ. huius.

Duæ perſonæ poſſunt coniunctim in una charta facere teſtamentū, & ſe inuicem inſtituere, & de bonis ſuis diſponere. commun. d. in §. T. q. 60.

Duo teſtes ſupplent præſentiam parrochiani in caſu C. cum eſſes. ext. de teſt. com. in §. T. q. 57. uer. ſed pone.

E

ELectio datur uaſallo, an uelit perſonaliter cū Dño ire ad expeditionem bellicam uel ipſi Dño ſubminiſtrare dimidium reddituum unius anni, nec poterit Dominus Vaſallum cogere ut alterutrum pręſtet, ſed ſtat in arbitio Vaſalli. com. dicit in §. F. Q. 32.

Electio parium aliquot Curiæ ad iudicandum inter Dominum & Vaſallum, ita fieri debet, Vt primo Dominus eligat quod uoluerit, & poſtea uaſallus eligit totidem iuxta numerum a Domino comprobatum. comm. d. in §. F. Q. 90.

Emphyteutica bona nō poſſunt propriè dici allodialia. com. d. in §. E. q. 49.

Emphyteuſis eſt cōtractus nominatus. cō. d. i §. E. q. 2.

Emphyteuſis Eccleſiæ poteſt cōcedi ultra filios & nepotes. com. in §. E. Q. 6. uerſ. Quæro.

Emphyteuſis Eccleſiæ poteſt etiam ita concedi ut trāſeat ad extraneos hæredes. Magis communem dt. in §. E. Q. 6. uerſ. Sed nunquid. Contrar. Imo. in l. ex facto. ff. de hæred. inſtit.

Emphyteuſis ſi à laico ſimpliciter conceſſa ſit, tranſit etiam ad extraneos, ſed ab eccleſia ſimpliciter conceſſa non tranſit ad extraneos. Magis communē d. in §. E. Q. 28. Contrar. dicit Corn. conſ. 131. & conſi. 173. lib. 5. Si tamen ab eccleſia conceſſa ſit pro ſe & hæredib. quibuſcunque & debitæ ſolennitates in conceſſione interuenerint, tranſibit etiam ad extraneos. com. in §. E. Q. 28. uerſ. ſed quæro quid ſi. Idem dicendum erit ſi ab eccleſia alicui pro ſe, & hæredibus, & quib. dederit conceſſa ſit. com. in d. Q. 28. uerſ. Idemque.

Emphyteuſis de ſui natura eſt tranſitoria etiam ad fœminas. com. d. in §. E. q. 32. etiamſi eccleſiaſtica ſit. Ibid. Si tamen Emphyteuſis conceſſa ſit pro ſe & filijs, tunc non ueniunt fœminæ. com. in d. q. 35. uerſ. Sed quid. Claro tamen non placet.

Emphyteuſis data alicui pro ſe & filijs maſculis, uel ꝓ ſe & deſcendentibus ſuis uirilis ſexus, eo caſu non comprehenditur filius maſculus ex filia. comm. in §. E. q. 36. uer. pone.

Emphyteuſis accepta pro ſe & filijs nulla facta hæredum mentione, tranſit ad filios, etiamſi nō ſint hæredes patris. comm. in §. E. q. 37. in prin.

Et hoc caſu etiam ſi filij repudient hæreditatē patris poſſunt nihilominus ſuccedere in feudo. comm. in d. q. 37. uerſ. Et ex hac. Contra uerò ſi emphyteuſis conceſſa eſſet pro ſe, filijs & hæredibus, non trāſibit ad filios niſi etiam hæredes ſint, neque poterūt hæreditatem repudiare, & in emphyt. ſuccedere. Ead. q. 37. uerſ. In ſecundo.

Emphyteuſis ſi finiatur ſine culpa Emphyteutæ, puta curſu tēporis, uel finita generatione, poteſt ipſe Emphyteuta ſi uiuit, uel ipſius filij, uel etiam agnati petere à Domino ut Emphyteuſim in eorum perſona confirmet ſeu renouet, etiāſi ab Eccleſia conceſſa ſit. Imo ſi Dominus recuſat, poſſunt appellare ad ſuperiorē. cō. in §. E. q. 43.

Emphyteuſim quis accipiens pro ſe & filijs & deſcendentibus, ſi unus ex filijs recipientis ceſſauit in ſolutione canonis per triennium, ita quod res cecidit in cōmiſſum, talis ceſſatio & caducitas obeſt etiam deſcendentib. nec agnatis uocatis ex tenore primæ inueſtituræ. commu. d. in §. E. q. 8. uerſ. ſed hic quæro. Intellige, dummodo ea ceſſatio non ſit facta in fraudem deſcēdentium uel agnatorum.

Emphyteuta acquirens Emphyteuſim pro ſe & filijs, deinde deceſſerit relictis duobus filijs, quorum unus ſine liberis decedat, Emphyteuſis non reuertetur ad concedentem, ſed accreſcet alteri fratri. comm. d. in §. E. q. 39. uerſ. pone ergo.

Emphyteuta alienans partem rei Emphyteuticæ, nō ideo cadit a tota Emphyteuſi, ſed cadit tantum à parte alienata, com. in §. E. q. 13. uerſ. Non omittam.

Emphyteuta ceſſans tantum pro parte, nihilominus cadit à toto comm. d. in §. E. q. 8. uerſ. Hoc autem.

Emphyteuta ceſſans, ſi rem Emphyteuticam eo tempore quo ceſſauit, non poſſederit, non incurrit caducitatem niſi forte dolo deſijſſet poſsidere, uel eius culpa factum eſſet quo minus poſsideret. com. d. in §. E. q. 8. uerſ. ſed quæro.

Emphyteuta ceſſans cadit à iure ſuo, etiamſi ignorarit rē eſſe Emphyteuticā, de rigore iuris, ſed de æquitate datur huic hæredi (etiam ſi ſit maior 25. annis) ex capite probabilis ignorantiæ reſtitutio in integrum ex clauſula generali ſi qua iuſta cauſa &c. cō. d. in §. E. q. 8. uerſ. Proſequendo. intellige, niſi dominus uelit probare ſcientiam, in dubio tamen præſumptio eſt pro hærede, quia ſcientia eſt facti & factum non præſumitur. eod. uerſ.

Emphyteuta habēs in Emphyteuſim rem quæ ualeat mille ſolidos, pro qua tamen ipſe annuatim nō niſi unū ſolidum ſolueret, æquè per ceſsionem incurrit pœnam caducitatis, ac ſi multo plus ſolueret. com. d. in §. E. q. 8. uerſ. ſed pone.

Emphyteuta in caſibus quibus poteſt res Ephyteuticas alienare, non debet eas alienare in potentiorem. comm. dic. in §. E. q. 22. Potentiores autem perſonæ intelliguntur, Clerici, curiales, milites, ut pote magis priuilegiatæ. ibidem.

Emphyteuta interuertens poſſeſsionē Domini, cadit

à iure ſuo, non tamen poterit hoc caſu à Domino propria authoritate eijci, quia tunc incipit Emphyteota in totum ſuo nomine poſsidere, & ideo uia iuris, non facti contra eum agendum eſt.

Emphyteuta non cadit ipſo iure ab Emphyteuſi, ſed requiritur ut Dominus declaret ſe uelle ut locus ſit caducitati. com. d. in §. E. q. 9. in princ. poſtquam uerò dominus uoluntatē ſuā prædicto modo declarauerit, tunc cadit Emphyteuta ipſo iure ab Emphyteuſi, neq; requiritur ſententia iudicis. comm. d. in d. q. 9. in fi.

Emphyteuta non poteſt regulariter rem emphyteuticam irrequiſito Domino alienare. cō. in §. E. q. 13. in pr. Imò ſi alienat contra formā, l. fi. C. de iur. Emphy. cadit ipſo iure ab Emphyteuſi, neque requiritur ſentētia. d. q. uerſ. Adde. Et nota quod ad perfectam alienationem nō ſufficit contractum eſſe celebratum, ſed requiritur etiam quod traditio facta ſit. Sufficit autem etiam fictam tantū traditionem (ut quæ ſit per conſtitutum uel præcariū) interueniſſe, ad hoc ut dicatur alienaſſe. com. d. in d. q. 13. uerſ. ſed quid.

Emphyteuta non poteſt rem Emphyteuticam alteri irrequiſito Domino in emphyteuſim concedere, ita de conſuetudine obſeruari ait in §. E. q. 30.

Emphyteuta poteſt ius ſuum legare uel donare alteri etiam irrequiſito Domino. com. d. contra Bart. & Ang. in §. E. q. 55. dummodo fiat ſaluo iure Domini, & citra fraudem, neque opus eſt ut Dño denuncietur, an eodem precio emere uelit, ex quo nullum precium interuenit, neque ēt tenetur Emphyteuta Domino donare uel legare, cùm forte nulla beneficia in eum contulerit.

Emphyteuta poteſt de Emphyteuſi teſtari, in præiudicium filiorum ſuorum, ſi Emphyteuſis ſit noua & hæreditaria. Si uerò non ſit hæreditaria, tunc diuerſæ ſunt inter DD. opiniones & Claro magis placet, quòd ēt in eo caſu Emphyteuta poſsit id quod acquiſiuit ſuo iure alienare, contrariam uerò magis communem dicit Alex. cōſ. 106. nu. 8. & conſi. 107. in princip. lib. 4. Idem tenēt Gratus, Bertrand. Didac. Chaſ. & Rubeus.

Emphyteuta poteſt etiam irrequiſito Domino rē Emphyteuticam uendere ſi in conceſsione emphyteuſis cōuentum ſit quòd liceat emphyteutæ uendere. com. §. E. q. 13. uerſ. ſed pone.

Emphyteuta poteſt expelli propter deteriorationē, ſi tamen ſit notabilis deterioratio. com. in d. §. E. q. 26.

Emphyteuta poteſt rem Emphyteuticam ſine conſenſu Domini permutare etiam cum extraneo comm. d. in §. E. q. 17. modò permutatio fiat bona fide.

Emphyteuta poteſt rem emphyteuticam ſine conſenſu Domini hypothecare. com. d. in §. E. q. 18.

Emphyteuta poteſt rem emphyteuticam ſine conſenſu Domini locare. commun. in §. E. q. 19.

Emphyteuta poteſt ſine conſenſu Domini conſtituere ſeruitutem in fundo Emphyteutico, quantum ad ſui præiudicium, non autem quo ad præiudicium Domini directi, ideo finita Emphyteuſi finitur etiam ſeruitus. cō. d. in §. E. q. 21.

Emphyteuta propter ſterilitatem fundi nō excuſatur à ſolutione pēſionis. com. d. in §. E. q. 8. uerſ. ſed nūquid.

Emphyteuta, qui propter calamitates bellicas nullos fructus percipere pōt, non tenetur ad ſolutionem pēſionis eo anno quo nihil percepit. commun. d. in §. E. q. 8. uerſ. ſed quid ſi emphy.

Emphyteuta ſi in ipſa alienatione proteſtetur, ꝙ eā facit ſaluo & reſeruato cōſenſu Domini, & eius iure Directi dominij, cum talis proteſtatio ſit contraria facto, non excuſat neque releuat Emphyteutā, com. d. in §. E. Q. 13. V. Item quæro. Sed ſi proteſtetur ſe alienare, ſaluo & reſeruato cōſenſu Dñij, & non aliter, neq; alio modo, talis proteſtatio uerbis geminatis concepta operat quod Emphyteuta propter alienationem non cadit ab Emphyteuſi. commun. d. in d. q. 13. uerſ Bene uerum.

Emphyteuta ſi poſt alienationem recuperet rem emphyteuticam, non propterea euitabit pœnam priuationis. com. d. in §. E. q. 13. V. Sed quid ſi.

Emphyteuta ſi reſiſtat uerbis tantùm Domino, eum propter caducitatem expellere uolenti, tunc Dominus nihilominus poteſt eum expellere. com. d. in §. E. Q. 14 in fi. Secus eſſe dicit ſi factis reſiſteret. ibid.

Emphyteuta tenetur ad collectas præſtandas pro bonis Emphyteuticis. comm. d. in §. E. Q. 46.

Emphyteutæ bonis confiſcatis, res quoq; Emphyteutica ſi à laico ſimpliciter conceſſa ſit, tranſit ad fiſcum, ſi uero in conceſsione poſita ſint aliqua uerba, ex quib. appareat cōtrahētes noluiſſe Emphyteuſim ad extraneos hæredes tranſire, tunc nō tranſibit in fiſcum. com. d. in §. E. Q. 39. At ſi res ab Eccleſia conceſſa ſit, tunc nullo modo tranſit ad fiſcum. ibid.

Emphyteutæ decedens uel agnatus ſi infra annum à die, quo ſciuit Emphyteuſim finitam non petierit renouationem, & alius extraneus interim inueſtitus fuerit, ſibi præiudicat, nec ulterius auditur. comm. in §. E. Q. 43. V. Sed pone. cum ſeq.

Emphyteutæ licet alienare rem emphyteuticam, ſi eam acceperit pro ſe, & quibus dederit. com. in §. E. Q. 13. Vlterius quæro. contrar. Ruin. conſ. 213. lib. 1.

Emphyteutæ ſi plures ſint, poſſunt rem emphyteuticam domino irrequiſito inter ſe diuidere. com. d. in §. E. q. 14. imo poſſunt etiam inter ſe alienare, alio quocunque titulo, domino ipſo irrequiſito. com. d. in d. q. 14. ſub fi.

Excommunicatus poteſt teſtari. cō. dic. in §. T. q. 24. maximè uero ſi occultè excommunicatus ſit.

Exhæredatio ut ualeat, duo requiruntur, primum ut cauſa legitima nominatim inferatur in teſtamento. ſecūdo, ut ipſa cauſa ab hærede probetur. cō. d. in § T. q. 40. V. Aut talis cauſa.

Exhæredatus filius non ſuccedit in feudo, ſi iuſtè exhæredatus eſt. com. in §. F. q. 74. Vide tamen diſtinctionem ſubſequentem ipſius Clari.

Excluſus à ſucceſsione ab inteſtato, eſt etiam excluſus à ſucceſsione contra teſtamentum. comm. d. §. F. q. 42. V. Quæ quidem. prope finem.

F

FALCIDIAM ne hæres detrahat teſtator prohibere poteſt. com, in §. T. q. 73. V. ſed quæro.

Feudum abſolutè hæreditarium (ut ſi datum ſit pro ſe & hæredibus quibuſcunque) tranſit ad quoſcunque hæredes extraneos, & ad hoc, ut quis in tali feudo ſuccedat, ſufficit, quod ſit hæres. com. d. in §. F. q. 9. V. Hoc præmiſſo.

Feudum acquiri poſſe mediante pecunia contra glo. in c. 1. de benefic. frat. Hodie conſuetudine receptū eſſe dicit in §. F. q. 16. Et tale feudū eſt uerū feudū, & regulatur ſecundum leges & conſuet. feudi, ita omnes feudiſtas uelle ait in §. F. q. 16. in fi.

Feudum à patre acquiſitum, ſiue pro ſe & hæredibus, ſiue pro ſe & liberis, poteſt filio imputari in legitimam: at ſi prouenit ab auo, tunc ex quo cenſetur aduentitium, non poteſt imputari. commu. d. in §. F. q. 46.

Feudum datum pro ſe & hæredibus, eſt quidem hæreditarium, ſed non ita, ut etiā ad extraneos hæredes tranſeat. com. d. in §. F. q. 9. v. Nunc proſequendo.

Feudum datum pro ſe & filijs & hæredibus, ab eis legitimè deſcendentibus, cenſetur hæreditarium, & in tali feudo deſcendentes non ſuccedunt, niſi etiam ſint hæredes. com. d. in §. F. q. 9. uerſ. Sed quid ſi feudum.

Feudum datum pro ſe & hæredib. maſculis, non dicitur hæreditariū. com. in F. q. 9. v. Item quær. quid ſi. Clarus tamen diſtinguit in uerſ. ſeq.

Feudum

Feudum datum Titio uſque in quartam generationem, finita quarta generatione, filij uel agnati Vaſalli ultimo defuncti poſſunt petere ſibi confirmari feudum, & ſi non fiat poterunt appellare ad ſuperiorem. comm. in d. §. F. q. 87.

Feudum decimarum quod ſolitum ſit laicis infeudari, poteſt prælatus alteri laico in feudum concedere. cō. d. in §. F. q. 13. uerſ. Sed quæro.

Feudū eſt contractus nominatus, com. in §. F. q. 6. Nō tamen eſt contractus bonæ fidei. com. d. ead. q. in fi.

Feudum Francum eſt, quando inueſtitura expreſſe dicitur quod ſit francum, & quando Vaſallus non tenetur niſi ad ſeruitia in inueſtitura expreſſa. commun. d. in §. F. q. 12.

Feudum ita conceſſum: Concedo tibi tale caſtrum in feudum, tranſit ad hæredes eos tantùm, qui alias ex natura feudi ſuccedunt. commu. in §. F. q. 9. uerſ. Sed quid dicendum.

Feudum nouum ſi detur à Principe expreſſè iure feudi antiqui & paterni, debet tanquam feudum antiquum regulari. Magis communem dicit contra Old. cōſ. 178. in §. F. q. 8. uerſ ſed hic.

Feudum ſi datum ſit pro ſe & filijs & hæredibus, tunc requiritur ut ſuccedere uolens, filius ſit, & etiam hæres. com. d. contra Bal. in §. F. q. 9. uerſ. quandoque & tertio.

Feudum ſi datum ſit pro ſe & filijs, uel pro ſe & liberis, nulla facta mentione hæredum, tunc ſufficit, ꝙ ſuccedere uolens ſit filius uel deſcēdens, ab illo primo acquirente, & non requiritur quod ſit hæres. commu. in §. F. q. 9. uerſ. quandoque uero.

Feudum ſi datum ſit pro maſculis cum fœminis, tūc fœminæ ueniunt ſimul cum maſculis. ſed ſi datū ſit maſculis & fœminis, tunc ueniunt fœminæ ordine ſucceſſiuo, ſcilicet prius maſculi, & ijs deficiētib. fœminæ. cō. in §. F. q. 73. uerſ. Et in hoc propoſito.

Feudum ſi ſit maternum uel fœmineū, ſcilicet ab initio conceſſum uni fœminæ, tunc fœminæ quoq; admittuntur ad ſucceſſionem, ſed tunc demum quando nō extarent maſculi. com. in §. F. q. 73. uerſ. Præterea quæro.

Feudalem eſſe rem aliquam non præſumimus, quia feudum eſt ſpecies ſeruitutis, quæ non præſumitur. Ita omnes ſcribentes tenere ait in §. F. q. 18.

Fideicommiſſarius, in feudo non ſuccedit regulariter. commun. in §. q. 85. Secùs tamen eſt in feudo ſimpliciter & abſolutè hæreditario. Ead. q.

Filius emancipatus à filiofamilias hodie non differt quoad exhæredationem commun. d. in §. T. q. 40. uerſi. item quæro.

Filius emācipatus ſi præteritus ſit ſine inſertione cauſæ teſtamētum eſt ipſo iure nullum. Si uero cauſa inſerta ſit, ualet teſtamentum, ſed poteſt, per bonorum poſſeſſionem contra tabulas impugnari. com. in §. T. q. 42. V. Et hæc quidem.

Filiusfamilias Aduocatus poteſt teſtari de ſalario, qđ à clientulis ſuis percepit. commun. dicit in §. T. q. 14. uerſ. ſed quid de ſalario.

Filiafamilias non poteſt teſtari de dote ſua aduentitia. commu. in §. T. q. 18. uerſ. Secundo.

Filiusfamilias donare non poteſt inter uiuos, ſi tamē habeat aliqua bona, quibus patri non quæreretur uſufructus, poſſet illa donare etiam ſine conſenſu patris. cōmun. in §. D. q. 6.

Filiusfamilias non poteſt donare cauſa mortis ſine conſenſu patris. commu. in §. D. q. 6. At cū conſenſu patris poteſt. commun. ead. q. uerſ. Si autem.

Filiusfamilias non poteſt donare patri cauſa mortis, magis commu. d. in §. D. q. 6. uerſ. quæro etiam. Contra. dixit Alex. in l. 1. §. fuit. ff. ad Trebell. cum quo cōcord. Bertrand. & Iaſ.

Filiusfamilias non poteſt teſtari, etſi in teſtamēto appoſita ſit clauſula codicillaris, uel ut ualeat tanquā donatio mortis cā, uel cuiuſcunque ultimæ uoluntatis, tūc ſuſtinebitur in uim donationis cauſa mortis. com. in §. D. q. 6. uerſ. Sed quæro. cum ſeq.

Filius grauatus fideicōmiſſo, ſemper poteſt detrahere legitimā, ſiue teſtator prohibeat, ſiue non prohibeat, imo ſi ipſe non detraheret, poterit ipſius hæres uel ſubſtitutus eam detrahere. comm. in §. T. q. 72. uerſi. Circa primum, ſi uero non ipſe filius, ſed eius hæres uel ſubſtitutus pupillaris grauatus ſit fideicommiſſo, tunc hæres ille uel ſubſtitutus totam hæreditatem reſtituere tenetur. commun. d. q. 72. uerſ. In ſecundo caſu.

Filius ingratitudinem aduerſus patrem committens, ſi poſtea fiat furioſus, nihilominus poterit exhæredari, non obſtante furore ſuperueniente. commun. d. in §. T. q. 4. uerſ. Sed pone.

Filius in poteſtate conſtitutus poteſt inſtitui quidem etiam ſub conditione, ſed poteſtatiua tantum, non etiā in caſuali uel mixta. com. in §. T. q. 39. in prin.

Filius in poteſtate patris ſi ſit præteritus, ſiue cū cauſa, ſiue ſine cauſa, ſemper teſtamentum eſt ipſo iure nullum. comm. in §. T. q. 42. uerſ. Et hæc quidem in fi.

Filiusfamilias non poteſt facere teſtamentum, etiā ſi cum conſenſu patris faceret, quia teſtamentum non poteſt ex alieno arbitrio dependere. commu. d. in §. T. q. 18. in prin. Imò nec de peculio aduētitio teſtari poteſt, etiamſi ſpectaret ad ipſum filiumfam. pleno iure, neque pater haberet uſufructum in eo. Ead. q. uerſ. Vera.

Filius non poteſt pro patre teſtimonium ferre in teſtamentis, ſiue ſit in poteſtate, ſiue emancipatus. com. in §. T. q. 55. uerſ. Sed nunquid filius.

Filius præteritus ſi in ipſo actu teſtamenti conſentiat præteritioni, tunc ualebit teſtamentum quoad æquitatem prętoriam, non autem de iure ciuili. commun. in §. T. q. 42. uerſ. ſed quid ſi filius. At ſi poſt conditum teſtamentum conſentiat, tunc quidem teſtamē. de iure ciuili nullum remanet, quia ab initio nullum fuit, ſed de iure prætorio reconualeſcit. comm. in d. q. 43. uerſ. ſecundus, & in tali caſu de iure ciuili non poteſt adiri hæreditas, ſed requiritur, ut petatur bonorum poſſeſſio. commu. d. q. 43. uerſ. Et nota. obſerua tamē quod talis approbatio præteriti filij non præiudicat cæteris filijs inæqualiter inſtitutis, quo minus ipſi poſſint intentare poſſeſſionem bonorum ꝯ tabul. ex perſona ipſius præteriti, quia tale ius per præteritum ipſis ſemel quæſitum non poteſt illis rurſus auferri. com. in d. q. 43. V. ult.

Filius qui ingratitudinem commiſit, & poſtea pœnitentiam egit antequam pater eius condidit Teſtamentum, non poteſt poſtea ex eadem illa cauſa exhæredari. com. d. in §. T. q. 41. uerſ. præterea.

Filius tenetur probare merita, propter quę ipſi pater aliquid donauerit, nec ſtatur in eo aſſertioni patris. commun. in §. D. q. 8. uerſ. Hinc infertur.

Filius uaſalli ſi offendat dominum, pater uaſallus nō poteſt idcirco exheredare filium ſuum. comun. in §. T. q. 41. uerſic. Item quæro.

Filium pater ēt pp alias cās quam illas 14. in auth. ut de appel. cogn. expreſſas exhæredare pōt, quæ tñ ſint illis ſimiles uel maiores. ut: quod fuerit proditor patriæ, &c. com. in §. T. q. 41. uerſ. ſed quæro.

Filium pater exhæredare poteſt, etiā propter uerbalem iniuriam tm̄. ſi tñ grauis ſit. ut ſi illum appellauerit proditorem, &c. comm. in §. T. q. 41. uerſ. Sed an.

Filium ſi mater, uel auus maternus in teſtamento prę terijt, nulla inſerta cauſa, teſtamentum nullum eſt. commun. d. in § T. q. 47. V. ult. Sed cauſa legitima inſerta, tūc præteritio habetur pro exhæredatione. com. d. ibidem.

Filio exhæredato, cauſa teſtamento non inſerta, teſtamentum ipſo iure nullum eſt, & nō opus eſt querela ad reſcindendum illud. commun. §. T. q. 40. V. aliquando.

enim idē, eſt etiamſi cauſa aliqua inſerta ſit, ſed non legitima. Ead, Q. 40. V. Aliquando uerò.

Filio uno ex plurib. à patre præterito, & reliquis inſtitutis inæqualiter, poterit ille cui minus relictum eſt quam alijs, etiam tacente filio præterito, teſtamentum nullum dicere. com. in §. T. Q. 43. V. ſucceſsiuè.

Filij hæredis inſtituti ſi in conditione poſiti ſint, non cenſentur uocati à teſtatore, ſed ſolummodo eſt illis reſeruatum ius legitimæ ſucceſsionis ab inteſtato. comm, in §. T. Q. 77. V. Pone ergo.

Filij in cõditione poſiti à teſtatore grauati, non propterea cenſentur uocati. Magis communem dicit cõtra Bar. in §. T. Q. 78. V. Sed quicquid.

Filij naturales præteriti uel iniuſtè exhæredati, non poſſunt teſtamentum dicere nullum, uel contratabulare com. d. in §. T. Q. 42. V. Sed quid in filijs.

Filia quæ per ſtatutum propter exiſtentes maſculos uel agnatos excluditur, ſi à patre in teſtamento præterita ſit, & illi maſculi uel agnati, propter quos ipſa excluditur, inſtituti, non poteſt teſtamentum dicere nullum, neque cõtratabulare, com. in §. T Q. 42. V. Quæ quidē.

Filia quæ ſine patris conſenſu alicui nupſerit, non poteſt. eam ob cauſam exhæredari, niſi etiā turpiter & obſcenè uiuat, com. d. in §. T. Q. 41, V. ſed quid ſi.

Fiſcus in feudo non ſuccedit. com. in §. F. Q. 84.

Fœmina eſt capax feudi, ſi pro eo nullum præſtetur ſeruitiū cõmun. d. in § F. Q. 73. V. Vlterius. Imò etiamſi præſtetur ſeruitium, quod tamen æquè per fœminā ac per maſculum præſtari poſsit, fœminæ admittuntur, cõ, d. Q. 73. V. Item quid ſi.

Fœmina poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos comm. d. in §. T. Q. 8. V. Secundo infertur.

Fœmina ſemel admiſſa non excluditur poſtea per ſuperuenientem maſculum. com. d. in §. F. Q. 80.

Fœmina ſemel excluſa ſemper remanet excluſa. communn. in §. F. Q. 80. V. Sed quæro. Claro tamē non placet ſed dicit ſi ageretur inter fœminam, & agnatum, quod tum procederet illa opinio, ſed ſi ageretur inter fœminam & Dominum feudi, tunc dicit, ſe credere abſolute, quòd fœmina non maneat excluſa, neque feudum aperiatur domino,

Fœminæ admittūtur ad ſucceſsionem feudi, ſi ita ſit conſuetudo uel ſtatutum in prouincia commn. d. in §. F, Q. 73. Sed quid ſi adſit,

Fœminæ etiamſi bona non ſint feudalia, habeant autem annexam dignitatem & adminiſtrationem cum mero & mixto imperio, tamen non ſunt eorum capaces, ita communem eſſe dicit in §. F. Q. 73. V. Sed quæro. Addit tamen contrarium hodie ſeruari conſuetudine.

Fœminæ regulariter in feudo non ſuccedunt. com. in §. F. Q. 73.

Fœminæ ſi inueſtitura expreſsè ſint uocatæ, tunc deficientibus maſculis fœminæ admittunur. commu. d. in §. F. Q. 73. V. Item quæro,

Fœminæ ſuccedunt in feudo empto. Magis comm, d. in §. F. Q. 73. V. Sed quid in feudo empto.

Frater ſi fratri in teſtamēto legati nomine aliquid reliquerit, & turpem perſonam inſtituerit, tunc nihilominus poterit ſuperſtes frater querelari ad reſcindendū totum teſtamentum, nec tenetur ſaltem agere ad ſupplementum legitimæ, quæ eſt quarta pars totius hæreditatis. Hæc opinio Iaſonis, Decij, & Guil. de Cun. placet Claro, ſed contrariam dicit eſſe magis communem Pariſ. conſ. 64 lib, 3.

Fratres duo ſi fuerint inueſtiti pro ſe & filijs, & unus eorū decedat ſine liberis, ſuperſtite filio alterius fratris prædefuncti, tunc portio fratris defuncti non pertinet ad nepotem ex prædefuncto, ſed ad ſuperſtitem fratrē. uidentur enim illi duo fratres ſibi & ſuis tantum proſpexiſſe. commun. dic. in §. F. Q. 79. uerſ. Et ideò.

Furioſus ingrediendo religionem teſtari uel alias de bonis ſuis diſponere poteſt ſine auctoritate Curatoris dummodò appareat quòd tempore diſpoſitionis & ingreſſus non fuerit furioſus. commun. d. in §. T. Q. 38. V. Sed nunquid.

Furioſus non poteſt teſtari ad cauſas pias. commun. in §. T. Q. 5. V. ult.

G

GLOSSAM in c. 1. §. 1. in uerb. poſt poſuerit, de feudo uel benef. fœmi. ubi dicit, quod ſi Vaſallus fiat monachus, feudum reuertatur ad dominum. Intellige debere, ubi agnati non ſupereſſent, uel ubi feudum eſſet nouum. commun. dicit in §. F. Q. 78. V. Sed hæc.

H

HÆREDEM ſi teſtator in teſtamento ſuo nominatim non expreſſerit, illum tñ deſignauerit per relationē ad aliam ſchedulam uel ſcripturam, in qua ſit ipſius hæredis nomen expreſſum, ita tamē ut ueniat demum poſt teſtatoris mortem certificanda, talis inſtitutio ſuſtinebitur. commu. dic. in §. T. Q. 36. V. Sed quid.

Hæredes Donatoris non poſſunt donationem reuocare, ſi donator paſſus ſit Donatariū res donatas poſſidere. comm. d. in §. D. Q. 13. V. ſi.

Hæreditas quæ monacho obtingit, immediate defertur ſtatim ipſi monaſterio, ſine aliquo facto monachi, ſecundū canoniſtas, ſed ſecundum Legiſtas defertur primum monacho, & deinde ex perſona monachi acquiritur Monaſterio. com. in §. T. Q. 30.

Hypothecare poteſt Emphyteuta rem Emphyteuticam etiam ſine conſenſu domini. com. in §. D. q. 58.

I

INFAMIS regulariter teſtari poteſt, fallit, niſi expreſsè à lege prohibitus eſſet, ut eſt infamis condemnatus ob libellum famoſum. cō. d. in §. T. q. 25.

Infamis ſi adhibeatur in teſtem teſtamento, ſi modo tunc non reputabatur communi opinione pro infame, teſtamentum ualebit. com. in §. T, q. 55. in ſi.

Inhabilis ad teſtādum, nihilominus poteſt capere ex teſtamento, ſi inhabilitas ſit propter defectum aliquem qui non cadit in crimen, ut eſt pupillus mutus, & ſimiles. com. d. in §. T. q. 34. uerſ. Item quæro.

Inſinuatio ita fieri debet in practica, ut Donatio redigat ad ſcripturā, & poſtea corā iudice publicetur & regiſtretur apud acta, uel etiam ſufficit quòd Donatio ipſa ſcribatur, & publicetur coram iudice abſque alia ſcriptura uel inſinuatione. commu. d. in §. D. q. 15. uerſ. Quæro etiam,

Inſinuatio non neceſſariò fit in loco iudicij, ſed ſufficit ut corā iudice & alibi quam in loco iudicij, com. d. in §. D. q. 15. uerſ. Vlterius.

Inſinuatio requiritur etiam in pactis liberatorijs, ut in pacto de non petendo, commu. d. in §. D. q. 16. uerſic. Item quæro. cum ſeq.

Inſinuatio non requiritur in Donatione ob cauſam. commun. in §. D. q. 16. uerſ. Sed quid.

Inſinuatione non opus eſt ſi quid immēſum donetur Eccleſiæ, uel piæ cauſæ. com. in §. D. q. 17.

Inſtitutio hæredis facta implicitè per relationem ad aliam ſchedulam, ualet. commu. d. in §. T. q. 36. uerſ. Sed quid ſi teſtator.

Inſtitutio hæredis ualet etiam ſi teſtator hæredē non

ipſe-

ipſemet, ſed Notarius, aut aliquis alius ex aſtantib. tẽpore teſtamenti conficiendi, nominet, ſufficit enim ſi teſtator talem nominatum agnoſcat. comm. in §. T. q. 37. uerſ. ſed quid ſi.

Inuentarij confectionẽ Teſtator non põt hæredi ſuo remittere in præiudicium ſuorum creditorum. cõmun. dicit in §. T. q. 66. uerſ. Quò ad primum. Sed in præiudicium legatariorum, fideicommiſſariorum, & cohæredũ poteſt remittere. com. d. eod. uerſ.

Inuentarij confectionem teſtator non poteſt remittere Vſufructuario. comm. in §. T. q. 66. uerſ. quo ad ſecundum.

Inuentarij confectionem poteſt teſtator tutori remittere. com. d. in §. T. q. 66. uerſ. quo ad tertium.

Iura ciuilia loquentia de Emphyteuſi non habent locum in Emphyteuſi Eccleſiaſtica. com. in §. E. q. 48.

Iuramentum appoſitum donationi factę filio à patre, facit ut donatio confirmetur, commun. dicit in §. D. q. 8. uerſ. Sed quæro tu ſcis.

Iuriſdictionem à feudo ſeparatam ſi vaſallus ab alio acquirat, nõ ob id accreſcit feudo, ſed remanet ſeparata ut prius, & ceſſante feudo nihilominus remanebit iuriſdictio acquirenti, com. in §. F. q. 88 uerſ. ſed pone.

Iuriſdictio domini inter Vaſallos, quatenus eſt corũ Iudex, dicitur ordinaria & non delegata. com. in §. F. q. 90. uerſ. Sed nunquid.

Ius accreſcendi non habet locum in ſucceſsione feudorum regulariter, quia feudum eſt contractus, & in cõtractibus non habet locum ius accreſcendi. commu. in §. F. q. 77. In feudis tamen à Principe ſimul conceſsis hẽt locũ ius accreſcendi. com. i d. q. 77. Sed certè credo.

Ius feudorum dicitur conſuetudo, non Ius ſcriptum. com. d. in §. F. q. 2.

L

LAVDEMIVM debetur uſufructuario, & non Domino, i caſu quòd Dominus directi deceſſerit, relicta hæredi proprietate, alteri uero uſufructu ipſius proprietatis, & durãte uſufructu contingat rem Emphyt. alienari. com. d. in §. E. Q. 23. uerſ. ſi.

Laudemium ſoluendum eſt Domino, etiamſi conceſſio Emphyteutica ita facta ſit ut poſsit Emphyteuta uẽdere cui uelit. com. in §. E. Q. 33. §. Sed quid.

Laudemium non ſolum eſt ſoluendum Domino de rebus uenditis uel permutatis, ſed etiam de donatis, quia Laudemium ſoluitur propter nouam inueſtituram, quæ ratio militat tam in emptore quàm quouis alio cui opus ſit noua inueſtitura. com. d. in §. E. Q. 33.

Legatario poteſt teſtator dare licentiam in teſtamẽto, ut propria authoritate capiat poſſeſsionẽ rei legatæ. comm. in §. T. Q. 68. in prin. Intellige tamen ſi hæres illam poſsideret, non licet legatario eam per uim occupare. ut in ead. Q. uerſ. Sed quid.

Legato feudo, etiam ne æſtimatio quidem feudi debetur. com. d. in §. F. Q. 40. uerſ. Ex hac concluſione.

Legitima debet filio relinqui titulo inſtitutionis, aliàs teſtamentum eſt nullum. com. in §. T. Q. 38. in prin.

Legitimatus à Principe ad ſucceſsionem feudorum ſuccedit in feudo & excludit cæteros agnatos remotiores. com. d. in §. F. Q. 82. uerſ. ſed quæro.

Legitimatus à Comite Palatino habente priuilegiũ ſpeciale legitimandi ad feudã, ſuccedit in feudo. com. d. in §. F. Q. 82. uerſ. & hæc quidem.

Legitimatus ſuccedit in Emphyteuſi à priuato cõceſſa. ſed ſi ab Eccleſia conceſſa ſit, non ſuccedit. comm. d. in §. E. Q. 31. Et hic habes caſum quòd legitimati de iure canonico non æquiparantur per totum legitimis.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium ſuccedit in feudo ut legitimus, comm. dicit in §. F. q. 82. uer. item quæro. Quod in tantum procedit, ut etiam ſuccedant in feudo quod receptum ſit pro ſe, & filijs legitimè natis; eõem dicit eod. q. uerſ. Sed quid ſi feudum. & ſubiungit Clarus, quia æquiparantur legitimè natis in omnibus & per omnia. Quod ego credo de iure ciuili tantum.

Legitimatus poſt conditum teſtamentum rumpit illud, & ſi legitimatus ante teſtamentum prætermiſſus ſit in teſtamento, uel ſine cauſa exhæredatus, ſimiliter rumpitur teſtamentum, & poteſt talis legitimatus teſtam. dicere nullum, uel contratabulare, uel querulari. com. d. in §. T. q. 84.

Legitimatus regulariter æquiparatur legitimis, & omnia iura loquentia de legitimis intelligunt etiam de legitimatis. com. d. ex Socin. in §. T. q. 84.

Liber feudorum eſt authenticus, & poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. com. in §. F. q. 3. Extra tamẽ materiam feudalem non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. com. in ead. q. uerſ. Et hæc quidem.

Liber feudorum ligat etiam Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas. com. in §. F. q. 3. uerſ. Sed nunquid.

Ligius homo duorum dominorum aliquis eſſe non poteſt. commun. in §. F. q. 11. uerſ. hinc.

Locare feudum alteri Vaſallus quidem poteſt ſine cõſenſu Domini ad modicum tempus ſed ad longum tempus requiritur conſenſus Domini. com. in §. F. q. 33.

M

MARITVS uxori faciens uel fieri curans ueſtes precinſas, iocalia, & elenodia, non cenſetur donare uoluiſſe, ſed potius ad uſum & ornamentũ conceſsiſſe. Sed ſi ſint uilia, & ad quotidianum uſum tantum. tunc cenſentur donata, & ita ſunt propriæ uxoris. co. d. in §. D. q. 10. uerſ. Succeſsiuè quæro.

Mater poteſt filium exhæredare in caſu quod pater eſſet dilapidator, ne ſcilicet hæreditas quæratur patri ſaltem quo ad uſufructũ, & ab eo dilapidetur, dũmodo tamen inſtituat alium aliquem, qui poſtquam filius ſit effectus ſui iuris, ei hæreditatẽ unà cum fructibus reſtituat, com. in §. T. q. 41. uerſ. quæro etiam.

Mater tenetur filium inſtituere uel exhæredare. nã ſi eum prætereat teſtamentum nullũ eſt, com. in §. T. q. 47. Intellige ſi cauſam nullam inferat, nam cauſa inſerta talis præteritio habetur pro exhæredatione, ibid.

Matrem filius non poteſt ſine cauſa in teſtamento prę terire. com. in §. Q. 49.

Melioramenta facta ſuper re feudali, ſi finita ſit inueſtitura abſq; culpa Vaſalli, debẽt ipſi Vaſallo remanere. erit tñ in electione Domini ſoluere æſtimationem uel pati ut melioramenta tollantur. Et ſi ſit ædificium, non debent æſtimari rudera & materies, quæ ex ipſo diruto ædificio uendi poſſent, ſed debet æſtimari ualor totius ædificij. commun. in § F. q. 88. in prin.

Melioramenta in re Emphyteutica applicãtur Domino, ſi emphyteuta propter culpã ſuam cadit ab emphyteuſi, ut: quia non ſoluit canonem uel penſionem, uel male uerſatus eſt in re Emphyteutica, uel illam irrequiſito Dño alienauit. Si uero ſine culpa emphyteutæ finitur emphyteuſis, ut: pp curſum temporis, uel generationem finitam, tunc emphyteuta non perdit melioramenta. cõm. d. in §. E. q. 45. Et ita quoq; ſeruari in emphyteuſi eccleſiaſtica atteſtatur Bal. in l. Senatus. §. Marcellus, ff. de legat. prim. quem ſequitur ibidem Aret.

Mendicantes fratres non ſolũ illi uocantur qui ex regula mendicantes ſunt, ſed ẽt illi qui ex ſuis conſtitutionibus mendicantes ſunt. com. d. in §. T. q. 29. uer. Debes.

Mens teſtatoris præſumitur in dubio conformis diſputationi ſtatutorum potius quàm iuris communis. cõmu. dic. in §. T. q. 76. ſciat tamen.

Merita propter quæ alicui aliquid donare uolumus

debent æquiualere donationi ut dicatur donatio propter merita, nam in eo quod donatio præualet, cenſetur eſſe donatio ſimplex.

Miles inſtituens unum in caſtrenſibus, alterum in paganicis, & unus eorum repudiet, tunc alter non admittitur ad partem repudiatam per ius accreſcendi, ſed ueniunt hæredes ab inteſtato, commu. in §. T, q. 16. uerſ. Aliquando & tertio. Vide etiam uerſ. ſeq.

Miles ſi non prohibuit ius accreſcendi, tunc inſtitutus in re certa per ius accreſcendi ſuccedit in tota hæreditate. comm. in §. T, q. 16. uerſ. Aut uero. Intellige tamen, ſi miles habeat bona caſtrenſia & bona paganica, tunc inſtitutus in bonis caſtrenſibus non habet per ius accreſcendi reliqua bona paganica in quibus nullus reperitur inſtitutus uel econtra, ſed illa deferuntur hæredibus ipſius militis ab inteſtato uenientib. comm. d. q. 16. uerſ. Aliquando autem.

Militum priuilegia dupliciter conſideranda ſunt. Aliqua enim concernunt perſonam ipſius teſtandi, & iſta priuilegia milites non amittunt, etiamſi extra caſtra ſint. Alia uero concernunt modũ teſtandi, & illa priuilegia eis non cõpetunt, niſi donec ſunt in expeditione bellica. conſ. d. in §. T. q. 15. uerſ. Sed quæro.

Minor poteſt ingrediendo religionẽ teſtari, uel aliàs diſponere de bonis ſuis, etiam ſine auctoritate tutoris, ſi quem habeat. com. in §. T. q. 28. uerſ. Sed nunquid.

Monachus ſi teſtetur ante religionis ingreſſum contemplatione tamen ipſius ingreſſus poterit teſtari etiã ſine ſolemnitate iuris communis. commu. in §. T. q. 28. uerſ. in primo.

Monachi & fratres mendicantes poſſunt in teſtamẽtis teſtes adhiberi. com. in §. T. q. 55. uerſ. ulterius.

Mortis cauſa ſe donare dicens, & tamen etiam promittens illam non reuocare, cenſetur potius eſſe donatio inter uiuos com. in §. D. q. 4. uer. Sed pone.

Mortis mentio ſi fiat in donatione, tenendum eſt quòd ſit donatio cauſa mortis. Intellige tamen, non ſi ſimpliciter mentio fiat mortis, ſed ſi etiam collata ſit donatio in tempus mortis. com. in §. D. q. 4. uerſ. Cæterum.

Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, attamen in teſtamento, ad pias cauſas, mulier poteſt adhiberi in teſtem. comm. in §. T, q. 6. uerſ. tertio infertur. Item poteſt eſſe teſtis in teſtamento inter liberos. con. in §. T. q. 6. uerſ. Secundo infertur.

Mulier teſtis eſſe in teſtamẽto ad cauſas profanas nõ poteſt, tam de iure Canonico quam ciuili. commu. dic. in §. T. q. 55. uerſ. ſed quid ſi.

Mulier teſtis eſſe poteſt in teſtamento militis, com. in §. T. q. 55. uerſ. Sed hic.

N

NATVRALES filij ſuccedũt in Emphyteuſi, ſi emphyteuſis ſit data à priuato, ſed ſi ſit Eccleſiaſtica, tunc naturales non ſuccedunt. cõm. in §. E, q. 30.

Nepos qui ſuus eſt, & quem nemo in gradu præcedat, non poteſt ab auo ſub conditione caſuali uel mixta inſtitui. comm. in §. T. q. 39. uerſ. Et hæc concluſio.

Nepotem legitimũ ex filio ſpurio, Auus inſtituere poteſt ſibi hæredem, com. in §. T. q. 32. Intellige quando auus legitimam ſobolem non haberet, ut in d. q. 32. uerſ. Item ſcias. cum ſeq.

Numerus teſtium in teſtamento eſt de forma ſubſtantiali ipſius Teſtamen. com. in §. T. q. 56. uerſ. Et ſcias.

Nutu conditum teſtamentum regulariter non ualet, ad pias tamen cauſas ualet, commun. d. in §. T. q. 6. uerſ. Quinto.

O

OBLATIO pecuniæ debitæ facta Domino ab emphyteuta, ſufficit ad euitãdũ pœnã caducitatis, dummodo fiat loco & tempore congruo. comm. in §. E. q. 8. uerſ. pone quòd emphyteuta. Intellige tamen quòd ad hoc ut emphyteuta conſequatur plenariam libertatem requiritur oblatio, conſignatio, & depoſitio, & ita ſe habet communis opi. ut Iaſ. in l. 2. C. de iur. emphy.

Obſtetricum iudicio ſtandum eſt in eo an partus uiuere poſsit naturaliter uel non. com. in §. T. q. 45. uer. ſi.

P

PACTA inſolita eſſe in renouatione feudi oppoſita allegandi, incumbit probare. com. in §. F. q. 20. in prin.

Paganus ſi ſit in caſtris & loco hoſtili, poteſt eodem mõ & forma quo milites, condere teſtm̃, ſi tamen non ſit in loco hoſtili non gaudebit priuilegijs militum. com. in §. T. q. 15. uerſ. ult.

Pares curiæ poſſunt cogi ad iudicandũ, com. in §. F. q. 89. uerſ. Sed ad iſti.

Partus immaturus, & qui ſecundum iudicium obſtetricum uiuere non poteſt, habetur pro nato, & ei ſuccedi non poteſt. com. in §. T. q. 45. uerſ. Sic etiam, Talis etiam partus non excludit ſubſtitutum, neque facit deficere cõditionem fideicommiſsi. com. in d. q. 45. uerſ. Eademq.

Pater non poteſt in totũ reuocare donationẽ filio factam, in caſu ſuperuenientium filiorum, ſed ſolummodò reuocatur tanquam inofficioſa, uſque ad legitimã partẽ filijs poſtea natis competentem, com. in §. T. q. 22. uerſ. ſed quid ſi pater.

Pater plures habens filios, nõ poteſt uni plus aſsignare in feudo quàm alteri, multò uero minus poterit uni totũ feudum prælegare. com. in §. F. q. 40. uer. Secundo. Intellige de feudo antiquo: nam feudum nouum poteſt pater prælegare uni ex filijs. com. in §. F. q. 40. uerſ. Sed quid in feudo nouo.

Pater poteſt filiam in ſola dote ſua inſtituere, & ualet inſtitutio. com. in §. T. q. 44.

Pater poteſt in donatione filio facta renunciare beneficio l. ſi unquam. C. de reuoc. don. com. in §. D. q. 22. uerſ. Tertio. Quæ tamen Claro non placet.

Pater regulariter filio in poteſtate exiſtenti nihil donare poteſt ſimplici donatione com. in §. D. q. 8. Limitatur ibid.

Pater ſi à filio exhæredetur ſine cauſa teſtamentũ eſt ipſo iure nullum, ſi uerò eſt adiecta exhæredationis cauſa, ualet teſtamentum mero iure, ſed ſi illa cauſa non probetur, poteſt à patre impugnari per querelã inofficioſi. Si autem pater ſit præteritus à filio in poteſtate, tunc ſiue adiecta ſit cauſa ſiue non, ſemper teſtamentũ eſt ipſo iure nullum, ſi uerò ſit præteritus ab Emancipato, tũc ſi non eſt adiecta cauſa, teſtamentum eſt nullum, ſed ſi eſt adiecta cauſa præteritionis ualet teſtm̃, ſed pater poteſt illud rumpere per contratabulas com. d. in § T. q. 48. Et hoc non ſolum procedit in teſtamento de quaſi caſtrenſi peculio, ſed etiam ſi teſtetur de caſtrenſi peculio ea. q.

Penſio magna ſi præſtetur, quæ fructibus correſpõdeat uel quaſi, uel ſi præſtatur aliqua pars fructuũ, tunc debet potius iudicari locatio quàm emphyteuſis, quia in contractu Emphyteutico ſoluitur quid minimum pro recognitione. com. §. E. q. 1. uerſ. ſed pone.

Permutare licet Emphyteutæ rem emphyteuticam, etiam cum extraneo. commun. in §. E. q. 17. dummodo fiat bona fide.

Pertinentias alicuius feudi probare Domino incũbit, ut pote dicenti, non autem uaſallo, com. in §. F. q. 38. uerſ. Sed quid.

Peſtis

Peſtis tempore confectum teſtamentum, debet habere numerum ſeptem teſtium, & non ſufficiunt quinque teſtes ut Bal. ſoluit. Hanc opinionem, dicit Clarus, ſi computentur authoritates DD. eſſe magis communem ſibi tamen opinionem Bal, magis placere, in §. T. q. 56, uerſ. Et hæc quidem.

Pignorare uel hypothecare rem feudalem ſine conſenſu domini Vaſallus non poteſt, com. in §. F. q. 35.

Plures emphyteutæ poſſunt rem emphyteuticam inter ſe diuidere, irrequiſito domino, Imò etiam quocunque titulo inter ſe alienare. com. in §. E. q. 14. uer. quæro nunquid,

Pluribus ſimul uocatis, ad ſucceſſionem per copulã, inter quos ſolum cadit ordo charitatis & affectionis, abſq; ulla neceſſitate inſtituendi uel ſubſtituendi (ut ſi Inſtituam Titiũ fratrem meũ & eius filios) tũc tales perſonæ cenſentur uocatæ, ſimul & ſemel non autẽ ordinẽ ſucceſſiuo. com. in §. T. q. 80. uer. Hoc præmiſſo. Sed ſi cadit inter eos non ſolum ordo charitatis, ſed cõcurrit neceſſitas inſtituendi, ſaltem cauſatiue, ut, quando inſtituuntur filius & Nepos ipſius teſtatoris. eo caſu cenſentur uocare ordine ſucceſſiuo. com. d. q. 8. uerſ. quando Inter. Si uero uocẽtur per alternatiuã, puta, inſtituo Titium uel eius filios, tunc cẽſentur uocati ordine ſucceſſiuo. Et ideo ſi quis ſubſtituat filios uel nepotes Titii, tũc nullus ex nepotib. admittitur donec unus ex filiis ſupereſt. com. d. q. 80. uer. 3. Si uero uocentur per dictionem cum, puta, Inſtituo Titium cum Mæuio eius filio, hoc caſu Titius & Mæuius admittuntur ſimul et ſemel. eadẽ q. uer. 4. Sed ſi uocẽtur plures perſonæ ſub nomine collectiuo cum aliis ſub duplici denominatione, ut: Inſtituo Titiũ & nepotes Mæuij, Iſti plures dicuntur quo ad Titiũ haberi pro una perſona tñ. com. eadẽ. q. uer. ulti,

Pœna ſi appoſita ſit cõtractui emphyteutico propter ceſſationem ſolutionis, tunc in caſu ceſſationis liberum eſt dominio uel pœnam petere, uel emphyteutã expellere. non autem poteſt utrunque facere. com. in §. E. q. 8, uerſ. ulterius quæro,

Poſſeſſione ſi uaſallum ex interuallo cadere contingat, & illa poſſeſſio reuertatur ad dominum, Dominus tenetur illam iterum tradere ipſi inueſtito. com. in §. T, q. 18. uer. ult.

Poſthumus qui naſcitur in ſexto uel octauo menſe, non rumpit teſtamentum. commu. in §. T. q. 45. uer, ſed quid ſi iſte.

Poſthumi præteritione teſtamentum ſit nullum, et ſi ille poſthumus uiuo teſtatore moriatur, adhuc quidem illud teſtamentum remanet nullum de rigore iuris, ſed de æquitate prætoria reconualeſcit, per tex. in l. poſthumus ff. de iniuſt. rup. uel irr. fa. teſt. com. d. in §. T. q. 45, uer. ſed pone.

Prædicatores & alii mendicantes, exceptis minorib. poſſunt capere ex teſtamento etiam bona immobilia, non tamen ut retineant neque in proprio neque in cõi, ſed ut uendant, & eorum pretium in ſuas neceſſitates conuertant, com. d. in §. T. q. 29. uerſ. Hoc præmiſſo.

Prædicatores Monachi non dicuntur incapaces bonorum immobilium ex eorum regula, ſed ex ſuis conſtitutionibus. com. in §. T, q. 29. uerſ. Debes,

Prælatus conferens alicui beneficium eccleſiaſticum, non poterit ex cauſa aliqua ingratitudinis collationem reuocare. com. in §. D, q. 21. uer. Sed hic quæro.

Prælatus in reuocatione infeudationis non poteſt alterare aut mutare conſuetudinem ſecundum quam res erant ſolitæ infeudari. com. in §. F. q. 13. uerſ. ſcias tamẽ, cum uerſ. ſeq.

Prælatus non habens filios uel propinquos, poterit in bonis ſuis patrimonialibus teſtando extraneum inſtituere, & eum præferre Eccleſiæ. com. in §. T. q. 27. uerſ. Circa.

Prælatus poteſt non ſolum infeudare ea feuda, quæ tempore ſuæ prælaturæ aperiuntur, ſed etiam ea quæ tempore prædeceſſoris ſui aperta ſunt. ſi tamen prædeceſſor ille tale feudum receperit inter bona menſæ ſuæ, & ita deceſſerit, nõ poterit ſucceſſor inconſulto Rõ. Põtifice illud infeudare, ſi tenuerit per annum inter bona menſæ ſuæ. com. in §. F. q. 13. uer. ſed nunquid.

Prælatus poteſt res Eccleſiæ ſolitas in emphyteuſim concedi, ſi aliquo caſu reuerterentur ad Eccleſiam, rurſus in emphyteuſim concedere, abſque ſolennitatibus in rei eccleſiaſticæ alienatione requiſitis. com. in §. E. q. 6, in princ,

Prælatus, poteſt res ſolitas infeudari aliis infeudare, ſine cõſenſu capituli. com. in §. F. q. 13. uer. Item quæro.

Prælatus recipiens penſionem ab emphyteuta qui per biennium ceſſauit, præiudicat eccleſiæ ſi non ſit collegiata: Sed ſi ſit collegiata, tunc non poteſt eccleſiæ ſine conſenſu capituli per tale ſuum factum præiudicare, com. E. q. 10, uer. Aut uero.

Prælatus res feudales ad Eccleſiam reuerſas non ſolum extraneis, ſed etiam conſanguineis et affinibus ſuis infeudare poteſt, com. in §. F, 13, uerſ. ulterius.

Præſentia donatarii cum taciturnitate, inducit conſenſum. com. in §. D. q. 14. uer. ſed pone.

Præſcriptio non habet locum in feudalib. contra dominum, in caſu quo uaſallus feudum inſcio domino alienaſſet, et ille in quem alienatum eſt poſtea uellet allegare poſſeſſionem & præſcriptionem contra uerum dominũ: tunc enim tale feudum ne longiſſimo quidem tempore præſcribi poteſt, com. in §. F. q. 45. uer. Si autem.

Præteritus is intelligitur qui in teſtamento non eſt inſtitutus, neque nominatim exhæredatus, etiam quod de eo in teſtamento eſſet alio modo facta mentio. com, in §. T. q. 42. in prin.

Præteritione filiæ teſtamentum annullatur, com. in §. T. q. 42. uerſ. Item quæro.

Princeps ſi alicui feudum concedat, et in cõfeſſione utatur uerbo DONAMUS, uel alio ſimili importante donationem, cẽſebitur libera Donatio. com. in §. T. q. 17.

Prodigus antequam ipſi interdicta ſit bonorum ſuorum adminiſtratio per iudicem, poteſt teſtari, com, in §, T. q. 33.

Prodigus eſt inhabilis ad teſtandum, adeo ut etiam ad pias cauſas non poſſit teſtari. com. d. in §. T. q. 5, uerſ, ſecundo infertur,

Pupillus teſtari non poteſt de iure communi, etiamne ad pias cauſas quidem, licet ſit proximus pubertati, com. in §. T. q. 5. uer. Hinc infertur,

Q

QVANTITAS certa ut præſtetur a principio domino emphyteuſis, pro primo ingreſſu, non eſt de ſubſtantia et forma contractus emphyteutici. com. in §. E. q. 3.

Quingenti ſolidi quorum mentio ſit in l. pen. §. fin. C. de dona. faciunt hodie ſummam ſeptingẽtorum ſcutorũ. Hãc com. dic. in §. D. q. 15. Addit etiam Duennam in reg. 134. limit. 19. in fi. dicere, quod hodie ualeant ultra mille aureos,

R

RECIPROCA donatio non dicitur proprie donatio, com. in §. D. q. 2. uerſ. item quæro.

Reciproca donatio non eget inſinuatione. in §. D. q. 16, uerſ. ſed nunquid.

Recognitio feudi per errorẽ facta non nocet poſteris. com. in §. F, q. 20. uer, ſed pone. Idẽ eſt ſi recognitio aliter fiat quã more ſolito uel debito, ut ibid. q intelli-

ge de feudo antiquo, ubi Vaſallus defunctus non poteſt præiudicare uocatis ex tenore inueſtituræ.

Relictum inſtitutionis titulo non cenſetur, ſi teſtator ita dicat: Filio meo centum relinquo, nec uolo quod ulterius petere poſsit. com. in §. T. q. 38. uer. præterea.

Relictum ſpurio nihil ualet, & pro non ſcripto habetur, nec tamen fiſco applicatur, ſed defertur hæredibus inſtitutis. com. in §. T. q. 31. uerſ. Sed quid ſi pater.

Religionem ingredi uolentis teſtamentum non ſubjacet diſpoſitioni iuris communi, ideoq; non uitiabitur etiamſi id quod filijs ſuis relinquit non inſtitutionis titulo relinquat, ſufficit enim quocunq; titulo relinquat, filij tamen nihilominus habebũt legitimam ſuam. com. §. T. q. 38. uerſ. Item quæro.

Remuneratoria donatio, non poteſt dici proprie mera donatio. com. in §. D. q. 3.

Remuneratoria donatio ut ualeat, requiritur ut ipſa merita æquiualeant donationi. com. in §. D. q. 3. uer. Sed nunquid. In reſiduo enim erit donatio ſimplex.

Renunciare feudum inuito domino uaſallus non poteſt, quia feudum eſt cõtractus nominatus ultro citroq; obligatorius, neque dependet ex unius uoluntate. Hæc opinio Claro magis placet quam quod poſsit renunciare. Dicit tamen DD. communiter ita diſtinguere: Si Vaſallus non tenetur ad certa ſeruitia, eo caſu non poteſt renunciare inuito domino, ſed ſi feudum ſimpliciter ad incerta ſeruitia conceſſum ſit, poteſt renũciare. Hæc dicit Cl. in §. F. q. 38. uerſ. contrariam.

Renunciatio Vaſalli non præiudicat agnatis eius. com. in §. F. q. 34. in fi.

Reuocatio donationis quæ fit ex diſpoſitione l. ſi unquam. C. de reuoc. donatio. fit ipſo iure immediate, cum naſcuntur liberi. com. §. D. q. 23. uerſ. Præterea.

Reuocatio teſtamenti generalis non ſufficit, ſi unum uel plura teſtamenta præceſſerint, quorum unũ uel plura habuerint clauſulam derogatoriam, ſed requiritur ut in reuocatione fiat expreſſa & ſpecialis mentio clauſulæ derogatoriæ. com. d. in §. T. q. 99. uer. Et hæc quidẽ.

Reuocatione teſtamenti facta coram tribus teſtibus, ſi concurrat perſeuerantia longi temporis nempe decẽnij, cenſebitur reuocatum teſtamentum factum, etiam ſi poſtea non fiat uel ſubſequatur aliud teſtamẽtum. com. in §. T. q. 91. uer. dictum. Si autem reuocatio fiat coram ſeptem teſtibus, & teſtator expreſſe dicat ſe uelle inteſtatum decedere, tunc non requiritur curſus decennij. com. in d. §. T. q. 92.

Ruſticus ſi teſtetur in ciuitate, uel ciuis in comitatu non gaudebunt priuilegio l. ſi. C. de teſta. in qua conceditur ruſticis quod ſaltem coram quinque teſtibus teſtari poſsint. com. in §. T. q. 56. uerſ. ſed quid.

S

SAPIENTIS dictamine teſtamentum ſuum extendi uelle ſi teſtator dixerit, tunc poterit ille ſapiens relicto filio uel filiis facto, apponere illa uerba: Iure inſtitutionis, uel Titulo inſtitutionis. com. §. T. q. 38. uerſ. ulterius.

Schedula ſcripta manu propria ipſius teſtatoris, continens eius uoluntatem ultimam, diſponendo de bonis ſuis in fauorem piæ cauſæ, in tali caſu (ſcilicet piæ cauſę) illa nõ ſuſtinetur in uim teſtamenti, neq; alterius ultimæ uolũtatis. Sed ſi inter liberos reperiatur talis ſchedula a teſtatore confecta, ſeruanda eſt tanquam teſtm̃. com. in §. T. q. 7. in prin. Idque procedit ſiue teſtes adhibiti ſint nec ne. com. in §. T. q. 14. in princ. cum uer. ſeq. Requiritur tamen quod dies ſit appoſita qua confecta eſt. com. in d. q. 14. uerſ. Sed nunquid. Item requiritur quod ſcripta ſit abſq; ullis abbreuiaturis uel notis, etiamſi uſitatis. com. in d. q. 14. V. Sed quia. Hoc tamen Clarus intelligit de numero unciarum, uel ſumma aliqua pecuniæ, ne notis arithmeticis exprimantur. Valet aũt huiuſmodi ſchedula etiãſi non fuerit manu teſtatoris ſcripta, ſed ſaltem ſubſcripta. com. in d. q. 14. V. Quæro quid ſi. nã ſi neq; ſcripta neq; ſubſcripta eſſet manu teſtatoris, ſed ſaltem in eius arca reperiretur, nihil ualebit. d. q. 14. V. Itẽ quæro. ſi tamen a filiis ſubſcripta eſſet (licet a patre neq; ſcripta neq; ſubſcripta) ualeret. com. in d. q. 14. V. ſed pone. Intellige tamen non ut teſtamentum ualere, ſed ut contractum ex conuentione ipſorum filiorũ. Ibid. Si uero talis ſchedula reperiatur in libro Notarii, non tamen manu teſtatoris ſcripta uel ſubſcripta nihil ualebit, etiam ſi ibidem reperiantur nomina teſtium adhibitorum. d. q. 14. V. præterea quæro.

Scripturam eſſe de ſubſtantia contractus emphyteutici, Magis com. dicit in §. E. q. 4.

Sentẽtia requiritur in caſibus quibus Vaſallus incurrit pœnam priuationis: Vaſallus enim nunquam amittit feudum ipſo iure niſi in caſu alienationis et traditionis factæ ſine conſenſu dñi. in reliquis omnibus uaſallus debet prius de culpa conuinci et ſententia ſubſequi, antequam Vaſallus priuetur feudo. com. d. in §. F. q. 6.

Seruitutem uel onus aliquod imponere poteſt Vaſallus rei feudali ſine conſenſu domini in ſui præiudicium tantum, Sed in præiudicium domini uel Agnatorum nõ poteſt, ideo ipſo mortuo extinguitur etiam ſeruitus illa. com. d. in §. F. q. 37.

Seruitutes quas Vaſallus precio acquiſiuit in beneficium rei feudalis, uel alia quæcunque iura inſeparabilia accedunt feudo, et ad dominum directum pertinent, nõ ad hæredes Vaſalli ad quos feudum non tranſit. com. in § F. q. 88 uerſ. ſed quid de.

Seruus apud teſtamentum in teſtem adhibitus, qui tamen cõmuni opinione non habebatur pro ſeruo, non ideo facit teſtamentum irritum, ſed ualebit. com. in §. T. q. 55. uerſ. ulc.

Solita infeudari res eccleſiaſtica tunc cenſeri & dici poteſt, quando reperiuntur duæ infeudationes illo modo factę, ſimul cum curſu 40. annorum com. in §. F. q. 11. uerſ. Nunc pro intelligentia.

Sponſæ donatum a conſanguineis uel affinibus ſponſi, cenſentur donata contemplatione ipſius ſponſi, atq; a conſanguineis ſponſæ cenſentur ſponſæ contemplatione donata. com. in §. D. q. 10. uer. Sed nunquid.

Sponſæ quod mittitur a ſpõſo uel eius patre, ſi expreſſe dicatur quod donetur, habebitur pro donatione, ſed ſi ſimpliciter miſſum et nihil dictum ſit, cenſebitur traditum cauſa ornamenti tantum. com. in §. D. q. 10. in prin.

Spurium habens ſi inſtituat extraneum aliquem hæredem & ille hæres poſtea moriens inſtituat ſpurium illum hæredem in omnibus bonis quæ a patre ſpurij habuerit, non præſumitur talis inſtitutio facta in fraudẽ, niſi aliæ coniecturæ fraudis concurrerent. com. in §. T. q. 3. uerſ. ſed pone quod pater.

Spurium pater inſtituere poteſt hæredem ſub conditione ſi legitimetur comm. in §. T. q. 31. uerſ. Sed quæro nunquid.

Spurium ſuum ſi pater inſtituat hæredem, uel ei aliquid relinquat in teſtamento, talis inſtitutio uel relictũ, nihil ualet, & habetur pro non ſcripto. com. in §. T. q. 3. uerſ. Sed quid ſi pater. Ab extraneo tamen ſi quid relinquatur ſpurio poterit illud capere, ead. q. 31. uerſ. Regulariter.

Statuto ita ſtante, quod extantibus maſculis filiæ nõ ſuccedãt; ſi aliquis accepit emphyteuſim pro ſe et filiis maſculis et fœminis, tunc fœminæ non admittuntur cũ maſculis, ſed in defectum maſculorum tandem admittũtur. com. in §. E. q. 32. uer. ult.

Stuprum Vaſallus committens cum uxore domini, poſt eius mortem, feudo priuandus eſt, ſecus ſi ad ſecundã uota tranſijſſet. com. in §. F. q 40.

Sub in-

Subinfeudare alium de feudo poteſt Vaſallus, etiam ſine conſenſu domini.com. in § F.q.32. in prin. etiam ſi ſit feudum eccleſiaſticũ.com.in d.q.32.uer, Et hæc. Non tamen feudum Decimarum. com. ead.q.uerſ, Sed quid ſi ſit. Vt aũt eiuſmodi infeudatio ſubſiſtat tria requiruntur, Primum ut uaſallus hoc agat bona fide. Secundo, ut ſubinfeudatus ſit eiuſdem cõditionis et qualitatis cuius eſt ipſe uaſallus. Tertio ut ſubinfeudatio fiat eiſdem pactis,& conuentionib. quibus uaſallus prior feudũ tenebat.com.d.q.32.uerſ. Seias tamen. Nota tamen ſi talis infeudatio eſſet facta in præiudicium domini tantũ, tunc feudum debet remanere penes iſtum ſecundũ uaſallum etiam poſt finitam lineam primi. At ſi eſſet facta in præiudicium agnatorum qui ſuccedere debebant uigore primæ inueſtituræ, tunc ſubinfeudatio illa reſoluitur ſtatim poſt mortem ſubinfeudantis uenitq; proximior agnatus ad feudum.com.in d.q.32.uer.Sed circa,

Subinfeudatus ſi alienare uelit feudum debet id facere cum conſenſu ſupremi domini, non eius qui eum ſubinfeudauit: nam is non habet niſi reliquias quaſdam utilis dominij.com.§.F.q.32.uer.ult.

Subſtitutio pupillaris facta uni ex filiis in teſtamento ioter liberos, ſuſtinetur ſi ſubſtituatur nous ex filiis, ſed ſi extraneus ſubſtitueretur, non ſuſtinetur. com.in §. T.q. 50.uerſ.Hinc infertur.

Succedere uolens in feudo dato pro ſe & filiis & hæredibus, ſufficit quod ſit hæres primi inueſtiti, nec requiritur quod ſit hæres uaſalli ultimo defuncti.com.in §.F. q.9.uerſ.ſed quæro an oporteat,

T

TACITA inſtitutio, quo ad filium uel alium qui de neceſſitate inſtitui debebat, non ualet, neque ſufficit ad ualiditatem teſtamenti. com. in §.T.q.35.uer.In primis.

Tempus petendæ inueſtituræ nõ incipit currere, niſi a die probabilis ſcientię. & ſic ille annus a principio eſt utilis et poſt ſcientiam continuus.commu.in §.F.q.49. uer.Scias tamen.

Tempus petendæ inueſtituræ non currit impuberi, com. in §.F.q.49.uer.Item ſcias.

Titulus C.de ſacroſan.Eccle.de epiſcop. & cle.totus nullus eſt de iure Canonico. comm.d.in §.E.q.28.uerſ, Nec dicatur.

Teſtamentum ad pias cauſas non requirit de neceſſitate ſolennitates iuris poſitiui, ſed ſufficiunt ſolennitates iuris gentium.com.in §.T.q.6.uerſ.Fuit.

Teſtamentum ad pias cauſas ſuſtinetur etiam quo ad legata, ad non pias cauſas laicis relicta.com.in §.T.q.6. uer.Sed quæro.

Teſtamentum conditum ſecundum conſilium Galli Aquilii ualet com.in §.T.q.35.uer.ſi.

Teſtamentum eſt inuentio de iure gentium . ſed ſolennitates in eo requiſitæ ſunt inuentæ iure ciuili, et prætorio. Magis communem eſſe dicit in §.T.q.5.

Teſtamentum fratris rumpitur per querelam fratris ſuperſtitis in totum & non ad legitimam tantum ipſius fratris, quæ eſt quarta pars totius hæreditatis.com. in §. T.q.50.uerſ.ſed quæro.

Teſtamentum in quo filius reperitur præteritus, tam de iure prætorio quam ciuili, nullum eſt com.in §. s. q. 43.in prin. Et tale teſtamentum eſt ipſo iure nullum et antequam impugnetur ab ipſo filio.com.ead.q.43.uerſ. Succeſſiue.

Teſtamentum inter liberos ualet etiamſi in eo non interueniant ſolennitates iuris ciuilis. attenditur enim in eo ſola diſpoſitio iuris gentium.com.in §. T. q. 8.in prin. Sufficiunt autem in eo duo tantũ teſtes.ead.q.uer. Hinc. Et poteſt etiam fœmina in tali teſtamento eſſe teſtis. ead.q.uer. Secundo. Nec requiritur ut teſtes ſint rogati.comm.in ead.q.uerſ.Tertio. Tenetur tñ teſtator omnino omnibus filiis ſuis aliquid relinquere titulo inſtitutionis.com.in d.q.uer.Sed pone. Et in tali teſtamẽto ſemper ſubintelligitur clauſula codicillaris com. in d.q.uer., Verum tamen. Nutu aũt conditum non ualet, com.ead.q.uer, Vlterius. Itẽ non ualet quandiu aliquid in eo deeſt quod teſtator adhuc addere uolebat, licet enim ſuſtineatur etiamſi imperfectum ſit ratione ſolennitatis, tamen quatenus imperfectum & ratione uoluntatis, non ſuſtinetur, com. in dic. q.uer. Habes.cum ſeq. Et nota, ꝙ licet in tali teſtamento dari poſſit unus ex filiis alteri filio in tutorem, tamen pater non poterit etiã extraneum dare tutorem com.in d.§.T.q.10.uer. Secũdo. Talis tamẽ tutor extraneus datus a patre, poteſt poſtea a iudice confirmari.ibid.

Teſtamentum minus ſolemne, facit aliquem naturaliter obligari, com.in §.T.q.90.uerſ. Præterea. Intellige de legatis, eo, q.uer. Sed hæc. Ideo ſi legatarius poſſideat rem ſibi legatam, poterit retinere ope exceptionis. com.dic, in q.90, uer.Hinc infertur.cum ſeq.Secus autẽ eſt in hæreditate, illa enim ne naturaliter quidem debetur hæredi ſcripto, com.in d.q. 90. uerſ.Cæterum, Si tñ hæres ſcriptus eã poſſideat, & aliter hæres ab inteſtato eũ moleſtet, tutus erit in foro conſcientiæ.com.d, in ea. q.uer.Sed quid ſi iſte hæres, quod tñ Claro non placet.

Teſtamentum parans notarius uel alius, iniuſſu teſtatoris, etiamſi poſtea coram ipſo legatur, uel etiam coram teſtibus, et teſtator interrogatus, an ita uelit, reſpõdeat quod ſic, tale tamen teſtamentum nihil penitus ualebit.com.in §.T.q.37.uer.Tertio.

Teſtamentum prius per poſterius rumpitur, etiamſi prius ſit per Imperatorem confirmatum.com.in §.T.q. 94.uerſ.Et hæc, Imo etiamſi in priore teſtamento iuramentũ appoſitum eſſet, tamen rumpitur per poſterius. quia nemo ſibi legem dicere poteſt &c. com.in d.q.94. uer.Sed quid ſi teſtator. Interim uero teſtator periurus cenſebitur, et ideo debet petere abſolutionẽ a iuramento.es.q.uerſ.Sed nunquid. Tale tamen iuramentum habet uim clauſulæ derogatoriæ, ideo debet in ſecundo teſtamento expreſſe poni reuocatio iuramenti.ea.q.uerſ. ult. Quod autem teſtamentum prius per poſterius rumpatur, procedit etiam ſi hæreditas ex ſecundo non fuerit adita, ſatis enim eſt eam adiri potuiſſe. com.in dic.§.T. q.95.uerſ, Dixit. Et quod prius per poſterius rumpatur procedit etiam in teſtamento inter liberos, ſi in ſecũdo nullus ſit inſtitutus extraneus. alias ſecus. in d. §. D. q. 98.per tot,

Teſtamentum prius rumpitur per poſterius, etiamſi prius habeat clauſulam derogatoriam quæ in ſecundo non ſit expreſſe reuocata, ſi modo decennium effluxerit inter primum & ſecundum teſt.commun. in §. T.q.99. uerſ. Scias etiam. Item ſi in ſecundo iuraſſet teſtator ſe uelle id eſſe ultimum teſtamentum, non attenditur clauſula derogatoria in primo teſtamento, ſed ualebit ſecundum.in ead.q.99.uerſ. Item ſcias. Idem cenſendum ſi ſecundum fuerit apud acta conditum.ead.q. uerſi.ulterius,

Teſtamentum quòd ex cauſa præteritionis nullum eſt, annullatur hodie quo ad inſtitutionem tantum, ſed legata & cætera in teſtamento contenta, firma manent. com.in §.q.51.uer.Præcedentibus,

Teſtamentum ruſtici requirit ſaltem quinque teſtes, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis teſtetur, com.in §.T.Q. 56.V.Sed quid in teſtamentis.

Teſtamenta duo ſi producantur, ualebit illud quod apparet poſterius factum, ſi uero illud non apparet, neutrum ualebit.com in §.T.q.ult.in fi.

Teſtari de feudo regulariter Vaſallo non licet, niſi feudum ſit abſolute hæreditarium, in §.F. Q.40.

Teſtator dicens, Filio meo centum relinquo. non ceoſetur reliquiſſe iure inſtitutionis. commu. in §. T. q. 38. V. Quid uero.

Teſtator dicens, Filio meo relinquo centum pro legitima, uel pro Falcidia, tale relictum ſufficit pro titulo inſtitutionis. com. in §. T. Q. 38. V. Sed quid ſi dicat.

Teſiator habens plures agnatos, uel cognatos, ſi unũ inſtituat, & per fideicommiſſum ſubſtituat alios agnatos uel cognatos proximiores, intelligitur ſenſiſſe de cognatis grauati non auem de ſuis. Magis com. d. in §. T. Q. 76. V. Sed hic occurrit.

Teſiator inſtituens filium in legitima ceoſetur ipſum pure inſtituiſſe, ideo tale teſiamentum ſuſtinebitur, Magis com. d. in §. T. Q. 39. V. ſed quæro nunquid.

Teſtator miles ſi in bonis caſtrenſibus teſtetur et filium in poteſiate ſine cauſa exhæredet, uel prætereat, tale teſtamentum hodie ſubiacet querelæ. com. in §. T. Q. V. ſed quæro in ſi.

Teſtator non poteſt facere quominus leges in ſuo teſtamento locũ habeant. com. in §. T. Q. V. quam tamen. Teſtator non poteſt prohibere inſinuationem a iure requiſitam. com. in §. T. Q. 65.

Teſtator poteſt de bonis hæredis ſicut de propriis teſtari. com. in §. T. Q. 64. in fi. et ideo etiam illius fauori ſicut proprio renunciare. ibid.

Teſtator poteſt hæredem priuare hæreditate, ſi fecerit aliquid uel non fecerit, contra eius uoluntatem, ut ſi nupſerit ſine alicuius conſ. com. d. in §. T. Q. 69. Talis tamen priuatio non operatur ut ipſo iure deſinat eſſe hæres, ſed ualet in uim fideicommiſſi. d. q. 69. V. Intellige. & ſi teſtator non dixerit cui in tali caſu hæreditas reſtitui debeat, tunc ſi adſunt cohæredes uel ſubſtituti, illis debet reſtitui, ſed ſi talis non adſint, reſtitui debet uenientibus abinteſtato. com. in d. q. 69. Sed pone.

Teſtator poteſt grauare hæredem ut alicui reſtituat rem ipſi prius inter uiuos a teſtatore donatam. com. in §. T. Q. 71. V. ult.

Teſtator ſcripſit uel ſcribere curauit, ultimam ſuam uoluntatẽ, deinde corã ſeptẽ teſtibus dixit illud eſſe ſuũ teſtamentum, & quod ita diſponeret de bonis ſuis ut legebatur in ſcriptura quæ tamen non legebatur, tale teſtamentum ualet in uim nuncupatiui, ſatis enim uidetur teſtator mentẽ ſuã manifeſtaſſe teſtibus, ſaltem implicite, per relationem ad illam ſchedulã ſiue ſcripturã. Magis communem eſſe dic. in §. T. Q. 4. V. Sed pone.

Teſtator ſi dicat, Filiæ meæ relinquo centum pro dote, tale relictum ſufficit & ſuſtinebitur in uim inſtitutionis. com. in §. T. Q. 38. V. Quid autem.

Teſtator ſi dicat ſe non uelle reuocare teſtamentum, & ſi reuocet, ſe omnia ſua bona pro pœna donare hæredi ſcripto, talis donatio non ualet. com. in §. T. q. 95.

Teſtator ſi in inſtitutione excludit fœminas propter maſculos, cẽſetur eas pariter uoluiſſe excludere in ſubſtitutione. com. in §. T. Q. 76. uerſ. Hinc infertur.

Teſtator ſi incepit facere teſtamentũ et inſtituit piã cauſam hæredem, uel aliquid ad pias cauſas, & poſtea tranſijt ad alia legata, & priuſquam poſſet ipſum teſtm̃ complere, deceſſit, tale teſtamentum non ualet neq; ut ad pias neq; ut inter liberos, quia quandocunq; teſtator decedit priuſquã integre uoluntatem ſuam explicauerit, tale teſtamentum non dicitur deficere ratione ſolẽnitatis, ſed rõne uoluntatis, quia uidemus teſtatores in ipſo actu conficiendi teſtĩ mutare, addere, & reuocare multa, per eos iam diſpoſita. com. in §. T. Q. 7. uer. ult.

Teſiator ſi in ſchedula integre ſcripſit uoluntatẽ ſuã uel illam ſcribi fecit per Notarium uel aliam perſonã, ſed non fuit coram teſtibus lecta, nec ab aliquo notario publicata, tale teſtamentum ualet ad pias cauſas, et inter liberos. ideo debet in illis caſibus ſuſtineri. com. in §. T. Q. 7. uer. Aliquando. Clarus tamen addit: dummodo duo concurrant, primum quod teſtator hanc ſuã uoluntatem ſaltem duobus teſtibus explicauerit, per relationem ad ipſam ſchedulam. Secundo quod teſtator non dixerit ſe uelle de contentis in ſchedula confici teſtamentum per notarium, tunc enim eſſet potius præparatio quam diſpoſitio. ibid.

Teſtator ſi teſtamentum a ſe prius conditum incidat uel cancellat, tale teſtamentum habetur pro annullato. com. in §. T. Q. 93. Et eo caſu hæreditas tranſit ad hæredes ab inteſtato uenientes. Magis com. dic. ead. Q. uer. Sed quæro.

Teſtator uocauit duos teſtes, & coram illis fecit ſcribi quod inſtituebat piam cauſam in hæredem, & poſtea dixit teſtibus, quod uolebat dictã ordinationẽ ſcribi per notarium, & iuſſit etiam notarium uocari, ſed priuſquã illã faceret ſcribi p̃ notariũ, teſtator deceſſit: talis ſchedula cum depoſitione illorum duorũ teſtium, nõ ualet fauore piæ cauſæ. cõ. in §. T. Q. 7. V. Aliquãdo & tertio.

Teſtes ad probãdam ingratitudinem ſeu Felloniam contra uaſallum, requiruntur quinque, qui ſint omni exceptione maiores. per tex. in c. 1. quod teſt. ſint neceſ. ad prob. &c. Et licet Molineus dicat illum textum non eſſe authenticum, tamen communiter tenetur pro authentico. Ita dicit Cle. in §. F. q. 60.

Teſtes debent uidere & audire teſtatorem. com. in §. T. q. 59. in prin.

Teſtes in militari teſtamento debent eſſe rogati ut in ſolemni. com. in §. T. q. 58. uer. Item quæro quid.

Teſtes in teſtamẽto adhibiti debent eſſe rogati. com. in § T. q. 6. uerſ. Secundo.

Teſtes in teſtamẽto nũcupatiuo æque debent eſſe rogati ut in ſolemni. com. in §. T. 58. uer. Et hæc quidem.

Teſtes rogari per ipſum teſtatorem non eſt de neceſſitate, ſed ſufficit ſi ſint rogati ab alio, præſente tamẽ & patiente teſtatore. com. in §. T. q. 58. uer. Scias.

Trebellianicæ detractionem teſtator hæredi prohibere poteſt. Magis cõmunem eſſe dicit in §. T. q. 61. uer. tu ſcis. Et ſi dixerit, uolo ut hæres meus reſtituat totam hæreditatem ſine aliqua diminutione, uel huiuſmodi, cenſebitur prohibuiſſe detractionẽ Trebellianicæ. Magis com. d. in §. T. q. 61. uerſ. ſed nunquid ſi teſtator. Et nota q̃ prohibitio Trebellianicæ locum tantum habet in liberis ſecundi et ulterioris gradus, nam quo ad liberos primi gradus, magis communis eſt hodie quòd pater illis non poſſit prohibere Trebellianicam. d. q. 61. uerſ. ſed hæc quidem. cum ſeq.

V

VASALLVS abutens re feudali, notabiliter eam deteriorando, poteſt feudo priuari. com. in §. F. q. 56.

Vaſallus alienans feudum domino ſciente & tacente, uidetur habere conſenſum domini, ideo pœnam non incurrit. com. in §. F. q. 31. uer. ult.

Vaſallus alienans feudum, ſi habeat filios et agnatos tunc ſi alienatio ſit iure facta, filius præfertur agnato quo ad reuocationem feudi, ſi autem ſit facta iure refragante, tũc agnatus præfertur filio. com. d. §. F. q. 42. uer. Sed pone.

Vaſallus commiſit Felloniam, ſed mortuus eſt priuſquam dominus querelam contra eum inſtitueret, in eo caſu dominus non poteſt querelam intentare contra hæredes uaſalli niſi eſſet in caſu quo uaſallus ipſo iure priuaretur feudo. com. in §. F. q. 65.

Vaſallus derelinquens rem feudalem, non propterea liberatur a præſtatione ſeruitii com. in §. F. q. 34. uerſic. Contrarium. in fi.

Vaſallus etiamſi renunciauerit feudum, atq; etiam renunciare potuiſſet, tamen propterea non poterit poſtea

offendere

offendere dominum.& ſi faciat,debet puniri. com. in §. F.q.34.uer.Sed poſito.

Vaſallus ex cauſa non petitæ inueſtituræ non cadit ipſo iure a feudo, ſed requiritur ſententia declaratoria, com.in § F.q.49.uer.item quæro.

Vaſallus faciens contra contenta in iuramento fidelitatis,poteſt priuari feudo.com.in §.F.q.53.

Vaſallus habens caſtrum cum pertinentiis,ſi inter ipſum & dominum oriatur contentio de pertinentiis,nẽpe ſi dominus diceret omnia bona quæ uaſallus haberet in territorio illius caſtri,pertinere ad caſtrum,eo caſu incumbit onus probandi ipſi domino.com.in § F.q,28. in ſi.

Vaſallus habens ſeudum antiquum , ſi illud recipiat a domino tanquam nouum,ſibi quidem præiudicat,ſed quantum ad filios & agnatos eius, non poteſt illis per hoc ſolũ ſactum præiudicare,niſi ipſi forte in tale ſactũ conſenſiſſent.com.d.in §.F.q.8. uerſ.quæro nunc.

Vaſallus habens feudũ pro quo tenetur præſtare certam penſionem,non propterea cadit a feudo,ſi per biennium uel triennium ceſſauerit a præſtatione, ut ſit in emphyteuſi.com.d.in §.F.q.51.

Vaſallus inhabilis ad pugnandum(ut qui habeat abſciſa brachia) non tenetur dominum adiuuare,& ſi aufugerit in prælio non priuatur feudo. nemini enim imputandum quod non faciat id quod facere non poteſt, com.in §.F.q.21.uerſ.Item quæro.

Vaſallus inſtituens unum ex filiis in re certa, nihilominus filius ille ſuccedet æqualiter cum aliis hæredib, uniuerſaliter inſtitutis. com.in §.F.q.86.

Vaſallus licet in alienatione proteſtetur,ſe alienare, ſaluo et reſeruato domini conſenſu, uel ſaluo iure directi dominij,non releuatur ſi ſequuta ſit traditio.cõ.in §. F.q.31.uer. Item quæro. Sed ſi diceret ſe alienare ſaluo conſenſu domini,& nõ aliter, nec alio modo,talis proteſtatio uerbis geminatis cõcepta faceret releuari uaſallũ,etſi ſequuta eſſet traditio. Ead,q.uerſ. Benę uerũ eſt.

Vaſallus miles habet annum & menſem ad petendam inueſtituram.com.in §.F.q.49.uer.intellige.

Vaſallus minor ſi non petierit inueſtituram intra debitum tempus, poterit petere reſtitutionem in integrũ, com.in §.F.q.49.uer.Sed quæro.

Vaſallus negans tantum partem feudi, non idcirco cadit a toto feudo,ſed ab illa parte tantum.com.in §.F, q.59.uerſ.Sed quid ſi,

Vaſallus non poteſt incidere arbores fructiferas in fundo feudali.com,in §.F.q.47.

Vaſallus non poteſt pro dote filiæ ſuæ , quam nuptui dare uult, grauare ſubditos, niſi appareret de ſpeciali contraria conſuetudine.

Vaſallus non poteſt rem feudalem ſine conſenſu domini alteri dare in emphyteuſim.com.in §.F.q.33.uer, Item etiam,

Vaſallus non poteſt ſine conſenſu domini alteri conſtituere uſufructum in re feudali.comm.in §.F.34.uerſ, Sed nunquid.

Vaſallus non priuatur feudo propter alienationem quæ ex aliquo capite nulla & inualida erat.com. in §. F.q.31.uer.ſed quæro.

Vaſallus non tenetur in adiuuando domino præponere ſalutem domini ſaluti propriæ.com. d.in §.F.uer. Sed quæro.

Vaſallus occidens ſeipſum, nõ priuatur feudo. com. in §.F.q.58.

Vaſallus per metum delinquens,non excuſatur.com. in §.F.q.61.uer.Niſi iuſtus metus eſſet.

Vaſallus per ſubinfeudationem a ſe factam alteri, nõ poteſt præiudicare agnatis ſuis.com.in §. F.q.35. uerſ, ſed circa,in ſi.

Vaſallus plures habens dominos,ſi contra unum tantum delinquat,non cadit a toto feudo,ſed tantum a parte.com.d.in §.F.q.53.uerſ.Mndo.

Vaſallus poſt alienationem factã,ſi feudũ recuperet, non ideo euitabit pœnã.cõ.in §. F.q.31,uerſ. Sed quid.

Vaſallus poteſt alienare commoditates feudi,ſed nõ ualebit illa alienatio,niſi durante uita eius, com.in §.F. q.31.uerſ.Succesſiue.

Vaſallus poteſt dominum ſine uenia in ius uocare. com.in §.F.q.25.

Vaſallus poteſt priuari feudo propter amicitiam cõtractam cum inimicis domini, ſi fuit contracta in pernitiem domini.com.in §.F.q.54.

Vaſallus qui intra annum & diem non petierit inueſtituram,non cadit a feudo,ſi per id tempus feudum nõ poſſederit.com.in §.F.q.49.uer.Item quid.

Vaſallus regulariter non poteſt diſponere de ſeudo in ſuo teſtamento.com.in §.F.q.40.Fallit in ſeudo abſolute hæreditario, & in ſeudo nouo, ut indic. q.uer.ſed quia,cum ſeq,

Vaſallus requiſitus,ut comitet Imperatorem proficiſcentem Romam pro coronatione,ſi fuerit inobediens priuatur feudo.com.in §.F.q.66.

Vaſallus ſciens imminere periculũ domino, ſi ipſum non certiorauerit, poteſt priuari feudo. com. in §. F.q. 57. Intellige quando potuit ipſum certiorare,& non fecit.com.in d.q.uer. Hæc tamen.Et licet non ſtatim potuerit dominum certiorare cum reſciuit , tamen tenetur facere quam primum occaſionem habuerit. com. in d.q.57.uerſ.Sed quid.

Vaſallus ſi cadit a feudo, quia illud irrequiſito domino alienauerit, Tunc ſi ſit ſeudum nouum,reuertitur ad dominum: ſi uero ſit antiquum tunc aperitur filiis agnatis:Magis communem dic.in §.F.q.66.uer. Hanc etiam com.præcedentib.

Vaſallus ſi coactus deliquit, non imputatur ipſi pro culpa com.in §.F.q.61.in prin.

Vaſallus ſi deliquerit directo in perſonam domini, tunc feudum aperitur domino, excluſis & filiis & agnatis Vaſalli delinquentis.com.in §.F.q.66.in prin.& uer. Sed ſi feudum cum ſeq. Si tamen feudũ datum eſſet Titio & eius hæredibus de uno ad alterum reuertẽdo, uel Caio, Titio et Seio,omnibus principaliter uel in ſolidũ, uel attentis meritis ſingulorum , tunc unius culpa non noceret aliis.d.q.uer.Sed in omnem,

Vaſallus ſi non directò deliquit in perſonam domini,tunc ſi ſit feudum nouum,applicatur Domino,excluſis & filiis et agnatis,ſi autem ſit antiquum, tunc reuertitur ad agnatos:ead.q.uer.aut uero.cum ſeq.Nota tamẽ, ſi feudum eſſet receptum a patre uel auo ipſius delinquẽtis,expreſſe pro ſe et liberis,uel pro ſe & filiis,uel huiuſmodi tunc indiſtincte omnes agnati & filiis ipſius delinquentis admittuntur. ſed ſi ſeudum eſſet ſimpliciter receptum(quod ſeudum aliqui informe uocant)puta,Cõcedo tibi caſtrum hoc in feudum:in eo caſu excluduntur filii,& omnes deſcẽdentes delinquentis,idemq; eius agnati omnes intra quartum gradum. Ita com. diſtingui ait in d.q.66.uer.Sed quæro.

Vaſallus ſi dicat dominum appoſuiſſe in renouatione feudi pacta inſolita,non ipſi ſtatim creditur,ſed tenetur probare eſſe practica inſolita. com.in §.F.q.20.

Vaſallus ſi efficitur monachus , feudum finitur , niſi præſtaretur tale ſeruitium,quod honeſte a clerico præſtari poſſet , uel per ſubſtitutum idoneum , uel etiam , ſi præſtaretur res aliqua uel pecunia , tunc enim feudum tranſiret ad monaſterium, & ibidem remanet durante uita uaſalli.com.d.in §.F.q.78.

Vaſallus ſi fuit inductus in actualem poſſeſſionẽ feudi,competit ei pro feudo utilis rei uendicatio, tam contra dominum,quam extraneum , comm,d.in §.F.q.89. uer. Tu dic.

Vaſallus

Vaſallus ſi incurrit pœnam priuationis feudi, nō priuatur ipſo iure, ſed requiritur ſentētia, com. in §. F. q. 62.

Vaſallus tenetur adiuuare dominū, etiam contra proprium patrem, filium uel fratrem ſuum. com. in §. F. q. 12. Sed non contra ſeipſum. Ead. q. in fi.

Vaſallus tenetur dominum defendere, et iuuare contra omnes, idque propriis ſuis ſumptibus. com. in §. F. q. 21. niſi de proprio eſſet impotens. ibid.

Vaſalli de feudo litigantes, non poſſunt prorogare iuriſdictionem alterius iudicis, ſine licentia domini. cō. in §. F. q. 90. uerſ. Sed quæro.

Verbum æquiuocum uel commune in una parte teſtamenti repertum, debet interpretari prout reperitur clare poſitum in alia parte. comm. d. in §. T. q. 76. uerſi. Hinc infertur.

Verbis teſtatoris eſt inhærendū, ubi clare non apparet de mente teſtatoris. cō. d. in §. T. q. 76. uer. ubi clare.

Veſtes uxori a marito datæ, ſi conſtat, quòd uolebat donare, remanent uxori, quia talis donatio morte mariti confirmatur. Aut uero non conſtat, quòd maritus donare uoluerit, uel donauerit, & tunc illæ ueſtes tantum cenſentur donatæ, quæ mulieri ad uſum quotidianum ſunt neceſſariæ, reliquæ remanent hæredibus. com. d. in §. D. q. 10. in fi.

Vltima illa uoluntas teſtatoris, quæ ualidatur ex diſpoſitione §. ſi quis autem. l. hac conſultisſima. C. de teſta. non eſt teſtamentum, ſed defertur ex illa ſucceſſio ab inteſtato, com. in §. T. q. 97. uer. Item ſcias.

Voluntas teſtatoris licet ex uerbis expresſis coniecturari non posſit, ſed ex coniecturis tantum, illa tamen adeo attendenda eſt, ut etiam a ui & proprietate uerborum plerumq; ſit recedendum, idq; maxime in fideicommisſis. com. in §. T. q. 76. uer. Idq; maxime. Adeo ut talis ratio & cauſa potius attendi debeat quam uerba expreſſa. com. in dict. q. 76. uerſ. Quinimo.

Vſufructuario teſtator non poteſt remittere cautionem quam tenetur hæredi præſtare. com. in §. T. q. 64. Etiam ne in mobilibus quidem. Magis com. dic. in d. q. 64. uer. Et hæc quidem.

Vſurarius manifeſtus non poteſt teſtari niſi præſtet cautionem de reſtituendis uſuris, nec quidem ſufficit nuda cautio, ſed requiruntur pignora uel fideiuſſores. com. in §. T. q. 26. uerſi. Sed quæro. Et in caſu quod teſtatus eſſet non præſtita cautione, tamen ſi poſtea adhuc præſtet reconualeſcet teſtamentum. com. ead. q. uer. ſed pone. Nota autem quòd etiamſi deſiſſet exercere uſuras, tamen nō poterit teſtari ſine cautione præſtanda, niſi reſtituiſſet uſuras. com. in d. q. 26. uer. Item quæro. Et nota quod Vſurarius manifeſtus etiam donare non poteſt cauſa mortis, Magis com. dic. in §. D. Q. 7.

FINIS.

AMPLISSIMO, ET MAGNIFICO VIRO,
PETRO DE RICIIS, DOMINO A LANEIS,
Iuris Vtriuſque Doctori, Patrono Collegij ſanctæ Crucis Auenionenſis,

Ioannes Bellonus Toloſas S.

CVM Auenionenſem nuper Vniuerſitatem reliqui, egregie noſtrorum ſtudiorum Mecænas, & ad Toloſanam acceſſi Academiam, in toto penè orbe celebratiſſimam, ob frequentiſſimum Iuris utriuſque exercitium, quod in eadem indeſinenter uerſatur. Putaui tandem mecum bene actum, ſi ſaltem aliquo officij genere tibi gratificarer, in quo quidem aliquando mirabilis ingenij tui celſitudo, cum in otio ſuauiſſimo eſſet, intermiſſis grauioribus animi curis delectaretur. Tanta etenim in me contuliſti beneficia, ut uix unquam illis reſpondere re ipſa me poſſe putem: me namque ab ineunte ætate ſumptibus proprijs aluiſti, me ad humaniores literas prouexiſti, poſtea quo commodius grauiora Iurium ſtudia perdiſcere poſſem, me Collegiatorum tui Collegij numero & conſortio (ut Patronus de me bene meritus) aggregaſti, ubi quicquid parum in iuribus ſcio, edidici, & hoc propter creberrimam Scolarium Collegiatorum de Iure concertationem, & in legendo exercitationem fere quotidianam, quæ ibi ſecundum ſtatum felicium maiorum tuorum rectiſſime fuit inſtituta. Tibi ergo ſoli quicquid ſcientiæ habeo, acceptum fero. Quę quidem beneficia licet remetiri tibi nunquam poſſim, tamen eo nomine ago (ut debeo) tibi gratias immortales, & agam dum uiuam. Et ne notam ingratitudinis omnino incurram,, ſciantque omnes me tibi ſoli, omnem operam, omne ſtudium, omnemque laborem polliceri & dedicare, honoremque ferre, quem debeo, hunc libellum qualemcunque tuo nomini dico, & conſecro, ut immortalis ſis per omne æuum, & per ora doctorum uirorum laudes nominis tui prędicentur, quia fueris, & ſtudij, & operis noſtri cauſa. In quo quidem libello congeſſi, non ſine magno labore, generales iuris utriuſque regulas, & ſententias, utiliſſimas quidem & neceſſarias iuris ſtudioſis, & in legendo, & in utramque partem diſceptando. Legi equidem libellos qui quotidie in manibus uerſantur, Flores inquam legum, & Brocardica utriuſque iuris, ſed mea ſententia, imperfectos, nam & regulę uniuerſales plęręque neceſſarię in illis prætermiſſę ſunt, & contraria multa ſine ſuis ſolutionibus propoſita fuere. Quę igitur in illis mihi deeſſe uiſa ſunt, ex lectione longa iurium & gloſſarum, hoc in libello ſuppleui, & amplificaui. Quem ſpero tibi gratiſſimum futurum, qui ut honore & dignitate es ſublimior, ita & ſcientia, & rerum experientia pręſtantior. Det tibi igitur Deus omnipotens felicem in hoc ſęculo uitam, in cœlis uero cœleſte gaudium. Vale.

Toloſę. Quinto Kalend. Februarij, Anno a Virginis partu 1548.

COMMVNES IVRIVM SENTENTIAE,

Secundum ordinem Alphabeti: per IOANNEM BELLONVM TOLOSATEM.

PROPOSITIO.

A Præterea non debet dari afflicto Nau.1.& in illa.l. diuus.ff.de officio præſi & in l. pœna in §.fin.ff.ad l. pomp.de parri.& in l.tam de mentis.C. de epiſ.aud. Vbi furioſo pęna addi nõ debet,cum ſatis furore ipſo puniatur ad idẽ textus in l. iure ſuccurſum eſt. ff. de iur.dot. Vbi pater propter luctum filiæ defunctæ dotem non amittit, ſed recipit,ne duplex ei detur afflictio. adde. l. ex facto in §.Iulianus.ff.de uulg.& pup.ſubſt.& l. nauis in §. fin.ff.ad l. Rhod.de iact.de iure cano.uide tex. in c.cum percusſio. 7.q.1.& in c.at ſi clerici in fi.extr.de iud.& in c. ex parte ext.de cler.ægro,uel debil.

Ob. Opponitur de l.Romanus. ff. de tut. & cur.ubi in eadem tutela duplex periculum quis ſuſtinet,& fideiusſionis,& tutelæ.

So. ibi fideiuſſor poteſt etiam eſſe contutor ratione & fauore tutelæ quæ publicum munus eſt,& ideo inuitis datur, ut in §.1.inſtit. de excuſ.tuto.uel cur. Ideo ibi non excuſatur,cum neceſſitas legem non habeat.

Ob. Præterea obſtat, quod in delictis pœna duplex dari poteſt in l.capitalium in §.ſolent,de pœnis.ff. & in l.1. ff.de iur.patr.in c.attendendum.17.q.4.& c.ſi quis cuiuſ. liber.21.q.4.in c.1.ext.de calum.& c.in archiepiſcopatu extr.de rapto.

Sol. Duplex pœna poteſt infligi, cum utraque per ſe non ſufficit,ut in contrarijs. Cum autem utraque per ſe ſufficit,duplici pœna quis affligi non debet,ut hic.

Pr. A ſententia interlocutoria non appellatur in l.ante ſententiæ tempus.C.quorum appella.non recip.& in l.2.C.de epiſc.aud. Vbi ante ſententiam deſinitiuam appellatio fieri non debet, ergo à ſentẽtia interlocutoria, quæ ante definitiuam fertur, appellare non licet.

Ob. Contrarium uidetur dicere textus in l.intra utile. ff. de mino.& in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cog. & in l.ante ſententiam,de appel.recip.ff.canonizata in cap.non ſolent. §.ante ſententiam.2.q.6.

Sol. In d.l.intra,eſt lata interlocutoria, quæ perimit totum negotium,& totam ferè cauſſam determinat, & ſecum trahit executionem, & ideo ab ea poteſt appellari: & in d.l.arbitro,& l.ante ſententiam, grauamẽ illatum ab interlocutoria non poterat reparari per appellationẽ a d'finitiua. Ideo poterat ab ea appellari, ſm Bar.ibi.

Ob. Inſuper contradicit text.in c.ſuper eod.2. de appell. extra & in c.cordi,de appel.lib.6.ubi à quocunque grauamine ab interlocutoria appellatur.

So. Hoc uerum eſt de iu.cano.

Pro. A digniori & potentiori debet fieri denominatio, in l.2.& in l.quæritur.ff.de ſta.ho. & in l.1.ff.ſi ager uectig.uel emphy.petat.ubi dominium ſimpliciter prolatum intelligitur directum nõ utile.adde tex. in l.legatis ſeruis 1.§.ſi unus.ff.de leg.3.in l.quæ religioſis.ff.de rei uen & in §.ſed ius quidem ciuile,inſti.de iur.nat.gent. & ciuili. Vbi cũ ius ciuile appellamus in dubio ius Romanorũ intelligimus.& in c.1.ext.de teſta.ubi in ſubſtitutionibus de directa potius quã de obliqua eſt interpretatio facienda,& in c.quod in dubijs extra de conſecra. eccl.uel alt.

Ob. Obſtat de matrimonio quod denominatur potius à matre quam à patre: quia non appellatur patrimonium, ſed matrimonium,ut in §.1.inſtit. de patri.poteſt. toto tit. extra de ſponſal. & matrim. & tamen homo eſt dignior fœmina l.1.ff. de ſenat.

So. Ideo illud eſt,quia fœmina ante partũ eſt oneroſa, in partu doloroſa,poſt partum laborioſa, & materno magis indiget ſolatio infans quàm paterno, ut in c.2.extra de coniu.fid.

Pro. Appellatione domini uſufructuarius non continetur, in l.falſus,in §.fi.ff. de furt. Vbi uſufructuarius dominus non eſt.ad idẽ text.in l.rectè diximus.ff. de uerb. & rer.ſigni.ubi uſufruct.pars dominij non eſt.

Ob. Contrà de l.in uenditione.ff. de bon.auth.iud.poſſid. ubi appellatione domini uſufructuarius quoq; continetur,& l.3.ff.de uſuf.ubi pars dominij eſt uſufructus.

So. Vſufructuarius eſt dominus impropriè,ſcilicet in uſufructu, unde dominus eſt utilis non directus, glo.et ibi Bal.in l.proprietatis.C.de probatio.

Pro. Auaritia eſt omnium malorum mater.§.cogitatio, circa medium, in auth.ut iud.ſine quoquo ſuffr. coll.2.

Pr. Auarus eſt inſatiabilis, cui totus mundus nec obolus eſt:unde ſemper auarus eget,eccl.5.in c.ſicut hi.47.diſ.

Pa. Amor et animum æquiparantur,in §.fin.inſt.de ſucceſſ. ſublat.quæ fie.per bon.uend.& ibi glo.

Pr. Alterius odio nemo debet p̃grauari,in l.ſi quis in ſuo in §.legis C.de inof.teſta. Vnde ſolet iactari uulgo prouerbiũ. Filius nõ portabit iniquitatẽ patris.in l.crimẽ. & in l.ſi pœna.ff.de pœ.& in l.ſancimus.C. de pœn.& i c.ſi habes.24.q.4.et in c.ſi cõpromiſſarius de elec.in 6.

Ob. Contrà de l.quiſquis.§.filij.C.ad l.Iu.maie.& de c.uergentis ext.de hæret.ubi ob delictum patris filius punit.

Sol. Speciale eſt ibi in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis. Regulariter contra.

Ob. Opponitur etiam de l.ſatis C.in quibus cauſis pig. tacit.uel hypoth.contrah.ubi mulieris dos tacitè obligatur pro primipilo, ita quòd ſi bona primipili exhauſta ſint, diſtrahitur.

Sol. Dic quòd ibi uxor tenetur pro marito in cauſa tantũ primipilari.non aliàs l.lex Iulia.ff.de fund. dot. & §.1. inſti.quibus ex cau.alie.licet,non.

Ob. Præterea obſtat.l.cum hæres.ff.de diuer.& temp.præſcrip.ubi uitia defuncti tranſeunt in hæredem.

Sol. Vitioſa defuncti uſucapio continuatur in hæredem, ut ibi: Cum pro una eademque perſona teſtator & hæres reputetur,in §.1.in authen. de iureiur. à mor.præſt. coll.4.

Pa. Alteri per alterum iniqua conditio inferri nõ debet, in l.fi.C.de acqu.poſſeſſ. ubi ex aliena malignitate præiudicium alicui generari non debet, & in l.ſi unus,in §. ante omnia.ff.de pact.ubi conuentio cum uno facta,alij nocere minimè debet.

Ob. Oppono,de pupillo qui obligatur alij cum authoritate tuto.in §.1.inſt.de auth.tut.

So. Dic quòd pupillus obligando ſe cum authoritate tutoris, in nullo damnificatur: omne enim damnum de

ſuo

ſuo tenebitur reſarcire pupillo tutor, redditione ratio- ut in l. ſi tutor. ff. de auth. tut. ſeu cur.

Pro. Abſurdum eſt euitandũ in iure, ualet enim argomẽtum ab abſurdo euitando, in l. ratas. C. de reſcin. uen. in l. nec audiendus. ff. de oper. lib. l. oam abſurdum, de bo. l. be. ff. in c. 1. de cler. non reſ. in 6. in c. de maioribus, extr. de præbendis.

Pr. Actor debet ſequi forum rei & in ciuilib. & in criminalibus cauſis. l. actor. C. ubi in rem act. exer. deb. in l. iuris ordinẽ, & l. in criminali. C. de iuriſd. om. iud. in can. ſi quiſquam. 6. q. 1. can. ibi cauſa. & ca. pulſatus. & can. neminem. 3. q. 6. c. ſi clericus, & c. cum ſit generale, ext. de for. compe.

Ob. Contrà de l. fina. in fin. C. ubi in rem act. exer. de. & c. ſanẽ. ex. de for. compe. Vbi actor debet conuenire reũ ſub illo iudice, in cuius prouincia res eſt litigioſa.

Só. Dic quod ratione rei de qua agitur, ſortiri quis forũ tenetur ut ibi.

Ob. Secundò contra, de c. quod cleri. ext. de for. cõpe. ubi actor non conuenit reum coram ſuo iudice in ciuitate Pariſienſi in cauſis pecuniarijs.

Sol. Ibi ſpeciale Pariſijs, quia Epiſcopus ſibi habet tẽporalem iuriſdictionem, ut ibi no. g o.

Ob. Tertio contra, de auth. habita. C. ne filius pro patre, ubi ſcholares agũt apud tres iudices quos ſibi elegerint.

Sol. Ibi fauore & priuilegio ſcholarium.

Pa. Ab alio doceri nõ debet qui alios docere debet, in §. damns. in authe. de ſanct. epiſ. coll. 9. in can. continentibus. 1. q. 7. ubi epiſcopi aliorũ doctrina indigere non debent, cum aliorum doctores eſſe debeant.

Pro. Alienam rem inuito domino poſsidere nõ poſſum. in l. cum precario. ff. de precar. regu. id quod noſtrum. ff. de reg. iur.

Pro. Aliud eſt furtum, aliud eſt damnum, hoc enim cum rei corruptione, illud cum rei amotione fit. l. ſi ſeruum. §. ſi oliuam. ff. ad leg. aquil.

Pr. Abſentia ei qui reipub. cauſa abeſt, nõ obſtet. l. 1. ff. ex quib. cauſ. maio. niſi dolo malo abeſſet, ut l. item hi, & l. qui data opera. ff. eod. tit.

Pa. Auariſsimum genus eſt mulierum, facilius enim ſe obligat quam alicui donet mulier. l. ſed ſi ego, in fine, ubi glo. ff. ad ſeo. uelle.

Pr. Amor pecuniæ eſt quaſi materia omnium criminũ in cap. his igitur. 13. diſtinct.

Pr. Ad arma & rixam nõ debet pati eos accedere iudex, quos poteſt ſua iuriſdictione componere in l. æquiſsimũ de uſufr. ff.

Pr. Apud deũ omnia certa ſunt etiã futura, ſolius enim dei eſt iudicare de futuris in l. ſed & ſi reſtituatur in §. ſi ff. de iud. uide gl. ſingularẽ. in l. reſpiciendum. ff. ſi cer. peta. & Bar. in leg. cum quidam in §. ſuum ff. de acqui. hæred.

Pr. Actore non probante reus abſoluitur. l. qui accuſare. C. de edendo. l. 1. C. de probat. l. fina. C. de rei uendi. ca. cũ eccleſia ſutrina. ext. de cauſſ. prop. & poſſeſ. & c. 1. ut eccleſiaſti. benef. ſine dim. confer.

Pa. Actore non probãte reus nullam defenſionem uel probationem præſtare cogitur. in l. fruſtra, & l. actor. C. de probat. in cap. accuſator. 6. q. 5.

Ob. Contra de l. in exceptionibus. ff. de proba. ubi reus probare tenetur, ſicut actor.

Sol. Exceptionem ſuam probat reus ut ibi, non intentio actoris.

Ob. Secundò contrà. de l. circa. ff. eodem titu. ubi reus probat.

So. Ibi reus tranſtulit in ſe onus probandi.

Ob. Tertio opponitur de §. edend. ff. de eden. ubi reus exhibere tenetur inſtrumenta agenti.

So. Cum reus uſurus eſt inſtrumentis edit illa, alias ſi nolit uti illis nõ exhibet aliquo modo ad fundandã ſcilicet intentionem actoris in l. qui accuſare. C. eo. titu.

Ob. Quartò obſtat. l. ne quiſquam. ff. eo. tit. ubi inſtrumẽta exhibentur agenti pro fiſco.

So. Speciale eſt ibi in cauſa fiſci quod fiſco editur ad fundandam intentionem ſuam. Vel dic quod ibi fiſco edunt ad ſuam replicationem fundandam, ut ibi not. Bartol.

Ob. Vltimo opponitur, de l. argentarius in principio. ff. de eden. ubi tenetur argẽtarius reus edere rationes aduerſario actori.

Sol. Ibi textus loquitur de rationibus communibus utriq; & argentario, & agenti, non mirum igitur, ſi eas edere teneatur. l. prætor in principio. ff. eodem.

Pr. Alienationem intelligimus dominij trãslationem in l. 1. C. de fund. dotal. l. alienationis, & l. alienarum. ff. de uerborum ſignifi. l. ex hoc edicto, in §. alienare. ff. de aliena. mut. iud. cauſſ. fact.

Ob. Contra de l. fina. C. de rebus alien. nõ alien. & ca. nulli. ext. de rebus eccle. non alien. ubi alienationis nomine continetur etiam actus per quem dominium non tranſfertur, ut pignus, hypotheca, cõditio, ſeruitus & ſimilia.

Sol. Propriè & ſtrictè alienatio eſt dominij translatio ut hic, largiſsimè uerò & improprie ex interpretatione legis eſt cuiuslibet iuris acquiſitio, ut in contrarijs.

Pa. Alienatio rerũ dotalium eſt prohibita etiam accedẽte cõſenſu mulieris, in l. lex Iul. ff. de fund. 10 l. unic. in §. & cum lex Iul. C. de rei uxor. actio. in auth. ſiue a me. C. ad Velleia. in §. 1. inſti. quibus alien. licet uel non.

Ob. Contra de l. ſatis. C. in quibus cauſis pign. tacit. cõtraha. ubi bona mulieris tacitè obligata ſunt pro primipilo, exhauſtiſq; bonis primipili, diſtrahuntur.

Sol. Speciale ibi in cauſa primipilari.

Ob. Obſtat etiam diſpoſitio c. cum contingat, ext. de iniu. & c. licet mulieres, de iureiu. in 6. ubi ualet alienatio rerũ dotaliũ celebrata, cũ conſenſu & iuramẽto mulieris.

Sol. Illud eſt de iure canonico introductũ, & hoc ratione iuramenti obſeruãdi, cum in alterius damnum eo caſu non redundet, nec uergat in æternę ſalutis diſpendiũ, ut ibi nota.

Pa. Affectare quiſquam nõ debet, in quo intelligit, uel intelligere debet infirmitatem ſuam alij damnoſam futuram in l. idem iuris. in §. mulionem. ff. ad leg. aquil.

Pro. Alienam conditionem facere poſſumus meliorem, non deteriorem, in l. ſoluendo, de neg. geſt. ff.

Pro. Actiones perſonales directe ſemper ambulãt cum perſona, & adeo infixæ ſunt oſsibus noſtris, ut uix diuelli a nobis queant, ſicut nec character baptiſmato, in l. actionũ duo ſunt genera. ff. de act. & oblig. ubi not. in l. ſi ſticho. ff. de peculio, in l. 3 ubi glo. ff. pro ſocio, unde licet cedã tibi actionem, non tamen debetur tibi, ſed mihi: & ſi rei uendicationem cedam, tu non es dominus, ſed ego. no. glo. in l. plaoè. ff. fam. hercif.

Pr. Allegans conſtitutiones correctas punitur pœna falſi, in l. fina. ubi not. ff. ad leg. cornel. de falſ.

Pr. Ab executore ſentẽtiæ non appellatur in l. ab executore. C. de appel.

Pa. Ampliatio uel diminutio membrorum non nocet, in l. non ſunt liberi. ff. de ſtat. hom.

Pro. Appellatione ſententiæ ſimpliciter prolatæ intelligitur definitiua, ita not. glo. in l. 1. §. biduum. ff. quand. appell. ſit, & in l quod iuſsit, in uerbo ſententijs. ff. de re iud.

Pa. Appellatione partis ſimpliciter dimidia intelligit, in l. de ætate. §. ſi interrogatus. ff. de interroga. actio. hoc intellige in dubio. Nã quãdoq; pars de minima intelligitur in l. inſulę. ff. de iud. ubi inſulę ſunt pars prouincię, & tamen pars minima ſunt. & uide pro hoc glo. in c. auaritiæ, in uerbo aut earum parte, de elect. in 6.

Pa. Alimenta debentur liberis ex ęquitate naturali. l. 1. §. naturale. ff. de iuſtit. & iur. l. ſi quis à liberis, de liber. agnoſ. ff.

Pro. Abundans cautela non nocet, ſuperflua enim nõ ui-

tiant actum in l. teſtamentum. C. de teſtamento, in l ſi ſeruo in fin. ff. de adim. legat. in l. pediculis, in §. labeo, ff. de aur. & argen. legat. ubi non mutat ſubſtantiam rerum non neceſſaria uerborum multiplicatio, & in l. quæ extrinſecus. ff. de uerbor. oblig. in reg. non ſolent. ff. de reg. iuris.

Ob. Contra inutilis adiectio uiciat actum, in l. actus legitimi. ff. de reg. iur. & in §. ſeruus alienus, inſt. qui teſta. tut. dar. poſſ.

Sol. Vbi ſuperfluitas eſt contra formam, & naturam actus eſt uitioſa, ut ibi alias minimè, ut hic intelligitur.

Pr. Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt in l. 2. §. mutui datio. ff. ſi cer. pet. in l. Paulus. ff. de ſolut. in l. eum à quo. C. de ſolut.

Ob. Primò de l. miles. §. decem. ff. de re iud. ubi dominus, ex noxa ſerui cōdemnatus ad pecuniam, poteſt dare ſeruum noxæ.

Sol. Vbi debetur pecunia reſpectu alicuius certæ ſpeciei creditor ſoluendo ſpecie liberatur, ut ibi, ratio, ne culpa ſeruorum ultra eorū æſtimationem ipſos dominos grauet, in §. 1. inſt. de nox. act.

Ob. Secundò in contrarium allegatur. l. ſi quis argentum. in principio. C. de d[illegible]nat. & l. 1. §. fi. de aur. & arg. lega. pro argento ſoluitur æſtimatio.

Sol. Vbi debetur quantitas in pecunia, pōt ſolui æſtimatio in pecunia ex eadē materia, non in diuerſa forma, in damnum creditoris. d. l. Paulus de ſolu. ideo dicas quod ibi ſoluitur æſtimatio in nūmis argenteis, & nō ære contaminatis, ſed eiuſdem ligæ, ſecundum doct. unde eadē pecunia uidetur ſolui.

Ob. Tertiò obſt. l. ſi domus in §. qui confitet. ff. de lega. 1. & l. non dubium in §. fin. ff. de leg. 3. ubi hæres grauatus de re aliena præſtanda æſtimationem ſoluit legatario.

Sol. Vbi debetur ſpecies, & nō poteſt præſtari uel difficulter æſtimatio ſoluitur, ut ibi, cum neceſsitas legem non habeat.

Pr. Ablatiui abſoluti important conditionem. l. ſi deicōmiſſa. in §. cum eſſet. ff. de lega. 3. in l. à teſtatore. ff. de cōdi. & demonſt.

Pro. Arbitrium & æſtimatio alicuius electi reducitur ad arbitrium boni uiri, in l. fideicommiſſa in §. quanquam. ff. de leg. 3. l. fideicom. ff. de fi. lib.

Pro. Alienatio licet prohibeatur, de conſenſu tamen omnium in quorum fauorem prohibita eſt, poteſt fieri. l. nihil. §. 1. ff. de leg. 1. in l. cum pater. in §. libertis. ff. de leg. 2. in l. quoties. C. de fideicom.

Pro. Aliud eſt eſſe tale & aliud haberi pro tali, glo. fin. in l. mercis appel. ff. de uer. ſig.

Pro. Alienas ſucceſsiōes teſtator proprijs præponere nō præſumit, magis enim ſuos teſtator diligit quàm alios, magis ſuum ſanguinem quam alienum, in l. generaliter, in §. cum autem. C. de inſt. & ſubſt. in l. cū acutiſsimi. C. de fideicō. & in l. cū auus. ff. de cond. & demōſtratione.

Pro. Aliud eſt dare, & aliud eſt reddere, in l. 1. §. eleganter. ff. de poſit.

Ob. Contra de l. cum quidam. ff. de leg. 2. & l. uerbum reddendi. ff. de uerbo. ſignifi. ubi uerbum reddo, etiam pro ſuo ſimplici do, ſumitur, ut in l. qui uxori, ubi Accur. ff. de aur. & arg. leg.

Sol. Dic quod propria ſignificatio reddendi eſt reſtituendi. Largè autem dandi ſimpliciter, ut in contrarijs.

Pro. Affectus non punitur niſi ſequatur effectus, in l. cogitationis. ff. de pœnis, in l. 1. §. 1. ff. quod quiſque iuris.

Ob. Contra de l. 1. ff. de extraor. criminib. & l. uni. in principio. C. ſi quacunque præ. poteſt, & l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſ. & cleri. & l. ſi quis ſeruo. C. de fur & l. præſenti. C. de his qui ab Eccl. confug. & l. 1. §. beſtias, ubi glo. not. ff. poſtu. ubi punitur affectus ſicut effectus.

Sol. Affectus non punitur ut hic, ubi ſtatutū eſt in finibus cogitationis, nec ultra procedit: ubi uero ad aliquē conatum proceſsit, affectus punitur in grauioribus criminibus, ut in contrarijs.

Pro. Ab etymologia uocabuli ualet argm̄. l. 1. ff. de iuſt. & iur. l. 2. §. appellata, ubi latè Bar. & doc. ff. ſi cer. pe. in l. 1. ff. de acq. poſ. in l. ſenatus, in §. donatio. ff. de dō. cauſ. mort. l. ita uulneratus, ad l. aqui. ff. in §. ſicarijs, inſti. de pub. iud.

Ob. Non ita licet. ita arguere teſtamentum dr̄ quod teſtatio mentis ſit. §. inſti. de teſta. ordi. ergo teſtatio mētis eſt teſtamētum, nàm legatum, & codicilli ſunt teſtatio mētis, & tamen non ſunt teſtamentum.

Sol. Ab ætymologia ualet argumētum tantum negatiuè, ut exempli cauſa, teſtatio mentis non eſt, ergo non eſt teſtamentum, ualet argumentum non affirmatiuè, ut in contrarijs.

Pro. Ab eo plura exiguntur, cui plura committuntur, in l. presbyteri. C. de epi. & cle.

Ob. Contrà, de l. nemo in fin. C. de ſum. Trin. & fid. Cath. ubi plus puniuntur minores, ut ſerui quam maiores perſonæ, in dignitate conſtitutæ.

Sol. Ibi plus puniuntur minores, quia magis delinquūt, quia ibi diſputant publicè de fide catholi. quod prohibet, & immiſcent ſe rei ad ſe non pertinenti ſicut ad maiores in reg. culpa. de re iu. ff.

Pro. A quocunque remouetur genus, remouetur & eius ſpecies, in l. fin. C. de uſur. rei iud. in l. 1. §. fin. ff. de ſuis & l. hæred. ubi not.

Pro. Ad poſitionem cōſequentis ſequitur poſitio antecedentis. l. illud. ff. de acq. hære. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff. de procur.

Pro. A perſona arbitri non eſt recedendum. l. in compromiſsis. ff. de arbit. l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. obli. in l. fin. C. de contrahend. empt.

Ob. Contra de l. ſi ſocietatem. ff. pro ſocio, & l. 3. de dot. promiſsio. ubi à perſona arbitri receditur, quia ad arbitriū boni uiri recurritur.

Sol. Dic quod quādo iniquè arbitratus eſt, ad arbitrium boni uiri recurritur d. l. ſi ſocietatem, in §. arbitrorum, pro ſocio, in d. autē l. 3. de dot. promiſſ. eſt caſus ſpecialis fauore dotis, cuius ualet promiſsio nulla quantitate ſpecificata, etiam ſi non fuerit declaratio alteri cōmiſſa ſecundum Doct.

Pro. A definitione ualet argumentum. l. 1. §. 1. ff. de dol. mal. in l. 1. ubi Bar. ff. de teſtam.

Ob. Contra de l. omnis definitio. ff. de re. iu.

Sol. Definitionem dare in iure ciuili periculoſum eſt, omnis enim bona definitio debet conſtare generatione, & differentia ſecundum Bar. in d. l. 1. de teſt. ſed magna eſt penuria differentiarum ſecūdum dialecticos, iō parum eſt, ut definitio ſubuerti nō poſsit. ſed licet arguere a definitione. l. eo quod cōuerti debet definitio cum ſuo definito, & econtra, ut hic: uel dic quod illa lex intelligitur de regula quæ patitur multas exceptiones, definitio enim regula eſt, in l. 1. ff. de reg. can. ut ibi glo. intelligit. non de hac defini.

Pro. Ad ueritatem copulatiuę requiritur utranque ueram eſſe, ad ueritatem uero diſiunctiuæ ſufficit alteram eſſe uerá, in l. ſi hæredi plures. ff. de condi. inſt. §. pen. inſt. de hæred. inſt. in l. ſi quis ita. ff. de uerb. obli. c. inter cæteras, ubi not. ext. de cōg. reg. in alternatiuis, de re. iur. in 6.

Pro. Contrà. Quia diſiunctiua pro copulatiua accipit. l. generaliter. C. de inſtit. & ſubſti. & l. cum quidam. C. de uerbo. ſignifi.

Sol. Diſiūctiua reſoluitur in coniunctam fauore perſonę honoratę, uel grauatę, ut ibi. ſecus ubi ē poſita inter res.

Pro. Abſens in criminalibus nec accuſare, nec accuſari, nec damnari poteſt, in l. fin. C. de pœnis, in l. abſentē, C. de accuſat. & in l. abſentem. ff. de pœnis.

Ob. Primò contra, abſens accuſare poteſt, per l. quoniam indubitati. C. ad le. Iul. de adul. ubi mulier in quęſtionibus

ſtionibus confeſſa de crimine petit accuſatorem in officio publico conſtitutum preſentari, quo tamen abſentes contra reum fertur ſententia.

Sol. Specialis ibi eſt caſus, rō ſpecialitatis eſt duplex ibi. Prima quia accuſator abſens erat in ſeruitio reipublicę. Altera, quia iam rea confeſſa erat de crimine.

Obiect. Secundo cōtra quod abſens poſsit damnari, eſt text. in l. ſeruum. §. publicæ. ff. de procu. ubi ubicunque damnari poteſt abſēs, ibi & defendi, poteſt ergo præſupponitur ibi abſentem condemnari.

Sol. Poteſt abſens cōdemnari in pecuniaria pœna & etiā uſque ad relegationem d. l. abſentem, in §. 1. de accuſ. ff.

Ob. Tertio ad idem obſtat. l. ne diu. C. de pęnis, ubi de uenali perfidia apparitores etiam abſentes damnantur.

Sol. Speciale ibi in eo caſu contra apparitorem.

Pro. Ambulatoria eſt uolūtas defuncti, uſque ad ultimū uitæ ſpiritum in l. 4. ff. de admin. leg. in can. ultima uolūtas. 13. q. 2. in c. cum Marthæ. ext. de cele. miſſar.

Pro. Ad impoſsibile nemo obligatur, in l. non ſolū. ff. de act. & obl. l. impoſsibilis. ff. de uer. obl. in l. ſi quis in graui. ff. ad Sylla. ſenat. in l. fi. ff. quæ ſent. ſine appe. reſc. ubi ſententia iudicialimpoſsibilis, executioni demandari non debet, quia neminem obligat, in c. fin. ext. de pact. reg. impoſsibilium de reg. iur. ff.

Pro. Auctis diuitijs onera debent augeri. l. his oneribus. §. auctis. ff. de mun. & hono. c. cum M. Ferrarienſis ex. de conſti. ubi ſuper excreſcentibus eccleſiæ facultatibus augetur numerus canonico.

Pro. Aſſeueratio ſeu profeſsio nuda non inducit ius, neque probationem, in l. nō uidis. C. de proba. in l. neque profeſsio. C. de teſta.

Pro. Actus agentium non operantur ultra eorum intētionem, in l. non omnis enumeratio. ff. ſi cer. pet.

Pro. Animal brutum caret ſenſu & ratione, ideoque iniuriam inferre non dicitur. l. 1. ff. ſi quad. pau. fecíſ. dicat, nec per conſequens puniri.

Obiect. Cōtra de c. mulier. 15. q. 1. ubi pecus morte mori debet. Leui. 20.

Sol. Ideo punitur ibi, ut tali flagitio contaminata, indignam refricet facti memoriam.

Pro. Augetur crimen, uel iniuria dignitate præpoſiti in l. omne. ff. de re milit. in can. homo chriſtianus. 49. diſt.

Pro. Aduerſatiua dictio ponit diuerſitatem caſuum, & in iure. & in facto, no. glo. & Bar. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infe.

Pro. Appellatione liberorum non ueniunt adoptati. l. ſi deicommiſſum. ff. de condi. & demonſtrat.

Pro. Abſurdum eſt quem redire ad id, cui renunciādum putauit. l. ſi quis iuſiurandum. C. de reb. credi.

Pro. Ars artium eſt regimen animarum. c. cum ſit aīa artium, de elect. ext.

Pro. Amplius aduerbium eſt repetitiuum ſuperiorū. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. l. ſi ſic locutus, de leg. 3.

Pro. Apud deum non gradus elegantior, ſed uita melioria actio comprobatur. can. ſicut. 23. q. 4.

Pro. Alieno facto quis non debet onerari. l. in cauſſæ. ff. de procu. l. 1. ff. de alien. mut. iud. cauſſ. fact.

Pro. Aliquid prodeſt, quod deſideratum non prodeſt. l. ſpadonem, in §. fin. ff. de excuſat. tut. l. item hi & l. & qui data. ff. ex quib. cauſa ma. l. 2. §. fin. ff. ſi quis caut.

Pro. Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. l. cū principa. ff. de reg. iur. c. acceſſorium de reg. iur. in 6.

Ob. Contra de l. 21. C. de iud. ubi ſublato principali cōtractu, nōn tollitur acceſſorium.

So. Hic loquitur de acceſſorio, quod non poteſt eſſe ſine principali, quo ſublato tollitur acceſſoriū: ubi de acceſſorio, quod poteſt eſſe ſine ſuo principali, ideo ſublato principali nō tollitur acceſſorium, ut ibi not. gl. quæ approbatur communiter.

Pro. Arma magis quam iura ſcire milites ſatiatiſsimus legiſlator exiſtimauit in l. fi. §. 1. C. de iure. del. l. 1. C. de iur. & fact. igno.

Pro. acceſſorium cedit principali. l. & ſi non ſunt, in §. per uenimus, & l. ſi quando. ff. de aur. & argen. legato.

Pro. Alia cauſa eſt acquiſitorum, alia acquirendorū. l. q. autem. ff. quæ in frau. cred. l. 1. §. confertur. ff. de col. bo.

Pro. Ad poſitionem partis ſequitur poſitio totius, in ca. pœnale. 14. q. 5.

Pro. Adeo cuncta bona procedunt, in c. tua ext. da deci.

Pro. Aliquid permittitur gratia uirtutis, quod alias nō permitteretur, in l. 1. §. beſtias, ubi gl. ff. de poſtu.

Pro. Audacia circa licita approbat, & circa illicita reprobatur, in l. Gallus. §. uideodum. ff. de lib. & poſthu. iuncta. l. ſi quis in tantam furoris audaciam. C. unde ui.

Pro. Ab alio petere non debeo, quod habens alij petēti dare debeo, in l. ſi quis ex argentarijs, in §. fi. ff. de edendo, ubi glo.

Pro. Alimentorum appellatione uenit etiam uictus & ueſtitus & habitatio, ſine quibus uiuere nō poſſumus in l. lega. alim. ff. de ali. & cib. leg. l. uictus uerb. p. de uer. ſig.

Pro. A ſententia arbitri non appellatur, in l. 1. C. de arb. can. à iudicibus. 2. q. 6.

Ob. Contra de l. arbi. ff. qui ſatiſda. cogā. & l. fi. C. de iud. ubi poteſt appellari ab arbit.

So. Ibi arbitros appellat iudices deleg. ut ibi decla. gl.

Pro. Appellatione præparati pręparatorium continetur. in argento. ff. de aur. & arg. leg.

Pro. Actiones pœnales de eadem concurrentes nunquā alia aliam conſumit, in l. nunquam. ff. de acti. & ob. in §. fi. inſt. ſi quadru. feciſſ. dicat.

Pro. Arbitria ſunt hodie redacta ad formā iudiciorum. l. 1. ff. de recep. arbi.

Pro. Allegans ſuam turpitudinem nō eſt audiendus. in l. ſi creditoribus, ubi gloſ. C. de ſern. pig. dat. manu. in l. trāſactione finita. C. de tranſac. l. cū profitearis. C. de reuo. donat. l. ſi ſeruus plurium §. 1. ff. de leg. 1. l. 2. C. de cond. ob turp. cau. c. inter dilectos, extr. de dona.

Obiec. Contra de l. 1. & l. & ſi filio. C. de lib. cauſ. ubi turpitudinem ſuam allegauit, qui filium uendidit.

Sol. Solue tripliciter. Primò quod ibi allegare poteſt turpitudinē ſuam nomine filij cui præiudicare non potuit. Vel ſecundò allegat turpitudinem ſuam, quæ eſt ipſo iure nulla. uel tertiò, dic quod illud eſt fauore libertatis, ſicut in l. intercedata. C. eo. titu.

Ob. Præterea. Contra de c. tertio loco extr. de prob. ubi gl. ubi licet allegare turpitudinem ſuam.

Sol. Honuerum eſt, ubi uerſatur periculum animæ, ut ibi no. glo.

Pr. Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur. l. iubemus. §. œconomus, ubi glo. C. de ſacroſan. eccleſ. in can. notum 2. q. 1. & can. facientes 86. di. c. 2. extr. de of. & poteſt. iud. dele.

Ob. Contra qui conſentit furto, quia recepta ſciens furtum uel conſilium uel operam dat, tenetur furti: & tamē agens ſcilicet fur, non tenetur, ut filius uel ſeruus, in l. eos. C. de fur. iuncta. l. ſerui, & filij. ff. de furt. in §. hi. qui. inſtit. de obli. ex delict.

Sol. Ideo ibi non puniuntur agentes, quia nulla actio cōpetit patribus uel dominis cōtra filios, uel ſeruos, in l. lis nulla. ff. de iud. ideo furti actione non poterant conueniri, ut ibi.

Pro. accuſatus accuſatorem ſuum accuſare pēdente accuſatione non poteſt, in l. neganda. C. de his qui accu. non poſſunt.

Pro. A uetuſtioribus eſt incipiendum, in §. ſingulorum, inſti. de rerum diuiſ.

Pro. A dignioribus eſt incboandum. l. 2. ff. de ſtat. hom.

Ob. Contra de l. cum hi. §. uult igitur oratio. ff. de tranſact. ubi prius de modo, de cauſſa, quàm de perſona, quę tamē eſt dignior, eſt quærendū. Præterea Imperator, in

lib.inſti.primò de teſtamentis,& ſic de rebus tractat. & poſteriori loco, de his qui teſtaméta facere nõ poſſunt, & ſic de perſonis, cum tamen prius ſit quærendum de habilitate perſonæ teſtantis,quàm de ſolẽnitate rei, ſcilicet teſtamenti,in l.ſi quæramus.ff.de teſta. & præpoſuit etiam titulum de teſtaméto pagani,quam militis, quod tamen eſt dignius.

Sol. Dic quod iſtud eſt ad placitum imperatoris,præponere poſtponenda,& poſtponere præponenda,ut in contrarijs apparet.

Pro. Ad poſitionem ſpeciei ſequitur poſitio generis,non è contra l.ſi quid carum.§.interemptum, ubi Bart.ff.de lega.3.l.inter agnatos.ff.unde leg.

Pro. Arma legibus indigẽt,& leges armis,in l.1.in princip.C.de iuſtinia.nou.cod.confi.& in prooemio.inſt.ubi glo.

Pro Ab ſpeciali ualet.argument.l.ius ſingulare.ff.de legi. in l.1.ff. ad municip.

Pro. Arguere licet de milite ad clericũ, glo. cõmuniter probata in l.miles ff.de re iud.& pro hoc uide Accur.in l.ſtipendia.C.de execut. rei iud. & in §. 1.inſti.de mil. teſtamen.clericus enim eſt miles cœleſtis, in c.epiſcopus,ext.de præb.

Pro. A partium enumeratione ualet.arg.l.re coniuncti, ubi Bar.ff.de le.3.in §.1.ubi Ang.inſti.de obliga.ex quaſi contrac.in §.actionum,ubi glo. inſt. de actio.

Pro. A contrario ſenſu ualet argumen.in l.1. §. huius rei fortiſsimum eſt argumentum.ff.de offi.eius cui manda. eſt iuriſ.in leg.qui teſtamento.in §.mulier.ff.de teſta.

Obiic. Contrà de l.conuenticula.C.de epiſ.& cler.ubi cõuenticula illicita exercere non licet extra eccleſiã:Ergo à contrario ſenſu in eccleſia liceret quod non eſt dicendum.ad idem tex.in l.nemo C.de iuriſ.om.iud.ubi poſt litem recuſari non debet iudex: ergo à contrario ante litem non deberet recuſari: quod eſt falſum.

Sol. Argumentum à cõtrario ſenſu non ualet,ubi reſultat abſonus intellectus contra legem, in l.2. C. de condit. inſert.

Pro. Auarus eſt cæcus, in c.auaritiæ cæcitas. ubi canon. de elec.lib. 6.

Pro. Auaritia legitimis ictibus eſt feriẽda.l.ſi quis in ſuo. C.de inoffi. teſtamen.

Pro. Abſens cauſa ſtudiorum,abeſſe nõ uidetur.l.quæſitũ, ubi Bar.ff.de leg. 3.

Pro. Abſens cauſa ſtudiorũ integrè debet fructus ſui beneficij percipere,c.ſuper ſpecula,ext.de magiſt.c.iuç,de cleri.non reſid.& c.2.de priuile.in 6.exceptis tamen diſtributionibus quotidianis, in c. licet, de præbend. in antiqu.

Pro. Abſentia cauſa ſtudiorum eſt iuſtiſsima,in l.nec non ff.ex quib.cauſ. maior.

Pro. A ſententia,non ab executione eſt incipiendum,nã nimis properas marcelle &c.l.1.C.de execu. rei iu.in l. ſi cum nulla.ff. de re iud.

Pro. A iudicibus appellare nõ licet,quos partes inter ſe elegerint,in c.à iudicibus. 2.q.6.

Pro. Ante diem debitum ſoluẽs non repetit.l. in diem.ff. de condit. indebit.

Pro. Alpibus ille perit,qui ſe plus diligit ullum,& agris meis ſitiẽtibus alios irrigare non debeo,ordinata enim charitas incipit à ſeipſo,in l.præſes.ubi no.Accur.C.de ſeruit.& aqua.

Pro. Alienum factũ promittere non poſſum, nec promittẽdo obligari.l.ſtipulatio iſta, & l.inter ſtipulantem.ff. de uer.ob.in §.ſi quis alium.inſt.de inu. ſtipu.

Pro. Ars naturam imitatur in §.minorem,inſtitu.de adoptio.

Pro. Actus contra legem pro infecto habetur.l.non dubium.C.de legib.in can.imperiali.25.q.3.

Pro aduocati æquiparantur militibus.l.aduocati.C.de aduoc.diuerſ.iud.

Pro. Aduocatus, ſeu procurator paciſci de quota litis non poteſt.l.ſumptus.ff.de pac.l.litem.C.de procur.l.ſi contra licitum.C.manda. imo puniri debet.l.ſi quis.C. de poſtu.

Pro. Aſinus auribus intumeſcet ſi per comparem ſe uideret comprehendi.gl.in l.hæres, per ſeruum ff.de acqui. hæred.& in l.1.§.ueteres.ff. de acqui. poſſeſ.

Pro. Aliena negotia diligẽtius debemus tractare quam ꝓpria.l.in re manda.C. manda.

Pro. Actio & paſsio ſimul in eundem non concurrũt ſecũdum philoſophos.bene facit textus,in l.penulti.ff.de arbi.ubi nemo ſe prohibere,nec ſibi imperare poteſt:eſſet enim agens & patiens ſimul, quod eſſe non poteſt.

Obiic. Contrà primo de l.1.C.de ſerui. fugi.ubi ſeruus ſui furtum facit.

Sol. Ibi ſpeciale in ſeruo fugitiuo ad impediẽdum uſucapionem.Ratio eſt:ne fuga ſeruorum dominis damnoſa ſit.

Ob. Secundo contra in hæredes actiones tranſeunt actiuè & paſsiuè, l. quoties. C. de hæred.inſti.l. unic. ut ab hære.& contra hære.actio.incip.& to. tit. C. de hær.ac.

Sol. Hæc regula intelligitur ubi ex eadem cauſa actio & paſsio concurrunt:in contrario autem, actio actiua ab hærede exercetur, paſsiua uerò à creditoribus teſtatoris: & ſic ex diuerſis cauſis, & diuerſis reſpectibus actio cum paſsione concurrit.

Obiic. Tertio obſt.l.ſecundum naturam.ff. de reg. iur. ubi onus & emolumentum circa eandem perſonã concurrunt,& ſic eſt agens & patiens ſimul.

Præterea quis eſt actor & reus ſimul in eodem iudicio,l.in tribus.ff.famil. her. & Hermaphroditus agit & patitur in coitu,de quo in l.quæritur.ff. de ſta.hom.

Vltimò omne animal facit aut patitur.l. hæc uerba illæ aut illæ in fi.ff.de uerb.ſig.

Sol. Tu dic quod non eodem tempore.

Pr. Actus regulatur ſecũdum naturam ſui ſubiecti. l.eius artificij.ff. de oper. lib.

Ob. Contra de l.2.in fin. ff. ad l. Aquil. ubi elephanti & cameli licet feram habeant naturam, tamen quia & iumẽtorum operam præſtant,primo capite legis Aquiliæ continentur.

So. Dic, quod ibi inſpicitur conſuetudo ſcilicet quod ſoleant ferre onera,quę conſuetudo eſt altera natura.glo. in l.ſi quis poſthumos.ff. de lib. & poſthu.

Pr. Alieno ſcelere quis non debet ditari in l.uni.C.ex delict.defuncto,in quant. hæred.conueni.

Pr. Aduerſus periculũ naturalis ratio permittit ſe defendere.l.itaq. ff.ad l.acq.c.ſi perfodiens, extra de homic.

Pr. Accidens non poteſt eſſe ſine ſuo ſubiecto. l. 2. ff. de uſufr.

ADDITIO.

Pr. Agnatione poſthumi rumpitur teſtamentum. in §.1. inſti.de hær. liber.

So. Contra de l.ſi mater.C.de inof. teſta.

Sol. Hic in maſculis,ibi in fœminis teſtantibus.

Ratio eſt differentię,quia præteritio matris pro exhęredatione habetur,in §.mater.inſt. eod. tit.

Pr. Antiquitatis notitia eſt neceſſaria.§.inſt.de teſt. ord. in ca.fuerunt. 7. di.

Pr. Armorum appellatione nõ ſolum tela & gladij, ſed & fuſtes & lapides ſignificari intelligimus, in l.armorũ. ff.de uerb.ſign.in §.recuperandæ.inſt. de interdic.

Pr. Ama ſcientiam ſcripturarũ,& carnis uitia non amabis,in ca.nunquam,& de conſecr.diſt. 5.

Pro.

Pro. Anima eſt multo precioſior corpore.c. cum infirmitas ex.de pœnit. & remiſ.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Auaritia eſt idolorum ſeruitus.Ephe. 5.in can.cum omnis auaritia.1.q.1.in c.auaritiæ. de præben.ex.

Pro. Adoleſcens iuxta uiam ſuam etiam quum ſenuerit, non recedet ab ea.Prouer.22.

Pro. Altiora te ne quæſieris,Eccle.3.

Pr. Anima quæ peccauerit,morte morietur.Ezech.18.

Pro. Abſcondit deus ſcientiam ſapientibus, & reuelauit paruulis.Mat.11.

Pro. Alter alterius onera portate.Ephe.6.

Pro. Apud Deum omnia poſsibilia ſunt,quæ apud homines impoſsib.uidentur.Mat.19.

Pro. Attendite à falſis prophetis, qui ueniũt ad uos in ueſtimentis oniũ,& intrinſecus ſunt Lupi rapaces;a fructibus eorum cognoſcetis eos. Mat. 7.

Pro. Animalis hõ non percipit ea quæ ſpiritus Dei ſunt. 1.Corinth. 2.

Pro. Ante conſpectum domini non apparebis uacuus. Eccleſ. 35.

B

PROPOSITIO.

BENEFICIA principalia ipſi principes ſolẽt interpretari in l.ex facto. ff. de uulga. & pupil. ſubſtit.

Pro. Bona parentum debentur liberis de iure naturali,in l.cũ ratio.ff.de bon.dam.in l.ſcripto,in fi. ff.unde lib.in §.primum,in auth.de hæred.& fal.coll.1. in can.ius naturale,primâ diſtinc.

Pro. Bona liberorum debentur parentibus ratione tantum pietatis ſeu miſerationis ordine cõuerſo mortalitatis,hinc uerſus.

Ordine turbato ſuccedis bulgare nato.

In l.nam & ſi parentibus,ubi glo.C.de inoffi. teſtã. in l. ſcripto in fi.ff.unde libe.

Ob. Contra imo etiam de iure natur.debentur per §.1.in auth.de hær.& fal.coll.1.ubi legitima portio de neceſsitate debetur & liberis & parentibus ſecundum naturã.

Sol. Ibi legitima pars debet liberis iure naturæ propriè, parentibus uero impropriè:uerbum enim ſemel in oratione poſitum,poteſt ſtare proprie & improprie,ſicut in §.1.in uerbo debetur inſt.de actio.ut ibi not.

Pro. Beneficium inuito non datur.l.hoc iure,in §.non poteſt.ff.de don.

Ob. Contra.Liberatio debiti inuitis nobis per alium contingit.l.ſolutionem.ff.de ſolu.l.ſoluendo,ff.de neg.geſt. ad idem tex.in l ſi ſeruus uetante.ff. de uerb.oblig. ubi inuito domino ſeruus acquirit.

Sol. Melior conditio noſtra etiam inuitis nobis põt fieri per obliquum,ſcilicet per aliũ; ſed directe nemini liberalitas confertur, ut hic.

Pro. Boni præmijs, mali uero pœnis affici debent.l.1.ff. de iuſt.& iur.

Pro. Bona fides in contractibus eſt obſeruanda,in l.bona fides.ff.de poſit.in l.bonam fidem.C.de act.& oblig.

Ob. Contra de l.in cauſſæ.1.in §.idem Põponius.ff.de minorib.Vbi licet contrahentibus inuicem ſeſe decipere.

Sol. Intellige hoc uerum ſi abſit dolus, ut ibi not.

Pr. Breuitas termini non uitiat contractum bonæfidei. l. inſulam.§.qui in operib.ubi nota.uar.ff. locat.

Pro. Bis idem exigi natura nõ patitur.l.qui bis.ff.de uer. oblig.

Ob. Contrà de.§.fin.Inſt.ſi quad. paupe. fecif. dicat; ubi actiones pœnales de eadem re concurrunt, una aliam non conſumit.

Sol. Hoc intellige uerum in petitione, ſecus eſt in exactione ut hic,ita gl.in l.nunquam. ff. de act. & oblig.

Pr. Beatius eſt dare quam accipere ſecundum apoſtolum Act.20.in c.cum Marthæ. ext.de celeb. miſſ. ratio eſt, quia dando homo placet, capiendo uero diſplicet. unde uerſus.

Temporibus noſtris quicunque placere laborat.
Det,capiat,quærat plurima,pauca,nihil.

Pro. Beneficium principis latiſsimè eſt interpretandum. l.beneficium.ff.de conſt.princip.c.cum dilecti.ex.de donat.c.cum olim.extra de uer.ſignifi.

Ob. Contra de l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.ubi ſi cõcedatur reſcripto principis libera teſtandi,factio,intelligitur tantum iure communi,non militari.

Sol. Ibi ea ratione de uno uerbo uideatur princeps, qui iura communia tuetur;totam obſeruationem teſtamentorum quæ fuit tot uigilijs excogitata, uno uerbo uelle euertere,ut ibi dicitur.

Ob. Secundò contra de l.2.§.ſi quis à principe. ff.ne quid in loco pub.& l.nec auus.C.de emancip.li.& l.quoties, C.de preci.imp. offer.

Sol. Non ita pleniſsimè ſunt interpretanda ut lædant alium, ut ibi.

Ob. Vltimo contra de c.quamuis,de prob. in 6.ubi reſcripta principis ſtrictè interpretanda ſunt.

Sol. Ibi in literis beneficialibus,hic in beneficijs.

Pro. Bono melius inueniri poteſt.l. ubi autem non apparet.ff.de uerb.oblig.

Pro. Bonum eſt habere bonum nomen, ut Accurſij, dictum ex eo quod ſoleat contra tenebras iuris ciuilis accurrere. l. facta. §. ſi in danda. ubi Accur. ff. ad Trebel.

Pro. Bonæ fidei contractus non patitur hanc conuentionem,ut emptor rem amittat, & uenditor precium retineat, in l, emptorem, in §.qui autem.ff. de actio. empt.

Pro. Bonitas intrinſeca rei conſiderari debet ſecundum tempus contractus in l.cum quid.ff.ſi cer.petat.

Ob. Contra de l.unum.ff.eodem ti. ubi æſtimatio rei nõ fit ſecundum tempus contractus,ſed petitionis.

Sol. Ibi de æſtimatione bonitatis extrinſecæ,ſcilicet quod tantum res ualeat,ut ibi not.glo.

Pr. Bona mulier eſt rara auis,unde tandem inuenietur,in l.mulier bona,de in.dot.ita not.gl.1.l.ex his.ff.de legi.

Pr. Bonus præſumitur,qui eſt bonæ nationis:malus uero qui eſt malæ nationis:& bonus præſumitur natus ex bonis parentibus,malus autem malis, unde uerſus.

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.
Qualis erit mater,filia talis erit.

l.quod ſi nolit, in §. qui mancipia. ubi gloſſ. & doct. ff. de ædil.edict.

Pr. Bella ſunt permiſſa de iure.l.ex hoc iure.ff. de iuſti.& iur.in §.ius autem gentium.inſt.de iur.nat.gent.& ciuil. & l.qua actione.§.1.ff.ad l.Aqui.

Ob. Contra imò ſunt prohibita per l. uni.C.de glad.li. 2. & can.monomachiam.2. q. 4.

So. Ibi de ſingulari certamine hic de bello publico uel ciu.

Pr. Bona eccleſiæ ſunt pauperum.can. fin.15. q. 1.

Pr. Bonæfidei poſſeſſor facit fructus ſuos.l.bonæfidei emptor.ff.de acq.rerum domin.in l.fructus.ff. de uſur.in §. ſi quis à non domino. inſt. de rerum diuiſ.

Pr. Boni mores præualent diuitijs.l.ſcire oportet. §.cũ reliquis.ff.de tut.& cur.

Pr. Bona exiſtimatio præfertur commodo pecuniario. l.cum ex pluribus.ff.de ſolu.l.in pecudum.§.ulti. ff. de uſur.

Pr. Boni uiri debẽt potius uelle mori,quam peccare.l.iſti quidem,in fin.ff.de eo quod met. cauſſ.

Ob. Contra de l. 1. ff. de bon. eorum qui ante ſent. mor. ſibi conſci. ubi reus criminis poteſt corrumpere accuſatorē ſuum: unicuique enim licet qualitercunque ſanguinem ſuum redimere. nihil enim precioſius uita.

So. Quantum ad animum pertinet, maior metus peccandi quam mortis debet eſſe bonis: quantum uerò ad corpus humanum uitam nihil charius, ut ibi.

ADDITIO.

Bona intelliguntur deducto ære alieno. l. ſubſignatum. §. bona. ff. de uerb. ſign.

Bona grammatica, ſeu latinitas, in ſcripturis eſt obſeruāda, in l. plau. ff. de au. & argen. leg. in c. ad audi. ex. de re.

Pr. Benefacienti nobis eſt benefaciēdum in l. ſedet fil. §. conſuluit. ff. de peti. hæred.

Pr. Bonarum mentium eſt ibi etiā culpas ſuas agnoſcere, ubi culpa non eſt, ca. fin. 5. diſt.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Breuis oratio penetrat cœlos, Mat. 6.

Pro. Bene fac, & non timebis principem. Rom. 13.

Pro. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum cœlorum. Mat. 5.

Pro. Beatus uir qui non abijt in conſilio impiorum, & in uia peccatorum non ſtetit. Pſal. 1.

Pr. Beatus uir cuius eſt nomē domini ſpes eius. Pſal. 39.

Pr. Beati qui audiūt uerbū Dei, & cuſtodiūt illud. Luc. 11.

Pr. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Sap. 3.

Pr. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. Eſaiæ. 33.

Pr. Bonum eſt uiro, cùm portauerit iugum ab adoleſcētia ſua. Thren. 3.

C

CONTRARIORVM eadem eſt diſciplina in l. qui accuſare. ff. de accuſat. 10 §. 1 inſti. de his qui ſūt ſui uel alie. iuris, & in §. furtorū inſt. de obliga. ex delict.

Ob. cōtra imò ex diuerſa doctrina per l. 1. ff. de officio eius cui mād. eſt iuriſdic. ubi merū, & mixtū imperium delegari pōt in caſu abſentiæ: à cōtrario aūt, præſente magiſtratu delegari nō poteſt. Diſsimilis quoque ratio eſt in l. inter ſtipulātem in §. ſacram. ff. de uer. oblig.

Sol. Eſt eadē doctrina quo ad cognitionē, ut hic, quia cognito uno de contrarijs, facile cognoſcitur & reliquum: ſecus quo ad effectus uel iuris diſpoſitionē, ut in contrarijs.

Pr. Contractus à principio ſunt uoluntatis, & ex poſt facto neceſsitatis. in l. ſicut. C. de act. & oblig. in l. in commod. in §. ſicut. ff. commod.

Pro. Contractus non redduntur in inuitum. in l. nec emere. C. de iur. delt. in l. inuit. C. de contrah. empt.

Ob. Contrà de §. fi. inſti. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. & §. fin. Inſt. de donat. & §. non ſolū, inſt. de lega. ubi quis cogitur uendere, uel emere.

Sol. Dic quod ibi ſunt tres caſus ſpeciales.
Primus in odium dominorum.
Secundus fauore libertatis.
Tertius fauore ultimæ uoluntatis, ut in contrarijs.

Præter contra de l. ſi quis ſepulchrum. ff. de relig. & ſumpt. funerum, ubi cogitur quis uendere uiam ad ſepulchr.

Sol. ubi ſpeciale fauore religionis.

Pro. Conſultius eſt agere poſſeſſorio, quàm petitorio, in l. is qui deſtinauit. ff. de rei uē. Ratio ibi aſsignatur cū ſit melius poſsidere, quam alio poſsidente petere.

Pr. Cum iura partium ſunt obſcura, pro poſſeſſore iudicandum eſt: quia in dubio poſſeſſor præſumitur dominus, in l. 2. C. de probat. in l. fin. C. de rei uendi. in §. commodum inſti. de interd. c. inter dilectus, in fin. ex. de fid. inſtrum.

Ob. Contra de l. inter pares. ff. de re iud. & l. ſi pars. ff. de inoff. teſtam. & in l. ambiguis. ff. de iur. dot. ubi potius in dubio pro actore iudicandum, quàm reo.

Sol. Ibi ſunt tres ſpeciales caſus.
Primus fauore libertatis.
Secundus fauore teſtamenti.
Tertius & ultimus, fauore dotis, qui ponuntur, in c. fin. de re iud. ex.

Pro. Cum damno alterius nemo debet fieri locupletior, in l. nam hoc natura. ff. de condi. indebi. in l. cum hi. §. ſic idem, uerſi. ſanè. ff. de tranſac. l. iure naturæ, de reg. iur. ff. in c. ſuam. ex. de pœnis.

Ob. Contra per uſucapionem uel præſcriptionem, res nobis acquiruntur, cum aliena iactura. l. unic. C. de uſuca. transfor. l. 3. ff. de uſuc. §. 1 inſti. eod. tit.

So. Ibi rigor iuris ſcriptus in ſpecie præfertur æquitati ſcriptæ in genere. Dyn. & alij in reg. locupletari. de reg. iur. in 6.

Pro. Copula, & inter duo extrema poſita, diuerſitatē ponit inter copulata. not. 1. rub. C. de iur. & fac. ign. & per can. in rub. de cauſſ. prop. & poſſeſſ. ex.

Ob. Contra de rub. C. de ſeru. & aqua, ubi copula, & ponitur inter ſeruitutem, & aquæ ductum, & tamen aquæ ductus eſt ſpecies ſeruitutis. l. 1. de ſerui. ruſti. prædio. ergo cum aquæ ductus ſit ſeruitus, inter ſe nō differūt. Simile illud euangelij, Dicite diſcipulis eius & Petro. Mar. 16. & tamen Petrus erat diſcipulus.

So. Vbicunque copula, & ponitur inter genus & ſpeciē, non ſignificat diuerſitatem, ſed ſtat declaratiuè, & tunc exponitur, & pro id eſt, ut ibi.

Pro. Ceſſante cauſa, ceſſat effectus. in l. adigere, in §. quamuis. ff. de iur. patro. c. & ſi Chriſtus, ex. de iureiu. & c. cum ceſſante, ex. de appella.

Ob. Contra de l. 5. §. fi. ff. de dona. & in l. 2. in fi. ff. de minori. & l. 1. §. ſextum. ff. de poſtul. ubi cauſſa prohibitiua, quod mulieres non poſsint poſtulare, eſt propter impudicas fœminas: ergo ſi ſint aliquæ bonæ poterunt poſtulare ceſſante cauſſa impedimētitia, præterea c. in legato dicta ceſſante, quia falſa, legatum nō uitiatur. toto titulo. C. de falſ. cauſſa adiect.

Sol. Cauſſa fin. ceſſante, ceſſat effectus, ut hic. Secus ſi ſit cauſſa impulſiua. ut in contrarijs, ut in d. § ſextū. Ratio alia finalis erat, ne uitilibus officijs mulieres ſe immiſcerent. l. 2. ff. de reg. iur.

Pro. Ceſſante una cauſſa fin. & altera remanente, non ceſſat effectus. l. liberorum. §. 1. ff. de his qui not. infa. in §. affinitatis, inſt. de nup.

Pro. Ceſſante cauſa priuilegij, ceſſare debet ipſum priuilegium. l. generaliter. 2. C. de epi. & cle. l. titia. §. uſuras, ff. de leg. 2. l. ne quidam. C. de teſta. milit. unde ceſſante clerico ab eccleſia, dēt carere præbēda. gl. in §. de illis, inſt. de milit. teſt.

Pro. Communis opinio in dubio eſt ſequenda l. 1. in uer. & crebrior. ff. de officio quæſt. in l. minime. ff. de legib. adde textum in l. cum quidam, in §. quod dicitur. 2. ff. de acq. hæred. unde qui iudicat contra communem reus ē pœnæ. Pan. in c. 1. de conſt. & iudex iudicans contra cōmunem, facit litem ſuam, ſicut ſi iudicaret contra leges ſcriptas. aar. in l. fi. C. de pœna iud. qui mal. iu.

Ob. contra de l. 2. ſed neque. C. de uer. iur. enuc. ubi unius opinio quandoque præualet.

Sol. Verum eſt ubi eſt uerior & melior.

Pro. Communis opinio, uel error facit ius, in l. fin. ff. de officio prætor.

Ob. Contra de l. quod non ratione. ff. de legib. ubi quod

errore

error introductum eſt, per conſuetudinem ſeruari non debet.

Sol. Dic quod error uniuerſitatis uel principis facit ius. intelligitur regula noſtra. erronea autem conſuetudo, non facit ius. Ratio eſt, quia conſuetudo conſenſu introducitur. l. de quibus, in fin. ff. de legib. nihil autem tam contrarium conſenſui eſt, quam error, qui impedit conſenſum. l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omni. iudic.

Ob. Secundo opponitur de l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. leg. ubi error hæredis ius non mutat.

Sol. Dic quod hæredis error ius non facit, ut ibi, ſicut nec teſtatoris, in l. labeo. ff. de ſuppel. lega.

Ob. Vltimò oppono de l. fin. ff. de hæred. inſtit. ubi cõmunis fama, ſeu rumor falſus obeſſe non ſolet.

Sol. Ibi fauore ultimæ uoluntatis.

Pro. Continentia cauſſæ diuidi non debent, in l. nulli. C. de iud.

Pro. Caſus ſuperueniens non tollit legitimè factum in l. a. ff. de itin. actuq. priu. in l. is cui. ff. de teſta. in l. 1. §. ſi quis autem. ff. de bonor. poſſ. contra tabu. in l. cui furere. ff. de ſta. hom. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui, uel alieni iur. in l. in ambiguis. in §. nõ eſt nouum. ff. de reg. iu. factum legitimè de reg. iur. in 6.

Ob. Cõtrà de l. ſi quis filio exhæredato, in §. irritum. ff. de iniuſt. rup. irrito ue fact. teſta. & l. qui ex lib. in §. teſta. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. ubi teſta. ritè factum à prin. rumpitur per amiſsionem libertatis, uel ciuitatis, uel propter condemnationem ad beſtias, uel alios caſus ſuperuenientes.

Sol. Vbi aliquis incidit in crimen puniſbile, tũc rite prius factum tollitur, ut ibi. Vbi autem incidit in crimen non puniſbile. ſecus eſt, ut hic in furore: ob furorem enim nemo punitur, in l. diuus. ff. de reſtit. in integ.

Vel dic, quod ibi loquit in inſtitutione hæredis, quæ nõ tenet irreuocabiliter: ambulatoria enim eſt uolũtas defuncti, uſque ad ultimum uitæ ſpiritum: hic uerò in uctu irreuocabili.

Pro. Caſus dementis correctio ſit ſapientis, gl. in §. titulos in authen. de mand. princip. coll. 3.

Pro. Confeſsi de ſe ſuper conſcientijs aliorum interrogari non debent, in l. ſi. C. de accuſat. in c. 1. de confeſ. extra.

Ob. Cõtrà de l. 1. C. de falſ. monet. & l. pecuniarum. C. de ferijs.

Sol. Speciales ſunt caſus ibi ꝑpter immanitatẽ criminũ ut latronum inſignium, uel fabricantium falſam monetam, uel committẽtium crimen læſæ maieſtatis. d. cap. 1. de confeſsis.

Pro. Caſum aduerſamq; fortunam expectare non debemus, in l. inter ſtipulantem, in §. ſacram. ff. de uerbo. obli.

Ob. Contra, de l. diuortio, uer. ſed & ſi facere. ff. de nego. geſt. ubi habetur ratio caſus fortuiti, aduerſæque fortunæ.

Sol. Ibi ſpectatur quod in futurum contingere poteſt, propter delictum geſtoris, qui à ſe non exigit, ut ibi not.

Pro. Cuius ſpecies eadem conſiſtit, eadem res exiſtimãda eſt l. proponebatur. ff. de iud.

Pro. Conceſſo uno inconuenienti, ſequitur aliud. l. fin. C. de uſur. rei iud. l. in ratas. C. de reſcin. uend.

Pro. Creſcẽtem delicto creſcere debet & pœna. l. nemo, in fin. C. de epiſ. aud. l. relegati. ff. de pœnis, in l. quicunq; C. de ſeru. fugit.

Ob. Cõtra nemo duplici pœna debet affligi, in l. licet, in §. fin. ff. naut. caup. ſtab. can. presbyter. 81. diſt. c. at ſi clerici extr. de iud.

Sol. Duplex pœna dari nõ debet, cum utraq; per ſe ſufficit: alias bene poteſt inferri duplex pœna, & pro hac ſolutione bene facit textus in can. ſunt plures, de pœnitent. diſt. 3.

Pro. Cum ſemel adita eſt hæreditas. omnis defuncti uolũtas rata conſtituitur in l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam. ff. ad trebel.

Pro. Cum ſemel adita eſt hæreditas, omnia iura tranſeũt ad hæredes. l. cum hæredes. ff. de acq. poſſeſſ.

Pro. Cui non cõueniunt uerba legis nec legis diſpoſitio conueniet. l. 1. §. ſi filius. ff. ne quis eum qui in ius uocat. eſt ui exim.

Pro. ceſſante ratione legis ceſſat & ipſa lex. in l. quod dictum. ff. de pact.

Pro. Cupiditas, ſeu concupiſcentia eſt omnium malorum radix. Tim. 6. & in can. bonorũ 47. diſt. in c. nam cõcupiſcentiam, extra de conſtit.

Pro. Charitas autem eſt omnium bonorum radix, in can. quia radix, de pœnit. diſt. 3.

Pro. Contract. ſunt facti. l. conſilio. in §. fin. ff. de cur. furioſ.

Pro. Certus & determinatus dẽt eſſe numerus clericorũ in eccleſia. §. 1. in auth. ut determ. ſit numer. cleri. col. 1.

Obiic. Cõtra, quia numerus canonicorum determinatus augetur, in c. cum M. Ferrarienſis, extra de conſtit.

Sol. Ibi ex iuſta & rationabili cauſſa augeri põt ſuperexcreſcentibus ſcilicet eccleſiæ fructibus, ad diuini cultus augmentum.

Pro. cauſſa debet præcedere ipſum effectum. l. quod dictum. ff. de pact.

Pro. Cor Regis in manu dei ẽ. & ubi uoluerit & inclinabit. in l. inter claras. C. de ſum. Trini. & fide catho.

Pro. Conuicto mortuo, memoria quandoque eius damnatur. l. fin. ff. ad l. iul. maieſt. in §. interdũ. inſt. de hæred. ab inteſt.

Pro. Conditio extitura non reddit cõditionalem diſpoſitionem, ſed puram. l. ſi pupillus. §. 1. ff. de nou. & de leg.

Ob. Contra de l. quibus diebus. §. cum quidam. ff. de cond. & demonſtr. ubi legatum redditur conditionale per conditionem, ſi moriatur, quæ tamen eſt omnimodo extitura. l. 1. ff. eo. tit.

Sol. Dic quod legatum ſub hac conditione, ſi moriatur, eſt quidem purum quoad trãſmiſsionem legati, ut in l. hæres meus. ff. de cond. & demon. quoad uero locutionem, eſt conditionale, quia incertum eſt quando morietur. l. dies. ff. eod. tit.

Pro. Caſſato principali caſſatur & acceſſorium, in le. nõ dubium. C. de legib. in l. cum lex. ff. de fideiuſſ. l. 1. & 2. ff. de pecul. leg. in §. liberis, inſt. de pup. ſubſt. & §. 2. inſt. de hæred. inſt. l. cum principalis. ff. de reg. iur. c. inter dilectos, ext. de fid. inſtru. c. cum quid. & c. acceſſorium de reg. iur. in 6.

Ob. Contrà de authen. ex cauſſa. C. de lib. præter. uel exhæred. ubi caſſata inſtitutiõe quæ eſt caput, & fundamẽtum teſtamenti. §. ante hæredis, inſt. de lega. remanent ſalua legata, & fideicommiſſa.

Sol. Illud in odium parentũ qui prĉterierunt, uel exhæredarunt ſine iuſta cauſſa filios.

Ob. Secundo contra de auth. furioſi. C. de epiſ. aud. ubi tenet legatum in teſtamento, non hæredis inſtitutio, ſeu teſtamentum.

Sol. Illud ibi in odium filiorum qui patrem cõtempſerũt: quod non militat in acceſſorijs legatis, ſicut in inſtitutione principali, ergo non ſequimur principale.

Obiicit. Tertiò contrà de c. cũm cõtingat, extra de iureiur. & c. pactum de pact. in 6. ubi nõ tenet principalis cõtractus de iure, & tamen ualet acceſſorium.

Sol. Ibi ratione iuramenti propter animæ periculũ quod eueniret ſi non ſeruaretur, ut ibi.

Obiic. Quartò contra de l. 1. & authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. uẽdi. ubi principalis cõtractus mi no

ris non ualet, quia reſtitutio competit minori, & tamen acceſſorium iuramentum ualidum eſt.

Sol. Illud eſt propter periurij periculum, quod nõ uerſatur eodem modo in principali contractu, ſicut in acceſſorio.

Op. Quinto, & ultimò oppono. De l. ſtipulario iſta, in §. alteri. ff. de uerb. obl. ubi ſtipulatio principalis alteri facta non ualet, & tamen ſtipulatio pœnæ acceſſoria ualida eſt.

Sol. Ibi acceſſorium eſt præter legem, & non contra legem, & ideo tenet ſecundum gl. in d. l. cum principalis.

Pro. Conuentio facta contra ſubſtantiã contractus facit conuentionem in alium contractum tranſire, ubi ſignificatio uerborum patitur in l. ubi ita donatur. ff. de don. cauſſ. mortis.

Pro. Ciuilia iura tolli poſſunt. l. non eſt nouum. ff. de legib. in §. fin. inſt. de leg agn. tut. & §. penu. inſt. de iur. na. gent. & ciuil. & §. at hi qui, inſti. de hære. ab inteſta.

Pro. Cõſuetudo eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. c. cum dilectus, ex. de conſue.

Pro. Conſuetudo pro l ge obſeruatur ibi deficit lex l. de quibus uerſi. inueterata. ff. de legib. l. diuturna, & l. ſed ea. ff. eo. titu. in c. conſuetudo. 1. diſt.

Pro. Conſuetudo uincit legem. l. de quibus in fin. ff. de legib. in c. fi. extra de long. conſuetu.

Op. Contra de l. conſuetudinis. C. quæ ſit long conſuetu. canonizata, in can. conſuetudinis. 11. diſt.

Sol. Dic quòd ſi conſuetudo eſt generalis, legem generalem tollit, d. l. de quibus in fin. ſi uerò ſit ſpecialis, legem ſpecialem tollit, in l. uenditor in §. ſi conſtat. ff. commu. præd. non autem legem generalem, ita intelligunt doct. finem d. l. conſuetudinis.

Pro. Conſuetudo legem limitatur, in §. ex nõ ſcripto, inſti. de iur. nat. gent. & ciuil.

Pro. Calamitas matris filio nocere nõ debet. §. 1. inſt. de ingenuis.

Pro. Crimen cõtrahitur ſi & uoluntas intercedat. l. 1. C. ad Leg Corn. de ſicar.

Pro. Cũ lex nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus l. de precio. de pub. in rẽ act. ff. l. præſes. ff. de officio præſid. in c. ad audientiam, ex decim.

Op. Contra de l. quamuis. ff. de in ius uoc. ubi lex non diſtinguit, nos tamen diſtinguimus.

Sol. Nos nõ debemus diſtinguere, niſi una lex diſtinguatur per aliam, ut ibi.

Pro. Crimina morte extinguũtur l. ſi. in ſi. ff. ad le. iu. maie. in l. 2. C. ſi reus, uel accuſ. mort. fuer.

Pro. Communio ſolet excitare diſcordias. in l. cũ pater. in §. dulciſsimis. ff. de lega. 2.

Pro. Cõfeſſus habetur pro iudicato l. 1. ff. & C. de cõfeſ. l. poſt rem. ff. de re iudica.

Op. 1a. Contra quia etiam confeſſus condemnãdus eſt: ut l. Iulianus. ff. eod. tit. & l. ſi domus, in §. qui confitetur. ff. de leg. 1.

Sol. Simpliciter confeſſus condemnandus non eſt, ut hic: ſed ubi non ſimpliciter confeſſus, ſed cum aliqua adiectione qualitatis, ut ſi hæres confiteatur ſe quidem debere rem legatam, ſed non poſſe redimere, uel ſpeciem interijſſe, uel ſimile, ad æſtimationem eſt condemnandus, ut ibi.

Pro. Creditor non debet uenire cum ſacco paratus, expectare enim modicum tempus, ſcilicet decẽ dierũ debet ad ſoluendum, in l. quod dicimus. ff. de ſolu. in l. promiſſor ſtichi. §. 1. ff. de conſt. ui. pecu. l. ſi debitori. ubi gl. ff. de iud. in §. ſi. inſti. de inut. ſtipul.

Pro. Cœlum quod ſupra ſolum noſtrum intercedit, liberum eſſe debet. l. ſi intercedat. ff. de ſeruit.

Pro. Cœpta uſucapio, uel præſcriptio per defunctũ, continuatur per hæredem in l. cœptam, ff. de uſucap.

Op. Contrà de l. cum hæres, ff. de diuerſi. & tempo. præſcri. ubi hæres uſucapere nõ poteſt rem à defuncto poſſeſſam.

Sol. Ibi erat uitioſa poſſeſsio defuncti, ideo nec hæs uſucapere poterat, cùm in omne ius defuncti hæres ſuccedat, ut ibi in principio dicitur.

Pro. Clauſula generalis nõ refertur ad ſpecificata. l. doli clauſula. de uer. oblig. ff. l. ſanctio legum, ff. de pœni. l. 4 ro. ff. de actionib. empt.

Op. Cõtra quia clauſula generalis refertur ad ſpecificata, in l. ſi de certa. C. de tranſa. & in l. age cum Geminiano C. de tranſact.

Præterea clauſula generalis plura continẽs ad omnia expreſſa refertur. l. ſi ſeruus ſeruum, in §. inquit lex. ff. ad leg. aquil. l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. & l. 1. C. de lib. præte. uel exhæred.

Sol. Ibi clauſula generalis fiebat tantum pro his quæ expreſſa ſunt hic pro alijs. unde nõ refertur ad nominata.

Pro. Correlatiuorum idem eſt iudicium, nã quod de uno dicitur de altero neceſſe eſt ut intelligat. in l. ſi de in di. uid. toll. in l. ſi. ff. de accep. in l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11.

Pro. Cui iuriſdictio data, & omnia ſunt cõceſſa, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. l. 2. ff. de iuriſdi. om. iudi. in cap. ſuſpitionis, ex. de officio & poteſt. iud. deleg.

Pro. Compoſitũ aliquando pro ſuo ſimplici ſumitur, no. glo. in rub. ff. de dot. præleg. in l. uerborum reddendi. ff. de uerb. ſig.

Pro. Contractus in dubio intelligitur ſecundum conſuetudinem. l. ſi prius. §. 1. ff. de aqua plu. arcend.

Pro. Condemnatio non tenet, ubi ſentẽtia condemnatoria non ualet l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.

Pro. Conditio purificata pro pura habet. in l. ſi pupillus. ff. de condi. inſti. l. ſi. §. Titius. ff. de cond. & demonſtrat.

Pro. Conſuetudo uim rei iudicatæ habet. l. nam imperator. ff. de leg.

Pro. Conſuetudo firmata eſt ubi ſimili aliquando contradictorio iudicio quid eſt obtentum ſeu iudicatum l. cũ de conſuetudine. ff. de legib.

Pro. Conſuetudo eſt altera natura. l. ſi quis poſthumos, ubi glo. ff. de lib. & poſth.

Pro. Cauſſa, uel lis, ſemel finita tractari nõ debet. l. cauſſas, uel lites. C. de tranſactio. in l. poſtquam liti. C. de pact.

Op. Cõtrà de l. admonendi, ff. de iureiur. ubi cauſſa de nouo tractatur.

Sol. Illud fit propter inſtrumẽta de nouo reperta, quibus quis uſurus eſt, ut ibi.

Pro. Commẽdare & deponere ſunt idem. l. Lucius. ff. de poſſeſ.

Pro. Creditori licet uigilare ad ſuum conſequendum. l. ſumma. ff. de pecul.

Pro. Canonicatus eſſe non debet ſine præbenda. c. relatum, & c. dilectus, extra de præbend.

Pro. Concubinatus eſt iuri ciuili permiſſus. l. in concubinatu, in ſi. ff. de concub.

Op. Contrà de can. nemo, & can. dicat aliquis. 33. q. 4. ubi quicquid præter uxorem legitimam committitur adulterij crimine damnatur, ergo per conſequẽs concubinatus prohibetur.

Sol. Hoc uerum eſt de iure canonum, ut ibi.

Pro. Caſſus omiſſus diſpoſitioni iuris cõmunis relinquitur. l. commodiſsime. ff. de li. & poſt. in l. ſi extraneus. ff. de cond. cauſ. data, & cauſ. non ſecut.

Pro. Cum labor in damno eſt creſcit mortalis egeſtas, nemo debet manducare labores noſtros, cum diligẽtia & opera alicuius dãnoſa eſſe ſibi non debeat in l. ſi. ubi gl. C. de allu. & pallu. & in §. ne autẽ labor, in auth. de iud. coll. 6. quod not. pro donis doctorum, labor enim ſine fructu eſſe non debet, optat. n. præmia quiſque labor, in can. ibi. 7. q. 1. & can. charitatem. 13. q. 1.

Pro.

Pro Caſus fortuiti non præſtantur in bonefidei iudicijs l. quæ fortuitis. C de pigno.actio.l.2.§.fi.eo. tempore. ff. de admi.rerum ad ciui.pert.in l.contractus,de reg.iur.

Ob. Contra de l.ſub tracto.C.de fur.ubi caſus mortis præſtatur.

Sol. Ibi in odium furis uel raptoris,quos nullus caſus fortuitus excuſare debet.l.2.C.quod met.cauſſ.in l.2.§. rectiſsimè.ff.de ui & ui arma.cum ſemper ſint in mora alienas res contrectantes inuitis dominis.l.in re,& l,ſi.ff, de condi.furt.

Ob. Secundo contra de l.ſi.C.de condi.inſer. ubi ſeruus tenetur de caſu fortuito.

Sol. Ibi ratione libertatis,quæ eſt ineſtimabilis.l.libertas. ff.de reg.iur.

Pro. Cauſarum merita partium aſſertione panduntur in l. fin.C.ſi per uim uel alio mod.c.cum ex literis, ext.de in integ.reſtit.

Pro. Coniuncta perſona agit ſine mandato, procuratorio nomine,in l.ſed & hæ.ff. de procurat.

Pro. Conditio eſt de futuro non de præſenti,uel præterito.l.cum ad præſens,cum duabus l.ſequent.ff.ſi cer. pet. l.inſtit.ff.de cond.inſtit.

Ob. Contra de l.quibus dieb. in §. quidam ff. de cond.& demonſtrat.ubi ualet conditio talis,ſi moritur, & ſic de præſenti.

Sol. Ibi præſens pro futuro ponitur,& exponitur ſi moritur,pro ſi morietur,ut ibi gl.

Pro. Connexorum idem eſt iudicium , ideo quod de uno dicitur de altero intelligitur l.cum actum. ff. de negot. geſt.l.plerumq; ff.de ædil.edict.in c.translato,extra de conſtit.

Pro. Conditio nihil ponit in eſſe.l.ſed & ſi ſub conditione.ff.ſi quis omiſſ.cauſſ.teſtamen.l.legata quæ ſub conditione.ff.de conditio.& demonſtrat. & l. cedere diem. ff. de uerb.ſignifi.

Pr.Conditio ſit per ſi,modus per ut,cauſſa per quia.l.demonſtratio falſa,in §.ſi.ff.de condi.& demonſtr.gl.in l. 1.C.de his quæ ſub mod.uel cond.fiunt,& in Rubric.C. de fal.cauſ.adiec.Bart.in l. 1.ff,eodem tit.de cond. & demonſtr.

Pro. Conditio eſt triplex,caſualis,poteſtatiua, & miſta.in l.unic.in §.ſi autem ſub conditione.C.de cad.tollend.

Pro. Conditio debet adimpleri in forma ſpecificata.l.qui hæredi. & l. mæuius.ff.de cond. & demonſtr.

Pro. Cui damus actionem,multo magis exceptionem.l.1. §.quod autem ait prætor.ff.de ſuperfic.

Ob.Contra de l.ſi quis conductionis.C.locat. ubi conductor debet prius poſſeſsionem reſtituere quam de proprietate litigare.Huic ergo datur actio non exceptio domini.

Sol. Hæc regula non habet locum in poſſeſſorijs,quia prius debet cognoſci de poſſeſsionis cauſſa, quam proprietatis l.ordinarij.C.de rei uendi.§.retinendæ,inſti.de interiect.hoc ſentit gloſ.in l.inuitus in §.cui damus.ff.de reg.iur.

Pro. Cedens bonis neque agit neq; conuenitur. leg. item ſi unus.ff.de arbit.

Pro. conſueta relinquere durum eſt. l. præcipiunt. ff. de ædil.edi.

Pro. Collatio beneficiorum inter fructus annumeratur. gloſ.communiter approbata in cap.cum olim , extra de maior.& obed.

Pro. Certa eſt nummorum æſtimatio l. nummis. ff. de in lit.iur.

Pro. Contentum pro continente ſumitur in l.certo. ff.de ſeruit.ruſti.prædiorum,& ibi gl. in l. iuriſgentium in §. quod ferè,ubi glo.de pact.

Pro. Cautius eſt negotiandum l.in ciuilem.C.de fur.

Pro. Coacta uoluntas,uoluntas eſt in l.ſi mulier.§.penul. ff.quod met.cauſ.in can. merito,ubi gloſ. 15.q.1. unde uerſus.

Sicque uolens factus, quod nollem uelle coactus.

Ob. 1 ac. Contra de l.uelle.ff.de reg.iur.ubi uelle non creditur,qui coactus ab alio uult.

Sol. Coacta uoluntas non eſt uoluntas ſimpliciter , ut in contrario,ſed ſecundum quid , ſcilicet coacta , & ita intellige.

Pro. conuentio facta in una re uel perſona, non extenditur ad aliam,in l. ſi unus,in §.ante omnia.ff.de pact.

Ob. Oppono primo de l.fideiuſſoris,uerſi.cum alio.ff.eodem ti.ubi conuentio cum alio facta alij prodeſt.

Sol. Ibi quia principaliter intererat paciſcentis.

Ob. Secundo oppono de l.& ſcum.§.ſi.cum l.ſeq.& l.reſcriptum.in princ.ff.eod.ubi maior pars creditorum remittens partem debiti præiudicat alijs creditoribus.

Sol. Illud propter eorum utilitatem fieri uidetur,quia debitor non eſt ſoluendo,& quia non haberent quem conuenirent,cum hæres nollent adire ſine remiſsione partis debiti,ut ibi not.

Ob. Tertio obſt.l.in cauſſæ.§. ſi.ff. de proc.ubi ſtipulatio a procuratore facta prodeſt domino.

Sol. Ibi quia procurator,& dominus eadē perſona reputantur.

Ob. Quarto obſt.l.ſi pupillus.ff.de admi. tut.ubi conuentio liberatoria facta cum uno tutore,alij tutori prodeſt: idem in magiſtratibus collegis,ut ibi dicitur.

Sol. Ibi plures tutores in eadem tutela , uel magiſtratus in eodem officio,pro una eademque perſona reputātur. Ideo pactum factum cum uno,trahitur ad alium.

Ob. Quinto & ultimo opponitur de l.tale pactum, in §.ſi. de pact.ff.ubi conuentio de fratre extenditur ad filium.

Sol. Ibi conuentio fuerat facta de hærede ſuo fratre,& ſic teſtator uoluit conſulere ſuo hæredi, & ſic per conſequens filio ſuo.

Pro. Conuentio dat legem contractui. l.1. §. ſi conuenerit.ff.de poſſ.l.contractus.de reg.iur.ff.

Ob. Contra l.pacta nouiſsima.C.de pactis,ubi conuētio quæ fuerat facta inter partes,non ſeruatur .

Sol. Ibi quia ultima conuentio priori derogauit .

Pr. Creditor ſoluto debito retinens & celans pignus, tenetur furti l.ſi quis uxori §.cum creditorem.ff.de furt.

Pr. Conueniunt rebus nomina ſæpe ſuis in §.& eſt aliud. inſt.de donat.

Pr. Contra præſumptionem iuris & de iure non admittitur probatio in contrarium,ut in caſu l.1.in princ.C.de rei uxo.act.& l.ſciendum.ff.de uerb.oblig.& l.fin. C.ad uelleia.Ratio eſt,quia hoc caſu lex præſumitur de facto & ſtatuit.

Contra autem præſumptionem iuris tantum admittitur probatio in contrarium,in l.etiam.ff.de dona. inter uir.& uxo.& l.in libere.ff.de rit.nup.l. ſi chyrographū. ff.de proba.in l.non eſt uериſimile , ubi glo. eſt not. ff.de eo quod met.cauſ.hæc eſt communis traditio gl.& doc. in l.ſiue poſsideris.C.de probat.& in c.is qui fidem. extra de ſponſ.& matri.

Pro. Curare debet Præſes prouinciæ, ut malis hominib. prouincia ſit purgata l.præſes,& l. congruit. ff. de offic. præſid.

Pr. Curare debet iudex ut ſententiam ferat certam in §. curare inſtit.de actio.

Pr. Cuius quis in agendo obſeruat arbitrium, eundem habere & contra ſe iudicem in eodem negotio non dedignetur.l.cum papinianus,& auth.& conſequenter.C.de ſent.& interl.omn.iud.can.accuſatores.§. cuius in agendo.3.q.8.

Pr. Conſuetudo mala radicitus eſt euertenda, can. mala. 8.diſtinct.

Pr. Contractus qui conſenſu contrahuntur,cōtrario conſenſu diſſoluuntur l.ab emptione.ff.de pac.§.ſi.inſt.qui. mod.toll.oblig.l.nihil tam naturale.ff.de regu.iur.

Pr.

Pa. Carcer ad continendos homines nó ad puniendos dari debet. l. aut damnum. in §. ſolét. ff. de pœnis. l. ſi. C. de cuſt. re.

Oa. Contra, Imo carcer non ſolum datur ad cuſtodiā, ſed etiam ad pœnam, ut in c. quamuis, de pœnis, lib. 6.

Sol. Ibi de iure canonico.

Pa. Caput eſt pars hominis principalior, per quam cognoſcimur. l. cum in diuerſis. ff. de reg. & ſumpt. fune.

Pa. Clericis nec uxores nec concubinas licet habere. l. eū qui, & authen. multo magis. C. de epiſco. & cleric. can. interdixit 32. diſt. & can. cum omnib. 81. diſt. c. 1. & c. a nobis, de coha. cle. & mulie.

Pa. Contraxiſſe unuſquiſq; intelligitur in eo loco, in quo ut ſolueret ſe obligauit l. contraxiſſe. ff. de act. & oblig. l. 4. de bon. auth. iud. poſsi.

Oa. Contra de l. eum qui. §. 1. ff. de conſt. pecuni.

So. Licet de iuris fictione ibi contrahere uideatur, tamen ibi habet forum, ubi uerba contractus fuerunt. Et ideo ibi conuenietur: uel dic, quod ibi non poteſt conueniri propter legationem, ut ibi glo.

Pa. Ciuibus relictum ciuitati uidetur relictum. l. ciuilibus. ff. de reb. dub.

Pa. Correctio non eſt fienda per ſubaudiros intellectus, gl. communiter approbata in c. cupientes, §. quod ſi per uiginti, de elect. in 6.

Pa. Correctiones ſunt euitandæ in iure noſtro, niſi expreſſe fiant, in l. ſi quando C. de inof. teſt. in l. præcipimus, in fin. C. de appella. in l. ſancimus. C. de teſtam. cap. cum expediat, de elect. in 6. Vnde in correctorijs non ſolet fieri extenſio de uno caſu in alium, in l. ſi uero. §. de uiro, ff. ſolu. mat. in l. fi. & auth. quas actiones, ubi not. C. de ſacroſanct. eccleſ.

Oa. Contra, de l. ſi quis ſeruo, iuncta glo. C. de fur. & l. illud, cum glo. C. de ſacroſan. eccle. Vbi etiam in ſtatuto correctorio fit extenſio de uno caſu in alium.

So. Verum eſt, ubi eſt eadem ratio & æquitas, uel ubi ſunt ſimiles caſus, ut ibi.

Pa. Circuitus ſunt euitandi l. ſingularia. ff. ſi cer. peta. l. dominus teſtamento. ff. de cond. indeb. l. ne in arbitris §. fi. C. de arbitr. in l. fi. C. de adoptio. in clement. auditor, de reſcript. in clem.

Oa. Contra, de l. 5. in principio. ff. ad l. Rho. de actu. ubi dānum paſſus agit cum magiſtro, & magiſter cum uectore, & ſic fit circuitus.

So. Dic quòd etiam ibi circuitus euitari poteſt, quia ſi Magiſter agere nolit, uel retinere merces, recta uia aget dānum paſſus, ut ibi glo. declarat.

Oa. Præterea contra de l. ſi uſusfructus, in princ. ff. quem admo. uſuf. caueat, Vbi uſufructuarius cauet domino, & fideicommiſſarius fructuario, & ſic cum circuit.

Sol. Illud eſt ibi propter ſpem uſufructus, ut ibi not.

Pa. Clauſula quantumlibet generalis non refertur ad ea quibus non cenſetur eſſe actum, uel cogitatum inter partes. l. cum aquiliana, & l. qui cum tutoribus in §. fi. ff. de tranſactio. l. age. & l. ſi de certa. C. eod. tit.

Oa. Contra de l. ſub prætextu, 11. reſc. C. eodē, ubi generalis tranſactio in omnibus præiudicat etiam de quibus non eſt cogitatum inter partes.

So. Ibi erat generalis petitio, & tranſactio: Hic autem ſpecialis petitio, & generalis trāſactio quoad uerba: unde non refertur niſi ad ſpeciem petitā, ita not. gloſ. in l. tres fratres. ff. de pact.

Pao. Cum ſpeciale nomen habemus, ad generale non recurremus. l. mortis cauſſ. capitur. ff. de donationib. cauſſa mortis.

Pa. Culpa ſimilis eſt tam docere, quàm diſcere prohibita. l. culpa. C. de malef. & mathem.

Oa. Contra de l. quicunque, in fin. C. de hæret. ubi plus puniuntur docentes, minus autem diſcentes.

Sol. Ibi non diſcebat, ſed tantum erat cauſſa diſcendi, ut ibi gloſſ. intelligit.

Pa. Capite ægrotante, omnia membra ægrotant, in can. ſicut 7. q. 1.

Pa. concuſsis columnis corruit ædificium cap. qualiter & quando 2. extra de accuſatio.

Pa. cōſiderandum eſt in omni actu, id quod principaliter agitur, non quod incidenter l. ſi quis nec cauſſam, & l. rogaſti. ff. ſi cert. petat.

Pa. Cum lex quid in præteritum indulget, in futurum uetat. l. cum lex. ff. de legib. Econtrario, Cum lex in futurū uetat, in præteritum indulget. l. leges. C. de legibus, in c. fi. extra de conſtit.

Pao. Continuatio rubricæ ad rubricā debet fieri ad proximiora, uulg. l. 5. ff. de ſtatu hominum, arg. l. cum de lanionis, in §. aſinam molendinariam. ff. de fund. inſtrumentoque leg.

Pa. contractus claudicare non debent. in l. labeo, in §. contractum. ff. de uer. ſign. in l. conſenſu. ff. de act. & oblig.

Oa. Contra de §. 1. inſti. de auth. tuto. ubi pupilli nō obligantur, maiores autem obligantur ex contractibus ſine tutoris authoritate celebratis.

So. Verum eſt quod multi contractus claudicant, & ex una parte poſſunt tenere, & ex altera non: ut ſi pupillus contrahat cum maiore ſine authoritatē tutoris, ut in l. nō eo minus. C. de procur. & in l. Iulianus, in §. ſi quis a pupillo. ff. de actio. empti. Idem in eccleſiaſticis rebus ſine conſenſu epiſcopi alienatis, quia reuocantur ad ius eccleſiaſt. in can. ſi qua de rebus 12. q. 2. Idem in ſponſalibus cum impubere contractis, in c. de illis. ubi bona eſt gl. ext. de ſpon. impub. ubi maior minorē expectat ratione ſuæ promiſsionis non matrimonij, ut ibi not.

Pa. Contrahentes inuicem ſe poſſunt naturaliter decipere in l. in cauſſæ, in §. idem Pomponius. ff. de minor. l. item. §. quemadmodum. ff. loca.

Oa. Contra, quia contractus dolo partium celebratus ipſo iure non ualet. l. & eleganter. ff. de dol.

So. Regula noſtra uera eſt, dummodo abſit dolus, ut ibi nota.

Oa. Præterea contra de l. 2. C. de reſcind. uen. ubi reſcinditur contractus uenditionis ſi emptor deceptus eſt in iuſto rei precio.

So. Dic quod contrahentes poſſunt ſe decipere uſq; ad dimidium iuſti precij; ita intelligitur iſta regula: ultra uerò dimidium non poſſunt, ut in contrario.

Pa. Conditio ſubintelligendo eſt etiam ſi nō apponatur, in l. cum quis. ff. de ſolut. ubi conditio ſubintelligitur in contractu; ſi in eodem ſtatu maneat is cui ſoluendū eſt, in l. cum ſeruus. ff. de cond. inſtit. & l. auia. ff. de condi. & demonſtrat. ubi conditio in inſtitutione adiecta in legato uſ repetita, & in l. ſi cui. ff. de ſeru. iut. ibi, nam quædam in ſermone tacite excipiuntur, & in l. dotis promiſſio. ff. de iur. dot. ubi omnis dotis promiſsio futuri matrimonij tacitam conditionem habet: item in iuramento intelligitur ſemper conditio, excepta legis, aut principis authoritate. l. ſi. ff. qui ſatiſd. cogan. & c. uenientes, extra de iureiur. & in reſcriptis clauſula: ſi preces ueritate nitantur, not. 2. ext. de reſcript.

Oa. Contrà de l. uniuerſa. C. de diuerſ. reſcrip. & can. dicenti. §. uniuerſa. 25. q. 2. ubi non ualet reſcriptum niſi ſit expreſſa conditio in reſcripto, ſi preces ueritate nitantur.

Sol. Verum eſt ſecūdum leges, ſecus ſecundum ius canonicum, ut ibi.

Pan. Contraria in eodem ſubiecto conſiſtere nō poſſunt, unde allegans contraria non eſt audiendus, in l. 1. C. de furt. l. 1. ff. man. l. titiæ. ff. de condit. & demonſtr. l. contra maiores. C. de inof. teſtam. in cap. ſollicitudinem, in fin. extr. de appell.

Oa. In contrarium primò allegatur textus in l. Papinia. in §. ſed neq; impuberis. ff. de inoffi. teſta. ubi lex uariationem hæredis admittit, quia poteſt allegare nūc teſtamentum

mentum eſſe filij, nunc patris. & ſic contraria allegat.

So. Contraria allegans, non auditur. intellige hoc in eadẽ inſtantia ſeu iudicio, ſecus in diuerſis inſtantijs ſeu iudicijs, quia tunc permittitur contraria allegare, ut in contrario, & ibi uide Bart.

Oa. Præterea obſtat. l. nonnunquam. ff. de coll. bon. ubi uarietas permittitur, & concilium mutandi prætor non aſpernatur.

So. Ibi caſus eſt ſpecialis in hæreditate paterna, quæ eſt quaſi nobis debita, ut ibi not.

Oa. Adhuc opponitur de l. naturaliter, in §. nihil commu. ff. de acqui. poſ. ubi petitorium quo quis dicit alium & nõ ſe poſsidere, & poſſeſſorium retinendæ, quo dicit ſe poſsidere non alium, concurrunt: & ſic concurſus contrarietatis ibi admittitur.

Sol. Ibi diuerſis reſpectibus poſſeſſorium retinendę, & petitorium ſimul in eodem iudicio intentatur ab uno & eodem, quia petitorium propter naturalem poſſeſsionẽ alterius intentatur. Poſſeſſorium uero retinendæ propter ciuilem meam poſſeſsionem, uel naturalem, quam alius habet a me, ita intelligunt gloſ. & doc. d. §. nihil commune.

Oa. Quarto contra de l. 1. C. de ſeru. fug. ubi ſeruus facit furtum ſui, & ſic eſt agens & patiens ſimul, quæ ſunt contraria.

So. Ibi ſpeciale in ſeruo fugitiuo, ut interrumpatur uſucapio, ne fuga ſeruorum dominis damnoſa ſit, ut ibi dſ.

Oa. Vltimo onus & emolumentum ſunt contraria, & tamen in eandem perſonam concurrunt. l. ſecundum naturam ff. de reg. iur.

Sol. Dic quod non eodem tempore, hęc autem regula intelligitur, quando ſimul & eodem tempore cõtraria cõcurrunt.

Pro. continens pro contento accipitur in l. ſolent, iuncta glo. ff. de offic. proconſu. & lega.

Pro. Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti. l. culpa. ff. de reg. iur.

Oa. Contra quia quis ad aliena negotia tractanda inuitatur in l. 2. ff. de neg. geſtis.

Sol. Ibi nõ culpabiliter alienæ rei ſe immiſcet, ſed potius officium ſuum adimplet: homo enim homini debet officiũ ſuum. l. ſi ſeruus, de ſeru. ex por. ff. Vel dic quod hoc eſt in utilitatem abſentium introductũ, ne res ſuas amittant. l. 1. ff. eo. ti. §. 1. inſt. de oblig. ex quaſ. contract.

Pro. Cui committuntur præcedentia, & conſequentia uidentur commiſſa, in l. ſi procurator. & l. indebitũ. ff. de condi. indeb. in l. qui procuratorem. ff. de procu. in l. inuitus. C. eod. tit.

Oa. Cõtra de l. cum procurator in §. fi. ff. de colla. bon. & l. tutor. ff. de bono. poſ. & l. 1. §. unuſquiſque. ff. de ſucceſ. edic.

Sol. In his quæ pertinent ad commodum & utilitatem ipſius concedentis commiſſo præcedenti, & conſequens uidetur commiſſum, ut hic: ſecus in his quæ ſpectant ad damnum concedentis, ut in contrarijs, magna enim eſt differentia lucri & damni in l. fi. C. de codicil.

ADDITIO.

Pro. Collegium faciunt tres l. neratius priſcus. ff. de uerb. ſignifi.

Pro. Caſtitas ſola eſt, quæ poteſt cum fiducia animas hominum Deo pręſentare, in §. ſancimus, in auth. de Leno. coll. 2.

Pa. Cocus eſt nomen officij no. Accur. in l. Legatis ſeruis. §. ſi ex offi. ff. de leg. 3.

Pro. condictio eſt actio. in l. rerum amotarum actio. condictio eſt. ff. rerũ amot. tex. in §. appellamus. Inſt. de acti.

Pa. cui pater eſt populus pater eſt ſibi nullus. Accu. in §. fi. inſti. de nupt.

Pro. Ceſſante neceſsitate, ceſſare debet pariter quod urgebat can. quod pro neceſsitate. 1. q. 1.

Pro. calumniantes ad uindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij, in l. fi. c. de accu. in l. fi. C. de calum.

Pa. Ciuitas illa apud Platonem rectiſsimè ordinata traditur, in qua quiſq; proprios neſcit affectus, cap. 1. eo. diſt.

Pro. Cuius eſt poſſeſsio, eius ſit & inſtitutio, can. uſis. 2. q. 15.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Cognitio peccati eſt per legem, nam concupiſcentiã neſciebam, inquit Paulus, niſi lex diceret non concupiſces, in c. nam concupiſcentiam, & conſtit. eat.

Pro. Charitas non quærit quę ſua ſunt. 1. Cor. 13.

Pa. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. 1. cor. 15.

Pa. Cum ſancto ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris. 2. Reg. 22. Pſal. 17.

Pro. Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulchra & fatua. Prou. 11.

Pao. Corpus non inquinatur, niſi de conſenſu mentis, Matthæi. 15. can. 2. 32. q. 5.

D.

PROPOSITIO.

De cõtractibus ad ultimas uoluntates rectè arguitur in l. quę de legato. ff. de leg. 1. l. qui chyrographum. ff. de leg. 3. in l. pactum, ubi not. C. de pactis, in. §. 1. iott. de leg. ſuſ. can. 1 collé.

Oa. Contra de l. ſi ſtichum. §. 1. ff. de uerb. oblig. iuncta l. cum in annos. ff. quando dies lega. de ced. & l. ſi uxor, cũ glo. C. de cond. inſert. & l. ſi filiusfamilias, iuncta ibi gl. ff. de uerborum obl. & §. impoſsibilis, inſti. de inut. ſtip. iuncto §. impoſsibilis. inſt. de hæredib. inſt. ubi aliud ſtatutum eſt in contractibus, aliud in ultimis uoluntatib.

Sol. Vbi eſt eadem ratio ualet argumentum de contractibus ad ultimas uoluntates, ut hic, ſecus ubi diuerſa eſt ratio ut in contrarijs.

Pro. Diuerſa ratio pactum reformat in l. interpoſitas. C. de tranſact.

Pro. Dos non eſt uerè debita ſed quaſi debita filiæ, glo. in l. 3. C. de iuris & facti ignoran. & in l. mulier, in §. peo. ff. ad trebel. Adde tractatum in l. fi. ff. de coll. dot.

Pao. Deceptis & non decipientib. iura ſubueniunt in l. 2. in §. uerba. ff. ad ſenat. uelleia. in c. cũ uniuerſorum, eat. de rerum permut. & in cap. inter dilectos, extra de fide inſtru.

Pao. Dolus præponderat culpæ. l. ſi mora. ff. ſol. ma. in l. itẽ ſi obſtetrix. ff. ad l. acq.

Pao. Damnũ eſt diminutio patrimonij. l. 3. ff. de dam. infe.

Pao. Delicti uenia pœnitentib. datur. l. manichæos. C. de hæret. l. ultima. C. de ſum. trini. & fid. catho.

Pao. Dilatio conceſſa ſuper principali cenſetur cõceſſa ſuper acceſſorio. l. cum ſoluendæ, ubi Bar. ff. de diſtra. pig.

Pao. Data literarum in beneficialib. eſt inſpicienda, in c. eam te, & c. conſtitutus, extr. de reſcrip. in c. gratia, & c. ſi eo tempore, & c. ubi, & c. ff. de reſcrip. in 6. & c. cum cui, de prębend. in 6.

Opps. Contra, imò præſentatio, literarum collatori facta ſpectanda potius eſt, ut in c. capitulum ſanctæ crucis de reſcrip. extr. & c. dilectus 2. extra de præbend. & c. ſi capitulo de conceſ. præben. in 6. ubi tempus præſentationis reſcripti inſpicitur, non datæ ſeu impetrationis reſcrip.

Sol. Dic quod in c. capitulum dum dicitur, quod qui prius mandatum apoſtolicum præſentauit, ille obtineat beneficium, intelligendum eſt ita, quod qui prius, ſcilicet reſcriptum ſeu mandatum apoſtolicum pręſentauit obtineat beneficium, non autem qui prius, id eſt priori tempore

re præſentauit mandatum apoſtolicum: & ſic ibi dictio prius erit nomen, referendo eam ad mandatũ apoſtolicum, non autem aduerbium, referendo eam ad uerbum præſentauit. & ita ille textus facit potius pro regula noſtra, ſcilicet quod qui præuenit in impetrando, ille obtinet. Nec obſtat c. dilectus 2. quia ibi tempus præſentationis inſpicitur quo ad moram & cõtumaciam ordinarij collatoris, ut ibi. Et ad c. ſi capitulum, reſpõde quod ibi tempus præſentationis inſpicitur quo ad impediendum ordinarium collatorem ne alteri conferat, ut ibi: & ita habes duas limitationes pulchras ad regulam noſtram.

Pro. Defenſor proprie ſalutis in nullo peccaſſe uidetur. c. ſi quis percuſſorem. ff. ad leg. cor. de ſicar.

Pro. Diſponat teſtator & erit lex. in §. diſponat, in auth. de nup. coll. 4.

Pro. De ſimilib. ad ſimilia ualet argumentum. Similium enim eadem eſt ratio, in l. non poſſunt. ff. de legib. in l. leges. 1. C. de legib. in ca. in cauſis, extr. de re iudic. in c. 2. de transl. epiſcop.

Pro. Dictum generale generaliter eſt intelligendum. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præſtan. l. 4. de in ius uoc. ff.

Pro. Dictum generale reſtringitur per rationem, in l. cũ pater. io §. dulciſsimis. ubi Bar. ff. de leg. 2.

Po. Durum eſt coram ſuſpecto iudice litigare. c. cũ inter, extra de except.

Pro. Dimidium facti qui benè cœpit habet gl. in l. 1. ff. de orig. iur.

Pro. Debitum in gene. nunquam perit, in ſpecie tamen perit. l. incendium. C. ſi cer. pet. & l. ſi ex legati cauſſa. ff. de uer. obl.

Pro. Domini eſt terra & plenitudo eius. Pſal. 23. c. tua, extr. de deci.

Pro. De quæſtione facti non reſpondet iuris peritus. l. cũ quẽ temere in §. iudicibus. ff. de iud. in l. mora. ff. de uſur.

Ob. Contra de l. arethuſa, cum l. ſeq. ff. de ſtat. hom.

So. Dic quod decidere quæſtionem facti non uult iurecõſultus, quia facta aliena ignorare poteſt. c. 1. de conſt. in 6. ſed quærere factum, ut ex eo ius dicat, poteſt. cũ ex facto ius oriatur. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. ut in contrario.

Pro. Dare eſt accipientis facere in l. ubi autem non apparet in §. fin. ff. de uerbo. oblig. in §. ſic itaque diſcretis. inſti. de actio.

Pro. Dignum eſt ut qui ſimilem cum alijs uitam ſuſcipiũt, ſimilem enim alijs ſentiant diſciplinam, in ca. recolẽtes, ext. de ſta. mo. ſeu regul.

Pro. Differentia eſſe debet inter dantem & accipientem. l. 5. ff. de auth. tut. in c. ſi. de inſtit. extra.

Pr. De gradu in gradum eſt aſcendendum: nam qui nimis feſtinat, ſeipſum præcipitat, unde feſtina lentè. Nam qui uadit plane, uadit ſanè, in l. ut gradatim, ubi Bar. ff. de mun. & hon. gloſſ. in §. 1. inſti. de iuſt. & iur.

Pro. Dominiũ a naturali poſſeſsione cœpit in l. 1. ff. de acqui. poſſeſſ. iusque refugium & receptaculum eſt l. plerique. ff. de in ius uoc.

Pro. de Domo ſua nemo extrahi debet. l. ſed & ſi is, de in ius uoc. ff.

Pro. Donatio omnium bonorum reuocatur ſuper uenientibus liberis. l. ſi unquam. C. de reuoc. donat.

Pro. Deus non uult mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur, & uiuat, ut in princ. in auth. ut non luxur. hom. contra natu. coll. 6. in can. admonere 33. q. 2.

Pro. Diuerſa proponens nõ auditur. l. profeſsio & deſiderium tuum. C. de mu. patr. l. 10.

Pro. Diuerſitas temporum diuerſitatem donationum inducit. l. ſancimus. in §. ſi quis autem. C. de don.

Pro. De maiori ad minus, ualet argumentum, auth. multo magis. C. de epiſc. & cler. & auth. multo magis. C. de ſacroſan. eccle. in l. nec in ea. §. 1. ff. ad l. cor. de ſicar. l. 2. ubi glo. C. de patr. qui fil. diſtra.

Ob. Contra cui licet maius, non licet minus, probatur: maius eſt damnare in metallum quam deportare, cum per condemnationem ad metallum maxima capitis diminutio interueniat, per deportationẽ autem minor ſeu media, in §. maxima. & §. media, inſti. de capit. dimin. & tamẽ præſes prouinciæ poteſt damnare in metallum. l. illicitas, in §. qui uniuerſas. ff. de offi. præſid. & non deportare in inſulam l. 1. §. deportator. ff. de leg. 3.

So. Ibi illud eſt propter inſularum aſsignationem, quam ſolus princeps uel alius maximus iudex poteſt facere, quia in proprio dominio ſunt principis: deportatio autẽ nõ poteſt fieri ſine aſsignatione inſularum.

Pro. Dolo ineſt fraus l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudandi. ff. de pact.

Pro Datum meretrici non repetitur l. idem & ſi. §. ſed & quod meretrici. ff. de cond. ob. tur. cauſ.

Pro. Diſtingue tempora & concordabis ſcripturas. l. apud antiquos. C. de furt. can. ſi peccauerit 2. q. 1.

Pro. De duobus malis, minus eſt eligendum. l. quoties. ff. de reg. iur. can. duo mala. 13. diſtinct.

Ob. Contra de l. ita uulneratus, ad l. Aquil.

Sol. Ibi ob fauorem publicum ne crimina remaneant impunita.

Pro. Difficile eſt plures in unum conuocare. l. 2. in §. deinde quia difficile. ff. de orig. iur.

Pro. Delegatus iudex fungitur tantum uice delegantis nõ ſua. l. 1. §. ſi. & l. ſi prætor. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. ſolet. ff. de iuriſd. om. iudic. in c. ſane, de officio & poteſta. iud. deleg.

Pro. Delegatus iudex ſententiam ſuam exequi non poteſt. l. à diuo pio. ff. de re iud.

Ob. Contra de c. quærenti, extra de offi. & pote. iud. dele.

Sol. Ibi per annum tãtum exequi poteſt de iure canonic.

Pro. Definitum non debet latius patere, quam ipſa definitio, & econuerſo. l. 1. §. dolum. ff. de dol. mal.

Pr. Diuerſitas nominum, diuerſitatum conſtituit effectum, l. ſi idem. C. de codicillis.

Ob. Contra de l. quicunque. §. ideirco. C. de hæred. ubi eſt diuerſum nomen hæreticorum & tamen eadem hæreſis. & l. 1. ff. de leg. 1. & l. 2. C. commu. de leg. ubi legata & fideicom. diuerſa habent nomina, & tamen habent eundem effectum.

Sol. Diuerſæ appellationes diuerſos effectus conſtituunt, ubi diuerſos tractatus habent; alias minimè, ut in contrarijs.

Pro. Dolus dicitur delictũ, in l. 1. § planè. ff. de tute. & rat. diſtra. & in l. ſi ex cauſa, in §. nunc uidendum. ff. de min.

Pro. Duo ſpecialia circa eandem perſonam nõ poſſunt cõcurrere, in l. 1. C. de dot. promiſſ.

Pr. Decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quis non poteſt. l. ius noſtrum. ff. de reg. iur. in l. 1. § ſi ex fundo, ff. de hæred. inſt. in §. hæreditas, inſt. de hære. inſt.

Ob. contra de l. circa, & l. nam & ſi parentib. in §. ſi. ff. de inof. teſt. ubi teſtator decedit pro parte inteſtatus.

Sol. Hoc uerum eſt ex poſt facto, ut in contrario, ſecus ab initio, ut hic.

Pro. Diligenter fines mãdati ſunt cuſtodiẽdi. l. diligẽter. ff. man. c. cum dilecta, in ſi. extr. de reſcr. qui enim excedit mandatum, aliud quicquam facere uidetur, ideo tenetur mandati, ut ibi.

Ob. Arg. contra de l. ſi is cui. ff. quemad. ſeruit. amit. ubi qui amplius facit quam fieri debet, non facit aliud, ſed plus quam ſit faciendum, ideo nec præiudicatur ei.

So. Strictius eſt obſeruanda forma mandati, quàm ſeruitutis. Ratio, quia in negotijs alienis diligentius uerſari debemus, quã in noſtris. l. in re mandata. C. mand. in uſu uerò ſeruitutis uti quodammodo iure meo uideor. Non mirum ergo ſi excedens uſum ſeruitutis non tam punitur, quam excedens formam mandati.

Pro. Donari uidetur quod nullo iure cogente cõceditur.

l. donari.

l.donari.ff.de don.

Pr. Difficilimum eſt iuſtum dolorem temperare, in l. ſi adulterium, in §. imperatores. ff. ad leg. Iul. de adult.

Pr. Dolus dans cauſam contractui, contractum ipſo iure annullat. l. & eleganter. ff. de dol. mal.

Or. contra de c. penult. extra quod met. cau. ubi licet dolus det cauſam contractui, non tamen ſubuenitur dolū paſſo, nec reſcinditur contractus.

So. Ibi in ſpiritualibus.

Pr. Delegatus iudex delegare non poteſt l. à iudice. C. de iud. in l. ſi ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſ. ratio ponitur in l. 1. §. ſi. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſ. iuncta. l. more maiorum. ff. de iuriſd. omnium iudic.

Pro. Decem oues faciunt gregem, & quinque porci. l. oues. ff. de abigen.

Pro. Decem homines faciunt populum & turbam in l. prætor in princ. ff. ui bon. rapto. in can. unio, ubi glo. 10. q. 3.

Pro. Duo faciunt rixam & congregationem in l. prætor. ff. ui bon. rapt. & in §. 1. extra de electio.

Pro. Dictio excluſiua nō excludit ſimiles caſus, in l. ob æs alienum, iuncta glo. C. de præb. min.

Pr. Dos non poteſt eſſe ſine matrimonio. l. 3. ff. de iur. do.

Pro. Domo tranſlata cenſentur uenire quoq; domui connexa. l. creditor, in §. ſi. ff. de act. empt. l. prædijs, in §. qui domum. ff. de leg. 3. l. ſi quando. C. de bon. uac. lib. 10.

Pro. Duæ cauſſæ lucratiuæ in eundem circa eandem rem non poſſunt concurrere, in §. ſi res aliena, inſti. de lega.

Pro. Dotis cauſa fauorabilior eſt. l. 1. ff. ſolu. matr.

Pr. Diuerſitatem corporum diuerſitas ſæpe ſequitur animorum. c. quia diuerſitatem, extra de conc. præben.

Pro. Doctores excellere debent ſcientia, moribus, & facundia. l. 1. C. de profeſſ. qui in urbe conſti. libr. 12. & l. magiſtros. C. de profeſſ. & med. lib. 10.

Pro. De præparatorijs rectè infertur ad præparata. l. 1. ff. ad exhib. not. in rub. extra de iud.

Pro. Dictum determinatur ſecundum ſuam cauſſam. l. ita autem. ff. de adminiſt. tut.

Pro. Damnum fit ex culpa, iniuria ex affectu. l. qui ſeruum. ff. de act. & oblig.

Pr. Difficilis probatio eſt intereſſe. l. ſi. ff. de præ. ſtip.

Pr. Dotis conditio per pactum deterior fieri non poteſt. l. ſi unus. §. pactus, in ſi. ff. de pact. l. de die, & l. atilicinus. de pact. dotali.

Pr. Dolo facit qui contra tranſactionē expertus amplius petit. l. eleganter, in §. ſi. de cond. indebi.

Pro. Durius eſt de pecunia quam de perſona ſeruire. l. hæ operæ, & ibi glo. ff. de oper. liber.

Pro. De minimo non eſt curandum in l. ſcio. ff. de reſtit. in integ. l. ſi oleum, in §. ſi. ff. de dol. mal.

Or. Contra de l. ſi proprietarius, ff. de dam. infec. ubi modicum etiam damnum præſtatur.

Sol. In his quæ conceduntur, ſecundum ius commune de minimis curatur, ut ibi. Secus in his quæ contra ius cōmune ex ſpeciali priuilegio permittuntur, ut hic.

Or. Item contra etiam pro uno ouo datur actio, glo. in §. Gallinarum, inſt. de rerum diuiſio.

Sol. Dic quod ibi datur actio ſolum furti, non de dolo, ea ratione, quia furtum eſt improprius, & eius actio cōpetit de iure communi, de dolo autem de iure ſpeciali, ut ibi not. per doct.

Oritur. Præterea opponitur de gl. in l. ſi debitori, de iud. ubi licet non præſumamus in mora modici temporis eſſe magnum præiudicium, eſt tamen quandoque. Nam ſubito caſu quæ ualuere ruunt.

Sol. Illud eſt de raro contingenti, quia fortuito caſu eueniri poteſt, Sed iura ad ea quæ raro contingunt nō ſe adaptare ſolent, in l. 3. ff. de leg.

Pro. De dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter ualet argumentum. Ita arguit iureconſultus in l. quod meo. ff. de acquir. poſſeſſ. Nam cuius nomine poſſidetur, is poſſidet, ut ibi.

Pro. De apicibus iuris non eſt diſputandum, in l. ſi fideiuſſor in. §. quædam. ff. mand.

Pro. Diſpoſitio in filio extenditur ad nepotem. l. filiū habeo ff. ad ſenat. macedo. Appellatione enim filiorū ueniunt etiam nepotes. l. liberorum, in fin. ff. de uerb. ſign.

Pro. Delictum perſonæ in damnum eccleſiæ redundare non debet. in c. uenerabilis extra de excep.

Pro. Dies ſtatuta pro homine interpellat. l. magnā. C. de contrah. empt. & uendi. l. ſi fundum. ff. de uerb. obl. l. traiectitiæ. ff. de act. & obli. l. 2. C. de iur. emph. in c. potuit, extra locat.

Pro. Dubia iuris, principis interpretatione diſſoluuntur. Deute. 1. Exod. 17. & 18. l. ſi. C. de legib. l. 2. C. de uet. iur. enucl. l. 1. C. de relat. in §. ſi. in auth. de iud. coll. 6.

Pro. De proximo accingendus habetur pro accincto, in l. filiusfa. ff. de mili. teſta. Vnde inferunt doct. quod licentiatus habetur pro doctore.

Pro. Dignitas filij gloria eſt, & laus patria, in auth. conſtitutio. quæ de dignit. §. generaliter, coll. 6.

Pro. De his quæ ſunt iuris poſitiui, non poteſt reddi certa ratio, niſi quia pro ratione uoluntas, in l. non omniū. ff. de legib. glo. communiter recepta. in l. 1. §. pueritia, in uerbo tatus. ff. de poſt.

Pro. Duo uincula ſunt fortiora uno. l. re coniuncti. ff. de leg. 3. authent. ceſſante. C. de ſuis, & legit. hære. auth. itaque. C. com. de ſucceſsio. in §. ſed hodie, inſti. de adopt.

Or. Contra de. l. nam etſi parentibus. C. de inof. teſta. & l. ſcripto, in ſi. ff. unde lib. ubi una ratio uincit duas.

Sol. Verum eſt, ubi una eſt potior ſeu melior duabus.

Or. Præterea opponitur de l. patre furioſo. in ſi. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Vbi duo impedimenta non plus operantur quam unum.

Sol. Dic quod ibi in rei ueritate unum tantum eſt impedimentum, ſcilicet furoris: nec refert quod ibi ſit in duabus perſonis, ſcilicet in uiro & uxore, cum maritus & uxor pro una eademq; perſona reputentur, in l. 1. ff. rerum amor. Vel dic quod ibi unum impedimētum reſpectu unius eſt æquale duob. reſpectu duorum. Nam cum uir & uxor ſint duæ perſonæ cōnexæ & indiuiduæ, in §. 1. inſti. de patr. poteſt. Connexorum autem & indiuiduorum eadem eſt ratio, & quod de uno dicitur, de altero intelligitur. l. cum actum, ff. de neg. geſt. cum ſimilib. nec omittam textum in l. ſi. C. de indi. uidu. toll. ubi ſtatutū in uxore tatum porrigitur ad maritum, ergo non refert utrum ex utraque parte furor interueniat, utrū uero ex altera tantum, quod impediendum matrimonium cōtrahendum uel retinendum iam contractum, ut ibi.

Pro. Diuiſio reddit rem clariorem, in l. 1. ff. excep. in §. ſed non uſque, inſti. de leg. not. gloſſ. in proœ. inſti. in uerbo pertinet.

Pr. Duorum in ſolidum nec poſſeſsio, nec dominium, nec hæreditas eſſe poteſt, in l. ſi ut certo in §. ſi duob. uehiculum. ff. cōmo. & in l. 3. §. ex contrario, de acqui. poſ. ff. in l. hæreditate, in §. pater. ff. de caſtren. pecul. & in l. quod contra, in §. uni. ff. de reg. iur. & in c. licet, extra de probat.

Oritur. Contra de l. ſi duo ff. uti poſſi. & l. clam poſſidere in §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſ. ubi duo eandem rem in ſolidum poſſidere poſſunt.

Sol. Ex diuerſis cauſis poſſunt duo poſſidere in ſolidum, ut iuſte unus poſſideat, alter iniuſte, uel unus naturaliter, alter ciuiliter, ut in l. & habet, in §. placet. ff. de precar. Secus autem ubi ex eadem cauſa poſſiderent, ut hic.

Or. Præterea contra, duo domini eſſe poſſunt in ſolidum, maritus enim eſt dominus rerum dotalium. §. 1. inſti. quib. alien. licet uel non: uxor etiam eſt domina, in l. in rebus. C. de iure doc. eodem modo pater & filius ſunt domini in eodem patrimonio. l. in ſuis. ff. de libe. &

be.& poſthu.

Sol. Dic quod maritus uere & effectualiter eſt dominus rerum dotalium, mulier uero ficte & interpretatiue eſt domina, ex quo continue uiuit cum marito,& præſumitur eadem perſona.idem in perſona filij reſpectu patris. pater enim uere dominus eſt, filius uero improprie ſpe, d.l.in ſuis,& iſta eſt communis reſolutio doct.

Ob. Obſtat etiam quod dicitur de domino & emphyteuta,qui eum habeat rei uendicationẽ,in l.1.ff.ſi ager uectig.uel emphy. pet. per conſequens rei dominium habet,l.in rem.ff.de rei uend.

Sol. Dic quod emphyteuta dominus eſt utilis tantum nõ directus.d.l.1.Si ager uecti & ibi gloſſ. & ideo utilem habet rei uendicationem,quia d.l.in rem non comprehendit utilem rei uendicationem,ut ibi gl.not.& ita eodem modo non ſunt domini.

Pro. Doctoratus eſt nomen dignitatis,in c.quanto,ubi Pano.in 1.not.ext.de magiſt.

Pr. Diuinus cultus eſt ſemper augendus non diminuẽdus in can.uaſa,de pœnit.diſt.3.c.ex parte,ext.de conſti.

Pr.Duæ negationes faciunt unam affirmationem,in l.duabus negatiuis.ff.de uerb.ſigni.

Ob.Contra de l.fideicommiſſa,in §.ſic fideicommiſſum.ff. de leg.3.& l.1.C.de ſer.fugit.in l.fluminum, in princ. ff. de dam.infec.in l.1.§.ſi quis ita.ff.de uerb.oblig. & in §. ſed ſeruus.inſti.de inu.ſtipulat.& in §. Inordinatum, in auth.de hære.& falc.col.5. Vbi duę aut plures negationes negant,non affirmant.

So. Glo. dicit quod una negatio abundat.

Tu dic,quod duæ negationes ſi ponantur circa idem affirmant,quia tunc non ſunt duæ,ſed una tantum.Si circa diuerſa,negant.Item in numero pari affirmant,in numero uero impari negant,ita procedunt contraria.

Pro.Dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt. l. dolo. ff. de dol.mal.excep.

Ob. Contra de l.1.in.§.rediguntur. ff. quorum. ubi legatarij ex illo edicto reſtituunt legata quæ poſſident, ut his reſtitutis hæredem conueniat.

Sol. Hæc regula uera eſt,ſi quod debet ei reddi clarum ſit & liquidum,alias non,ut in contrario.

Ob. Præterea oppono,d.l.ſi quis conductionis, C.locati ubi ex illa lege reſtituitur poſſeſſio locato. ut cõductor poſtea uendicet dominium ſuum.

So. Hæc regula non habet locum in poſſeſſorijs recuperãdæ,quoniam in illis poſſeſſor ante omnia eſt reſtituendus,in l.ſi quis ad ſe fundum.C.adil.iul. de ui.

Pro.De minori ad maius ualet argumentũ negatiuę.l.qui indignus.ff.de ſenat.in c.cum illorum,ext.de ſent.exco.

Pro.Dos ſuccedit in locum legitimæ,in l.quoniam nouella.C.de inof.teſta.

Pro.Dos proprium patrimonium filiæ.l.pater filiam,ff.ad leg.falcid.

Pro.Dos ſecũdum facultates mulieris & dignitatem mariti & uxoris eſt conſtituenda,in l.quęro & l.inter ſocerum.§.gener.ff.de iur.dot.

Pro. Dos a patre profecta ad patrẽ redire debet. l. dos a patre.C.de iur.dot.hoc intellige,niſi ſuperſtitibus liberis filiæ.Ita doct.communiter uolunt, ut in l.inter ſocerum.§.cum inter.ff.de pact.dotal.

Pro.Dies cœpta pro impleta habet. l.qua ætate.ff.de teſt.

Pro.De patrono ad parentem ualet argumentum, in l.1. ff.ſi a parent.quis fue.manumiſſ.

Pro.De reſcripto ad ultimam uoluntatem ualet argumẽtum,in c.1.& c.authoritate,de conceſ.præb.in 6.

Pro.De reſcriptis ad leges ualet argumentum,in l.2.C.de legib.in l.1.ff.de conſtit. princip.

Pro.Dignus eſt mercenarius mercede ſua. c. cum ſecundũ apoſtolum,ext. de præbend.

Pro.Dies incerta pro conditione habetur, in l. dies incertus.ff.de cond.& demon.

Pro.Dolus aut deſidia alterius alteri nocere non debet, in l. electio,in §.fi.ff.de noxali act.& l.3.ff.de tranſ.

Pro.Dies mortis eſt certus,hora uero eius eſt incerta.l. 1. ff.de cond.& demonſt.

A d d i t i o.

Pro.Dictio,& cætera.inducit repetitionem omnium dictorum in præcedenti.in l.gallus.§.& quid ſi tantũ, ubi Bart.de lib.& poſth.

Pro. Defectus in diſpoſitione cõtra perſonam propter habilitatem ſuperuenientẽ conualeſcere non poteſt. in §. præterea,inſt.in quib.non eſt permiſſ.fac teſta. ubi. teſtamentum impuberis uel furioſi,non confirmatur,licet poſtea efficiatur pubes uel ſanæ mentis, & in §. an ſeruo. inſt. de lega.

Ob. Contra de l.ſi cognatis.uerſi.ceterum.ff. de reb. dub.

Sol.Habilitas ſuperueniens ſolo tractu temporis non conualidat diſpoſitionem ab initio inutilẽ ratione perſonę. l.quod ab initio.ff.de reg.iur.niſi ex uoluntate expreſſa, uel tacita,ut in l.1.C.de contro.iud.ut ibi, teſtator qui legauit cognatis uidetur uoluiſſe legare his qui cognati ſunt & tempore teſtamenti & tẽpore mortis,ut ibi not.

Pr. Demonſtratio plerunq; uice nominis fungitur. l. nominatim.ff.de cond.& demonſt.l.certum.ff.ſi cert.pet.

Pr.Diffidentia plerunq; iuuenes auertit. §.his igitur.inſt. de iuſt.& iur.

Pr.Delinquentes ſeipſos pœnę ſubijciunt.l. imperatores. ff.de iur.fiſc.

Pro. Diffugendum eſt malum,eligendum uero quod bonum eſt,in.§.1.in auth.quib.nat.effic. ſui.

Pro.Donare eſt perdere.can.paſtor.1.q. 2.

Pr.Defectu paſtoris,gregem dominicum lupus rapax inuadit.c.ne pro defectu,de elect.

Pr.Diſpenſationem exorbitantem a iure, oportet uelut odioſam reſtringi,in c.1.§.fi.de fil.presby.libr. 6.

Pr.damnato authore damnatur & eius libri.in c.fraternitatis,ext.de hæret.

EX VTROQVE TESTA.

Pro.Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram.Sap.1.

Pro.Deus ſolus nouit cor omnium filiorum hominum.3. Reg.8.

Pro.Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere.Pſal.61.

Pr.Deum time,& mandata eius obſerua, hoc eſt omnis homo.ecele. 12.

Pr.Diligite inimicos ueſtros, & orate pro perſequẽtibus uos.Mat.5.

Pr.Dominum deũ tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies.Deu. 6.& 10.Mat.4.

Pr.Dum tempus habemus operemur bonum.Gal. 6.

Pr.Deus in manufactis templis non habitat.Act. 17.

Pr. Diuiſiones multæ gratiarum ſunt, idem tamen ſpiritus.1.Cor.12.

Pr. De omni uerbo otioſo quod locuti fuerint homines inter ſe,in die iudicij reddent rationem. Mat. 12.

Pr. Deus ſcrutatur corda, & renes.Pſal.7.

Pr.Diliges proximum tuum ſicut teipſum.Mat.19.

P R O P O S I T I O.

AEQVITAS præfertur rigori,in l.placuit. C. de iud.in l.ſi ſeruan.§.ſequitur.ff.de uerb.oblig. & l.in ſumma.§.item uarus. ff. de aqua pluu. arcend.

Ob.Contra imo rigor eſt obſeruãdus,in l.proſpexit. ff.qui a quib.ubi lex quãtũlibet dura tenenda,quia ſcripta eſt.

Sol.

So. Aut rigor eſt ſcriptus & æquitas non ſcripta, & tunc rigor ſcriptus præfertur æquitati non ſcriptæ, d. l. proſpexit: aut, æquitas eſt ſcripta, & rigor iuris ſcriptus, & tūc æquitas ſcripta præfertur rigori iuris ſcripto, ut in c. fi. de tranſact. extr. ut hic.

Pro. Ei qui agit incumbit onus probandi. l. qui accuſare. C. de eadem l. 2. ff. de probat.

Ob. Contra, imo ei qui negat probatio incumbit, in l. nec codicillos. C. de codi. ubi negans quem compotem mētis probare debet.

Sol. Ibi negatiua pro affirmatiua ponitur, dum enim negat compotem mentis, affirmat furioſum, ut ibi.

Ob. Præterea contra de l. ubi. C. ad leg. Corn. de falſ. & l. fallaciter. C. de abolit. ubi non ſolum actor, ſed etiā reus probat.

Sol. Fallit ibi ratione criminis læſæ maieſtatis, uel peculatus, uel proditionis patriæ, uel periurij militis, uel criminis falſi. quæ ſunt atrociora delicta.

Pro. Vltimo contra de l. ſiue poſsidetis. C. de probat. ubi reus probat titulum ſuæ poſſeſsionis, cōtra l. cogi. C. de pet. hæred.

Sol. Ibi præſumptio eſt pro actore, ratione cuius præſumptionis erat eius intentio fundata, ut ibi.

Pro. Exemplo turpiſsimum eſt fœminino quoque uocabulo & maſculos contineri, in l. ſi ita ſcriptū. ff. de leg. 2.

Ob. Contra de l. adigere. ff. de iur. patron.

So. Ibi fauore matrimonij.

Pro. Exigere pudicitiā uir nō debet a muliere quā ipſe maritus nō exhibet i l. ſi uxor. §. ſi iudex. ff. ad l. Iul. de adul.

Pro. Ex perſona hæredum conditio obligationis immutari non debet. l. 2. §. ex his. ff. de uerb. oblig.

Pro. Ex una lite lis alia oriri non debet. l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.

Pro. Ex ebrietate procedit luxuria, & mentis furor. Prou. 29. & in can. luxurioſa, in can. uenter, in can. luxuriam, 35. diſt. in c. à crapula, ext. de uit. & honeſt. cleri.

Pro. Ebrietas eſt malorum omniū fomes ac nutrix, can. fi. 35. diſt.

Pro. Aequalitas delictorum æqualitatem pœnarum deſiderat, in l. ſi quenquā, in fin. C. de epiſc. & cleri. ubi quos par facinus comitatur, & æquat utroſque ſimilis pœna comitari debet, ad idem textus, in l. quicunque. §. fi. C. de hæret. & in §. fi. in auth. ut frat. fil. ſucced. col. 9. in c. fi. de pœni. lib. 6.

Ob. Contra de l. quædam. ff. de pœni. & l. pedius. ff. de incend. ruin. & naufrag. ubi aliquando grauior, aliquādo leuior pœna imponitur perſonis idem delictum cōmittentibus.

So. Illud eſt propter cōditionem perſonarum, & rerum qualitatem, ut ibi not.

Ob. Præterea eſt crimen rapere, uel raptum raptori ſeruare. l. crimen, ad l. Iul. de ui publi. C. & tamen inæqualis pœna ſtatuitur, plus enim punitur raptor, quam raptā rē ſeruans, in l. unic. in §. pœnas. C. de rap. uirg. ſeu iud.

Sol. Dic quod d. l. crimen ita intelligitur quod alterū crimen ex his duobus non eſt alteri diſsimile, ut ibi glo. declarat.

Pro. Ea quæ ſunt moris, & cōſuetudinis, in bonæ fidei iudicijs debent uenire. l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. ff. de ædil edict.

Pro. Error in nomine non uitiat, ſi de corpore conſtat. l. ſi in nomine. C. de teſtam. §. ſi quis in nomine. inſti. de leg. l. ſi in nomine. ff. de uerb. oblig. l. in uenditionib. ff. de cōtrah. empt.

Ob. Contra de l. ſi quis in fundi. ff. de leg. 1. & l. quoties. ff. de hære. inſt. ubi error circa rerum uocabula uitiat.

Sol. Hic in errore nominis proprij, ibi in errore nominis appellatiui.

Ob. Contra iſtud oppono de l. fi. C. de hære. inſtit. ubi error in proprio nomine uitiat inſtitutionem.

Sol. Hic in errore nominis alieni, ibi in errore proprio teſtatoris ſui nominis.

Pro. Erubeſcimus ſine lege loqui in l. illam. C de colla. in §. conſideremus, in auth. de trien. & ſemiſſ. col. 3.

Ob. Contra in legibus arguitur a contrario ſenſu in l. cū qui. ff. de don. cum ſimilibus: argumentum autem a contrario ſenſu tacite & per quandam coniecturam ex lege ſumitur. l. apud antiquos. C. de furt. & ſic non ex lege expreſſa.

Sol. dic quod contrarius legis ſenſus eſt pro lege, in l. qui teſtamento. in §. mulier ff. de teſtam. ubi glo. & apertiſsime ſenſus legis a contrario colligitur in l. ſi quis locuples. ff. de mann. teſta.

Pro. Error cōtrahentium uitiat actum qui geritur. l. in omnibus. ff. de act. & obl.

Pro. Extra territorium ius dicenti impune non paretur, in l. fi. C. de iuriſd. omn. iud. in c. fi. de conſtitu. in 6.

Ob. Contra de l. emancipari. §. apud proconſulem. ff. de adop. & l. 2. ff. de off. proc. & leg. ubi magiſtratus habet iuriſdictionem extra prouinciam ſuam.

Sol. Habet uoluntariam non contentioſam, ut ibi.

Ob. Præterea contra de l. ſi quis ex aliena. ff. de iuriſd. om. iud. ubi uocatus a prætore ex aliena iuriſdictione debet uenire.

So. Verum eſt cum dubium eſt inter partes de iuriſdictione, alias ſecus, ut hic.

Ob. Tertio contra de l. 1. ff. de iur.

So. Ibi cum partes prorogant iuriſdictionem.

Pro. Ex omnibus cauſis lites conteſtatæ in hæredes trāſeunt. l. ſciendum. ff. de act. & oblig.

Pro. Ea quæ ex improuiſo potius caſu, quam ex fraude accidunt, fato plerumque non noxæ imputantur. l. 1. C. ad l. corn. de ſicar.

Pro. Ex facto ius oritur. l. ſi ex plagis. §. in diuo. ff. ad l. aquil.

Pro. Error in ſyllaba non nocet. l. qui habebat. ff. de man. teſta.

Pro. Epiſcopus eſt Vicarius Chriſti in terris, in can. mulier. 33. q. 5.

Pro. Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum, can. quorum uices. 68. diſt.

Pro. Aes alienum reſpicit uniuerſum patrimonium, non certas facultates, in l. ſi fideic. in § tracta. ff. de iud.

Pro. Expertis in arte credendum eſt, unde experto crede. Roberto in l. ff. de uentr. inſpic.

Pro. Experiendo, ius ſuum nemo facit deterius. l. aliam. ff. de nou. l. 1. ff. ſi ex nox. cauſ. agat.

Pro. Eccleſia nulli claudit gremium. l. inter claras. C. de ſum. tri. & fide cath. c. ſuper eo. de hæreticis in 6.

Ob. Contra de l. 3. C. de apoſto. ubi etiam pœnitentibus non ſubuenitur.

Sol. Ibi in perditis, hic in errantibus. Vel dic quo ad forum fori illud uerum eſſe, ſecus quo ad forum poli, ut hic.

Pro. Error impedit conſenſum. l. ſi per errorem. ff. de iuriſ. om. iu. l. 2. ff. de iudicijs.

Pro. Ex differentia locorum induci aliquod diſcrimē nō oportet. l. ſuperuacuam. C. de temp. in integ. reſti.

Ob. Contra de l. ideo. ff. de eo quod certo loc. ubi ſecundū diuerſa loca, diuerſa pretia ſtatuuntur, & l. 2. ff. de offi. proc. & leg. ubi proconſul. extra prouinciam habet tātum iuriſdictionem uoluntariam, non contentioſam.

Sol. Diuerſitas locorum diuerſitatem iuris reddere non debet, ſecus eſt in diuerſitate preciorum & iuriſdictionū, ut in contrarijs.

Pro. Eadem ſolutio duos contrarios effectus non operatur. l. cum. §. 1. ff. de cond. indeb. l. qui hominem. §. fin. ff. de ſolut.

Ob. Contra de l. in numerationibus. ff. eod. tit. Vbi una ſolutio diuerſos effectus parit.

Sol.

Sos. Vna & eadem ſolutio poteſt parere effectus diuerſos, non tamen contrarias rationes habentes, ut in contrario & ibi not.

Pro. Excommunicato actus iudiciarij prohibentur. c. decernimus, de ſent. excom.

Pro. Expreſsio eorum quæ tacite inſunt, nihil operatur l. 3. ff. de leg. 1. l. conditiones quæ extrinſecus. ff. de condi. & demonſtr. l. cornelius. ff. de hæred. inſti. l. aliquando. ff. de cond. & demon. l. non rectè. C. de fideiuſſor. Hoc intellige uerum, ſi inſunt de neceſsitate, alias bene operatur. l. hoc legatum. §. illi ſi uolet. ff. de leg. 1.

Pro. Exempla non reſtringunt regulam. l. ſtipulatio dam oi infecti pertinet. ff de dam. infe. adde tex. in l. 1. §. quod uulgo. ff. de ui & ui arm.

Pro. Ex præcedentibus & ſequentibus ſcripturæ ſenſus cognoſcitur. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 2.

Pro. Euaneſcit inſtrumentum, ſi exinanitur debitum. l. ſi conductionis. C. loc.

Pro. Aegritudo mentis ſi ſit ſanitas corporis non impedit ad teſtandum nec ad contrahendum. l. 2. ff. de teſtam. l. ſanum C. de tranſact.

Pa. Ex quo aliquid ſcriptum inuenitur, præſumitur uoluiſſe ſcribens l. ſecundum, de uerb obl. ubi glo.

Pro. Expreſſa nocent, & non expreſſa non nocent, unde Cato.

Nil tacuiſſe nocet. nocuit tamē eſſe locutum. in l. non nunquam ff de condi. & demonſtr. in l. actus legitimi. ff de reg. iur.

Or. Contra, quia tacita habentur pro expreſsis. l. cū quid. ff. ſi cer. peta.

So. In his quæ inſunt de neceſsitate, de natura actus tacitus habetur pro expreſſo, ut ibi, ſecus in his quæ ſunt cō tra formam & naturam actus: ut hic.

Pro. Exceptiones dilatoriæ ſunt in limine iudicij opponendæ. l. exceptionem C. de probat.

Pro. Experientia eſt rerum omnium magiſtra in §. pen. inſti. de ſatiſ. ubi Ang in c. quam ſit de elect. in 6.

Pro. Euenientes fortunæ contrarios ſæpius euentus operantur in § quia uero hactenus in auth. de nup coll 4.

Pro. Eluſoria non debent eſſe decreta iudicū. l. ſi prætor. ff de iud ordi. de ap. in 6.

Pro. Exultat leuitate puer, grauitate ſenectus.

Inter utramque manens ſtat iuuenile decus.

Iſtos uerſus no. glo. in c. cum in iuuentute, extra de præſumpt.

Pro. Expedit reipublicæ ne ſua re quis male utatur in §. ſi. inſti de his qui ſunt ſui uel alien. iur.

Pro. Eſt interpretari, cuius eſt condere in l. 2. C. de uet. iur. enucl l. ſi. C. de leg. l ex facto. ff. de uulga. ſubſt. l. in prætorijs. ff de præto. ſtip. in c. ſane. extra de off. & poteſtat iud. deleg & c. inter alia, de ſent. excom.

Pro. Ex aliena culpa quis damnum pati non debet, in l. meminerint. C, unde ui.

Pro. Eligens unum ex duobus contrarijs alteri renunciare uidetur, in l. 1. C. de fur. ubi no. in cano. cum renunciatur. 32. q. 2.

Pro. Error in corpore uitiat actum, in l. 4. ff. de leg. 1. & l. quoties, de hære. inſtit. ff. & l. in uenditionibus, de contrah. empt. ff.

Pro. Aequalitas in iudicijs eſt obſeruanda, non enim debet claudicare iudicium, in l. ſi. C. de fruct. & lit. exp. l. non debet actori. ff. de reg. iur. in can. nullus. 4. q. 3. & c. nouit. extra de iud.

Pa. Ex conſilio alieno nemo obligatur. §. tua tantum, inſtit. mand.

Ob. Eligentes unum remedium ſeu actionem, alteri renunciare uidetur in l. cum filiusfamilias. §. uarijs. ff. de leg. 2. l. quod in hęrede. §. eligere. ff. de trib. act. l. commiſſorię. C. de pac. inter emp. & uen. l. reſcri. §. ſi pact. ff. de pact. in l. ſi. C. de eod. l. nemo ex his. §. quoties. ff. de reg. iur.

Ob. Contra de l. naturaliter §. nihil commune. ff. de acqui. poſſeſ. & l. cum fundum. §. ſi. ff. de ui & ui arm. & l. & an eandem in §. fina. ff. de excep. rei iud. ubi duæ actiones cumulantur.

Sol. Actiones plures cōpetentes ad diuerſa poſſunt ſimul intentari, ut ibi, quia ex diuerſis cauſis & diuerſis reſpectibus intentantur, ſecus ſi ad idem competant, ut hic.

Pro. Ex ſtudijs ſuis intelligitur puer. Prou. 20. c. ex ſtudijs extr. de præſumptio.

Pro. Emptio & uenditio ſine re & pretio non ualet. l. 2. & l. nec emptio. ff. de contrah. emp. in §. pretium, inſt. de empt. & uendi.

Pro. Exceptio eſt actionis excluſio. l. 2. ff. de excep.

Pro. Exceptionibus uti pluribus quis poteſt in l. nemo. ff. de except.

Pro. Euagationis & diſſolutionis occaſio euitanda eſt, c. quia in tantum, extra de præbend. c. cum ſingula, de præben. in 6.

Pro. Eadem ſolennitas requiritur in deſtruēdo quæ in cō ficiendo. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam. l. 1. C. quand. lic. ab emp. diſce. l. nihil tā naturale. ff. de reg. iur. in c. 1. de reg. iur. ext.

Pro. Expreſſum facit ceſſare tacitum. l. qui ex filio. §. filio. ff. de uul. & pup. ſubſti.

Pr. Ex quo quis debet puniri non debet præmium aſſequi. l. ſi hæreditaria. ff. de neg. geſt. l. relegatorum. §. fin. ff. de interd. & rele.

Ob. Contra de cano. maritum 33. diſt. & c. inter opera, ext. de ſponſ. ubi ex eodem facto quis punitur, & meretur.

Sol. Illud nō contradicit, quia quantum ad legem promotionis, reus eſt meretricem ducens in uxorem, ſed quantū ad gratiam, innocens, ut ibi not. Archid.

Pro. Ex diuturnitate temporis præſumuntur omnia ſolenniter acta, in l. qui in aliena. §. ſed etſi. ff. de acqui. hære.

Pro. Euentus conſiderandus eſt in l. aut facta. ff. de pœnis, in §. quia uero hactenus, in auth. de nup. col. 1.

Pro. Exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem in cauſis ſummarijs non admittuntur, ſed in cauſis principalibus reſeruantur, in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhib. l. ſi is a quo. ff. ut leg. nom. caueat.

Pr. Ea in quibus electa eſt induſtria perſonæ, per aliū impleri non poſſunt. l. inter artifices. ff. de ſolut.

Pr. Exceptio debet eſſe de regula, in l. nam quod liquide in §. ſi. ff. de pen. leg.

Pro. Exceptio nititur ęquitati. l. æquitate. ff. de dol. mal. except.

Pr. Eccleſia unius debet eſſe ſacerdotis, ſicut ſponſa unius uiri, cap. cum non ignores, extra de præb.

Pro. Eadē eſt ratio taciti & expreſsi. l. cū quid. ff. ſi cer. pet.

Pro. Extinctæ res uendicari non poſſunt, in §. ſi tamen, inſti. de rerum diuiſione.

Pro. Ex ſermonibus incongruis præſumitur quis non ſanę mentis l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſtit.

Pro. Exempla reddunt rē clariorem. l. prætor. §. Iulianus. ff. de coll. bon.

Pro. Etiam ſi pedem in foſſa haberem adhuc diſcere uellem l. apud Iulianum. ff. de fid. liber.

Pro. Ex duobus contrarijs optimum ſit temperamentum. l. reſpiciendum. ff. de pœnis. l. continuus. § item qui in inſulam. ff de uer. obli. l. ſi ſeruos. C. de pig. act ca. diſciplina. 35 diſt. c. 1. de off. cuſto.

Pro. Expedit creditori potius pignori incumbere, quam in perſonam agere. §. furtum, inſti. de oblig. ex delict.

Pro. Eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare. l. 3. ff. de re iud. cauſa cuncta per mundum 9. q. 3.

Pro. Ex frequenti delicto augetur pœna. l. aut facta. §. ſi. ff. de pœnis.

Pro. Euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris, in c. euidentia, extra de accuſa.

Pro. Ex duarum legum collatione ualet argumentum l. gallus.

gallus.§.iſte caſus.ff de liber. & poſthu.

Pro. Ex nudo pacto non naſcitur actio, in l. iuriſgentium. §.igitur.ff.de pac.l.legem.C.eo.tit.l.ſi tibi.C.locat.

Ob. Contra de l.ſi quis argentum.§ ſi.C.de donat.ubi naſcitur actio ex nuda promiſsione donationis.

Sol. Ibi non naſcitur ex nudo pacto, ſed ex lege, ut ibi in textu.

Ob. Secundo contra de.l.ad exactionem.C. de fid.inſtr.& l.ſi.C.ad uelleia. ubi ex nudo pacto dotis actio datur.

Sol. Ibi eſt contractus dotis non nudum pactum.

Ob. Vltimo opponitur de c.1.de pact.extra.ubi generaliter uult Rom.Pontifex pacta eſſe obſeruanda,& ſic tam nuda quàm ueſtita,remedio ſcilicet actionis.Cum enim dicit,aliquid ſeruandũ eſſe, intelligitur remedio actionis.arg.l.ſtatuas.ff.de acqu.rerum domi.

Sol. Ibi hoc uerum de iure canonico.

Pro. Exhæredatio ualet ad commodum filij facta.l.multi non notæ.ff.de libe.& poſthu.

Pro. Erronea ſubſcriptio non nocet.l.ſticius.ff. de reſcind.uen.l.gaius ff.de pig.act.

Pro. Ex aliena malignitate alienum damnum emergere non debet,in l.ſi.C.de aequi.poſſ.

Pro. Eleemoſina non eſt elargienda de alieno,in cano.nõ putanda.1.q.1.

Pro. Excommunicatio fieri non debet ſine iuſta & rationabili cauſa.c.ſacro.extra de ſen.excommu.

Pro. Excommunicatus eſt ſeruus diaboli, glo.in l.pedius.ff.de arbit.

Pro. Eadem ratio quæ mouet delegantem, debet mouere delegatum c.ſuper literis, extra de reſcrip.

Pro. Error in proprio facto non tolleratur. in l quanquã. ff.ad uelleia.cum ſimilibus.

Ob. Contra de.l.ſed etſi me putem.ff. de cond. indebi.& l. inter ſocerum § 1.ff.de pact.dotalibus.

Sol. Error in facto proprio tolerabilis eſt in damno euitando ut in contrarijs:ſecus in lucro captando, ut hic.

Pro. Executor de cauſſa cognoſcere non poteſt,in l.ſi prætor.ff.de iudi. in c.paſtoralis.§. quia uero, de offi.& poteſt.iud.deleg.ext.

Pro. Errantibus & non fallentibus ſubuenitur. l. ſi is qui. c.ſi minor ſe maio.dixer.

Pro. Effectus quãdoque dignior eſt ſua cauſa, in l.quod ex liberta.C.de oper.lib.& inſti.de inge.in princ.

Ob. Contra de.§.generaliter, in auth. conſtit.quæ de dig. col.6.ubi cauſa cauſato dignior eſt, & l quiſquis,cũ gl. C ad leg.Iul.maieſt.ubi ſimilis eſt effectus cauſſæ.

Sol. Hoc brocardicum regulariter non habet locum:Sed quandoq; ut fauore libertatis.

Pro. Euentus nõ ſpectatur, cuius effectus nullus ſequitur, in l.ſi.ff.C.qui admitti.l. ad probationem. C. de proba. c.cum contingat,extra de offi.deleg.

Ob. Contra de.l.quib.diebus.§.2 ff.de condi.& demonſtr.

Sol. Ibi propter cõditionem, quæ in forma ſpecificata eſt adimplenda.l.mæuius.ff.eodem tit.

Pro. Exemplo non creditur,in auth.ſi quis in aliquo documento.C.de eden.

Ob. Contra de.l.publicati.C.de teſt.& §.illud. in auth.ut frat.fil.ſucce.col.6.

Sol. Vbi originale exemplar eſt officio iudicis publicatũ ſeu exemplatum uocata parte cuius intereſt,creditur inſtrumento exemplato. ut ibi.

ADDITIO.

Pro. Exceptionem obijciens nunquam uidetur de intentione partis aduerſæ confeſſus.l. non uidetur. ff. de except c.cum uenerabilis,extra eod.titu.

Pro. Exceptio peremptoria uſque ad ſententiam opponi debet,in l.peremptorias.C.ſen.reſcin. non poſ.

Ob. Contra de. l.tametſi.ff. ad macedo.& l.1.C.de iur.& fac.igno.& l.minor 25.annis omiſſam.ff.de minor.

Sol. Speciales ibi caſus ſunt in exceptione minoris & militis,& exceptione macedoniani,in odium creditorum fœnerantium,& uelleiani in fauorem mulierum.

Pro. Etiam,dictio eſt implicatiua,eod.tit.C. etiã per procura.in integ.reſtit.

Pro. Ex lectione librorum doctior, & melior quis efficitur,in l.pe.ff.ad exhiben.

Pro. Ex contractu alterius nemo obligatur,in l.4. C.ne uxor pro marito.niſi pater pro filio,& dominus pro ſeruo,in §.actiones autem,inſti.de acti.toto tit.C.quod cũ eo qui in alien.poteſt.eſt.nego.geſto.eſſe dica. & hæres pro defuncto.l.3.§.ſi.ff.quib.ex cauſ.in poſſ. eat.tales enim perſonæ pro una & eadem perſona reputantur, in l.ſi C.de impub.& §.1.in auth.de iureiur.amor. præſt.

Pro. Eccleſia ad ſui regimen uiris literatis permaximè noſcitur indigere.c.cum ex eo, de elect.in 6.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Ex abundantia cordis os loquitur.Matt.12.

Pro. Erue eos qui ducuntur ad mortem. Pro.14.

Pro. Expedit tibi ut unum membrorum tuorum pereat, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Matth.5.

Pro. Eſtote prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ. Matt.10.

Pro. Ex uerbis tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condẽnaberis.Matt.12.

Pro. Eleemoſina ab omni peccato, & morte liberat. Tobi.4.

F

PROPOSITIO.

Favorabiliora ſunt amplianda, & odioſiora ſunt reſtringenda: odia enim reſtringi & fauores conuenit ampliari, in l.cum quidã. ff.de lib.& poſth.in c.odia, de reg.iur.lib.6.

Ob. Contra de l.2.§.exercitium.ff.de his qui not. infam. ubi odium ampliatur.

Sol. Hæc regula uera eſt, niſi odioſum reſpiciat utilitatẽ publicam,ut ibi.

Pro. Fauore amoris nihil uehementius, in §.illud, in authen.quib.mod.nat.effi.leg.colla.9.

Pro. Fructuarius cauſam proprietatis meliorem poteſt facere non deteriorem,in l.æquiſsimum.§. fructuarius, ff.de uſufruc.l.uxor patrui. C. de leg.l. res quarum.C. de iure dot.

Pro. Fructus omnes gratia hominum comparati ſunt.l.in pecudum.§.ulti.ff.de uſur.§.in pecudum, inſtitu.de rerum diuiſ.

Pro. Fraus & dolus alicui patrocinari non debent.l. 1.& l.ne ex dolo ff.de dol.c.ſedes.c. ex tenore.c. ſuper literis,extra de reſcri.c.tuæ,de cler.non reſid.c. cum olim de off & poteſt.iud. delegi.

Ob. Contra, quia contrahentibus licet inuicem ſeſe decipere.l.in cauſſ.§.penul.ff.de mi.l. item ſi pretio.§.ſi. ff.locat.

Sol. Hoc uerum eſt dummodo abſit dolus, ut ibi not. Barto.

Pro. Fructus intelliguntur deductis expenſis. l. fructus.ff. ſolu.matr.l.ſi à domino.§.ſi.ff.de pet.hæred.

Pro. Falſus rumor nocere non debet. in l.fin.ff. de hæredi.inſtit.

Pro. Fauore alicuius introductum in eius odium retorqueri non debet.l.quod fauore.C. de legib.c. quod ob gratiam,de regu.iur.in 6.

Pro. Fauorabiliores eſſe debemus ad ſoluendum, quàm

ad liberandum.l.arrianus.ff.de act.& oblig.in c.ex literis,extra de proba.

Pro. Fauorabiliores ſunt rei,quàm actores.reg.fauorabiliores de reg.iur.ff.

Pro. Fructus dotis ad maritum pertinent, ad ſupportanda onera matrimonij.l.dotis fructus.ff. de iure dot.l.pro oneribus.C.eodem tit.

Pro. Fruſtra legis auxilium implorat, qui in legem committit.l.auxilium,in fi.ff.de min.c.bonæ memoriæ,& c.dudum,de elect.ext.

Pro. Facta aliena prudentiſsimos etiam homines fallunt, imò quandoque ipſum legislatorem, in l.2.ff.de iure & fact.ignor.in c.1 de conſt.in 6.

Pro. Facilius remittimus quæ ſperamus,quàm demus quę poſsidemus,not.glo.in l.ſi fideicommiſ.§. item ſi certã. per illum tex.ff.de leg.3.

Pro. Fruſtra precibus impetratur, quod de iure communi conceditur. l. 1.ff. ad muni. & ibi nota. in l.1. C.de theſ.lib.10.

Pro. Filiusfamilias non poteſt agere in iudicio ſine licentia patris,in l.cum non ſolum.§.neceſsitate.C. de bon. quæ lib.De iure uero canonico patris conſenſus non requiritur,in c.fi.de iud.in 6.

Pro. Fuſtium caſtigatio non infamat.l.ictus fuſtium.ff. de his qui not.infam.

Pro. Facilius tollitur ius ſpeciale, quàm ius commune.l. eius militis.§.qui militia miſſus.ff.de mili.teſta.

Pro. Facilius compenſamus quàm ſoluamus, not.glo.in l. fideicommiſſa.§.item ſi certam.ff.de leg.3.

Pro. Fortior præſumptio tollit minorē.l.diuus.ff.de reſ.in integ.in c.alma mater.extra de ſent.excom.

Pro. Facilitas ueniæ incentiuum tribuit delinquendi, in can.eſt iniuſta.23.q.4.

Pro. Ferendus eſt pudorem ſuum purgans in l.quę omnia. ff.de procur.

Pro. Fauendum eſt magis religioni, bona enim eſt ratio, quæ pro religione facit.l.ſunt perſonæ.ff. de religio. & ſumptib.fun.

Pro. Facta pro infectis haberi non poſſunt.l.in bello.§. factæ.ff.de capt.& poſt.reuerſ.

Ob. Contrà de.l.non dubium.C.de legib.ubi factũ contra legem habetur pro infecto.

Sol. Illud eſt de fictione iur.

Pro. Falſa credulitas non confirmat quod agitur.l.ſi cum te.§.ſi ff.de pact.

Pro. Finis eſt ſpectandus,unde, Exitus acta probat ſecundum Ouid.l.ſi quis.ff.de rit.nup.l.nõ intelligitur.§.ſi qs palam.ff.de iu.fiſc.l.mela.ff.de alim.& cib. leg.in §.quia uerò hactenus,in authen.de nupt.coll.4. in c.literas, de deſp.impub.extra,& c.præterea,de teſt.cog.uel non.

Ob. Contra imò principium eſt ſpectandũ in l.1.ff.de ori. iur.in l.creditor.2.C.de pign.actio. cum ſimilib.

Sol. Principium ſpectãdum eſt in omni negotio, ex quo actio oriri poteſt,ut in contractibus, uel quaſi delictis, uel quaſi,& in decretis, & cõſtitutionibus, niſi propter fauorem aliud inducatur. Finis autem attendendus eſt cum quæritur an id dedit,uel non dedit, ſeu quando deſſe uidetur,uel quando poſsidet,uel reſtituit,ſiue capere potuit,ut hic,ita declarat glo.in c.dudum,in uerbo electionis tempore,de elect.lib.6.

Pro. Facta non præſumuntur niſi probentur, in l.in bello. §.factæ ff.de capt.& poſt.reuerſ.

Pro. Furioſus nihil rectè agit in §.furioſus, inſtl. de inutil. ſtipu.

Pro. Furioſus in omnibus abſentis & quieſcentis loco habetur.l.2.§.furioſus.ff. de iure codic.

Pro. Filius eſt,qui ex uiro & uxore legitimo matrimonio naſcitur.l.filium.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.

Ob. Contra appellatione filij etiam naturalis continetur.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff. ad Trebel.l.Lucius.§. & l cum pater.§.uolo.ff.de leg.2.l. ſi.ff. de iure deliber.

Præterea legitimi quoque tantum, ſcilicet adoptiui continentur.l.1.ff.de adoptio. De hac filiorũ diuiſione, uide glo.in auth.ex complexu. C. de inceſ.nup. & to §. 1.inſti.de adopt.

Sol. Filius propriè eſt qui & naturalis ſimul, & legitimus eſt,ut hic accipitur.Impropriè uero & largè ea interpretatione legis naturalis tantum, uel legitimus tantum.

Pro. Forma dat eſſe rei, & eam conſeruat in eſſe.l.3.§.ſi quis rem.ff.ad exhib.

Pro. Facta ſunt incerta.l. ubi autem non apparet.§. quid quod.ff.de uerb.oblig.

Pro. Fictio non operatur contra ius, glo.not.in l.talis ſcriptura.§.fi.ff.de lega.1.

Pro. Filij ſequuntur familiam patris non matris.l.cum legitimè.ff.de ſtat.homi.l.familiæ.ff.de uerb.ſignific. §.1. inſt.de legit.agna.tutel.

Pro. Filij non debent theſaurizare parentibus, ſed patres filijs.2.Cor.12.in can.prædicator.16.q.1.

Pro. Facultas adimplendæ conditionis non tranſit ad hæredem, petendi autem tranſit in l. ſi decem cum petiero,ubi Bar.ff.de uerb.oblig.

Pro. Fama communis probationem adiuuat.l.3.§.tu magis.ff.de teſtib.

Pro. Fictio eſt ſuper certo,præſumptio ſuper incerto, doctrina,glo.in l.unica.§.accedat, in uerbo præſumat. C. de rei uxo.act.

Pro. Fictio operatur tantum ubi ueritas locum habet,in l. qui ad certum.ff.loc.

Pro. Filius non portabit iniquitatem patris. 4. Reg.14. Deu.24.Eze.18.& l.crimen.ff de pœnis.

Ob. Contra de l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maie.

Sol. Ibi ſpeciale in crimine læſæ maieſtatis.

Ob. Præterea pater & filius una & eadem perſona reputantur.l.fi.C.de impub.ergo filius debet puniri in delicto patris, cum pœna in ſuum authorem retorqueri debeat.l.ſancimus.C.de pœnis.

Sol. Filius non habetur pro eadem perſona cum patre in odioſis,ut in pœnis, quia odioſa ſunt reſtringenda.l. interpretatione,ff.de pœnis.

Pro. Furem nocturnum impunè licet occidere.l.furem.ff. ad leg Cor.de ſica.in c.ſi perfodiens, ext.de homic.

Pro. Factum ſeu miniſterium iudicis neceſſarium nõ eſt, ubi lex certa eſt,& operatur ſuum effectum.l.adoleſcentiæ tempus,ubi Bald.no.C.in quib.cau.in integr.reſtit. non eſt neceſſa.

Pro. Factum contra naturam ſeu ſubſtantiam actus non ualet.l.cum precario.ff.de preca.

Pro. Filiusfamilias ſuo nomine nullam habet actionem.l. filiusfamilias.ff.de act.& oblig.

Ob. Contra de.l.ſi longius.§.ſi filiusfamilias.ff.de iudi. & l.cum filiusfamilias,ubi glo.ff.ſi cer. pet.ubi filiusfamilias agit.

Sol. Ibi propter iuſtam cauſam abſentiæ,ut ſtudiorum,ut ibi. Vel dic quod non habet directam actionem, ut hic, ſed exercitium tantum actionis, ut ibi.

Ob. Item contra de l.miles.§.1.ff.de caſtr. pecul.ubi in caſtrenſibus,actio filiofamilias datur.

Sol. In his quæ acquirit patri filiusfamilias, non competit illi actio. In his uero quæ ſibi ſoli tantum acquirit,habet actionem,ut in contrario.

Pro. Frater fratrem inopem tenetur alere, in l.qui filium. ff.ubi pup. edu. deb.l.2.§. ſed nonnullos. ff. de tuto.& cur.diſt.

Pro. Fratres hodie caſtigari debent, in auth. ſed nouo iure.C.de ſer.fug.in cano.fraternitas.12.q.2.

Pro. Fidem fallere grauiſsimum eſt.l.1.ff.de conſtitut. pecun.

Pro. Filium temporalem noſtris temporibus habere nõ conuenit.l.ſi tibi filius.ff.de adop.

Pro. Filij uiuo patre quodãmodo domini exiſtimantur. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu.

Pro. Fratris appellatione ſoror quoq; cõtinetur. l. Lucius. §. quæſitum. ff. de leg. 3. l. tres fratres. ff. de pact.

Pro. Filius eſt, ergo eſt heres ad gal. 4. & l. cum ratio. ff. de bo. dam. ubi hæreditas debetur filijs, & l. ex facto. §. fin. ff. ad trebel. ubi conditio ſi ſine liberis, ideſt, ſi ſine hære de deceſſeris, intelligitur.

Pro. Facilius quid acquiſitum retinemus, quàm de nouo acquiramus. l. licet. C. de acq. poſſ. in l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. in c. conſuluit, & c. rurſus, extra qui cler. uel uouent.

Ob. Contra de. l. non diſtinguemus, in §. ſacerdotio. ff. de arbit. ubi uitiatur iam factum, quod tamen non impedit faciendum, & ſic facilius de nouo acquiritur quàm retineatur acquiſitum.

Sol. Pro ſol. huius contrarij, dic quod in dicto. §. ſacerdotio cauſa impediens, reſpicit cauſam finalem: & tunc ſicut impedit à principio faciendum, ita tollit iam factũ. Secus quando cauſa impediens reſpicit cauſam efficientem ut conſenſum qui eſt cauſa efficiens matrimonij. l. nuptias, de reg. iur. ff. & licet ab initio aliquid impediat faciendum, non tamen tollit iam factum per regulam, factum legitimè, ubi uide Dyn. de reg. iur. lib 6.

Ob. Præterea opponitur de l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſumpt fun.

Sol. Imo illa lex potius concordat ſecundum Iac. Butri. in d. l. patre.

Pro. Faciliores non ſunt teſtatorum uoluntates in onerandis hæredibus. l. unum ex familia. §. ſi rem ff. de legat. ſecundo.

Pro. Filij familias teſtari non poſſunt. l. qui in poteſtate. ff. de teſtamen. l. tam is. §. 1. ff. de donat. cauſ. mort. l. ſeniũ. C. qui teſtam. fac. poſſ.

Ob. Contra, teſtamentum eſt publici iuris. l. 3. ff. de teſta. In his autem quæ ſunt publici iuris filiusfamilias habetur pro patrefamilias. l. filiusfamilias. ff. de his qui ſunt ſui uel alien. iur.

Sol. Dic quod patria poteſtas non curatur quãtum ad ius publicum. Verum intellige quantum ad magiſtratus obtinendos, ut ibi. Secus quoad teſtamenta, ut hic.

Pro. Fruſtratoria eſſe non debent priuilegia. capit. in his, extra de priuileg.

Pro. Furtum ſine affectu furandi non committitur. l. furtũ ff de uſuſc.

Ob. Opponitur de. l. qui ſaccum. ff. de furt. ubi qui ſaccũ cum pecunia ſubtraxit, non animo furandi ſaccum, tenetur.

Sol. Ibi animus ei fuit ſecundariò, licet non principaliter, uel directè.

Ob. Secundo opponitur de l. fullo § qui ancillam. ff. eod. tit. ubi furti tenetur, qui ancillam non meretricem non furandi, ſed libidinis tantum cauſa ſurripuit.

Sol. Illud ideo, quia domini intereſt, cum minus modo ualeat, ſecundum glo. in l. uerum. ff. eodem.

Ob. Tertio & ultimo obſtat. l. cum ſeruus. ff. de cond. cau. da cau. non ſecut. ubi furti quis tenetur, licet lucrandi cauſa non fecerit.

Sol. Ibi etiam erat lucrum quia uoluntatem explenit doloſe agendo, ut ibi gl. dicit, uel dic quod illi tres caſus ſunt ſpeciales, & à regula noſtra communi excipiũtur.

Pro. Furtum ſine contractione rei non fit. l. ſi quis uxori. §. Iulianus. ff de furt.

Pro. Fructus reddunt fundum precioſiorem. l. in lege falcidia placuit. ff. ad. l. falcid.

Pro. Feminę non habent filios in ſua poteſtate. l. illud. §. ad teſtamenta ff. de bon. poſſ. contra tabu. §. feminæ, inſti. de adop. §. cæteris, inſt. de hæred. qual. & diff.

Pro. Ferè philoſophicum eſt temperamentum. l. obligationum ferè. ff. de act. & obli.

Pro. Fidelitas & diligentia præualet diuitijs, in §. fin. inſt. de ſuſpect. tut.

Pro. Futurum ius remitti poteſt. l. 1. C. de pactis. l. & hæredi. §. filia. ff. eodem.

Ob. Contrà de l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub cõditione. ff. de legat. 2. & l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceſ. edict. ubi quod nõdum acquiſitum eſt, repudiari non poteſt.

Sol. Remitti poteſt ſcilicet per pactum, ut hic: ſecus per repudiationem, ut in contrarijs. Ratio diuerſitatis eſt, quia hoc unius conſenſu, illud duorum uallatur, unde duo uincula ſunt fortiora uno.

Ob. Præterea contra de l. pactum. C. de colla. ubi non ualet pactum futuræ ſucceſsionis.

So. Ibi quando agitur de non ſuccedendo, hic uerò de nõ petendo ius futurum, ut fideicommiſſum, per quod in alijs rebus hæres eſſe non prohibetur. In contrario antè agebatur, ut nõ eſſe hæres, ita no. gl. in d. l. 1. de pact.

Pro. Fauendum eſt in neceſsitate poſitis, in l. ſi fideiuſſor, § ſi neceſſaria. ff. qui ſatiſd. cog. l. nec enim. ff. ex quibus cauſ. maior.

Ob. Contra de. l. 2. & l. mater. C. de ope. lib. ubi nõ fauetur ei, qui de neceſsitate coactus aliquid facit, ad idem tex. in l. nam quod. §. qui compulſus. ff. ad trebell.

Sol. Ibi quia bonum uoluntarium eſt magis præmiandũ, quàm neceſſarium, ut ibi.

Pro. Falſa demonſtratio non uitiat actum. l. demõſtratio, & l. falſa. ff. de cond. & demonſt. & §. huic proxima, inſti. de lega.

Ob. Contra de l. ſi ſic. §. 1. ff. de legat. 1. ubi demonſtratio falſa uitiat actum, qui geritur.

Sol. Demonſtratio falſa adiecta ſpeciei, ſi de ea conſtat, uel quantitati certè expreſſæ non uitiat actum, ubi autem quantitas certa non eſt expreſſa uitiatur actus indiſtinctè. d. l. ſi ſic.

Ob. Præterea contra de. l. ſi pater. C. de hæred. inſt.

So. Vbi demonſtratio falſa eſt ex errore teſtatoris, uitiatur actus, ut in contrario: ſecus ſi ex certa ſcientia, ut hic.

Pro. Falſa cauſa non uitiat actum. l. cum tale. §. falſam. ff. de condi. & demon. §. longè. inſt. de leg.

Pro. Feminæ uno partu ſeptem filios edere poſſunt, cum ſeptem habeant receptacula ſecundum Medicos, in l. antiqui. ff. ſi pars hæred. petat.

Pro. Filios caſtigatores eſſe parẽtum moribus noſtris nõ conuenit, in § ſed quod ſancitum, in auth. de nup. col. 4.

Ob. Contra de. l. 3. §. ſi quis ff. de condi. cauſ. da. cauſ. non ſecut.

Sol. In iure corrigere poteſt pater filium ubi meliori nititur ratione, ut ibi.

Pro. Falſus denarius non eſt denarius, nota. glo. in l. 3. C. de hæret. & manich.

Pro. Frangenti fidem, fides frangatur eidem. l. cum propona. C. de pactis.

Ob. Contra de. l. cum mota. C. de tranſa. ubi ſeruatur fides etiam non ſeruanti fidem, & ex pacto tranſactionis naſcitur actio præſcriptis uerbis.

Sol. Secundum Bart. quòd ibi fuerat facta conuentio per uerba in quibus poterat cadere implementum, hic nõ, ſed per iſta uerba promitto non agere, uel non petere, uel ſimilia.

Pro. Fides ueritatis uerborum adminicula non deſiderat. l. 1. C. ſi min. ſe ab hæred. abſt.

ADDITIO.

Pro. Fiſcus præfertur priuato l. ſi is qui. ff. de iur. fiſc. tot. tit. C. de priuileg. fiſc. Quandoque tamen iura quæ obtinent in fiſco, obtinent & in priuato, ut in l. item ueniũt. §. ait ſenatus. ff. de pet. hæred. & econtrario in l. exemplo. C. de probat.

Pro. Factum iudicis reputatur factum partis, in l. ſi ob cauſam. C. de euict.

Pro. Fides etiam hoſti ſeruanda eſt. ca. nol. 23. q. 1.

Pro. Funiculus triplex difficulter ſoluitur. in c. 1. de treug. & pac. ext.

Pro. Ferro abſcindenda ſunt uulnera, quæ fomenta non ſentiunt, in ca. in canonibus. 16. q. 5.

Pro. Fruſtra uelociter currit, qui prius quàm ad metas peruenerit deficit, ca. in caſſum, de pœnit. diſt. 3.

Pro. Facito ſemper aliquid operis, ut diabolus ſemper te inueniat occupatum. in can. nunquam. de conſe. diſt. 5.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum. Prouerb. 1.

Pro. Filius ſapiens lætificat patrē, filius uerò ſtultus mæſticia eſt matris ſuæ. Pro. 10.

Pro. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus. 1. Cor. 3. in can. cum Paulus. 1. q. 1.

Pro. Fides ſine operibus mortua eſt. Iacob. 2.

Pro. Facilius eſt camelū per foramen acus tranſire, quàm diuitem in regnum cœlorum. Mat. 19. Mar. 10.

Pro. Facilius eſt cœlum & terram tranſire, quàm de lege unum apicem cadere. Luc. 16.

G

PROPOSITIO.

Generale dictum reſtringitur ad habilia in l. 1. ubi glo. C. de ſacroſ. eccleſ. & l. ut gradatim. §. 1. ff. de mu. & hono.

Pro. Generalitas parit confuſionē & obſcuritatem. l. Titiæ textores. ff. de leg. 1. l. ita fidei. ff. de iur. fiſc. l. cum ſtichus. ff. de ſolut.

Pro. Gerundium importat neceſsitatem. l. inter cætera, ff. de lib. & poſthu. in §. adoptiui, inſtit. de exhæred. lib. not. doct. in rub. C. de edendo.

Pro. Gaudēt breuitate moderni, fruſtra enim fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. l. 1. ubi gloſſ. ff. quod met. cauſ.

Ob. Contrà de §. ſed non uſque, inſtit. de leg. ubi ſiunt diuerſi tractatus de legatis & fideicōmiſsis, cum unus poterat fieri tantum, ut in uolumine fforum.

Sol. Ibi facilitatis gratia, propter iuuenes adhuc tyrones in iure.

Ob. Prætereà duæ leges ſimiles inueniuntur in iure noſtro, in l. raptores. C. de rapt. uirg. ſeu uid. & in l. raptores. C. de epiſ. & cleri.

Sol. Lex poſita in uno titulo, poteſt & in alio ſituari, dūmodo faciat ad titulum, ut in contrario.

Pro. Genitiuus importat dominium, in l. 2. §. in locum, ff. de relig. & ſumpt. fun. latè tractant doct. in rub. de noui oper. nunc.

Pro. Grauius eſt diuinam, quàm temporalem offendere maieſtatem, authen. gazaros. C. de hæret. capitu. uergentis, de hære. ext.

Pro. Genus à digniori parte ſui denominationem ſumit, not. glo. in l. 1. ff. de uerb. obli.

Pro. Generalitati ſpecialitas derogat. l. uxorem. §. fœliciſsimo, & l. ſeruis urbanis. §. ſeruæ. ff. de leg. 3. l. ſanctio legū. ff. de pœnis, in c. 1. de reſcript. & c. ſtuduiſti de offi. leg. extr. in c. dudum & c. quamuis, de præb. in 6.

Ob. Contra, quia imò enumeratio ſpecierum generalitati non derogat, in l. quæſitum. §. ſi. ff. de fide inſtr. & l. legata. ff. de ſup. leg. & l. uerba. ff. de alim. & cib. leg.

Sol. Vbi remouendæ dubitationis cauſa ad maiorē euidentiam ſpecies enumerantur à ſciente, genus non minuitur per ſpeciem, dicta. l. quæſitū, in ſi. & d. l. uerba. Si uerò ab errante fiat ſpecierum enumeratio, eo caſo ex abundanti fit: ideoq; per eam nihil generi derogatur d. l. legata, in principio. Vel dic breuius quod noſtra regula non habet locum in ſpecie ſubiectiua, quia exemplicauſa ponitur ſecundum doct. ut in contrarijs.

Ob. Præterea obſtat, quia generalibus ſpecialia inſunt. l. hoc legatum. ff. de leg. 3. ubi generale uerbum, quæ uxoris cauſa parata ſunt, cōtinet ſingulas ſpecies. Ad idem textus in l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſ. & l. fin. C. de hæred. uel act. uend. & l. ſi ſeruitus, de ſer. urba. præd. ff. reg. in generalibus de reg. iur. in 6.

Sol. Tu dic quod licet per ſpeciem generi derogetur, ut hic, tamen ſpecies ſub genere bene continetur, ut in contrarijs.

Pro. Gratificationi locus eſt in l. fin. ff. de relig. & ſumpt. funerum.

Ob. Contra de. l. ſi duobus. C. commu. de leg. & l. quoties. ff. de uſufruc.

Sol. Vbi actus uitiatur propter incertitudinem, gratificationi locus non eſt. l. duo ſunt titij, de teſtam. tut. ff. nec obſtat. l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos. ff. de lega. 2. quia ibi neceſsitas non imponitur, ut ibi not.

ADDITIO.

Pro. Generalia uerba trahunt & ad præſentia & ad futura, in l. ſi. C. quæ res pig. oblig. poſſ. uel non.

Ob. Contra quia generalitas non trahitur ad futurum niſi exprimatur, in l. ſi à colono, ff. de uerb. oblig.

Sol. Ibi loquitur in ſtipulatore per uerba de præſenti, quæ de futuris non intelliguntur, & eſt ratio, quia magnum damnum eſſet promittenti, quod non eſt obligāti, cum per hoc non plus debeat, ut hic.

Pro. Generalis ratio præualet ſpeciali, in §. furtiuæ. inſti. de uſuſc. & in §. affinitatis, inſti. de nupt. ubi not.

Ob. Contra, imò ſpecialis præualet, ut in l. quædam. ff. de eden.

Sol. Actio propria & ſpecialis alicui competens præfertur generali, ubi enim actio ordinaria locum habet, recurrendum non eſt ad extraordinariam ſeu ſubſidiariā, in l. in cauſſæ. ff. de minor. maxime cum clauſula generalis non referat ad ſpecificata in l. doli clauſula, de uerb. obliga. ff.

Pro. Gloria hominis ex honore patris, & dedecus filij pater ſine honore. Eccle. 3.

Pro. Gratia ſi non gratis datur uel accipitur, gratia non eſt, c. gratia. 1. q. 1.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Generatio praua & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Matt. 12. & 16.

Pro. Gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouē iuſtis pœnitentiam non agentibus. Luc. 15.

Pro. Gaudet ſimilis ſimili. Eccle. 13.

H

PROPOSITIO.

Homo homini debet obſequium. l. ſi ſeruus. ff. de ſer. expor.

Pro. Humana natura quodammodo labimur ad delicta, in §. ſi uerò is quidem, in auth. de monacho, coll. 4.

Pro. Homo non eſt dominus membrorum ſuorum. l. liber homo. ff. ad leg. aquil.

Pro.

Pro. Homo liber æſtimationem non recipit. l. liber homo. ff. de uerb. oblig.

Pro. Homo eſt dignißims creaturarum. in l. iuſtißimæ. ff. de ædil. edic. ubi glo. in l. 1. de ſenato.

Pro. Humanæ ſortes multæ ſunt, in l. fi. C. de præſcri. 30. uel 40. annorum.

Pro. Hæres adeundo hæreditatem quaſi contrahit cũ creditoribus & legatarijs. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de act. & obli. l. apud Iulianum, §. fi. ff. in quib. cau. in poſſe. eat. §. hæres, inſti. de obli. ex quaſ. con.

Pro. Hyſteron proteron figura eſt ordo conuerſus in l. riparum. ff. de rerum diui. in §. litorum, inſt. eo. tit. l. fi. §. fi. C. de ann. excep.

Pro. Honeſtus cuiuſque modus ſeruandus, non immoderata cuiuſque luxuria ſequenda. l. ex damni infecti ſtipulatione. ff. de dam. infect.

Pro. Hæredes iuris ſucceſſores ſunt. l. quoties. §. hæredes. ff. de hæred. inſtit. l. cum hæres, de di. præl. in l. hæres, de acquir. hæred.

Pro. Hæreditatis appellatione bonorum quoq; poſſeſsio continetur. l. hæreditatis appellatione. ff. de uerborum ſignifica.

Pro. Hæreditas repræſentat perſonam defuncti, & eſt pro domina, in l. non minus. §. fi. ff. de hære. inſt. l. hæreditas. & l. 2. ff. de acquiren. rerum domin. l. cum hæreditas. C. de poſ. l. mortuo. ff. de fideiuſſor. in §. ſeruus alienus, inſtit. de hæred. inſtit.

Pro. Hæreditarium propriè eſt quod ante aditam hæreditatem acquiſitum eſt, adita enim hæreditate deſinit eſſe hæreditarium, & proprium fit hæredis, Not. glo. in l. 1. §. ueteres. ff. de acqu. poſſ. & in l. hæres per ſeruum. ff. de acquir. hæred.

Pro. Hæres idem eſt quod dominus, in §. fin. inſtit. de hær. qual. & diff.

Pro. Hæres eadem eſt perſona cum defuncto in l. hæres. ff. de uſucap. in §. 1. in auth. de iure iurand. a mor. præſt. coll. 4.

Ob. Contra de. l. qui in futurum. §. 1. de pact. ff. ubi pactũ in perſona teſtatoris non porrigitur ad hæredem.

Sol. Ibi, quia erat perſonale pactum, quod cum perſona extinguitur. l. idem. §. perſonale. ff. eodem tit. l. quia tale. ff. ſolu. matrim.

Ob. Præterea opponitur, quia hæres hæredis eſt hæres teſtatoris in l. fi. C. de hæredib. inſtit. & tamen in ſubſtitutione facta per hæc uerba, quiſquis mihi hæres erit, non uenit hæres heredis.

Sol. Ibi, quia non ueniebat ex uoluntate defuncti, nec tenebat locum primi quò ad effectum teſtantis, ut ibi not. Bart.

Pro. Hæreditas neque dari, neque adimi codicillis poteſt. l. hæreditatem. C. de codic.

Ob. Contra de. l. Scæuola. ff. ad trebell.

Sol. Directò dari non poteſt, ut hic, per obliquum uero poteſt, ut ibi per fideicommiſſum.

Pro. Hæredis inſtitutio eſt caput & fundamentum teſtamenti. §. ante hæredis, inſt. de leg.

Pro. Hi qui neſciunt ius ſuum eligentes id quod putant ſibi competere, non amittunt: non enim uideor amittere, quod habeo, quod tamen non credo habere, licet eligam quod credo habere, in l. mater decedens. ff. de inof. teſta. in l. Clodius. ff. de acqui. hæred.

Ob. Contra imo aliquis renunciare poteſt iuri quod neſcit ſibi competere. in l. ſub prætextu. 2. C. de tranſact.

Sol. Ibi propter generalem petitionem & tranſactionẽ, quæ in oĩbus præiudicat. Vel dic quod ille textus refertur ad perſonam tranſigentis non rei, ſecundum intellectum doct. ibi, & ſic non obſtabit imò concordabit.

Ob. Præterea opponunt de l. qui Romæ. §. duo fratres, de uerb. oblig. ff. ita inducendo quod per diuiſionem generalem, quis renunciat iuri de futuro quod ignorat ſibi competere, ut fideicommiſſo, ut ibi.

Sol. Imo dicas quod ibi ſciebant de fideicommiſſo futuro, ita glo. in l. tres fratres. ff. de pact. Vel dic quod ibi erat iniuſta ſententia, & contra exceptionem pacti generalis replicabitur, ut d. l. tres fratres, ut ibi per glo. & Bar. tenent hunc intellectum, & per conſequens non erit renunciatum fideicommiſſo.

Pro. Humana fragilitas mortis perturbatione terretur, & plures res minus cogitatione poteſt conſequi. l. hac conſultiſsima. § at cum humana fragilitas. C. qui teſta. fac. poſſ. uel non.

Pro. Hæredes pro hęreditaria parte tenentur ad onera hereditaria l. pro hæreditarijs. C. de hæredi. act. l. 1. C. ſi cert. pet.

Pro. Hæreditatis appellatione legata & fideicommiſſa non continentur. l. ſi Titius. ff. de leg. 3.

Pro. Hæreditas plerunque eſt oneroſa. l. ſi hæreditas. ff. mand. §. 1. inſt. de auth. tut.

Pro. Hæreditas nulla eſt uiuentis. l. 1. C. de hæred. uel act. uend. l. opinione. C. pro hærede. l. neminem. ff. de acqui. hæred. improbus enim eſt qui ſollicitus eſt de diui. hæreditate, in l. 2. §. Iulianus. ff. de uulga. ſubſti. l. ita tamen. §. à patre. ff. ad treb.

Pro. Hæreditariæ rei furtum fieri non poteſt. l. hæreditariæ. ff. de fur. l. 1. §. Scęuola. ff. ſi q̃s teſta. lib. eſſe iuſſ. fuer.

Pro. Hæreditas ſolo animo adiri poteſt, in l. auia. C. de iur. deliberan. in l. gerit. ff. de acqu. hæred. in §. ult. inſti. de hæred. quali. & diff.

Pro. Hæreditas non adita, regulariter nõ tranſmittitur ad hæredes. l. unica. §. in nouiſsimo. C. de caduc. tol. Fallit in tribus caſibus. Primo in tranſmiſsione iure ſuitatis, in l. unic. C de his qui ante apert. tabu. l. uetere. ff. de acquir. hæred. Secundo fallit in tranſmiſsione iure ſanguinis in l. apud hoſtes. C. de ſuis, & legit. hæred. Tertio & ultimo in tranſmiſsione iuris deliberandi, in leg. cum in antiquioribus. C. de iure deliberan. Alios caſus fallentiales, uide per glo. in l. ſed etſi. ff. de bono. poſſeſſ. contra tabul.

Pro. Hoſti fides ſeruanda eſt, in l. conuentionum, de pact. ff. ubi not. doct.

Pro. Hæreditas, legatum, & donatio cauſſa mortis non ſine cauſſa obueniunt, ſed ob merita accedunt, in l. nec adiecit. ff. pro ſoc.

Ob. Contra ualet illa inſtitutio filius impijſsimus, & de me malè meritus hæres eſto. l. his uerbis. §. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſti.

Sol. d. l. nec adiecit, intelligitur in hæreditate extraneorũ, non autem ſuorum hæredum, ratio diuerſitatis; quia hæreditas debetur filijs à natura. l. cum ratio, de bon. dam. ff. ergo neceſſario debetur, cùm naturalia ſint immutabilia. §. penul. inſti. de iur. nat. Nec obſtat q̃ ſit malè meritus, exprimenda enim & probanda eſt cauſſa ingratitudinis, auth. licet. C de lib. præt. uel exhæ.

ADDITIO.

Pro. Humana forma ad ſimilitudinem pulchritudinis cœleſtis eſt figurata. Gene. 8. l. ſi quis in metallũ. C. de pœ.

Pro. Humanum eſt fortuitis caſibus mulieris maritum, uel uxorem uiri, participem eſſe. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus ff. ſol. matri.

Pro. Hominum gratia Ius omne conſtitutum eſt, in l. 2. ff. de ſtatu homi.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. 1. Thim. 6. can. epiſcopus. 10. qu. 2. & ca. eccleſias. 13. quæſt. 1.

Pro. Honora medicum propter neceſsitatem. Eccleſia. 38.

Pro. Honora patrem & matrem, ut ſis longæuus ſuper terram, Leuit. 20.

Pro. Hilarem datorem diligit dominus. 2. Cor. 9.

Pro. Homo natus eſt ad laborandum, ſicut auis ad uolandum. Iob. 5. unde ait Deus, in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Gene. 3.

Pro. Homo uidet ea quæ apparent, Deus autem cor intuetur. 1. Reg. 16.

I

PROPOSITIO.

INFIRMITATI non calliditati, ius ſuccurrit. l. 2. ff. ad ſena. uelleia. l. fine. C. eo. titu.

Pro. Inter iuramentum & ſimplicem loquelam non facit Deus differentiam, in can. iuramen. 22. q. 5.

Pro. Iactare ſuum nemo præſumitur. l. cum de indebito. ff. de probat.

Ob. Contra, de l. ſi uero non remunerandi. §. idem papinianus. ff. mand. ubi præſumitur quem donare uoluiſſe.

Sol. Ibi præſumitur donatio ratione primæ liberalitatis, una enim donatio facit aliam præſumi, ut ibi not.

Ob. Contra de. l. ſi quis uxori, de aur. & arg. lega. ubi quis legando quæ ſunt propria uxoris, uidetur legare etiam ſua, ergo quis ſuum donare præſumitur.

Sol. Ibi ratione coniugalis affectionis, & uide glo. in l. ſed ſi ego. ff. ad uelleia.

Pro. In contractibus ſtricti iuris quod non eſt expreſſum, pro omiſſo habendum eſt. Imputandum enim eſt ei, qui apertius legem potuit dicere, unde oratio ambigua, uel obſcura cõtra proferentem interpretatur, in l. quicquid adſtringendæ, de uerbo. oblig. ff. l. ueteribus de pact.

Ob. Contra imo ſecundum intentionem proferẽtis eſt interpretanda. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de uerb. obli. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iud. & l. in ambiguis. ff. de regu. iur.

Sol. Hic in contractibus, ibi in iudicijs.

Pro. In re communi ſocius inuito ſocio nihil poteſt facere. l. in re communi ff. de ſerui. urba. præd.

Pro. In his quæ ſunt communia pluribus, ut ſingulis, requiritur conſenſus omnium, l. per fundum. ff. de ſeruitu. ruſti. præd. c. cum omnes, extra de conſt.

Ob. Contra de. l. quòd maior. ff. ad mu. ubi ſufficit conſenſus maioris partis.

Sol. Ibi in his quæ ſunt communia plurib. ut uniuerſis.

Pro. Ignorantia eſt omnium errorum mater, can. ignorantia. 38. diſt.

Pro. In dubio uidetur quis legare ius, quod habet, in re. l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1.

Pro. Iuſiurandum habet uim rei iudicatæ. l. 2. ff. de tranſactio.

Pro. In alternatiuis electio eſt debitoris, in l. plerunque. §. fi. ff. de iur. dot. reg. in alternatiuis, de reg. iur. in 6.

Pro. Illud quòd facit actorem in petitione ſuccumbere, facit ſuccumbere reum in exceptione. l. 5. §. ſi quis duob. ubi Bar. ff. de adim. leg.

Pro. Inſpicitur id quod euenire poteſt. l. ſi quis domum. §. idem quærit loc ff. ubi quis proſpicere debuit, quod euenire potuit, & in l. ſi idem, in § fin. ff. de iuriſdict. omnium iudic.

Ob. Contra, imò non curatur quod euenire poteſt, in l. ſciendum. § penult. ff. qui ſatiſda. cogan. & in l. 1. de in lit. iur. ff.

Sol. In d § penul. erat diſpoſitio de præſenti. Cuius euentus non ſuſpenditur in futuro, ideo non conſideratur, quod euenire poteſt, & in d. l. 1. præſens ſtatus rei non exigebat præſcientiam de futuro, hic ſic.

Ob. Præterea opponitur de leg. inter ſtipulantem. §. ſacrã, de uerb. obli. ff. & in principio, inſt. de inut. ſtipu. ubi in obligationibus non conſideratur, quòd res in alium ſtatum mutari poſſit, ut quia de libero ſeruus, de ſacro profanum, de publico priuatum fieri poſſit.

Sol. Ibi quia hoc expectare eſſet inciuile & irrationabile, ut ibi.

Pro. Iudicandi munus eſt publicum & neceſſariũ. l. quippe. ff. de iud. in l. munerum. §. iudicandi. ff. de mu. & ho. l. de qua re, de iudi. ff.

Pro. Interdum plus ualet ſcriptura, quàm quòd actum eſt. l. ſi alij. ff de uſuf leg.

Pro. Interdum de facultatibus ſuis amplius ſperant homines, quàm in his eſt. § in fraudem, inſt. quib. ex cau. manu. non licet.

Pro. Ius hæredis maxime eo tempore inſpiciendum eſt, quo acquirit hæreditatem, l. ſi alienum. §. in extraneis. ff de hæred. inſt.

Pro. Incorporalia propriè non poſſidẽtur. l. ſeruus. § incorporales ff de acqu. rerum domi. l. ſequitur. § ſi uiam, ff. de uſuca. § 1. inſti de reb. corp. & incorpo.

Pro. In maioribus & minoribus cauſis poteſt appellari. l. & in maioribus. C. de appell. c. de appellationibus, extra eodem titu.

Pro. Imperitia culpæ annumeratur. l. ſi quis fundũ. §. celſus ff. ad l. aquil.

Pro. Iuſiurandum alterius, alteri neque nocet, neque prodeſt. l. ait prætor. § 1. ff. de iureiur.

Pro. In claris non opus eſt coniecturis, in l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obligatio. l. ille aut ille. §. cum in ambiguis ff. de leg. 3.

Pro. Inuidiam placare paras uirtute relicta. not. glo. in l. nequicquam. §. ſi. ff. de off. proc. & lega.

Pro. Indefinita æquipollet uniuerſali. l. ſi ita relictum, & l. ſi pluribus. ff. de leg. 3. l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. ff. de pigno. actio.

Ob. Contra de. l. nominatim ff. de liber. & poſth. ubi indefinita ſingulari æquipollet.

Sol. Dic quòd indefinita prolata ad perſonas in odioſis non æquipollet uniuerſali, ut in contrario, ſecus in fauorabilibus. l ſi quis ita. §. ſi quis.

Ob. Præterea obſtat, quia omne marmor comprehendit non ſolum rudem materiam marmoris, ſed etiam ſtatuas marmoreas. l. 1. de auro & arg. leg ff. & tamen marmor indefinitè prolatum non continet ſtatuas marmoreas, in l quæſitum. §. illud. ff. de lega. 3. Item omnis lana, tinctam comprehẽdit l. pediculis. § labeo ff. de aur. & arg. lega. Lana uerò indefinitè non continet tinctã. l. ſi cui, de legar. 3.

Sol. Vbi non eſt eadem ratio & conditio particularium in uniuerſo comprehenſorum propter aliquod accidẽs, non æquipollet uniuerſali indefinita, ut tinctura lanæ, & ſtatua marmorea, non procedunt ex ipſa rei origine, uel ſubſtantia, ſed ex accidenti hominis operatione, ut in contrario: ſecus ubi eſt eadem ratio et conditio, quæ non mutatur per aliquod accidens, et uide gl. in c. ut circa, in uerb. uniuerſorum, de elect. extra.

Pro. Ius collegij per unum retinetur. l. ſicut. §. fin. ubi glo. ff. quod cuiuſq; uniuer.

Pro. Induſtria pœnas deſidiæ ferre non debet. l. fin. C. de poſ.

Pro. Illud facere poſſumus quod nobis prodeſt, & alteri non nocet. l. 2. §. item uarus ff. de aqua plu. arc.

Pro. In facto alieno probabilis eſt ignorantia, uel error, l ſi. ff pro ſuo.

Pro. Ignorantia facti excuſat, non iuris, in l. regula. ff de iur. & fact. igno. l. in bonorum. ff. de bon poſſeſ. can. turbatur. § notandum. 1. q. 4. ubi uide pulchram diſtinctionem.

Pro. Inter fratres maximè altercatio circa materiam ſucceſ-

ſucceſsionis oritur.l.cum oportet.§.cum autem, in fin. C.de bonis quæ liberis.

PRO. Inſtitutio hæredis caput eſt & fundamentum teſtamenti.§.ante hæredis, inſtit. de lega. ſine enim hæredis inſtitutione nullum eſt teſtamentum.l.1.§.1.ff.de uulg. ſubſti.l.proximè.ff.de bis qui in teſta.delentur.§.in init. quibus mod.teſt.inf.§.1.inſti.de ſi.hæred.

PR. In lenioribus cauſis proniores eſſe debent iudices ad lenitatem. In grauioribus uerò ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſequentur, in l.reſpiciendum.ff.de pœnis.

PRO. In nuptijs celebrandis, interuenire debet conſenſus parentis.l.2.ff.de ritu nup.l.nec filium. C. de nuptijs.§.1.inſt.eodem tit.

OBIECT. Contra de cano.ſufficiat.32.q.6.& cano.hoc ſanctum.32.q.2.ubi ſufficit conſentire contrahentes matrimonia, nec requiritur parentum conſenſus.

SOL. Illud uerum eſt de iure canonico, ita glo.in l.Paulus. ff.de ſtatu homi.

PRO. In re pari potior eſt cauſſa prohibentis. l. ſabinus.ff. fami. hercis.

PR. Imperator ſubiectorum commoda procurat.l.imperialis.C.de nupt.

PRO. Inuitus nemo agit uel defendit.l. unic.C. ut nem.inui.ager.uel accuſ.cog.

PRO. Inuitus nemo cogitur ad communionem.l.ſi libertus.§.ſi certum.ff.de condi.indeb. in l.qui admittitur.ff. pro ſoc.

PRO. Imperator eſt dominus totius mundi. l.deprecatio.ff.ad l.rhod. de iact.l. bene a Zenone. C.de quad. præſcript.

OB. Contra apud duos inſolidum non poteſt eſſe dominium.l.ſi ut certò.§.fin.ff.commod. quod hic eſſet: quia ego ſum dominus rei meæ,& imperator quoque.

SO. Imperator eſt dominus totius uniuerſitatis, non rerũ ſingularium.

PR. Iuſſus præcedit, authoritas ſequitur.l. ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquir.hæred.

PR. In criminalibus cauſsis, procurator non interuenit. l.penult.§.ad crimen.ff.de publ.iud.can. in criminalib. 5.q.3.c.ueniens, de accuſ.extra, ubi uide glo. quæ ponit fallentias ad hanc regulam.

PR. In ciuilibus cauſsis procurator bene admittitur, l. in pecuniarijs.C.de procu.

PR. In ſenſu non in uerbis ſcripturarum ratio eſt poſita,l. 2.in fin.C.com.de leg.ubi lex non eſt poſita uerbis, ſed rebus,& l.ſcire leges.ff.de legib.l.labeo, in fin.ff.de ſup. leg.in can.marcion.1.q.1.ubi ſcripturarum intelligentis non in uerbis, ſed in ſenſu, non in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis eſt poſita,& c.commiſſa, de elect.in 6. Sermo enim debet ſeruire rei non econtra, in c.intelligentia, extra de uerbo.ſign. magis enim res quàm uerba ſpectare oportet, in l.3.§.conditio.ff.de adim.lega.l.3.C.de lib.præt. uel exhære.l.cum uirum.C.de fid.l.fin.C.quæſtio.C. de leg.cum ſimilibus.

PR. Ius publicæ utilitatis gratia, introductum mutari non poteſt, in l.ius publicum, de pact.ff.l.3. de teſt.ff.l.teſtando.C.eodem.l.neque pignus.§.priuatorum conuentio, de reg.iur.ff.in c.ſi diligenti, extra de foro compet.

PRO. Indecorum eſt patrem à filio regi.l.hi qui.ff.de tuto. & cura.

PRO. Indecorum eſt, ut is qui neſcit regere, alios regat.c. indecorum, extra de æta.& qual.

PR. Interdum, aduerbium, denotat ſpecialitatem caſus & regulam communem in contrarium eſſe, in l.ſi ut certo.§.interdum.ff.commo.in l.ſeruitutes.§. ſtillicidium. ff.de ſeruit.urb. præd.

PR. In omnibus obligationibus, uel ultimis uoluntatibus, in quibus dies non apponitur, præſenti die debet, in l eum qui.§.quoties de uerbo.obliga.ff.l.omnia.ff.de lega.2.

PR. Inconſtantia reprobatur, in l.in cauſſæ.ff. de procura.

OB. Contra, imò permittitur inconſtantia, in l.ſi ſterilis. §.ſi.ff.de act.emp.

SOL. Ibi erant duæ obligationes, hic una adminiſtratio, ut ibi not.Bar.

PR. Idem eſt conſiſtorium Epiſcopi & officialis. c.romana, de appel.in 6.

PR. Id eſt de iure ſeruandum licet non ſit ſtatutum, quod uerisſimile eſt ſtatutum fuiſſe.ſi de hoc quæſitum fuiſſet, in l tale pactum.§.ſi.ubi not.glo.ff.de pact.

PR. Inuentæ ſunt ideo obligationes, ut unuſquiſque acquirat, quod ſua intereſt.l. ſtipulatio iſta, §.alteri.ff. de uerb.oblig.§.alteri, inſti.de inut.ſtip.

PR. In omni iuramẽto ſemper intelligitur excepta authoritas legis, uel ſuperioris.l.fin.ff.qui ſatiſd.cog.l.imperatores.ff.ad municip.c.uenientes, de iureiur.extra.

PR. In omnibus Eccleſiaſticis ordinibus & miniſterijs ætatis maturitas, ſcientia, & morum honeſtas requiritur c.cũ in cunctis, de elect.ext.in c.licet canon.de elec.i 6.

PR. Iuramentum ualidat & confirmat actum, alias inutilem.l.1.& auth.ſacramenta.C.ſi adu.uend.c.pactum, de pact.in 6.& c.licet, de iureiur.in 6.

PR. Infamibus portæ dignitatum non pateant. l.2.C. de dig lib.12.c.inter dilectos, extra de exceſſ. prælat c.infamibus, de reg.iur.in 6.

PR. Inciuile eſt, parte una perſpecta, tota re non cognita, de ea iudicare, in l inciuile.ff de legib.l. non eſt ferendus ff.de tranſact.

PR. Idcirco liberos procreamus, ut æternitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.l. liberorum, in fi.ff. de uerb.ſigni.

PR. Inuiti et ignorantes per alium liberari poſſumus l.ſolutionem ff de ſol l.ſoluendo ff de neg geſt.

PR. Iudicium redditur in inuitum.l. inter ſtipulantem §. 1 ff.de uerb obliga.

PR. Iuramentum tria debet continere, ueritatem, iuſtitiã, & iudicium, glo.in auth quod tis.C.de nupt.

PR. In alternatiua ſummarum minor inſpicitur, in alternatiua uerò temporis longius inſpicitur.l.ſi ita ſtipulatus, de uerb. oblig.

PR. In contractibus non eſt locus iuri accreſcendi. l. ſi mihi & titio, de uerb.oblig.ff.

PR. Intereſt prohiberi à nemine prohiberi. l. idem iuris de uerb oblig ff.

PR. In dubio quis præſumitur uti iure ſuo. l. merito. ff. pro ſoc.

PR. Iudex plena prius diſcuſsione cauſſæ adhibita, cauſſam determinare debet. l.iudices C. de iud.can.iudicantem. 14.q 5.

PR. In iure noſtro nihil eſt addendum, aut detrahendum, aut immutandum Deut.4. Apoca. ult Prouerb.30. l.1. §.fin.ff de præt.ſtipu. l.in conuentionalibus, de uerborum obliga ff.

PR. Ius accipiendi tranſit contra ſingularem poſſeſſorẽ. l.idemque §.1.ff.pro ſoc.

PR. Inter ſi.& cum, non eſt differentia. in l quodcunque. §.finali, ff.de uerborum obligatio.& l.qui promiſit. ff. de cond. indeb

OB. Contra de l centeſimis, §.fin.ff.de uerbo. obliga. ubi eſt differentia.

SOL. Non eſt differentia, cum apponuntur actui extrinſeco, ſecus ſi intrinſeco, ut ibi not Bart.

OB. Præterea contra de l.ex his. C.quando dies lega ced. iuncta.l.quibus diebus.§ 2.ff de conditio. & demonſtr. ubi ſi, facit conditionem; cum, uerò dilationem tantum temporis denotat.

SOL. Pro ſolu.huius contrarij dicas, quod quãdo poſt legatum pure relictũ adijcitur tẽpus ætatis, uel alterius e-

uentus in tempus certum, facit diem. d.l.ex his, ſi uerò adijcitur tempus incertum; facit cōditionem, ut d.§.2.

Pa. Iudicium inter patrem & filium non conſiſtit.l. lis nulla.ff.de iud. hoc intellige uerum de iure ciuili, ſecus de iure canonum, ut in can. quæritur. 1.q.7.

Pa. Intereſt reipublicæ, ne cuiquam hominum ius ſuum detrahatur l.2.ff. de his qui ſunt ſui, uel alie.iur.

Pao. In omnibus concilijs, ſemper intelligitur excepta authoritas Romani pontificis. c.ſignificaſti, de elect.ext.

Pa. Iniuriarum actio magis uindictæ, quàm iniuriæ habet perſecutionem l.cum emancipatis.§. emancipatus.§.de coll.bon.

Pa. Intereſt reipublicæ dotatas eſſe fœminas, ad prolem ſuſcipiendam replendamque liberis ciuitatem.l. 2.ff.ſolu. matrim.

Pa. Iudex ad non petita officium ſuum implorare non debet, in l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infect.

Pao. In ore duorum, aut trium ſtat omne uerbum. Deut. 19.Io.8.Matth.18.2.Cor.13.c.licet, extra de teſtibus c. latum.c.cum eſſes, extra de teſta.

Pa. Inhabilitas ad generandum non inhabilitat ad teſtandum.l.eunuchis.C.qui teſt.fac.poſſ.uel non.

Pa. Iudex uiri boni officio fungitur.l. continuus.§.1.ff.de uerbo.oblig.l.cæteræ.§.1.ff.fami.hercif.

Pao. Idem eſt iudicium de toto reſpectu totius, & parte reſpectu partis, in l.quæ de tota.ff. de rei uend.l. 1.ff. de euict.l. qui ſcit. ff. de uſur. in §.nihil intereſt. inſtitu. de fid.her.

Oa. Oppono de l.papinianus.§. ſed neque impuberis. ff. de inof.teſtam. ubi reſciſſo in totum teſtamento patris, pupillare in totum infirmatur, pro parte uero tantum ualet, ergo non ualet argumentum de toto ad partem, ad idem text.in l.naue, & l.ex mille.ff. de euic. & l.fina. ff.ut in ius uoc.cau.aut ſatiſd.& l. ſi quis alium.ff.de ſol. & l.per fundum.ff.de ſer.ruſt.præd.

So. Vbi eſt eadem ratio in parte, quæ in toto, ualet: aliàs ſecus, ut in contrarijs.

Pa. In ambiguis de minimis intelligimus.l. inter ſtipulantem.§.ſi ſtipulanre.ff.de uerb.obliga.l.ſi.ff.de præto. ſtip.l.nummis.ff.de leg.3.

Pa. In ſtipulationibus ius in pactis factum uerſatur, in l.ſi unus.§.pactus.ff.de pactis.

Pao. Ictus fuſtium non infamat.l.ictus fuſtium.ff. de his qui not.infam.

Os. Contra de l.fuſtibus.C. quibus ex cauſ.infam. irrog. ubi fuſtibus cæſus infamis fit.

So. Ibi quia erat ictus fuſtium cauſſa cognita, ex qua quis fit infamis ſententia prolata.

Pa. Iura ſpiritualia non reſident in laicum, in c.maſſana, & c.ſacroſancta.de electi.c. cauſſam quæ, de præſcript. c.eccleſia, de conſtit.

Pa. Iuri ſuo ſemel cedens, amplius illud repetere non poteſt.l.poſtquam liti.C.de pact. ſi quis. C. de rebus cred. & ioreiur. in can. quam periculoſum.7.q.1.

Pao. Iudex poſtquam iudicauit, functus eſt officio ſuo: ideo ſententiam ſuam ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam corrigere non poteſt, nec amplius de cauſa cognoſcere.l.iudex, & l.paulus.ff.de re iud.l.diui.ff.de pœ. c.in literis, & c. uenerabili, extra de off.delega. c.ſi compromiſſarius, de electio.in 6.

Os. Contra de l.quod iuſsit.ff.de re iud. ubi quod prætor iuſsit uetuitve, contrario imperio tollere poteſt.

Sol. Ibi in ſententia interlocutoria, ſecus in definitiua, ut ibi dicitur.

Os. Contra de l.ſi præſes.C.quomo.& quan.iud.ubi idem iudex de cauſa iterum cognoſcit.

So. Ibi in ſententia nulla ipſo iure, & ita ille idem cognoſcit ſi eſt ordinarius, ſecus ſi delegatus: hic in ſententia lata contra ius litigatoris, non conſtitutionis,

Os. ſed contra de l.ſi ut proponis.C.eod.tit.

Sol. Ibi in delegato ordinario, ſecundum Bartolum ibi.

Pa. Inter actionem directam, & utilem non eſt differentia quoad effectum.l.actio.ff.de neg.geſt.

Pa. Iudex maleficiorum non poteſt cognoſcere de cauſa ciuili.l.ſolemus.§.latrunculator.ff.de iud.

Pao. Iuramentum contra leges & bonos mores præſtitū, non ualet.l.iuriſgentium,§.& generaliter, & §.ait prætor.ff.de pact.l.non dubium.C.de lega.l. ſi quis inquilinos.§.ſi.de lega.1.ff.c.ſi diligenti, de foro compe.c.non eſt obligatorium, de reg.iur.in 6.

Pa. Innocentia reus purgatur non relatione criminum. l.is qui.ff.de pub.iud.

Pao. Impium eſt, ut qui res ſuas eccleſiæ non attulerit, damnum inferat.c.epiſcopus, de rebus eccleſ. alie. uel non.

Pao. Iudex appellationis poteſt pro parte ſententiam infirmare, & pro parte confirmare, caſus eſt multum ſing. in l.carmelia pia.ff.de iur.patr.in c.Raynutius, ubi not. extr.de teſta.

Pao. Iura iuribus concordare oportet, in l.unica.C.de inoff.dot.in c.cum expediat, de elect.in 6.

Pao. Infinitas in iure reprobatur.l.ſi.C.de ſacr.ecc.l.unic. C.de ſent. quæ pro eo quod int. prof.c. cū in multis, de reſcript.in 6.

Os. Contra de l.uideamus.§.iurare.ff.de in litem iur.ubi iurare in infinitum licet.

So. Dic quod imò ibi euitatur Infinitas, quia taxatur per iudicem, ut ibi ſubijcitur, & l.in actionibus, illo eodem titulo.

Pao. Incertitudo uitiat actum.l.duo ſunt titij.ff.de teſtatut.l.triticum, & l.ita ſtipulatus.ff.de uerb.obliga.§.incertis, inſt.de leg.

Os. Contra de l.id quod pauperibus. C.de epiſc. & cler. ubi relictum pauperibus in genere ualet.

Sol. Ibi fauore piæ cauſæ obſtat ēt.l.quidā relegatus.ff.de reb.du. Sed ibi in incertis, de certis perſonis, ut ibi not.

Pao. In iudicio quaſi contrahitur.l.3.§.Idem ſcribit.ff. de pecul.

Pao. In multis iuris articulis deterior eſt conditio fœminarum, quàm maſculorum.l. in multis. ff. de ſtat.homi. ubi uide glo.

Pa. In maiori ſumma minor ineſt.l.ſi unus. §. ſi cu. mihi. ff.de pact.l.1.§.ſi ſtipulanti.ff.de uerb.oblig.l. qui concubinam.§.cum ita, de leg.3.

Os. Contra.de §.præterea, inſtit. de inutili ſtipulatio.ubi inutilis eſt iſta ſtipulatio, ſi cum decem ſtipulatus fueris, & promiſeris mihi quinque, ergo non continentur quinque in decem.

Sol. Ibi nolebat ſtipulator ualere, niſi in maiori ſumma, ergo ubi conſtat de uoluntate partium, quod non inſit minor in maiori quantitate non continetur, nec habet locum regu. noſtra, uel dic, inutilis eſt ſtipulatio ſcilicet, in eo quod excedit, ut ibi not. ſed in ſumma, in qua conueniunt, ualet, & ita concordabit.

Pao. In uniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei, non autē in particularibus, in l.imperator.§.ſin.cum l.ſequ.ff. de leg.3.l.ſi & rem & pretium.ff.de pet. hære. in l.uenditor.ff.de hæred.uel act.uend. iuncta l.qui uas.§.finali.ff. de furt.

Pao. Inſtrumenta priuata non probant.l.inſtrumenta. C. de probat.

Pa. Innocentia conſilij, & fati infelicitas excuſat.l.infans. ff.ad l.Cor.de ſica.

Pa. Intereſt reipublicæ, ut ſuprema hominum iudicia ſortiantur effectū, in illa l.uel negare.ff.qui mad.teſta. aper.

Pa. Impubes iudicio caret.l.cum prætor.ff. de iud. §.item impubes, inſt.quib.non eſt permi.fac.teſtam.

Pro. Illud dicimur poſſe, quod iuſtè, honeſtè, & commodè poſſumus.l. nepos proculo.ff. de uerb. ſignif.in cau.

faciat

faciat.15.q.2.

Pro. In teſtamentis plenior interpretatio, eſt facienda, quàm in contractibus.l.in teſtamentis.ff.de reg.iur.c.cũ dilecti.extr.de donat.

Ob. Contrà, quia contractus conditionalis tranſmittitur ad hæredem,in § ex conditionali,inſt. de uerb. oblig. l. ubi pactum.ff.de probat.ultima autem uoluntas conditionalis non,ut l.unic.§.ſin autem ſub conditione. C.de cad.toll.

Sol. Illud eſt,quia diuerſa eſt ratio in contractibus, & ultimis uoluntatibus.Ratio diuerſitatis eſt,quia in contractibus factum contrahentis interuenit, qui nedum ſibi, ſed etiam hæredi prouidere cõiecturatur,quod ſecus in legato,uel hæreditate conditionali,quia ibi nõ uerſatur factum legatarij,uel hæredis,ſed ſolum teſtatoris,q ſolum intelligitur uelle prouidere & hæredi,& legatario, non autem hæredis,uel legatarij ſecundum Doct.

Pro. Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata. l.illicitas.§.ueritas.ff.de offi.præſ.

Ob. Contrà,imò ſecundũ conſcientiam ſuam, & æquitatẽ.l.quod ſi Epheſi.in fi.ff.de eo quod cert.loc.l.placuit. C.de iud.l.ſi irruptione,in fi.ff.fi.regund.

So. Contraria procedunt,quando aliquis, ut iudex habet conſcientiam & æquitatem,quo caſu de facto ſibi cognito per probationes factas iudicare debet,non autem habet conſcientiam, & æquitatem, ut priuatus: quando habet ut priuatus,ius non debet dicere: quia de facto ſibi cognito tanquam priuatus iudicare non debet.ita gl. in l.1. in fin.ff.de fer. & in §. ſi tibi, in authen. de mand. prin.coll.3.

Pro. Iuſtus dolor aliquem excuſat.l.gracchus.C.ad l.Iul. de adul.

Pro. In dubio pro teſtamento iudicãdum eſt.l.ſi pars.ff. de inoff.teſta.

Pr. In contractibus innominatis locus eſt pœnitentiæ.l. ſi pecuniam.ff.de cond.cauſ.da.cau.non ſecus.

Pro. Iniuria defunctus afficitur cum hæredem nõ habet, in §.1.inſt.quib.ex cauſ.man.non licet.

Pro. In habentibus ſymbolum.facilior eſt tranſitus,in l. an inutilis.§.acceptilatio,& l.ſi accepto latũ.ff.de acce; in l.in rem.§.item quæcunque.ff.de rei uend.

Pro. Iuriſdictio ſine modica correctione nulla eſt.l.1.§. fi.& l.fi.ff.de offi.eius cui mand.eſt iuriſdi.

Pro. In tabulis patris,& filij una falcidia ſeruatur, in l.in ratione.§.quod uulgo.ff.ad l.falcid.

Pro. In ſua poteſtate non uidetur habere,qui non eſt ſuæ poteſtatis,in l.ſic euenient.ff.ad l.Iul.de adult.

Pro. Is poteſt codicillari,qui & põt teſtari.l. diui.§.codicillos,& l.conficiuntur.§.codicilli.ff.de iur. cod.l.2. ff. de leg.1.

Pro. in acquirenda poſſeſſione corpus,& animus interuenire debent.l.3.ff.de acq.poſſe.in amittenda uero ſolus animus ſufficit.d.l.3.§. in amittenda, & l. ſi quis de ui.§.differentia.ff.eod.tit.

Ob. Contrà,quia ſicut in acquirenda, ita & in amittenda utrunque interuenire debet.l.quemadmodum. ff.eod.tit.l.fere,de regu.iur.ff.

Sol. Vtrunque neceſſe eſt in perdendo, ſi incipias à corpore, ſecus ſi ab animo,ita Doctores communiter tenent.

Pro. In traditionibus rerum quodcũque pactum ualet.l. in traditionibus.ff.de pactis.

Pro. Intereſt noſtra animum liberorum noſtrorum non corrumpi.l.ut tantum.ff.de ſeru.corru.

Pro. Imperialis fortuna,ſeu liberalitas culmen habet præcipuum,& omnes ſupereminet alias,in l.cum multa.C. de bon.quæ libe.

Pro. In certa parte inſtitutus in tota hæreditate intelligitur hæres.l.1.§.ſi ex fundo.ff.de hære. inſt.l. cohæredi.§. fi.ff.de uulgar.ſubſti.

Pro. Id quod non poteſt quis facere tanquam ipſe, poteſt facere tãquam alius.l.ſi pater familias. §. qui duos.ff.de adopt.l.quæſitum.ff.de in ius uoc.

Pro. Intereſt noſtra,litibus & ſumptibus non uexari.l.minoribus.ff.de mino.

Pro. In pecunia non cadit affectio ſingularis, cum ſit certa eius æſtimatio.l.nummis.ff.de in lit.iur.

Pro. Inter habẽtes ordinariam iuriſdictionem locus eſt præuentioni.l.ſi quis poſteaquam.ff.de iur. l. cum quædam puella.ff.de iuriſdictio.omniũ iudic.c.propoſuiſti, de foro comp. Vbi enim cœptum,&c.ut l.ubi cœptum ff.de iud.

Pro. In priuatis negotijs filius patrem,& pater filium iudicem habere poteſt.l.in priuatis.ff.de iud.

Pro. In quantũ quis honoratur, in tantum grauatur.l. ab eo.C.de fid.l.filius.§.apud Marcellum.ff.de leg.1.l.ſi ſic §.primo.ff.de lega.2.§.1.inſtit.de fid.hæred.

Pro. Ignorantibus etiam & abſentib. acquiri poteſt, l. cũ pater.§.ſurdo.ff.de lega.2.

Pr. Iuriſperitus poteſt mutare conſilium, ſi uideatur ſibi hoc expedire.l.diui.ff.de iur.patr.can certè 15.q.1.

Pro. Iudex debet iudicare ſecundum leges & conſuetudines,non ſecundum exempla,in l.nemo. C. de ſen,& interlo.om.iudic.l.rem non nouam.C.de iu.in §.omnis autem iudex,in auth. de iud.colla.6.§.1.inſti.de offi.iud.

Pro. Iniquũ eſt perimi pacto, de quo cogitatum nõ docetur.l.qui cum tutoribus,§.fi.ff.de pact.

Pro. In numerationib.una quandoque ſolutione tolluntur duæ obligationes.l.in numerationibus.ff.de ſolu.

Pro. Ignorãs,uel inuitus nemo obligatur.l. nec ignorãs. C.de donat.

Pro. Iuſiurandi religio ſatis Deum ultorẽ habet.l.2. C. de reb.cred.& iureiur.

Pro. In omni actu requiruntur duo,uoluntas, & poteſtas, non enim ſufficit uoluntas,niſi ſit & poteſtas, nec econtra,in l.multum intereſt.ubi gl.C.ſi quis alt.uel ſib.in c. cum ſuper abbatis,de offi.iud.de leg.extr.

Pr. Is gradu cæteros antecellit,quẽ labor prolixior & maiora ſtipendia fecerunt anteire.l.nemo agẽtiũ.C.de offi.mag.mil.

Pro. In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.l.rem legatam.ff.de adm.leg.

Pro. Iniquum eſt de alieno facto aliũ iurare.l. Marcel.§. iurare.ff.rer.amo.

Pro. Incluſio unius eſt excluſio alterius.l. cum ita. ff. de condit.& demonſtrat.l. Pomponius.§. ſed etſi is. ff. de proc.

Pro. Inter pares ſæpe ſolet eſſe inuidia.gl.in l.ſi cum exceptione.§.eum qui.ff.quod met.cauſ.

Pro. Inſtrumenta regulariter executionem paratam non habent.l.minor annis.25.cui fideicommiſſum.ff.de minor.fallit in inſtrumento depoſiti.l.penul. ubi Bal.C.de poſ.& in teſtamentis,in l.fi. C.de edic.diu.Adr.tollend. cum alijs ſimilibus.

Pro. Iudicium plurimorum firmius eſt c.prudentiam,extra de offic.deleg.

Pro. In obligatione generali nõ ueniũt ea, quæ quis uerisimiliter non eſſet conceſſurus.l. obligatione generali.ff.de pign.l.1.C.quæ res pign.oblig.poſſ.in cle. ſi epiſcopus,de pœnit.& remiſſ.in clem.

Pr. in bonæfidei iudicijs inæqualiter factũ in melius reformatur,in l.maioribus.C.comm.utriuſ.iud.

Pro. Imo,aduerbium correctiuè ponitur.l.ſi ita ſcriptum, ff.de hære.inſti.l.ſi ſtichus.ff.de man.teſtam.

Pro. Id debet quis probare,quo probato adiuuatur.l. ad probationem.C.de prob.

Pro. Ius nõ fauet uotis delicatorum.l.ſi ſeruos, in fi. de pign.actio.l.5.ff.de cap.l.fi. de oper.ſer.l.1.§.ſed ſi rem.ſi quid in fraud.pat.ff.l.ut pomum.ff.de ſeruit.

Pr. Ius quandoque fauet uotis delicatorum, in l. hoc iure.

re.ff.de aqua quot.& æſti.l.competit.§.1.ff. quod ui aut clam.

PR. Ignorans ignorabit.1.ad Cor.14.in ca.ideo.37.diſt. & can.qui ea 38.diſtin.

PR. Intereſt noſtra bonum habere uicinum l.quod ſæpe.§.fi.ff.de contrah.emp.

PR. Imperium & fiſcus abundabit,ſi ſubiectos habeat locupletes, in §.cogitatio. in authen.ut iud. ſic quo ſuff. coll.2.

PR. In generali ſermone non continetur perſona loquẽtis,l.inquiſitio. C.de ſolut.

Ob. Contrà de l.quòd ſi nolit.§.1. ff.de ædil. edic. & l. ꝙ ſi duo,& l.antep.ff.de in diem adi.& l.Paulus.§.fin.ff. de pign.

So. Tu dic quòd perſona loquẽtis benè ꝯtinetur,niſi alia cauſa impediat.d.l.inquiſitio,ita Bart. in l.1.ff. de ſenat.

PR. Iuſſus iudicis aliquem excuſat.l.quãquam.ff.de aqua plu.arcend.l.ſi ſtipulatus.§.ſi lancem.ff.de ſolut.

Ob. Contra de l.quoniam.C.de appella.ubi officialis faciens præceptum iudicis ordinarij punitur.

Sol. Cùm iudex aliquid mandat, officium ſuum exercendo,excuſatur parens propter iudicialem authoritatem. Si uerò non excercet officium ſuum,non eſt parendum. Nam interdum reſiſtere debent officiales, ut in contrario,& uide gl.in c.quod quis mandato, de reg. iur. in 6.

PR. Iuſtè poſsidet,qui authoritate prætoris poſsidet.l.iuſtè.ff.de acq.poſſ.

PR. Inter priuationem & habitum,non eſt dare medium in l.hæc uerba 3.ff.de uerb.ſign.

Ob. Contra de l.1.§.ſcientiam ubi gl.ff.de trib. ubi inter uelle & nolle datur medium,ſcilicet non nolle.

Sol. Aliqua ſunt oppoſita,ut contraria, & in illis eſt dare medium,ut inter calidum & frigidum,tepidum,inter auaritiam,& prodigalitatẽ liberalitas. Aliqua uero ſunt oppoſita,ut priuantia:& in illis non eſt dare mediũ,ut nox,aut dies eſt ſecundum dialecticos.

PR. Ius prætorium eſt quaſi uiua uox iuris ciuilis,in l.nam & ipſum.ff.de iuſt.& iur.

PR. Iracundia excuſat à culpa,in l.3.ubi gl.ff.de diuor.

Ob. Contrà de l.ſi non conuicij.C.de iniur.

Sol. Speciale ibi in actione iniuriarum,uel ubi fuit perſeuerantia,ut ibi not.

PR. Inanis eſt actio,quam inopia debitoris excludit. l. nã is.ff.de dol.l.itaque fullo.ff.de fur.

ADDITIO.

PR. In eodem ſtatu nunquam homo permanet.§.ut autẽ. in auth.de non alien.

PR. Impoſsibilium nulla eſt obligatio, in l.impoſsibilium. ff.de reg.iur.

Ob. Contra de l.meuius.ff.de cond.& demonſt. ubi ſi legatum ſit ſub conditione de dando ei qui de iur. capere non põt,conditio eſt adimplenda in forma ſpecificata,

Sol. Ibi non eſt impoſsibile quò ad dantem ſeu facientẽ, ſed quò ad accipientem.

PR. Inaudita cauſſa quenquam condemnari æquitatis ratio non patitur,in l.1.ff.de requir.reis.

PR. Inhumanum eſt ualde à nemine accipere, ſed paſsim uiliſsimum,omnia auariſsimum,in l.ſolent.ff.de offi. ꝓ conſ.& lega.

PR. Imperſonalitas uitiat contractum, in auth. ſi quando. C.de conſtit.pecun.

PR. In,pro ualde,ſumitur.l.gallus.§.ille caſus indifficilis, de lib.& poſth.

PR. Impudicus oculus impudici cordis eſt nuntius,can.nec ſolo affect.32.q.5.

PR. In iudicijs perſonarũ acceptio nulla eſt, in c.nouit.de iud.extr.in regu.in iudicijs,de regu.iur.in 6.

PR. In iudicando,cordi magis eſt cuſtodia ueritatis,quam obedientia,uoluntaris,ca.iudicet 3.q.7.

PR. In iuramento ſemper ineſt clauſula,ſi non ualet quod ago,ut ago,ualeat ut ualere poteſt, in l. cum pater.§. filius matrem.ff.de leg.2.

PR. In uno & eodem officio,non debet eſſe diſpar profeſſio.can.in noua 16.quæſt.7.

PR. In ambiguis rebus abſolutum non debet eſſe iudiciũ, can.fi.33.diſtin.

PR. Is ſtatutus alicuius eſſe uidetur,in quo deprehẽditur, in c.ſi iudex laicus,de ſenten.excom.in 6.

PR. In negotijs definiendis non ſolum eſt neceſſaria ſcientia,ſed etiam poteſtas,c.1.20.diſt.

PR. In malis promiſsis reſcinde fidem,can.in malis.2.q.4.

PR. Inter opera charitatis non minimum eſt errantem ab erroris ſui ſemita reuocare.c.inter opera,de ſpõſ. extra.

EX VTROQVE TESTA.

PR. In maleuolam animam non intrabit ſapientia, Sap.1.

PR. In multiloquio non deerit peccatum. Prou.10.

PR. Innocentem & iuſtum non interficies. Exod.23.

PR. Iuſto lex non eſt poſita.1.Tim.1.

PR. Iuſtus ex fide uiuit.Gal.3.

PR. Initium ſapientiæ timor domini.Pro.1.Eccl.1.

PR. Inimici hominis domeſtici eius. Mich.7.

PR. In omnibus operibus tuis memorare nouiſsima, & in æternum non peccabis.Eccleſ.7.

L

PROPOSITIO.

LEGATI appellatione continetur & fideicommiſſum.ff.de leg.3.l.1. C.com.de leg.

PR. Legati appellatione etiam hæredis inſtitutio continetur,in l.uerbis legis.ff.de ue.b.ſig.

Ob. Contra de l.mulier.§.fi.ff.ad treb. ubi legata portione hæreditatis non cenſetur facta hæreditaria inſtitutio, & per conſequens reſtitutio ex trebelliano,nec quartæ retentio dabitur.

Sol. Dic quod ex largiſsima ſignificatione uerbum, lego, trahitur ad inſtitutionem hæredis.d.l.uerbis, ſecundum communem uſum loquendi(cui ſtare debemus)quia nõ trahitur ad actum hæredis,ita Bart. in l.centurio. ff. de uul.ſubſt.

PR. Legitimè factum pœnam nullam meretur, in l. gracchos.C.ad l.Iul.de adul.

Ob. Contrà de l.1.C.de ſecund.nup.& §.fin.in auth. de reſti.coll.4.ubi legitimæ dicuntur nuptiæ ante annũ, & tamen puniuntur:& ſic aliquid eſt legitimum quod pœnam meretur.

Sol. Ibi matrimonium nõ punitur, ſed nimia feſtinantia.

Ob. Secundò contrà de l.quoties,C.de rei uend.iuncta l. eum qui duobus.ff.ad l.Corn. de fal. ubi qui eandem rẽ inſolidum duobus uendit, pœna falſi punitur,& tamen iure & legitimè dicitur diſtracta.

Sol. Aut loquimur de iure,reſpectu contractus uenditionis,& traditionis,& tunc procedit.d.l.quoties,aut uerò reſpectu delicti.& tunc non iure fit,imò faciens punitur.d.l.eum qui,& ita Bal.in d.l.quoties.

Ob. Tertio & ultimo opponitur de l.unic.C.ne tut.uel cur. uect.cond. iuncta.l.uni.rem alie.ger.ubi tutores,uel curatores libere poſſunt res ſuas, licet obligatas pupillis, alienare,uel obligare,& tamen ſi tutores uectigalia publica conduxerint,pœna falſi puniuntur,ne pluribus inſolidum res ſuas uideantur obligare: & ſic legitimè factum punitur.

Sol. Dic quod in d.l.uni. ne tut.uel cu.uect. condi.ſpeciale eſt in contractu uectigalis, uel dic quod tex.in d.l. unic.rem alien.

alien.ger.non dicit quòd non teneatur hac pœna.

Pro. Lectio repetita placebit, unde ſecundum Horatium Decies repetita placebunt, in §.1.C. de emẽd.Iuſt. cod.

Pr. Laici eccleſiaſtica negotia tractare non debent. c.2.extra de iud.

Pro. Lata culpa dolo æquiparatur, in l.quod ſerua. ff.dep. in l.1.ff.ſi menſ.ſal.mod.dix.

Pro. Leges ſe accomodant ad ea, quæ frequentius non rarò accidunt, in l.nam ad ea.ff.de leg.in §.1.in auth.ut ſine proh.mat.coll.5.

Ob. Contra de §.inſula, inſti.de rerum diuiſ.

So. Super his quæ rarò eueniunt lex diſponit, ut materia ad plenum declaretur, & ut dubietas tollatur, ut ibi.

Ob. Secũdo oppono de l.ſi maior quinquagenaria.C.de leg. hær.ubi lex de mirabili caſu de rarò contingenti diſponit,

Sol. Vbi euenit naturaliter, lex ſuper eo diſponere debet, ut ibi.

Pro. Legitima pars liberorum titulo inſtitutionis eſt relinquenda.l.inter cætera.ff.de lib.& poſth.§. aliud quoque capitulum, & §.hæc autem diſpoſuimus, in auth. ut cum de appe.cog.coll.8.

Pr. Legitima etiã in quinque ſolidis iure inſtitutionis poteſt relinqui.gl.communiter recepta in l.3.§.ſed utrum. ff.de min.

Pr. Legitima filiorum quaſi debitum appellatur, in §.1. in auth.de trien.& ſem. coll.3.l. Papinianus. §. ſi quis impubes.ff.de inof.teſt.

Pro. Libera debent eſſe matrimonia.l.Titia.ff.de uerb. obli.l.neque ab initio.C.de nupt.in c.requiſiuit.& c.gemma.extra de ſpon.& mat.

Pro. Literæ ſolæ iura non dant neque probant.l. epiſto. ff. de pact.l.epiſtolis.ff.de prob.

Pro. Lex ſecundum titulum, cui ſubiecta eſt intelligi debet.l.Imperator, in ſi.ff.de in diem ad.

Pr. Leges, ſunt ſacratiſſimæ.l.leges.C.de le.l.1.ff. de uar. & ext.cog.

Pr. Lege imperatorum non in omnibus eccleſiaſticis controuerſijs eſt utendum, ca lege.10.diſtinct.

Pr. Liberi corporis æſtimatio nulla eſt.l.1.§.1. ff.de his q deie.uel effud.

Pr. Licet non ualeat quod in ueritate agitur, tamen ualet quod ſimulatè concipitur, in l.Lucius.ff.de poſ.

Pro. Lex debet eſſe de caſu dubitabili, in l. quod labeo.ff. de carb.edic.in l.domitius labeo.ff.de teſtam.l.ancillæ. C.de furt.quandoque tamen ratione clarioris ſenſus ſuper non dubio reſpondere ſolẽt iuriſcõſul.in l.illud nullam habet dubitationem.ff. de min.l. ſi conuenerit, ibi procul dubio.ff. de iuriſ.om.iu.l.nõ dubium. ff. de leg.3. & l.non dubium.C.de leg.

Pr. Locatio non transfert dominium.l.non ſolet.ff.loc.l. ad probationem.C.eod.tit.

Pro. Litibus finis eſt imponendus, ne immortales ſint.l.properandum.C.de iudi.l.quidam, Si cert.pet.ff.c.finem litibus, ext.de dol.& cont.

Pro. Lis dicitur mota, cùm fuerit lis conteſtata, ca.ex parte.3.de uerb.ſig.ext.

Pr. Lite conteſtata perpetuatur actio, in l.ſi.C.de præſcri, 30.uel 40.anno.

Pro. Liberalitatem hominũ captioſam interpretatio prudentium fregit, in l.cum Aquiliana.ff.de tranſ.

Pro. Leges neq; in paupertate uiuere, neque in anxietate mori permittunt.§.ſi.in auth.de hæred.& fal.col.1.

Pro. Longiſſimum uitæ hominum tempus eſt centum annorum. Eccle.18.in l.ſi.C.de ſacroſ. eccleſ.l. ſi uſusfructus.ff.de uſuf.leg.

Pr. Ludus ſcacorum eſt permiſſus, cùm in ingenio potius naturali, quàm forte conſiſtat, not.gl.in auth. interdicimus.C.de epiſco.& cler.

Pro. Lex eſt perpetua, nec unquam moritur. 4.Eſd.9.l.arriani.C.de hæret.

Pro. Liberalitate ſua quis inops fieri non debet.l. ne liberalitate.ff.de re iud.

Pro. Limitata cauſa limitatũ parit effectum.l. in agris. ff. de acquiren.rerum dom.l.2.ff.de per.& com.rei uend.l. cum ſeruo.ff.de contrah.empt.

Pro. Legitimum eſt etiam quod à lege confirmatur, in l. legitima.ff.de pact.in l.lege obuenire.ff.de uerb. ſignifi. in reg.actus legitimi, ubi Dyn.ff.de reg.iur.

Pr. Leges ab omnib.ſciri & obſeruari debent, in l.leges. 1.& 2.C.de leg.

Pr. Libertas inæſtimabilis res eſt.§.ſi.inſt.quib. ex cauſ.ma.non licet

Pr. Ludus pernicioſus, impunitus eſſe non debet.l. inter omnes.§.ſi.ff.de furtis.

Pr. Laicis nulla eſt attributa facultas in rebus eccleſiaſticis, in c.cum laicis, et in ca.de reb.eccle.non alien.c.eccleſia, de conſt.

Pro. Lucrum intelligitur deducto damno, & damnum lucro deducto.l.mutius.ff.pro ſoc.

Pr. Lupanaria in multis honeſtorum uirorum prædijs exercentur.l.ancillarum.§.ſi.ff.de pet.hæred.

Pr. Legitima debetur tantum tempore mortis, in l.cum quæritur.C.de inoff.teſta.in l.1.§.ſi impuberi.ff.de coll. bon.

Pro. Legaui uerbum, non tantum ad præterita, ſed etiam ad præſentia legata trahitur, in l.talis ſcriptura.§.ſi.ff.de leg.1.

Pro. Latrones furca ſunt ſuſpendendi.l.capitulum.§.ultimo.ff.de pœnis.

ADDITIO.

Pro. Legatarius poteſt eſſe teſtis in cauſa teſtamenti, l.qui teſtamen.ff.de teſtamen.in § legatarijs. inſti. de teſta.

Obiec. Opponitur, quia nemo in ſua cauſa teſtis eſſe poteſt, in l.nullus.ff.de teſtib.

Sol. Legatarius in cauſa teſtamenti non ſua fert teſtimonium, nec propter hoc quòd ualeat teſtamẽtum ſequitur quòd ualeat legatum, cũ ſine teſtamento legata poſſint conſiſtere, in auth.ex cauſa.C.de libe.præter.uel exhære.ita Acur.in l.omnib.C.eodem.

Pr. Leuis duntaxat caſtigatio permiſſa eſt docenti.l. ſed & ſi quicunque.ff.ad legem Aquil.

Pro. Leges ſeculares non dedignatur ſacros canones imitari, in c.ſi.de ſecun.nupt.extra.

Pro. Legis beneficio minimè fruantur hi qui contemnendam eam eſſe cenſuerunt.l.ſi.§.ſin uero. C.de iur.delib.

Pr. Liberum corpus æſtimationem non recipit in l.3. ff. ſi quand.pau.feciſſ.dica.

Pr. Ludos eos appellare non debemus, ex quibus crimina oriuntur, in proh.furum §.ſi.

Pro. Lacrymæ & orationes ſunt arma clericorum.ca.reprehenſibile, & ca.conuenior.23.q.8.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Leo eſt fortiſsimus beſtiarum. Prou.30.

Pro. Laus in ore proprio ſordeſcit. Pro.27.

Pr. Litera occidit, ſpiritus uiuificat.2.Cor.3.

Pr. Lata porta & ſpatioſa uia quæ ducit ad perditionẽ, & multi intrant per eam; anguſta uero porta eſt quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui inueniãt eam. Mat.7.

M

PROPOSITIO.

MVLTA fieri prohibentur, quæ ſi facta fuerint, tenent.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui, uel alien.iur.c.ad apoſtolicã de extr.in can. neque furioſus.33.q.2.

Pro.

Pro. Multæ hominum ſpecies,& rerum diſcolor uſus, Velle ſuum cuique eſt, nec uoto uiuitur uno. glo. in l. fin. ff. de offi. præt.

Pro. Militat in teneris annis amor hoſpes amænus. Eſt in canicie ridiculoſa Venus. gl. in c. cum in iuuentute. extra de præſumpt.

Pro. Mora purgari poteſt. l. interdum. §. ſtichi. ff. de uerb. oblig.

Ob. Contra de l. magnam. C. de contr. & commit. ſtip.

Sol. Ibi erat dies,& pœna appoſita, quo caſu nõ purgaſ.

Pro. Modico ære præſenti magis contenti ſumus, quã futuro. l. cum hi in principi. ff. de tranſact. ubi gl. notat Ad præſens oua cras pullis ſunt meliora.

Pro. Maſculinum cõcipit fœmininũ. l. qui duos multos. ff. de leg. 2. l. ſeruis legatis, de lega. 3. l. 1. ff. de uerb. ſignific.

Pro. Multa cadunt inter calicem, ſupremaq; labra,& multa cadunt inter os,& offam, in §. illud quæſitum, inſti. de rerum diuiſ.

Pr. Meretrices fuge, in can. meretrices. 32. q. 4.

Pro. Melius eſt pro ueritate pati ſupplicium, quã pro adulatione beneficium, in cano. nemo peritorum. 11. q. 3.

Pr. Multa fiunt propter ſcandalum euitandum, quæ aliàs non fierent. l. qui cædem. ff. ad l. corn. de ſicca. c. cum teneamur, extra de præb.

Ob. Contrà de cap. qui ſcandalizauerit, extra de reg. iur. ubi utilius naſci permittitur ſcãdalum, quàm ueritas relinquatur.

Sol. Ibi de ueritate bonæ uitæ quæ propter ſcandalũ relinquenda non eſt, ſecus in ueritate diſciplinæ, uel iuſtitiæ. ut hic,& ibi uide gl.

Pro. Monachi iurare ſolent per crede mihi. nota. gl. in l. quæ ſub conditione. §. 1. ff. de cond. inſtit.

Pro. mulieres uagari non licet, nec uirorum cœtibus immiſceri. c. mulieres. de iud. in §.

Pr. Mulieres ſunt ſubditæ uiris. ad Ephe. 5. 1. Pet. 3. ad col. 3. in can. ſatis,& can. mulierem. 33. q. 5.

Pr. Mulieres uirilibus officijs fungi non poſſunt. l. 1. §. ſexum. ff. de poſtul. l. cum prætor. ff. de iud. l. 2. de reg. iur. in can. mulierum. 33. q. 5.

Ob. Contrà de cap. dilecti, extra de arbit. ubi mulier arbiter eſſe poteſt ex compromiſſo, contra. l. penul. C. de arbit.

Sol. Illud uerum eſt de conſuetudine præſcripta, ut in Reginã Francorum, ut ibi.

Ob. Præterea contra de can. mennan. 2. q. 4. ubi delegatur mulieri ius ſpirituale.

Sol. Ibi quia princeps ſcienter commiſit cauſam.

Pro. Meritis magis ſunt filij ad paterna obſequia prouocãdi, quàm pactionibus aſtringendi. l. ſi quãdo. §. illud. C. de inoffi. teſta.

Pro. Maior quæſtio trahit ad ſe minorem. l. per minorem. ff. de iud.

Pro. Media tempora non nocent in l. ſed etſi conditioni. §. ſolemus,& l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hær. inſt. l. 1. §. exigit. ff. de bon. poſſ. contra tab.

Pro. Medici æquiparantur obſtetricibus,& æſtimãtur ſexaginta ex ſolidis in l. ſi pluribus. C. commun. deleg.

Pr. Mulier regulariter teſtis eſſe poteſt in l. qui teſtamẽto §. mulier. ff. de teſt. l. ex eo. 11. q. 3.

Ob. Contra de can. mulierem 33. q. 5. & c. forus in ſi ext. de uer. ſig.& §. teſtes, inſti. de teſt. ordi. ubi mulier teſtificari non poteſt, quia fragilis & mutabilis.

Sol. In criminalibus iudicijs mulier teſtis eſſe non poteſt de iure canonico, ut in contrarijs. In ciuilibus uerò teſtis eſſe non poteſt in teſtamento. d. §. teſtes.

Pro. Malæ fidei poſſeſſores eius quod in rem alienam impendunt, nullam habent repetitionem. l. domum. C. de rei uend.

Pro. Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit. ca. 2. extr. de reg. iur.

Pr. Mendacium in iure punitur, mendax enim omni commodo priuatur, in l. fi. ff. de rei uend. l. & ſi legibus. C. ſi contra ius, uel uti. publ. l. ſi dubitet. §. ita tamen. ff. de fideiuſ. l. ſed hæc ita. §. 1. ff. de re iud. l. ſi filius. ff. de interactio. l. inde neratius. §. ſi. ff. ad leg. Aquil. l. 3 negantem. C. de leg. aquil. §. hoc ſtudium,& §. illud, in auth. de trie. & ſemiſſ. coll. 3. c. ſuper literis, extra de reſcrip.

Pro. Memoria humana eſt labilis, in l. peragre. ff. de acquir. poſſ.

Pr. Mandatum morte mandatoris finitur. l. ſi præcedente. ff. mand. l. mandatum. C. eodem tit.

Pr. Melius eſt ordinem eſſe plenum. l. generaliter. §. ſpurios, de decur.

Pr. Mors omnia ſoluit, in §. deinceps, in aut. de nup. coll. 4.

Pro. Mitius agitur cum lege, quam cum homine, glo. in l. celſus. ff. de arbit.

Pro. Melius eſt habere paucos miniſtros, quàm multos malos, in c. cum ſit ars artium, de æta. & qual.

Pro. Melius eſt pauca idonea effundere, quam multis inutilibus homines prægrauari. l. 2. §. cõtrarium. C. de uet. iur. enucl.

Pro. Male meritus publicè ut alijs exemplo ad deterrenda maleficia ſit, ægeſtate laborare debet. l. bona fides. ff. depoſit.

Pro. Mora eſt debitoris uitium gl. in l. ſi. C. in quibus cauſ. in integ. reſt. non eſt neceſſ.

Pr. Manifeſtæ turpitudinis eſt nolle, nec iurare, nec iuſiurãdum referre. l. manifeſtæ. ff. de iureiurand.

Pr. Maius eſt delictum in committendo, quàm in omittẽdo, gl. communiter recepta, in l. mora. ff. ſol. mat.

Pr. Melius eſt pauca agere caute, quam multia intereſſe periculosè, in §. ſi uero in auth. de tabel. coll. 4.

Pro. Monaſterium habetur loco filij, in auth. ſi qua mulier, ubi glo. C. de ſacroſ. eccleſ. c. in præſentia, extra de proba.

Pro. Monachus habetur pro mortuo quoad actus ciuiles l. deo nobis. C. de epiſco. & cler. can. placuit 16. quæſt. 1. ſecus tamen quoad actus naturales. not. Acur. in auth. idem eſt. C. de bon. quæ lib.

Pr. Melioribus contemptis improba aduocatio ſurrogari non debet. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud.

Pr. Media uia eſt eligenda, medium enim tenuere beati, Maior enim medijs gratia rebus ineſt, medio tutiſsimus ibis in §. 1. in auth. de conſ. coll. 4. l. ſolent, de offi. proc. & leg. l. nec ſupina. ff. de iur. & fact. ign. l. legato. gñaliter. ff. de lega. 1. §. cum ex aliena materia, inſtit. de rerum diuiſ. c. 1. extra de offi. cuſto.

Ob. Contra de l. neſennius in fin. ff. de neg. geſt. ubi alimẽta præſtita ab auia filio, de utroq; patrimonio non dicũtur erogata,& ſic diuiſio per medium non fiet.

Sol. Dic q ibi maior erat præſumptio pro una parte, q̃ pro alia,& tunc non eligitur media uia, ſecus quando non eſſet maior præſumptio pro una parte, quàm pro alia, ut hic,& uide Ang. & Ioan. Fab. in §. ſi. inſtit. quib. ex cauſ. ma. non lic.

Pr. Mendax precator carere debet impetratis. l. & ſi legibus. C. ſi contra ius uel util. pub. c. ſedes, & c. ſuper literis, extra de reſcrip.

Pr. Multa tranſeunt cum uniuerſitate, quæ aliàs non tranſirent. l. in modicis. ff. de contrahen. emp. l. quædam. ff. de acqu. rerum domi. l. 5. ff. de fun. dot. cap. de iure, & cap. cum ſeculum, extra de iur. patron.

Ob. Contra de l. perinde,& l. ſi patroni filius. ff. ad Trebel. ubi operarum pactio,& iura ſepulchrorũ non trãſeunt cum uniuerſitate ad fideicommiſſarium, ſicut nec ſpecialiter tranſire poſſent.

Sol. Hæc regula fallit in iuribus ſepulchrorũ,& obligationibus operarum, ſecundum gl. in d. l. quædam.

Pr. Merum & mixtum imperiũ de iure ciuili eſt indelegabile. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. ſecus de

iure

iure canonico, quia poteſt delegari, gl. communiter approbata in c. quod ſedem, extra de offi. iud. ordin.

Pr. Malitijs hominum eſt obuiandum. l. in fundo. ff. de rei uend. c. auaritiæ, de ele. in 6.

Pro. Medium trahit ad ſe præcedens & ſequens, & ſic duo extrema. l. qui ſella. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. c. 2, requiris. §. 3. poſtulas. de appell. ext.

Pro. Miſericordia indigni non ſunt, qui alieno laborant uitio. l. legem. C. de natu. lib.

Pro. Maritus duas uxores habere non poteſt, alias infamia efficitur. l. 2. C. de inceſt. nup. l. eum qui duas. C. de adul. §. affinitatis, inſt. de nupt.

Pr. Mulier & fiſcus in priuilegijs pari paſſu ambulant. l. 2. C. de priuil. dot.

Pro. Melius eſt coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitum ſentiant l. fi. C. de bon. quæ lib.

Pr. Merces laboris eximij appellanda eſt, quæ contemplatione ſalutis, certo modo æſtimanda non eſt, l. ſi pater. §. finali. ff. de dona. cauſa. mor.

Pro. Multa renaſcentur, quæ iam cecidere cadentque.
Quæ nunc ſunt in honore uocabula (ſi uolet uſus)
Quem penes arbitrium eſt, & lex, & norma loquendi,
gl. in l. labeo. ff. de ſupp. lega.

Pr. Maximum remedium ad lites finiendas, eſt tranſactio, & iuſiurandum. l. 1. ff. de iureiur.

Pr. Morbus impedit iudicium. l. quæſitum. ff. de re iudic. l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut.

Pro. Melius eſt poſſidere, quàm alio poſſidente petere. l. is qui deſtinauit. ff. de rei uend.

Pro. Milites plebeiorum pœnis, nec tormentis ſubijci debent. l. milites. C. de quæſti. quod nota. quia idem in clerico & doctore.

Pro. Milites ab omni bellorum tumultu rempublicã à qua aluntur, defendere debent, in l. milites. C. de loc.

Pr. Mulier incarcerari non poteſt, nec in ciuilibus, nec in criminalibus cauſis, auth. hodie. C. de cuſt. reorum.

Pr. Mediocris ſcientia ſufficit. l. ſi quid uenditor. §. uenditor, & l. ſciendum. §. illud. ff. de ædil. edic. c. niſi cũ pridẽ. extra de renun. c. cum olim, de elect.

Pr. Multæ hominibus uiæ ad malum ſunt, in §. mitiores in Auth. de nupt. coll. 4.

Pr. Multa fiunt incidenter per indirectum, quæ principaliter directè fieri non poſſent. l. quoties. C. de iur. l. cum ciuili. C. de ord. cog.

Pro. Magis eſt fauendum ei qui certat de damno euitando, quàm ei qui certat de lucro captãdo. l ſi. §. & ſi præfatã. C. de iur. delibe. l. qui autem. §. ſimili quoque modo. ff. de his quæ in frau. cred.

Pro. Melius eſt præuenire quã præueniri, in l. fi. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. nõ eſt neceſſ. l. 1. C. ut unicuique lic. ſine iud. ſe uind.

Vnde uerſus.

Principijs obſta, ſerò medicina paratur,
Cum mala per longas conualuere moras,
Et, Sero ſapiunt phryges.

Pr. Mixtum eſt ex duobus ſimplicibus compoſitum. l. imperium. ff. de iuriſ. omni. iud. l. 2. ubi glo. de uerb. oblig. §. quædam, inſt. de act.

Pro. Mors ciuilis & naturalis æquiparantur. l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. §. pe. ff. de bon. poſ. contra tab.

Pro. Mutare formam nocet. l. prolatã. C. de ſen. & interl. om. iud. l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu. homi.

Pro. Mercenarius dignus eſt mercede ſua. Matth. 10. Cor. 3. c. cum ſecundum apoſtolũ. extra de præb. c. ſuper ſpecula, ext. de mag.

Pro. Maleficiorum nulla ſocietas eſt l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. diſtr.

Pro. Monachus quicquid acquirit, acquirit Monaſterio, authen. ingreſſi. C. de ſac. ec.

Pro. Multiplex inuoxiæ paupertati incommodum infligi non debet. l. omnes. § præterea. C. de ſacro. eccleſ.

Pro. Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus. l. ſi merces. §. uis maior. ff. loc.

Pro. Magnum non eſt præiudicium in mora modici temporis. l. ſi debitori. ff. de iud.

Pro. Maior caſtitas in fœminis, quàm in maſculis exigitur, gl. in l. palam. §. quæ in adulterio. ff. de rit. nupt.

Pro. Maiori parti ſtandum eſt l. duo ex tribus. ff. de re iud. l. ſi in tres. ff. de arb. c. 1. de arb. extra, & c. 1. de his, quæ fiunt à ma. part. c.

Pr. Manifeſta probationibus non indigent. l. 1. §. ſi. ubi gl. de dot. præl. ff. can. de manifeſta. 2. q. 1.

Pro. Morte proteſtantis extinguitur proteſtatio. l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nunt.

Pro. malitia ſupplet ætatem. l. 3. C. ſi mino. ſe. ma. dix. c. de illis 2. extra de deſp. imp.

Pro. Mala herba citò creſcit, gl. in l. qua ætate. ff. de teſtament.

Pro. Monachum non facit habitus, ſed profeſsio regularis c. porrectum. extra de reg. & tranſ. ad religio.

ADDITIO.

Pro. Metus intelligitur qui cadere poteſt in cõſtantẽ uirum l. metum. ff. quod me. cau.

Pr. maius eſt impedimentum naturale quam accidentale. l. ſi ſerua. §. ſi. ff. de iur. dot.

Pro. maximum ac præcipuum munus eſt fœminarum concipere, ac conceptum tueri. l. quæritur. ff. de ædil. edic.

Pro. Malum eſt cadere à propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum. can. certẽ. 12. q. 1.

Pr. Melior eſt in malis factis humilis cõfeſsio, quàm in bonis ſuperba gloriatio, can. iniuſtum. 6. q. 3.

Pr. Malum eſt peccare, ſed diabolicum perſeuerare. not. in l. conſentaneum. C. quom. & quand. Iudex.

Pro. Meliora ſunt uulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis pro. 27.

Pro. Minus malum exiſtit uiam domini non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire, in c. quidam ext. de apoſtat.

Pr. Miracula diuina ſunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda, can. fin. 4. q. 3.

EX VTROQVE TESTA.

Pr. Melius eſt incidere in manus domini, quia multæ ſunt eius miſericordiæ, quàm in manus hom. 2. Reg. 24.

Pro. Mulier mortuo uiro ſoluta eſt à lege uiri, & nubẽdi in domino cui uelit liberam habet poteſtatem. Roma. 7. in c. pen. & c. ſi. de ſecund. nupt. ext.

Pr. Melius eſt nomẽ bonum quàm diuitiæ multæ. Pro. 22.

Pr. Munera excæcãt prudentes, & ſubuertunt uerba iuſtorum, Exod. 23.

Pro. Melior eſt ſapientia quàm uires, & uir prudens quã fortis. Sap. 6.

Pr. Multi colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis. Pro. 19.

Pr. Melius eſt nubere quàm uri. 1. Cor. 7.

Pr. Militia eſt uita hominis ſuper terram. Iob. 7.

Pr. Modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Gal. 5. 1. Cor. 5.

Pr. Multi ſunt uocati, pauci uerò electi. Mat. 20.

Pr. Mihi uindictam & ego retribuã dicit dominus. Ro. 12.

Pr. Melius eſt à ſapiente corripi, quàm à ſtulto adulatore decipi. Eccle. 8.

Pr. Melius eſt uocari ad olera cum charitate quàm ad uitulum ſaginatum cum odio. Pr. 15.

Pro. Multi erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi. Mat. 19.

M

PROPOSITIO.

NON entis nullæ ſunt qualitates.l.eius qui in prouinciam.ff.ſi cert.pet.l.quidam referunt.ff.de iur.cod.ubi non ualet legatum illi, qui tempore codicillorum non erat,& l.1.com.præd.ff.ubi prædio, quod nondum eſt imponi ſeruitus non poteſt.& l.item eorum.§.ſed ſi ita.ff.quod cuiuſque uniuerſ.ubi decretum ipſo iure nullum eſt, quod eſt datum de ea re quæ adhuc in controuerſia non eſt, & l.in actionibus.ff.de in lit.iur.ubi æſtimari res non pôt, quæ non eſt.& §.ſi tamen.inſt.de rerum diuiſ. ubi res eatinctæ uindicari nullo modo poſſunt,uide textum in c.ſi.in ſi.de pœni.diſt.ff.& c.ad audiẽtiam.extr.de eccleſ.ædif.

Ob.Contra de l.ſeruitutes.§.qui in futuro.ff.de ſeruit.urb.prædio.& l.labeo.ff.de ſer.ruſt.præd.& l.pe.cum.l.ſi.ſi ſer.uend.ubi rei quæ nondũ eſt,imponi ſeruitus poteſt.

Sol.Imponi quidem poteſt,ut quis obligetur nomine ſeruitutis,non ut ſit præſens ſeruitus,ut ibi.

Pro.Negligentia alterius alteri nocere non debet.l.3.ff.de tranſact.

Pro.Non ualet pactum de re mea non alienanda.l. nemo.ff.de pact.

Pr.Naturalia nõ poſſunt tolli.l.eas obligationes. ff. de ca.dim.l.ius agnationis.ff.de pac.l.iura ſanguinis. ff.đ reg.iur.& §.pen.inſti. de iur.nat. genr. & ciu. & §.at hi qui.inſt.de hære.ab inteſt.

Ob.Contra quia ius cognationis eſt naturale,& tamen tollitur per capitis diminutionem maiorem,aut minorem, in §.ſi.inſt.de leg.agn. tut. iuncto.§ cum autem,inſti.de cap.dimi.

Sol.Tollitur ibi,quantum ad ius ſuccedendi, ſecus quoad conſanguinitatem naturalem.

Ob. Item ius libertatis quod eſt naturale tollitur iure gentium.§.ius autem gentium,inſti.de iur.nat.gen. & ciuil.l.manumiſsiones.ff.de iuſti.& iur.

Sol.Dic quod nihil tam naturale eſt,quam unumquodque eodem genere diſſolui quo colligatum eſt:omnis enim res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui tur.l.nihil tam naturale.ff.de reg.iur.c.1.de reg.iu.extr.ſed libertas à iure naturali deſcendit,non mirum igitur ſi & tollatur per ius gentium,quod eſt naturale.§.ſingulorum,inſti.de rerum diuiſ.

Ob. Præterea obſtat,quia ius naturale uult neminẽ fieri debere cùm alterius damno locupletiorem.l.nã hoc natura.ff.de cond.indebit.& tamen per uſucapionem quis rem alienam acquirit cum alterius damno.

Sol. Dic quòd æquitas ſcripta in ſpecie præfertur ęquitati ſcriptæ in genere,& uide Dyn.i reg.locupletari,de reg.iur.in 6.uel ſol.generaliter dicẽdo quòd ius naturale in ſuo genere tolli non poteſt , tamen in ſpecie poteſt , uel dic quòd mutari poteſt quantum ad obſeruantiã ipſius , ſecus quoad eſſentiam ſui , quia in ſe ſemper bonum,& æquum eſt : ita gl.in l.ius ciuile.ff.de iuſti.& iure.

Pr.Naturalis obligatio tollitur ipſo iure per pactum.l.ſtichum.§.naturalis.ff.de ſolut.

Ob.Contra de l.ſi unus.§.pactus ne peteret.ff.de pac.& §.præterea.inſt.de excep.ubi pactum ipſo iure non tollit obligationem.

Sol.Dic quòd pactum ipſo iure tollit naturalem , ciuilem autem elidit tantum,ut in contrarijs.

Pr.Nuptiæ ſolo conſenſu contrahuntur.l.nuptias, de reg.iur.§.nuptias,in auth.de nupt.coll.4.l.conſenſu.C.de re pu.Carnali autem copula cõſumantur.can.in omni matrimonio. 27.q.2.c.debitum.ext.de biga.c.ex publico , extra de conuerſ.coniug.

Pro. Nemo dat quod non habet , in l. traditio. ff. de acqui rerum do.l.ſi filiusfamilias.C. de don. l. ſi uniuerſæ.C.de legat.ubi Bar.not.italicum prouerbiũ,mal da chi nõ ha,dice la cãpana di ſancto Pietro.Vide tex. in can.uentum eſt.1.q.1.

Ob. Contra,de l.non eſt nouum.ff. de acqui. rerum dom.ubi dominium quod non habeo,in aliũ transfero,& l.interdum.ff.de acqu.poſſ.ubi poſſeſsionem quam non habemus,in alium transferimus , & l.quod noſtrum.ff. de acqui.rerum dom.ubi noſtrum non eſt,transferimus in alium.

Sol.Ibi tres caſus ſunt ſpeciales,regulariter contrà,ut hic.

Pr.Nemo præſumitur uelle impugnare iudicia ſua.l. ſimiles.ff.de mil.teſta.l.omnium.C.de teſt.

Pro.Non eſt rationabile nolẽtibus dominis nos in alienis agris aucupari.l.diuus.ff.de ſeru.ruſt.præd.

Pro.Nomen ſuum mutare cuilibet liberum eſt. l. unic.C.de mu. no. nihil enim mali eſt honeſti hominis nomen aſſumere.l.facta.§.ſi in danda.ff.ad Trebell.

Pro.Natura cuiuslibet rei ſpectanda eſt. l.ſi. C. de his qui uen.æta.imp.in §.pauonum inſt.de rerum diuiſ.

Ob.Contra,imò accidens magis , quàm natura inſpicitur.l.1.§.beſtias.ff.de poſtul.

Sol. Dic quòd quædam nõ ſunt de natura,de neceſsitate,ſed ex naturali præſumptione,ut quod leo ſit fortis , & ex accidẽti poſſunt mutari,d.§.beſtias.quędã uerò ſunt naturalia propriè,& tũc immutabilia,ut hic ſcđm Bar.

Pro. Non utens priuilegio per decennium,illud amittit , caſus eſt,no.l.1.ff.de nund.

Pr.Ne innitaris prudẽtiæ tuæ.Prou.3.c.ne innitaris , ext.de conſt.

Pro.Non refert quid ex æquipollentibus fiat.l.ſi mater.C.de inſtitu.& ſubſtit.l fideicommiſſa.§.ſi cui.ff.de leg.3.l.ſi duo.ff.de admini.tuto.c.tua.extra de decim.

Ob. Contra de l.quoties.ff.de uſufr.ubi refert quid ex æquipollentibus fiat.

Sol. Hæc regula habet locum quantum ad inclusionem , uel exclusionem rei, nõ autem quantum ad durationem rei,mutatæ,quia per mutationem definit ſub appellatione ſpeciei contineri, non tamen ſub appellatione generis,ut ibi.

Pro. Nomina poſſeſsiua meum,tuum, ſuum,præſens nõ futurũ tempus importãt.l.ſi ita.ff.de auro & argen. leg.

Pro.Nemo in re ſua debet eſſe iudex uel arbiter.l. uni. C. ne quis in ſua cauſ.iud.uel ius ſib.dic.l.pe.ff.de arbitr.l. Iulianus.ff.de iud.l. qui iuriſdictioni præeſt. de iuriſdi. om.iud.Ratio eſt , quia nemo ſe prohibere , uel ſibi imperare poſſet.

Ob.Contra de l.in re mandata.C.mãda. ubi quis in re ſua moderator,& arbiter eſt.

Sol. Ibi arbiter.i.diſpoſitor,intelligitur,ut ibi glo.

Ob. Præterea,contra de l.& hoc Tyberius.ff.de hær.inſti.ubi imperator.in propria cauſa ſerui ſui iudicat.

Sol. Hæc regula non habet locum in principe,ut ibi.

Ob. Item obſtat.l.hæc uenditio.ff.de contrah.emp.& l. ſi libertus ita iurauerit.ff.de oper.lib.ubi in re ſua quis arbitratur.

Sol. Ibi non eſt arbiter,ſed moderator in re ſua , unde ſi æquè arbitretur,ſtabitur, aliàs reducitur ad arbitrium boni uiri,ut ibi.

Pro. Nihil imperfectum eſt relinquendũ,nihil enim actũ intelligitur,dum ſupereſt aliquid addendum.l. cum ſyllanianum. C. de his quib. ut ind. & in principio. C. de emend.Iuſt.c.prætoriæ.ff. de præto. ſtip.§. inſtit. quib. mod.teſt.infir.ubi imperfectum teſtamẽtum ſine dubio nullum eſt.

Pro.Non ſubuenitur ei qui ſe in neceſsitate poſuit. l.ſi mulier.ff.quod met.cauſ.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſ.cog.

Pro. Non debet quis poſtulare, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.l.pe.C.de ſol.

Ob.

Oa. Contra de l.ea lege.ff.loc.ubi poteſt quis poſtulare, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.

Sol. Ibi ex ui pacti fuit.

Oa. Præterea contra de l.qui proprio.§.procurator.ff.de procur.ubi non eſt eadem ratio contrariorum.

Sol. Ibi propter culpam uel delictum procuratoris ſecundum Pau.de Caſt.ibi.

Pro. Non poteſt uelle qui non poteſt nolle.l.pater ſeuerinam.ff.de cond.& demon.

Pro. Nemo tenetur parare arma contra ſe.l.1. C. de eden. nimis graue.C.de teſt.

Pro. Non eſt elargienda eleemoſyna de alieno, in can.non putanda.1.q.1.

Pro. Nemo præſumitur immemor ſuæ ſalutis, in l.fi. C.ad l.Iul.repet.

Pro. Non eſt uerisimile quod quis incontinenti ſe uoluerit corrigere.l.non ad ea.ff.de cond.& demon.ubi gl.

Pro. Non quicquid iudicis poteſtati permittitur, iuris neceſsitati ſubijcitur.l.nō quicquid.ff.de iud.l.1.C.quom.& quan.iud.l.ſæpe.ff.de offi.præſid.

Pro. Notorium releuat ab onere probandi, nō autem allegandi.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem pollioni.ff.ad l.Iul.de adul.

Pro. Nimia reuerentia & metus æquiparantur. l.1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum act.non dat.

Pro. Nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur.l.qui proprio.§.qui alium.ff.de procura.

Pro. Nuda traditio non transfert dominium.l.nunquā nuda.ff.de acqui.rerum domi.

Pro. Nuda donatio debitorem donantem non conſtituit.l.nuda.ff.de dona.

Pro. Nihil tam peculiare eſt imperatoriæ maieſtati, quàm humanitas, per quam ſolum Dei ſeruatur imitatio.l.imperialis.C.de nupt.

Pro. Non debet melioris cōditionis eſſe dubius, quàm certus.l.ordinata.§.fi.ff.de lib.cauſ.

Pro. Non debet aſſumi in magiſtrum, qui prius aſſumptus non fuit in diſcipulum.c.cum in magiſtrū, de elec.extra.

Pro. Nemo gladij poteſtatem, cuiuslibet alterius coertionis ſibi demandatæ iuriſdictionem in alium transferre poteſt.l.ſolent.ff de offic.procon.& leg.

Pro. Non coinquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis.l.ſi uxor.§.ſi quis planè.ff.de ad.leg.Iul.de adult.

Pro. Nomina magiſtralia ſunt pertinacibus relinquenda. not.in rub.ff.ſoluto matr.& in rub.ff.de ope.no.nunc.

Pro. Non debemus inſpicere tantum quid ſit factum, ſed etiam quid ſit faciendum, in c.cum cauſam, de elect.

Pro. Neceſsitas non habet legem, in l.1.ubi notat.ff.de offic.conſ.in c.quanto.extra de conſ.in c.2.extra de obſer.ieiu.in c.quod non eſt licitum, extra de reg.iur.

Pro. Nemo poteſt uenire contra factum ſuum.l. poſt mortem.ff.de adopt.l.ſi quis maior.C.de tranſa.

Oa. Contrà de l.1.C.de lib. cauſ. ubi poteſt pater uenire contra factum proprium.

Sol. Verum eſt nomine filij, cui præiudicare non potuit, non autem ſuo: uel dic, quòd quis poteſt contrauenire proprio facto, quod eſt ipſo iure nullum, ut ibi.

Oa. Secundò, oppono de l.quemadmodum.C.de agri.& cēſ.lib.12.& l.iubemus, & auth.caſſa.C. de ſacroſ. eccl. & c.noſti.de elect.extra, ubi quis uenit contra factum proprium.

Sol. ibi, quia erat factum contra legem.

Pro. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire, can. clericus 26.q.1.in can.acutius.26.diſtin.

Oa. Contrà.de l.duorū.ff.de oper.liber.ubi libertus duorū operas diuerſas poteſt facere in ſolidum, & eodem tpe.

Sol. Dic quòd nemo poteſt duobus dominis ſeruire, intellige contrarijs, alias ſecus, ut ibi.

Pro. Nemo poteſt duo officia ſimul, & eodem tempore obtinere.l.ū.C.de aſſeſſ.ubi not.gl.hos uerſus.

Qui binos lepores, una ſectabitur hora.
Vno quandoque, quandoque carebit utroque: Nec duas dignitates.l.libertus.§.præſcriptio.ff.ad municip. nec duas militias.l.his quidem, §.in poſterum. C.mil.nō poſſ.lib.12. nec duo locа collegij. l.1.§.1.ff. de coll.illic. nec duas eccleſias.c.referente.c.præterea.c.cùm ſecundum apoſtolorum, extra de præb. can. ſanctorū.70.diſ. can.ſicut uir.7.q.1.can.clericus, & can.clericum.21.q.1. & in extrauag.execrabilis.Ioan. uiceſ. ſecund. nec duas uxores.§.affinitatis.inſt.de nupt.

Pro. Non cōtemnit militarem diſciplinam, qui ignorauit militem, nec eccleſiaſticam, qui ignorauit clericum.l.ſi ignorans, ubi gl.ff.loc.

Pro. Non ſatis eſt benè uelle, niſi facias quod bonum eſt, in can.non ſatis, octuageſi.diſtinct.

Pro. Nunquam creditur fuiſſe malum, quod factum eſt bonum.l.quod ita.ff.de ædil.edic.can. ferrum.50. diſtinct.

Pro. Non omnes per omnia, ſed certi per certa perfectiores, uel deteriores ſunt.l.2.C.de uete.iur.enucl.unde nō omnia poſſumus omnes, inquit Virgilius.

Pro. Negantis nulla probatio.l.actor.C.de prob.can.accuſator.6.q.5.

Pro. Nullus erit litium finis, ſi à tranſactionibus bona fide interpoſitis cœperit diſcedi.l.fratris.C.de tranſ.

Pro. Non ualenti agere, non currit præſcriptio.l.1.§.fi.C. de ann.excep.

Pro. Non eſt incongruum ut multis enumeratis ſpeciebus clauſula generalis ſubijciatur, quæ ad omnia ſuperiora referatur.l.ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex.ff.ad legem aquil.

Pr. Non oportet publicatione pompaque rerum familiarium paupertatis detegi uilitatem, & inuidiæ patere diuitias.l.2.C.quand.& quib.quar.pars.deb.lib.10.

Pro. Nemo furto commiſſo ea intentione ut lucrifaceret, pœnitētia ſua nocēs eſſe deſijt.l. qui ea mēte. ff. de fur.

Pro. Necare uidetur, qui alimenta denegat.l.necare.ff. de lib.agnoſcen.

Pro. Non ita ſuſpendi receptum eſt actus mortuorum, ſicut actus uiuentium.l.fi.ff.de com.hæred.

Pro. Non præſumitur quis in dubio renunciare iuri ſuo.c. quia non eſt uerisimile, ext.de præſ.& c.ſuper hoc. extra de renunc.

Pr. Non poteſt poſsidere, qui ipſemet poſsidetur. l. homo liber.ff.de acquir.rerum domi.

Pro. Naturale uitium eſt negligi; quod cōmuniter poſsidetur.l.2 C.quand.& quib.quar.par.deb.lib.10.

Pro. Naturalis uis, ueluti terræmotus non præſtatur.l.martius.ff.locat.

Pro. Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratus fieri permittitur.l.non eſt ſingulis.ff.de reg.iur.

Pro. Non debet facile quis quod ignorat aſſerere.l. Iulianus.ff.de act.empt.

Pro Non par, eademque ratio uidetur amittere debita, & lucra non capere.l.fi.C.de codicil.

Pr. Nunquam perſona extrinſecus, ſubintelligitur.l.ſi ita ſtipulatus.§.Gryſogonus.ff.de uerb.oblig.

Pro. Notario publico in ſcriptura ſua ſolet credi, in c. ad audientiam, ext.de præſ.

Pro. Notarij æſtimantur pretio quinquaginta ſolidorum. l.2.C.com.de leg.

Pro. Nullum ſimile eſt idem, unde dici ſolet quòd omnis ſimilitudo claudicat, in l.quod neruа.ff.de poſ.

Pro. Non poteſt quis excipere de iure tertij, quod nō eſt excluſiuum iuris agentis.l.loci.§.competit.ff.ſi ſer.uēd.

Pro. Nullus à debitis muneribus, immunis habeatur. in l. nullus.C.de decur.lib.10.

Pro. Nihil eſt perpetuum in hoc ſæculo, Eccle.2. niſi per ſubrogationem.l.eum debere columnam, ubi Bar. not. ff.de ſeruit.urb.præd.

Pro. Non eſt ignoſcendum ei, quæ obtentu paupertatis turpiſsimè uitam eligit.l.Palam.ff.de ritu.nuptiarum.

Pro.

Pro. Nemo eam ſibi legem imponere poteſt, ut à priore uoluntate recedere nõ liceat.l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de leg.3.

Pro.Nemo poteſt facere,quin leges habeãt locum in ſuo teſtamento.l.nemo poteſt.ff.de leg.1,

Pro. Numerus pluralis pro ſingulari ſumitur.l.non eſt ſine liberis.ff de uer.ſign.& e contra ſingularis,pro plurali.l.in uſu.ff.de uerb.ſignificatione.

Pro. Non oportet ius ciuile calumniari,nec uerba eius captare,ſed qua mente quidque dicatur animaduertere cõuenit.l.penul.ff.ad exhib.

Pro. Negans ſe dominum dominio uti non poteſt. l. non alienum.ff.de iorer.act.

Pro.Non aboletur turpitudo,quæ poſtea intermiſſa eſt.l. palam.ff.de rit.nup.

Pro.Natura nouas ſemper deproperat ædere formas, unde omnia noua placẽt.l.2.§. mirabilis.C.de uet.iur. enucl.

Pro. Non eſt pauperibus induſtria,uel augmentum patrimonij quod multis laborib. & caſibus quçritur interdicendum. l.ſi defunctus.C.arbi.tut.

Pr.Non debent melioris conditionis eſſe boni quàm mali,ſtulti quàm periti.l.nõ ſolum.ff.de noa.acti.l.ſeruus. ff.quod ui,aut clam,in c.eum qui.de præb.in 6.

Pro. Non figura literarum,ſed & oratione, quam exprimunt literæ obligamur,in l.non figura.ff,de act. & ob.

Pro. Nouit ille qui nihil ignorat. c. nouit de iud. c. nouit de appel.extra.

Pr.Nemo experiri poteſt,ſine actione.l.ſi pupilli.§. uideamus.ff.de neg.geſt.

Pro.Nomina ſignificandorum hominum gratia reperta ſunt.l.ad recognoſcendos.C.de igne. & ma.§. ſi quis in nomine,Inſt.de leg.

Pro.non fideliter facit,qui poteſtatem admittit reo ſuo iure uti.l.quintus.ff.mand.

Pro. Nemo poteſt unius rei partem acceptare,& partem repudiare.l.unic.§.his ita definitis.C.de cad.tol.l.nemi nem.ff.de leg.2.

Pro.Nihil tam contrarium eſt conſenſui quàm error, unde non conſentiũt qui errant.l.ſi per errorẽ.ff.de iuriſd. omn.iud.

Pr.Nihil Iudæus Iudæo,nihil Catilina Cethego.not.1.l.ſi duo.ff.de dol.l.ſi uxor.§.ſi iudex.ff.ad leg.iul.de adul.

Pro.Nemini inferenda eſt iniuria.l.iuſtiti.ff.de iuſt. & iur. §.iuris.inſt.de iur.nat.gent.& ciuil.

Pro.Nemo debet commodum conſequi ex ſuo delicto.l. ea dolo.ff.de dol.l.itaque fullo.ff.de furt.l.non fraudatur.§.nemo.ff.de reg.iur.

Pro.Non debet quis commodũ capere ex eo quod impugnauit.l.Papinianus.§.meminiſſe.ff. de inoffi. teſtam. l. aliam.C.de bis quib.ut indig.c.cum olim, extra de cẽſ.

Pro.Nemo diuinare cogitur.l.ſi fideiuſſor. §. ſi eum debitor.ff.mãd.l.ſi putator.ff.ad leg.aquil.in c.unic. extra ut eccleſ.benef.ſine dimi.conf.

Op. Opponitur de l.antiqui,ff.ſi pars hære.pet.& qui uxori.ff.de aur.& argen.leg.& inſti.de leg.agn.tut. in principio, ubi diuinatur in dubio etiam in futuro incerto euentu.

Sol. Dic quòd per legem dubia facta deciduntur ex mẽte legis ueteris,uel teſtatoris,licet ex uerbis expreſſe nõ appareat,& ex his quæ ſæpius eueniunt de futuris prouidetur,ut patet per totum.tit.ff.de reb.dub.ut in contrarijs.

Pro.Non poteſt quis continuare honores,in l.nemo 1. & 2.C.de aſſeſſ.

Op. Contra de l.licet.C.eodem tit.

Sol. Ibi textus loquitur cum nulla eſt ambitio honoris, hic uerò eſt.uel dic ſpeciale ibi in aſſeſſore qui ſemel ꝓbatus eſt.

Pro. Non eſt ueriſimile quemquam in ſuum nomen erraſſe.l.ſi.C.de hæred.inſti.

Pro.Non debent legem imponere,quam negligunt obſeruare,in c.pro illorum.extra de præb.

Pro.Non tantum ualet genus quoad ſuam ſpeciem, quantũ ſpecies.l.filiusfamilias.§.1.ff.de dona. ubi appellatione donationis generali nõ uenit donatio cauſa mortis: quia ſpecialiter eſt concedenda,& l.procurator tutorũ. ff de procura.in c.qui ad agendũ,& c.qui generaliter,extra.de procur.ubi generali procuratori non conceditur alienatio,quæ expreſſe eſt concedenda, & l. ſed & ſi.§. quæſitum.ff.ſi quis caut.

Pro.Nemo debet commodum conſequi ex eo quod inuitus facit.l.nam quod.§.qui compulſus,& l. ſi patroni.§. qui fideicommiſſariam.ff.ad Trebel.

Pro. Natio bona bonum, mala malum præſumit eſſe.l. quod ſi nolit.§.qui mancipia.ff.de ædil.edict.

Pro. Nimia familiaritas parit contemptum. l. obſeruandum.ff.de officio.præſ.l.nec quicquam.§.circa.ff.de officio procon.& lega.

Pro.Nihil eſt quod lumine clarius præfulgeat,quàm recta fides in principe: nihil quod ita neque ad occaſus ſubiacere,quàm uera religio.l.inter claras.C.de ſumm.trini. & fide catho.

Pro. Nullæ ſunt partes iudicis in confitentes.l.proinde.ff. ad l.aquil.

Pro. Nullus amor uincit paternum.l.cum furioſus. C. de cur.fur.l.iſti quidem.ff.quod met.cauſ.

Pro.Nulli dubium eſt quod Apoſtolica eccleſia mater eſt omnium eccleſiarum,can.non decet.12.diſt.

Pro.Naturalis hominum eſt ad diſſentiendum facilitas.l.ſi unus.§.principaliter.ff.de arbitr.

Pro. Non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe, in l.pen.C.unde cog.l.neque natales.C.de proba.

Pr. Nihil in iure eſt ſuperfluum,in §.quib.1.conſt.cod.

Op. Contra de l.ſi quis in conſcribendo. C.de pact. iũcta l.ſi quis in conſcribendo.C.de ſacro.eccleſ.& l.legẽ.C. de pact.iuncta l.legem.C.de pact.con.& l. raptores.C. de rapt.uirg.ſeu uid.iũcta l.raptores.C.de epiſc.& cler. ubi duæ leges ſunt ſimiles.

Sol. Nihil prohibet legem unã poſitam in uno titulo poni & in alio,dummodo faciat ad titul.ut in contrarijs ll.

Pro.Nihil eſt in iure contrarium.§.quibus.2.conſt.cod.

Pro.Naturæ accuſatores exiſtunt qui ponunt differentiam inter ſexum maſculinum,& fœmininum.l.maximum uitium.C.de lib.præt.uel exh.

Pr.Nõ pendet ex lucro,ſed ex animo ſolo honeſtus amor. l.3.ff.de iur.do.

Pr.Non decet à capite mẽbra diſcedere.can. nõ decet 12. diſt.

Pro. Nobilior præſumptio in iure eſt accipiẽda in l.merito.ff.pro ſocio.Arg.contra de l.unum ex familia.§.ſi de falcidia.ff.de leg.2.& l.2.C.quand.& quibus quar. pars deb.lib.ro.ibi naturale quippe uitiũ eſt negligi,qđ cõiter poſsidetur.Si tamen in ea aliquid fiat, aliter præſumitur,ut hic dicitur.

Pro. Non ſufficit allegare in iudicio, niſi & allegata probentur,in l.ſi manumiſſus.C.de lib.& eorum lib.

Op. Contra de l.ſiue poſsidetis.C.de proba.ubi allegans non probat.

Sol. Ibi,quia erat præſumptio pro actore allegante, rõne cuius ꝓſumptionis erat eius intẽtio fundata. ut ibi not.

Pro.Noctes atque dies patet atri ianua ditis.Facilis enim deſcenſus auerni,ſecundum Verg.ita not.gl.in l.2.C.de lib.& eorum lib.

Pro. Neceſſariæ electionis facultas, propriè liberalitatis beneficium non eſt.l.unum ex familia. §. de falcidia. ff. lega.2.

ADDITIO.

Pro.Nuptiæ terram implent.uirginitas paradiſum. c. nuptiæ.32.q.1.

Pr.Non oportet laudando augeri malitiam.l.ſi.ff.de ſeru. corrupt.

Pro. Non poteſt æſtimari bonitas loci qui extat. l. ſi ſeruum.§.i.ff.de act. empt.

Pro. Non debet una eademque ſubſtãtia diuerſo iure cẽſeri,in c.quia circa,de priuileg.ext.

Pro. Nihil aliud detrahentes faciunt, niſi quod in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant.ca.inter uerba 2.q.3.

Pro.Non pro locis res,ſed pro rebus loca amanda ſunt.c.nouit.13.diſt.

Pro.Nobis ẽ neceſſaria uita noſtra,alijs fama noſtra.can.non ſunt audiendi.2.q.3.

Pro. Non alligabis os boui trituranti in area fruges tuas. Deut.25.1.Cor.9 can.eccleſias.13.q.1.c.extirpandæ,de præb.ext.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Nolite iudicare, & non iudicabimini, & nolite condemnare,& non condemnabimini, in quo enim iudicio iudicaueritis iudicabimini,& in qua menſura menſi fueritis remetietur uobis.Mat.7.

Pro.Nõ eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, nec ſeruus ſupra dominum ſuum. Mat. 10.

Pro. Nihil eſt opertum quod non reueletur,nec tã occultum quod non ſciatur.Matth.10. Mar.4.Luc.8.

Pro.Nolite timere eos qui corpus quidem occidunt,ãiam autem non poſſunt occidere,ſed timete eum qui & corpus & animã poteſt mittere in gehennam ignis.Mat.10.

Pro. Non ſequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicium plurimorum acquieſces. Exod. 23.

Pr. Non eſt in hominis poteſtate conſiliũ domini.Tob.3.

Pro. Non facies tibi ſculptile neque omnem ſimilitudinem quę eſt in cœlo deſuper,& in terra deorſum,neque eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Exod. 20.

Pro.Nõ maledices ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum. Leuit. 19.

Pro.Noli altum ſapere,ſed time.Rom. 11.

Pro. Noli uinci à malo,ſed uince in bono malum.Rõ.12.

Pro.Ne temere quid loquaris. Eccleſ.5.

Pro.Nolite date ſanctum canibus,nec margaritas porcis. Mat.7.

Pro.Noli eſſe nimium iuſtus.Eccleſ.7.

Pro.Non tentabis dominum Deum tuum.Deut.6.

Pro.Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo, quod procedit ex ore Dei.Deut.8.

Pro. Nolite theſaurizare uobis theſauros in terra, ſed in cœlo theſaurizate,ubi nec erugo,nec tinea demolitur, nec fures effodiunt,nec furantur,ſicut in terra. Mat. 6.

Pro. Nemo militãs Deo ſecularibus negotijs ſe implicat. 2.Thim.2.

Pro.Nemo propheta in patria ſua.Luc 4.

Pro.Nemo laudet quenquam ante mortem.Eccle.11.

Pro. Nolite inebriari uino,in quo eſt luxuria. Ephe.5.

Pro.Nemo unquam carnem ſuam odio habuit. Ephe.5.

Pro.Non eſt homo iuſtus in terra,qui faciat bonum & nõ peccet.Ecle.7.

Pro.Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te uſque mane.Leui. 19.

Pr. Nõ coronabit,niſi qui legitimè certauerit. 2 Thim.2.

Pro Nõ quod intrat in os coinquinat hominem,ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem.Mat.15.

Pro.Nolite ſoliciti eſſe in craſtinũ, quid bibatis aut comedatis,craſtinus enim dies iaris eſt ſollicitus ſibi ipſi,ſufficit diei malitia ſua.Mat.6.

Pro. Non eſt opus ualentibus medico, ſed male habentibus.Mat.9.Mar.2.Luc.9.

Pro Nullum ſecretum eſt ubi regnat ebrietas. Pro.31.

Pro.Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, nec ad dandum collecta.Eccle.4.

O

PROPOSITIO.

ORdo ſcripturæ eſt ſeruãdus,in l.quoties.ff. de uſufru.in l.qui ſoluendo.ff.de hær. inſt. l.1.C.de edi.diui Adr.tol l.gñaliter. §.quo ergo.ff.de fid.li.l.hr̃des mei.§ ſi ff ad treb.

Op. Contra imò nõ eſt obſeruandus, in l.nec n.ordo.ff de ſol.i l.2.§.ſed & ſi ita.ff.de uul. ſubſt. licẽ pr̃ § fidei tutæ.ff.de leg.2 §.ante hæredis.inſt.de le.

Sol. Quando conſtat de ordine & mẽte intellectus, ordo literæ non curatur, ut in contrarijs.in dubio autem regula dicitur ex ordine uerborum,ut hic. Nam in uoluntate dubia ordo inſpicitur,in certa uerò minime, ut hic.

Pro. Omnimodo, aduerbium importat præciſam neceſſitatem,in l.ſi cum exceptione.§.quatenus. ff. de eo quod me.cauſ in §.fina.inſt.qui teſt.tut.dar.poſſ.

Pro.Ordinata charitas incipit à ſeipſo,unde ait Accur. Alpibus ille perit qui ſe plus diligit ullũ,in l.præſes. C.de ſerui & aqu.

Op. Contra de l.iſti quidem in ſi ff.quod met.cauſ.& §.ſi. inſt.de noxa.act.ubi pater magis diligit filiũ quã ſeipsũ.

Sol.Hæc regula locum non habet in amore parentũ erga filios ratiõe ſanguinis,filius enim eſt pars uiſcerũ patris.

Pro.Omne rarum miraculoſum eſt,in §.1. in auth.de conſul.coll.t.

Pr.Oportet prius animas,deinde linguas fieri eruditas, in proœ.ffonum,in fine.

Pro.Omnium habere memoriam, & in nullo penitus peccare diuinitatis potius eſt, quam humanitatis. l. 2.§. ſi quod uerſ.omnium.C.de uet.iur.enucl.

Pro. Opinio præfert ueritati, plus enim ualet opinio quã ueritas.l.barbarius Philippus.ff de offic.præto. l. is qui putat.ff.de acqui.hæred.l.1. C. de teſta.in c. nuper, ext. de bigam.

Op.Contra de l.1.§.ſi ſub conditione. ff. pro emp. & §.ſi rem alienam,inſt.de leg.ubi ueritas præfertur opinioni: huc accedit textus in l.illicitas §.ueritas.ff.de offic.præſid.ubi ueritas erroribus non mutatur.

Pro. In his quæ in ſolo animo conſiſtunt opinio præualet: in his autem quæ in facto,ueritas præfertur: hanc diſtinctionem ponit Bar.in l gerit.ff.de acq. hæred.

Pro. Omne robur patrimoniorum ueteres in pecunia poſuerunt.l.les quæ tutores,in fin ff.de adm.tut.

Pro.Opinio doctorum eſt probabilis tantum non neceſſaria,notat Accurſius,in l.1.C.de le.doc.in §.reſpõſa inſt. de iur.nat.gene. & ciuil.

Pro. Omnia licent,niſi contra actum ſit. l. ſolemus. ff. de iud.l.ſi hæredi.de pign. actio.

Pro.Omnia iudicia ſunt abſolutoria,in §.fin.inſt.de perp. & temp.acti.

Pro Omnia iudicia hodie ſũt extraordinaria,in § fin.inſt. de inter.

Pro. Omnis anima ſublimibus poteſtatibus ſubdita ſit.ad Ro.13.Deut.17 qui enim principi non obedierit morte morietur,in can.magnũ.11 q.1.c. 2.ext. de maio. & obed.

Pro. Opera quæ facimus teſtimonium perhibent ueritati. c.quod dei timorem,ext.de ſtat. mon.

Pro. Omnium uincula die paſchæ diſſoluuntur.l. 3.C.de epiſ.aud.

Op. Contra de l.prouinciarum.C. de fer.

Sol. Speciale ibi in latronibus inſignibus, ut de hyſauria, ut ibi.

Pro. Omnia noſtra facimus, quibus authoritatem impartimur.l. 2.uer.omnia.C. de uet.iu.enuc.c. ſi ad Apoſtolicæ,de præb.in 6.

Pro.obligatio ſemel ſublata amplius reuiuiſcere non poteſt.l.qui res.§.aream.ff.de ſolut.

Ob. Contra de l.ſed ſi alio §.ſina.ff.ex nox.cauſ. agat.ubi etiam perempta obligatio reſtituitur.

Sol. Sicut illa quę datur abſenti,dicitur utilis,ita illa quę præſenti,contra quam petitur,reſtitutio.& ſic non eſt eadem quæ reſuſcitatur,ut C.ſi adu.tranſ.latè.

Pro Obligationes ſiunt ex cōſenſu.l.conſenſu,& l.in omnibus rebus.ff. de acti. & obliga.

Pro. Obediētia & reuerentia debetur parentibus.l.parē tes.C.de in ius uoc.l.ueluti.ff.de iuſt. & iur.

Pro. Omnis ætas ab adoleſcentia pronior eſt ad malum quam ad bonum,gene.8.ca.omnis ætas.12.q.2.

Pro. Omnia ſunt communicanda tempore neceſsitatis.l. 2.§.cum in eadem naue,in fin.ff.ad leg.rho.de iac.

Pro.Omne quod eſt nimium uertitur in uitium,in §.1.ubi gloſ.in auth.de imm.den.

Pro. Occupantis melior eſt conditio.l.ſi quis à multis.ff. de nox.act.

Pro.Omne quod ſolo inædificatur ſolo cedit.§.cum in ſuo ſolo,inſt.de rerum diuiſ.

Pro. Obligatio perſonalis non ſequitur ſingularē ſucceſſorem,ſed uniuerſalem.l.pen.§.fi.de cōt.empt.l.1.§.ſi hęres.ff.ad trebel.l.æris alieni, C. de dona.

Pro. Onerandus non eſt hæres in infinitum.l.fideicomiſſa.§.ſi quis decem.ff. de leg. 3.

Pro.Oratio uniuerſalis ſi in uno reperiatur falſa,tota falſa efficitur,in l.ſi is qui ducenta.§.utrum.ff. de reb. dub.

Ob.Contrà de l.græce.§.illud.ff.de fi.ubi nullo modo fideiuſſor obligatur in grauiorem cauſſam quam principalis reus receptus eſt,& tamen in tantum tenetur in quantum reus, ne uitietur utile per inutile.l.1.§. pen. ff. de uerb. oblig.

Sol. Dic quod in nihilum tenetur fideiuſſor,ita glo.& ibi Doct.in §.fideiuſſor inſti.de fid. nec obſtat contrarium, quia utile per inutile uitiatur, ubi ex forma contrahentium utile ab inutili ſeparari non poteſt.l.pędius.§.1.ff. arbit.ut hic ex forma fidei iubendi.l.5.§. ſatis acceptio. ff.de uerb.oblig.

Pro. Ordine turbato ſuccedis bulgare nato.glo.in l.nam & ſi parentibus.C.de inoff.teſta.

Pro. Officium magiſtri mercede & præmio eſt remunerā dum.l.cū in plures.§.tutor.ff.de admi.tut.l. qui filiū.ubi pupil.educ.deb.l.aquilius regulus.ff.de dou.can.mor.

Pro. Omne artificium per exercitium recipit incremētū l.legatus ſeruis.§.ornstricibus.de leg. 3. ff.

Pro. Officium ſuum nemini damnoſum eſſe debet.l.ſed ſi quis ex ſignatoribus.ff.quemad.teſt.aper.l.ſi ſeruus cō munis.§.quod uerb.ff.de fur.c.cum non deceat de elect. in 6.

Pro.Omnes intelligere debent hoc quod ſuum non eſt ad alios pertinere.l.ſi quis in tantam. C. unde ui.

Pro. Omnia omnino quæ cōſilio recte geruntur,iure merito que effectu & firmitate nituntur. l.dubium non eſt. C.de repud.

Pro. Officij neceſsitas excuſare debet.l.tutorem.ff.de his quib.ut indig.

Pro. Officium iudicis nullā præſupponit obligationē.l. qui per colluſionem.§.1.ff.de act.empt.l.quod ſi minor §.fin.ff.de mino.

Pro.Oratio negatiua poſtpoſita ſigno uniuerſali facit æquipollere ſuo contrario.l.legitimo.§.in legitimis.ff.de le. tuto.niſi quādo prauus intellectus reſultaret, tunc enim ęquipollere ſuo contradictorio.l.de pupillo.§.ſi plures ff.de no.ope.nunc.

Pro.Obligatio eſt mater actionis.l.licet.§.ea obligatio,ff. de procur.

Ob. Contra de §.omniū inſt.de actio.ubi realis actio nulla præcedente obligatione naſcitur.

Sol.Hæc regula locū habet tantum in perſonali actione, nō in reali,quæ ex ea cauſſa differt a perſonali, actio.n. in dubio intelligitur perſonalis.l.actio.ff.de act.& obli.

Pro. Omnia quæcunque cauſſæ cognitionem deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.l. nec quicquam.§. ubi decretum.ff.de of. proc. & lega.

Pro.Omne datum optimum,& omne donum perfectum deſurſum eſt,deſcendens à patre luminum,in ca.quam pio.1.q.1.

Pro.Occupati circa rē ruſticam in forum uenire compellendi non ſunt l.1. ff.de fer. & dil.

Pro. Obſcure reſpondere,& nihil reſpondere paria ſunt, in l.de ætate.§.nihil.ff. de interr. act.

Pro.Obligatio eſt indiuidua ,ſolutio uero eſt diuidua in indiuiduis.l.in executione.§.pro parte.ff.de uer. oblig.

Pro. Oratio diſtributiua uerificat in quolibet particulari diſtributiuorum.l.ſi neceſſaria.§.ſi annua.ff. de pig.act.

Pro.Operis effectus in parte diuidi non poteſt i l. executione.ff.de uer.obli.

Pro.Occaſio delinquendi dari non debet,in l. conuenire ff.de pac.dot.l.meminerint,C.unde ui.c.qualiter & quādo,de accuſ. extra.

Pro.Oderunt peccare boni uirtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine penæ. in l.1.ubi gl. ff.de iuſt. & iur.

Pro.Obligationes reorum et fideiuſſorum æquiparantur, in l.3.§.fina.ff.de duob.reis.

Pro. Officium morte finitur.l.cuius de cur.fur. conſtit. pecun.

ADDITIO.

Pro.Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio,in ca. Deus omnipotens.2.q.1.

Pro. Obuiandum eſt malitijs hominum in c.auaritiæ, de præben. extr.

Pro.Omnia in pecuniam conuerti poſſunt, in l.2.c.de cō

EX VTROQVE TESTA.

Pro.Os quod mentitur occidit animam.Sap. 1.

Pro.Omnia mihi licēt,ſed nō omnia expediunt.1.Cor.6.

Pro.Omnia tempus habent.Eccleſ.

Pro.Omnis arbor,quæ non facit fructum bonum,excidetur,et in ignem mittetur. Mat. 3. et 7.

Pro.Omnia quæ uultis ut faciant uobis homines, eadem et uos facite illis.Math.7.

Pro.omnia quæcunque in oratione credentes petieritis, accipietis. Mat. 18.

Pro. Omnis qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam,iam mœchatus eſt in corde ſuo. Mat.5.

Pro. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, et omnis ciuitas,uel domus cōtra ſe diuiſa nō ſtabit.Mat.12.Mar. 3.Luc. 11.

Pro. Omnes qui acceperint gladium gladio peribunt. Mat. 26.

Pro. O mors quam amara eſt memoria tua.Eccl. 41.

Pro. Omnes declinauerunt ,et ſimul inutiles facti ſunt, non ē qui faciat bonum,non eſt uſq; ad unum.Pſal.13.

Pro. Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt. Ioan. 3.

Pro. Obedire Deo magis quam hominibus oportet. act. Apoſt. 5.

Pro. Oportet hæreſes eſſe, ut manifeſti fiant qui probati ſunt.1.Cor. 11.

Pro. Omnis homo mendax, deus autem uerax, Rom. 3.

Pro. Orandum in omni loco.1.Thim.2.

Pro. Omnes qui uolunt piè uiuere in Chriſto Ieſu,perſecutiones patientur.2.Thim 2.can.ſuggeſtum.7.q.1.

Pro. Omnia ſunt nuda et aperta oculis dei.Heb.4.

Pro.Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata utilis eſt ad docēdum, arguendum,corripiendum, erudiendum in iuſtitia,ut perfectus ſit homo dei, ad omne opus bonum inſtructus.2.Thim.3.

Pro.

Pr. Odium ſuſcitat rixas, & uniuerſa delicta operit charitas. Prouerb. 10.

Pr. Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Col. 5.

Pr. Omni tempore diligit qui amicus eſt, & frater in anguſtijs comprobatur. Pro. 17.

P

PROPOSITIO.

POSTERIORA derogant prioribus. l. non eſt nouum. ff. de leg. l. clar. C. de fid. in l. pacta nouiſsima. C. de pact. l. ſancimus. C. de teſt. l. 2. ff. de ininſt. rup. irrito ue fac. teſt. in §. posteriore quoq; inſt. quib. mod. teſt. infir. l. ſi mihi & tibi. §. ſi. ff. de leg. 1. & c. 1. de cog. ſpir. ca. 1 a, & c. 1. de cōſt. in 6.

Ob. Contra de. l. ſed & poſteriores. ff. de leg. ubi poſterior cōſtitutio trahitur ad priorem.

Sol. Illud uerum eſt, niſi poſterior ſit contraria priori, quia tunc ſtatur poſteriori, ut ibi dicitur.

Ob. Præterea oppono de. l. nihil prohibet. ff. de adim. leg. ubi prior ſcriptura corrigit ultimam.

Sol. Illud uerum eſt, ubi præcedens ſcriptura eſt derogatoria poſterioris, quia ſtatur primæ: tamen ſi ſpecialiter reuocetur prima per poſteriorem, ſtabimus ſemper ultimæ. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. 3.

Ob. Tertio contra de can. hoc ipſum. 33. q. 2. & can. domino, uerſic. in fine. 30. diſt. ubi antiquiori conſtitutioni ſtandum eſt.

Sol. Cum ambæ conſtitutiones ſunt particulares & locales, tunc obtinēt contrarium: Vbi uero conſtitutio eſt generalis, ſemper poſterior præiudicat priori, ut ibi glo.

Pr. Prior tempore potior eſt iure. l. potior. ff. qui pot. in pigno. hab. l. ſi fundum. C. qui pot. in pig. hab. l. quoties. C. de rei uend. cap. epiſcoporum 72. diſt. cap. fin. 17. diſt. & cap. ul. 75. diſt. c. 1. de ma. & obed. c. cū cui canonicatus, de præben. in 6.

Ob. Opponitur de conſtitutionibus, de pactis, de reſcriptis, de teſtamentis, ubi poſteriora præualent prioribus.

Sol. Hæc regula non habet locum in his, quæ ex unius tātum uoluntate dependent, ut in legibus, reſcriptis, & teſtamentis, ſed in his, qui ex utriuſq; uoluntate dependent, ut in contractibus, niſi omnes conſentiant: tunc enim ultimum derogat primo. l. pacta nouiſsima. C. de pact. ita gloſ. in. l. quoties, ff. de reg. iur. & c. qui prior de reg. iur. in 6.

Ob. Secundo oppono de. §. ordinatione, in auth. de mon. col. 3. ubi non eſt eligēdus quis ex prioritate temporis. qui enim prior eſt tempore, non præfertur in electione, ſed qui optimus eſt. ad idem textus in can. ſicut. 23. q. 4. & ca. loca. 40. diſt.

Ob. Præterea prior conſtitutio poſtponitur, in can. prima annotatio, 56. diſt.

Sol. Vbi melius eſt poſterius præfertur priori, ut ibi.

Pro. Propter importunitatem petentium princeps aliquando non concedenda concedit. l. 1. C. de pet. bon. lib. 50.

Pr. Priuilegia non ſunt multiplicanda, in l. ius ſingulare. ff. de leg. glo. not. in l. a diuo pio. ff. de re iudi.

Pr. Præcedentia reſtringunt ſequentia, l. ſi. §. ſi. ff. de trit. uin. o leoq; lega. l. ſi quis in princip. ff. de leg. 3. & econtrario ſequentia reſtringunt præcedentia, l. nam quod liquide. §. fina. ff. de pœn. lega. l. 3. §. ſi. cum l. ſequenti. ff. de adi. lega.

Pro. Partibus commutatis eadem res eſſe iudicatur, hinc commutatis iudicibus idem eſt iudicium, & commutatis militibus eadem legio, & commutatis tabulis eadē nauis, & commutatis hominibus idem populus. l. proponebatur. ff. de iud.

Pr. Priuilegiatus contra priuilegiatum non utitur priuilegio ſuo. l. uerū. §. ſi. cum l. ſeq. ff. de min. in l. 2. C. de priuileg. dot.

Pr. Perire uolens non eſt audiendus, l. non tantum. ff. de appell.

Pro. Præſens trahitur ad præteritum, ut Troia capta eſt. i. fuit. l. uerbum erit. ff. de uerb. ſignifi.

Pr. Peccata ſuos tenent authores. l. ſancimus. C. de pœn. l. reſcriptum. ff. de his quib. ut indig. c. requiſiuit;, ext. de his quæ ſi. a mai. part. cap.

Pr. Pœna unius metus eſt multorum. l. 1. C. ad l. Iul. Repe. l. capitalium. §. famoſos. & l. aut facta. §. ult. ff. de pœnis. c. quapropter. 2. q. 7. c. ſcienter, ext. de iureiur. clem. 1. de iud. & clem. 5. de offic. ordi. in clem.

Pro. Principium eſt ſpectandum, potiſsima enim pars cuiuſq; rei principium eſt, in l. 1. ff. de orig. iur. & difficile eſt ut bono peragantur exitu quæ malo ſunt inchoata principio. ca. cū principatus. 1. q. 1. Reg. quod ab initio, de reg. iur. ff. Hæc regula probatur ex l. 1. §. idem pomponius. ff. de poſit. & l. ſi procuratorē. 1. reſponſo. ff. mā da. & l. ubi cœptum. ff. de iud. & in c. propoſuiſti. extra de foro comp. c. poſt ceſsionem de prob. c. eam te, de reſcrip. & c. dudum, ubi bona glo. de electi.

Pro. Petere non debeo quod habens alij petenti dare debeo. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi. ff. de edend.

Pr. Priuatio præſupponit habitum. l. decem. ff. de uerbo. oblig. l. manumiſsione. ff. de iuſt. & iur.

Pr. Proteſtatio contraria actui non releuat proteſtantem. l. qui in aliena. §. celſus, ff. de acquirend. hæredi. c. cum M. Ferrarienſis, extra de conſti.

Pr. Præmiſsis ſeu præfationibus ad faciliorem rei intelligentiam eſt utendum. l. 1. ff. de orig. iu. l. 1. ff. ſi cer. pet. l. proponebatur. §. quib. ita pręmiſsis. ff. de caſt. pecu.

Pr. Plura delicta in una re plures admittunt actiones, ſed omnibus uti prohibitum eſt. l. plura. ff. de acti. & oblig.

Pro. Princeps legibus eſt ſolutus. l. princeps. ff. de leg. 1.

Ob. Contra de l. digna uox. C. de legib. & ca. iuſtum. 10. diſtin. & l. ex imperfecto. de leg. 3. ff. & l. ea imperfecto. C. de teſtam. & §. fin. inſtit. quib. mod. teſta. infir. ubi licet princeps legib. ſolutus ſit, tamen fatetur ſe legib. alligatum, & ſecundum leges uelle uiuere.

Sol. Contrarium procedit de honeſtate, quia de neceſsitate ſecus, ut hic.

Pro. Petendi cauſa ſemper eſt exprimenda. l. huiuſmodi. ff. quando dies lega. ced. c. ſi. de lib. obla.

Pro. Pugna pro patria, ſecundum Catonem, gloſ. in l. ueluti. ff. de iuſt. & iur in l. ſi. C. de abol.

Pro. Princeps eſt lex animata in terris, in §. ſi. in authen. de conſ. col. 4.

Pro. Princeps omnia iura communia in ſcrinio ſui pectoris dr̄ habere, in. l. omniū. C. de teſt. in c. 1. de conſt. in 6.

Ob. Contra, quia Rom. pontificem aliquando obliuio fallit, in ca. præterea. 23. diſtin. ergo non habet omnia iura in pectore ſuo.

Sol. Ibi non erat obliuio Iuris, ſed exemplorum.

Pr. Patiens & agens eodem tempore quis eſſe non poteſt. l. uranius. ff. de fide l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad trebellian.

Pro. Paria ſunt aliquid ſcire uel ſcire debere. l. quod te. ff. ſi cer. pe. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. l. idem iuris. §. mulionem ff. ad legem aquil.

Pr. Paria ſunt aliquid fieri tempore inhabili, uel conferri in tempus inhabile. l. quod ſponſæ. C. de dona. ante nup. & econtra paria ſunt aliquid fieri tempore habili, uel cōferri in tempus habile. l. in tempus. ff. de hæred. inſt.

Pr. Patere legem quam tuleris. l. 1. ff. quod quiſq; iur. c. cū omnes, extra de conſtitu.

Pr. Partus uentrem ſequitur. l. partum. C. de rei uend.

Pro. Paria ſunt aliquid non eſſe, uel inutiliter eſſe. l. quoties. ff. qui ſatiſda. cog. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi.

l.unica.in princip.C.de rei uxo.actio.l.de ętate.§.nihil. ff.de interro.act.

Pro.Plura ſunt negotia,quam uocabula. l. nam natura. ff. de præſ.uerb.

Pr. Pacta de non ſuccedendo reprobata ſunt. l. pactum. C.de coll.l.ſi quando.§ 1.C.de inoffic.teſtamen.

Oppo. Contra de l. pactum. C. de pact.in 6.

Sol.Ibi de iure canoni.ualet pactum de non ſuccedendo, quia iuramento firmatum eſt.

Pr.Pacta de ſuccedendo,ſeu de futura ſucceſsione improbantur.l.ſi.C.de pact.

Pro. Pactum per quod aufertur libera teſtandi facultas non ualet.l.pactum. C. de pact. l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff de uerb.oblig.

Pr. Princeps iura tuetur.l.ſi quando.C. de inof. teſt.

Pro.Propter unumquodque tale,& illud magis, ſecundũ Ariſtotelem:auth.multo magis.C.de ſacroſanct. eccle.

Pro. Per denotat perfectionem.l.urbana familia.§.pernoctare.ff. de uerb.ſig.

Pr. Plus punitur clam delinquens,quam palam,in l.fin. ff. de rit.nup.l.pupillus §.ſane.ff.de auth. tut.

Op.Contra de § pœna inſti.de obli.ex delic.ubi plus punitur furtum manifeſtum,quam clandeſtinum.

Sol. Vbi id quod fit, eſt omnino prohibitum per legem ut furtum,& ſimilia,tunc minus punitur clam faciens, quam palam,ut in contrario. Vbi uero non eſt omnino prohibitum,ut matrimonium & uenditio, tunc magis punitur clam faciens,ut hic.

Pr. Parem uim obtinent inſtrumenta & teſtes in litibus exercendis.l.in exercendis.C.de fide inſtru.

Oppo.Contra imo uidentur inſtrumenta publica pręferri teſtibus,ut in l.cenſus.ff.de teſta. ubi monumenta publica ſunt potiora teſtibus.

Secundo,& econtra uidetur quod teſtes præualeant inſtrumentis,ut in l.cum precibus.C.de prob. & in §.ſi uero tale,in auth.de fid.inſtr.in c.tertio loco, extra de proba.& c.cũ Ioannes heremita,extra de fide inſtru.

Sol. Vbi opponitur defectus,uel falſitas, uel aliqua ſuſpicio,uel aliud uitium in inſtrumento in modum exceptionis,bene poteſt hoc probari per teſtes,& teſtes præualebunt ſi ſint plures & boni & idonei & ſine ſuſpicione,debent enim eſſe teſtes honeſtiores,ad minus quatuor aut quinque, ubi obijciuntur teſtes contra inſtrumenta. & hoc ſecundum Doct. Si uero res acta probetur ſolum per inſtrumenta,& non per teſtes,quia eſt factum antiquiſsimum,& tunc ſcriptura uincit teſtem,& ita procedunt duo ſuperiora cõtraria. Quod autem dicitur in regula noſtra parem uim obtinere inſtruméta & teſtes, intellige uerum, quando ab una parte producuntur teſtes & inſtrumenta, quia tam per teſtes, quam per inſtrumenta,quis probat intentionem ſuam; ſed ſi ex una parte producuntur teſtes,& ex alia inſtrumenta, quædam ſunt quæ melius probantur per teſtes quam per inſtrumenta: quædam econtrario melius per inſtrumenta, quam per teſtes,ut nunc ſupra diximus.

Pro. Periurium & homicidium æquiparantur; in c. cum non ab homine,extra de iud.

Pro. Plerunq; tam hæredibus noſtris, quam nobis ipſis cauemus.l.pactum.ff.de proba.

Pro. Papa eſt ſucceſſor Petri, & Vicarius Chriſti in terris,in c.inter corporalia,& c.quãto,extr.de transl.epiſ.

Pr. Papæ tanta eſt authoritas,ut poſsit alicui etiam auferre beneficium,uel epiſcopatum.gloſ.in cano.per principalem. 11.q.3.& poſsit creare, hoc eſt de nihilo aliquid facere,gloſ.in c.propoſuit extra de conceſ. præb. nec ei quis audeat dicere,cur ita facis,ita no. glo.in c.quanto. de tranſ.epiſ.

Pro.Perfectum eſt quod ex omnibus ſuis partibus cõſtat. l.1.ff.de orig.iur.

Pr.Prodigus eſt qui neque modum neque finem habet in rebus expendendis.l.1.ff.de cur. fur.

Pro. Pacta contra leges non ualent. l. iuriſgentium. §.& generaliter.& § prætor ait.ff.de pac.l.contra iuris.ff.eo. l.pacta quæ contra.C.eo.

Op. Contra de l.paciſci.ff.de pac. ubi paciſci contra edicta ędilium curulium licet.

Sol.Ibi eſt pactum præter edictum ſeu legem nõ cõtra.

Pr.Perfecta donatio temere reuocari non debet,in §.alia, inſti.de dona.

Pro. Propter ingratitudinem donatarij donatio reuocari poteſt,in l.fi.C.de reuo.do.in c.fin.ext.de dona.

Pro.Priuilegium meretur amittere qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate,in l.ludæot.& ibi glo.not.C.de iudi.in l. qui ſine.ff.de neg.geſ.textus expreſſus,in canon.priuilegiũ.2.q.3.& c.tuarum.& c.ut priuilegia, de priui.ext.

Pro.Punitus affectus licet non ſequatur effectus,uoluntas enim reputatur pro facto,in l.diuus.ff. ad legem cor. de ſic.in l.is qui cum telo.C.eo. ti. l. quiſquis. C. ad legem iul.maie. & l.præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug. in l. ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ. & & cle.in c.nuper.extra de biga.

Op. Contra quia cogitationis pœnam nemo patitur.l.cogitationis.ff.de pœn.l.1.§.1.quod quiſq; iur.ff.c. ſi.extra de ſponſ.

Sol. Dic quod cogitatio ſola non punitur, ubi ſcilicet nõ proceſsit ad aliquem actum, ſecus ſi ad aliquem actum, ſeu conatum peruenit,ut hic intelligitur.

Pro.Priuatorum conſenſus non tribuit iuriſdictionem. l. priuatorum.C.de iuriſd.om.iud.

Pro.Primi motus non ſunt in poteſtate hominum, glo. in l.5.C.de epiſco.& cler.

Pro. Princeps alias incapacem ſeu inhabilem habilitare poteſt.l.quidam conſulebant.ff.de re iudi.

Pro. Poſſeſsio in rem actionem parit.l.1.ff.de alie.mut.in cau.fac.

Pro. Pręſumimus minus audere maſculos, quam fœminas.l.quiſquis.§.ad filias.C.ad l.Iul.maie.

Pro.Parum eſt iura in ciuitate eſſe niſi ſint qui eadem reddere poſsint,in l.2 § poſt originem.ff.de orig.iur. c. ubi periculum.§.præterea. & c.commiſſa,de elect.in 6.

Pr.Parum eſt latam eſſe ſententiam,niſi & mandetur executioni,gloſ.no.in rub.C.de execu.rei iud.

Pro. Princeps eſt phyloſophiæ plenus.l.cum ſyllania nu. C.de his quib.ut indi.

Pro.Priuilegium principis intelligitur ſemper concedi ſine præiudicio alterius.l.2.§.ſi quis a principe.ff.ne quid in loc.pub.l.cum filiusfamilias.ff.de mil.teſta.l.impuberi.ff.de adm.tut.l.nec auus, C. de eman. liber. cap. cum ext.de conſuetu.

Op.Contra de l.ſciendum.ff.ex quib.cauſ.ma.& l.ſi quis ſepulchrum,in principio.ff.de relig.& ſump.fune.ubi beneficium princeps concedit cum damno alieno.

Sol. Dic quod princeps priuilegium non poteſt concedere cum præiudicio alterius graui, ſed cum damno modico poteſt.l.quoties.C.de preci.imper. offer.

Pro.Propria res eſt, in qua quis commodum & damnum capit.l.1.§.in propria.& quã appe.ſir.

Pro.Priuilegium teſtantis non tollit delictum ſcribentis. l.in fraudem,§.ſi quis.ff.de milit.teſta.

Pro.Paratus ſoluere non cogitur iudicium ſuſcipere. l.ſi reus paratus.ff.de procu.

Pro.Procliuis eſt curſus ad uoluptatem, & natura imitatrix eſt uitiorum.can.procliuis.20.q.3.

Pro.Proniores ſunt & faciliores homines ad peccandũ. c.alma mater, ext.de ſenten. excommunic.

Pro.Prophetizat Vlpianus in l.1.ff.de no. ope. nunc.

Pro.plerunque euenit, ut quod alteri ſupereſt alteri deſit. in.l.1 ff.de contrah.emp. & uend.

Pro.Prætoris eſt æſtimare an ſua ſit iuriſdictio, uocati autem non contemnere prætoris authoritatem.l.ſi quis ex aliena.

aliena.ff.de iud.c.ſunt perſonæ. de priuil.

Pro. Prius quærendum eſt de habilitate perſonæ quam de ſolennitate rei,l.ſi quæramus.ff.de teſt.

Pro. Perſuadere eſt plus quam facere. l.1.§. perſuadere.ff. ſerui. corrup.

Pro. Pactum contra naturam ſeu ſubſtantiam contractus non ualet l.cum precario. ff. de precar.

Pro. Proteſtatio declarat uoluntatem & ſententiam noſtram,l.& ſi quis.§.ſed interdum.ff.de relig.& ſumpt.funer.l.pro hærede.ff.de acqui. hæredi.

Pro. Prędia uſibus cœleſtium ſecretorum dedicata ſordidorum munerum fęce uexari non debent, in l.placuit. C.de ſacroſanc. eccle.

Pro. Ponctus ponitur loco copulæ.l.3.§.duæ autem cauſæ,in gl.in uerb.moliri.ff.de carb.edict.& l. duobus.§. in cœunda,in gl.in uerbo.ff. pro ſoci.

Pr. Scientia poteſt donari, non uendi, gloſ. in l. 1. §. proinde ubi gloſ. ff. de uar. & extra. cog.

Ob. Contra cui ius eſt donandi, & uendendi ius eſt l. cui ius. ff. de reg. iur.

Sol. Dic quod illa regula quandoque locum non habet, quia quandoque permittitur donatio, & non uenditio, ut in l. fi. C. de præd. decur. lib. 10.

Pro. Surrogatum debet ſapere naturam eius, in cuius locum eſt ſurrogatum. l. ſi eius. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cauſ. in l. parabolam. C. de epiſ. & cleri. in §. fuerat, inſti. de actio. unde male faciunt qui legunt per alium non eiuſdem qualitatis, glo. in l. 1. C. de mand. & col. lib. 11.

Pr. Solennitas intrinſeca præſumitur. l. ſciendum. ff. de uerbo. oblig. l. iuriſgentium. §. quod fere. ff. de pact. l. 1. in princ. C. de rei uxor act. §. ſcriptum, inſti. de inut. ſtip.

Pro. Sine accuſatore nemo condemnari debet. Ioan. 8. l. reſcripto. §. ſi quis accuſatorem. ff. de mun. & hon. cano. de manifeſta. 2. q. 6. c. 1. de accu. extra.

Pro. Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt, Mat. 15. Luc. 6. in c. fi. de æta. & qual. extra.

Pr. Sine poſſeſſione non procedit uſucapio, nec præſcriptio, l. ſi poſſeſſione. ff. de uſu. c. ſine poſſeſſione, de reg. iur. in 6.

Pr. Statuta proprie & ſtricte ſunt interpretanda. l. 3. §. ait prætor. ff. de neg. geſt. l. 2. C. de non. act. no. in l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. oblig.

Pro. Spoliatus ante omnia uenit reſtituendus. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui. l. momentaneæ. C. unde ui. l. 3. C. ſi per uim uel alio mod. can. redintegranda. 3. quæſtio. 3. c. in literis. & c. ex conquęſtione. extra de reſtitu. ſpol.

Pro. Sententia lata contra unum ex ſocijs, non præiudicat cæteris, ſi eius culpa acciderit, ſecus ſi dolo. l. ſi de communi. ff. ſi ſer. uendi.

Pr. Si nemo adeat hæreditatem, relicta in teſtamento non ualent. l. ſi nemo. ff. de reſ. tut. l. ſi nemo. ff. de regu. iur.

Pr. Spes uenit in conſiderationem. l. nec emptio, & l. ſi iactum retis. ff. de contrahen. empt. l ſpem. C. de dona.

Pr. Sine poſſeſſione rei dominium in eccleſiam transfertur, in l. ſi ubi no. C. de ſacr. eccle. c. 2. extra de conſ.

Pro. Sententia lata contra ius, ipſo iure eſt nulla. l. 2. C. quãdo pronoc. non eſt neceſ. l. 1. §. item cum contra. ff. quæ ſent.

ſent. ſine appel. reſ.

Pro.ſcienti & conſentienti non ſit iniuria.l. qui autem.§. s.ff.quæ in fraud. cred.

Pro.ſcinditur incertum ſtudia in contraria uulgus, in can. ſicut in ſacramentis.§ item ſi poſſet,de conſe. diſt. 3.c.ſu per litteris,extra de reſ.

Pro. Stãdum non eſt arbitrio ſi ſit iniquum,in l.ſi libertus ita iurauerit.ff.de ope.libe.in c.s. extra de arbi.

Ob.Contra de l.diem proferre § ſtari.ff.de arbi.ubi ſtandũ eſt ſententiæ arbitri,ſiue æqua,ſiue iniqua ſit.

Sol. Dic quod ſi iniqua ſit,reducitur ad arbitrium boni ui ri.l ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſoc.

Pro.ſimplicitas legib.eſt amica. §. ſed quia ſtipulationes , inſti de ſid. hær.& ueritatis.in c.ueritatis,ext.de iure.

Pro.Si ex una obligatione plures naſcantur actiones , una tantummodo,non omnibus eſt utẽdum.l.plura.ff.de ac.

Pro.Solet uerbum,denotat perpetuitatem.l.qui ſaltum.ff. de leg. 3.

Pro. Sententia non conſtituit ius,ſed quod eſt, declarat.l. ſicuti.§.ſed ſi quæratur,ſi ſer.uend l.& ex diuerſo.§.1 ff. de rei uendi.

Pro.Seruitutes ſunt indiuiduæ.l.uiæ atque itineris. ff. de ſerui.

Pro.Statuto contrauenitur etiam per unum actum contra rium,in c.cum acceſsiſſent,extra de conſt.in c.pro illo-rum,ext.de præb.c.ſuggeſtum,de decim.

Pro.Sacra alienari non poſſunt.l.iubemus.C.de ſacro.ec-cleſ.§.ſacræ,inſti.de rerum diuiſ.tot.titu. in auth.de reb. eccleſ.non alien.& ext.eo.tit.c.nulli.

Pr.Species furti eſt de alieno largiri.l.ſi pignore.ff.de fur.

Pro.Scriptura ſit ad faciliorẽ probationem,& perpetuam rei memoriam l cũ res.C de prob.l contrahit.ff.de pig. l.4.de ſid.inſtru.l.iubemus.uerſ.ſed ne aliqua.C.de teſt.

Pro Senatores pars corporis imperatoris ſunt.l.quiſquis. C.ad l Iul. maie.

Pro. Senatus ius facere poteſt.l.non ambigitur.ff.de lega.

Pro.Succeſsio in beneficialibus non eſt admittenda.c.1.& 2.extra de teſt.c.1.extra de præbend.ſanctuarium enim Dei iure hæreditario poſsideri non debet,in c.ad deco rem,de inſti. extra.

Pro Sanctiſsima res eſt ciuilis ſapientia quæ pretio nũma rio non eſt æſtimanda.l.1.§.1 ff.de uar.& extra cog.

Pro.Sorte & fortuna dubia,dirimuntur.l.2. C.comm.de-le.& §.optionis,inſti.de leg.l.ſed cum ambo.ff.de iu un de in euangelio,partiti ſunt ueſtimenta mea adinuicem & miſerunt ea in ſortem , Io.9 Pſal. 20.gloſ.in l.ſi quę. ff.fami.hercil.

Pro. Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.l. 1.ff.de uſuf.leg. unde prædium ipſum ſibi ſeruire non poteſt.l.cum eſſet §.ſi.de ſeru ruſ. præd.

Pro.Sæpe plus in nigro quàm in rubro continetur.ut in ti tu.ff.de iuſt.& iur.iuncta l.iuſtitia,in §.iuriſprudentia,i-dem in rub.de uſuca.iũcta l præſcriptio,uide glo.in ru-bri.C.de relig.& in rub.C.de reb.cred.

Pro. Scientia nobilitat hominem in l.ſi.ubi gl.C.de poſt. in c.pen. extra de præben.

Pro.Sententia in mortuum dicta non ualet , in l.Paulus.ff. quæ ſen.ſine app.quæ reſ.l.in ſumma.§.ſi.de re iud.

Pro.Sic faciẽda eſt interpretatio in ambiguis, ut magis a-ctus ualeat,quam pereat,in l.quoties.ff.de reb.du.l.quo ties ff.de uerb.obli.

Ob. Contra de l.ſi fuerit.ff.de reb.dub & l.duo ſunt titij. ff.de teſt.tu.ubi in dubijs potius actus uitiat quã ualeat.

Sol. Aut ſit interpretatio circa eos quibus relinquitur, & tunc ubi ſunt incerti relictum impeditur, quia deficit ꝓ batio non ius,in l.quoties,ff.de uſuf. & l ſi quis de pluri bus,de reb.dubijs,& ita procedunt contraria: aut uerò ſit interpretatio circa eum,a quo relinquitur,& tunc hu manior ſententia eſt ſequenda ne pereat relictum in du bio.l ſi ita fuerit.§.planè,de re.dub.& ita hic intelligit.

Pro.Singula officia ſingulis ſunt perſonis committenda,in c.cum ſingula,de præb in 6.

Pro.Sententia debet eſſe conformis libello l ut fundus.ff. fam her.l.ſi.de ſi.lib.C.

Pro.Si non ualet quod ago , ut ago , ualet ut ualere poteſt l.1.ubi late no ff.de iur.codic.l.ſi.C.de cod.l.ex ea ſcri-ptura §.1.ff de teſta.l.ſi unus.§.ulti.ff.de pac.

Pro.Si non ualet quod in ueritate agitur,tamẽ ualet quod ſimulatè concipitur.l.Lucius,ubi Bar.ff.de poſ.

Pro.ſolet ſæpe iudex,ex acto iureiurando , ſecundum eum qui iurauit, iudicare.l admonendi. ff. de iureiu.

Pro. Secundum qualitatem & conditionem perſonarum uerba intelligi debent.l.plenũ.§.equitij.ff.de uſu,&hab.

Pro. Sorte ſua quiſque contentus uiuere debet,in cano.ſi quis epiſcopus.7.q. 1.

Pr. Segnius expediunt commiſſa negotia plures,gl.in l.ſi plures,in § 1.ff.de tut.& cur.

Pr. Sententia eſt quid indiuiduum , non enim poteſt pro parte ualere,& pro parte non ualere.l.in hoc iudicium. ff.fam. her.

Pr. Statuta,& conſuetudines contra eccleſiaſticam liber tatem irritantur,in auth.caſſa.C.de ſacro. eccleſ.

Pro. Succeſſor tenetur approbare factum defuncti pro ea parte qua eſt hæres l.2.C.de fil.mino.l. cum à matre. C. de rei uendi.

Pr.Sentẽtia facit ius,& reddit de albo nigrum,& de nigro album.l.ingenuum.ff.de ſta.ho.l.ſiue.ff.de lib.agn.

Pro.Solutione facta pro parte tãtum, adhuc integra rema net obligatio.l.ſi quis.ff de ſolut.

Pro Si uinco uincentem te,multò fortius te.l.de acceſsio nibus.ff.de diuerſ.& tempo. præſ.

Additio.

Pro.Separatorum ſeparata debet eſſe ratio. l. naturaliter. §.nihil cõmune.ff de acquirend.poſ.l.Papinianus cauls. ff.de minor. l.ſina.ff de calum.

Pr.Sacrilegij inſtar eſt dubitare de principis poteſtate,an is quem elegerit dignus ſit.l.2.C.de crimi. ſacri.

Pr.Sedes apoſtolica omnibus petentibus ſe liberalẽ exhi-bet.c.ſedes apoſtolica,extra de reſcrip.

Pro.ſeruus neſcit quid faciat dominus,nota glo. in l. eius qui in prouincia. ff.ſi certum peta.

Pro Solemnitas extrinſeca non præſumitur,niſi probet. l.quæcunque.§.ſina.ff.de pub.in rem actio.

Pr.Sine ſuſpitione omnes lites procedere nobis cordi eſt. l.apertiſsimi.C.de iud.

Pr.Solennitas omiſſa uitiat actum l.ſi unus. C.de teſta.

Pr.Subtilitates à iudicibus admitti non debent. l. ſicut. §. pen.ff.quibus modis pig.uel hypo. ſol.

Pro.Sine colloquio adulterium non committeretur.l.& ſi amicis.ff.ad legem Iul.de adult.

Propo. Sero accuſas mores,quos uxorem ducendo proba ueris.l.hæc uerba.§ fin.ff. ad legem Iul. de adulte.

Pr. Seniorum conuerſatio iuuẽturis educatio perfecta ſit. §.cogitandum,in authen. de monach.

Pro.Sancta ruſticitas omnia palam habet accur. in §.item ſeruiana,inſti. de actio.

Pr. Sub dubio fortè reſpõdent,ſæpe periti,glo. in l.ſi duo ff.de recep.arbitr.

Pro.Sacrilegium committit:qui papæ mentitur.nota in c. ſerpens,de pœnit.diſtin. 3.

Pr.Serui communiter ſunt fures,glo.in l.Iulianus. ff.de a-ctio. empt.

Pr.Sæpe pro meritis ſubditorum deprauatur uita rectorũ. c.ſi hæreticus. 2.q. 7.

Pro. ſententia paſtoris,ſiue iuſta ſiue iniuſta ſit,timenda ẽ, ca ſententia.11.quæſt.3.

Pr.Si fueris Romę Romano uiuito more.Si fueris alibi,ui uito ſicut ibi.not.in canone illa. 13. diſtinctione.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Scientia inflat, charitas autem ædificat. 1. Cor. 8. in c. niſi cum pridem. de renunc. ext.

Pr. Seniorem ne increpaueris, 1. Thim. 5. ca. Paulus. 2. q. 7.

Pr. Succeſſores apoſtolorũ ſũt epiſcopi. c. in nouo. 21. diſ.

Pr. Sacerdotis officium eſt nulli nocere, omnibus autem uelle prodeſſe. c. deniq; 14. q. 5. c. cum ſacerdotis, de poſtul. ext. Sacerdotium enim datur non tantum ut præſit, ſed etiam proſit. c. ſi qui. 1. q. 1.

Pr. Seruum Dei non oportet litigare, ſed mitem eſſe ad omnes. ca. ſicut. 2. q. 7.

Pro. Septies in die cadit iuſtus & reſurget. Pro. 24.

Pr. Spiritus triſtis exſiccat oſſa, animus uerò gaudens ætatem floridam facit. Prou. 17.

Pro. Si quis percuſſerit te in maxillam, præbe illi & alteram. Math. 5.

Pro. Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. 1. Cor. 3.

Pro. Sufficientia noſtra ex Deo eſt. 2. Cor. 3.

Pro. Si bona ſuſcepimus de manu domini, mala quare nõ ſuſtineamus? Iob. 2.

Pr. Spiritus ubi uult ſpirat. Io. 3.

Pr. Statutum eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium. Heb. 9.

Pr. Si uis perfectus eſſe uẽde omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo. Mat. 10.

Pr. Sicut umbra dies noſtri ſuper terram. Iob. 8.

Pro. Sacta & ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare, ut à peccatis ſoluantur. 2. Machab. 12.

T

PROPOSITIO.

Tempus contractus eſt inſpiciendum in cõtractib. in l. ſi filius lam. ff. de uer. obl. l. 1. §. nõ ſolum. ff. de poſ. l. ſi tamen ad ſen. maced.

Pr. Tempus, perſona, locus aggrauant delictum. l. aut facta. ff. de pœn.

Pr. Turpis eſt pars quæ nõ congruit ſuo uniuerſo, canone quæ contra. 8. diſt.

Pr. Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſum. l. ff. q quiſq; iur. l. ſi uxor. §. ſi iudex, ubi no. ff. ad l. Iul. de adul.

Pr. Turpe eſt doctori uel aduocato ius in quo uerſatᵉ ignorare. l. 2. § Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur.

Pro. Te non iugulare non debes gladio. l. 2. C. quę res ex po. non deb.

Pr. Tempus non eſt modus tollendę, uel inducendæ obligationis. l. obligationum fere. §. placet. ff. de actionib.

Ob. Contra. l. cum de in rem uerſo. ff. de uſur. ubi ſolutio uſurarum pluribus annis facta obligat in futurum.

So. Ibi propter lapſum decẽnij, qui eſt loco iuſti tituli, & ideo ibi allegatio iuſti tituli obligat in futurum.

Ob. Secũdò opponitur de l. 1. C. de ſid. ubi ex præſtatione alimentorũ triennali præiudicatur in futurum ſoluẽti.

Sol. Ibi fauore alimentorũ, & ultimæ uoluntatis.

Pr. Tot ſunt ſtipulationes quot ſunt ſummæ. l. 1. §. fina. & l. ſcire debemus. ff. de uerbo. obli.

Pr. Tanto grauiora ſunt peccata quanto diuturniora, in c. non ſatis, & c. cum in eccleſiæ. extra de ſimo.

Pr. Teſtis poteſt corrigere dictum ſuum, cũ dubitatur de facto eius. c. præterea. ext. de teſt. co.

Pr. Titulus inſtitutionis eſt honorabilior. l. filium. §. non ſolum. ff. de leg. præſt.

Pro. traditis clauibus dominium, & poſſeſsio trãſfertur. in l. clauibus. ff. de contra. empt. §. item ſi merces. inſt. de rerum diuiſ.

Pr. Traditionibus, uſucapionibus, ſeu præſcriptionib. dominiã rerum acquiritur. l. traditionibus. C. de pact. §. ꝑ traditionem, inſt. de rerum diuiſ. l. 3. ff. de uſu. authẽ. niſi tricennale. C. de bon. mat.

Ob. Contrà de §. interdum, inſt. de rerum diuiſ. ubi ſine traditione poſſeſsionis dominium in alium tranſit.

So. Speciale ibi in eo caſu propter domini uoluntatem.

Pr. Teſtimonium in re propria reprobatur. l. nullus. ff. de teſti. l. omnibus. C. eo. tit.

Pr. Turpe eſt, ſi profeſsio hominis, & deſiderium inter ſe diſcrepent. l. profeſsio. C. de mun. pat. lib. 10. adeo quod doctor non poſſet petere reſtitutionem in integrum ſecundum glo. ibi.

Pro. Turpia lucra ab hæredibus ſunt extorquenda. l. in hæredem. ff. de calum. l. 1. C. ex del. def. in quant. hær. com.

Pr. Tantum operatur genus in ſuo genere quantum particulare in ſuo particulari. l. ſi chorus. ff. de leg. 3. l. ſi duo. ff. de adm. tu.

Ob. Contra de l. ſi quis mihi bona. §. ſed utrum. ff. de acqui. hæred. & l. ſed & ſi rei. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.

So. Dic quod ibi requiritur ſpeciale mandatum, quod ſub generali uериſimiliter non comprehenditur.

Pr. Tractus futuri temporis non pertinet ad nos, quæ .n. ſunt de futuro contingenti nõ poſſumus iudicare. l. 1. §. 1. ff. de uſur.

Pr. Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet, gl. in l. ſi quis fumo. ff. ad l. aquil.

Pr. Turpia iure noſtro reprobãtur. l. turpia. ff. de leg. 1. l. generaliter cum l. ſeq. ff. de uerb. oblig. l. ſi unus. §. pacta. ff. de pact. c. fin. de cond. appoſ.

Pr. Talis quis præſumitur in quali habitu reperitur. l. itẽ apud labeonem, in §. ſi quis uirgines. ff. de iniu. l. ſi ignorans, & ibi glo. ff. loc.

Pr. Tabellio eſt ſeruus publicus. l. 2. ff. rẽ pu. ſal. fo. & §. item ſi impubes, inſti. de adopt.

Pr. Tutor eſt quaſi dominus in rebus pupilli adminiſtrandis. l. qui fundũ. §. ſi tutor. ff. de pro empt. idẽ in prælato procuratore, & ſimilib. qui in loco domini ſunt, not. Accur. in §. 1. in uerbo debetur, inſt. de act.

Pr. Teſtamentum eſt publici iuris, ideo forma eius priuatorum pactis non læditur. l. 3. ff. de teſta.

Pr. Tenebræ aptiores ſunt ad fabricandum falſum, in l. 1. §. tria lumina. ff. de uent. inſp.

Pr. Tam ex contractibus quam ex delictis filijfamilias obligantur. l. tam ex contractibus. ff. de ind.

Pr. Teſtamẽtorum iura per ſe firma ſunt. l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti.

Pr. Tollitur omnis obligatio ſolutione eius quod debet §. 1. inſt. quib. mod. toll.

ADDITIO.

EX VTROQVE TESTA.

Pr. Teſtamentum morte confirmatur. Heb. 9. l. 1. ff. teſt. ibi poſt mortem. textus eſt in c. cum Marthæ, de celeb. miſſar. ext.

Pr. Tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis fiat tranſlatio. Heb. 7. c. tranſlato de conſt. ext.

Pr. Tria hæc manent ſpes fides charitas, maior autem horum eſt charitas. 1. Cor. 13.

Pr. Tria ſunt mihi difficilia, uia aquilæ uolantis in aere, uia colubri ſuper terrã, uia nauis in medio mari, & quartum, quod penitus ignoro uia iuuenis in adoleſcentia ſua. Pro. 30.

Pr. Teſtamentum huius mundi morte morietur. Eccl. 14.

PRO-

V

PROPOSITIO.

VIRI docti fulgẽt in orbe uelut ſtellæ ſeu ſplẽdor firmamẽti, Daniel. 12. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. in c ſuper ſpecula, ext. de magi.

Pro. Vim ui repellere licet. l. 3. §. uim ui. ff. ui & ui arm. l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. l. ſciẽtiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. aqui. can. ius naturale. 1. diſt. c. ſi uero. 1. extr. de ſent. excom.

Pr. Veritas rerum erroribus geſtorum non uitiatur, in l. illicitas. §. ueritas. ff. de offic. præ. l. aſſumptio. ff. ad mun.

Pr. Vitio naturali facile parcendum eſt, in l. fluminum. §. uitium. ff. de dam. infec. l. 1. § ſi non propter, ubi not. ff. ſi quis cau.

Pr. Verba ſæpe intelliguntur ſecundum potentiam, non ſecundũ actũ, in c. maiores, uer. cæterũ, ext. de bapt.

Pro. Voluntas teſtatoris in dubio uidetur ſe uelle conformare cum diſpoſitione iuris cõmunis, in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. late not. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad treb.

Op. Contra falcidia a iure introducitur, et tamen contra uoluntatem teſtantis detrahitur in l. titia. ff. ad l. fal. in c. raynaldus ext. de teſt.

Sol. Hæc regula uera eſt, niſi aliter expreſſe appareat, ut in auth. ſed cum teſtator. C. ad l. fal. ut ibi.

Pro. Vnuſquiſq; liberam habet teſtandi facultatem. l. 1. C. de ſacro. eccleſ.

Pr. Voluntas contrahentium uel teſtatoris ex alieno nõ debet pendere arbitrio. l. in emendis. C. de cont. empt. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſt.

Pr. Vnuſquiſque in re ſua liberam habet adminiſtrationẽ. l. in re mandata. C. man. l. polla. C. de his quib. ut indig. l. non uſq; adeo. ff. ſi quis a pat. man. l. nemo exterus. C. de iudę.

Op. Contra, maritus habet dominium rerum dotalium, et tamen non poteſt alienare. §. 1. inſti. quib. ex cauſ. alie. licet uel non. Item mulier eſt domina dotalium. l. in rebus. C. de iur. dot. et tamen ei alienatio prohibetur, in l. unic. §. et cum lex iulia. C. de rei uxor. act.

Item pupillus eſt dominus rerum ſuarum, et tamẽ deteriorem conditionem ſuam facere non poteſt. §. 1. inſti. de aut. tut. idem in prodigo, cui interdicitur bonis, l. 1. ff. de cur. fur. & prodi. dand.

So. Hæc regula uera eſt niſi lege prohibeatur, ut in contrarijs.

Op. Itẽ cõtra, de. §. fi. inſt. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.

Sol. Ibi in odium dominorum, & ob fauorem publicũ eſt caſus ſpecialis.

Pro. Vxor debet præſtare operas marito. l. ſicut. ff. de ope. libe.

Pr. Vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt. l. pupillus. ff. quæ in frau. cred. l. nec enim. ff. ex quib. cauſ. maio.

Pro. Vnum & idem uerbum in oratione poſitum poteſt ſtare ſimul proprie & improprie. l. 2. ff. de offic. procon. & leg. l. plautius, ubi gl ff. de procur.

Pr. Verbum poteſt accipi generaliter & ſpecialiter. in l. 2. ff. de adopt. l. inter agnatos. ff. unde leg. l. imperium. ubi not. ff. de iuriſd. om. iud.

Pr. Voluntas morte finitur. l. 4. ff. loc.

Pro. Verba intelligenda ſunt ſecundum cõmunẽ uſum loquendi. l. labeo. ff. de ſupp. leg. in l. liberorum, in §. quid tamen caſſius, de lega. 3. in l. cum delanionis. §. aſinã. ff. de fund. inſtru. c. quamuis, ext. de uerb. ſign.

Pro. Verba proprie intelligenda ſunt. l. non aliter. ff. de lega. 3. l. fi. C. de his qui ueo. æta.

Pr. Vtile per inutile, non uitiatur. l. ſancimus. C. de don. l. 1. §. pen. ff. de uerb. obli. l. qui teſta. ff. de leg. 2. l. pecuniæ ubi glo. ff. de uſur.

Op. Contra. de l. 1. §. item quæritur. ff. de aq. quot. & æſti. & l. prdius. §. 1. ff. de arbit. ubi utile uitiatur propter inutile.

Sol. Hæc regula non habet locũ in indiuiduis, & inſeparabilibus, ut in contrarijs, glo. 1. c. utile, de reg. iur. in 6.

Op. Item obeſt, l. actus legitimi. ff. de reg. iur. ubi ſuperfluitas oppoſita uitiat actum.

Sol. Vbi inutile & ſuperfluum eſt contra formam & naturã actus, eſt uitioſum, ut in contrario.

Pr. Veritas præualet fictioni. l. filio. ff. de lib. & poſt. l. 1. C. plus ual. quod agi. quam quod ſim. concip.

Pr. Vinum inducit mentis exilium, & libidinis prouocat incentiuum. c. a crapula, ext. de uit. & hon. cler.

Pr. Votum captandæ mortis alterius de iure eſt reprobatum. l. fi. C. de pact. l. de fideicommiſſo. C. de tranſ. c. nulla ext. de cõceſ. præb. c. deteſtanda & c. ne captandæ, co. titu. in 6.

Pro. Vinum lætificat cor hominis. Iudic. 9. Eccl. 40. gl. in l. 1. ff. de per. & comm. rei uend.

Pro. Vir & uxor pro una, & eadem perſona reputantur. l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de uerb. obli. §. 1. inſti. de uſu. & habit. l. 1. ff. rerum amot. l. aduerſus. C. de crim. exp. hæred.

Pro. Vox unius uox nullius eſt. l. iuſiurandi. C. de teſt.

Op. Contra de l. theopompus. ff. de dot. præleg. & l. ſi quis curio. C. ad leg. cor. de fal. ubi uoci & aſſertioni unius creditur.

Sol. In d. l. theopompus, creditur uni propter uoluntatem & diſpoſitionem teſtantis, in d. uero. l. ſi quis decurio, eſt ſpeciale in tabellione.

Op. Obſtat etiam. l. 1. §. fi. ff. quæ mand. teſta. aper. ubi unus teſtis auditur.

Sol. Ibi ſpeciale eſt in teſtamento, ratio ſpecialitatis eſt, quia in teſtamento maior ſolennitas exigitur quam alibi.

Ob. Tertio oppono de can. nobiliſſimus 97. diſt. ubi ſoli dicto cardinalium, et legatorum creditur.

So. Speciale ibi in illis perſonis propter eorũ authoritatẽ.

Pro. Vna et eadem res non debet diuerſo iure cenſeri. l. cũ cui ædes. ff. de uſuf. in can. cognouimus. 12. q. 2. c. tua, in fi. ext. de deci. quandoq; tamen una res duplici iure cenſetur in l. hinc quæritur. §. 1. ff. de pec. & l. ſi domus. ff. de ſerui. urba. præd. ubi peculium duplici iure cenſetur, & una domus duas ſeruitutes habet, et l. in quartam. ff. ad l. falci. ubi trebelliana detrahitur, et de his quæ ex hęreditario iure obueniunt, et legati uel fideicommiſſi, & donationis cauſa mortis, ſed caſus ſunt ſpeciales ſecundum Doct.

Pr. Verba recommendatoria non obligant. l. ſi uero non remunerandi. §. cum quidam. ff. man.

Pr. Vniformis debet eſſe in iure intellectus, nec eſt admittendus ille intellectus qui diuerſificat legem, ſeparando caudam a capite. gloſ. in cap. conſuetudinis. 11. diſt. et in c. maiores in uerbo, tota. ext. de baptiſ.

Pr. Videtur, uerbum, importat fictionem in his quæ facti ſunt. l. in omnib. ff. de cap. ſecus in his quæ iuris. §. quædam inſti. de act.

Pro. Verbum, oportet, importat neceſſitatem. l. cum oportet. C. de bo. quæ lib. in l. uerbum, oportere, de uerb. ſig.

Pr. Virtutum præmia tribui merentibus conuenit. l. fi. C. de ſta. et ima.

Pro. Verba intelligi debent cum effectu. l. pen. §. docere. ff. ne quis eum qui in ius uoc. eſt ui exim. l. 1. §. hæc autem uerba. ff. quod quiſq; iur. l. ſi quando. ff. de lega. 1. c. relatum extr. de cler. non reſ.

Pro. Verius contumax non appellat. l. et poſt edictum. §. 1. ff. de iud.

Pr. Vetuſtas cuius memoria non extat, loco legis habetur l. 1. §. fi. ff. de aqu. plu. arcen. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quot. & æſtiu.

Pro.

Pro. Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia æqualiter ea determinare debet. l. iam hoc iure. ff. de uulga. ſubſt. l. ſi legatarius. §. fi. ff. de leg. 3.

Pro. Vnicuiq; licet ſanguinem ſuum redimere, uita enim nihil pretioſius. l. 1. ff. de his qui ante ſent. mor. ſibi conſ.

Pro. Viuæ uoci plus credendum quam mortuæ in §. ſi uero moriantur, in auth. de fid. inſtru. coll. 6.

Pr. Variatio ſeu mutatio fieri non debet. l. ſerui electione. ff. de leg. 1. l. huiuſmo. §. ſtichum. ff. eo. ti. l. apud aufidium. ff. de opt. leg. c. quod ſemel, de reg. iur. in 6.

Ob. Contra de l. nonnunquam. ff. de coll. bono. ubi mutandi conſilium approbatur.

Sol. Ibi ſpeciale in hæreditate paterna, quæ eſt quaſi nobis debita, in §. 1. auth. de trient. & ſemi. col. 3.

Ob. Præterea contra de l. 1. §. fi. ſi ſic depoſuero. ff. de poſ. ubi inquit text. quem poſſe mutare uoluntatem, & l. tam qui certarum. §. t. ff. de uerb. obli. ubi mutatio uoluntatis admittitur.

Sol. In ultimis uoluntatibus regulariter mutare nō licet, quia electio trahit ſecum executionem, ut hic. ſecus in contractibus, niſi poſt obligationem contractus. l. in cō modato. §. ſicut. ff. commo. & ita procedunt contraria.

Pro. Vſuræ hodie prohibentur. c. 1. de uſur. in antiq. & in 6.

Ob. Contra de tot. tit. ff. & C. de uſur.

Sol. De iure ciuili erant permiſſæ, de iure uero canonico reprobatæ.

Ob. Contra iſtud replicatur, quia uult imperator ſubditos ſequi fidem & religionem, quam Petrus apoſtolus tradit Romanis. l. 1. C. de ſum. tri. & fid catho. de iure autē diuino prohibitum eſt uſuras accipere.

Ob. Item iura ciuilia non dedignantur imitari ſacros canones in auth. de eccle. tit. in princ. De iure autem canonū prohibentur uſuræ, in cano. quoniā multi. 47. diſt.

Sol. Dic quod ubi uerſatur lucrum, non poſſunt peti hodie, ſed ubi damnum, petuntur ut intereſſe, nō ut uſuræ. & ita obſeruat curia Romana.

Pro. Vbi concurrunt duo, quorum unus magis diligit teſtatorem, uel eſt magis dilectus a teſtatore, præferendus eſt alteri minus diligēti, uel dilecto. l. uni. in §. ſed & qui domini. C. de lat. liber. tol. & l. publius. §. fi. ff. de cond. & demon.

Pro. Vbi aliquid pendet ex conſcientia alicuius, ſtatur iuramento ipſius, gl. in l. 1. C. ad l. Cor. de ſic. in c. ſignifica ſti. 1. de hom. not. in §. namq; inſti. de act.

Pr. Vxor habens maritum inutilem, dicitur uidua. l. fin ubi Accur. C. de plag.

Ob. Vxores multæ gaudent de morte maritorum. glo. in l. pater. §. ſocrus. ff. de cond. & demonſtr.

Pro. Vxores a uiris defendi debent, non econtra uiri ab uxoribus. l. quod ſi uiro ff. de iniur.

Pr. Vbi deficiunt uerba legis, deficit & legis diſpoſitio. l. 1. §. toties. ff. de dam. infec.

Pro. Viuere in perpetuum, per gloriam intelliguntur, qui in acie pro rep. occiduntur. §. 1. inſti. de excu. tut.

Pr. Verba contractus referuntur ad tempus contractus. l. rutilia polla. ff. de contrah. emp.

A d d i t i o.

Pro. Virginitas ſemel corrupta, reſtitui non poteſt. l. unic. C. de rap. uirg.

Pro. Vanæ uoces populi non ſunt audiendæ. l. decurionū. C. de pœn. unde male fecit Pilatus qui ad populi clamorem Chriſtum condemnauit, ibi not Acur.

Pro. Votum parentum eſt ſemper acquirere filijs in l. nihil intereſt. ff. de bon. liber.

Pr. Verba ligant homines, taurorum cornua funes, cornu bos capitur, uoce ligatur homo, inſti. cur. in §. 4. de obli.

Pr. Vbi eſt eadem ratio, & æquitas, ibi idem ius eſſe debet, in l. illud. ff. ad leg. aquil. l. a titio. ff. de cond. & demon. in l. fi. C. ad leg. fal. c. cum dilecti, extr. de conſil. util. uel inut.

Pr. Vna pluralitas reſoluitur in plures ſingularitates. l. 2. §. fi. ff. de cond. inſtit. l. demonſtratio falſa. §. fi. ff. de cond. & demon. c. omnes leges. 1. diſt. c. cū iam dudum de præb. in ext. c. ſignificaſti de appella. c. ut priuilegia de priuileg.

Pro. Varietas temporum uarietatem conſtitutionum inducit in c. non debet, de conſang. & affini. ext.

Pro. Verba generalia referuntur ad omnes, & ad omne tēpus. l. ſi ita fuerit. ff. de leg. 3.

Pro. Vnus homo duorum uicem ſuſtinere non poteſt, in l. ſi plures. ff. de pact.

Pro. Vbi maius eſt periculum ibi cautius eſt agendum l. 1. §. ſed ſi quis. ff. de carbo. edic. in c. ubi periculum, de electio. in 6.

Pr. Valet reſponſio ſine interrogatione. l. ſi ſic. ff. de interrogatio.

Pro. Vbi deficit exemplar, deficit & exemplum. l. in teſtamento. ff. de condi. & demon.

Pro. Vbi deficit fundamentum, ſuperædificari non poteſt, l. 1. ff. de excep. rei iud. c. cum paulus. 1. q. 1.

Pro. Verbum ad tempus poteſt ſtare proprie, & poſt tempus improprie. l. pater ſeuerinam. §. conditionum. ff. de cond. & demon.

Propo. Vbi eſt unus quaſi contractus, inſpicimus initium, ubi uero ſunt plures, cuiuſq; per ſe initium conſideramus. l. pomponius. 2. ff. de negotijs geſtis.

Propo. Vbi a lege uel ab homine aliquid non eſt determinatum, iudicis arbitrio relinquitur. l. 1. §. fi. ff. de iur. delib. l. mancipiorum. ff. de optio. leg.

Pro. Voluntas teſtatoris & contrahentium ex alieno non debet pendere arbitrio. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſti. l. quòd ſæpe. §. 5. ff. de contrah. emptio.

Pro. Valet argumentum ab authoritate. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. hom. l. 2. ff. de legib. l. ſi pater. ff. de ſolutio. l. cicero. ff. de pœn. in c. nunquam de conſ. diſt. 5. in c. ſotus de uerb. ſign.

Ob. Contra ſtandum non eſt authoritati. in l. ſe diui. ff. de rer. diuiſ. in l. 1. ff. de cont. empt.

Sol. Authoritates philoſophorum, poetarum & oratorum, bene poſſunt allegari in cauſis, ſed opiniones eorum poſſunt reprobari, ut in contrarijs, gl. in §. item pretium. inſt. de emptio. & uend.

Propo. Vtilis actio præfertur directæ. l. procuratore. ff. de procura.

Pro. Veritas temporum & locorum, uarietatem pretiorum inducit. l. pretia rerum. §. nonnulla. ff. ad legem falci.

Propo. Vbi non eſt ordo, ibi eſt confuſio. in §. inordinatū in auth. de hæred. & fal. coll. 1.

Pr. Voluntas teſtatoria, ut lex, eſt obſeruanda. §. diſponat in auth. de nup. col. 4.

Pr. Vbi adeſt remedium ordinarium, ceſſat extraordinarium. l. in cauſſæ. 2. ff. de minor. in l. in prouinciali. ubi Bar. ff. ſol. matri.

Pro. Verba tranſpoſita non mutant ſenſum, tam in contractib. quam in ultimis uoluntatib. in l. præpoſteri. c. de teſta. in l. quidam teſtamento. ff. de pecul. legat.

Propo. Vbi ſunt duæ cauſſæ finales, una ſublata, & altera remanēte, non ceſſat effectus. in §. affinitatis inſtitu. de nup.

Pro. Vbi dolus aut calliditas uerſatur, ex alieno conſilio quis obligatur. l. conſilij nō fraudulenter. ff. de reg. iur.

Pr. Verbum futuri temporis non importat executionē ipſo iure, ſed per ſententiā gl. in l. iubemus. §. œconomus. C. de ſacr. eccle. & in l. in crimi. C. de iuriſdic. om. iudi.

Pro Vxores coruſcant radijs maritorum. l. fœminæ. ff. de ſenat. l. mulieres. c. dignita. lib. 12. in §. ſi autem, in auth. de conſul. coll. 4.

Pro. Verbis & factis uoluntas declaratur. l. de quibus. ff. de legib.

legib.l.reprehendends.C.de inſti.& ſubſti.l.labeo.ff. de ſupel.legat.

Pro. Vani timoris nulla eſt æſtimatio.l.ſi quis ab alio.ff. de re iudic.

Pr. Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.l.qui iniuriæ & l.uerum.ff.de fur.in c.cum uoluntate,de ſententia excom.extr.

Ob. Contra de l.quoniam cũ multa.C.ad leg.Iul.de ui publica.& l.1.§.diuus.ff.ad leg.cor.de ſica. ubi punitur affectus ultra quàm ſeſe extendat.

Sol. Quando delictum quod principaliter intenditur,tẽdit ad illum finem qui ſecutus eſt,nõ inſpicitur animus, ſed delictum uolentis, ita procedit. de l. quoniam, quia ibi uiolentia tendit uerifimiliter ad uerbera,uel homicidia,ubi uerò delictũ principale, non tendit ad hoc qđ ſecutum eſt,inſpicimus animum non euentũ, ita procedit hęc regula.& uide Bar.i l.diuus.ff.ad l.Cor.de ſicar.

Pr. Verè philoſophantes pecuniam contemnunt, cuius retinendæ cupidine,fictam aſſeuerationem detegunt.l. in honoribus.ff.de uaca.mun.

Pr. Vox præconia paucis innoteſcit, in anthen. qui ſemel. C.quomodo & quando iud.

Pr. Vbi cenſura eccleſiaſtica exprimitur,excommunicatio intelligitur,in c.quærenti. extra de uerborum ſignificatio.

Pr. Vſusfructus morte finitur. l.corruptionem.de uſuf. ff. in §.finitur.inſt.eodem.

Pr. Victus uictori in expenſis debet condemnari, in l.properandũ.§.ſinautem ab alterutra. C.de iud.l. cum quem temerè.ff.eod.

Pr. Via publica multò tempore præſcribi poteſt.l. uiá publicam.ff.de uia public.

Pro. Verba ſi non poſſunt ſtare ſecundum propriam ſignificationem intelliguntur ſecundum impropriam.l.ſed & ſi poſſeſſore.§.ſed & ſi iuranero.ff.de inreiur.

Pro. Verba quandoque impropriantur ſecundũ ſubiectam materiam,in l.ſi uno anno.ff.locat.

Pr. Valet argumentum de delictis ad contractus.l.rem ubi gl.ff.de iud.

Pro. Vitioſus tacitus intellectus non ſubauditur.l.2.C.de condi.inſert.

Pr. Veritas magis oculis quàm auribus inſignitur, in §.ſi. inſt.de grad.cogna.

Pr. Vnica interpellatio conſtituit in mora,in l.titia.§.uſuras.ff.de leg.2.

Obie. Contrà de l.mora.ff.de uſur.ubi debiti repetẽdi inſtantia fieri debet.ut debitor in mora conſtituatur.

Sol. Ibi intellige inſtantiam in dando dilationẽ,nec enim exigitur ut ſemper inſtet,& non deſinat petere ſecundum gl.ibi.quam ſequitur Bar.

Ob. Secundò oppono,de l.ſi conuenerit.ff.de pign.actio. ubi trina denũtiatio requiritur,& in auth.ſtatuimus. C. de epiſ.& cle.& c.1.de ſuppl. neg.præl. extra ubi trina requiſitio neceſſaria eſt,ut quis conſtituatur in mora.

Sol. Sed ibi illi duo caſus ſunt ſpeciales ſecundum doct.

Pro. Verba intelliguntur in primo actu non ſecũdo.l.boues.§.hoc ſermone.ff.de uerb.ſigni.in l.& licet,& l.dotis promiſsio.ff de iure dotium.

Pr. Vnuſquiſque ſuæ ultionis habet arbitrium.l.deuotum. C.de metat.lib.12.

Pr. Vbi caput ſepultum ibi & ſepultura hominis intelligitur.l.cum in diuerſis.ff.de relig.& ſumpt.fune.

Pro. Vita teſtatorum tranſeunt in hæredes.l. cum hæres. ff.de diuer.temp.præſc.

Pr. Vniuerſi conſentire non poſſunt,l.1.§.ſi.ff.de acq. poſſ.

Pr. Vltima mora nocet.l.illud.ff.de peric.& com. rei uẽd.

Pr. Vbi nulla petitio,ibi nulla mora.l.ſi pupillus. ff.de uerbo.oblig.

Pr. Vniuerſalis oratio negatius non poteſt dici falſa. ante quã in quolibet particulari ſit poſsibile.l.ſi neceſſarias. §.ſi annua.ff.de pign.acti.

Pro. Viæ debent eſſe ſecuræ.l.1.§.1. ff.de his qui deiecer. uel effud.

Pr. Vbi lex conſiderat quod poreſt ııenire, non debemus requirere quod aliter euenerit.l.ſi uero.§. prætor. ff. de his qui deiece.uel effud.

Pr. Voluntates enunciatiuæ diſpoſitionem non inducunt. l.uerba teſtamenti.C.de teſta.

Pr. Voluntates diſpoſitiuę ſunt obſeruandę.§.diſponat,in auth.de nupr.

Pr. Vitioſa poſſeſsio non iuuat poſsidentẽ.l.improba poſſeſsio.C.de acqu.poſſ.§.furtiuè inſt.de uſuf.nec eius hæredem.l.uitia poſſeſsionum.C.de acqui. poſſ. niſi cõtra extraneos.l.ſi.ff.de acqui.poſſ.

Pro. Vox ſerui eſt uox domini regulariter, in l.ſi ſeruus.ff. de dam.infec.& §.ſi uerò,inſti.de inuti.ſtip. Sed hoc fallit in duobus caſibus in l.2.& in l.antepenul. ff. de ſerui. ita Acur.in l.1.ff.de ſtipu.ſer.

Pr. Variæ ſunt hominum uoluntates l.quia poterat ff.ad Trebellia.ut in caſu l.non nudis,ubi gl.C.de eman.lib.

Obi. Contra de l.cum eum.C.de adopt.& l.1.C. de reb. alien. non alien.

Sol. Sed ibi in actibus præiudicialibus,in quibus exprimẽda eſt certa cauſſa uolũtatis, ut in l.cum hi.§.uult igitur oratio.ff.de tranſac.

Pro. Venter plenus facilè de ieiunijs diſputat. ca. gloria. 12.q. 2.& ca.crates 12.q.3.

Pr. Vbi ueritas locum non habet,nec iuramentum locum habet,in l.ſi.C.de non nu.pecu.

Pro. Vultus motum iudicis detegit.l.obſeruandum.de offic.præſi.

Pro. Vinum inducit obliuionem,unde Iuſtinianus quondam non memiuerar de quibuſdam legibus, quia nimiũ biberat,ita referr Acur.in l.ſi.C.in quib.cau. in integrũ reſtitu.nou eſt dand.

EX VTROQVE TESTA.

Pro. Vir eſt caput mulieris,ſicut Chriſtus eccleſiæ.1. Cor. 11.in ca.cum caput.33.q.5.

Pr. Vnuſquiſque in ea uocatione,in qua uocatus eſt permaneat.1.Cor.7.

Pro. Vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet.Rome.14.

Pr. Viuus & efficax eſt ſermo Dei,penetrabilior omni gladio ancipiti.Heb.4.

Pro. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes.Eccleſ.19.

Pro. Vouete & reddite Domino Deo ueſtro.Pſal.75.

Pro. Vbi theſaurus tuus,ibi & cor tuum.Mat.6.

Pro. Virtus in infirmitatibus perficitur.2.Cor.12.

Pro. Vnuſquiſque onus ſuum portabit.Gal.6.

Pro. Vbi ſunt duo aut tres congregati in nomine meo, in medio illorum ſum,ait Chriſtus.Mat.18.

Pro. Vnus eſt princeps,unus iudex,unus imperator, ca. in dapibus.7.q.ꝯ.

Pro. Verbum domini noſtri manet in æternum.Eſaiæ 4.

Pro. ubi ſpiritus domini,ibi libertas.2.Cor.3.

Pro. uigilate,& orate,ut non intretis in tentationẽ, ſpiritus quidem promptus eſt,caro autem infirma.Mat.26.

Pro. Vanitas uanitatum,& omnia uanitas.Eccle.1.

FINIS.

CLARISSIMO VIRO D. CAROLO A THISNAC, V. I. DOCTORI, EQVITI AVRATO,

Quondam Conſiliario, & Sigillorum Regis Catholici Cuſtodi, nunc uerò Conſilij rerum Status Præſidi, nec non Aurei uelleris Theſaurario, & archiuorum Ducatus Brabantiæ cuſtodi meritiſſimo.

Iodocus Damhouderius Brugenſis S. D. P.

SICVTI patriæ lumen, oculus, & ornamentum eſſe dicitur Princeps ſapiens, D. Thiſnace multò clariſsime, ita quoque de eadem patria, eiusque bono non impræclarè mereri uidetur, quiſquis ipſi Principi, tum in priuatis, tum in publicis negocijs, quam optimam, quamque fidiſſimam nauat operam. In quibus quidem Principis negocijs, quanta cum laude, iam ferè triginta duos annos uerſatus es, non eſt quòd hoc ipſum meis indignis commonſtretur præconijs, quum hoc toti Aulæ, ipſique clementiſsimo Principi noſtro notius ac teſtatius ſit, quàm ut ullius teſtimonio indigeat. Et certè digniſsima tui euectio ſatis indicio eſſe debet, quam grata, quamque utilis fuerit tua, tum Principibus noſtris, tum patriæ noſtræ Belgiæ, fidelis adminiſtratio. Poſtquam enim aliquot annos fidelem in Brabantia noſtra egiſſes aduocatum fiſcalem, Carolus Quintus (piæ memoriæ) Imperator Auguſtus, tuis meritis, ac uirtutibus excitatus, te ſuis libellis ſupplicibus (uulgo Requeſtis) magiſtrum ordinarium præfecit. Poſt uerò anno quadrageſimo nono, menſe Ianuario, ſui Conſilij priuati Conſiliarium creauit. Cuius certè maieſtati tua fides & integritas tantopere placuit, ut in itinere atque in expeditione ſua Germanica te aſſiduum comitem, ac prudentem Conſiliarium ſibi ubique locorum adhibuerit, atque ab eiuſdem expeditionis feliciſsimo reditu, te in ſuum Conſilium Status adiungere uoluerit. Poſtquam uero clariſsimus D. Adrianus Brugius, Eques Auratus, ac Conſilij Status Conſiliarius, Cuſtosque ſigillorum Regiæ Maieſtatis uita perfunctus fuerat, ab eodem Hiſpaniarum Rege Philippo, in eiuſdem D. Adriani Brugij dignitates omnes, in ipſius conſiliariatum Status, atq; in ſigillorum Regiorum cuſtodiam digniſſimè euectus es, atque adſcriptus. Tandemque ab eadem clementiſſima ſua Maieſtate Regia in Hiſpania Theſaurarius ordinis Aurei uelleris, ac non multò poſt ſui conſilij rerum Status Præſes, ac poſtremò archiuorum Ducatus Brabantiæ Cuſtos meritiſſimè crearis. Faxit Deus Opt. Max. ut eidem Maieſtati ſuæ Regiæ perpetuò euadas charior & gratior. Ego porrò (tametſi longo interuallo remotus) tuæ, tuique ſimilium diligentiæ, fidei, & integritatis æmulator, nec ſegnis, nec infidus eſſe cupiens, meam quoque & aſsiduam & fidelem operam, clementiſsimo Principi noſtro, ipſiusq; negocijs aulicis impendere non ceſſo. A quibus interim ſi quid ſucciſiui temporis contigerit, id omne communi Reipub. iuuandæ, honeſtisque legum ſtudijs promouendis, hactenus tribuere uiſum fuit. Iam uerò quum ætatis ratio benigniorem optet quietem, ſtatui poſt hac me contentum ſolis Aulæ negocijs, paulatim in liberius ocium aſſerere, atque ab ulterioribus, mihi nunc nimium moleſtis prorſus ſuperſedere ſtudijs. Verùm dum iſtud arridens ocium cum deliberato animo amplecti meditor, exiſtimans me meo officio non ſegniter ſatisfeciſſe, meumq; talentulum in edendis Subhaſtationum, rerum Pupillarium, rerumque Criminalium ac Ciuilium libris, non prorſus inutiliter expendiſſe, hoc in meipſo (fortaſſis cum multis alijs commune) experior, ut quantò certius me in libertatem aſſertum iri confidam, tantò pluribus curis & grauioribus laboribus me immerſum comperiam. En enim præter omnem expectationem, mihi auitum ocium capeſſenti, ex tranſuerſo ſeſe nouæ ingerunt curæ, qui-

bus, uiri graues iterum animum meum non leuiter ſollicitabant, commonefacientes, atque fortiter etiam urgentes, ut poſt ſuperiores tractatus editos, libellum præterea Parium ſiue Similium iuris edendum aſſumerem, quæ Similia paſſim in iure, in cauſis, in effectibus, in perſonis, inque alijs rebus, & qualitatibus æquiparãtur, & de quibus dici ſolet: De Similibus idem eſt iudicium; potiſsimum, quòd horum Parium, ac Similium, in ſuperioribus libris meis ipſe quoque ſæpe meminiſſem. Poſtquàm igitur huiuſmodi uiri cordati, cum tanta ratione urgente, me ad obſequium compellerent, uiſum fuit ipſorum præmonitis, adeo obtemperare, ut meritò eadem ultro me præuenire debuiſſe cenſuerim. Arrepto itaque ſepo ſito calamo, me ad intermiſſos labores refero, & quicquid uſpiam in iure paris obiter reperire potui, id in hoc Enchiridion contuli, ordineque commodiſſimo diſponere ſtudui: Quem libellum, licet exiguum, ſpero tamen iuris Candidatis non exiguum fructum allaturum: Quod ut eueniat felicius, nempe ut fructus inde decerpantur uberiores, hoc quicquid eſt exigui libelli, ſub nominis tui auſpicio, in uulgus emittere, tuoque nomini mihi obſeruandiſsimo dicare, & conſecrare uolui, non ut hoc ſit aliquod tui demerendi indicium, ſed ut ſit meræ erga te obſeruantiæ perpetuum teſtimonium. Optarem me tua nobilitate, teq; digniora donare poſſe. Verum quum impræſentiarum, non ſit aliud, quo meum erga tuam humanitatem ſtudium teſtari poſsim, ſpero te hoc (licet tua dignitate longè inferius) munuſculum, læto tamen animo à tuo Damhouderio acceptulum: potiſsimum ubi non tam muneris præſtantiam, quàm offerentis animum penſare dignaberis. Nimirum imitatus Artaxerxis potentiſsimi Perſarum Regis gratiſsimam humanitatem, uel potius humaniſsimam gratitudinem, cui in agro quodam præ ſiti obequitanti; quum ruſticus pauper (nihil habens aliud) aquam è uicino profluentem, ambabus manibus hauſtam obtuliſſet, adeo non eſt auerſatus aut ruſticum, aut ruſtici munuſculum, ut aquam illam potius iucundiſſimo, gratiſsimoq; animo ſuſceperit, atque eidem pro tali aquario munere, phialam auream cum mille Daricis donari præceperit: nempe non tam donum, quàm donantis ſimplicem, beneuolum, minimèque fucatum perſpectans animum. Ita quoque mi D. Clariſsime tua ſingularis beneuolentia, candorque gratiſſimus, benignè & ex animo boni conſulens, hoc quicquid eſt libelli rogo amplectatur, meque T. C. inter amicos tibi deuotiſſimos libenter annumeret, ac feliciter ualeat. Bruxellæ 20. Octobris, 1567.

IVRIS CANDIDATO. S.

EN tibi candide Lector hæc noſtra in iure Paria, quæ tuo Candori, candidè abs te interpretanda, benignè offerimus: non quidem omnia, quæ in iure dici poterunt Paria, ſed ut ex his pauculis ipſe (quoties tibi erunt obuia) colligas & adijcias cætera, quemadmodum & ego pridem hoſce Parium titulos (ocij uitandi gratia) collegi, non quidem eorundem aliquando edendorum ſtudio, ſed ne nihil (ut dixi) ocij tempore agere uiderer. Hos nihilominus Parium titulos, vbi Typographus ſemel conſpexiſſet, inſtare apud me, ac ſolicitare non deſijt, donec ipſi eoſdem excudendos promitterem. Ipſius itaque animo, ac amicorum hortatibus potius, quàm meo iudicio, ſatisfacere uolens, hoc Parium Enchiridion in lucem iuris candidatis emitto. Si quid commodi hinc aliquando decerpere poterunt, de non fruſtra ſumpto labore gaudebo. Si quis uerò hinc nihil fructuum decerptum iri putabit, is uiciſsim hic nihil ſibi edi credat, ſed quicquid hic editur, id non in iure perfectis, ſed tantum iurium ſtudioſis, ac rudibus editum ſibi perſuadeat. Ideoq; & is hanc editionem boni conſulat, & feliciter ualeat.

Pet. Syl. Lect. cand.

SIMPLICITATE pium, indoctumque, rudemque popellum
Vt doceat Chriſtus, fidei uel ſemina tradat,
Parabolis gaudet, leuibus, clariſque docendi
Noruis, queis hominum in mentes cito labitur omne
Tradere quod cupias, uel commonſtrare labores.
Iura itidem paſſim meminere ſimillima multa.
Et ſimili ex uno ſimile alterum educere monſtrante.
In quo uis eadem, ratioque eadem reperitur.
Aſt paria hæc ſparſim quod ſundant iura, nec æquè
Obuia ſint rudibus, iuris ſtudijsque daturis
Nunc operam. demum hanc in congeriem tibi traxit
Singula commodius Dambouder, te ut iuuet, atque
Candidius faueat, corradendique labore
Te leuet, exemplar monſtrans pariterque ſequendum,
Quo magis atque magis locupletem reddere poſſes
Hanc (quæ cepta) ſtruem, uel certè nobiliorem.

De Similibus ſemper idem eſt iudicium, idque iure

- Diuino, Geneſis 2.
- Canonico, c. Inter cætera. extra de reſcriptis.
- Naturali, Cic. lib. 3. de Oratore, & l. prima. §. Ius autem ff. de Iuſtit. & Iure.
- Gentium, l. 1. & 2. ff. locati. iuncta l. ex hoc. ff. de Iuſtit. & Iure.
- Ciuili, l. non poſſunt. ff. de legib. & l. leges 1. Cod. eod. tit.

Similia ſunt, quorum una eſt qualitas D. Vldar. Zaſius, conſi. 9. lib. 1. pag. 121. numero 5. Alberic. in l. Non poſſunt, de legib.

Similibus ſunt ſimilia ritè applicanda. l. prima. §. Sicut autem. C. de ueter. iur. enuclean.

Similis æquitatis ratio ſimilia iura ſuadere debet. l. Illud. ff. ad legem Aquil.

Paritas / Diuerſitas rerum, arguit Paritatem / Diuerſitatem iuris.

ENCHIRIDION PARIVM AVT SIMILIVM, QVAE IN NOSTRO IVRE PASSIM REPERIVNTVR, OMNIBVS STVDIOSIS, Practicis, aut in Foro publicam rerum adminiſtrationem aſſumentibus, admodum utile, ac neceſſarium.

INDVSTRIA CLARISSIMI VIRI DOMINI IODOCI DAMHOVDERII, *Brugenſis, Equitis aurati, V. I. Doctoris, quondam Cæſarei, nunc uero Hiſpaniarum Regis Conſiliarij, atque eiuſdem Regis Belgicarum Financiarum Commiſſarij, elementario ordine commodè diſpoſitum.*

Abbatiſſa.

PRimo omnium in numero Pariũ hic prodeat Abbatiſſa, q̃ in rerũ abbatialiũ adminiſtratione, meritò Abbati æquiparatur.] ut notat Bal. in c. 1. in princ. colu. 6. Qui feudum dare poſſunt. Abb. in c. 2. in prin. de his quæ fiunt à prælat. ſine cõſenſu. c. Qui ex eo textu colligit, Quod Abbatiſſa habeat ſui monaſterij liberã adminiſtrationẽ, ſicut & Abbas, quodq; ad ualiditatem conceſſionis fiendæ per eam, debeat ſui capituli conſenſus interuenire. Ex quo & ipſe ſubcolligit, quod per Abbatiſſam, & Moniales, non obſtante ſexu fœmineo, etiam diſponuntur res monaſterij. Abbatiſſa præterea cum Abbatis iure æquiparatur, cum in iuriſdictione ſæculari, cum in iuriſdictione eccleſiaſtica, quum & illa officia quoque cõferat ſæcularia, ſimul & beneficia eccleſiaſtica, non ſecus quã Abbas ipſe. c. Cum dilecta. extra de confirmat. util. uel inutil. Vide Abb. in 2. notabili. in gloſ. 2. Plura uide in Regula fœmine. ff. de reg. iur. per Philippum Deciũ, fo. 5. num. 10. Non poteſt tamen Abbatiſſa excommunicare, ab officio ſuſpendere, aut interdicere, quia hæc pertinent ad claues Eccleſiæ. Poteſt tamen monachos & clericos ſuſpendere, & prohibere ne celebrent in ipſius eccleſijs. Cæterum, talis ſuſpenſio non eſt uerè ſuſpenſio, quia quamuis celebrarent, non propterea fierent ijdem clerici celebrantes irregulares. Præterea non poteſt prædicare, nec confeſſiones audire, nec moniales benedicere, nec aliquid aliud facere, quod ad ordinẽ ſacrum propriè pertinet: ut patet in c. Noua. extra de pœnit. & remiſſ. Poteſt tamen in matutinis Euangelium legere: unde & diaconiſſa appellatur. c. Diaconiſſa, 27. q. 1. & etiã moniales ſeu ſubditas monere & exhortari.

Abeſſe.

ABESSE & inefficaciter adeſſe: paria ſunt.] Itẽ: Paria ſunt, Si quis à principio non adfuerit, & ſi ſine debita poteſtate adfuerit: ſine hac enim merito repudiatur nõ ſecus quam abſens, pôt. l. Si quis ſub cõditione. ff. de teſt. tute. l. Si quis in ſenatorio ordine. & l. Eos qui. ff. de ritu nup. Facit tex. in l. 2. §. Sed & ſi ſint ſui. ff. de ſuis & legit. hæred. l. 1. § penul. incip. Cum autem. C. de cadu. tollen. D. Iaſon in l. Quotiens. in 4. colu. C. de hæred. Inſtitu. D. Barcholo. à Chaſſanæo in ſuis conſilijs, conſi. 39. incip. Nobilis quondam uir D. Cyprianus &c. nu. 2. Sic à ſimili. religioſus qui corpore quidẽ matutinis intereſt: in quibus tamen nec canit, nec legit quicquam, nec quicquam officij in ijs præſtat, ſed toto illo tempore ſtertit, ac dormit, is à ſuo prælato merito negligentiæ, ac ueluti abſentiæ incuſatur, & corripitur. Idemque uidetur cenſendum de illis, qui tempore diuini officij, aut miſſæ, nihil aliud quam de rebus uanis garrientes, templum obambulant. Iudicantur enim hi, uel Miſſæ, uel diuino officio prorſus abfuiſſe: quia in ijs ueluti præſentes, nihil pietatis exercuerunt, nec ex ijs ullum ſalutarem fructum aut effectum conſecuti ſunt.

Item.

ABESSE uel inhabiliter adeſſe: & prorſus non eſſe, in idẽ recidunt.] Per tex. in l. 1. §. Et quidẽ. ff. Quod cuiuſquã uniuerſ. nomi. ubi ait: Et quidem non eſſe actorẽ uel ſindicum, tunc quoque intelligimus, cum is abſit, aut ualetudine impediatur, aut inhabilis ad agendum adſit, quia qui abeſt, aut q̃ ualetudine impeditus adeſſe nequit, aut qui inhabilis ad agendum adeſt, is perinde eſt ac ſi omnino non eſſet, aut nõ adeſſet. Atq; hanc ſniam comprobat Andreas Tiraquellus in legib. cõnubial. & iure maritali. Glo. 6. ibi. [De ſon mari,] fol. 178. nu. 10.

Aborſus.

ABORSVS procuratus, æquipollet homicidio. Quod potiſsimũ intelligendũ eſt, ſi aborſus talis procuretur poſt animam corpori infuſam: alias uerò ſecus: Non enim is cenſendus eſt homicida, qui qualemcunque aborſum procurat, antequã anima corpori ſit infuſa, quòd is fœtus actu nondum fuerat homo: licet per infuſionẽ animæ poſtea homo fieri potuiſſet. c. Aliquando, &c. ſeq. &c. Moyſes. 32. q. 2. & c. Homicidium de pœniten. diſtinct. 1. & plenè dixit D. Albericus in l. qui in utero. ff. de ſtatu hominum. Ex his itaque paucis colligi poteſt, quòd qui fœtum animatum & qui fœtum non animatum abortiri curant, diuerſimodè puniri debeant. Nam ſi aliquis per aborſum interficiat animatum fœtum, is ſummo ſupplicio puniri, afficique debet. Si uero nondum animatum fœtum abortiri curet, diſtinctio tũc habenda eſt ita. Si ſit nobilis, tunc parte honorũ amiſſa in inſulam eſt relegandus. Si uerò eſt ignobilis, damnatur in metallũ. l. Si quis aliquid. §. Qui abortionis. ff. de pœnis. Huic et ſatis quadrat. l. 3. §. legis Corneliæ. ff. ad l. Corn. de ſicar. & Benef. Et ibi Hippolitus de Marſilijs: Hic enim inanimem fœtum aborſum procurans enormiter peccat: & licet homicidium propriè nõ committat, homicidio tamen, eoque nefandiſsimo, proximus eſt. Hanc autem aborſus materiam latius diſcuſsimus in noſtra rerum criminalium Praxi. in editione poſteriore. c. 74. De homicidio per uenenum. per totum. paginis 177. 178. 179. 180. 182.

Abſens.

ABSENS quatenus par ſit cum pupillo uel infante. Vide infra. Infans.

Abſentia longa.

ABSENTIA longa æquiparatur morti, eademq; cenſetur quantum ad hæreditatē conſequendam, uel ad beneficia conſequenda, uel ad ſimiles diſpoſitiones eccleſiaſticas obtinendas.] l. Mulcta in princ. ff. de cond. & demonſt. q̄ ait eſſe notabile Bal. in l. Mater tua. col. ult. nu. 18. C. de rei uēd. Iſtud quoq; confirmat D. Nicolaus Boerius, 1. par. ſuarum aurearū Deciſionum: q. 88. nu. 2. ubi mulcta non incurritur, ſi hæres ex mandato Titij aliquid facere iuſſus fuiſſet & is Titius interim mortuus eſſet, uel longo tpe abfuiſſet. Sic ēt excuſatur epiſcopus, ſi contuliſſet beneficium alicuius abſentis qui tam longo tpe abfuiſſet, ut non temere ignorantiam epiſcopus prætexere poſſet, an is tam diu abſens uiuus eſſet, an mortuus. gl. in c. cùm non oportet. primo de conſecr. diſtinc. 5. & Corſetus in ſingulari, incipiente Vagabundus. Nihilo minus ſi is abſens tandem reuertatur, non eſt priuandus ſuo beneficio, etiam alteri collato: ſed idipſum abſque ulla alia collatione aut ſolēnitate recipit & recuperat. Rebuffus in ſua Praxi benef. tit. de reprob. benef. uiuen. colla. gl. in nu. 2. uerſ. excuſatur. Sic quoque capitulum epiſcopo diu abſente omnia poteſt, quæ poteſt eodem mortuo. Inno. in c. Ad abolendam. in fi. gl. magnæ. extra de hæreticis, facit c. Præſentata. extra de teſtib. & q̄ dicit Ioan. And. in c. Contra unum. de offic. delega. in 6. Card. in Clement. 1. 18. q. in fi. de offi. uicar. Sed hæc quidem uera ſunt, & ſolummodo locum habent, quàdo ratio abſentiæ & mortis æquiparatur, & non quando rationis incidit diuerſitas: qualis accidit in coniugio, in quo ob diuturnam mariti abſentiam uxor non pōt prætexere mortem mariti, & ob id ſtatim alteri nubere, ſed requiritur ut de abſentis mariti morte certa teſtimonia proferat; Nam tunc demum à lege mariti ſoluta habetur, & alteri tunc nubere in Domino pōt: teſte Paulo. 1. Cor. 7. Et ut hēt c. In præſentia de ſponſal. Vide D. Franciſcum Mingnon in conſuetudines Aurelianenſes. fol. 149. artic. 169. tit. [Des ſucceſsions.]

Accuſatio ſacerdotis.

ACCVSATIO, teſtimoniū, & eccleſiaſticus ordo pari rōnē procedunt: ſic ut quicunq; non admittitur ad unū, nec is admittatur ad reliquū.] c. Beati. in fi. ibi. Quicunque ſacerdotes non ſunt, uel eſſe ſacerdotes nō poſſunt, hi ꝯ ſacerdotem nec accuſationē, nec teſtificationē ullā proferre poſſunt; nec ꝫ. Sic D. Paulus Apoſtolus Timotheum inſtruit, ne aduerſus presbyterū accuſationē ullam reciperet: niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. 1. Timo. 5. c. Et Apoſtolorum ſucceſſores ſtatuerunt, ne ſacerdotes domini aliquos accuſarent, & ne contra eos teſtimonium ferrent, qui ſui ordinis non eſſent, aut eſſe nō poſſent. c. Ipſi Apoſtoli. & ibi gl. in uerbo. Nec eſſe. c. Teſtes in princ. & c. præſumunt. cum glo. in uerbo, Teſtimonium. 2. q. 7.

Actio inualida.

NON habere actionē, & habere actionem prorſus inutilē, aut prorſus ineſſicacē: paria ſunt.] c. Ad aures. & ibi Panor. nu. 5. ad finem extra. de præſcriptionib. Argu. c. 2. extra de translation. epiſcopo. Vbi ſic dr̄: Paria ſunt. Nō hr̄e actionem, & hr̄e quidē actionē, ſed eā quæ exceptione præſcriptionis elidi atq; ſubuerti poſsit. Quo circa ſicut iudex pōt repellere illū, cui nulla competit actio: ita & illum reijcere poteſt, cui actio competit, ſed ineſſicax. in l. Foli. ibi uerſ. Stantibus iſtis. & qui agit ad debitum diem nōdum adueniente illo die, ob id ſuccumbit, quia paria ſunt, non habere actionem, & non poſſe agere efficaciter. Vnde qui ante diem ineſſicaciter agere cœpit, is adueniēte eodem die denuo agere poterit. l. Grege. §. ſi ſub conditione. & ibi doct. ff. de ædil. edic. & l. Si mater. §. eandem. uerſ. Et ideo. ff. de except. rei iudic. Accurſ. in l. 1. ff. Si mēſ. falſ. mod. diſſer. l. Sed & ſi pupillus. §. ſi inſtitoria. & ibi gl. Bal. Alber. & Salyc. ff. de inſtito. & in l. Bebius. ff. de pact. dotali.

Actio repulſa.

ACTIONEM ipſo iure non competere, & actionē iure cōpetere, ſed exceptione repelli, effectu inter ſe nihil differunt: ideoq; & paria eſſe, quo ad effectum cenſentur.] l. Nihil intereſt. ff. de reg. iur. ubi ſicut Paulus I. C. Nihil intereſt an ipſo iure aliquis actionē non habeat, an eius actio per exceptionē infirmetur. Cui regulæ ſiue legi cōformis eſt regula ſiue lex. Non vr̄ cœpiſſe. ff. de eod. tit. de regul. iur. Et ad hanc facit alia regula, quæ habetur in l. Si quis obligatione. §. Non pōt uideri cœpiſſe, qui ſtipulatus pōt exceptione ſubmoueri ff. eod. tit. Spec. in §. Nunc uidendum. fol. lib. mei. 63. col. 2. nu. 19. tit. de except. & replicat. Et per hæc confirmatur, quod notat Bar. in l. Quod ſi maritus. §. Si quis autem. ff. de conſtit. pecu. ubi dicit: nō deberi illud, qđ perpetua exceptione defendi poteſt. Facit ad hæc quoq; textus in l. Debitor, & in l. Creditor. ff. de uerb. ſignifi. Et latius D. Decius, in d. l. Non vr̄ cœpiſſe. quē per occaſionem uidere. Sed hæc quoque ad titulum, Exceptio, referri poſſunt.

Actio ex Contractu.

ACTIONEM oriri ex contractu, & actionē oriri ex pacto qđ ineſt aut ineſſe cenſetur contractui, æquipollent: qđ claro exēplo ità declarari poterit. Si uendo tibi fundū precio centū, ex mea uenditione tibi datur actio ex uendito ad fundū, & ex tua emptione mihi datur actio ad precium, & utraque harum actionum oritur ex contractu eodē. Verū ſi adijciatur tale pactū: Ego uendo tibi agrū meū precio centum, ut tu uadas pro me Brugas, ex illo pacto, ſiue ex illa adiecta particula pacti, naſcitur mihi actio ad contractum, & ad pactum, id eſt, ad poſcēdum precium & itionem ad Brugas. Hæc autem latiùs & plenius explicātur apud D. Ioannem Bapt. Caccialupū, in ſuo notabili tractatu, De pactis. fol. libr. mei 515. col. 4. nu. 23. ubi multa quæ huic loco accōmodari poſſent citat tum exemplis (ut inquit ſatis craſsis & luculētis. quæ compendij gratia his inſerere nolui, ſed ad ea, quàdo uacabit, lectorem remitto.

Actio ex ſententia.

ACTIO in factū orta ſententia, ſimilis eſt actioni iudicati & contra. Actio iudicati ſimilis eſt actioni in factū ex ſnīa ortæ.] l. Actori. C. de reb. cred. & iureiu. quæ ſic habet actori delato uel relato iureiurando: ſi iurauerit, uel ei remiſſum ſit ſacramentum, ad ſimilitudinem iudicati, in factū actio cōpetit, & ibi Bald. in 2. ſuo notabili. Vbi inquit Similitudinē conſiſtere & eſſe in parata executione: nempe in tempore, quod datur iudicatis, forte decem dierum, per l. Promiſſor. §. Si ſine die. ff. de conſtit. pecu. Cuius Baldi uerba apertius ibidem perquirere licebit. Eadē quoque poſt eundem Baldum refert D. Io. Bertachi. in ſuo Repertorio, ſub litera A. fol. lib. mei 15.

Actus purus & purificatus.

ACTVS hic purus eſt, & Actus hic conditionalis eſt, ſed purificatus: paria ſunt.] ſcđm Bal. in l. Cum teſtamento in fi. C. de teſtament. manumiſſ. ubi etiam ait liquidationē idem operari, quod purum ab initio. Et quod inſtrumēta, ſi habeant conditionem, re uera purificatam, habeantur ꝓ inſtrumentis puris. Idem quoq; comprobatur in l. Finali. §. Titius. ff. de uulga. & pupill. ſubſtitu. Cum glo. in uerbo, Duæ puræ. Quin & idem probatur per Angel. qui idem ibi in effectu tenet, quod Bald. idem quoque confirmatur per Alexand. in l. Hoc iure. ff. de

ff.de uerb.obli. Et per D.Carolum Ruinum in ſuis conſilijs,conſi. 139.incip. De duobus.nu.7.uol.2. conſilior. qui ibidem paria eſſe declarat,ſi actus ſit purus, uel ſi ſit actus conditionalis conditione purificata.

Actus conditio.

Ad Actum quæ neceſſaria eſt conditio,eadē & neceſſaria eſt ad actus effectum.] Vide infra ſub titu. (Conditio.)

Actui conſentire.

Actui conſentire & dictum celebrare, paria ſunt.] Sic quoq; paria ſunt. (ut & infra monſtrabitur ſub titulo, Conſentire) Conſentire iudicanti, & conſentire actui, ſiue iudicato,uel Iniæ.l.Iubemus.& ibi Bar.nu.6.& Alberi.in fine C.ad S.C.Velleia.& l.In ædibus.§. Quod ſi liusfamilias.ff.de donat. Vbi dr̃, Quòd ſi filiusfamilias, patris iuſſu,aut cum uoluntate patris aliquid dedit (inquit Pomponius)id perinde æſtimādum eſt , ac ſi pater ipſe donaſſet . Item , ſi quis ſuo nomine rem meam Titio dediſſet cum meo conſenſu & uoluntate, id par eſſet ac ſi ipſe rem meam Titio dediſſem.Sic & Paulus.l. C.de eo cui manumiſſionē donare licet: Is quodammodo manumiſſionem donare dr̃,ſi in manumiſſionē conſentiat, eamq; cum libera uoluntate permittat.l. Et ſic. ff.ſol.matrim. De quo plura per Tiraquellum,de utroque retractu,§.1.glo.9.nu.106.& num.137.Sic contra. Sicut minor non poteſt alienare rem immobilem ſine decreto,ita nec poteſt alteri hoc facienti cōſentire aut permittere.Philip.Decius ad l.Aliud eſt uendere.nu.4. ff.de reg.iur.Iaſon.in l.Tunc autē . iuncta gloſſa ibi uel etiam iudicato nu.5.ff.de re iudic.Sic etiam paria ſunt. Conſentire perſonę facienti actum,& conſentire actui. Nihilominus tutius eſt ſecundum Bar.exprimere utrūque copulatiuè : Sic conſentire iudicanti,& etiam conſentire iudicato,paria ſunt : quod ita etiam tenuit Bal. in c.fina.in 5.col. extra eodem titu. Quod itidem probat Iaſon,loco ſupra allegato : & Soci.in ſuis conſilijs, conſil.43.nu.18.lib.4.

In Actu eſſe.

Aliquid eſſe in Actu,& eſſe in uia deductionis ad Actū in iure paria ſunt.] l.Diuortio.§.Non ſolum.ff. ſol.matrimo.per quem tex.ita decidit Bal. in l.Qui ſub prætextu.C.de ſacroſ.eccl.et Barth.Soci.in ſuis conſilijs,conſil.70.nu.8. lib.4.l. Si impuberi. & ibi Barto.nu.2.ff.de tuto.& cura.dat. ab his. & in l.12. tabula ſi qua pluma nocet,id eſt,nocere poterit . Et apud Labeonem.Si rationes tractaſſe uidebitur,id eſt,uideri poterit.l.Labeo ff.de ſtatu li.& quæ actui propinqua ſunt,ſecundum ipſius naturam requiritur.l.penul.ff.de milit.teſtam.l.Oratio.ff.de ſponſalibus.Rurſum Pomponius. Quid ergo ſi cœptum ſit argentum fabricari, nondum tamen perfectum,utrum facti,aut infecti appellatione contineatur: Sed puto magis facti.l.Et ſi.§. Infecti.ff. de auro & arg. legat.Sic & nouitij monachi ab Epiſcopo ordinari poſſunt,in cuius diœceſi ipſorum monaſterium ſitum eſt, idq; poſt ſolam ipſorum ingreſsionem , & ante omnem aliam profeſsionem, ad quam primo anno rendere ſolent, dummodo conſtet id monaſterium eſſe ſub diœceſi illius epiſcopi.cap. Cum nullius.& ibi glo.ad uerb. Religioſus.De temporibus ordinan.lib.6. quos uidete, Quia enim ſunt in actu ad profeſsionē, & ad eam paulatim tendunt,ideo & pro profeſsis habendi atque ordinandi ſunt.

Actus ualidus.

Actus eſt ualidus, & Actui nihil opponi pōt. Vel Actus nullitati nihil opponi poteſt:paria ſunt.] Quocirca fideiuſſor,qui eog.t ſoluere uſuras,is eaſdem uſuras à debitore principali repetere pōt,non ſecus q̃ ſi de iure indebitè ſoluiſſet,ut notanter concludit Alberi. in l.1.colum.ſi.in uerſ. Ego hanc q.'de facto habui.C.de ſumma Trio.& fide catho. Vide tu Bar.in l.1.ff. Quod quiſque iur & Io.Monachi ad c.licet Epiſcopus. & ibi in addit. Philippi Probi.nu.9.de præb. & dignita.lib.6.

Adeſſe.

Adesse, & per contumaciam abeſſe, in iure ſunt paria: nempe quantum ſpectat ad reſtitutionē minoris in integrum,uel ad ſententiam ferendam. in qua tum reum tū actorem cenſemus intereſſe , qua odo uocatus per contumaciam abeſt .] Vlpia. in l.in cauſa prima.§. Cauſa autem.ff.de minorib.25.annis , & ibi Bart. & Bald.qui textus ſemper ad hoc ibidem per eundem Bal. allegatur,ſcilicet quod in his quæ ſiunt cauſa cognita requiratur ſemper partem adeſſe præſentem,uel per contumaciam abſentem. Vide infra,Præſentem eſſe.

Adoptio,Adoptiuus filius.

De Adoptatione. Vide mox,infra ſub titulo, Arrogatio. Et inferius ſub titulo,Filius.

Adulterium.

Si duo reperti ſunt ſimul in uno concubantes lecto. Et hi duo commiſerunt adulterium: paria ſunt.] ut (inquit) Bal.in c.1.circa ſi.4.columnæ. Quib.mod. feud.amitta. uerſ.Quæro nūquid ſit idem dicere. Talis in lecto iacuit cum uxore domini ſui , & talis cum uxore dn̄i mœchatus eſt . Et reſponde quod ſic, ꝙ idem cenſeri debeant , ut notatur per glo.primam in uerbo, Delictū.in l.Gaij. Caſsij.ff.de fideicom.libert.Et hoc dictum Baldi refert & ſequitur Alex.in ſuis conſilijs,conſi.77. incipien. In cauſſa & lite,2.col.nu.27.uol. Vbi dicit, quod idem ſit dicere.Talis iacuit cum tali muliere,& dicere talis cū ea muliere adulterium commiſit.Atque huius ſententię fuiſſe reperitur Bartho Cepolla. in ſuis conſilijs,conſi. 4.colu.4.num.10.dicens quoque paria eſſe,Iacere in lecto cum uxore alterius, & cum eadem uxore adulteriū perpetrare.Quin & huic ſententiæ non abſimilis eſt ſententia Soci.minoris,in ſua 2.parte conſiliorum, conſil. 34.nu.15. Eadem quoque ſententia confirmatur per ſacram ſcripturam in qua quotieſcumque adulterium aut fornicatio notatur, eadem per uerba dormire exprimitur,ut in Geneſi,c.35.de Ruben dicitur,quòd dormiuit cum Bala cōcubina patris ſui. Et uxor Phutiphsris dicebat ad Ioſeph,Dormi mecum : Geneſis,cap.39. Quibus locis uerbum dormire accipitur pro coire: nempe ꝙ per conſequentiam eidem effectu æquiualeat . Non enim uir & mulier ad ſimul condormiendum in uno lecto nudi cōueniunt , et conſentiunt,ut pſalmos legant, aut ut precibus coniunctim inſiſtant,aut ut ſolummodo ſacra colloquia tractent,ſed potius,ut quòd is locus, & oblata occaſio poſcat,perficiant.

Aduocatus & Miles.

Advocatos autem,et conſiliarios, iura ipſa ratio æquiparant militibus ſtipendiarijs,Patriamq; periculis capitū ſtrenuè defendētibus.] l. Aduocati.C.de aduoca.diuerſo.iudi.Sunt enim aduocati,item & Principum,& Rerumpu.conſiliorij Reipub.non minus,imo multò magis utiles,& neceſſarij, q̃ ſtrenuiſsimi quiq; armorum milites.Impe Leo.& Ant. Quia aduocati ambigua quæque facta cauſarū ſuis conſilijs dirimunt,prudentiaq; & ſuis defenſionis uiribus in rebus tū publicis,tum priuatis,ſępe prudenter lapſa erigunt,fatigata reparant, atq; ideo non minus humano generi prouident , quam ſi prælijs ſtrenuiſq; factis,ac proprijs uulneribus, ſuoq; ſanguine patriam, parentesq; ſeruarent. Et (ut iidē inquiunt) nō ſolos noſtro imperio militare credimus illos,q gladijs,

clipeis,

clipeis, & thoracibus nituntur, ſed etiam aduocatos: Quod illi de aduocatis efferunt, id de conſiliarijs quoque, & de ſimilibus cauſarum patronis cenſendum eſſe puto. Militant enim tam hi, quàm illi pro patria. imò uerius, melius, atq; etiam præclarius patriæ militare dicitur, quicunq; cauſarum ſunt patroni, q̃ ignaui quidã milites. Quia illi non minus quàm iſti glorioſæ uocia conſiſi munimine, laborantium ſpem, uitam, & poſteros defendunt, q̃ qui armis, & corporalibus uiribus patriã ſe tueri iactitant, ſicut ibidem & Bal. & Salic. & alij ipſorum ſequaces apertè teſtantur. Et quanquã hæc lex nequaquam uideatur lata, aut condita, aut edita à prædictis Impe. Leo. & Ant. ſed ab ipſis aduocatis, eadẽ tamẽ eſt uerisſima, & rationi & æquitati maximè conſentanea, atq; ideo talium aduocatorum, et conſiliariorũ prudens uita, actio, & cordata conſultatio optimo iure tutisſima uerisſimaq; militia appellanda eſt. cũ ob uarias, & euidentisſimas cauſas, cũ ratione & æquitate conſentaneas, tum ob inſignes, & claros honorũ titulos, in eadem lege contentos, et aduocatia, & conſiliarijs hmõi meritò attributos. Caſtrenſes enim milites perſæpe periculoſam ſuo Principi nauãt operam, patriamq; ſuam non raro ſua temeritate, & inconſultè hoſtium deprædationibus, expoſitam tradunt, ſi prudentibus aduocatorum, et conſiliariorum conſilijs non regantur, nec ſi ipſorum temeraria audacia, & militandi aut furor aut imperitia ſanis conſiliariorum cõpeſcatur monitis, aut firmis contrarijsq; tẽperetur rationibus, ſicuti rerũ euentus, & exempla certius q̃ ſcripta perdocent. Quod agnoſcens Pirrhus Epirotarũ Rex uictorioſisſimus, non immeritò in ſummis delicijs ſuum Cyneam habuit, adeo ut nõ raro apud ſuos gloriari, & prædicare cõſueuerit, ꝙ unius Cyneæ dulcisſimo eloquio, & prudenti cõſilio plures expugnauerit ciuitates, quàm cum multis militum turmis, alioqui etiam inſtructisſimis. Cæterũ quæ hic de aduocatis, & conſiliarijs, iure ac ratione militibus ſtipendiarijs æquiparandis dixi, ea ſolum modo intelligenda ſunt in ijs quæ ad protectionem, ac defenſionem patriæ faciunt. In genere enim, atq; in uniuerſum, uel in omnibus, conſiliarios, et aduocatos conferre cum militibus, aut cum militũ uiuendi ratione, & moribus, id nemo cordatus unquam cõceſſerit. Horum enim mores, uiuendi ratio, fides, ſtudia, & moriendi terminus, tã ab ipſorum moribus, et uita disſidet, ut id nulla probatione indigeat: quum id communi, quotidianaq; experientia conſpiciamus. Imò ꝙ & uulgus ipſum, atque adeo aduocati ipſi, & ipſimet etiam milites uerisſimo teſtimonio (ſi uerum fateri uelint) ſatis comprobabunt. De aduocatis paucula quædam etiam comperies infra ſub titulo, Poſtulare.

Aduocare, Poſtulare.

ADVOCARE, & Poſtulare, Sic Aduocati & Poſtulãtes in iure ſunt pares.] Vt aliquando latius dicetur infra ſub uerbo, Poſtulare.

Allegare, Allegatio.

ALLEGARE aliquid, et non probare, et nihil allegare, paria ſunt, et in idem recidunt.] Allegare enim in iudicio non ſufficit, niſi eadem allegata ritè probentur. l. Si manumiſſus. C. de libert. et eorum liber. Vbi ẽt dicitur, ꝙ non ſufficiat patronũ allegare ingratitudinem liberti, ob quam eum in ſeruitute retrahere conatur, niſi eandẽ et probet. Sic & Specu. idem aſſerit in titu. de interrog. quæ ſiunt ante litem conteſtatã. §. 1. uerſ. Sciendũ. Quocirca quoties iura aliquid concedunt alleganti aliquod factum, id potisſimũ intelliguntur concedere, ſi illud factum ꝙ allegant, ab ipſis ſit probatũ. Alex. in ſuis conſilijs, conſ. 78. li. 5. et ideo dicit Archid. ad c. Noli timere. 11. q. 3. Quocirca doctori quantumuis magno, ſi qd allegat, non tenemur credere, niſi opinionem ſuam, & quod allegat, ratione, et authoritate comprobet, uti notatur c. Ego ſolis. 9. diſt. Idem notauit D. Nicolaus Euerard. in loco ab authoritate. & l. ſiue poſsidetis. C. de probat. Vulgata enim iuris eſt regula, quæ dicit. Non ſufficit dicere uel allegare aliquid, ſed requiritur, ut dictum & allegatum legitimè probentur. l. ſi prius, iuncta gloſſa in uerbo egiſſet. ff. de oper. noui nunciat. Et in l. 1. in principio., & ibi gloſſa in uerbo, dicatur. ff. ſi quadrup. pau. feciſ. dicatur. & tex. in c. dilecti. ibi Oppoſita & probata. extra de Excep. et l. 1. in principio, iuncta gloſſa in uerbo, dicetur. ff. de dolo. Et Pe. Paulus Pariſius ſuis in conſilijs, conſil. 10. num. 35. Et in conſi. 1 r 2. in prima parte. Quare in quacunque cauſa, ſiue ciuili ſiue criminali, cum allegata non ſunt probata, ſed ſolummodo ſimpliciter allegata, talis quidem nuda allegatio nihil prodeſt, nec quicquam ad condemnationis effectum operari poteſt. vulgata & ad multa applicanda. l. 2. quam frequenter allegant Aduocati. ff. de probat. l. Actor. C. eod. tit. §. Quod autem diximus. Inſti. de lega. l. Qui accuſare. C. de eden. & l. Res. C. de rei uendic. quæ poſtrema lex omnium ſcriptorum iudicio, & ſingularis eſt, & aurea, & cum lege Moſaica planè conformis, qua iubet Dominus per Moyſen, Iudicibus Iſrael, ut in ore duorum uel trium teſtium tantum quis pereat, & interficiatur, nemo uerò occidatur uno contra ſe teſtimonium dicente, Deuter. 17. Et Paul. ad Timoth. 5. Aduerſus presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus aut tribus teſtibus. Hac de cauſa quoque Paulus ipſe refutauit quæcunque Tertullus orator Iudæorum, aduerſus ipſum coram iudice Fœlice allegauerat: quod ſcilicet allegata non probabat. Act. 24. cap.

Aliena ſeruare, & corrumpere.

ALIENA ſibi ſeruare iniuſtè, & aliena inuadere, aut aliena corrumpere coram Deo, ſunt paria.] ut eſt tex. in c. Sæpe. extra de reſtitu. ſpoliato. & in c. decimæ. 16. q. 1. & ibi gl. in uerbo. Inuadunt. Atq; hinc uerum eſt, quod dici ſolet: Si quiſquam rem alterius inuenerit, & eandem non reſtituerit, is de furto tenetur, non ſecus quàm ſi rẽ eandẽ animo, aut fraudulenter ab alio ſubtraxiſſet. l. Falſus. §. Qui alienum. ff. de furt. In cap. ſi quid. 14. q. 5. ſic ſi quid inueniſti, dicit textus, et non reddidiſti, rapuiſti, et quantum potuiſti feciſti, quia plus non inueniſti. Atque ad huius ſimilitudinem, qui alienam rem petenti denegat, quam reddere, ſi uellet, poſſet, is idem coram Deo committit, ac ſi rem eandem uiolenter eriperet. Deus enim (ut ſcrutator eſt cordis) ita et cor interrogat, hoc eſt ſecundum cordis affectum magis iudicat, quàm ſecundum opera manuum. Ita tenet eximius & inſignis doctor D. Ludouicus Montalti Syracuſij, in ſuo pulcherrimo tractatu ſuper reprobatione ſententiæ Pilati. folio in libro meo. 181. nu. 72.

Alienatio, Alienare.

ALIENATIO omnis habens titulum oneroſum, uenditioni ſimilis eſt,] per l. ſtatuliberi. §. Quintus. ff. de ſtatulib. ubi tranſlatio à ſcripto hærede, in legitimum, uenditio dr. Ad huius ſimilitudinẽ et is qui rem alterius permutatam accepit, emptori ſimilis eſt. Item, Qui rem in ſolutionem accepit: uel qui lite æſtimata rem tenuit, is tanquã rem emptam accepit. l. ſi. ff. Ex quib. cau. in poſſ. eat. l. litis æſtimatio. ff. de uſuc. pro empto. Et late Fabianus de monte ſancto Seuer. in tract. de empt. et uendi. q. 2. in princi. Et D. Vdalric. Zaſ. in l. Apud Celſum. §. Autoris autem. nu. 7. ff. de dol. mal. et met. excep.

Alienatio bonorum.

DE alienatione bonorum facienda.] uide infra ſub capitibus Furioſus, et Pupillus.

Alimenta, & Dos,

ALIMENTA, & Dos, in iure æquiparantur.] Priuilegia enim alimentorum, quæ tractantur in l.Mela. in princi. ff.de aliment.& cibar.legat. eadem quoque ad materiã dotis iure ſimilitudinis trahi poſſunt, hoc modo. Quem admodum enim cauſa alimentorũ, nullam agnoſcit cõpenſationem, nullamq; admittit appellationem, ſed in iudicio celerem meretur expeditionem, ita & cauſa dotis ſemper & ubique præcipua eſt, et omnibus cauſis eſt præferenda l.1.ff.ſol.matri. Quocirca ſicut mater diues tenetur alere filiam inopem, quando pater eſt egens.§. Illud. in auth.ut licet mat.& auiæ.& l.penul.ff.de liber. agnoſcen. ita etiam hoc caſu tenetur filiam dotare. l.neque mater. C.de iure dot.& ibi Salic. Bald. Cyn. & alij, Et Nicolaus Euerardi in loco ab alimentis ad dotem, ubi iſta pulchrè declarat. Item. Contra. Sicut filijs ingratis alimenta rectè denegantur. l.ſi quis à liber.§. Idẽ iudex. ff.de liber.agnoſcend. l.ultima. C. de alend.liber. Sic pater, aut filiæ ingratæ dotem non iniuria denegat, l.ultima. C.de dot.promiſ.

Alimenta, & pia cauſa.

ALIMENTA, & pia cauſa, in iure ſunt ſimilis.] Quare ſicut alimenta egentibus dare per ſe pium eſt, & ex fonte pietatis manat. l.neſcimus.in princ.ff. de aliment. & ciba.legat. l.alimenta. C. eod.titu. ita & pium eſt, & Deo gratum, ſi indea diebus feſtis de cauſa cognoſcat. l.2.ff. de ferijs. Atq; eodem modo de quibuſuis cauſis ad neceſsitatem, & commoditatem proximis feſtis diebus iudicandis cenſendum eſt, teſte Matthæo Euangeliſta. 12. Quæ tñ omnia intelligenda ſunt, cum ineſt maxima neceſsitas, ſicut optime Theologi docuerunt: qm̃ uiolare feſtum ſine neceſsitate ſemper peccatum eſt. Omnibus enim cauſis & ferijs præferenda eſt gloria Dei. & neceſſaria cauſſa proximi, in qua prima Dei gloria, & legis impletio cõſiſtit. iuxta illud. Qui charitatem habet, legem impleuit. Sabbatum enim propter hominẽ, & nõ homo propter ſabbatũ factus eſt. Mar. 2. Et quia Chriſtus ſe ſabbati dominũ uocat, optimo iure, q quæ Chriſti ſunt quærit, & iudicat, is tñ abeſt, ut ſabbatũ uiolet, ut illud magis ſanctificet, et ad gloriã Dei, qui ſabbati Dominus eſt, uerius transfigat. Quocirca & Chriſtus Phariſæorum ſuperſtitionem apertè redarguit, quod pium ſuum miraculũ de curata in ſabbato muliere incuruata, & de curato hydropico incuſarent & inceſſerent, quum ipſi interim bouẽ aut aſinũ in foſſam delapſum ex foſſa extrahere non metuerent. Lucæ 13.c.& 14.

Amatorius.

ARTIS amatoriæ magiſtri, & veneficæ in iure ciuili æquiparantur, non minus in facto, quàm in pœnis. Ideoque pari ſupplicio in ambos animaduertitur.] l.eorum.in princ. C.de malefic.& math. ubi perinde legibus exoſi eſſe dicuntur, qui magicis accincti artibus contra ſalutẽ hominum aliquid attentant, atque hi qui pudicos animos ad libidinem deflexiſſe conuincuntur. Quod & cõfirmatur per l.ſi quis aliquid §. Qui abortionis. ff.de pœnis. Verum an idem ſiat de iure canonico, hoc eſt, an eadem ſit in utroque pœna canonicè conſtituta, an diuerſa, hic breuitatis cauſa prætereo, quod de eo nõnihil meminerimus in noſtra Praxi rerum criminalium. cap.61. De crimine læſæ maieſtatis diuinæ. pagina 148. nume. 108. in poſtrema editione.

Amentes.

IN amentes nulla ferenda eſt ſententia, ut in mortuos.] vide infra. Furioſus.

Amicitia, Coniunctio.

AMICITIA, et coniunctio æquiparantur.] dicit textus celebris, in l.ſucceſſori.ff.de neg.geſt. q amicus põt agere ſine mandato pro amico: cum cautione de rato habita: ſicut coniunctus pro coniuncto. glo. in uerbo, Non erat rectum, fol.55. ſuper articulo 3.tertij tractatus Ioannis de Terra Rubea contra rebelles ſuorum regum, Et idẽ operatur coniunctio amicitiæ: quod ſanguinis,

Amici, Affines.

AMICI, & affines æquiparantur.] ut eſt bonus textus. & qui à quocunque bono ſcholari obliuiſci non debet, in c.Petrus. in uerſ. Cognati & amici. de homicidio. et in c.ſubdiaconus, in uerſ. Cognati & amici. eod.titu. Vide plura per gl.ſuper uerb. Non erat rectum. fol.55. ſuper articulo 3. tertij tractatus Ioannis de terra rubea contra rebelles ſuorum regum,

Amicus fictus, Hirundo.

AMICVS fictus hirundini æquiparatur.] Ioannes de terra rubea contra rebelles ſuorum regum, in glo. ſuper uerbo, Non erat rectum. fo.55. de quo loquitur Cicero ad Heren. li.4. rheto. ubi dicit. Ita ut hirundines æſtiuo tẽpore adſunt: frigore pulſæ recedunt: ita ficti amici ſereno uitæ tempore præſto ſunt: ſimul ac hyemem fortunæ uiderunt: euolant omnes. Iſido. de ſummo bono. lib.3. In proſperitate iuncta eſt amicitia: neſcitur utrum perſona, an felicitas diligatur? Ita uerbaliter recitat Gregor. mora li.7. Eccleſ.6.c. dicitur. Vere eſt amicus menſæ, & nõ permanet in die neceſsitatis. Dioge. de ui. & morib. philoſ. Vis experiri amicum, calamitoſus ſias; Aurum in igne probamus: Amicos autem in aduerſitatibus decernimus. Ouid. lib.1. tri. ele.7. Donec eris felix multos numerabis amicos, Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. Aſpicis ut ueniunt ad candida tecta columbæ. Accipiet nullas ſordida turris aues. Horrea formicæ ueniũt ad inania nunquã. Nullus ad amiſſas ibit amicus opes. Sed quid, nonne cum fortuna ſtat, caditque fides? In ſumma Diligitur nemo: niſi cui fortuna ſecunda. lib.2. Ouid. de Ponto.

Item.

AMICVS fictus, & uerus inimicus æquiparantur.] glo. ſuper uerbo, Nihil mentiatur. in tractatu Ioãnis de terra rubea, contra rebelles ſuorum regũ fol.58. Adde Ariſt. lib.9. Ethi. Vbi in deteſtatione fictionis pernitioſæ dicit: Qui fingit ſe amicum, & non eſt, peior eſt eo, qui facit aut cudit falſam monetam. Seueri. Boetius de conſolat. philoſ. lib.3. proſa.5. relatus à gloſſa. ſuper uerbo, Hoſtis. in c. Secundo. 93. diſtin. Quæ uero (inquit) peſtis efficacior eſt ad nocendum, quàm familiaris inimicus? quaſi dicat nulla. arg. l.lata. C.de dolo. Vnde Non eſt deterior hoſtis q̃ fictus amicus, Non odium grauius quàm ſimulatus amor, unde illud etiã, Mus in pera. &c. arg.§. Item præcepit ſi ell.13.q.1.& c. Certe.12.q.1. Auguſti. ad Vinc. Donatiſtam & Rogatiſtam. et habetur.5.q.5.c. Non omnis qui parcit amicus eſt: nec omnis qui uerberat inimicus. Meliora enim ſunt uerbera amici ueri, quã uolũtaria oſcula inimici ficti, qui ſe pro amico gerebat. Laer. Dioge. de uita & moribus philoſophorum. Magis amicorum fictorum inuidiam, q̃ inimicorum patentes inſidias cauere debemus. illud enim celatum, hoc uerò apertum malum eſt, nocendique fraus, qui (quum nõ ſuperatur) ad nocendum potẽtior eſt. In amicitia enim & fidelitate uera nil fictum: nihil denique ſimulatum, & quicquid in ea eſt uerum, non fictum, uoluntarium, & non coactum eſt.

Amittere conſpectum rei.

AMISISSE conſpectũ rei quæ facile recuperari poterit, & non amiſiſſe eiuſdẽ conſpectũ, in iure ſunt paria.] argũ. l.clauib. ff.de contrah. empt. & §. Itẽ ſi quis merces. in-

ſtit.

ſtitu. de rerum diuiſ. & l. 1. §. Si iuſſerim. circa fin. ff. de acquir. uel amitt. poſſeſ. Vbi dicitur. Si animal quoduis ſemel captum ita prioris domini cuſtodiã effugiſſet, & in priorem naturalem libertatem rediiſſet, hoc eſt, ſi ſic euaſiſſet, ut uel ex prioris cuſtodientis uel occupatoris oculis effugiſſet, ut ipſi difficilis eſſet eiuſdem animalis, aut perſecutio, aut receptio, tunc idem animal cenſeretur amiſiſſe, & nihil iuris in id ipſum ſibi cõpetere. Sed ſi capientis oculos, aut non effugiſſet, aut ſi effugiſſet quidem ipſius oculos, ſic tamen ut ipſius perſecutio, aut receptio non uſque adeo eſſet difficilis, remanet idẽ animal receptum in eiuſdem primi occupantis poteſtate. §. Fere. & §. Apium. & ibi Doct. Inſtit. de rerum diuiſ. l. Naturalem & l. Pomponius. ff. de acquir. rerum dom.

Amor, Furor.

Amor cõparatur furori, & amans comparatur ebrio & & furioſo.] gl. in §. 1. in uerbo bracchata. inſtit. de ſucceſ. ſublat. ur enim uino quis capitur uel Bacchatur & amore. Item furore amoris nil uehementius inuenitur, ut in auth. Quib. mod. natu. effic. legit. §. Illud. colla. 6. Et maximè in iuuenibus. Vnde uerſus: Militat in teneris annis amor hoſpes amœnus. Eſt i canicie ridiculoſa Venus.] Et illud. [Exultat leuitate puer, grauitate ſenectus. Inter utranque manens ſtat iuuenile decus.] Facit. c. Cum in iuuentute, extra de præſum. & D. Io. Bertachinus in ſuo repertorio primæ partis, ſub uerbis Amans, & Amor.

Annus.

Annus in inſtrumento non expreſſus. Vide infra. inſtrũ.

Non Apparens.

De non apparentibus, & de non exiſtentib. idẽ in iure eſt iudicium.] l. In lege. ff. de contrahẽ. empt. Similiter idem eſt iudicium, de his, quæ non ſunt, & de his quæ nõ apparent. d. l. in lege, quæ dicit, neminẽ nec uẽdere, nec ad poſſeſſionẽ accipere poſſe, q in rerũ natura, aut non eſt, aut non apparet. Atque hinc dicit Lapidicinas nullas eſſe, niſi quæ aut apparent, aut quæ actu exciduntur uel effodiuntur. Si quis enim ſecus de occultis, & non manifeſtis aſtruere uellet, is eadem opera ſed cæcè, totũ fundum lapidicinam aſtruere, & pro lapidicina uendere poſſet. ſi uel in ulla fundi parte lapis appareret, iuxta gl. in uerb. Quod non fit. Vbi notat huiuſmodi pacta referri ad ea quæ apparent, & non ad futura aut occulta, quæ apparere poterunt, allegans ad hoc. nonnullas alias leges, quas ibidẽ uidere licet. Vnde non eſſe, & nõ apparere non immerito paria eſſe diximus. Quod tamẽ locum non habet in rebus incorporeis, & diuinis, quæ quamuis omnino non apparent, eadem tamẽ non eſſe nemo unquam cenſuerit, qualia ſunt anima, Deus, ſpiritus, uirtutes cœleſtes, & cum his omnia ea quæ ſunt fidei, & ſpei. Quare quæcunque credimus, aut ſperamus, eadem extant, ſed ſenſibus noſtris non uſque adeo apparẽt, qđ in iis ſenſus noſtri, & humana ratio citiſſimè fallantur, ut de iã dictis fide, et ſpe. itẽ de trinitate, & unitate, & de reali exiſtentia corporis Chriſti in Euchariſtia, de inferno uel de loco damnatorũ, de Paradiſo uel loco beatorum clariſſimè patet. Atq; hinc eſt, q Paulus, loquens de fide, ait, quòd ſit ſubſtantia rerum ſperandarũ, argumentũ non apparentiũ, ad Hebræos. 11. c. Nihilominus ſi apparentia pro his, quæ uel intellectui, uel certis ſcripturarũ teſtimoniis, uel per propriam confeſsionem fidei nobis apparent, uel manifeſta ſunt, hoc ſenſu etiam quæ religionis ſunt ac fidei, nobis longe certius apparere debent, quam quæ ſenſibus noſtris apparere uidẽtur. Senſus enim noſtri cito falluntur. ſed quæ Dei omnipotentis eloquio (qui nec fallit, nec falli poteſt) enuntiata ſunt, quæq; diuinis ſcripturis, ſignis, et miraculis diuinis, (et deniq; omnia quę nobis credẽda proponit eccleſia) cõprobata ſunt, ea nobis debent eſſe indubitatiſſima, et pertius exiſtere, quã quæ ſenſibus obiecta ſunt. Atq; hoc eſt, quod Paulus ſcribens ad hebræos. cap. 2. de certitudine ueritatis euangelicæ dicit. Quæ ſalus noſtra) ſcilicet fides euangelica) cum initium accepiſſet enarrandi per Dominum ab eis audierunt in nos confirmata, eſt conteſtãte Deo ſignis, & portentis, ac uariis uirtutib. & Spiritus ſancti diſtributionib. Huic quoq; conforme eſt illud Marci ultimo ca. ubi loquitur, de ſignis fidẽ prędicatam confirmantib. Illi (inquit) abierunt, & prædicauerunt ubique Domino cooperante, & ſermonem cõfirmante ſequentib. ſignis. De his ſuperioribus uide etiam infra ſub capite, Non eſſe, ſed non apparere.

Appellatio, Appellare.

Appellare, & ſentẽtiã recuſare ſunt paria, aut æquiparãtur,] teſtante gl. in uerbo. Videatur, in fine. in c. 1. De cõſuetud. li. 6. Quia ſicut in appellatione requiritur appellandi cauſa rationabilis, ita & in recuſatione. Vnde D. Paulus iuſtè recuſauit iudicium, & ſententiam Præſidis Feſti, coram Iudæis, & ad Cæſarem appellauit. act. 25. Cap. Item ſicut appellatio ex debita cauſa conceditur, ſic & ſententiæ recuſatio. c. ſuper eo 2. iuncta gl. in uerbo, Sicut appellationi, extrà de apppellat. Quod tamen nequaquam uerum eſt per omnia, uti recitare ſolet in d. c. ſuper eo. 2. ubi uidete.

Appellare fruſtra, indebitè.

Appellare fruſtra, ſiue temere, & non appellare, paria ſunt.] c. Nõ ſolum, & c. Roma. de appella. lib. 6. Vbi dr̃, q ſicut Iudex, q de cã cognouit, & de cauſa iudicat, ſuã ſententiam exequitur, ſi ab eadẽ appellatum non fuerit ita quoque facit quando appellationem comperit eſſe temerariam, & in iure non eſſe fundatam, ſed ad ſolam contumaciæ notam euadendam, & ad ſuam nequitiam tegendam ſolummodo eſſe aſſumptam. Quare non immerito paria eſſe diximus, quantum ad executionẽ ſententiæ. Omnino nõ appellare, & appellare fruſtra, indebitè, uel temerè: Card. in Clemen. 1. in 6. notab. De dolo & contuma. Nam ſicut ſententia executioni committitur, ſi ab eadem appellatum non fuerit, ita quoque ſi ab eadem temere appellatũ fuiſſet, hoc eſt, ob cauſam quã in iure appellationẽ non admitteret. l. 2. C. quib. prouo ca. non licet. Atque uera ſunt, & applicanda ad oẽs cãs, quæ paratam executionem habent, & de quibus, ſic temere pertinaces quidam appellare conſueuerunt. Sicuti latè Rebuffus, ad conſtitutiones Regias, tomo 2. in tractatu, De ſententiæ executione ſine executore commonſtrat. Et panor. in c. Cum ueniſſent. num. 10. extra De eo qui mitti. in poſſeſ. cau. rei ſeruandæ. A quibus appellari non liceat, & in quibus cauſis. infra. Senatus.

Appellare, & non progredi.

Non appellare, & appellare, ſed appellatione nõ perſeq, ſiue appellatione deſiſtere, uel appellationi renunciare, paria ſunt, ut eſt deciſio Rotæ prima, in nouis, ſub titu. de appel. Ita tenet, D. Nicolaus Euerardi. in ſuis thſis, ſiue conſiliis conſ. 27. pagi. 101. n. 40. Idem quoq; late cõprobatur per D. Carolum Ruinum in ſuis conſiliis, cõſi. 4. n. 38. incip. Viſis omnibus, in ſuo 5. uolumine conſiliorum, ubi aperte explicat quãdo prędicta ſint paria, quẽ ibidem te conſulere uelim. Atque hinc euenit, quòd quoties aliqs appellauit, & appellationis apoſtolos (ut uocant) intra triginta dies non petiit, id perinde eſt, atque ſi non appellaſſet. c. ab eo. de appellat. lib. 6. Clement. 2. eodem titu. Quare ſicut ſententia ueram habet executionem, à qua no eſt prouocatum, ita quoque illa ſententia, à qua eſt prouocatum, ſed appellans ſuam appellationem debito tẽpore non perſequitur, ueræ executioni fit obnoxia. Auten. Et qui. C. de tẽporib. appellat. c. Cum ſit Romana. de appellat. Qui enim ſero quid

agere

agere tentat is nihil agere intelligitur, & ipſius appellandi ius retrahitur, & prorſus extinguitur. iuxta arg. l. Neratius. ff. de manumiſſ. teſtamē. Atque ideo talis feræ appellationis proceſſus non ualet, nec ſententia, quæ in eo proceſſu fertur, quia ob indebitā, & ferā appellationē, appellationis Iudex cenſetur incōpetens, & nullus. Clementi. Si appellationem. de appellat. Et Alexander cōſ. 64. incip. Viſo proceſſu. lib. 6. & cōſ. 82, ibidē. Et Anch. conſ. 345. incip. Iā diſerta. Neque ad hæc ualet ulla ſententia confirmatoria, uel infirmatoria ad excipiendum, Bal. in d. Auth. Ei qui.

Appellationis tempus.

Appellatum eſſe, & eſſe infra appellandi tempora, paria ſunt.] D. Philippo Franco teſte. in c. 1. nu. 10. de treſta, Idem confirmat glo. in l. unica, ff. nil noui appel. interpoſ. pro qua gloſſa eſt textus in c. non ſolum. in uerſ. Innouata eodem lib. 6. de appel. Et Ant. Corſetus in ſuis ſingularibus, ſingulari in uerbo terminus nu. 1. Ex quibus notandum eſt, quod ſicut poſt appellationem interpoſitam, (ſiue ea recepta ſit, ſiue non recepta) nihil innouari poteſt, & ſi quid fortaſsis tunc innouatum uel attentatum eſſet, id iure reſcinditur & reuocatur: ſic quoque pari ratione, ſi quid eſſet tempore appellationis adhuc interponendæ innouatum, id quoq; prorſus inualidum eſſet & reſcindendum. Nam ſicut poſt appellationem à definitiua nil innouari, aut attentari debet, ut ſupra in d. c. non ſolum. 1. reſponſo, ſic nec quicquam eadem lite, aut iure pendente, ꝙ condemnato ad appellandum competit innouari, aut attentari debet. Sed hoc appellationis ius intra decimum diem terminari debet. Intra quem diem appellaturo ſuū appellationis ius manet integrum. Indultum enim à iure beneficium nemini auferendum eſt. c. indultum. de reg. iur. lib. 6. & c. de his in fi. 28. diſt. Et per conſequens ſicut ius ipſum nulli debet auferri, ita nec ſpes ad idem ius alicui præripi debet. l. ſi uſusfructus mihi. in princip. ff. uſusfruc. quemadmo. caueа, & l. ſi uxor. §. 5. ff. de adult. Porro ſi appellationis tempus expiraſſet, tunc demum cenſeretur iudicatum ſuum debere ſortiri effectum. c. quod ad conſultationē, de re iudi. de hoc dicit Ioan. de Ana. eſſe textum ſingularem de iure ciuili, in l. a ſententia. §. hæres. in fine. ff. de appel. Vbi dicitur, ſi per hæredem tranſactum fuiſſet, ſed non appellatum, ea hæredis ſine appellatione tranſactio legatarijs non obeſſet, ſed prodeſſet, & appellandi ius omnino tolleret, quia ſi noluiſſet, appellare potuiſſet. Quod non fecit, ſed per tranſactionem appellandi ius ſuum perdidit. Eundem igitur effectum ſortiri debent, Appellatum eſſe, & tempus appellationi conceſſum nondum expiratum eſſe. Quod etiam placuit Ang. Aret. in d. l. unica. Quin & hæc etiam confirmat præfatus D. Anto. Corſetus ſupradicto loco ſingulari.

Approbo.

Dicara, Ego approbo, & dicere ego non contradico, & econtra, paria ſunt.] Facit ad hæc. l. quo enim. §. 1. ff. rē ra. habe. & quod notatur. l. ſi ab ſentis. C. ſi cert. pet. Bal. in l. ne in arbitris. C. de recept. arb. Et ideo ſi quis ad obiectionem uel interrogationem alterius diceret. Non contradico, uel non nego, is idipſum conſentire ac fateri uideretur. Vt notant Docto. ad c. per tuas. ad uerbum negate. de condit. appoſ. Et Hieron. Cagnolus ad l. qui tacet. ff. de reg. iur.

Arbitrari Malè.

Arbitrari perperam, uel nulliter, & non arbitrari, cenſenda ſunt paria.] l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. & l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonor. poſſeſ. contra tabul. Et Carolus Rui. in ſuis conſilijs. conſi. 142. incip. Circa quæſtionem, nu. 4. in 4. uolum. conſiliorum. Et ideo ſicut iudex qui ſententiam tulit (ut ita dicam) nulliter, is non facit litē ſuam, Vt eſt glo. 5. in l. fin. in princ. ff. de uar. & extraor. cognit. Et Ang. & alij ad l. primam, §. hæc autem uerba. ff. quod quiſque iuris. ita quoq; nec arbiter facit litem ſuam, ſi laudum eſt nullum, hoc eſt ſi arbitrium ſuum protulerit nulliter, quemadmodum cōtra. Arbiter litem facit ſuā, ſi ſua ſententia ualeat. idēq; caſus mergat. quo iudex litem ſuam facere ſoleat. Sicuti opinatur Marc. Ant. Patau. in tracta. de compromiſſ. q. 9. nu. 89. Specu. in tit. de arbit. §. 1.

Arbiter, Arbitrium.

Arbitria, & Iudicia in iure ſunt ſimilia, uel (ut alijs placet) Arbitria in omnibus ſunt inſtar, uel ad ſimilitudinē iudiciorum redacta, niſi ſpeciale ſtatutū reperiatur contrarium.] L. 1. cum ibi notatis per gl. Odofred. & Doctor. ff. de recept. arbit. Hæc quoq; iudicis & arbitri conuenientia, probatur per illud Lucæ. 12. Vbi quidā è turba, in ſuis controuerſijs Chriſtum requirebat arbitrum, cum diceret. Magiſter dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. Cui Chriſtus reſpondit: Quis (inquit) homo me conſtituit iudicē aut diuiſorē ſuper uos? Vtique per hoc reſponſum ſatis aſtruere uiſus eandē eſſe arbitri cum iudice paritatē, & certe nullum aut admodum exiguum inter iudicem, & arbitrum eſſe debere diſcrimen. Nihilominus tametſi hi in quibuſdam tum in principio, tum in medio, tū in fine pares reperiantur, eoſdem tñ in quibuſdā tum in principio, tum in medio, tū in fine differre monſtrabimus. Conueniunt quidem in principio in hoc, quod ſicut libellus debet offerri corā iudice, Autentica, Offeratur. C. de litis conteſta. ita & coram arbitro. l. generaliter. C. de epiſc. et cler. Sed differūt in principijs, quia iudicium datur & fertur in inuitum. l. inter ſtipulantē. §. 1. ff. de uerb. obliga. Arbitriū uero in inuitū nunquā fertur, quia nullum eſt arbitriū ſine cōpromiſſo, & regulariter nemo cogitur inuitus compromittere, ergo per conſequens, nullum arbitriū in inuitum ferri dicendū eſt. Item conueniunt in medio, quia ſicut iudex debet probationes recipere, & teſtes examinare, ita & arbiter. l. pen. C. de recept. arbit. Sed differunt in medio aut in progreſſu, quia coram iudice contrahit Hærmoditium. l. properādum §. fin aūt reus. C. de iudic. Coram arbitro uero non contrahitur Hærmoditiū, quia coram ipſo deſeri uř iudicium. l. 2. C. eod. de recep. arbi. Item, conueniunt in fine, quia ſicut iudex debet iudicare de toto, ita & arbiter. l. qui tamen. ff de recep. arbit. Et ut iudex ſententiam ex ſcripto recitare debet. l. j. C. de ſent. ex pericu. (uel rectius authoribus Alciato & Budęo, ex ſcripto) recitand. c. ultimo, de re iudic. lib. 6. ſic & arbiter. d. l. 1. & c. cum ab uno, de re iudica. in 6. Et ſicut iudex ſententiam in tenebris aut noctu ferre non debet, ut in auth. de iudi. §. ſedebunt, collat. 6. & c. conſuluit. de offic. delega. ita nec arbiter. Nulla enim hic ratio diuerſitatis adduci poteſt, ſed ſunt arbitria ad iudiciorū ſimilitudinem redacta. d. l. 1. ff. de recept. arbit. & l. a Titio. ff. de uerbo. oblig. Deinde huc pertinet. l. Paulus. 1. ff. de re iudi. Quemadmodum enim ibidem iudici permittitur ut eodem die, quo ſententiam tulit, circa acceſſoria aliquid pronunciet, idem etiam permittitur & arbitro: ut docet glo. in l. quia arbiter. ff. de recept. arbit. quā gloſſam dicit Ang. Aret. in §. 1. inſtit. de actionibus eſſe ſingularem. Præterea ut iudex uictum uictori in expenſas condemnat. l. eum quem emere. ff. de iudic. l. properandum. §. ſiue autem alterutra. C. eodem titu. c. calumniā, de pœnis, ita & arbiter uictum in expenſas condemnat: ut notat Iaſ. in d. §. ſiue autem, in ſecunda ampliatione; ubi ad hoc non pauca allegat. Sed differunt in his quia ex ſententia iudicis naſcitur actio. l. actori. C. de iure iur. Non autem naſcitur actio ex ſentētia arbitri. l. 1. C. de recept. arbit. Item, in fine conueniunt, quod ſicut iudex

dex reus ſit, & obnoxius culpæ tenet, ſi ex dolo iniuſtâ dederit ſentẽtiam, ita etiam & arbiter. Sed differunt in hoc, quod arbiter poſsit feſto die in cauſſa procedere, & ſententiam pronunciare, quia amicus conciliator eſt cõcordiæ, & pacis mediator æquiſsimus, Iudex uero feſtis diebus id non poteſt: De iudicis autem & arbitri tum conuenientia, tum differentia abundè meminit Hoſti. in ſumma, de arbit. §. Qualiter ad effectum, & Panor. in c. Quintauallis, de iureiur. Ang. in §. 1. inſtit. de actionib. copioſius per Ioan. Baptiſtam Peruſum, in ſuo tracta. de arbit. Et D. Claudius Cantiuncula in ſuo lib. Topicorum, ſub loco, A iudice ad arbitrum, & ante eum D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo in ſuo Topicorum libro, ſub loco, A ſimili. Quin & hanc materiam ẽt abundanter diſcuſsit Anno Domini M.D. uigeſimo ſeptimo uel octauo, (ſi bene memini) cùm Louanij diſciplinæ ciuili nauarem operam, uir egregie doctus, ac memoriæ fidelis D. Nicolaus Heems à Bruxella, cum titul. de recept. arbit. C. iuris ſtudioſis ſingulis diebus mane hora prima prælegeret, & interpretaretur, cuius ſcripta adhuc apud plures ſeruantur. Reliqua igitur quæ huic materiæ conueniunt, apud ipſum uidebitis, in locis iam iam hoc themate allegatis.

Arbitria, & Contractus.

Arbitraria iudicia, etiam ſimilia ſunt contractib. Imo, ut nonnullis placet, ipſa arbitramenta ſunt inſtar contractuum,] ut uult Inno. in c. Quintauallis, extra de iureiur. Et Bal. in l. 1. circa fin. C. de recep. arbit. Et D. Baptiſta à ſancto Blaſio, in ſuo tractatu de arbitro & arbitratore, in 5. quæſito. nu. 13. fol. 20. Ex quib. locis, & ibidem diſputatis inferri quam optime poteſt Arbitramẽtum plus ſapere de contractu, quàm de iudicijs, uti clariſsime commonſtrat D. Tyndarus. I.V. Doctor in ſuo tractatu de teſtib. c. Quarto, de teſte uariante coram arbitratore, nu. 2. fol. 108. Et ideo res quæ in cõmercio noſtro eſſe non poſſunt, eædem nec in compromiſſum deduci poſſunt. Imo quæ prohibentur alienari, ea quoq; in compromiſſo non ueniunt, & contra. c. Cum tẽpore, & ibi dñs Anto. de Butr. & Abbas de arbit. Nam de quibus quis compromittere poteſt, is & eadem alienare poteſt. Sed de quib. quis compromittere non poteſt, is eadẽ nec alienare poteſt. Ad quod facit, quod ponit Lap. alleg. 105. inci. Nec poteſt clericus. Vbi dicit, quod ſicut clericus nõ poteſt compromittere, quoad perpetuũ eccleſiæ præiudicium, ita nec poteſt alienare. Atq; hinc eſt, quod qui iurauit non alienare Romano Pontifice inconſulto, non poteſt etiam compromittere. Quibus accedit, quod ponit Card. conſ. 95. Ad primum, col. fi. ubi quæritur: An cõpromiſſum factum à prælato ſine licentia ſuperioris ualeat? Et reſpondet diſtinctè quod ualeat, ſed ſolummodo ad ea quæ ſunt in poteſtate ipſius prælati: ad reliqua uero quæ ſunt extra authoritatẽ Prælati non ualet, quod & Romanus conſi. 275. & cõſi. 369. probat cum Socino conſi. 18. & Decio, conſilio 44. incip. Et diligenter, & plura per Marcum Antonium Pauinum, in tracta. de compromiſsis, q. 4. nu. 14. ad uerbum Compenſationis.

Argentarius.

Argentarius, Bancarius, Nummularius, Menſarius, Campſor, Trapezita, Collybiſta, Collectarius, paria ſũt,] eademq; ferè ui ſignificant, uerſantes in re nummaria, dantesq; pro auro uel argento uiciſsim monetam, quæ deſideraretur. Attamen argentarij olim aliquanto maiores negociatores fuerant, nec ſolum permutandis nummis, aut ſuis, aut alienis, ſed ẽt ſub fœnore iiſdem collocandis tabernã publicè exercebant, quorũ rationes & ſchedulæ pro publico, & authentico inſtrumento habebantur, Atq; ideo non niſi homines integræ fidei, & ẽt niſi cum publica authoritate ad hoc munus conſtituebantur. Hos itaq; uocat Vlpianus ſecundum Prætorẽ, argentariæ menſæ exercitores, in l. 4. in princ. ff. de edendo. Ab alijs uero uocantur collectarij, quorum paſsim frequens ſit mentio, ut in l. quiſquis. C. ſi cert. peta. uel ſi quis (inquiunt Honor. & Theodoſ.) collectarius, honoris precium dederit ambienti. De hac etiam materia uidete Gulielmum Budæum in Pandect. l. ſi hominem. §. quoties, depoſiti.

Arma.

Arma militaria diuendere.] vide infra delictum.

Arreſtatio.

Varia ſunt hominom genera, resq; hominũ uariæ, quæ in non poſſe arreſtari ſunt pares.] Sicut ab uno quod arreſtari non poteſt, facile ducatur argumentum ad aliud, quod ſimili quoque ratione arreſtari non poterit. Huiuſmodi perſonæ & res ſunt quæ ordine ſequuntur.

1 Primo, Studentes, & ſtudentium bona.
2 Studentium parentes, ipſoſque uiſitantes.
3 Milites inauthorati, & militum ad bellum properantium arma, ueluti equi, aſturcones, phaleræ, lanceæ, haſtæ, ſcuta, galeæ, loricæ, thoraces, ſicæ, gladij, baliſtæ, tela, arcus, ferenta, & reliqua ſimilia ad bellum neceſſaria,
4 Commeatum ferentes ad caſtra, aut ad exercitum.
5 Fructus beneficiorum.
6 Legati Principum.
7 Conſiliarij & Aduocati Principum.
8 Aduocati, & medici ciuitatum iurati.
9 Mulieres debitrices.
10 Cadauera hominum mortuorum.
11 Boues aratorij, equi ruſticorum, ligones, aratra, & ſimilia tum animalia, tum inſtrumenta ad agriculturam neceſſaria.
12 Debitores qui per contractus non fuerunt ſoluendo.
13 Debitores ſummæ exiguæ.

Quod autem nihil enarratorum arreſtari poteſt, ſequẽtibus legibus, & authoritatibus, quibus ſingula ſingulis reſpondeant, comprobabitur.

1 De primo itaque probando eſt textus inſignis, in authentica, Habita. C. ne fil. pro pat. Quis enim (inquit ibi Federicus Imperator) eorum non miſereatur, qui amore ſcientiæ facti exules, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, uitam ſuam multis periculis exponunt, & à uiliſsimis hominibus, ſæpe (quod grauiter ferendũ eſt) corporales iniurias ſine cauſa perferunt? Et iſtud quidem aſſerit Rebuffus, Tomo 1. ad ordin. regul. articu. 6. gl. 3. nu. 68. & in tractatu de priuileg. ſcholarium. c. 83. Io. de Platea. ad l. colonos. C. de agric. lib. 10.

2 De 2. eſt gloſſa ad l. 2. §. legatis, ad uerbum ob aliam cauſam. ff. de iudic. Expedit enim parentibus proprios liberos, quos plus quàm ſe diligunt, (l. iſti quidem. ff. Quod met. cauſ.) uiſitare, ipſorumque uitam, & mores perquirere.

3 De 3. eſt gloſſa ad l. nepos proculo, & ibi Docto. ff. de uerb. ſignif. l. ſtipendia. C. de execu. rei iudic. Et Rebuffus d. articu. 6. glo. 3. nu. 68. Iaſon ad §. item Seruiana, inſtit. de actionib. Docto. ad l. commodis. ff. de re iudic. Hi enim milites fauorem omnem merẽtur, quòd armis ſuis, & plerunque ſanguine rutilantibus, rempublicam defendunt. l. 1. ff. de milita. teſtamen. Quare quantum ad forum attinet, etiam priuilegiũ habent, ne alibi, quã coram ſuo duce aut magiſtro militum conueniantur. l. magiſteria. C. de iuriſd. omnium iudic. Et ratio eſt, ne ſi arreſtarentur, aut alibi conuenirentur, à militia diſtracti & remorati, neceſſariæ militiæ opẽ ſuam ferre non poſſent. Atque hanc ob cauſam ipſis militibus etiam adminiſtratio rerum alienarum interdicitur. l. milites, & l. ultima. C. locat.

De

4 De 4. eſt textus in l. Semper. ff. de iure imm. & l. 1. C. de nauicul.

5 De 5. uide Bar. Alex. & alios ad d. l. Commodis. & ad l. a Diuo Pio. §. in uend. ff. de re iud. & ad c. Peruenit, de fideiuſſorib.

6 De 6. eſt l. 2. §. legatis. ff. de iudic. & c. ulti. de foro competen.

7 De 7. eſt tex. in l. Iubemus, & in l. Petitionum. C. de aduoc. diuerſo. indic. Et Rebuffus in commenta. concord. Rub. de elec. derog. ad uerbum, Regium aduocatum. Et Guido. Papæ q. 413. circa medium. Multa quoque de priuilegijs Conſiliariorum, & Aduocatorũ Principis, uel Regis cumulauit Boerius in tractatu de auto. Parlamẽti. uel magni conſilij.

8 De 8. eſt l. medicos. C. de proceſſ. & medi. Doct. ad l. 1. C. Qui bon. ced. poſſ. & ad l. miles. ff. de re indi. Quas tñ leges Iaſon. Caſtrenſ. Alber. & alij hoc tempore non obſeruari optima cum ratione conqueruntur. Tam enim neceſſarius eſt doctus, & peritus medicus ſuæ reipublicæ, quàm eſt miles ſuis caſtris, quare quicquid priuilegij militibus, militię cauſa conceditur, id iure & medico cõcedendum eſſe colligitur.

9 De 9 dicendum eſt quod nouo, uti, humanoque iure priuilegium hoc mulieribus, & ſeau infirmioribus conceſſum ſit, ne ſcilicet pro ciuili debito carceri mancipentur. Auth. Hodie. C. de cuſtod. reor. Sed iſtud in honeſta muliere tantum locum habet, non in meretrice, aut in alia turpiter, & cum ſcandalo uiuente. Hæ enim ob uitæ uilitatem dignæ non ſunt in quas legum priuilegia exerceantur. l. Quæ adulterium. C. de adulter. Et Romanus ad l. Si uero. §. de Viro. ff. ſolut. matrimon. l. Si uxor. §. 1. ff. de adulter.

10 De 10. Natura ipſa, humanitas, honeſtatis ratio. & Reipublicæ ſalus docent, & poſcunt, ut mortui cadauer terræ mandetur, & honeſtè ſepeliatur, & quamuis dici ſolet, quod facilis ſit iactura ſepulchri: Natura tamen humana uetat, ne qui ſunt ſuperſtites, tam barbara habeãt pectora, & ab oĩ humanitatis rõne aliena, ut mortuorũ corporib. ſepulturæ iura denegent. Hæc diui Imperat. conſiderantes merito cauerunt, ne mortui debitoris corpus ſiſti, aut arreſtari poſsit, ſub pœna amiſsionis debiti & alijs pœnis in diuali cõſtitutione comprehenſis. l. Cũ ſit. C. de ſepul. uiol. & Boerius deci. 287. Et quia non minus expedit Reip. mortuos humari, quàm uiuos conſeruari (ut ait Bald. ad l. Fina. C. de nego. geſt. & latè Guil. Bened. ad c. Raynutius, ad uerbum, Mortuo itaque. 1. n. 36. de teſtamen.) Certe cadauera ſine ullo obſtaculo, ob memoriam humanę conditionis ſunt ſepelienda. l. Quidam in ſuo. ff. de cond. inſt. Quare ob hanc quoque cãm non immeritò interdicta eſt omnis appellatio, quę cadaueris ſepellitionem impedire poſſet. l. Fina. ff. de appella. recip. c. ex parte. 1. de ſepult. Certũ eſt itaq; ſepulturam omnem debere eſſe liberam, quodq; ſolus locus ſepulturæ deſtinatus tantum inſpiciendus ſit, non autẽ is locus, per quem cadauer ex euẽtu trãſuehitur, aut deportatur. l. Quæſitum. §. fi. ff. de legat. 3. Ideoq; ſicut ia qui natus eſt in aliqua ciuitate, per quã mater ipſius grauida, caſu trãſiens ipſum peperit, ciuis illius ciuitatis dici nõ poteſt. l. 1. C. de capti. Doct. ad l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de lega. 1. Et ſicut gabellam (ut noſtri loquũtur) non debet aliquis ſoluere qui caſu fortuito ad eum locũ peruenit, ubi talis gabella ciuibus ſoluenda imponitur. l. interdũ. §. Si propter. ff. de publ. & uectigal. Feli. ad c. Rodulphus, col. 8. de reſcrip. Sic quoq; cadauera mortuorũ nõ ubilibet locorũ iura funeralia perſoluere debent. Quũ. n. ea cadauera ſepelienda nõ raro ad longinqua loca ꝑ uarias parochias (dũ per aerem conuehi nõ poſsint) perferri neceſſum ſit, ſequeretur, quod iuxta eorum inhumanitatem in ſingulis parochijs funeralia iura perſoluere deberent, quod ut eſt longe abſurdiſsimũ, ita eſt & multò inhumaniſsimũ. Ratio enim funeraliũ, ſolum domicilium defuncti laboresq; paſtorũ propriorũ, & adminiſtrationẽ ſacramentorũ, aut certè locum ſepulturæ electum reſpicit, non autem loca alia, ſicuti doctores, ad c. 1. & alia de ſepult. aperte commonſtrant. Et quia libera eſt ſepulturæ electio, certum eſt quod nulla ratione, talis ſepultura impediri aut remorari poſsit, cap. de uxore, de ſepult. Impediretur autem per dictorum indignas arreſtationes, quibus nullo iure parendum eſt: ideoque nec ob tales arreſtationes hæredes defuncti funeralium petitos ſumptus ullo modo ferre, aut perſoluere debent. Quod autem hic cadauera mortuorum arreſtandi, exequiaſque poſcendi, uſus, imo potius abuſus apud quaſdam nationes inoleuerit, cum certe ex pietate primo ortum eſſe ſuſpicor. Sed ſicut in rebus humanis nihil eſt ſtabile, ſed omnium rerum uiciſſitudo conſpicitur, qua etiam optima quæque non raro à primitiua inſtitutione degenerant, & ad deteriora paulatim labuntur, ita etiã operibus pietatis ſæpe abuſus, & abrogandæ conſuetudines irrepunt, ſicuti & in hac indigna cadauerum arreſtandorũ cõſuetudine eueniſſe meritò dolemus. Nam quum olim homines hac religione, atq; pietate ducti, in ſingulis pagorum eccleſijs, per quas defunctorum cadauera, ad locum ſepelitionis deferebantur mortuos depoſuiſſent, ut paſtores illic cum clero preces ſuas, ad Dominũ pro defunctorũ ſalute effunderent, cœpit hæc conſuetudo uoluntaria ita inoleſcere, ut ea ea tandẽ neceſſariam legem cõſtituerent, & ad neceſsitatem, atq; adeo ad iura eam conſuetudinem uiolentè pertraherent, quum tamen paucorum uoluntaria pietas, nullis legem præſcribere aut poſsit, aut debeat.

11 De 11. eſt in arg. l. executores. C. quæ res pign. ob. poſſ. cum authentica ſeq. Bertach. in tracta. de gabel. 5. par. 8. par. q. 5. Atque hæc largè intelligenda ſunt, ſic ut non ſolum pro debito priuato arreſtari non poſsint, quũ ne pro tributis quidem, imo ne pro Regis quidẽ denarijs ea arreſtari debeant: teſte Rebuffo ad Conſtit. Regias Tomo 1. art. 2. gl. 1. nu. 101. Ne abductis ex agro aratris ipſa arua ſqualere contingat, iuxta hunc uerſum. [Arua ne linquantur proiectis ſqualida aratris.] Et quamuis leges ea de re loquentes, de pignorib. & executionibus loquãtur, paritas tñ rationis efficit, ut ẽt de arreſtis, quę ullam executionis formam continent, intelligantur. Per eas enim arreſtationes ꝓdicta ruſticorum arma arreſtari non poſſunt, ẽt ſi tales ruſtici nihil aliud poſsiderẽt: teſtibus Pet. & Alber. ad d. l. executores. Quare audiendi hic non ſunt, qui contrarium opinantur: & male aſſerunt. Primo, Hippol. ſibi contrarius, ad Rub. ff. de fideiuſſorib. q. 27. nu. 202. deinde Gomeſius ad §. Item Seruiana, inſtit. de actionib. Nam hi non tã quid ex iure fieri conueniat, q̃ quid uſu obſeruatum eſt, conſiderãt. Sed quia hic uſus, imo potius abuſus, peſsimus eſt, & iuribus contrarius, & Reip. pernicioſiſsimus, ideo nulla quoq; ratione ſeruandus. Reipublicæ enim ſalus, uigor & floreſcentia potiſsimum ex agricultura dependet, adeo ut hac ceſſante, non ſolum agri, uerumetiam ciuitates oẽs, atque adeo totum etiam regnum langueat & pereat neceſſum ſit. Quare talis arreſtandorum animaliũ, aut armorum ruſticorum abuſus, plane tollendus eſt, iuxta text. in c. fin. de treuga & pace, ubi text. ait: Ruſtici euntes & redeuntes, uel in agricultura exiſtentes, & animalia quibus arant, & ſemina portant ad agrum, congrua ſecuritate lætentur. Qua de re multa etiam extant apud Matthæum de Afflict. ad conſtit. Neapo. conſtitu. incip. Ab officialibus, col. fi.

12 De 12. eſt text. in l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Bal. ad l. ſi is a quo. §. ſi ſemel. ff. ut in poſſ. lega. & l. creditores. ff. de priuileg. credito.

13 De 13. Indecorum imo inhumanum uidetur, quod aliquis pro minimo debito arreſtari poſſet, qui ne pro debito

bito quidem minimo ſuſpectus dici poteſt. Roma.ſing. 96.incip.Dic mihi quod non poteſt &c. Bal.ad authenticam,Sed iam neceſſe.C.donat.ante nupt.

Hanc quoque ſiſtendi,ſiue arreſtandi materiã non minus clarè quàm ſuccinctè tractat, & reſoluit D.Petrus Peckius Zirickęus.I.C.& ordinarius iuris profeſſor Louanienſis in ſua ſuccincta explicatione, de iure ſiſtendi & manuum iniectione, quam uulgo arreſtationem uocant.cap.5.numeris 1.3.4.cum ſequentibus.

Arrogatio, Legitimatio.

Arrogatio Legitimationi æquiparatur,] ſic ut de una ad alteram recte argumentari liceat, ut patet per Bart. in l.Gallus.§.nunc de lege.ff.de libe.& poſth.Quia ſicut legitimus,aut legitimatus conditionem patris ſequitur l.cum legitime.ff.de ſtatu homi. glo. in l.1.ad uerbum, Parentib ff.ad municipales,ita quoq; adoptiuus, & arrogatus,ut patet per l.ordine,eod.titu. Item ſicut pater ſuo teſtamento aliquid legitimatis relinquere poteſt, ita èt his quos arrogauit,teſtamento relinquere poteſt. l.iubemus. C.de natura.liber. Iaſon plura ad Rub.ff.de liber.& poſth.nu.7.Attamen Bal.in l.ſi te.C.de ſuis & legit.uidetur tenere quod hoc argumentum in iure noſtro non ſatis ſit ualidum. Quem etiam ſequitur Alex. conſi.2.lib.1.& conſilio 107.lib.2.Et Snein.conſil.196. Quod etiam argumentum latius diſtinguitur, diſputatur,& opinatur per Ludouicum Romanum in ſuis conſilijs, conſi.194.incip. In propoſita concluſione &c. in 4.dubio.Quin & eandem ſententiam tenet D.Carolus Ruinus in ſuis conſilijs conſi.71.nu.3.in ſuo tertio conſiliorum uolumine.

Arrogatio, & Adoptio.

Arrogatio, & Adoptio fere ſunt paria, niſi quod arrogetur is,qui ſui iuris eſt,adoptetur uero qui in aliena poteſtate exiſtit.] Hanc tamen differentiam D.Paulus cõfundit,& adoptionem legitimationi(quantum ad hæreditatem uitæ æternæ) æquiparat,cum ait, Nõ accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterum in timore,ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorũ Dei, in quo clamamus: Abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, qđ ſumus filij Dei. Si aũt filij & hæredes, hæredes quidem Dei,cohæredes aũt Chriſti.Rom.8.Idem fere innuit ad Galat.4.Miſit Deus(inquit) filium ſuum factum ex muliere,factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret,ut adoptionem filiorũ reciperemus. Quoniam autẽ eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritũ filij ſui in corda ueſtra clamantem: Abba pater.Itaq; iam non eſt ſeruus,ſed filius,quod ſi filius & hæres per Deum, &c. Ex his Pauli uerbis apertè monſtratur,quod Chriſtus ſit naturalis & legitimus Dei filius,nos uero adoptionis filij. Deinde quod Dei mira bonitas adoptiuos habeat pro legitimis, nempe quod ad conſequendam uitæ æternæ hæreditatem nos adoptiuos,cum Chriſto filio ſuo legitimo, uerè cohæredes & pares faciat.

Auia.

Auia, mater,ſoror & nutrix æquiparantur,] quoad accuſandum tutorẽ de ſuſpecto. Ad hoc enim ex pietate mouentur.l.1.§.conſequens.ff.de ſuſpect.tuto. Quia & omnibus patet accuſatio ſuſpecti tutoris. Imo & mulieres ad accuſationem ſuſpecti tutoris admittũtur,ſed hæ potiſsimum ſolæ, quæ pietate neceſsitudinis ductæ ad hoc procedunt,quales ſunt (ut dixi) mater,nutrix,auia, ſoror,& ſi qua alia ſit mulier, cuius perpenſam pietatẽ prætor intelligat. Item,pares ſunt, quoad teſtimonium ferendum. Nam ſicut mater,auia, & ſoror non ſunt idoneæ teſtes,pro filio,nepote,aut fratre,ut eſt in l. parentibus.C.de teſtib.c.Super,&c.In literis, extra eodem.ita quoq; & nutricis teſtimoniũ eſt ſuſpectũ, ut habet Bald. ad l.l.parentibus. Et Lanfrancus ad c. Quoniam contra de probat. Ad ætatis aũt comprobationem ualidum eſt nutricis teſtimoniũ. Bar.in l.de tutela.C.de reſtit.in integ. Item ſicut frater non poteſt uxorem ducere ſororẽ ſuam,ita quoq; nutritor non poteſt de iure ciuili accipere uxorem ſuam alumnã quam pro filia,adoptauit, educauit & ſemper habuit. Nam quia talem intentione ac pietate ut germanam filiam ſemper habuit, ideo nec eã magis quàm ueră aut naturalem filiam ſibi in matrimonium adiungere potuit,de naturali enim filia & adoptiua quãtum ad matrimoniũ iure ciuili paria cenſent) l.ſi quis alumnam.& ibi Bal.cum alijs.C.de nupt. Verũ an hæc obſeruent,an non, deinde quid ratio,quid uſus, quid ius canonicum hic permittat nõ diſputo, ſed quid ius ciuile ſtatuit explico.

Bannitus.

Banniti æquiparantur relegatis.] Ut placuit Udalrico Zaſio in l.ad cognitionẽ. & in iuncta glo.ultima,in uerbo,Bona ueneunt,qui hoc ipſum pulchre ibidem explicat.ff.quib.ex cauſ.in poſſ.eatur, quam gloſſam notant Bar.& Ang.alibi ad §.relegati,inſtitu:Quibus mod.ius pat.poteſ.ſoluitur.Quod autem exilio temporario banniti dicantur relegati,uel ex eo patet, quod cum effectu puenire non poſſunt,ſicut ueri relegati,quia ambo ſunt exules.Atq; ideo contra ambos petitur, & decernit immiſsio bonorum,niſi ſit,qui eos abſentes defendat. Bartolus tamen in tractatu de bannitis,nu.5.& 6.multis argumentis oſtendit,bannitos neque deportatis, neq; relegatis per omnia æquiparandos, ob id quod relegato non detur reuertendi licentia, niſi à Principe.l.relegati.ff.de pœnis,in ſi.banniti uero etiam à ciuitate ſua reſtitui poſſunt. Item relegatus habetur infamis,bannitus autem non item, ut ibi latius per eum. Aequiparantur banniti deportatis,id eſt,perpetuo exilio mulctatis, de quo multa ſcripſit Bart.in quæſtione ſua,quę incipit:Lucanæ ciuitatis ſtatuto cauetur,&c. Ad quam quæſtionẽ iuris ſtudioſos ,plixitatis euitandæ cauſa,remitto. Nec non D.Bartholomæus a Caſſaneo in ſuis commentarijs Cõſuetu.duca.Burgun. [des confiſcations.] Rubrica. [Qui confiſque le corps.] §.1.folio 90.nu.4.5.6.7.8.9.10.11.12.13.14. ubi admodũ abundè tractat & examinat materiam exulum ſiue bannitorum,uidelicet. Banniti qui dicant? Bannum quid,& quotuplex? quid ſit bãnum ſiue exilium,quod deportationi comparatur. Bannum unde dictũ? Qui dicant banniti noſtri tẽporis? Bannitorũ differentia? Banniti ſimiles deportatis? Bãnitus imperij æquiparatur deportato? Banniti galliæ non põt impune offendi? Exules æquiparant deportatis? An bannitus mortuus,poſsit ſepeliri in ſepulchro maiorũ ſuorũ? Quem per ocium & occaſionem èt uidere poteritis.

Baſilica.

De priuilegijs conſecrandæ Baſilicæ, uide infra ſub titulo.] Eccleſia, per totum.

Beneficium.

Nullum beneficium habere,& habere beneficium,ſed minus ſufficiens,paria ſunt.] c.cum ſuper qõne, & ibi Panor.nu.5.extra,de conceſſ.præb.& in c.2.extra de tranſla.epiſco. Et ideo quãuis regulariter nulli cõceſſum ſit habere plura beneficia,adeo,ut ſi quis adipiſcatur alterum aut ſecundum beneficiũ, per eam impetrationem mox cenſeaẽ uacare primum,ut notatur in clemen. Gratiæ,de reſcri.c.de multa,de præben. tamen hęc regula fallit,quando unum aut primum beneficium tam eſt tenue, ut hoc ipſum poſsidenti ad uictus rationem non ſufficiat, tunc enim tale primum beneficium non obſtabit,quo minus & alterum aut plura beneficia conſequatur & poſsideat.c.ſi cui,de præb.lib.6.c.Cum adeo, de reſcript.

reſcript. Sed hac in re conſideranda eſt perſonarum qualitas. Nam nobiles, paſtores urbani, prælatique eccleſię, & qui maiori authoritate ſunt prædíti pluribus egent quàm alij inferioris conditionis homines. ca. Sanctorũ. 70. diſt. unde glo. in d. c. Cum adeo, Vbi & dicitur, quod tunc beneficium dicitur ſufficiens, quando ipſi poſſeſſori, omnib. ſuis, quoſque ſecum neceſſario habere debet ad honeſtam alimoniam ſufficit.

Beneficialis gratia.

GRATIA beneficialis, æquiparatur ultimæ uolũtati.] c. Autoritate, de conceſſ. præb. li. 6. Sicut enim in ſucceſsionibus hæreditarijs defertur hæreditas ei, qui propinquitatis gradu alterum uincit, licet ex perſona alterius, ita & in beneficijs, quando plures ex diuerſis capitib. ueniunt aut uocari ex perſona tertij, ille præfertur, q ex perſona ſua beneficium obtinere non poteſt. Et ideo Philippus Francus dicit ſimpliciter, quod licitum eſt decidere caſum in materia beneficiali, per leges loquentes in materia ultimarum uoluntatum, ut probatur per gl. & Doct. ad c. 1. §. econtra, eodem titulo. Et per Bal. in l. 2. §. Sed & ſi quis. 5. colum. nu. 17. C. commu. de leg. Vide etiam notata in c. Quia cunctis, de conceſſ. præben. lib. 6. Et ſic per conſequens, gratia omnis (quia eſt fauorabilis) æquiparatur magis ultimæ uoluntati, quàm contractui, teſte Bald. in d. l. 2. §. Sed & ſi quis, nu. 17. Barto. in l. Si quis arbitratu, ff. de uerbo. oblig. Quam ſimilitudinem etiam probat Ioan. Monachus, Et Ioan. Andr. ibi, ut refert D. Geminianus, in c. Si tibi abſenti, colu. 4. uerſic. Sed quæro, de præben. in 6. Atque ita tenet Pet. Paulus Pariſius in ſuis conſilijs, conſi. 119. in 4. par. ſuorum conſiliorum. Sed in beneficialibus illud hoc loco notãdum eſt, quod ſi gratia beneficialis ſumatur pro ipſa beneficij conceſſione, ſeu pro indulgentiæ, uel authoritatis largitione, tunc ſi ea ſemel conceſſa fuerit alicui per ſummum Pontificem, uidetur quod poſt talis Pontificis mortem, ea gratia expirare non debeat. Nam ſi cui ſummus Pontifex beneficium iſtud gratuitum contuliſſet, ut uel contrahere uel ordinare poſſet, etiam ſi neutrum uiuẽte eodem Pontifice feciſſet, gratia tamen eiuſdem beneficij ſemel conceſſa, aut eiuſdẽ gratiæ uigor, adeo nõ expirauit, quin gratiæ, beneficij eiuſdem uigore poſtea uel contrahere, uel ordinare cum uelit, poſsit. Vide de his etiã infra, Gratia papalis.

Bona pupillorum, & eccleſiæ.

PVPILLORVM Pupillorum. Minorũ, & Eccleſiæ bona æquparant, potiſsimum quoad ſubhaſtationis requiſitionem] l. ſi. & Auth. Hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ. Aymo. Crauet. conſilio 325. Et ideo ſicut uni ex his conceditur reſtitu lo In integrum per actionem læſionis in bonis, ita & alteri, uti teſtatur Ioan. Andr. in c. 2. de reſti. in integ. Secundo ſicut bona unius ſine certa ſolẽnitate diſtrahi, & uendi non poſſunt, ita quoque neque alterius bona. Vtrobique. n. eadem eſt ratio & fauor idẽ. Tertio, Sicut pręſcriptio ipſo iure contra unum non eſt ualida, ita nec ualida eſt contra alterum. Cardi. in Clementina unica. in 10. q. de reſti. in integ. Quarto, ſicut ſentẽtia lata pro uno uel contra unum. ſ. pupillum, per procuratorem nõ legitime conſtitutum, eſt nulla. l. Nõ eo minus. C. de procura. ita quoq; ſentẽtia lata pro altero, uel ꝯtra alterũ ſcilicet eccleſiam, uel ꝯ, etiam cenſenda eſt nulla, teſte Abbate, & alijs, in c. Cauſam, de Iudic. Et Præſide in loco à minorib. ad eccleſiam, cũ alijs locis ibidem ſequentib. & l. Orphanotrophos. C. de epiſco. & cle. & crebro citata l. Et ſi ſine. ff. de minorib. 25. annis. De his ẽt memini in mea Subhaſtationum compendioſa exegeſi recẽs recognita anno 1564. c. 3. fol. 168. uerſo. nu. 29. ubi ibidem hæc uidere licebit. Quantum uero ad proprietatem, ſciendũ eſt, q eccleſiæ bona, bona quidẽ ſunt pauperum, non tamen ſic, ut quicquid eccleſia poſsidet, id protinus ad pauperes pertineat, ipſiſque mox id impartiri debeat, niſi fortaſſis in extrema, & deplorata neceſsitate, ſed tantum ob id, quòd ſola tertia bonorum eccleſiæ pars pauperibus cedere debeat. Trifariam. n. eccleſiæ bona diuidi ſolent. Nam prima pars eaque pręcipua, ceſsit eccleſiæ miniſtris. ut ad Galat. 6. Cõicet autem is qui catechizatur ei, qui ſe catechizat uerbo, in omnibus. Secũda fabricæ. Tertia demum portio, eiuſdem eccleſię pauperibus in neceſsitate relinquebatur. Porro ſi pauperum tanta eſſet neceſsitas, ut inedia perirent, cenſeo diuitum omnium loculos ad extremum eſſe laxandos, quę ſi non ſufficerent, tum etiam miniſtrorum, & fabricę portiones eſſe concidendas, ne perirent fideles pauperes, ꝓ quibus & Chriſtus ſuum fudit ſanguinem, quiq; cum diuitibus eiuſdem corporis ſunt membra, & eiuſdem hæreditatis cœleſtis ex æquò participes.

Bonam ciuitatum, Eccleſiarum.

BONA ciuitatũ ęquiparant bonis eccleſiarũ.] l. ut inter diuinũ. C. de ſacroſ. eccl. ex qua quidẽ lege in principio ſecũdũ Iaſ. nota quod eccleſia & ciuitas æquiparantur, & ad hoc quotidie allegatur ille textus, & intellige uerum, quantum ad treſcaſus poſitos ibidẽ in illo textu, alias æquiparatio non procedit. Et ſic nota. Quod idem ius datur rebus ciuitatum, quod rebus eccleſiarum, ut ibidem per gl. in uerbo, Priuata commoda, iunctis etiam ibidẽ allegationib. Huius æquiparationis etiam meminit D. Nicolaus Euardi a Middelburgo, in ſuis reſponſis, ſiue conſilijs, conſi. 71. pagi. 224.

Bona ſua donare.

BONA ſua donare, & bona ſua pro modico uendere, paria ſunt, & uẽditio rei magnæ facta pro paruo precio hr̃ ꝓ donatiõe, nec parui precij hr̃ aliqua cõſideratio. l. apud Celſum. § ſi qs aũr. ff. de excep. doli. & Cyn. in l. 1. in ult. q. C. de pac. Et pp hoc talis uẽditio reuocatur per ſuperuenientiam liberorum ſicut alia donatio Bal. in d. l. 1. & extra de pact. in Rub. colu. 2. uer. Quæro an uenditio, & Tiraq. in lib. de iudic. in reb. exig. ferend. uerſ. 84.

Bona damnatorum.

IN damnati bonis nõ eſſe in bonis dãnati, ſed de eis qõnem moueri propemodũ ſunt paria.] l. Si in cã, & ibi Raph. Fulg. nu 2. C. quando fiſc. uel priuat. debito. ſui debito. exigere poſsit, ubi tex. Si in eã iudicati, quẽ tibi condẽnatũ eſſe proponis nihil eſt, quod ſine qõne pignoris loco capi et diſtrahi poſsit, tunc debitores ipſius cõuenirẽ & ad ſolutionẽ authoritate iudicis uel præſidis cõpelli debent. Et quãuis generalis eſt regula, q poteſt a debeat fieri excuſsio in bonis principalis, hoc locũ tñ non habet, quando nõ ſunt alia bona, quæ ſine controuerſia excuti poſſunt, quia in his excuſsio prius fieri debet, teſte Angelo in Auth. de fideiuſſorib. §. Sed neq;. Sed ſciẽdũ eſt, q horum cauſa proceſſus contra tertium poſſeſſorẽ retardari nõ debeãt. ut afferit Gui. Pap. q. 432. Et Neuizantius in tract. de pignorib. 2. membr. 8. par. nu. 44.

Bona immobilia.

BONA immobilia, & mobilia precioſa, quæ ſeruari poſſunt (qualia gemmæ, uel lapides precioſi) æquiparant. népe quo ad ſolẽnitatẽ adhibendã, & ad eorũ alienationẽ faciendã.] Teſte gl. in uerbo, Tractatu, in c. Tua. & ibi Panor. extra de his q̃ ſi. á præla. ſine conſen. c. uide gl. in c. 2. de reb eccleſ. nõ alienã. li. 6. & in c. Is cui. de elect. li. 6.

Bona uniuerſa.

De uniuerſis bonis i lite tractare, & tractare de maiori parte bonorũ, paria ſunt.] quia uterq; caſus dr̃ cã grauit. Et ſic cenſet Aymo, in ſuis conſilijs conſ. 31. nu. 2.

Bancarij.

Bancarii qui ſint,& quomodo aliter nocent, uide ſupra Argentarius.

Cancellare.

Cancellare uerbo,& cancellare facto paria in iure ſũt. Sic etiam eadem ſunt, Scribere aut dicere ſibi ſatisfactũ eſſe,& ſchedulã obligatoriam cancellare.] l. Nihil intereſt.ff.de adimẽ.lega.& ibi pater ueritatis Bar.& eius ſequaces,ubi dicitur, quod ſicut per uerbalẽ adẽptionẽ rei legatæ utilitas perit,ita etiam perit ſi reipſa per cancellationẽ,aut ſcripti cõfeſsionẽ adimatur. Idẽ in l. 1.& 2.ff.de his quæ teſtam. delen. Et ſicut realis cancellatio inſtrũ ſufficit,ita etiã ſufficit,ſi creditor ſibi ſatisfactũ eſſe ſcribat,aut uerbis coram teſtibus confiteatur. Bar.& alij,ad d.l.Nihil,& ad l.Emptor.§.Lucius ff.de pact. Sic quoque ſicut teſtator uerbis cancellando & reuocando extinguit uim teſtamenti, ita quoque cancellando realiter uim teſtamenti extinguit.l. Noſtram.C.de teſtamen.

Canonica portio.

Canonica epiſcopalis, & canonica parochialis in legitima,quæ iure naturæ debeť,æquiparanť cũ ea legitima,q̃ debetur filijs.] teſte gl.in c.Officij,de teſt. Prçterea teſte D.Petro de Vbaldis in 4.uol.ſuorum tractatuum De canonicali,epiſcopali& parochiali.cap.8.ſũmario.17.fol. 182.ubi hanc canonicam ſingulis diſtinctè diſtribuit,nẽpe epiſcopo quartam canonicã,alteram quartam canonicam,Eccleſiæ parochiali,reliquas duas canonicas Eccleſiæ legatariç. Quocirca ſicut omne grauamẽ à legitima reijcitur,ita quoq; reijcitur à dicta quarta epiſcopali uel parochiali.item ſicut filius agere poteſt ad ſupplementum legitimæ quando legitimam ſuam non habet ex ſupplemento teſtamẽti, ita quoque poteſt Eccleſiam uel epiſcopus agere ad ſupplementum legitimæ, quando legitimam ſuam ea teſtamẽto nõ habuit. Imo Eccleſiam uel epiſcopus ad ſupplementum quartæ ſibi debitç omnino agere poteſt,uti opinatus Hoſtiẽ. ibi in §. Conſultationi,& D.Ant.de Butri.circa finem uerſic.glo.oppo.quod quidq; modicum Ad hæc ſicut quarta iure naturæ debita debetur quaſi nomine alimẽtorum,ita quoque quarta parochialis debeť Eccleſię miniſtris, ne Eccleſia defraudetur debitis obſequijs.Clemẽ. Dudum. §. Verũ,de ſepul. Poſtremo, Sicut legitima per teſtatorẽ filio adimi nõ poteſt,niſi ſit in cauſa exhæredationis,ita etiam quarta epiſcopalis per teſtatorem prohiberi non poteſt.d.c.Officij.& c.Requiſiſti de teſtamen.

Capere reſtituendum.

Non capere uel accipere,& capere,q̃ alteri mox reſtituẽdũ erit,in iure paria ſunt.] l.Nõ uidetur quiſquam. ff.de reg.iur.& l.Si pars.§.fina.ff.de inoffic.teſtamen.& l.Sed ſi mortis.§.Item ſi quis,uerſi.Sed ſi opponas.ff.de lega. præſtand.& in l.Sulpitius.ff.de dona.inter uir.& uxo.& in l.fin.§.fin.C.de bo.quæ lib.quibus concinit text. in l. Si quis mandato,& ibi Bar.ff.de nego.geſ.Hoc ſpectat, quod ponit Phili.Decius in d.l.Non uidetur quiſquam ad exordium.ff.de reg.iur. Vnde & non capere, uel non accipere dicitur,qui quod capit, mox reſtituere debet, quia is idipſum capiens,quaſi non capere cenſetur,quod acceptum ſeruare non poteſt,ut habet l.Cogi. §.Hi qui ſolidũ.ff.ad S.C.Trebel. Quia uerba capere & accipere cum effectu intelligi debẽt,ut ſcilicet quis habeat & retineat ad utilitatem ſuam,non ad reſtituẽdum uel ad cõmodum alterius.l.Aliud eſt capere,ff.de uerb.ſignifi Et ideo is non uidetur quicquam capere,uel accipere, qui tantum reſtituit,aut erogat quantum prius accepit. l.In ciuitatibus.§.ſi.ff.de lega.1.& qui in teſtamento exhæredatus eſt.ubi dicitur licet quiſquam legatũ ut alteri reſtitueret accepiſſet,inofficioſi tamen contra ſe querelã ſaluam haberet,quod legatum tale non ſibi, nec ut ſibi cõmodaret,accepiſſet, ſed magis ut ipſi traderet, cui id exgato tradere iuſſus fuerat.l.Si pars.§.Illud.ff.de inoffic. teſtamẽ. Atque hinc eſt,quod aliquis iurare poterit, eã ſe non habere,aut nõ habuiſſe pecuniam quam reſtituere debet,aut iam reſtituit.teſte Ant.de Burrio.in c. 1.de mutuis petit. Et Hippolyt.in ſuis ſingularibus,ſingulari 577. Et Rebuffo,de nominat.q.17.num.30.uerſicu.1.ut obuietur fraudibus.

Capere,pro aliquem iuridicè apprehendere.

Capere quoque pro apprehendere,que neceſſario debes indemnem reſtituere, eſt non capere.] q̃ & lege diuina cõfirmatur. Dominus enim Deus Numeris 35.præcipit, ut qui abſq; odio,& inimicitijs,ſed fortuito aliquẽ occiderat,iſq; per occiſi propinquos, & per præfectũ ex urbib. ꝑfugij ereptus fuerat,ut is inquã ꝑfugus,& indigne extractus per ſententiam reducatur denuo ad eã urbem in quam defenſionis cauſa cõfugerat. Nulla enim in eo extracto fuit æqua,aut digna cauſa, ob quam iuxta præſcriptum legis caperetur,potiſsimum quando audiente, teſtanteque populo comprobatum fuerat, quod abſque odio & inimicitijs, hoc homicidium perpetraſſet.

Capere pro furari.

Qui quod alterius eſt capit,is perinde facit ac ſi nõ caperet,hoc eſt acciperet.] Furtim enim ac fraudulẽter capere,eſt non capere, aut accipere,ſed potius furari, quod cũ æquo iure quiſquis ille ſit reſtituere teneť, idq; Dño iubẽte ſæpe maximo cũ fœnore. Lege enim Moyſi(Exodi 22.)Furibus cõſtituta fuit hęc pęna,ut ſi quis furatus fuiſſet ouẽ, aut bouẽ,quem uel occidiſſet, uel uendidiſſet,is fur pro uno boue quinque boues: & pro una oue quatuor oues reſtituere cogebatur. Porro ſi is fur nõ habuerat,quod pro furto redderet,ipſemet publice uenũdabatur. Cæterum ſi apud furem inuentum fuiſſet,quod prius furatus erat,ſiue bos,ſiue aſinus,ſiue ouis,tunc pro eo reperto furto duplum reſtituere tenebatur. Ex quib. nunc cõcludendum eſt,quod is qui ſic ceperat(id eſt furatus fuerat)quod mox reſtituere debebat, is inquã omnino nõ receperat,uel acceperat. Atq; hoc ipſũ ſatis innuere & approbare uiſus eſt Zachçus ille Euangelicus. Lucç 19.cum diceret. Ecce dimidium bonorum meorũ Domine do pauperib.& ſi quid aliquẽ defraudaui reddo quadruplũ. Capere ergo uel accipere,& quod aliquãdo debemus reddere,eſt omnino non capere.

Capitulum.

Capitulum æquiparať Minori,in hoc,ut poſsit in integrũ reſtitui.] teſtib.Abb.Philip.Franc.& alijs per text.in c. Significauit,extra de appellat.cũ ſimilibus. Quib.adſtipulatur Pet.Pa.Pariſius in ſuis conſilijs,conſ.92.nu.28. Quia ſicut minor uult litigare contra curatorem ſuum, uel contra, iudex dat minori actorẽ, quoties hic minor contra curatorem ſuum agere debet,aut contra §.Vl.inſtit.de autor.tut.& §.Vlt.inſtit.de curat. ita quoq; ſi Capitulum agere uolet contra prçlatum ſuum,uel contra, ſi Capitulũ conueniatur à ſuo prælato, tũc ipſi capitulo per autoritatem iudicis dari debet actor ad litem,ſicuti & minori in ſimili caſu datur actor ad litẽ glo.in d.c.Significauit,in uerbo,Cõſtituebat. Quia eñ Eccleſia quæuis çquiparatur minori,& omne capitulum eſt Eccleſia, uel repreſentat ipſam.ca.Requiſiſti. de teſtam.ergo per conſequens omne capitulum æquiparãdum eſt minori, præcipuè in caſibus prædictis. Item ſicut minor poteſt reſtitui in integrũ,ita quoque ipſum Capitulum in integrum reſtitui poteſt, ſecundum Philip. Franc.ibi circa finem.

Carcer, Incarceratus.

CONDEMNATIO ad carceres ꝑpetuos, & mors ciuilis in iure ęquiparantur.ut notat Inn.in c.Qualiter 2.de accuſa. Quandoquidē pœna perpetui carceris, æquiparatur dānationi in metallum,qui morti ciuili par eſt,ut uult Bar. in l.2.ff.de publi.iudic.Et Bal.in l.Reos.C de accuſ.Idem dicit Inn.in c 1.de colluſ. detegen. Quinimo damnatus ad perpetuum carcerem,uel in perpetuis uinculis dicitur quodammodo cōdemnatus pœna capitali, uel mortis naturalis.l.Capitalium.ff.de pœnis.Bart.& Imol.ad l.2.ff.de publ.iudi.Q.ta de re uide latius Ioā.de Anania ad c.1.de colluſ.dete g.uerſic.quum autem,ubi uenit imponenda pœna perpetui carceris. Vbi.dicit quod iſta ꝑpetui carceris pœna ſuccedat in locū,ac par ſit cū pœna mortis aut certe cū pœna morti proxima. Et rurſum in c.fi.de homicidio,ubi diſputat, An damnatus ad pœnam carceris perpetui in iure cenſendus ſit mori naturaliter.Et concludit quod ſic. Nam ſicut naturaliter mortuus teſtari nemo poteſt, ita quoque damnati ad perpetuos carceres de iure canonico ſiūt inteſtabiles, & actiuè & paſsiuè. Idem confirmat Philip. Franc.in Rub. de teſtam.col. 8. Imò quod maius eſt, ēt ipſa uenditio Ioſeph Gen 37 à doctoribus mors ciuilis iudicatur,etiam priuſquam cōijceretur in carcerem,quāto magis ad carceres perpetuos condemnatio morti ciuili meritò ęquiparanda erit.Reliqua huius materiæ uide infra ſub titulo Deportatus.Itē ſub capite eſſe. In eſſe aliquid cōſiſtere.Item ſub titulo,Mors ciuilis,Exilium, & Relegatio.

Carnes.

SI quorundā ſanctorū patrū cōſtitutiones quib.ſe ſanctè, & piè deuouerūt quidā, reſpicere uelimus,tunc ſm ipſorū opinionem comedere carnes,& comedere olera cocta cū carnibus quodāmodo ſūt paria.] qua in re nō tā meā q̄ D.Præpoſiti opinionē(quæ tunc mūdo in hac re magis placuit,quam noſtro tempore recepta eſt)affero: q̄ hæc eo ſuo ſeculo paria eſſe cēſuit in c.ult.inci Si quis presbyter 30.diſtinct.Attamen hæc non habentur paria in regula Carmelitarum,quā dedit illis Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus,anno Domini 1122. ubi ſic habetur.Ab eſu carniū abſtineatis,niſi pro infirmitatis,uel debilitatis remedio ſumātur.& quia uos oportet frequētius mendicare, ne itinerantes ſitis hoſpitibus onerosi, extra domos ueſtras ſumere poteritis pulmēta cocta cū carnibus.Olus enim ſiue pulmentum, & caro ipſa ualde inter ſe differunt,quia quamuis olus coctū ſit cū carne, ipſum tamē nihilo ſecius ſemper olus eſt,ac olus manet, minuſq; quam caro ipſa nutrit. Quod conſiderans Eugenius Papa,eandem conceſsionem adhuc ſatis eſſe duxam,eandem anno Domini 1431.clemētius ſcilicet mitigauit,& conceſsit, ut nunc tribus diebus in hebdomada extra aduentum & quadrageſimam,non tantum olera cocta cum carnibus, uerum etiam ipſas carnes guſtare,& manducare ipſis liceat.

Cauſa ciuilis ardua.

CAVSA criminalis & cā ciuilis ardua æquiparant̄,& ꝙ Cauſa magna ſiue ardua ciuilis æquiparat̄ cauſę criminali.] Sic cauſæ pecuniariæ graues,ſimiles ſunt cauſis capitalibus ſiue criminalibus. Vtcumque aūt hæc efferantur, in idem recidūt, & in eundem ſenſum omnia conueniunt teſte Bar.in l.admonendi.5.col.nu.53. Vbi idem etiam probat Iaſ.col.21.nu.100.ff.de iureiur. Quin & cōprobatur hoc dictum per doctrinam Baldi in l.Parētes. C. de teſtib. Quam quidem doctrinam refert, & ſequitur Andr.Barbat.in repeti.c.Teſtimonium in 5.colum.extra de teſtib.& in c.Querelam.extra de procurat.& per eundem Bald. in cap. Veniens 1. extra de teſtib. Idem quoque approbat D.Petrus de Ancharano in ſuis conſilijs,conſi.28.incip Rationes inductæ &c. circa fi.& in conſilio 64.incip.In cauſa quæ uertitur & c.in 2.col.ad fin.nu.2.Idē præterea cōprobat D.Hipp.de Marſilijs in l.1.in §.Seruū municipum,in 2.col.ff de quæſtio.nu.6. & in l.1.§.Præterea in 7.col & in l.Diuus Pius.in 1.colu.eo.tit. Horū ēt ipſe memini in meo pupillorum Patrocinio tit. de tuto. & curat liberat. cap.2.folio 105.nu.26.in poſtrema editione.Quapropter, ſicut delatori in cauſis criminalibus nō ſatis efficax ē eiuſdē delatoris ꝑ iuramentū probatio,ſed requiruntur ampliores probationes luce meridiana clariores,ut notāt Hip. & alij ad l.fi.C. de accuſ.ita quoq; non ſatis eſt efficax iuramentū alicuius in cauſis ciuilibus magnis, ob quod etiā ipſi iuramentū in ijs cauſis deferri nō debet,quia hoc ipſum eſſet inualidū in cauſis ciuilib. magnis, quæ criminalibus iure æquiparant̄. Atque ideo etiā ad horū imitationem nōnulli in ea opinione fuerūt, quod ne in cauſa quidem matrimoniali in ſupplementū probationis, ullum iurm deferri poſſet, nō ob aliam cām, quam ꝙ & iſthæc cauſa ciuilis ſit grauis,& ardua, & criminali cauſæ omnino etiā æquiparanda. De qua re uidere licet apud Doct.in c.fi.de iureiu.Et apud Zaſiū in diuerſis conſilijs & apud Bar.ad l.3.ff.de iureiur.Et ibi Ale.& Bal.Nihilominus quicquid hic ex cauſa aſſerere placuit,cōtraria tamē opinio uerior eſt,quā tenet Didacus in 4.decretaliū.2.4.parte.1.Io.Corraſ.lib.3.Miſcell.c.4.& Hippol.in ſuis ſingularibus,ſingulari 22.Et Panorm.in c. Mulieri.de iureiurā.Teſte itē Curio & alijs,ad d.l.Admonendi. Huc etiā facit,quod capitales inimici dicuntur,inter quos eſt de magna cauſa ciuili contentio,ſecundū Hipp.ad l.1.§.1.num.14.ff.de quæſtionib.Ad quę loca lectorem breuitatis cauſa remitto.Iſthæc pręterea confirmātur per 2.Regum.12.Vbi Nathan propheta ſub parabola et inuolucro uerborum ipſum Dauid reprehendere ſtatueret, ſermonem proferens de quodam paupere peregrino,et diuite,qui diues pauperis unicā ouiculā peregrino amico apponēdā ſuſtulerat,ſuis ipſius innumeris ouibus ſeruatis,et parcitis.Quo ſermone iniuriarū à Nathan audito Dauid mox iratus reſpondit. Viuit dominus quoniā filius eſt mortis,(id eſt,dignus ē morte)o**m** qui fecit hoc. Ouē reddet in quadruplū,eo quod fecerit uerbū iſtud, et non pepercerit. Ecce hic cauſam ciuilē arduam æquiparat cauſæ criminali, et morte dignę.

Cauſa matrimonialis.

CAVSA matrimonialis æquiparatur cauſę criminali.] teſte Vdalr.Zaſio in ſuis conſilijs ſiue reſpōſis lib.ſecūdi cōſ.3.pagina 72.nu 28.Sequitur Alex.in ſuis conſilijs,in cōſilio.j.143.incip. Quoniam abundè,in principio 2.colum.in 2. uolumine,ubi per hoc infert, Quod in cauſa matrimoniali neceſſariæ ſint probationes, quæ in cauſa criminali requiruntur.Vnde infert,Quod ſicut in criminalibus non ſufficit probatio facta per famā cū uno teſte,ut per gloſſ.in c. Veniēs.1.de teſtib.ubi Anto.de Butrio,et alij,et per Docto. late in l.Si quis ex argētarijs. § 1.fi.de eden.cum ſimilibus,ut ibi per eum:ita dicendū in cauſa matrimoniali.Vnde concludendum,quod ſicut in criminalibus clariores probationes luce meridiana requiruntur l.fi.C.de probat.ita et in cauſa matrimonia li.Cauſa matrimonij,quare æquiparetur cauſis criminalibus.Vide breuitatis cauſa D. Vdalr.Zaſ.in ſuis conſilijs.d.lib.ſecundi.conſi.19.pagina 353.nume.19.

Cauſa noua.

CAVSAM de nouo oriri,et de nouo ꝑuenire ad notitiā creditoris paria ſunt.Bar.in l.quæſitum.ff.de pig.Vbi dicit. Si debitor creditori fiat poſt contractum ſuſpectus ante diem, uel ante conditionis conſtitutæ tempus, tunc creditori cōpetit actio proſequendi ſui pignoris,potiſsimū ſi talis ſuſpitiōis cauſa de nouo,ac recēter ſuperueniat, quæ prius tpe ꝯtractus orta non fuerat. Vel ſi tūc tpe

apud alios ea ſuſpitio fortaſsis inotuiſſet, talis tamẽ nõ fuit quæ tunc temporis ad notitiam creditoris peruenisſet. Quare paria ſunt: Cauſam aliquam de nouo oriri & diu ortam nunc demum ad notitiam alicuius peruenire. Et ideo quamuis regulariter id quod poſt litẽ conteſtatam accidit, non ueniat in iudicium, tamen ſi id iam demũ, & quaſi de nouo ad notitiam litigatoris perueniat, tunc is litigator non habet rationem, aut reſpectum de præterito ſibi ignoto, ſed id præteritum tanquam recens ortum, & recenter ſibi cognitũ in iudicium proferre poteſt, quia nunc demum ſibi id ortum eſſe exiſtimat, teſte Baldo & alijs, ad l. non poteſt uideri. ff. de iudic. Secũdũ hanc itaque notitiam, aut præteritam, aut recenter natam & cognitã, ſæpe libelli iudiciarij auctiores redduntur. l. Edita. & ibi Docto. C. de edend. & Baldus in l. fin. C. de ſponſalib. & in c. Paſtoralis. extra de except. & meminit etiam Petrus Paulus Pariſius in ſuis cõſilijs, cõſi. 99. numeris, 26. 27. 28. & ſequẽtibus, in 3. parte cõſilior.

Cauſa nulla.

Nvllam cãm exprimere, & exprimere cauſã friuolã, paria ſunt. Friuola. n. & indigna cauſa hõr pro nulla.] Glo. magna in uerbo Eatenus. circa principium in l. 5. & ibi Baldus eam ad hoc notat. ff. de ope. nou. nunciatio. Vbi paria eſſe dicit. In nunciatione noui operis cauſam non adieciſſe, & adieciſſe cauſam, ſed nõ ſatis idoneam. Sic & cauſa friuola appellationi ab interlocutoria adiecta, perinde haberi ſolet, atque ſi omnino appellatum non fuiſſet. teſte Ioã. Andr. in c. Cordi de appella. in 6. An autem aliqua cauſa habẽda ſit aut friuola, aut probabilis, id non eſt a partibus iudicandum, ſed huius iudicium à ſolo iudicis arbitrio depẽdet, ut habet Baldus in l. Ante ſententiam. C. Quorum appellat. &c. Sic etiam & in iuridica confeſsione, niſi in ea cauſa ſit apta ſat efficax, & cõueniens, ea non ualet. Bal. in l. generaliter in 4. q. C. de non nu. pec. D. Iaſ. in l. Quotiens. ff. qui ſatiſd. cogantur.

Cauſa extincta.

Non eſſe cauſam & eſſe cãm, ſed finitam & extinctã, paria ſunt.] l. Nihil intereſt. ff. de naut. fœno. & l. 1. ff. de cõdi. ſine cauſ. Vbi Vlpianus. Siue autem ab initio ſine cauſa promiſſum eſt, ſiue cauſa fuit promittendi, quæ finita eſt uel ſecuta non eſt, dicẽdum eſt condictioni locum fore. Et, ut ibi notat Iaſon num. 3. Cauſa reducta ad non cauſam, non parit ius retinendi, quia paria ſunt, ab initio, nõ fuiſſe, & poſtea de facto ad talem finem perueniſſe, gloſ. in Conſtit. Siciliæ, incipi. Si quem noſtrũ, & ibi quoque D. Matthæus de Afflict. col. 3. uerſic. 3. nota ex textu. & Tiraquellus in libro Ceſſante cauſa, parte 1. nu. 15.

Cautum eſſe uitioſe.

Non cautũ eſſe, & non ſatiſdatũ eſſe. Vel ſic uitioſe cautũ eſſe, & nõ ſatiſdatum eſſe, in iure ſunt paria.] l. Quotiẽs. & ibi Dñs Iaſon. ff. Qui ſatiſda. cogan. Et l. 1. Vbi ẽt idẽ comprobat Iaſon. ff. Si quis in ius uoca. nõ ierit. Pro his autem ſciendum eſt, quod tunc uitioſe cautum eſſe intelligitur, quãdo cauetur ab eo, qui ob facultatis inopiã ſoluendo eſſe non poteſt, ut l. 2. in principio, & l. Si fideiuſſor. ff. eod. titu. Qui ſatiſd. cogan. Aut quando fideiuſſor habet fori priuilegiũ, ut in d. l. Si fideiuſſor. & in l. 2. ff. Si quis in ius uoca. non ierit. Quiſquis enim fori priuilegium habet, is non eſt habendus idoneus fideiuſſor, niſi fortaſsis in ſubſidium cum alijs adiunctus fuerit, aut niſi cum priuilegij ſui renunciatione fideiubere uelit. Itẽ uitioſa eſt cautio, quãdo aliquis ẽ in loco munitiſsimo, ad quem ipſi cauendo nõn facilis admitteretur acceſſus, iuxta gloſ. in d. l. 2. in princi. In his itaque tribus caſibus pari ratione cenſebis quoque uitioſe ſatiſdatum eſſe, ut inquit gloſſa in d. l. 2. Secus tamen iudicandum erit de ſatiſdatione quæ præſtatur ex ipſarũ partiũ conuentione, & conſenſu. Si enim alterutra partium in eam qualẽcunque ſatiſdationẽ conſenſerit, is conſenſus legem facit, adeo ut etiam ſi ea ſatiſdatio nõ ſit ſufficiens, aut idonea: ipſa tamen ob conſenſum partis repeti non poſsit, ut denuo ſatiſdetur, ſed interim tamẽ parti per propriũ cõſenſum ſic læſæ, tunc remanet actio ad repetẽdum intereſſe, ut habet tex. in l. Si quis ſtipulatus fuerit Stichũ. §. fina. Secundum uerum intellectum. ff. de uerbo. obligat. Et ſecundum Barto. in l. 3. ff. de fideiuſſo. Et per Angel. & Paul. de Caſtr. in d. l. Quotiens. Cæterum quãdo ſatiſdatio propter ſolam facultatis inopiã eſt inidonea, eaque nihilominus à patre ſatiſdãda ſcienter recipitur, tunc is recipiens ſibi ipſi præiudicat. Secus uero cenſendum eſſet, ſi quis alterius ſatiſdaturi inidoneitatem non præſciuiſſet, eamque tanquam idoneam & ſufficientem per ignorantiam acceptaſſet. Tunc enim talis ſatiſdatio recuſari, & reſcindi poterit. Quando autem non eſt idonea præſtita ſatiſdatio propter obligationis defectum, uel propter obligãtis ætatem, quod is obligans manifeſtẽ erat talis, qui ſe obligare non poterat, tunc nulla habenda eſt differentia ſcientiæ aut ignorantiæ, ſed ea indigna ſatiſdatio reſcindi poteſt, & denuo ſatiſdãdum erit ab alio idoneo. d. l. 3. ff. de fideiuſſo. Et tũc à priori inidoneo intelligitur nihil fuiſſe ſatiſdatum, poſtquam noua perſona idonea effectualiter obligatione ſe deuinxit. ſecundũ Ang. & Pau. de Caſt. in d. l. Quotiens, & ibi Bal. quem ibidem latẽ opponentem, & diſtinguẽtem curioſi conſulere poterunt. Et ideo qui promiſit fideiuſſorẽ dare, aut cauere ſuæ promiſsioni, nõ ſatisfacit, ſi uitioſe cauet, aut talem fideiuſſorem dat, qui non poteſt conueniri coram eodem iudice. Iaſ. ad l. 1. nu. 2. ff. Si quis in ius uoca. non ierit. Atq; ideo ſi quiſquam offeret alteri pro ſatiſdatione, aut militem caſtrenſem, aut aliquem in uinculis cõſtitutum, ipſe cauendus tales fideiuſſores ueluti uitioſos, & inidoneos non acceptare, certe hic recuſans nullo modo teneretur iniuriatũ, quia nullus tenetur cũ ſuo incommodo acceptare cautionem uitioſam, aut inſufficientem, teſte Baldo ad l. Sed & ſi. ff. de in ius uocã. Idem aſſerit Iaſon nu. 4. Angel. & Fulgo. ad l. Si uero. §. Qui pro rei. ff. Qui ſatiſda. cogã. Nam quando is qui ſe obligauit pro aliquo nõ fuit idonea perſona ad ſe obligandum, tunc denuo alius dandus eſt qui ſe obliget. l. 3. ff. de fideiuſſorib.

Cedere.

Cedere, & Cedere uelle, poſt obtentã licẽtiã, nequaquã diſparia cenſent.] Teſte D. Petro de Anchara in c. Quidam, nu. 1. extra, de renuncia.

Cedere, & Tradere.

Cedere, & tradere, paria.] Vti elegãter probat Bart. in l. Labeo, in fine. ff. de pac. Vbi per exemplum, dicit, Qđ ſi tradidit tibi inſtrumentũ, per quod & tu, & alius quiſpiam mihi ſimul obligati fueratis, certe per eam inſtrumenti traditionem uideor tibi tradito, et liberatione debiti facere, quod in eo inſtrumento complexũ fuerat, tibi q. ſimul cedere actionem illam, quam in eodem inſtrumento contra alterum habueram argumento. l. Si is qui duos. in fine. ff. de libera. leg. Et quãuis dicitur quod tradere ſit de reb. corporalibus, & cedere de incorporalibus, hæc tamen differentia non eſt uniuerſalis, ut meminit D. Vdalricus Zaſi. in l. 1. §. Si uir. nu. 7. et l. Poſsideri nu. 13. ff. de acquir. uel amittẽ. poſſeſ. allegans gloſſam in l. 1. C. de actio. ad quod facit. l. Seia. in princip. ff. de do. cauſ. mort. ubi textus dicit: Seia ceſsit uſumfructum cognatis uſusfructus eſt ius incorporale, ergo in d. §. Si uir (teſte D. Zaſio ibidem) cedere accipitur pro traditione rei corporalis, et per conſequens non eſt mirũ (inquit) ſi etiã loquendo de iuribus incorporalibus cedere accipiat ꝓ tradere, ſunt enim hæc uerba nõ raro interlyno

nyma,

nyma, & differentia prædicta plerunque confunditur, Teſte etiam Baldo, et Doctor. in l. 1. C. ne fil. uel priuat.

Certum eſſe per relationem.

ALIQVID eſſe certũ, ſiue expreſſum per ſe, & aliquid eſſe certum ſiue expreſſum per relationẽ ad idem certũ, paria ſunt.] Vnde in ipſa ſcriptura referente idipſum cõtineri dicitur quod continetur in ſcriptura ad quam fit relatio. l. certũ. ff. ſi cert. peta. & l. ait prætor. §. ſi iudex, & ibi Iaſ. & l. 10 ſumma. ff. de re iudi. & l. ubi aũt non apparet: §. illud dubitationem. ff. de uerb. oblig. & ibi Iaſ. nu. 1. & 4. Et diffuſius idem Iaſ. in d. §. ſi iudex, numeris 2. 3. 8. ac 25. Et per Soci. in ſuis conſilijs, conſi. 4. nu. 4. & conſi. 63. num. 8. uol. 4. Certum enim dicitur id, de quo ex proprio nomine, uel ex indubitata circumſcriptione hoc idipſum eſſe uel tale eſſe conſtat. Quod hoc craſſo exemplo clarius euadet. Si quis pater unicum ſolum filium habeat, nempe Ioannem, iſque pater dicat: Ego exhæredo Ioannem filium meũ, aut ſi dicat ſimpliciter: Ego exhæredo filium meum, in idem recidunt ambæ locutiones, & pro eodem ambæ propoſitiones uerificantur. Nam facile ſecunda propoſitio de Ioanne uerificatur, quæ dicit, Exhæredo filium meũ, quum tantum unicum filiũ Ioannẽ habeat. Atq; hinc eſt, quod dici ſolet quando requiritũ aliquid expreſſe fieri, ſufficit quod ea expreſſio ex mente alterius, & ex apparenti ratione & certitudine ſatis intelligatur, & certo colligatur per relationem ad ipſum certum, in quo illud apparenter certum certiſsimè demõſtratur, & declaratur, ut habet textus, & ibi gl. in l. ait prætor, in prin. ff. de ope. no. nunciat. Et ibi Bar. & alij notant, & maximè Iaſon, numeris 3. 4. & 5. ubi multas cõcordantes deciſiones profert, de hoc ẽt plenè meminit Fely. in c. tranſlato, extra de conſtit. Sic itaq; aliquid certo fieri, & quaſi nominatim fieri, imo & expreſsè fieri, uel exprimi dicitur, quando id ipſum certitudinariè fit, & per relationẽ ad aliquod certum, ut probatur in l. 1. & 2. ff. de li. & poſthu. Et ibi ſcribentes maximè Soci. in d. l. 1. in 2. notabili. Et cõcordat textus. in §. 1. Inſtit. de exhæred. libe. Et bonus textus, in l. ſi nominatim. ff. de condi. & demonſt. Vbi nominatim fieri dicitur certum, quando illud per aliquas demõſtrationes ſeu qualitates certiores demonſtratur, & certum redditur. Et in d. l. certum. & ibi plene moderni. ff. ſi cer. pet. Hæc ẽt comprobat Pet. Paul. Pariſius, in ſuis conſilijs, conſi. 2. nu. 54. 55. 56. & 57. in tertia parte conſiliorum. Et D. Hipp. de Marſ. in ſuis conſilijs criminalibus, conſ. 114. nu. 6. in 2. uol. l. Hæc ſentẽtia prima. C. de ſnia quæ ſine certa quantitate prola. eſt. Et Soci. in ſuis conſilijs, conſi. 62. col. 3. nu. 8. & 9. in 4. uol. Plura quoque ad huius comprobationem allegat Franciſcus Nuntomicius, in repet. c. quoniam contra falſam, in gl. fin. nu. 76. fol. 151. extra de probat. Et D. Bartho. a Chaſſeneo in ſuis conſilijs, conſi. 55. nu. 13. uide de his etiam infra ſub titulo, ſententia.

Certum fieri poſſe.

SIC quoque paria ſunt, certũ eſſe, & facile certificari aut certum fieri poſſe.] ſecundum gl. in l. locus. ff. de acqu. poſſ. quæ uult, quod hæres, qui ſcit hæreditatem ſibi eſſe delatam ex teſtamento, is eandẽ adire poterit, etſi incertus ſit ex qua parte, uel ex qua occaſione ſit ad eam hæreditatem uneſtitus. l. ſi quis extraneus. §. ſciendum eſt. ff. de acquir. hæred. & ratio eſt, quia talis de ea teſtamentaria hæreditate, per ipſum teſtamentum facile poterit fieri certior, unde perinde certus eſt habẽdus, ac ſi prius de eo certus fuiſſet, argumento l. quod meo. §. fi. ff. de acqu. poſſeſ. Atque hæc quidem non ſolum locum habẽt, ſi ad commodum talia hæredis, qui certificari potuit, pertineant: ſed etiam in iis quæ ad eiuſdem incommodũ pertinere poſſent, ſecundum Pet. de Anch. & Dominicum, in c. ſi. de elect. in 6. Vbi uult, quòd imputandum ſit illi qui potuit certificari, perinde ac ſi certus fuiſſet, allegãs ad hoc notata in Authentica, Si oẽs. C. ſi minor ab hæredita. ſe abſti. Quem etiam citat, & ſequitur Alex. in ſuis conſilijs, conſ. 5. incip. In cauſa & lite uertente. nu. 3. 4. ſequentib. 1. uol. Et D. Carol. Rum. in ſuis conſilijs, pri. 42. incip. Proponitur nu. 11. Et conſili. 151. incip. Viſis, & ponderatis nu. 11. 1. ſuo uol. conſiliorum.

Ciuis habitus.

CIVEM eſſe, & haberi pro ciue, paria ſunt.] Zaſius ad l. In ius ſecundã. §. Patronũ. ff. de in ius uoc. Atq; hinc eſt qđ ſtatuta quæuis, & municipalia iura, quæ loquuntur de ciuibus defendendis, ea etiam intelligenda ſunt de ijs qui habentur pro ciuibus, quamuis reuera ciues non ſint, teſte Baldo in d. §. Patronum, quòd probatur de ſcholaſticis, ac ſtudentibus, qui licet non ſint apud exteros ueri ciues, ſed inquilini potius, iſi quia in fauorabilibus & priuilegiarijs cauſis habentur pro ciuibus, eodem iure utuntur, ſi uelint, quo ipſi ciues, teſte Zaſio ibi nu. 4. Sic & in l. Barbarius Philippus. ff. de offi. præto. dicitur, Paria ſunt aliquem fuiſſe uere Prætorem, & aliquem iuxta communem exiſtimationem hominum habitũ fuiſſe pro ciue. Communis enim illa opinio facit ius. Simile aũt illud etiam latius tractabitur infra ſub ti. Patronus.

Comparere non perſeueranter.

COMPARERE, & ad finem uſque non perſeuerare, eſt ueluti non comparere.] Vide infra, Venire.

Comparere inſufficienter.

NON comparere, & comparere inſufficienter, hoc eſt, cũ non ſufficienti facultate, paria ſunt.] c. ſi quis iuſto. de elect. lib 6. cum uulgaribus ſimilib. iurib. Ad hũc modũ paria quoque ſunt: Nõ conſtituere procuratorem, & conſtituere procuratorẽ in forma à iure prohibita. Ideoque is qui cum tali procuratorio minus legitimo cõparet cenſetur, ut non comparens, & contumax, cui ſeruit. c. Nicolao extra de appel. Si quis iuſto impedimento detentus in electionis negocio nequeat commode intereſſe, is non ſolum uni, ſed & plurib. committere uices ſuas poterit. Dum tñ quilibet ipſorũ cõpareat recte, & ſufficienter informatus & inſtructus, aliàs paria erunt, Ipſum, uel ipſos non comparuiſſe, & eoſdẽ inſufficiẽter cõparuiſſe. Vnde & talia canonicus ad electionẽ citatus de nouo citari non debet, ſed ut contumax in electione negligitur, & deſeritur. De qua deſertione, ſi is poſtea queritur, eã ſibi imputet oportet, qui per procuratorem non ſatisſufficientem comparuit. Idem enim eſt omnino, nõ uenire, & inſufficiẽter uenire, adeo ut qui ſic, aut per ſe, aut per alium inſufficienter compareat, cenſeatur non comparere, ſed reijciatur ueluti inſufficiens, & contumax, ſecundum gl. ibi, ad uerbum Admitti.

Comparere illegitimè.

SIC, non cõparere, & minus legitimè ſiue inidoneè comparere, paria ſunt. c. Nicolao, & ibi notat. Bal. de appel. Vnde quoque paria ſunt, procuratorem non habere mãdatum, uel abſque mandato comparere, & habere mandatum illegitimũ. Quo circa, niſi procurator comparens à domino ſuo mandatũ habeat legitimum, aut ſufficiẽs, dominus qui illum ſic conſtituit, & miſit, eo ipſo cenſetur cõtumax. Quia ubi fit mẽtio de procuratore, debet intelligi in dubio de legitimo procuratore habente mãdatũ. Et ideo ſi ſtatutum diceret, quod non ualeat proceſſus, niſi producto inſtrumento mandati procuratoris, intelligitur de mandato ſufficienti. L. Aedilis. §. Procurator. ff. de ædil. edic. Quis autem dicatur legitimè cõparere uel ſe illegitimè, apud Ioannem Ferrarium in ſua praxi, in forma libelli, de actio. reali. ad uerbum

EE 3 legi-

legitimè comparentem, et apud Iaſonem in l.quoties. ff.qui ſatiſda. cog. Item apud Neuizanum in conſi. 18. nu. 19. Verum hæc intelligenda ſunt quoad declarandũ aliquem contumacem. Ad hæc etiam facit c. 2.verſ.Sed neque, extra de tranſact. & l.1.in fi.ff. quod cuiuſq; univerſi.nomi.uti & recte refert D.Pet.de Ancha.in c.ueniens, extra de renuncia.

Compelli.

Compelli, & ex rationabili cauſa timere compelli, aliqñ paria ſunt.] Videlicet, ad reſcindendas promiſsiones, factas ex maximo metu. Veluti ſi uxor ex uehemẽti timore mariti quippiã ſponderet, aut renunciare fuiſſet coacta, uel ſi clericus ex nimio metu ſui ſuperioris aliquid promiſiſſet, aut tranſegiſſet, talis inquam ex metu profecta ideoq; coacta promiſsio, ceſsio, renunciatio, aut trãſactio eſſet inualida, & nulla, potiſsimũ ſi is prætenſus metus rationi & ueritati inniteretur, ſic ut per atroces minas, aut per uerbera comprobatus clareſceret, ſicuti affirmat Alex.in ſuis conſilijs, conſ.100.in 3.uol. multa ibidem de hoc metu coacto allegans. Et in puncto eſt deciſio Bar.per text.in l.1.§.quæ onerandæ.ff. quarum rerum actio non datur. Vbi uult ꝙ non ſolum maritorum uerbera uxorib.metum incutiant, ſed ẽt coniugalis ſiue erga maritos immodica uxorum reuerentia, hunc (de quo loquimur) aliquando metum indebitum ingerit, ut idem Alex.ibidem in apoſtillis aſſerit, allegans ad hoc multas q̃ões, & caſus pertinentes, quos etiam probat, per Abb.in c.fin.in fine, extra, Qui clerici, uel uouentes matri. contrah. poſſ. Ad quæ etiam faciunt notata per Feli.poſt alios, in c.eccleſia, coln.37.extra de conſti. Ita etiam tenuit Petr. Paul.Pariſius in ſuis conſilijs, conſi. 139.nu.14.& 21. in quarta parte conſiliorum.

Concedere.

Expreſſe conceſsit, non negauit, paria ſunt.] Ange.in l. generaliter, in ſi.principij.C.de ſecund. nupt. & D.Io. de Neuizanis, in ſua ſilua nuptiali fol.8.col.3. poſt medium in lib.meo. Huic accinit uulgatũ iſtud dictũ. Qui tacet, conſentire uidetur. Vide de hoc quoque mox infra, Conſenſus.

Concluſio in cauſa.

Conclusum eſt in cã, Confeſsio ſolẽnis in iudicio, & ſniã iudicis, æquiparãtur in hoc, ut aliquis hæres teneatur ex delicto defuncti.] Bal.in l.1.2.col.verſ.Sed hic dubitatur.C.ex delict.defuncto.inquantũ hæred. conueniant. Ant.de But.in c.cum ſpeciali.§.1.extra de appel.Meminit ẽt huius æquiparationis D.Berta.in ſuo Repertorio, ſub litera C.folio, in li.meo, 156. Vide J.Sententia lata.

Conditio actus.

Conditio neceſſaria eſt ad actũ, & ꝯditio neceſſaria eſt ad actus effectum, paria ſunt in iure.] ſecundum notata Bartoli & aliorum, in l.Gallus.§. Et quid ſi tñ.ff.de lib. & poſth. Ita quoq; tenet D.Carol. Rui. in ſuis conſilijs, conſi.123.num.8.incip.Quamuis in 4.uol.conſiliorum. Quia (ut ibi dicunt) in neceſſaria conditione, ẽt de effectu cogitare debent, ſicut in conditione uoluntaria de modo & forma. Et quia non ſufficit ab initio intereſſe, uel aliquid ab initio interuenire niſi perueniat ad effectum, uel niſi effectum ſuum tandẽ in fine conſequatur. l.fin.§.1.ff.ad l.Rhod.de iactu. Alberi.Salic. & alij, ad l. comparandas.C.Mandati. Iaſon.ad l.ſi quis.§. illum. ff. ſi quis cautio. Quando autem in alijs conditionis perſeuerantia, quoad effectum requiritur, uidere licebit in ijs quæ notant Doctores ad l.cum uxor.C.quando dies lega.ced.& Decius conſi.177.

Confeſsio.

Confeſsio, & ſententia, ſiue res iudicata in effectu ſunt paria.] l.poſt rem.ff.de re iudi.l.1.& 3.ff.de confeſ.l.1. C.eod.tit.de confeſ.concord.c.cum ſuper, extra eod.de confeſ. Vide bonam glo. de hac materia, in c.fina.extra eod.tim.& l.certum.§.ſed an & ipſos, & ibi Bar.ff.eod. tit. de confeſ. Iſta per hoc apertum exemplum ſic commonſtrentur. Si ego abs te petiſſem decem libras, & tu à iudice interrogatus fuiſſes an tantundem mihi deberes, tuq; reſpondens fatereris te mihi tantundẽ debere: certe tua confeſsio oẽm litem ulteriorem finiret, & pro re iudicata habẽda foret, ſic ut amplius in ea cauſa procedendum nõ eſſet. Confeſſus enim in iure habetur pro iudicato ſiue pro condemnato. Atque ideo quemadmodum iudicatum, ſententia, aut condemnatio habet executionem paratam, ita & confeſsio, quæ ſecum condemnationem confert, iuxta iura præallegata.

Confeſsio iterata.

Confeſsio geminata, iudiciali cõfeſsioni æquiparatur.] Bal.in l.cum ſcimus.C.de agri.& cenſ.li.11.D. Vdalri. Zaſius, in l.quib.iuncta l.ſi dari. nu.5. & 36.ff. de uerbo. obli. Talis enim bis iterata confeſsio hr̃ pro magis deliberata, & pro ea quæ magis uoluntariè procedat. De iſta geminata confeſsione Franciſ.Curt. in ſuis conſilijs eleganter ſcripſit in conſi.63.col.16.De hac quoq; confeſsionis geminatione elegantem tractatum edidit Anton.Corſe. Siculus. Qui dicunt, ꝙ ſicut confeſsio iudicialis facta poſt deliberationis terminum per prætextũ erroris reuocari non poteſt, gl.in c.ex literis, de diuort. Et Archidia.in c.1.de accuſa. li.6. Ita nec confeſsio geminata per prætextum erroris ullo modo reuocare poteſt, uti comprobat Ludo.Rom. conſi.316.incip.In hac cauſa. Et Hippo.de Marſ.ad l.1.§. Qui quæſtionem.nu. 23.ff.de quæſtionib. Quia ubi interuenit geminatio ibi præſumitur plena deliberatio, ut in auth. ne nulli iudic. §.Et hoc uero iubemus. Vbi dicitur quod in iure tantũ operetur geminata confeſsio, uel geminatus conſenſus, quantum iuramentum iudiciale, ſecundum Doct. ad c. ſi cautio.de fide inſtru.& in authen. Si à me.C.ad Velleia. De hoc etiam latius conſule D.Præſidem Nicolaũ Euerardi in loco à Geminatione.

Confeſsio nulla quæ.

Cõfeſsiões
1 Furioſorũ & amentiũ.
2 Nõ corã Iudice factę.
3 Extra iudicium factæ
4 Per procuratorẽ factę
Sunt nullæ, & in hoc ęquiparãtur.

1 De 1.eſt l.in negotijs.ff.de regu.iur.& l.2.§.Furioſus.ff. de iure codic.& c.ſi.extra de ſucceſ. ab inteſta.
2 De 2.eſt text.in c.at ſi clerici. cum ibidem notatis, extra de iudic.
3 De 3.eſt tex.in d.c.at ſi clerici. & in l.2.C.de cuſto.reo.
4 De 4.Certum eſt confeſsionem per procuratorem factam in rebus criminalibus capitalibus, ubi procuratori occupare non licet, nulli damnũ p̃ſtruere poſſe, uti copioſius meminimus in noſtra Praxi rerum criminaliũ c.54.de proceſſus uiſitatione, & examine, pagi.218.numeris 36.37.38.& 39.in poſtrema editione.

Confeſsio in tormentis.

Confeſsionẽ factã in ipſis tormentis
&
Cõfeſsionẽ extortã formidine pœnę
Lex æq̃parat.

Bart. in l.1.§.diuus Seuerus.ff. de quæſt. Cui adde quod uoluit idem Barto. in l.nouiſsime, per illum textum.ff. Quod falſo tuto.autho. Ita etiam tenuit D. Guido à Suſaria, in ſuo tractatu de indic.& tortu. nu.72. Et Ludo. Bolog.ibid.in additione D.Guidonis, nu.73. Hæc etiã confirmat

confirmat D. Franciſ. Bru. in ſuo etiam tractatu, de indi. & tortu. q. 1. ſecundæ partis numeris 3. 4. & 5. Et D. Bal. de Periglis in ſuo tractatu de quæſtionib. & tormẽ. ſub 3. c. circa confeſſiones in tormentis, nu. 1. Hanc materiã quoque & nos attigimus in noſtra praxi criminali. c. 54. de proceſſus uiſitatione, & examine. pagina 115. nu. 20. in poſtrema editione, quã explicationem per occaſionẽ ibidem (ſi placet) perlege.

Confeſsio ſub ſpe.

Confessio uel cautio facta ſub ſpe futuræ cauſæ, æquiparatur confeſſioni factæ ſpe futuræ numerationis.] ut refert Bal. in l. Si ſub ſpecie. C. de poſtulan. eo quod exceptio. ſ. ipſi conſtitutũ opponi, & cautio condici poſsit. Qui textus adeo clarus eſt, ut exemplo non egeat. Quin immo, & infra tempus conſtitutum exceptio de utroq; opponi põt tam bene ſcilicet, ſi quis uerbo cõfeſſus eſſet ſe mutuũ recepiſſe, quam ſi ſcripſiſſet ſe mutuũ recepiſſe. de qua re plura notantur per Docto. ad l. generaliter, & l. In contractibus. ff. de non numera. pecu.

Confiteri nihil.

Nihil prorſus confiteri & *Confiteri ſine perſeueratione* } *paria ſunt.*

Horum quoque meminimus in noſtra Praxi criminali. c. 54. de proceſſus uiſitatione & examine, pag. 114. nu. 16. in poſtrema editione. quæ breuitatis ſtudioſus ibidẽ clariſsime aſſerta uidebit.

Conſenſus tacitus.

Consensus tacitus, & conſenſus expreſſus, in iure æquiparant.] ut notat Bar. in l. de quib. nu. 4. ff. de leg. quem uide. Vnde ſicut conſenſus expreſſus parit obligationẽ, ita etiã & conſenſus tacitus. De quo Spec. in tit. de cauſ. poſſeſ. & propric. §. 3. circa principiũ. Et quemadmodũ nominationes ad beneficia perduntur per expreſsã renũciationem, ut in c. audita, de reſti. ſpolia. ita etiam perdũtur per renunciationem tacitam, ut ſuti ſi quis tempore nominationis fieret miles, uel ſi cum aliqua muliere matrimonium cõtraheret, uel aliquid aliud ſimile faceret, quod per ſe tacitam renunciationem includeret, is haud dubie ſuæ denominationi cenſeretur cedere, non ſecus quã is qui expreſsis uerbis ſuæ denominationi ceſsiſſet. de qua re uide Rebuffum, in tra. de nominat. quæſtione ultima. nu. 17. & 18. Non. n. minus factis uoluntas alicuius declaratur, quã uerbis. d. l. De quibus, & l. Recuſari. ff. de acquir. hæred. Vnde etiam cõtractus qui per cõſenſum fiunt, uerba non exigunt, ſed uel nutibus, uel alijs actibus conſenſum exprimentibus tacitẽ conficiuntur. l. Si patet naturalis. ff. de adopt. l. Itẽ quia. ff. de pact. Et ſi is, cuius conſenſus requiritur, præſens adeſſet, isq; taceret, ipſius certe tacitus cõſenſus uudẽ colligitur, & perinde ualet atque ſi expreſsis uerbis cõſenſiſſet. l. Qui patiẽ. ff. Mandati. Et latẽ Felin. in c. nomine, de præſump. Et latẽ quoque Tiraquel. de retractu. §. 1. gloſſa. 9. nu. 123. cũ ſequentib. Hic tamen conſenſus tacitus nõ ſufficit, neque locum habet in matrimonio. in eo enim requiritur conſenſus expreſſus, potiſsimum ſi res agatur coram tribunali Eccleſiaſtico.

Conſenſus non negando.

Consensus itẽ tacitus eſt, quũ quis non negat, & pro cõſenſu expreſſo hr.] c. Nonne, extra de præſcriptionib. Vbi Dominus (ut eſt in Euangelio) accuſatus à Iudæis his uerbis: Nonne bene dicimus, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Reſpondit Ieſus. Ego dæmonium non habeo. Duo quippe illata fuerunt ei, unum negauit alterum tacendo conceſsit. Et huic facit, quod notat Angel in l. generaliter, in fine principij. C. de ſecund. nup. ſi quis in præſentia teſtiũ, non irato animo, neque per iniuriam reprehendit aliquem de delicto, & ille tacet, & non negat, nec excuſat ſe, conſentire uidetur, & cõcedere uerũ eſſe. quod ipſi imponitur. adeo, ut ita tacẽdo de ſe, deq; facto obiecto, iudicium præbeat ad torturã ſufficiens, uti etiam teſtatur Hippol. à Marſilijs in ſua Praxi criminali. §. diligẽter, uerſ. Quæro etiam de notabili dubio. Et Ludo. Carrerius, etiã in ſua praxi criminali Ru. de indicijs. nu. 28. Sic & is qui ſimulat, aut fingit uerba aduerſarij non audire, habetur pro expreſſe conſentiente, ob id quod obiecta ſtatim nõ negat. Bal. ad l. 2. C. de bo. quæ liber. Idem in eo qui nõ tacet, ſed dicit. Non cõtradico, uel non nego. ut habetur in gloſſa, & doct. ad c. Per tuas. ad uerbum, Nõ negare, extra de condi. appoſ. Et Cagnolus ad l. qui tacet. ff. de reg. iur.

Conſentire facto.

Sic quoq; conſentire facto, & cõſentire uerbo paria ſunt.] uti teſtatur D. Ioan. Antonius de ſancto Georgio, alias Præpoſitus in c. ad noſtram, nu. 1. extra de coniugio ſeruorũ, per hoc quod notatur in c. dilecti, in gloſſa 1. extra de appel. Sicut itaque uerbis (ut hoc exempli gratia primo dicã) contrahitur matrimoniũ, ita etiam cõtrahitur factis. uti habetur in d. c. Ad noſtrã, in gloſ. in uerbo, Nec facto, & c. Honorantur. 32. q. 2. & l. Sed ea quæ. ff. de ſpõſalib. Secũdo ſicut ratihabitio fit expreſsis uerbis, ita etiam & tacitẽ fit factis l. Paulus reſpõdet. ff. Rem ratam haberi. Tertio ſicut Dominus dicitur approbare contractũ falſi procuratoris, expreſſe hoc dicendo, ita etiam eundem contractũ approbat, ſi id quod in illo cõtractu per talem procuratorem promiſſum fuerat, de facto ſoluat. l. Indebitum. C. de condict. indebiti. gloſſa in l. recuſari, ff. de acqui. hær. Vbi dicit nihil intereſſe, an uerbis an rebus, uel facto quid fiat. Imo. in l. ſi tamen. § Et qui. ff. de ædil. edicto. dicitur, quod multo maius eſt facere, quam pronunciare. Et re uera facta certius, ac fortius uoluntatem alicuius explicant, quam uerba. In uerbis enim fictio ſæpius uſuuenit, quam in factis. de qua re Anchara. conſilio 302. gloſſa in c. dilecti, per illum textum, de appellat. Et Tiraquel. de retractu conuentio. ad finem tituli nu. 75.

Conſentire iudicanti.

Consentire iudicanti, & cõſentire actui, id eſt iudicatorio ſeu litiç. (ut & ſupra diximus, Actui cõſentire) paria ſunt iuxtã gloſſam notabilem, in l. Tunc autem. ff. de re iudi. Et ibi D. Iaſon. Sic itidẽ (inquit) paria ſunt. Conſentire perſonæ facienti actum, & cõſentire ipſi actui. Quocirca ſicut in Magiſtratu, in quo omnes ſũt iudices, ſi quidã ipſorum, aut reliqui omnes ſententiam, aut dicta priorũ magiſtratuum uel dicendo uel tacendo approbent, aut certẽ non reijciant, ea ſentẽtia ab omnibus prolata eſſe cenſetur, ita quoque omnes iudicaſſe, & in priorum ſententiam conſenſiſſe intelliguntur, quando tempore iudicati ſententiæ non contradicunt, aut reclamare non poſſunt. Et ſic legi quæ omnium cõſenſum requirit, conſentiri, & ab omnibus ſatisfieri intelligitur. Quod tanquã candido lapillo notãdum, atque obſeruandũ eſſe monet Zaſius, ad l. Pomponius nu. 7. ff. de re iudica. Atque ideo ſicut à ſententia iudicis is appellare nõ põt, qui in eam ſententiam conſenſit, ita quoque appellare à ſententia non poteſt is qui tacite in eandem ſententiam cõſentit, hoc eſt, qui tacitẽ iudicatum poſt ſentẽtiam approbat, nempe ſi iudicatũ mox ſoluat, uel ſi terminum ſoluẽdi à iudice, aut à parte petat aut exigat. l. Ab eo. C. quomodo & quando iudex.

Cōnſiliarius.

Consiliarii & aduocati cōparant militib. ſtipēdiarijs. Vide ſupra, Aduocatus.

Conſilium petere.

Nullum requiſiuiſſe conſiliū, & reqſiuiſſe conſiliū, ſed tpe incōpetenti, paria ſunt.] Itē. Nullū in ſua cā petijſſe ab aduocatis conſilium, & à magiſtratu petere conſenſum pro conſilio habendo ſed ſero, & tēpore incompetenti, paria ſunt. Simile dicit l. in renunciatione: quam facit emptor uenditori, non enim debet nimis ſero denunciare, ut l. Si rem. §. Quolibet. ff. de euictionib. Vbi aſsiſtentiæ petitio, & denunciatio ab emptore apud uenditorē facta, tunc demum rata, & firma exiſtit, quando ipſi cōpetenti tempore ante, & non ſub ipſa in cōdemnationē exhibetur. Sic ubicunque cōſenſus, uel conſilium requiritur, & is requirens ſerius petit, atq; ob id nil impetrat, ipſi omnino imputandum uidetur, quominus impetret. quia ſcilicet competenti temporo conſilium captandum non petijt. Vide Baldum ad d. l. 1. coln. antepenultima uerſi. Extra quæritur. C. Qui admit. ad bo. poſſ. poſſunt. Et huc pertinet, Quod tutoris authoritas, niſi ſuo tēpore interueniat, nihil operet. §. Tutor autē, inſti. de auth. tuto. & latè de his Bart. cum Iaſone ad l. Si quis mihi. §. Iuſſus. ff. de acqui. hæred. Horum copioſius meminit D. Petrus de Anchar. in c. Cum ueteri, extra de euictionib.

A Concilio recedere.

Ante diſſolutū Conciliū recedere, & ad Conciliū non uenire, paria ſunt.] Itē paria ſunt. [Non uenire in Conciliū, & à Concilio ſine licentia recedare.] Ex quibus notandū eſt, Quod qui uocatus eſt ad Cōciliū puinciale, is nō ſatisfacit uocationi ſi ad Cōciliū ueniat, niſi in eodē cōſtanter duret, & perſeueret. c. Si quis autē, & ibi Præpoſitus notat. 18 diſtinc. Sed hoc intelligendum eſſe puto, quando nulla ex Concilio recedendi neceſsitas urget. Atque ideo ibidem ita ſcribitur. Si quis autem ſynodo adeſſe neglexerit, uel cœtum fratrum antequam cōcilium diſſoluatur, crediderit eſſe deſerēdum, alienum ſe à fratrum communione agnoſcat, nec ſe recipiēdum eſſe putet, priuſquam in ſequenti ſynodo abſolutus exiſtat. Vnde & à ſimili. Si canonicus uocaretur ad electionem faciendam conſtituto temporee, aque electio interim die præfixo ex cauſa non celebraretur, quod fortaſſis canonici præſentes malint adhuc expectare aliquē abſentem, tunc eo tempore durante nō licebit alicui de canonicis præſentib. recedere. Nā ſi eo tpe recederet, id perinde eſſet, atq; ſi non adfuiſſet, aut ſi ſe abſentaſſet teſte Inno. in c. Cōſului. de offi. deleg. Simile quoque eſt in iudicio. Nā ſi reus eēt citatus ad aliquē actū de certo peragendū & actor interim qui ipsū citari fecit, die præfixo non cōpareret, ipſe reus comparens non debet eo abſque licētia recedere à iudicio, niſi & ipſe ueluti non cōparens haberi uoluerit. c. Certum. 11. q. 3. Quando. n. aliquis in iudicium uocatus recedit ſine licentia, is dicitur contumax, & uidetur proteſtari. quod de cætero nō uult ſub illo iudice litigare. c. Finali, de dol. & cont. lib. 6. Clementi. Vnica. eod. tit. Ideoque nec amplius eſt uocandus, quia tunc perinde cenſendus eſt, atque ſi non cōparuiſſet, & ueluti contumax, qui in non comparendo, adeſſe noluiſſet, uti teſtatur Boerius, in Repet. l. Conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & ibi Bal. & alij.

Conſtare.

Constare per partiū ſubſcriptionē, & cōſtare per teſtiū depoſitionē. paria ſunt.] Vel ſic, Paria debēt cenſeri, de partiū uolūtate cōſtare per ipſorum ſubſcriptionem, & conſtare per teſtium depoſitionem. l. In exercendis. C. de fide inſtrument. De quo etiam in l. Scripturas. C. qui potio. in pigno. habean. Et per Bar. in l. Nuda. ff. de donat. Et in c. 2. de fide inſtrume. Vbi dicitur quod in exercendis litibus parem uim obtineant, & teſtiū depoſitiones & inſtrumenta aut publica, aut priuata dummodo per partes uel per alios confecta aut ſubſcripta fuerint. Itē conſtat de pacto quādo id cum bona fide interpoſitū docetur, ſcilicet aut per ſcripturā, aut per alias probationes per quas rei geſtæ ueritas aliquo modo comprobari poteſt. l. Pactum quod bona fide. C. de pact. Vnde etiam fit ut ſubſcriptio ipſa uocetur teſtimonium, nempe quod is qui ſubſcribit, etiam teſtificari uideatur. l. Fina. & ibi Bal. in 2. notabili. C. Si cert. petatur, & habet uim depoſitionis. Idem Bald. ad l. fin in 8. oppo. C. de edict. diui Adria. tollen. Et ſicut teſtamentum poteſt pbari per inſtrumētum à teſtatore ſubſcriptum. l. Hac cōſultiſsima. C. de teſta. ita quoque & teſtamentum per teſtium depoſitiones confirmari poteſt. l. 1. C. eodem ti. & c. Cum eſſes, de teſtament. & amiſſo teſtamento illo proditum eſt poſſe teſtatoris uoluntatem ſolis teſtibus probari. l. teſtium. C. de teſtibus. Docto. in l. 2. C. de bonor. poſſ. ſecundum tabul. Et ſicut teſtibus conuictus non auditur. l. 2. C. Quorum appel. non recipiuntur, ita quoq; non audiendus eſt is, qui per propriā ſubſcriptionem aliquid eſt confeſſus. l. generaliter. C. de non numera. pec. Et teſte D. Matthæo, de Afflictis in ſuis deciſionib. Neapolit. deciſion. 104. nu. 3.

Directo conſtare.

Directo conſtare de actu, uel per media q̄ ad hoc tēdūt paria ſunt.] argumento. l. Si quis ſeu liber, in fine ibi. qd eiu intereſt. C. de natura libe. l. Si uero non remunerādi. §. filiofam. 1. ff. mādati, & Vdalr. Zaſ. in ſuis conſilijs tecondi lib. conſilio. 2. pagina 45. nu. 24.

Non conſtare.

Non conſtare eſſe, & non eſt, ſunt paria.] l. In lege. ff. de cōtrah. emp. D. Vdalr. Zaſ. in l. Inter ſtipulantem. §. Si ſtictū. ff. de uerb. obli. Vbi dicit Iabolenus, quod paria ſunt in fundo uendito non eſſe lapidicinas, & eſſe, ſed eas nō apparere. Ad hunc quoq; modum paria ſunt non eſſe cōſuetudinem, & de ea conſuetudine non conſtare, teſte Ioan. Neuiz. in ſuis conſilijs, conſi. 12. nu. 5. Similiter & paria ſunt, Tutorem teſtō non eſſe datum, & datum quidem eſſe, ſed non apparere quis ſit, ueluti ſi dicat. Titius tutor eſto, & ſint duo eiuſdem nominis, nec appareat de quo Titio ſenſerit. l. Duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tutel. Sic etiam paria ſunt: Non eſſe datum mandatum, & eſſe datum, ſed de mandato dato intra tempus legitimū non cōſtare. de quo late Tiraquellus, de retractu. §. 1. gl. 10. nu. 90. glo. in Clementina Cauſam, de electio. Vide quoque de his infra, Non eſſe, & eſſe, ſed non apparere.

Conſuetudo inueterata.

Consuetudo hominū memoriā ſuperās, & Principis priuilegiū, paria ſunt.] Nam ſicuti Principū priuilegia ſtāt pro legibus & moribus, ita quoque conſuetudines illæ diutiſsimę, de quib. nulla extat memoria in ↄtrariū uim obtinent ceſsionis principum, conſtitutionum, & legū, imo & priuilegium inducunt, adeo ut iuri quodāmodo derogent, ut habetur l. Hoc iure utimur. §. Ductus aquę. ff. De aqua quotid. & æſti. teſte aurea. l. 1. §. Denique ait. ff. De aqua plu. arcen. c. Super quibuſdam. §. Præterea iuncta gloſſa. in uerb. Non extat memoria, extra de uer. ſigni. c. Hæc quippe. 3. q. 6. Et ad hoc ſemper allegat textus in l. Viros C. de diuerſ. offic. & apparitoribus iudicū liber. 12. Et Cin. in l. 1. C. de emācip. libero. Bar. & Pau. de Caſt. in l. Imperium, in fine. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Hæc etiam confirmat D. Franciſ. Mingon in ſuis cōmentarijs ſuper cōſuet. ducat. Andegau. tit. [Des ſeigneurs temporelz & iuſtices, & mores d'icelles. folio lib. mei. 2. uerſic. colu. 2. nu. 2.

Conſuetudo.

Vat. ſic breuis.[Cōſuetudo, & præſcriptio tāti t̄pis cuius initij memoria nō extat in cōtrariū, æquiparatur priui legio a Principe expreſſe, & ex certa ſcientia conceſſo.] Ita tenet D. Iaſ. in l. De quib. n. 43. ff. de legi. & D. Bal. in c. 1. i col. 1. in fi. in ti. Quæ ſint regalia. Et Io. Mō. in c. 2. d̄ p̄ſcrip. lib. 6. cū cæteris iurib. i p̄dicto themate allegatis.

Contractus purus, & conditionalis.

Contractus purus, & cōtractus cōditionalis poſtea purificatus, paria ſunt. Cōditionalis enim cōtractus poſtea purificatus eiuſdem cenſetur eſſe efficaciæ ac ſi pure ab initio fuiſſet celebratus, ut probatur in l. fin. §. Titius, & ibi Ange. & alij notant. ff. de uulga. & pupil. ſubſtit. l. Si pupillus, in fi. ff. de conditionib. inſtituend. l. Sed & ſi de ſua. §. fi. ff. de acquir. hæred. ſic Iaſ. in d. §. Titius, num. 3. & in l. Pro hærede. §. Papinianus, nu. 34. ff. de acquir. hæred. Ita quoque latia abunde comprobauit D. Pet. Paul. Pariſius in ſuis conſilijs, conſilio 11. numeris 64. 65. 84. & ſequentib. in 1. parte conſiliorum, quem tempore & loco opportunis, iuris ſtudioſi, & a rebus publicis uacui conſulere poterunt. Vide quoque infra. Eſſe, & eſſe debere. Quia euentus conditionis trahitur retro, & habetur perinde atq; ſi a principio diſpoſitio fuiſſet pura. Vnde ſi pendente conditione emptor mortem obiret, quia tamen cōtracta, & conſtituta eſt conditio, moriendo tamen hæredes ſuos per eā cōditionem obligatos relinquit, nō ſecus, quam ſi iam demum ipſo uiuente, contracta obligatio in præteritum fuiſſet. l. Neceſſario. §. Quod ſi pendente. ff. de peric. & commod. rei uendi. Sic ſi aliquis ſub certa conditione debitor eſſet, eaque conditio nondum cōpleta aut expirata eſſet, ſed adhuc penderet, certe quā diu ea conditio pendet, & nondum completa eſt, is debitor nondum cenſeri debet, ſed a conditionali debito liber exiſtere uidetur. Vel ſic ei accepto feratur, qui ſub conditione debitor erat, exiſtente conditione iam olim liberatus uidetur. l. Sub cōditione. ff. de ſolut. Sic ſi filiusfamilias ſub conditione ſtipulatus quid eſſet, isque ea cōditione pendente condemnaretur, & poſt hanc condemnationem conditio demum compleretur, tunc non filio, ſed patri actio acquiſita eſſe uidetur, quia in hoc caſu ſpectatur tempus quo contrahitur, & ad hoc idem attribuenda eſt conditio. l. Si filiusfamilias. ff. de uerb. oblig.

Contractus & delicta.

Contractus & delicta ad inducendam obligationē, ſunt paria. l. Omnē. ff. de iudic. ubi Paulus quoq; ait omnē obligationē pro contractu eſſe habēdā, licet nō ex crediti cauſa ſit. Et ideo quemadmodum iudex in decidendo tenetur ſequi conſuetudinē loci, ubi celebratus eſt contractus. l. Si fundus. ff. de euictio. ita etiā debet ſeruare conſuetudinē loci in delictis, ſcilicet ut nō pœnā de iure cōmuni cōſtitutā, & tali delicto impoſitā, ſed ſolummodo ut pœnā per conſuetudinē imponi ſolitam, ſequatur. Et ita tenet Gandi. in tractatu maleficiorū titul. de pœnis reorū, & latius Cyn. & Sali. ad l. cunctos populos. C. de ſumma trini. & fid. cathol. Et ſicut in contractib. inſpicitur initiū tēporis. l. Pomponius. 2. ff. de neg. geſt. & l. 1. ff. de origi. iuris, ita quoq; in delictis inſpicitur tempus admiſſi delicti, adeo ut ſi tempore delicti commiſſi alia pœna ſit impoſita per ſtatutum pro delicto, quam erat t̄pe inquiſitionis, uel ſententiæ prolatæ, imponenda prorſus eſſet alia pęna, quę pro tempore cōmiſſi delicti conſtituta fuerat, quod pluribus exemplis explicat. Et hāc ſimilitudinē explicat D. Præſes Nicolaus Euerardi. in loco, a cōtractibus ad delicta, quem ibidem conſule. Et (ut inquit Paulus) omnem obligationem pro contractu habenda eſſe, exiſtimandū eſt. Atque hinc etiam ſequitur, quod ſicut iudex in deciſorijs tenetur ſeruare conſuetudinē loci, in quo celebratus eſt cōtractus. l. Si fundus. ff. de euictio. ita etiam in delictis attendenda eſt pęna conſuetudinaria loci: etiam ſi de iure communi conſtituta eſſet alia pœna diuerſa: & econtrario. Ciuitas interdū ut ex delicto obligatur, ita & ex contractu. l. Metum autē pręſentem. §. animaduertendū. ff. de eo quod met. cauſ. Item ſicut contrahendo ſortitur quis certum forum, ita & delinquendo certo foro ſubijcitur, ut in l. Hæres abſens. §. Si quis tutelam. ff. de iudic.

Crimen ſcire & non obſiſtere.

Crimen poſtea cognitū nō prohibere, nec prodere, & idē crimen ab initio ſciuiſſe, paria ſunt.] teſte Bal. in l. cū ancillis, numeris 1. & 2. C. de inceſt. nup. Vnde dicit ibi gl. in uerb. Cognitū celauit, quod paria ſunt ſiue quid ſciā ab initio, ſiue id poſtea ſciam, & tamen id cognitum patiar. Euidens enim indicium eſt, quod prætor, aut priuatus quiſpiam, criminis patrati ab initio conſcius fuerit, ſi poſtea idipſum euidenter cognoſcere probibetur, & tamen nec prodat, nec prohibeat. Vnde etiam dicit Bal. per d. tex. Cum ancillis, quod paria ſunt, Sindicus hoc maleficiū a principio ſciuit, & idipſum poſtea ſcire cœpit, aut ad eiuſdem notitiam poſtea peruenit, ſed tūc cognitū nō prohibuit, nec reuelauit, ut patet ex uerbo, uel compertum facinus prodere noluit. Nā non denunciās quod debet denunciare, celare uidet̄ quod prius cognouerat, ut in d. l. Cum ancillis, in d. uerb. Cognitū celauit.

Crimen militare.

Crimen militare quod ſit,] Vide infra Delictum militare.

Crimen non prohibere.

Crimen non prohibere, aut non reuelare, Vide ſupra Crimen ſcire, & non obſiſtere.

Culpa lata.

Culpa lata par eſt cum uerſutia, & æquiparatur dolo, ita ut a dolo nonquā ſeparetur.] l. 1. §. 1. ff. Si menſor falſ. mod. dixer. Vlpianus. Sed & ſi negligēter æque menſor ſecurus erit, lata culpa plane dolo cōparabitur. l. Quod Nerua. ff. depoſi. uel, cōtra. Celſus, Quod Nerua diceret latiorē culpā dolum eſſe, Proculo diſplicebat, mihi quoque uerisſimum uidetur. Nam & ſi quis ad eum modum quem hominū natura deſiderat non ſit diligēs eſſet, hoc eſt, niſi ad ſuum modum omnem curā debitā in depoſito præſtaret, minoremq; curam alienis rebus quā ſuis proprijs impenderet, ia certe fraudis ſuſpitione non careret, ut refert Philippus Decius, in regula iuris, in initio Et idem notatur per gloſſ. & Bar. in l. Quod te. col. 3. in uerb. Verſo ad ultimum. ff. ſi cer. pet. Aliqui porro exiſtimant latam culpā proprie non eſſe dolū, niſi ſuſpectum: quod dolus ſit ex propoſito, culpa non item. At tamen in hoc æquiparātur & conuenire dicuntur, quod quicquid in propoſito poteſt eſſe lata culpa, id etiā ſine dolo eſſe non poteſt. Nam nemo ex propoſito aliquid faciet mali ſine culpa, quātū ad iſtud negocium pertinet. Quocirca ut ſuperiora melius intelligantur, operæprecium eſt ſcire quid ſit lata culpa. Eſt itaq; lata culpa cū aliquis aut uerbis, aut officij ratione bonam alicui fidē ac diligentiam pollicetur, in rebus præſtandis, aut ſeruādis, eamq; fidei integritatē, ac ſummā diligentiā promiſſam, aut officio adiunctā non præſtat, ſed meritiſsime negligit, ob quā negligentiā, alius plerūq; in maximum dānū incidit. Hęc inquā ignauisſima, imo indebita negligētia lata culpa uerſutię dicit̄. Hanc autē pleriq; triſ artā excuſare nituntur, aut per nō conſuetudinē, aut per ignorantiā, aut per non certā intelligentiā, aut per nō præmeditationem. Quæ tamē adeo nō excuſant, ut quiſquis huiuſmodi dānū per negligentē cauſā præbuiſſet, is eiuſdē dāni, aut dati, aut nō inhibiti ex lata culpa reus cēſēdus eſſet.

eſſet, non ſecus, quam ſi dolo malo idem damnum ſimulanter perfeciſſet, aut conniuenter euenire curaſſet. l. Latæ culpæ. ff. de uerb. ſignifi. l. Regula. §. Si filius. ff. de iur. & fact. igno. Idem probat gloſſ. in d. l. Si Nerua. ff. de poſ. Ideoque Principes, duces ſuos, ac Ciuitatum, Caſtrorumq; capitaneos, qui negligenter, parumque fideliter cõmiſſa loca tutãtur, nõ raro ſic de lata culpa puniunt, ac ſi eadem loca doloſe hoſtibus prodidiſſent. Vide te Vdalri. Zaſ. in l. In illa ſtip. per te. n. 12. ff. de uer. obli. & idẽ in l. Ex depoſiti. nu. 5. ff. de actionib. & obligat.

Curator.

CVRATORIS authoritas nõ interceſsit in actu minoris, & Curatoris authoritas interceſsit in actu minoris, ſed minus legitime, paria ſunt. §.]Tutor autẽ. Inſti. de authori. tuto. & in l. Si quis mihi bona. §. Iuſſum. ff. de acquir. hæred. Nã ſicut nulla authoritas excuſat niſi iuris forma interueniat, Abbas ad c. Cõſultationib. de iure patron. ſic nihil quoq; eadem operatur, cum iure autoritas, ubi expreſſa eiuſdẽ iuris abutendi interuenit temeritas. l. Qui teſtamento. ff. de excuſa. tutor. Bal. in. l. Falſus. C. de fur. Sic quoq; paria ſunt, Authoritatem Prælati uel Epiſcopi non interuenire, & eãdem interuenire, ſed minus legitime. Bal. in l. fi. §. Neceſsitatem. C. de bo. quę liber. Imo etiã talis authoritas per curatorem minus legitime præſtita, non impedit quo minus ipſe qui authoritatem dedit, teneatur ad id quod intereſt. l. 1. & ibi Barto. ff. de tutel. & rationib. diſtrahen. Et l. Scire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſat. tut. l. Non putauit, in §. Nõ quæuis. ff. de bo. poſſ. contra tab. & l. 4. §. Condemnatum. ff. de re iudica. cum ſimilibus iuribus infinitis. Huic quoque ſententiæ ad ſtipulatur D. Hippol. de Marſi. in ſuis conſilijs, conſilio 49. nu. 47. in 1. uolu. ſuorum conſiliorum criminaliũ: His item ſuperioribus authoritatib. iuridicis etiã iſtud Pauli cõſentit. 2. ad Timo. 2. Non coronabitur (inquit) niſi qui legitime certauerit. Quiſquis enim rem aliquam facit, eamq; non legitime, id perinde eſt, ac ſi eam rem omnino non faceret.

Damno alterius locupletari.

CVM damno alterius locupletari, eſt expreſſum dolum cõmittere.] Vide infra, Dolus expreſſus.

Dare, ſoluere legata.

DARE uel ſoluere legata, & promittere legata ſoluere, Hęredem pariter ligant. Hæres enim ſi quiſpiam conſtituatur, qui teſtatoris legata inſolidũ ſoluere promiſit, is certe ex promiſſo ſoluere tenetur in ſolidum, & de ſoluendo cautionem præſtare debet. Porro ſi is hæres ſoluiſſet in ſolidũ is poſtea per legem Falcid. non poterit quartã repoſcere partem, ob id quod in promiſsione ſolutionis legatorum, cũ cautione eiuſdem ſolutionis faciendę, & in ſolutione ipſa, eadem omnino ſit ratio. Et ubicunque ratio eſt eadem, ibi quoq; & ius cõſtituẽdũ eſt idẽ, ut loquitur tex. in l. fi. C. ad leg. falci. Et Philip. Decius in ſuis conſilijs, conſi. 280. nu. 5. in 2. parte. Eadem quoque infra uidere licebit in capite, Soluere. Atque hæc etiam in foro conſcientiæ non minus quam in foro fori uera eſſe comperiuntur. Nemo enim quicquam (iure actiuo) promittit, quin idipſum dare ac ſoluere debeat, tam Deo, quam hominibus. Vnde & ſpiritus Dei, per Paul. 1. Timo. 5. damnat uiduas, quæ Deo caſtitatem uouerunt, & nihilominus interim fornicãtur, & laſciuiunt, & poſtquam fornicatæ ſatis fuerint, ad onus Eccleſiæ nupturæ ueniunt. Has inquam uiduas poſt uotum fornicatrices Paulus uitandas ſuadet, eo quod factam Deo pollicitationem feciſſent irritam, & uidualem caſtitatẽ non fideliter ſeruaſſent, quam Deo ex uoto debuerant.

Dare, & Acceptum ferre.

DARE, uel ſoluere, & acceptum ferre, uel fateri accepiſſe, paria ſunt.]l. Si fundum. §. Titio, iuncta gloſſa in uerbo Poteſt. ff. de leg. 1. Vbi ait Iulianus, Titio fundum do & lego, ſub hac conditione, ſi hæredi meo decem dederit. Iã ſi contingeret quod hæres Titio decem debuiſſet, & hæc decem Titius ab hærede accepta feciſſet, certe fundum eũ tũc Titius ſibi optimo iure liberum uendicare poſſet, quia tunc Titius per eam cõfeſsionẽ hæredis liber a conditione teſtamenti exiſtit. Confeſsio enim acceptationis a ſolutione facienda liberat, & quo ad conditionẽ implendã pro ſolutione habetur, teſte Bar. ibi, & Iabolenus in l. Si mulier. ff. de condict. ob cauſam, ubi dicit quod nihil ad ſolutionẽ referat, ſiue ea cũ pręſenti, ac numerata pecunia fiat, ſiue ad eam acceptilatio pecuniæ interueniat. Vnde & Paulus perinde eſſe ait, ſiue quis alicui ob calumniã faciẽdã pecuniã dederit, ſiue illã promiſſam pecuniam acceptam tulerit. l. 2. ff. de calumniato. Et ideo generaliter in l. Si quis ab obligatiõe. ff. de reg. iur. dicit. Quod ſi quis ab obligatione alicuius ſummæ numerandæ liberaretur, is quodammodo eam ſummam accepiſſe ſibiq; numeratam eſſe cenſebitur. Nam ſecundum hanc conſiderationem ſibi retinere, & alteri dare, uel perſoluere promiſſum inter ſe conueniunt. uide ibi Doct. & Feli. in c. Veniẽs, de teſtib. l. Iulianus ait. ff. de cond. & demon. l. Si mulier. ff. de condict. ob cauſam. l. 2. ff. de calum. Et D. Albe. de Roſate in d. l. Si fundum §. Titio. Quid autem proprie ſit dare, & quomodo in cõtractibus, & quomodo in libellis ponatur, uide plenius per Bar. & alios. in l. Vbi autem non apparet. §. fi. ff. de uerb. obligat. Et Ale. in l. Si quis nec cauſam. ff. Si certum petat.

Dare inuitè.

NON dare, & inuitè ſeu coactè dare, quo ad uitiũ, ſeu peccatum uſurarum, paria ſunt.] Vt notat D. Laurentius de Rodulphis in tractatu ſuo de uſuris nu. 37. Paria quoque hæc ſunt, quo ad ciuilitatem humanã, ſicuti probat hoc commune prouerbium contrarium ſcilicet, Bis dat, qui cito dat: hoc eſt, qui libenter & ex liberali animo dat, bis dediſſe cenſetur. Igitur à contrario qui illiberaliter, & inuitè dat, is omnino non dare dicitur. Quo circa & in ſacris huic conforme dicitur. Hilarem datorem diligit Deus. Vnde & Chriſtus mulierculæ pauperis duo minuta prætulit magnificis diuitum donarijs, in gazophilacium miſsis, Matthæi 12. nempe quod ea hilariter, & non ex triſti animo contulerat.

Datum in Inſtrumento.

DE datis inſtrumẽtorũ.] Vide infra ſub titulo, Inſtrumẽtũ.

Debitor impeditus.

DEBITOR qui impeditur ſoluere.] Vide inferius titulum, Impeditus.

Decedere.

DECESSIT ſine liberis, aliqñ par eſt eſſe eo, Deceſsit ſine hærede.] l. Ex facto. §. fi. ff. ad S. C. Trebel. Vbi dicit Vlpianus. Si quis ita fideicommiſſum reliquerit. Fidei tuæ fili committo, ut ſi ſine hærede deceſſeris, reſtituas Seio hęreditatẽ. In eo enim caſu D. Pius reſcripſit hoc fideicõmiſſum ſentiendũ eſſe de liberis, & non de alijs hæredibus. Cuius ſniam imitatus eſt Bertrandus in ſuis conſilijs, conſilio 176. num. 9. lib. 2. Et poſt hunc Caſtrẽſis, qui dixit. Si illud fideicommiſſum intelligendũ eſſet de quibuſuis hæredibus, id nunquam ad Seium perueniret, imo nunquam ſuum ſortiretur effectũ, quia is filius aut nunquam aut certè uix ſine ulla hæreditate mori potuiſſet, ſed de his omnibus hæredibus, & quibuſcunque hæ-

redibus

redibus non uidetur fuiſſe mentem patris eam fidē committentis, ſed tantum de ſui filij futuris liberis, & non de alijs. Ea namque liberorum appellatio aliquādo tam latè extenditur, ut etiam extraneos quoſque hæredes in ſe comprehendat. teſte. l. libertum. §. t. ff. de ritu nupt. Teſte quoque S.C. quod prohibet ne tutores, aut tutorū liberi in uxorem ducant ſuas pupillas, certè non ob aliā cauſam, quam quod hi tutores, aut tutorum liberi, ſub titulo hæredum plerunq; cenſeantur. Sed quo pacto accipiendæ & intelligēda ſit iſthæc hǣditas, latè notat Ioan. de Imol. ad l. Quod dicitur. ff. de uerb. oblig. Et Caſtrenſis & Romanus, ad d. l. Ea ſ. cto. § fi.

Decretum Iudicis.

DECRETVM iudicis æquiparatur ſententiæ iudicis.] Teſte Bal. in l. 1. C. de contrah. empt. cuius mentionem copioſius feci in mea Subhaſtationum compendioſæ exegeſi. c. t. fol. 164. nu. 23. & 32. in poſtrema editione, quò lecto rem prolixitatis euitandæ cauſſa remitto. De iudicis autem decreto hoc obſeruandum eſt. Si Paduanus quiſpiā uenditorem ſuum exiſtentem in territorio Parmenſi citaſſet ad ſuum iudicem Paduanum, & uenditor cōparere nollet, niſi coram ſuo iudice Parmenſi, hic oritur quęſtio uter iudicum ſuum decretū interponere debeat, an Paduanus, an Parmenſis? Certe (inquiunt) uterlibet iudicum per ſe poterit interponere ſuum decretum; tam iudex loci ubi contrahitur, quam iudex loci ubi res ſita eſt, quia coram utrolibet emptor conueniri poteſt. Nam habet uterque iudex iuriſdictionem in ipſum citatū emptorem, unde & decretū alterutrius iudicis interpoſitū pro ipſa ſententia, ſiue pro iudicato æquiparādū erit. Atque hinc etiam fit, quod decretum in praxi uocetur ſententia interlocutoria. De quo late Feli. in c. Conſultationem. De offi. deleg. & adiudicatio. Doct. in l. fi. §. Si plures. ff. de damno infe. Sed hac de re quomodo ſcilicet decretum, & ſententia inter ſe conueniant, & quomodo inter ſe diſcrepēt, latius uidebis apud Baldum, Mantua & alios. Item apud Iaſonem ad l. Nec quicquam. §. Vbi decretum. ff. De offi. procura. Et apud Speculatorem, de reſtitu. in integ. §. 2. in fi.

Defectus eueniens.

DEFECTVS ab initio adeſt, & defectus poſtea ſuperuenit, parificantur.] Sed in ſtipulationib. conditionalib. quia utrobiq; ad tpa euentus conditionis inſpicitur ſicuti tenet Vdalri. Zaſ. in l. Exiſtimo, nu. 17. ff. de uerb. obligat. Ad hunc quoque modum uidemus, quod ſuperueniēs defectus in titulo, ſæpiſsime interrūpit uſucapionē, ut in l. Quæſitū. ff. de acqu. re. domi. Vbi hæres non pōt præſcribere rem legatā, quia in re titulus pro hærede extinguitur cum dominium ipſo iure tranſeat in legatarium. De qua re latius uide apud Bart. ad l. Naturaliter. nu. 6. ff. de uſucap. & facit l. Ex quæ. §. fi. C. de temporibus in integr. reſtitu. Et certe caſus ſuperueniēs ſi eſſet talis, qui ab initio impediuiſſet actum, is quoque & nunc actū impedire debet, niſi potior ratio obeſt. De quo multa elegāter Tiraquellus, in li. Ceſſante cauſa, in 14. limitatione. Sic & contra. Si uxor uidens mariti prodigalitatē, aut infortunium, dotē petat ſuam aut exigat à ſuo marito unde uiuat, propter ipſius mariti quam uidet futuram aut præſentem inopiam, iſque maritus è paupertate poſtea emergat, & diues fiat, totam dotē cum retrodebitis reſoluat oportet, teſte Pet. Ferr. in forma libelli quo uxor agit ad dotem, in uerbo, Vxor quædam, licet alij contra ſentiant, ſicuti Tiraquellus prędicto loco commonſtrat.

Defenſus illegitime.

NVLLO mō eſſe defenſum, & non legitime eſſe defenſum, ſunt paria.] l. Quia abſente. C. de procur. Vnde & uxor quæ abſentē maritū defendit, tanquā non defendēs habebitur, ita tenent Bal. & Iaſ. in prædicta. l. Quia abſente, ubi dicunt: Ab uxore eſſe defenſum, eſſe nō legitimè defenſum, & per conſequens nullo modo eſſe defenſum. Vbi tamen notandum eſt, Quod ſicut uxor in rem ſuam procuratrix eſſe poteſt, ſic etiam mariti legitimè abſentis cauſam defendere poteſt, imo etiam ipſius mariti ceſſionem, Baldo & Iaſone in prædallegato loco teſtib. Dico legitimè abſentis, q̄a ſi maritus ex iuſta cauſa abfuiſſet (licet ab uxore non ſat legitime in quibuſdam cauſis defendi deberet,) & ab uxore in cauſa ceſsionis defenſus fuiſſet, reſtituitur tamen, & non dicit̃ legitimè defenſus, etiam ſi uxor pro eo defendendo cōparuiſſet. Vxores enim à uiris defendi debent, non contra. §. Patitur, inſt. de iniurijs, ubi dicitur, Defendi enim uxores à uiris, non uiros ab uxoribus, æquum eſt. l. 2. ff. eod. tit.

Delictum militare.

EQVOS ſuos, puluerē, globos, aliaq; militaria arma diuendere, par eſt, cum delictis militarib. Vide Bal. in l. In teſtamento. 2. C. de teſta. mili. Ad hunc modum liberos ſuos, idq; genus reliqua Eccleſiæ ornamenta diuēdere, delictū eſt clericale. Et multa huc adduci poſſent D. Nicol. Euerardi, in loco à milite armatæ militiæ ad militē cęleſtis militiæ, & ex Rebuff. in tractatu De lib. ſcholariū.

Delictum & Contractus.

DE delicti, & ꝯtractus æqualētia.] Vide ſupra, Cōtractus.

Deportatus.

DEPORTATI mortuorū loco habēdi ſunt. Vlpianus in l. 1. §. Qui habebat filiū, ibi deportatos. n. mortuorū loco habendos ff. de bono. poſſ. contratab. & ibi Barto. l. Actione. §. Publicatione ibi. Nam eū in eius locum alius ſuccedit, pro mortuo habetur. ff. pro ſocio, & l. Si necē domini. §. Si deportatus, ibi qui mortui loco habetur ff. de bonis liberto. Filius non capax inſtar habendus eſt mortui. Hæc autem deportati & mortui æquiparantia intelligenda eſt ſane, ſcilicet quantum ad multa, non aūt quo ad omnia, iuxta allegata per gloſſam in uerbo Pro mortuo habetur. ff. eodem tit. Pro ſocio, & §. Publicatione, inſtitu de ſociet. & notatur in l. 1. C. de hæred. inſtituen. & ibi Bar. l. Gallus. §. Et quid ſi tantum. ff. de liber. & poſth. Et D Bal. de Vbaldis in ſuo tractatu, ſuper pace Cōſtantiæ, in princ. num. 3. De his quoque conſule inferius Caput, Mors, & ſupra Carcer. Reliqua uide ſupra, Bannitus.

Depoſitum.

SPONTE alicuius depoſitū in domū recipere, & ſimulanter permittere, ut aliquis rem ſuam in domum ipſius deponat, paria ſunt.] de quo tex. eſt in l. 1. §. fi. ff. de iure dot. in uerſ. Quid n. intereſt, an res inferantur cū alicuius permittente uoluntate in domum ſuam, an eidem ipſi ſeruāda tradant? Pro quo facit l. Pecuniam ff. de ſolu. Sed hic caſus non eſt uniuerſaliter uerus, ſed tantū in caſibus ibidem expreſsis, & ſimilib. ſcilicet, in quib. oritur quęſtio. An is qui uidet aliquem rem ſuam in domum ſuam reponere, & ſimulanter id permittat, an inquam hoc permittendo uideatur tali repoſitioni conſentire, & per ꝯſequens tali repoſitioni furtiuæ eſſe obnoxius? Ad quā quæſtionem quidam affirmatiuè reſpondent, quod ſic, per dictas leges. Sed alij tenent contrarium, & hoc non eſſe uniuerſale, nec locum habere in nauta, caupone, & ſtabulario, in quorum ædes, aut nauim uidentur quiuis poſſe importare ad cuſtodiam, quæ uolunt, quæque ipſi nautæ, ſtabulario, aut cauponæ, importare permittunt, abſq; eo quod per hoc in damno uenire debeant. Nam hi citra ullam perſonarum conſiderationem omnib. citra delectum ad cuſtodiendas res ipſorum ſeruiunt, omniumque rebus ſeruandis & cuſtodiendis ſeſe ex offi-

cio

cio impendunt, easq; ſaluas fore promittunt. l. 1. § Recepit. ff. ut nau. coupo. ſtabul. In alijs uerò ciuium domibus eſt commune ius in contrarium, ut dicit Ludo. Roma. ad l. Quæ dotis in fi. ff. ſolut. matri. Et Cyn. & alij ad l. Inuitus. C. de procurato. Et hoc quoque tenet Specul. per illum textum, in tit. de Furtis. §. 5. uerſ. Quid ſi res. Et Alberic. de roſate in 2. parte ſtatutorum q. 174. incip. Talis quæſtio &c. circa mediũ, uerſiculo. Hoc item ſubſcribit D. Hippol. de Marſilijs in ſuis conſilijs criminalibus, conſ. 23. nu. 4. 5. uol.

Depoſitarius.

Depositarivs, & cõmodatarius ĩ iure parificanť, quo ad non poſſeſsionẽ.] §. Poſsidere autẽ. Inſt. de interdi. Poſsidere autem aliquid (inquit Iuſtinianus) quiſq; uidetur, non ſolum ſi per ſe ſuoque iure poſsideat, ſed etiam ſi alicuius alterius nomine eam poſſeſsionẽ habeat, quocumque id titulo fiat, & quãuis is eius iuri ſubiectus nõ ſit, qualis eſt colonus & inquilinus. Sic illi quoque apud quos aliquis quicquam depoſuit, aut quibus aliquid cõmodauit, idipſum depoſitum, aut commodatum ſuo modo poſsidere uidentur.

Dicere obſcurè.

Aliqvid nõ dicere, & dicere ſed id obſcurè, paria ſunt.] Vt teſtatur Franciſcus Aretinus, in l. Qui ex plurib. ff. de uerb. obli. l. de ætate. §. Nihil intereſt. ff. de interroga. acti. Vbi tex. dicit, quod nihil intereſt, an neget qs, an taceat interrogatus, an obſcurum uel dubium reſpondeat, ad hoc ſcilicet ut incertum & dubium relinquat interrogatorem. Et ideo quidam putant non eſſe admittendã illius reſponſionem, qui ſe dicit de interrogato dubitare, de quo per gloſſam ibi. Et ita etiam dicit Ioannes de Neuizanis, conſilio 8. nu. 69. Imo contra tales præſumitur, quod per ignorantiam non audeant dicere ueritatẽ certam, teſte Anch. conſ. 390. inci. Chariſsime. Et late Bart. in diſputatione ſua 14. uerſic, Secundum hoc. Vnde etiã obſcura ſtipulatio habetur pro nõ facta, reſpectu articuli obſcuri. l. Veterib. ff. de pact. Sic quoque paria cẽſenda ſunt. Citationem nõ eſſe factam, & obſcurè eſſe factã, teſte Baldo in l. Hac conſultiſsima. C. qui teſtam. facere poſ. Obſcurum autem dicitur, quod ex ſe non bene poteſt intelligi, hoc eſt, quod per apertam naturam uerborum, uel per uſitatam loquẽdi conſuetudinem non ſatis intelligitur, ut ibi ſecundum eundem.

Difficile.

Difficilia, & Impoſsibilia & ſic difficultas & impoſsibilitas æquiparanť.] l. Nepos Proculo. ff. de uerb. ſignifi. c. Breu. de iurei. Et Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 33. uerſi. Secundum notabile, De conſt. Impoſsibilia enim uel nimis difficilia, ſunt extra naturam humanam, ut inquit Bald. in c. Cum acceſsiſſent, col. 4. de conſt. Hæc ẽt comprobauit Ioan. de Neuizanis in ſua ſylua nuptiali fol. 17. col. 4. Et l. ſi familiæ herciſcundæ. ff. Famil. herciſcun. Vbi Vlpianus (inquit) Si familiæ herciſcundæ, uel de communi diuidundo iudicium agatur, & diuiſio tam difficilia ſit, ut penè impoſsibilis eſſe uideať. Huius mentionem facit D. Ioan. Oldẽdorp. de copia uerborum & rerum, ſub uerbo, Impoſsibile. Et infra ſub capite, Impoſsibile.

Difficulter.

Rem cum difficultate proſequi, & rem perdidiſſe, uel non habere, paria ſunt.] Vide infra, Habere.

Diligi ut frater.

Diligi uel haberi ut frater, uel nominari frater, & fratrẽ eſſe in iure quantũ ad hrẽdis inſtitutionẽ, ſunt paria.] Vt notatur in l. Nemo, uerſ. Qui frater non eſt. ff. de hrẽd. Inſtitue. Vbi dicit, quod paria ſint. Si quis frater nõ eſt, ſed tñ frater uulgò uocetur, & fraterna ſimul charitate diligatur, & excipiatur, is rectè cum ſuo nomine, ſub appellatione fratris hęres inſtituitur, Iuncta gl. ibidẽ in uerbo Inſtituitur, allegãte aliquot leges, quas ibi uidere licet. Et gl. in l. 1. C. In quib. cauſ. colon. l. 1. in 14. col. uerſic. Quin & iſtud de ſingulari amico quoque intelligẽdum eſt. Singularis. n. & familiaris amicus appellatione ſuorum in hæreditatem hoc nomine uenire poteſt, ut tenẽt Cy. & Saly. in l. Maritus. C. de procurato. Et Bartholomæus a Chaſſenæo in ſuis commentarijs conſuetudinũ Burgundiæ, qui ibidem euiſdẽ eſt ſententiæ, in tit. (Des droictz & appartenanzes à gens mariez.) §. 5. nu. 25. fol. in lib. meo. 141. Ipſe quoque idem re, & exemplo in celeberrima ciuitate Brugẽſi comperi, ubi quidam Petrus Hanſmannus conſecutus eſt hæreditatem cuiuſdam Georgij [myn Heere,] ſolũ ex eo qđ is Petrus, & Georgius (ioco ne, an ſerio neſcio) ſeſe mutuo cognatos compellare conſueuerant. Atque his conforme eſt, quod in ſacris Dauid Ionathan, quem inſumè dilexerat, fratrẽ uocat. 2. Regum. 1. dicens: Doleo ſuper te frater mi Ionatha, ſicut mater unicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam. Vide de his infra, Facere difficulter.

Diploma.

De Bullis, ac pontificum Diplomatib. Vide infra. Gratiæ Papales.

Diſponere.

Disponere limitatè, & diſponere perfectè, in eodem cõtextu uerborũ limitata, paria ſunt,] Vel breuius ſic. [Paria ſunt, limitatè diſponere, & perfectè diſponere.] l. Lucius. §. Quæ habeat. ff. ad S.C. Trebel. & l. ſi certarũ. ff. de teſta. tutel. Et dominus Pau. de Caſt. in ſuis cõſilijs, conſ. 313. incip. Poſtremo res iſta ſatis clara uidetur, nu. 5. ubi paria ſunt, Si uxor diſponat diſtinctè, & ſi de bonis ſuis ad utilitatem uel nepotis diſponat limitatè, hoc eſt ſi uno eodemque teſtamento, & pro cuiuſque qualitate, & ſecundum pręcedentia, & ſequẽtia limitatè diſponat. Verbi gratia. Si uxor ſub hoc contextu uerborum locuta ſit, Peto ut quicquid ea hæreditate mea ad maritũ peruenerit, id reſtituat Gaio filio noſtro, ita tamen ut decẽ quidem uncias Gaius habeat, duas autem uncias Seius nepos habeat. Hæc uxoris uerba perinde habenda ſunt, ac ſi limitatè & diſtinctè dixiſſet, Volo decẽ filio meo, & duas nepoti reſtitui. Vbi etiam notat Bar. quod paria ſunt, ab initio per partes relinquere, & relictũ ſimpliciter per partes modificando diſtribuere. Quod per hoc exemplum manifeſtius fiet. Si quiſpiam pro diuerſis delictis per unam ſententiam condemnatur, in ſummam centũ & quinquaginta aureorum, isq; idem cõdẽnatus pro uno maleficio ſoluat nonaginta, pro alio uero ſexaginta, &c. Id perinde eſſet & æquè ſentẽtiæ ſatisfaceret, ſi ſic particulatim et limitatè ſingulis quaſi delictis perſolueret, ac ſi generali ſententiæ ſimul ſatisfaceres, aut ſi ſentẽtia particulatim ſingulis delictis ſua limitata pœna per ſententiam impoſita fuiſſet.

Diuinum publicum.

Divinum et publicum æquiparantur.] Vide infra, in uerbo, publicum.

Diſpoſitio.

Diſpoſitio { Legis / Statuti / & / Teſtatoris } paribus paſsibus ambulant.

Vt dicit Franciſ. Curtius in ſuis conſilijs, conſi. 44. colu. 5. qui allegat Baldum in l. Penult. C. de uerbo. ſignificat. Bar. in l. Si quando. §. 1. ff. de lega. 1. Et Vdalr. Zaſ. in ſuis conſi-

conſilijs, conſilio 18. pagina 345. numero 30. cum ſimilibus.

Diuortium.

DIVORTIVM, & ſeparatio thori æquiparantur,] ut teſtat Iaſon in l. 1. col. 1. uerſi. 4. fallit, & uerſi. ſeq. C. Vnde uir & uxor. Hoc ēt confirmat D. Ioan. de Neuiza. in ſua ſylua nuptiali, ſolio 21. colum. 1. in princip. Et ideo quamuis hodie ſecundum ius canonicum non permittatur diuortium, quia tamen ſeparatio thori ſuccedit in locū diuortij, iudicant Eccleſiaſtici quod ſicut uxor amittit priuilegiū in bonis ſuccedendi marito diuiti, quando inter ipſos nullitatis diuortiū ante mortē mariti interuenit, ita etiam ea uxor ſucceſsionis priuilegium amittit, quādo ex mala gratia interuenit ſola thori ſeparatio iuxta tex. in l. 1. ff. Vnde uir & uxor, qui textus apertè requirit. Quod ſicut matrimonium per ſeparationem thori non tollit, ita nec ſucceſsio bonorū extinguitur, ſed ea uxori uſq; ad mortē mariti manet integra, ita ut quāuis à mariti thoro ſeparata fuerit, poſt mortē tamē mariti in domum hēditariam, atq; adeo in bonis mariti ſuccedit, nō ſecus quàm eidem ſuo marito in thoro maritali perpetuò coniuncta fuiſſet, uti teſtatur glo. in c. Licite 32. q. 7. Et Doct. in c. Fraternitatis, de frigid. & malefici. Et ideo ſecundum Romanum. in d. l. 1. nu. 6. quamuis ſtatutū eſſet, quod mater teneretur relinquere dotē ſuā æqualiter filijs tam primi, quàm ſecundi matrimonij, id ſtatutum deberet intelligi, ſi ea uxor tempore mortis ſuæ adhuc cum marito ſuo in matrimonio iuncta fuiſſet, & ab ipſo nec per diuortium, nec per thorum ſeparata fuiſſet.

Diuiſio.

DIVISIO iudicis cōparanda eſt diuiſioni patrisfamilias teſtatoris.] l. ſolent. ff. de alimen. & ciba. lega. ubi Vlpianus. Solent iudices ex cā alimentorum libertos diuidere, quoties plures ſunt hæredes, ne à ſingulis hæredib. minutatim alimenta petentes diſtinguantur. quam diuiſionem perinde habere oportet atq; ſi paterfamilias ipſe ipſos libertos diuiſiſſet, & in l. Seruus hac lege. ff. de manumiſsis æquiparantur. Paria enim ſunt adminiſtrationem tutelæ eſſe diuiſam a teſtatore, & eſſe diuiſam à iudice. l. 3. ff. de adminiſtra. tutel. Ex quo rectè argumentari licet a iudicijs ad ultimas, ſicut cōtra ab ultima uoluntate ad iudicia. Vnde ſicut ſeruus à domino ſuo prohibitus manumitti per teſtamētum eiuſdem domini ſui ad libertatem perduci nō poteſt, ita quoque nec ſeruus à præſide, uel præfecto ob aliquod crimen manumitti prohibitus, in libertatem reſtitui poteſt.

Doctrina.

DOCTRINA ſiue Scientia cōparanda eſt cum nobilitate, imo quauis nobilitate eſt potior.] Vide inf. Nobilitas.

Dolus expreſſus.

DOLVM expreſſum committere, & cū aliena iactura locupletari, paria ſunt.] Ita Laur. Calca. in ſuis conſilijs, cōſ. 73. col. 15. & poſt eum D. Vdal. Zaſ. in ſuis conſilijs, conſilio 5. nu. 22. lib. 5. Et ideo ſicut quiſq; dolo in futurum committendo, & actioni ipſius doli conſtituendi renunciare non pōt. l. Iuriſgentium. §. Si cum nulla, & §. adeo. ff. de pact. ita quoq; renunciare quiſq; poteſt ſuę actioni, quam inſtituit, & qua cū iniuria alterius locupletari ſtuduit, ubi nemo ſe purgare poteſt cōtra regulā, quæ hēt, quod nemo cum alterius iactura locupletari pōt, quod ad futurū tempus attinet, uti comprobat Pet. Loriotus ad l. Si me & Titiū, nu. 5. ff. Si cer. peta. Et ideo ſicut iudex ſubſeruire non debet illi, quē cognoſcit agere cum expreſſo dolo, ſic inſeruire non debet illi, qui cum alterius iactura locupletari cupit, aut cū aliena iactura iam locupletatus factus cognoſcitur, ut dicit Laur. Calca. d. Conſilio. 73. nu. 44. per textum in l. 1. §. An in pupillum. ff. depoſiti. ubi dicit, & confirmat tex. Quod ſicut contra doli capacem intentari poteſt actio, ſi quis apud ipſum aliquid depoſuerit, ita quoque intētari poteſt actio contra eum qui cum iactura alterius locupletior factus eſſet non ſecus quam ſi apertus dolus interceſsiſſet. Reliqua de dolo, uide ſupra, Culpa lata.

Dolus ex propoſito.

DOLVS ex propoſito conceptus, præmeditatus, tentatus, & dolus facto cōmiſſus, uel dolus reipſa, æquiparātur,] ut habetur in l. Si quis cum aliter. ff. de uerb. obl. & in l. 2. ff. de doli mali excepti. Pet. de Ancha. in ſuis conſilijs, conſi. 82. incip. Viſis diligenter, cum concord. & conſi. 336. Viſis facta narratione, & in repeti. c. Canonum ſtatuta. in 11. q. principali. Et Boerius in ſuis conſilijs, cōl. 34. nu. 4. Et quemadmodū dolus ex propoſito non obligat iurantem, ut in c. Quamuis, de pact. lib. 6. & in Authentica Sacramenta puberum. C. Si aduerſ. uendit. Ita nec dolus, qui re ipſa propter enormiſsimam lęſionem collectus interuenit, iurantem obligat, ſed in hoc omnimode æquiparatur dolo ex propoſito, ſicuti tenet Petr. Paul. Pariſius, in ſuis conſilijs, conſ. 12. nu. 28. in prima parte, & in conſil. 75. numeris 19. & 20. in 3. parte Hæc ut certius intelligantur, ſcire prius oportet quid ſit dolus ex propoſito, & quid dolus ex re ipſa. Eſt itaq; dolus ex propoſito, cum aliquis præmeditate & ſtudio proponit quibuſcunq; technis uelle alterū decipere. Dolus autē re ipſa eſt, quādo aliquis in facto ſuo qđ intēdit, fraudē nullam præmeditatur, ſed ipſius tamē factum interim tale eſt, ut propter enormē læſionem dolum in ſe contineat, & de dolo commiſſo accuſari merito debeat, uelut quando aliquis in contractu emptionis & uēditionis, aut in ſimili ultra dimidium ualorē exoluere promittit. In hoc inquam contractu, & uenditor iuſte uendere uidetur, & emptor iuſte emere uulgo dicitur, & utrioque omnia ſincere acta putantur, quia decipiendi propoſitū ne utrobique apparet, nihilominus quia enormis læſio, ſcilicet ultra dimidium iuſti pretij ibidem contigit, certus dolus interueniſſe præſumitur. Atque ideo ſecundū Zaſium ibidem nume. 3. ſicut tam contra ſtipulationem in qua fuit ex propoſito dolus exhibitus, datur exceptio doli, ita etiam datur exceptio contra ſtipulationem, in qua res ipſa per ſe dolum habet. Qui quidem dolus in facto uel tunc apparere incipit, quando altera pars ex illo contractu promiſſum petere & exigere pergit, tunc demum enim dolus commiſſus, & natus apparet, & pro dolo reipſa cognoſcitur. Idem etiam confirmatur per exemplum in l. Lucius, in fine. ff. ad Trebel. Exemplum ſic habet. Hæres quidā grauatus fuit Titio reſtituere hæreditatem, hic credebat eam hęreditatē fuiſſe exiguam, & Titius hoc idem credebat. (quia non ſemper patēt uires hæreditariæ) & hi duo ita ſimul inter ſe ſub hac conditione conuenerunt, quod Titius reciperet centum florenos pro ſuo iure. Hic contractus utriq; gratus, & ab utroque receptus uidetur debere eſſe ratus, quia nullus prima fronte apparuit dolus, nec dolus ab alterutro etiam præmeditatus fuit, re ipſa tamē contingeret, quod Titius per aliquam occaſionem perſentiſceret ſe enormiſsime fuiſſe in eo contractu læſum, imo ſere ad quadruplum deceptum, poterit profecto de ea deceptione poſtea conqueri, & dolum ex re ipſa prætendere poterit. Et ob hunc prætenſum, & probatū dolum cōtractus reſcinditur, & Titius in integrū reſtituetur, ſic ut hæres ipſi ſupplere cogatur, ne nimis enormem læſionē contra æquitatis rationem ſuſtineat, iuxta l. 2. C. de reſcind. uendit.

Dominus inhabilis.

DOMINVS inhabilis, & nō Dñs, in iure æquiparādi sūt.] Sic ut

ut quod a domino inhabili fiat, a non domino fieri cenſeatur. Nihilominus ſi is dominus inhabilis, poſtea efficiatur dominus habilis, depoſitio ſemper æque bene ſuum ſortitur effectū, ac ſi prius a domino habili facta fuiſſet. l. Rem alienam ff. de pigno. actio. Vbi (Paulus ſic inquit) Si rem alienam pignori dediſſes, ac poſtea eiuſdem rei dominus eſſe cœperis, ualida permanet oppignoratio alienæ rei prius facta, & creditori, cui res oppignorata fuit relinquitur actio pignoratitia, uti probatur per textum in l. cum res. C. Si aliena res pigno. da. eſt. Hic enim ſic ait. Si res quæ nec dum in bonis debitoris eſſet, pignori data eſſet ab aliquo, isq; poſtea in bonis eius eſſe inciperet, ordinaria quidē tunc actio ſuper eo pignore ipſi non competeret, ſed tamen æquitas hoc requiret ut tunc actio ueræ oppignorationis contra ipſum cōcedatur, tum quia rem alienam, ut ſuam oppignorauit, tum quia debitor bona fide eandem rem ut ueræ ipſius pignori accepit, poſtremo, quia is debitor ſub titulo bonæ fidei contra eundem oppignoratorem, contraq; ipſius pignus fidem & promiſſum ipſius diligenter procedit, uti notatur in l. Qui balneū. §. Titia. ff. Qui potior. in pigno. habean. & l. Si quis alienā ff. de act. emp. Et l. s. in princip. & l. a. ff. de except. rei iudica. Et l. Si a Titio. ff. de rei uendic. & l. Apud Celſum. §. Si a Titio. ff. de doli mali except. Et l. Filiā Fratrib. ff. Ad S. C. Trebel. & l. Quod in rerum. §. 1. ff. de legat. 1. Præterea huic ſeruit, quod uulgo apud iuriſperitos dici cōſueuit. Cū aliquid uenit ad eum caſum, a quo incipere potuit, illud in ſe reconualeſcit, hoc eſt, eandem uirtutem inducit, ac ſi eodē tēpore eandem rem confeciſſet. l. Si rem. ff. de uerb. obli. Et l. minorem. ff. de ritu nupt. Et l. Interuenit. ff. de legat. præſtan. Et l. Cognatis. ff. de reb. dub. Et l. 1. §. t. & §. Si quis. ff. de legat. 3. Itē quoq; tenuit D. Andræas Tiraquellus in legib. connubialib. & iure maritali. glo. 6, ibi. [De lon mari,] charta 183. nu. 97.

Domus.

Domvs paſſim uſurpat̄ ꝑ familia. Vide titulū ✝, Familia.

Donare.

Bona ſua donare, & bona ſua pro modico uendere, paria ſunt.] Quia qui pro modico ſiue uiliſsime rem ſuam uendit, is quaſi eandem rem donare uel dare præſumitur. l. Apud Celſum. §. Si quis autem. ff. de doli excep. Cin. in l. 1. C. de pact. in 6. oppoſitione in ultimo quæſito.

Donare Filio peculium.

Filio prodigo donare liberā peculij ſui adminiſtrationē, & idem peculium perdere, in iure ſimilia ſunt.] Vulgatiſsima l. Filiusfa. ff de donat. in ſui exord. Donare enim quicquam filio, qui illud utiliter adminiſtrare, & expēdere non ualebit, id prorſus eſt hoc ipſum perdere, teſte l. Cotta iuris. §. Si filius ff. de pact. Et l. Si filiusfa. ff. Ad S. C. Maced. Et l. t. §. 1. ff. Quæ res pigno. oblig. nō poſſ. Et l. Sicut. §. An paciſci. ff. Quib. mod. pign. uel hypoth. ſoluitur. Vide quoq; glo. in uerbo, ut perdat, plura allegantē in d. l. Filius familias. Vbi in eadem uulgatiſsima l. Vlpianus quidē dicit, quod talis filiusfamilias, cui ſcilicet pater liberam rerum ſuarum uel peculij ſui adminiſtrationē conceſsit, omnino donare non poſsit, nempe ut ipſius peculij perdendi licentia coerceatur, & non perdat quod pater ipſi ad bonum duntaxat finē conceſsit. Non enim ad hoc ei conceditur libera peculij adminiſtratio, ut ipſum perdat, ſed ut ad lucrū utiliter expendat. Verū hic occurrit quæſt. Si pater iuſta ratione motus tale peculium donaſſet filio, an hoc caſu ualida cenſeri debeat donatio. Ad quam ibidem reſpondetur, quod eo caſu locum habeat donatio, & ualeat. Item, Quæritur. Si quia pater filiofamilias liberam peculij adminiſtrationē conceſsiſſet, imoq; etiam nominatim adieciſſet, ſic ſe ipſi eam liberam adminiſtrationē conceſſiſſe, ut & ipſe quoque idem peculium donare poſsit, quæritur inquam an hoc caſu locum habeat donatio. Ad quod indubitanter quoq; reſpondendum eſt, quod locū habeat, quodq; tūc id peculium alteri donare poterit, & per hoc non cenſebitur mox ſuum peculium perdere. Sunt enim multę occaſiones quando donare non eſt perdere ſed potius cōtra, eſt parcere & maxime ſeruare. Veluti ſi quis aliquid donaret pauperibus, aut propinquis, aut amicis, uel pro quadam eleemoſyna, uel ex exoneratione conſcientiæ, uel ob quædam officia ipſi præſtita, certe hoc donare nō eſſet perdere, ſed potius acquirere, lucrari, ſeruare ac ēt ſoluere. Et ideo hæc donatio etiā eſt Prælato permiſſa fieri de rebus eccleſiarum, dūmodo ea metas æquitatis non nimis excedat. c. Cæterum de dona. Quin & ſi filius donaret pauperibus quicquam eleemoſynæ cauſa, ſueq; ſalutis ſtudio, ualet quidem ea donatio, modo nimis nō ſit exceſsiua, & non dicetur hæc donatio perditio, ſed potius eleemoſyna, & lucrum animæ teſta Roma. ad d. l. Filiusfa. nu. 6.

Donata, & Legata.

Donata, & Legata in iure ſunt paria.] l. Marcellus. §. Paulus, & ibi Bar. iuncta ibi gl. in uerbo reuocatæ ſunt. ff. de donat. cauſ. mort. quæ tamen gloſſ. ibidem aliquot exceptiones, ac diſtinctiones, ſeu potius differentias ponit. Similes differentiæ annotantur ad. §. Primum, inſtit. eod. titulo. quas cauſa breuitatis hic omittimus ſtudioſis ibi obſeruandę.

Donatio in articulo mortis.

Donationes mortis cauſā ſeu in mortis articulo, legatis comparātur. Per expreſſam l. Illud generaliter. ff. de donat. cauſ. mort. quæ dicit, quod donationes cauſa mortis factæ, æquiparantur legatis. Ergo e contrario, quicquid iuris eſt in legatis, id quoq; iuris eſt in donationib. in articulo mortis factis, uti habetur in §. Primo, inſti. de dona. qui textus id ipſum expreſſe continet, ibi. Hæ mortis cauſa donationes ad exemplum legatorum redactæ ſunt per omnia, &c. Idem confirmat D. Vdalr. Zaſ. in l. Prima. §. Si quis, nu. 4. ff. Quorum legatorum.

Dormiens.

Comparantvr dormientes furioſis atq; etiam mortuis.] Vel habetur textus optimus in c. Maiores. §. fi. extra, de Baptiſmo. Hanc quoque ſententiā Ouidius poeta confirmat cum inquit: [Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago?] Vnde tales dormiētes ſi quid facto perpetrent, quāuis etiā idipſum ſit nefarium, pro fortuito tamen habetur, & tanquā ab inſcijs factū cenſetur, & per conſequens peccaſſe non dicentur, teſte gloſ. in c. Teſtamentū. 6. diſtinct. Teſte ēt uel ipſo Auguſtino, qui dicit, Peccatū adeo debet eſſe uoluntariū, ut ſi non ſit uoluntarium, omnino nō ſit peccatū. Cum igitur liberū arbitriū non minus in dormiente quā in furioſo ſuum, ut oportet, agat officiū, prorſus fatendum eſt, ut nec furioſum, ita nec dormiētem peccare poſſe, quantumuis etiam aliquid mali, aut per caſum fortuitum, aut per ſolum naturæ impulſum perpetraſſe conuincatur. Vnde etiam fit, quod ſicut furioſus non poteſt alicuius rei poſſeſsionem capere, ita etiam nec dormiens l. prima. §. Adipiſcimur. ff. de acquir. poſſ. De his etiā meminimus in noſtra Praxi criminali recognita c. 84. tit. Qui excuſandi ſint ab homicidio, charta 209. numeris 10. & 11. Et ideo ſicut furioſus non punitur ſi hominem occidat, uel ſi iniuria aliquē afficiat. l. Sed ſi unus. §. Si filiofami. ff. de iniurijs, & quia per omnia abſentis & quieſcētis loco habet̄. l. 2. §. furioſus. ff. de iure codicillorū, ita etiam nec puniendus eſt dormiens, ſi quicquam faciat, quod delictū ſpeciē habeat, aut ſi forte dormiendo hominem aliquem occideret,

deret, uti habetur in Clement. unica, de homicidio. Dormiens enim omni facto furioſo & amenti comparandus eſt, teſte d.c. Maiores, & teſte Iaſone & Romano & Alberico & alijs ad d.§. Adipiſcimur. Deinde quum dormientes (ut ante diximus) parum a mortuis diſtent, & quum mortui (ut palam eſt omnibus) delinquere nõ poſſint, aperte conuincitur nihil culpæ eſſe adſcribendum dormientibus, ſi quid dormiẽdo peccauerint, aut ſi quid mali dormientes peregerint. Hæc tamẽ intelligẽda ſunt ſanius, ſcilicet ſi ipſe dormiẽs eſſet talis, qui ante dormitionẽ ſciret ſe eo piculoſo morbo laborare, ut alijs uim aut mortem inferre poſſet, idque periculum ante mortẽ non præcauerit, haud dubie ipſius præſcientia, & nõ cuſtoditi periculi negligentia, ipſi dormienti, & negligẽti in culpa eſſet, quoniam ſcilicet ſciebat ſe eo uitio laborare, & debitã interim diligentiam non adhibuit, ut omne malum & ipſam etiam occaſionem mali prudenter euitaret, ſicuti cũ multis alijs pulchre, & latiſſime demõſtrat Tiraquellus, in lib. de pœnis tempora. cauſa. 5. Vbi de excuſando delicto a dormiẽte commiſſo plurima recenſet, & explicat. De his quoque uide infra, Furioſus.

Dos, Dotatio, Alimenta.

Dos & alimenta æquiparantur, eiuſdemq; iuris eſſe cenſentur.] Nam quum aliud dos non ſit, quam donatio quędã pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, & præcipuum onus matrimonij ſit alere familiam, apparet alimentationẽ cũ dote omnino eſſe conferendã, ut uult glo. ordinaria in l. Ob æs. C. de præd. & alijs reb. minorum, quæ quidẽ glo. iſtorum duorũ æquiparationẽ aperte cõformem eſſe teſtatur, & eandem quoque confirmat & ad hoc allegat Salic. in l. Qui liberos. ff. de ritu nupt. & Alexand. de Imol. in l. cum is. §. Si mulier. ff. de condict. indeb. & idem Alex. in d. l. Ob æs, in apoſti. ad Barto. Et Bal. in l. Neque mater. C. de iure doti. huius & memini, in meo Pupillorum patrocinio, titulo; De tutorum & curatorum munere. cap. 9. fol. 43. uerſic. in poſtrema editione. num. 27. & eodem ca. fol. 48. nume. 82. Quod tamen diſtincte, & ſane, & cum indicio intelligendum eſſe cenſeo, ſcilicet quando utrobiq; eadem militat ratio, & quoties contrarium non reperitur in iure expreſſe deciſum, ſicuti mecum ante aperte teſtati ſunt D. Nicolaus Euerardi, & poſt eum D. Claudius Cantiuncula I. V. Doct. inſignes, in loco ab alimentis ad dotem. Poterunt itaq; priuilegia alimentorum (quæ colligit Barto. in l. Mela. ff. de aliment. & cibar. legat.) ad dotis materiam iure ſimilitudinis pertrahi, & e contra, tam affirmatiua, quam negatiua, ſic ut quemadmodum filijs ingratis alimenta iure denegantur. l. Si quis a liberis. §. Idem iudex, ff. de libe. agnoſcend. l. fi. C. de alend. liber. ſic quoque filiæ ingratæ pater dotem denegare poteſt. Bal. in l. fi. col. 3. C. de dotis promiſſione, & econtra.

Dos, pia cauſa.

Dos & pia cauſa, quãtum ad fauorẽ, in iure æquiparãtur.] Vt enim pietatis cauſæ cum primis fauendum eſt, ita & fauendũ eſt doti, & contra, ut habetur in c. 1. §. Donare. Quali. olim feud. poter. aliena. in uſib. feud. ad inſtar aliẽrorum. Quin & ipſa dos omnimodã pietatis cauſam in ſe complectitur. l. Cum is. §. Si mulier. ff. de condict. indeb. Quocirca ſicut omnia priuilegia quæ in pietatis cauſis ſunt conceſſa, eadem quoq; & in dote concedenda ſunt, & contra comprobante Bald. in l. Sicut. C. de actio. & oblig. Et contra, ſicut in fauorem dotis in contractu innominato, & re integra non admittitur pœnitentia, quũ hęres cogitur adimplere uotũ defuncti. l. Si ego. §. 1. ff. de iure doti. ita etiam in fauorẽ piæ cauſæ in cõtractu innominato & re integra ob eandem cauſam nõ admittitur pœnitentia, teſte Romano in Repeti. Authen. Similiter in 18. ſpeciali cauſſa piæ cauſſæ. Itẽ ſicut fauore dotis mandatum re integra non finitur. d. l. Si ego, ita nec in fauorem piæ cauſſæ, & re integra mandatum non finitur, ut habet Bal. in l. Mandatum, in 4. colum. C. Manda. Et Romanus d. loco. Tertio, ſicut in cauſa dotis poteſt procedi ſummarie, & ſine ſtrepitu iudiciorũ, ut habetur in Clem. Diſpendioſum, de iudic. ita quoque in cauſa pia ſummarie procedi poteſt, uti late diſputauit D. Nicolaus Euerar. in loco. A dote ad piam cauſam.

Dos exigua.

Dotem habere modicã, & dotẽ habere nullã paria ſunt.] teſtib. Baldo & Saliceto in Authentica Præterea. C. Vnde uir & uxor. Et Tiraquellus, in li. de iudic. in cauſ. exigu. feren. uer. 9. Et Bal. in d. Auth. præterea, in fi. Et poſt illũ Salic. Pau. Caſtr. Rom. Alex. & Aret. qui dicunt Authenticã illã loqui de uxore indotata ſcilicet, quod ſicut mortuo diuite marito uxor indotata ſuccedit in aliquam partem bonorum eiuſdem mariti, ita etiam uxor parua habens dotem, optima cum ratione ſuccedere debet in aliquam partem bonorũ ſui mariti qui nimis concise ſuam uxorem dotauerat, ſicuti teſtantur & Cynus & Bal. in l. licet. C. de iure dot. Romanus ad l. 2. & ad l. Diuortio. ff. ſolu. matr. Et late Corneus, in ſuis conſilijs, conſi. 249. lib. 3. ubi dicit, quod ſtatutum loquens de marito qui cogitur aliquid relinquere uxori inopi, & nullam dotem habenti, etiam locum habere debeat in uxore paruam dotem habente, teſte Barb. conſi. 74. lib. 4. Socin. conſi. 121. lib. 4. Quia parum habere & nihil habere in huiuſcemodi cauſis æquiparantur, ut aſſerit Corneus conſ. 64. lib. 2. c. licet cauſam, de ſent. & re iudica. Quæ autem ſit parua dos habenda, ea in æſtimatione iudicis tota conſiſtit, uti teſtatur Hippol. ad l. Quæſtionis. nu. 29. ff. de quæſtionib. Et Doct. in Authentica. Quod locum. C. de collationib. Sunt tamen alij qui limitatiue paruam dotẽ uocent quæ ad alimentationem uxoris relictæ, aut relinquendæ non ſufficit, ut notat Ioan. dilectus in lib. de arte teſtandi. Rub. de legatis. titu. 6. c. 20. Barb. d. conſi. 74. Vnde & generaliter reſpondet Socin. conſi. 30. num. 3. lib. 4. Parum habere, & nihil habere eſſe paria, quod & confirmat Ludouicus Romanus in l. Diuortio, in princip. ff. ſolut. matrimonio. Et ad hoc ſimiliter facit quod pro paruo debito non debet aliquis haberi & æſtimari ſuſpectus de fuga. teſti. Cin. & Bald. in Authẽtic. Sed tam neceſſe, per gloſſ. ibi. C. de dona. ante nup. Et teſte Ludouico Romano in conſilio ſuo 320. incip. Hæc iſtorum quinq; &c. in 1. column. in fin. & in notabili ſuo 96. incip. dic mihi. &c. Ad hæc quoque facit gloſſ. in l. Sciendum. ff. Qui ſatiſdare cogantur, quæ dicit quod poſſeſſor paruæ rei immobilis, non releuatur a ſatiſdatione. Facit præterea huc etiam, Quod ſtatutum loquens de uulnere cum ſanguinis effuſione non habet locum in uulnere ex quo modicum ſanguinis effunditur uti glo. eſt notabilis in c. Cum illorum, in uerbo, Sanguinis effuſione. Et ibi Canoniſtæ, de ſent. excom. Et Io. Andr. in addi. ſpec. in titu. de accuſationib. ſuper Rubrica, in fin. Et Abbas in c. propoſuiſti in 2. notabili, de conſecratione Eccleſiæ uel altar. Et Ludouicus Romanus, in l. Si uero, in §. de uiro. in 3. fallentia. ff. Solu. matri. Facit ad hæc etiam quod parua, modica, ſeu leuis tortura, pro nulla tortura habenda eſt, & parum tortus dicendus eſt ſecundum Bal. in l. Obſeruare, in 1. col. C. Quando appellare non eſt neceſ. Ad horum ſimilitudinem etiam modica raſura in inſtrumento, non uitiat inſtrumẽtum, ſecundum D. Andream, in c. Ex literis in fin. extra de fid. inſtrumento. Quin ad horum ſimilitudinem leuis inobedientia, nulla eſt inobedientia. Ideoque pro leui ſeu modica inobedientia, non debet uaſallus ſuo feudo priuari, ſecundum Bald. in l. Solo. C. de liber. cauſ. Poſtremo iuxta hos dictos modos leuis diuerſitas nulla diuerſitas cenſeri debet. Ideoque exigua teſtium

contra-

contrarietas, eorundem teſtium dicta uitiare nó poteſt teſte D. Andrea, in c. De regn. iur. per gloſſ. 2. ibid. De quo latius per Iaſ in d. l. Sciendum, in 4. colum. ff. qui ſatiſda. cogant. Et Hippo. de Marſilijs in ſuis conſilijs conſilio 80. Inci. In hac cauſa inquiſitionis formatæ, numeris 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30. in ſecundo ſuorum cóſiliorum criminalium uolumine.

Dos, & donatio nuptialis.

Dos, & donatio nuptialis, uel propter nuptias facta, paribus ſiue ęquis paſsibus ambulant, hoc eſt, utriuſq; pacta pari iure accipienda ſunt.] l. Cum mulie. §. Sin auté donatio. Et l. fi. C. de donat. ante nup. quæ leges Iuſtiniano tandem adeo uiſæ ſunt iuſtæ, ut non ſolum pactorum cóſirmationem, ſed etiam in pactis æqualem quantitatem obſeruari, & introduci uoluerit, uti habetur in Authentico, de æqualitate doti. §. 1. colla. 7. Quam tamen quantitatis æqualitaté poſtea conſuetudo non admiſit, nempe ſola iuris interpretandi æqualitate contenta. Quum enim & ſine dote & ſine donatione propter nuptias, ſæpe fœliciter contrahantur matrimonia, quorſum quæſo in contrahendis nuptijs, urgetur & utrinq; requiritur dotis, ac bonorú in re ipſa æqualitas? & quomodo ea qualitas obſeruari poterit? iuxta d. l. Cum mulie. §. 1. poteſt igitur minor eſſe dos, quã donatio propter nuptias, poſſunt & pacta nuptialia eſſe diſparia, interpretatio tamé iuris par erit. De hac iuris paritate citat exemplum D. Ioan. Oldendorpius in ſuo lib. de copia uerb. & rerum iur. ſub uerbo, Dos, circa medium, quem uide ſi libet.

Dotatio.

Dotatio Eccleſiæ, Dotationi mulierú æquiparatur.] Eſt enim utrobiq; ſimilitudo, & affinitas maxima, ſcilicet inter doté quæ datur mulieri, & quę dat Eccleſiæ, ut Roff. in tit. de iure patronatus, uerſi. Sequitur de ſecunda cauſa. Et Paulus de Citadinis, in ſuo tractatu de iure patronatus, nu. 9. Quemadmodú enim dos mulieris datur abſque Epiſcopi conſenſu, ſecundum arbitrium & uoluntatem dotem, ſeu diuitias dantis, & uoluntatem accipiétis. l. Cum poſt diuortium. §. Gener. ff. de iure doti. l fin. C. promiſ. & l. Cum plures. ff. de adminiſt. tut. in qua datione nullius requiritur conſenſus aut conſilium, ita nec in dotatione Eccleſię debet requiri ullus Epiſcopi, aut alterius conſenſus, aut alicuius conſilium, cum hæc inter ſe ſint ſimilia. Et quia de ſimilib. ſemper idem eſt iudiciú, commode ab uno ſimilium argumentamur ad alterum, iuxta l. Non poſſunt, cum ibi notatis. ff. de legib. & c. inter cæteras, cum gloſſa ſuper uerbo. In ſimilibus, extra de reſcrip. Atque hinc fit, quod ſicut negligentia mariti non exigentis dotem uxori ſuæ delegatam, ac debitã ipſi marito damnoſa eſt, ipſique damnum tale imputari debet, ita quoq; Epiſcopo, aut alteri Eccleſiæ prælato, imputandum erit omne damnum, ſi dotem Eccleſiæ delegatam non iure depoſceret, & exigeret, ut late patet per Azonem, de hoc in tit. C. de iure doti. Sed dum hic doti mulierum comparamus dotationem Eccleſiæ, poterit nó inepta moueri quæſtio, ſcilicet, An dos Eccleſię, quia doti mulieri ſimilis eſt, etiam gaudeat omnibus illis priuilegijs, quibus & dos mulieris, propter omnimodã ſimilitudinem (ut prædictum eſt) quæ inter utranque dotem conſtituitur. Ad quam quæſtionem dico, & reſpondendum cenſeo, quod eadem priuilegia omnia proculdubio Eccleſiæ, cópetant, imo & plura priuilegia cópetant doti Eccleſiæ; quam competunt doti mulierum, ob id, quod in omnibus magis ſit religioni, ſiue Eccleſiæ fauẽdum, quam rebus prophanis, & ſecularibus. l. Sút perſonæ. ff. de relig. & ſumptib. funer. ca. Iuuenis, extra de ſponſalib. Clementina Exiui, de uerbo. ſignifi. Vt etiam ad ſatietatem comprobat D. Paulus de Citadinis in ſuo tractatu de iure patronatus, numeris 9. 12. 16. & 17. Dotis autem priuilegia (de quibus agimus) multa ſunt, & uaria, quorum abunde meminit Spec. in titu. de dote reſtituenda poſt diuortium. Et quare eædem concedantur habetur in l. Aſsiduis. C. Qui potio. in pigno. habean. ad quæ omnia iuris ſtudioſos, in locis ſupra allegatis perquirenda remitto.

Dubius.

Dubius, Errans, Ignorans, Neſcius, & inſcius, & per conſequens Dubitare, Ignorare, Neſcire, & Errare, in iure ęquiparantur.] uti uolunt Docto. in l. fi. & ibi gl. in uerbo, Pro dubietate. C. de condict. indeb. ubi dicunt, quod ſicut is, qui indebitum ex errore ſoluit, eandé ſolutionis pecuniá repetere poteſt, ita etiam qui dubitando ſoluit, eandem ſolutioné indebitam repetere poteſt, uti habet text. & Bar. & Bald. ibi in l. fi. §. Sin auté neſcius, & dubitans, Et ibi Scribent. C. de furt. ubi dicit, Si aliquis dubitet an ſibi competat actio cómodari, per id dubiú certe ad actionem furti redire poterit, non ob aliã cauſam, quá quod de ea cauſa commodari dubitauerat. In hoc tamé differunt, errans & dubitans, quod erranti facilius quá dubitãti ſubueniri poſsit: errãti enim facillime poſt agnitú erroré ſuccurritur; dubitans uero ægerrime certior fieri poteſt, quia quandiu dubitat errorem agnoſcere neſcit, ſed quodammodo inter mendaciú & ueritaté dubius conſtanter perſiſtit. Atque hęc notatu ſunt digniſſima, ut quibus conſonat gloſſ. in l. Locus. ff. de acquir. poſſeſ. Sicuti etiam cófirmat D. Vdalricus Zaſius, in l. Si per errorem. ff. de iuriſdic. omniú iudicum, pagina 152. num. 30. ad finem. Horum meminit etiá Bart. in ſuis cóſilijs, conſilio 90. circa mediú. Et Paulus de Caſtro, in d. l. finali. §. Sed quærebatur. C. de furt. Et ibi Bart. qui ibidé clariſsime explicat, quomodo intelligi debeant, Dubitatio, Ignorãtia, & Error, & in quibus locum habeat, & quando non: quem iuris ſtudioſis per ocium conſulere ſuaſerim.

Eccleſia.

Eccleſia militans aſsimilatur Eccleſiæ triumphanti,] ut legitur in c. Fundamenta de elect. lib. 6. Vnde Ioannes in Apocalip. 21. in principio. Ego Ioannes uidi ſanctam ciuitatem Hieruſalem nouá, &c. Quod Hieruſalem terreſtris, id eſt Eccleſia militans aſsimiletur cœleſti Hieruſalé, id eſt: Eccleſiæ triumphãti. Et ſic, ſicut in ſuperna triumphante Eccleſia unus eſt Deus, ita in militante Eccleſia unus eſt Dei uicarius, Pontifex Maximus. Cle. Ad noſtrã, & ibi glo. haud ſpernenda in uerbo Eccleſiæ, de hæretic. Atque hic uicariatus non Cæſari, aut alicui Regi, ſed Petro & eius i Romana Eccle. ſucceſſorib. a Chriſto traditus reperitur. c. Vt noſtrum, extra de Eccleſ. benef. & c. Quanto, de tranſlationib. Cum ipſius Dei ſacerdos perſonam gerat in Eccleſia. c. Sceleratior. §. his autoritatib. uer. Sed quem ſacerdos, de pœniten. diſtin. 3. Ergo ipſe ſúmus Pótifex, ut Petri ſucceſſor ſolus eſt Dei uicarius a Chriſto conſtitutus in Eccleſia militante, nó Imperator aut alius quiuis. Quin potius ipſi Imperatores & Reges ſtatim ubi facti ſunt Chriſtiani, & membra corporis Chriſti, Eccleſiæ, ſcilicet militãti, Pótifici Romano ut uicario Chriſti, & capiti Eccleſiæ, in omnib. parere debent: cum Petro & eius ſucceſſorib. a Chriſto cómiſſum ſit, ut ouile ſuum, hoc eſt, Eccleſiam hanc militantem regant atq; gubernét. Adeo ut ex ſententia Chriſti, omnis omnino homo, etiam Rex, etiam Princeps, de neceſsitate ſalutis teneatur ſubeſſe Romano Pontifici, tanquam uicario Chriſti & capiti Eccleſiæ, potiſsimum in rebus ſpiritualibus, & in his quæ fidem orthodoxam, & bonorum morum diſciplinam concernunt. Ná quamuis actu ſubſit nemo, niſi qui iam in ouili Chriſti continetur, quia tamen extra illud nulli ſalus eſt, ſed debent omnes qui ſaluari uoluerint, intra ouile Chriſti contineri,

ideo

Ideo quoq; & paſtori rectoriq; eiuſdem oẽs ſubeſſe tenentur,& eius præceptis obedire,& hoc eſt de neceſsitate ſalutis,ut in extrauag. Bonifacius. Vnam ſanctã, & fortius in his qui ſunt perfecti.c. Ne quis.22. qu.2. Inde prædictũ fuit Iohel.1. Congregabuntur filij Iuda,& filij Iſrael pariter,& ponent ſibi caput unum, & Io.10. Fiet unum ouile, & unus paſtor c. Licet. de Baptiſmo. c.1. de ſent.excomm.in clemen.cum concordant. Hanc obedientiam probat naturalis ratio,ſicut enim operationes rerum naturalium procedunt ex naturalibus potentijs, ita operationes humanæ procedunt ex humana uoluntate,oportuit enim in naturalibus ut ſuperiora mouerent inferiora ad ſuas actiones, per excellentiã naturalis uirtutis, collatæ diuinitus. Sic oportet in rebus humanis, ut ſuperiores moueant inferiores per ſuam uoluntatem,ex ui autoritatis diuinitus ordinatæ. Et rectè probat & deducit S. Thomas ſecunda ſecundæ.q.103.articulo 1. Iſtorum autem ſuperiorum mouentium unus eſt ſupremus,ut prædixi. Omnes igitur ſunt ſubiecti motui illius,& ſunt in illo quaſi membra de mẽbro. c.ſignificaſti.de electionib. Et hanc opinio.nequaquã ueritus eſt ſequi D. Ant. de Roſellis,in ſuo tracta. De poteſtate Imp. ac Papæ.§.3. Quia eſt cõe axioma apud Philoſophos. Quod inferiora regi & regulari debent, ad amuſsim & ad regulam ſuperiorum,ut docet Ariſtot.in lib. de cœlo,& 8. Phyſicorum.Itẽ, Primo lib. Metaphy. Nec aliud uidetur nobis uelle innuere ſacra ſcriptura Gen 1.cap. cum dicit: Creauit Deus hoiem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam,ut c. Hæc imago.33.q.5. in 2. parte,& c. Principium,de pœnit.diſt.2. Id intellexiſſe uidetũ Boetius,de conſolatione philoſophiæ,dum exclamat: O felix hominũ genus, ſi ueſtros animos, amor quo cœlum regitur,regat. declarans illos ſolos fœlices ac beatos, qui ea animi alacritate Deo, amori illi, motori nimirũ primo. Deo omnipotenti,in oibus actionib. obſequunt, qua cœli oẽs,primo illi motori obediunt,& eius motũ ſequuntur. Porro in ſuperiorib. clarum eſt unicum eſſe principium & motorẽ Deum,ut extra de ſummа trin.c. 1.& c. Damnamus,& c. Nouatianus 6.q.1. Sicut & iſtud pulcherrimè demonſtrat eloquentiſsimus Lactant.in li. de falſa religione,circa principium. Imo nec poſſe eſſe plura principia,aut plures motores,ſiue Deos; & naturali ratione euidentiſsime demonſtrari põt. Nã ſi poneres plura principia,ſiue Deos,qđ hereticum & Ethnicũ eſt,ut c. quidam,uer. Cerdoniani.24 q. ſi. deberes indubiè iſta princ.pia ponere aut concordia, aut contraria. Quod ſi ponas contraria,tũc actione unius alterum diſſolui ac deſtrui neceſſũ erit, & erũt operationes frequẽter in principijs cõtrariæ. Quod ſi ponas principia,ſiue deos cõcordes,aut ponis æquales aut inæquales. Si inæquales,tunc qui eſſet minus perfectus, faceret opera imperfecta, quod dicerẽ nefas eſt, cũ opus imperfectionis non uelit agnoſcere,is qui perfectus eſt,ut Epiſtola,Victor. C. de ſum.trinita.& fid.catholica,& c. Maiores,extra de Baptiſ.& eius effectu. Si ponis per oia æquales, ergo alter Deus ſuperfluus erit,contra.§. Quibus,in l.1. C. de nouo codice faciẽdo, quod de Deo dici nõ debet, quia ĩ poſitiuis & naturalibus ſuperfluitas reſecatur, ut in c. 2.de prob.& l. Ampliorem.§. In refutatorijs. C. de appellat. Quare ſicut nec ſunt, nec eſſe poſſunt in cœlo ſtabum plura principia,ſed unicũ eſt à quo omnia mouẽtur,reguntur,gubernantur,& dependent: Ita quoque à Chriſto unicum eſt cõſtitutum caput, in domo ſua quæ eſt Eccleſia,per quod placuit ei omnes qui in domo ſua ſunt regere,gubernare, & dirigere in uiam ſalutis æternæ,ut ſint hic oẽs unum, ſicuti futuri ſumus omnes unũ in uita æterna,iuxta petitionem Chriſti. Ioan.17. Pater (inquit) ſancte (pro nobis credentibus rogans) ſerua eos in nomine tuo,quos dediſti mihi,ut ſint unum, ſicut & nos. iterum in eadem oratione: Non pro eis autem rogo tñ,ſed & pro eis, qui credituri ſunt per uerbũ eorum in me,ut oẽs unum ſint,ſicut tu pater in me, & ego in te,ut & ipſi in nobis unũ ſint,ego in eis,et tu in me,ut ſint conſummati in unum. Et hoc eſt ꝙ D. Auguſt. dicere uult in qõnibus noui & ueteris teſtamenti, & hř in d. c. Hæc imago.33.q.5. Nec certè poſſet alias unquam in eccleſia Dei,conſeruari pax & unio illa fidei, quã in ſua domo requirit Chriſtus,niſi unicum eſſet caput, cui oẽs obedire tenerentur,& niſi ois poteſtas ẽt ciuilis, ſubiecta eſſet authoritati eccleſiaſticæ hierarchię capitis. Sũt enim ĩ domo Dei,quę eſt eccleſia,Principantes multi ciuileſq; magiſtratus gerentes, quorũ nemo ſubdit alteri, nec aliũ ſupra ſe recognoſcunt principantẽ ciuiliter, ut Imperator,Rex Galliæ, et Hiſpaniarum, Angliæ, Scotiæ,et alij plurimi,inter quos ſi qñ ſurgit qõ,aut controuerſia,ob quã domũ Dei uehemẽter turbari,et in diuerſas ſectas ſcindi, contra uoluntatem & præceptũ Chriſti,neceſsũ eſt,ut experientia,proh dolor plus æquo ſentimus, quõ hæ controuerſiæ componi poterunt,niſi authoritate capitis totius cõis eccleſiæ? cuius eſt membra omnia in officio continere,et in pace et concordia, cui tanquã capiti,obedire debent oẽs qui Chriſtiano cẽſentur noie. Porro hunc principatum ſiue primatũ, Chriſtũ Petro deſignaſſe tradunt orthodoxi patres, primum cũ Chriſtus nomẽ Petro immutaret, ac de ſuo illud petræ ſaxiq; nomen imponeret, dicens. Tu es Simõ filius Iona, tu uocaberis Cephas,ꝙ interpretatur Petrus. Petra autem erat Chriſtus(inquit Apoſt. Pau.1.ad Corin.c.10.) Ac proinde a Chriſto petra dictus eſt Petrus, ut hac ipſa ſui nominis cõicatione,ſuas quoq; uices geſturum ipſum in eccleſia,atque eius pro ſe caput futurum ſignificaret,unde uniuerſa eccleſia depẽderet,haud ſecus, quã à fundamento ædificium,hoc.n.illius ex multis conuenientibus ſibi electi ſingularis nominis myſterio,clarè ſignificauit,ut ſuper ipſum uelut ſuper ſaxum aliquod,totius eccleſiaſticæ hierarchiæ ſtructuræ cõſtruenda foret ædificatio. Sic hũc locũ interpretatur Cyrillus in Io. li.2. c.12. Et Chryſoſt. in Io. homil.61. Idem ſignificare uoluit Chriſtus Mat.14.c.cũ ipſe ambulãs ſuper mare, ſoli Petro dedit poteſtatẽ ad ſe ueniendi ſuper mare. Quid enim aliud ſibi uoluit Chriſtus ambulando ſuper mare, ꝗ̃ nobis ſignificare, ipſum per fidem imperaturum toti orbi,per mare ſignificato? Quum uero Petrũ huius poteſtatis ſuper mare ambulandi participem fecit,quid aliud innuere uult ꝗ̃ ꝙ Petrum, ipſo aſcendente ad cœlos,in hoc ſuo regno & imperio uicarium ſuum conſtituere decreuerat,qui noie ſuo in hoc regno uiſibili ꝙ eſt eccleſia,imperaret? Eundem Principatum Petro ſe traditurum Chriſtus clarè commonſtrat, Lucæ c.22. dum Petro dicit: Simon,ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret ſicut triticum,ego aũt rogaui pro te,ut non deficiat fides tua;& tu aliqñ conuerſus,cõfirma fratres tuos. quo loco Chriſtus pro Petro rogat præ cæteris,& duo ei impetrat,indefectibilitatem fidei,et poteſtatem cõfirmandi fratres,quæ ei neceſſaria erãt,qui domui Dei tanquam caput præeſſet, & ois membra eccleſiæ in recta fide contineret, & perpetuò confirmaret ac ſolidaret. Hunc locum ſic interpretatur Cyrillus,in Ioan. lib.2.c. 53. et Chryſoſto. homi.63. in Ioan. Primatum aũt hunc Petro promiſſum affirmant Principes fidei noſtræ, Matth. 16.cap. Cum Chriſtus Petro confitenti ſe eſſe Chriſtum filium Dei uiui,reſponderet, Beatus es Simon Bariõna,quia caro et ſanguis non reuelauit tibi,ſed pater meus,qui eſt in cœlis,et ego dico tibi,quia tu es Petrus, et ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam,et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, et quodcunque ligaueris ſuper terram,erit ligatum et in cœlis: et quodcunque ſolueris ſuper terram,erit ſolutum et in cœlis. Sic interpretatur Cyprianus lib.4. Epiſt. ad Papinianum, et lib.2. ad

Cornelium. Origenes homil. 6 ſuper Matth. Hiero. lib. 1. contra Pelagianos, & ſuper hunc locũ Matthæi. Ambroſius ſermone 47. Auguſti. contra epiſtolam Donati. Chryſoſtomus & Hilarius ſuper Matth. Cyrillus li. 2. c. 12. Petro quoq; eundẽ primatum per Chriſtũ traditũ, cũ ei iam omnis poteſtas eſſet data in cœlo & in terra à patre, teſtatur Ioan. Euang. ca 21. & ultimo ſui Euãgelij, cum Petrũ poſt reſurrectionem ſuã percunctatus eſſet in præſentia reliquorũ Apoſtolorũ, nũ ſe diligeret præ illis præſentibus? Petro reſpondenti: Etiam Dñe, tu ſcis, quia amo te, tertiò mandarit ut oues ſuas paſceret. Conſtituerat ante & cæteros apoſtolos ſuos, uelut legatos in uniuerſum orbẽ, dicens eis: Euntes in mundũ uniuerſum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ, dederat & illis poteſtatẽ ut quorum dimitterent peccata, dimitterẽtur, & quorũ retinerent, retinerentur. Ne quis itaq; per hæc derogaſſe quicquã ei quẽ diſpoſuerat, & cuius iamdudũ caput toties deſignauerat eccleſiaſticæ hierarchię forte arbitraretur, aut apoſtolorũ omniũ imaginaretur æqualitatem, iterum deſignat eũ ad quem tanquam legationis caput, & principẽ uniuerſæ eccleſiæ ſuæ curã præcipuè referri uellet, in aliorum præſentia, unum ſingulariter appellans Petrum, non quidem illo pleno miſterij nomine Petri, ne quis in eo & hic figuram ullam poſſet confingere, ſed illo ſuo proprio & à parentib. indito, Simonis (inquã) et patris adiecto cognomine, quo manifeſtius unius perſonæ, eius ſingularitatẽ exprimeret, neq; hoc contentus, ſed ab alijs ipſum Apoſtolis una pñtibus et comparatione ſeiungit, atq; illos è diuerſo cõſtituit, dicens Simon Ioannis diligis me plus his? perinde ac ſi diceret, diligunt quidẽ & iſti, ſed à te plus eſt quod exigo, te ijs plus amare conuenit, quẽ præ ijs, & ſuper hos paſtorẽ ouilis mei conſtitui. Et D. Chryſoſtomus hunc locum explicans, homil. 87. in Ioan. Quid tandẽ eſt (inquit) quod omiſsis alijs duntaxat affatur Petrũ? Os erat Apoſtolorum, & Princeps, & uertex ipſius cœtus, propterea & Paulus eũ præter alios uiſurus aſcendit ſimul, ut ei oſtenderet iã ſibi fiduciã habendam, tanquam. n. negationis obliniſcerẽ, fratrũ curam ei cõmittit, neq; negationis meminit, neq; exprobat, tñ dicit: Si amas me, fratrum curam ſuſcipias, & quam in oĩbus dilectionem oſtendiſti, & qua delector, nunc oſtende: & animã, quã pro me poſiturũ dixiſti, hanc pro ouibus meis trade. Et Theophylactus D. Chryſoſtomi compilator, in eundem locũ ſcribens, hoc pacto, hunc locum explicat: Poſtquã (inquit) finitum eſt illis prandium, Petro præpoſituram ouium orbis terrarum tradidit, nec alij, ſed illi, ipſam dedit: primus quidem oĩum electus, & os totius chori, dicit aũt, Quòd ſi amas me, paſce oues meas, hoc eſt, præſis fratribus, & feruentem amorem, quem dicebas habere erga me, ut & mori mea cauſa uelles, amodo oſtẽde. Et Petro per illa uerba traditum primatum teſtatur Cyprianus de ſimplicitate Prælatorum. Item diuus Hieronymus in ſermone de Petro ad Euſtochium. Diuus Ambroſ. in ſermone de pœnit. & fide Petri. Item diuus Auguſtinus in qõne noui & ueteris teſtamenti, quæſt. 75. Et diuus Greg. in epiſtola ad Cirianum, & in homilia quã ſcripſit in Euangelium Marci, cap. 16. Item diuus Bernard. ſerm. 32. de ſeptem panibus. Poſſent & alia multa ad hanc rem adduci, quæ tñ hoc capite non ſine graui cauſa prætereunda putaui. Primum q ſicut hæc materia potius ad theologos, q̃ ad iuriſperitum ſpectare uideatur, ita eadem per theologos abundè tractata ſit. Deinde q hoc argũm hoc exulcerato tempore ſubiectum ſit multis calumnijs, & contradictionibus hæreticorum, quorum argumentis diluendis, ut opus eſſet multis uerbis, ita fruſtra à me id laboris ſumeretur: quum theologi qui hoc tpe hanc rem pro merito tractarunt, hæreticorum argumentis dilucidè & diſertè ſatisfecerunt. Nam friuolum eſt, & ridiculum prorſus, hoc eorum argumentum, q in ore ſemper habẽt. Chriſtus, teſte Diuo Paulo ad Epheſ. 5. cap. eſt caput eccleſiæ, ergo nec Petrus, nec Pontifex Romanus, poteſt dici caput eccleſiæ: qui eodẽ genere argumentandi probari poſſit, nullum poſſe dici Regẽ alicuius regni, quia teſte ſcriptura, Chriſtus dr̃ Rex regnorum, & Rex regũ terræ, & per Chriſtũ teſte Salomone prouerb. 8. c. Reges regnant. Per me (inquit) Reges regnant, & legũ cõditores iuſta decernunt, per me Principes imperant &c. Nullus autẽ eſt, qui nõ facile intelligat, ſi rõne & ſenſu cõi uti uelit. Et ſi Chriſtus dicatur Rex regum, & Rex regnorum, & per Chriſtum qui eſt ſapientia Patris, reges terræ regnare dicantur, ob hoc tñ nullum mereri nomen Regis in terra, quẽ propriè Rex alicuius Regni uocari poſsit. Quinimo rectè nos uocamus Philippũ regem Catholicũ, Regẽ Hiſpaniæ, Aragoniæ, Caſtilliæ &c. qa Chriſto placuit per eum tanquam uicariũ ſuum regere Hiſpaniã, Aragoniã, regnũ Caſtillię, & regnare in Hiſpania, Aragonia. &c. Eadem ratione rectè uocamus Pontificẽ caput eccleſię, quia Chriſto placuit per Pontificẽ tanquam uicarium ſuum regere Eccleſiam ſuam militantẽ, & regnare in ea, quæ cum conſtet ex mẽbris corporalib. & mortalib. hominibus. ſ. neceſſum eſt, & caput ei conſtituere corporale & mortale, hoĩem nimirum, ut caput ſit eiuſdem naturę cum reliquis mẽbris, q neceſſum eſt fieri ut corpus aliquod rectè & concinnè cõponatur. Porro ut reliqua membra huius corporis militantis, ſuum influxum habent & uirtutem uiuendi & uegetandi in hoc corpore à Chriſto capite, adeo ut quicquid agitur per Pontificẽ, tanquã caput corporis, ad conſeruationem & uegetationem totius corporis, Chriſto adſcribendum ſit, qui ita per uicariũ ſuũ, et caput hoc ſimile reliquis mẽbris operatur. Et hoc ſibi uult D. Paul. cũ dicit Chriſtum caput eccleſiæ, nã quicquid uirtutis, quicquid gratiæ, quicqd authoritatis eſt, in capite corporis militantis, aut in mẽbris à Chriſto, tanquam primo capite, qui eſt fons bonorum oĩum profluit. Si uelimus penitius eodem loco inſpicere textũ Diui Pauli, inueniemus clariſsimè Paulũ loqui de eccleſia triumphante, cum dicit, Chriſtum eſſe caput eccleſiæ, nam dicit eccleſiam illam, cuius caput Chriſtum aſſerit eodem loco, eſſe glorioſam, nõ habentem maculam aut rugam, aut aliquid hmõi, q de eccleſia militante intelligi non poteſt: nunquam. n. illa eſt ſic glorioſa ut non habeat rugam aut maculam, nam quãdiu mẽbra corporis eccleſiæ militantis ſunt in hoc mortali corpore, fieri non poteſt, quin contrahant maculas, nec tam poteſt uita hæc præſens purgari, quin habeat ſemper quippiam relictum contagij. Quia ſi dixerimus (inquit Ioan. 1. cap.) qm̃ peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas non eſt in nobis. Ideo teſte Salomone, Prouerb. 18 cap. Iuſtus ſemper in principio accuſator eſt ſui: nemo enim tam eſt iuſtus in hac mortali uita, nemo tam mundus, quin in dies iuſtior mũdiorq; fieri poſsit, ut non citius membra huius eccleſiæ militantis ſint ſine omni macula & ruga, quàm exuto & depoſito hoc corruptibili corpore, fiant membra cœleſtis Hieruſalem, eccleſiæ nimirum triumphantis, et cum Chriſtus totius ſanctitatis & iuſtitiæ fons, et origo, mẽbra ſua omnia uult habere ſui ſimilia in eccleſia illa triũphante, quæ cum capite pulchrè conſentiant, in quibus nulla ſit peccati fœditas, quæ reliquum corpus dehoneſtet, hortatur nos in Euangelio Matth. 5. cap. ut ſimus perfecti, ſicut & pater noſter cœleſtis perfectus eſt, et cuius ſumus inſigniti imagine eius per imitationem expreſſam in nobis geramus ſimilitudinem. hinc quoque Paulus ad Epheſ. 4. uult ut renouemur ſpiritu mentis noſtræ, id eſt, ad eam nos iuſtitiæ, et integritatis formam componamus, quam in Chriſto uitæ, et nouitatis authore didicimus. Nam quos (inquit idem Apoſtolus ad Romanos 8. cap.) præſciuit, hos & prædeſtina-

tit

uit conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus, in multis fratribus à peccati uetuſtate in iuſtitiæ & gratiæ nouitate translatis. Ad quã perfectã translationem nouitatis, non prius deueniunt membra eccleſiæ militãtis, q̃ ab hoc corpore liberati fuerint, nec alia eſt differentia inter eccleſiam cœleſtem, & terrenam, cum una ſit, quàm q hæc adhuc militet, certet, & laboret, ut quam proximè poſsit accedat in hac mortali uita, ad perfectam illam renouationem mentis, & conformitatem imaginis filij Dei, quæ conſiſtit in ſanctitate & iuſtitia. Ea quo certamine fieri non poteſt propter corruptionẽ naturæ, quin cõtrahat in membris maculas & rugas. Illa uero glorioſa eſt in omnibus membris ſuis, ſine macula, ſine ruga, cũ nihil coinquinatum, ut (teſtae Ioannes in Apocalip. 21. cap.) aut abominationem faciens, aut mendacium intrabit in eam, nec iam amplius illis certandum aut laborandum eſt, ſed amodo iã dicit Spiritus, ut idem Io. eodem lib. ſcribit. c. 14. ut requieſcant à laboribus ſuis, & ſedeant (teſtante Eſaia propheta, c. 32.) in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Quod uerò adſerunt & pro confirmatione ſuæ ſniæ adducunt D. Gregorium, Cyprianum, & Auguſtinum, ſi diligenter diſcuriantur eorũ ſcripta, inueniemus perſpicuè illos nunquam docuiſſe, aut ſentiuiſſe, q Pontifex non eſſet caput eccleſiæ, quin contra ſemper eos ſtatuiſſe, penes Pontificem, tanquam caput eccleſiæ, eſſe primam authoritatem in eccleſia, ut in locis ſupra citatis, & alijs uarijs abundè ſcripta eorum teſtantur. Nã Cyprianus in lib. de ſimplicitate prælatorum, cauſam reddens, cur ſe aliosq; decipiant hæretici, ſubuertentes fidei ueritatẽ & corporis Chriſti unitatem corrumpentes, docet hoc inde prouenire, q a non reſpiciunt, non aſſurgunt ad eccleſiaſticæ ueritatis originem, nec caput quærunt, quod tñ clariſsimè docet doctrina cœleſtis Euangelij, cuiq; obuia, eã hanc tandem profert, loquitur (inquit) Dominus ad Petrũ. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meã, & portæ inferorũ non uincẽt eã, tibi dabo claues regni cœlorũ, & q̃ ligaueris ſuper terrã erunt ligata & in cœlis, & quæcunq; ſolueris ſuper terrã erũt ſoluta & in cœlis. Et eidẽ poſt reſurrectionẽ ſuã dicit: Paſce oues meas Ex quibus uerbis Euangelij D. Cyprianus oſtendit caput eccleſiæ Petrũ, & Petri ſucceſſores, & unitatis eiuſdẽ originem. Atq; iſtud ipſum in epiſtola ad Iubaianũ clarius adhuc explicat. Et diuus Grego. lib. 6 Epiſt. 37. ad Eulogium ſcribit hæc uerba. Quis (inquit) neſciat ſanctã eccleſiam in Apoſtolorũ Principis ſoliditate firmatam? qui firmitatem traxit in noie, ut Petrus à petra uocaret, cui ueritatis uoce dicitur: Tibi dabo claues regni cœlorũ, cui rurſus: Et tu aliquando cõuerſus confirma fratres tuos. Iterumq;, Simon Ioannis amas me? paſce oues meas. Itaq; cũ multi ſint apoſtoli, pro ipſo tamen principatu ſola apoſtolorũ principis ſedes, in authoritate conualuit. Rurſus in altera epiſt. li. 4. epi. 32. Cunctis Euangeliũ (inquit) ſcientibus liquet, q uoce dominica, ſancto, & oium apoſtolorum Principi, Petro apoſtolo, totius eccleſiæ cura commiſſa eſt. Ipſi quippe dr̃, Petre amas me? paſce oues meas. ipſi dicitur: Ecce Sathanas petijt cribrare uos ſicut triticum, & ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliqñ conuerſus cõfirma fratres tuos. Ipſi dr̃, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petrã ædificabo eccleſiam meã. &c. hæc ille. Atq; & his intelligimus, qđ diui Greg. ẽt ſententia nulli Euangeliũ ſcienti dubium eſſe poſsit, quin Petro omnium apoſtolorũ Principi & eius ſucceſſoribus totius eccleſiæ cura tanquã capiti cõmiſſa ſit. Eiuſdem ſniæ fuit diuus Auguſt. cum in multis locis, tum præcipuè in ſuis enarrationib. in Pſalmos, ut in Pſalmũ 30. in Pſalmos quoque 33. & 39. Item in epiſtolis ſuis frequenter, li. quoque. 15. quæſtionum ad Simplicianũ. Rurſus aduerſus epiſtolam Donati, & alijs locis pleriſq;. Sed q uidentur præſcripti authores negaſſe, nullum eſſe uniuerſalẽ Epiſcopum, hoc ſic intellexerunt, q nullus ſic eſſet uniuerſalis Epiſcopus, q eſſet cuiuſq; eccleſiæ proprius rector, nam ſic nullus eſſet alius epiſcopus præter Pontificem, adeo ut oĩs honor epiſcopalis ab oĩbus auferretur, & uni ſoli tribueretur, quod nunquàm admittendũ eſt, quia hoc hierarchicum ordinem eccleſiæ imminueret, imò prorſus deſtrueret. Hoc improbarunt præſcripti patres, authoritatẽ aũt hierarchię eccleſiaſticæ nunquam reiecerunt, neque minuerunt, ſed de his ſatis. Nã nec hæc ſimilitudo terreſtrium cum cęleſtibus, uidetur ſatis æqua, nec res ipſæ inter ſe collatæ ſunt eiuſdem fori iudicialis, & terreni, in quo foro de ſimilibus idem eſſet iudicium, quæ ſimilia in meo hoc libro ſumpſi explicanda. Ad alia ergo accingar.

Eccleſia.

Ecclesia æquiparatur minorennib. & pupillis, et de illa ſicut de iſtis pariter iudicandũ eſt,] ut habet glo. notabilis, in l. Reſpublica, in uerb. Solet, et ibi notant Bar. & Bal. & alij ſcribentes. C. Quib. ex cau. maio. Ideoq; ſicut minorennes, & pupilli auxiliũ reſtitutionis in integrũ implorare poſſunt, ita idem auxilium implorare poteſt eccleſia, ut habet text. expreſſus & notabilis cum glo. in c. auditis in fine, in uerbo, Minoris, et ibi Canoniſtæ, extra de in integ. reſtit. Quia enim eccleſia fungit iure minoris, ideo omnia iura de reſtitutione minorum loquentia, eadẽ quoque poſſunt & debent referri ad eccleſiam; & contra, ut habet c. 1. & d. c. auditis. de in integr. reſtit. Et Doct in l. orphanotrophos. C. de epiſc. & cleri. Et Panorm. in d. c. auditis. Exempla aũt hæc paſsim habentur. Quum uſque hæc ita ſe habeant, ſequitur a ſimili, q eccleſiarum prælati etiam tutoribus & curatorib. comparari debeant. §. Orphanotrophi, in authentico, de eccle. tit. col. 9. glo. in d. c. auditis, in uerbo, eccleſia extra de in integr. reſtit. Quod aũt eccleſia æquiparetur pupillo, id manifeſtè oſtenditur in glo. notabili, & etiam expreſſa, in l. libertos in uerbo adminiſtrauerit. C. de excuſat. tut. Et quamuis hæc comparatio rectè fiat de minorenni, eadem nihilominus etiam intelligitur de pupillis quanuis glo. in d. cap. auditis, dicat, q eccleſia rectè æquiparetur minorenni 25. anno. non autem pupillo. Quod enim eccleſia omnino æquiparanda ſit pupillo, locoq; pupilli habeatur, id apertè oſtendunt gloſſæ iuris ciuilis prææallegatæ. Idemq; confirmant Io. Fab. Ang. Areti. et D. Iaſon, in §. Ex maleficijs col. 4. ubi latè de hoc tractant. Inſtit. de actionib. De his quoque meminit D. Io. Franc. Balb. ibi. Quinto quæro. nu. 4. in ſuo perutili tractatu De præſcript. Et D. Andreas Tiraquellus, de legib. connubialib. et iure maritali, gloſſa 6. ibi [de ſummary.] char. 181. nu. 70. ad quem conſulendum ſtudioſos mitto. Huius ipſe etiam memini in mea ſubhaſtationum compendioſa exegeſi. cap. 2. fol. 162, uerſo. nu. 9. in poſtrema editione.

Eccleſia & pia cauſa.

Sic Eccleſia, et quæuis pia cã in iure æquiparantur, et ſunt paria.] l. fi. C. de ſacroſ. eccl. et §. Scimus, in authentico, de non alienan. reb. eccleſ. collat. 2. et notat gloſſa ordinaria, in l. Rempublic. in fine. C. de iure Reipubli. li. 11. Hanc æquipollentiam cõfirmat etiam D. Nicolaus de Middelburgo, in ſuo lib. Topicorum, in loco à pupillo ad Rempub. ad finem, ubi dicit, quod ſicut bona eccleſiæ ſine certa ſolennitate uel alienari, uel in perpetuam emphyteoſim dari non poſſunt. cap. Sine. 12. quæſt. 2. authentica, Hoc ius porrectum. C. de ſacroſanctis eccleſijs, ita quoq; & nec bona ad piam cauſam, ueluti ad ſubſidium pauperum relicta, ſine ea ſolennitate aut alienari, aut in emphyteoſim dari poſſunt, uti latè

confirmat Felin. in cap. De quarta, circa principium, de præſcrip. Item ſicut eccleſiæ in integrum reſtituitur, ita quoq; piarum cauſarum ratio, in reſtitutione in integrum par habetur & ſimilis. Teſte Ludou. Romano, in ſuis conſilijs, conſil. 467. Panorm. in cap. 1. de reſtit. in integrum. Tertio, ſicut in acquiſitione eccleſiæ, aut beneficij eccleſiaſtici, ſimonia committitur, ita etiã in acquiſitione hoſpitalis, uel rei ad pium uſum deſtinatæ, ut habet Calderinus in tit. de religioſ. domibus, conſil. 1. Quarto, ſicut de relictis eccleſiæ non ſoluitur Falcidiæ nec Trebellianica, ita neque eadem ſoluuntur de rebus ad piam cauſam relictis. Teſte Caſtren. in ſuis conſilijs, conſ. 195. Poſtremo, ſicut Iudex ſecularis non immiſcet ſe rebus eccleſiæ, ita etiam non intermiſcet ſe rebus ad piam eccleſiæ cauſam pertinentibus: potiſsimum ſi ex cum præiudicio iudicis eccleſiaſtici contingerent. Nã ſi quis ſe intermiſceret rebus ijs pijs adminiculatiuè, & non priuatiuè, hoc eſt, ad ſubſidium piæ cauſæ, uel eccleſiæ, potius quàm ad detrimentum eiuſdem cauſæ, ꝓbanda omnino foret ipſius opitulatio, teſte Anchar. in ſuis conſilijs, conſilio 343.

Eccleſia, & loca ſacra.

Ecclesia, & alia pia loca in iure æquiparantur, & ſunt ſimilia.] l. Illud. iuncta gl. C. de ſac. ſanc. eccle. Et ideo generaliter omnia priuilegia eccleſijs competentia, cõpetunt etiam & alijs pijs locis, iuxta textum admodum notabilem, in l. Omnia priuilegia, & ut ibidem Barto. notat. C. de Epiſcop. & cleri. Et ut textus eſt nequaquã malus, in §. Pro temporalibus, in Authentico, de eccle. tit. collatione 9. Et ut ſignanter annotauit Ioan. And. in cap. ſ. de in integr. reſtitu. Et hinc eſt, quòd ſicut contra Eccleſiam non præſcribitur, niſi ſpacio quadraginta annorum. cap. De quarta, extra de præſcrip. & notabiliter Baldus, in Authentica. Quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. ubi ait, hoc eſſe notabile menteque tenendum, ita quoque nec contra alia pia loca cadit ulla ꝓſcriptio, ut habet d. §. Pro temporalibus, ubi & expreſſus de hoc caſus enarratur. Plura exempla, pluresue de hac re caſus, ſiquis deſideret, legat D. Felinum, in d. c. De quarta, ubi nouendecim ſimilitudinis, ſiue æquiparationis caſus connumerat, & deſcribit. Vide etiam D. Nicolaũ à Middelburgo, in ſuo lib. Topicorum, in loco: Ab eccleſia ad pia loca, qui de hac ſimilitudine quædam expreſſe ibidẽ explicuit, & reliqua ad D. Felinum loco iamiam allegato, & citato, breuitatis gratia remiſit.

Eccleſia & Senatus.

Ecclesia comparatur Senatui,] ut tenet D. Ioannes Monachi, in ſuo iuris defenſorio. §. Quomodo contra, ſub numero 1. De Eccleſiæ imperio, & priuilegio. Vide titulum, Fiſcus.

Eccleſia, & Reſpublica.

Ecclesia, & reſpublica à pari procedunt, & in iure æquiparantur. Imo bona Eccleſiæ uerè dicenda ſunt eſſe bona publica.] c. Quid ergo 23. q. 4. Et ibi eſt textus, cũ gloſſa, in uerbo de Republica, quæ continet, quòd eccleſia appelletur Reſpublica, & in l. finali. C. de ſacroſanctis eccleſijs. Quod confirmat Felin. in c. Nonnulli extra, de reſcript. dicens, quòd bona eccleſiæ appellentur eſſe bona Reipublicæ, & quòd fauor qui Reipublicæ debetur, idem quoque & maior debeatur eccleſiæ, ut teſtatur D. Ioan. Franciſcus Balbus, ibi. Quinto quæro, numero 3. in ſuo tractatu de præſcriptio. Et Specul. lib. 2 partic. 3. de reſtitut. in integrum, folio libri mei 209. nume. 3. cap. Quid ergo. 23. qu. 4. Ad hæc notanda eſt l. 3. C. ex quibus cau. in integr. reſtitutio nõ ſit neceſſaria.

Eccleſia, & cauſa publ.

Ex iam dicta ſimilitudine colligitur & alia ſimilitudo ex ipſa dependens, ſcilicet ꝙ ſicut eccleſia cõparatur Reipublicæ, ita à ſimili, eccleſiæ cauſæ ẽt æquiparandę ſunt cauſis publicis.] l. ut inter diuinũ. C. de ſacroſ. eccl. Vbi ſicut in quibuſdã caſibus, non niſi longiſsimi temporis præſcriptio currit aduerſus eccleſiam, ita nec aduerſus Rempubl. Secũdo ſicut dominiũ abſq; traditione acquiritur eccleſiæ ex ſpeciali fauore, ita & Reipublicæ. Tertio ſicut eccleſia acquirit tacitã hypothecam, ita & Reſpublica. Quarto ſicut in cauſis ciuitatis proceditur diebus feſtis, ita ẽt in cauſis eccleſiæ. Spec. in tit. de ferijs. §. Sequitur. Et Romanus in auth. ſimiliter. C. Ad l. Falci. Quinto, ſicut fiſcus uel ciuitas ſuperueniens ad defenſionem emptoris trahit actorem ad ſuum iudicem. l. ſi minori. C. de iure fiſcal. ita quoq; & eccleſia, glo. in c. clericum. 11. q. 1. Sed de ueritate iſtius æquiparationis, uide Iaſo. in d. l. ut inter diuinum nu. 5. Et Præſidem Mechilinienſem Nicol. Euerar. in loco à fiſco ad eccleſiam, Eccleſia enim & ciuitas æquiparantur. Vnde idem ius quod rebus ciuitatum tribuitur, id quoq; & rebus eccleſiarum conceſſum cenſetur, teſte D. Iaſone, in d. l. ut inter diuinum, iuncta glo. ibidem, in uerb. priuata commoda. Sexto, per eandem legem eccleſia fingitur iure Reipublicæ, ſicuti ad hoc quotidie ꝑdicta l. allegatur. Quæ tamen lex duntaxat uera eſſe comperitur in tribus potiſsimum caſibus, in eodem dicto textu expreſsis, quos caſus ibidem uidere licebit.

Eccleſia, & Pupillus.

Ecclesias ius par eſt cũ iure Minoris, aut Pupilli,] uti habetur in c. auditis, & iniuncta ibidem gloſſa, in uerbo, Eccleſia, extra de in integrum reſtit.

Eccleſiæ prælatus.

Ecclesiam non habere Prælatum, et hẽre Prælatum, ſed inhabilẽ aut inutilem paria ſunt.] c. inter corporalia, et ibi Panor. extra de transla. epiſcopi, q̃ decretalis ad hoc ſæpe allegatur. Ad huius comprobatioñe facit quod hẽ in l. quoties, et ibi Iaſ. ff. qui ſatiſda. cog. Item. Quod hẽ in l. j. §. quibus. ff. quod cuiuſq; uniuerſita. nomine. Idem quoque confirmat Iaſ. in l. quoties. ff. qui ſatiſda. cogan. ubi dicit, ꝙ ſicut paria ſunt, Non habere maritum, et habere maritum inhabilem, aut inutilem, gloſſa in uerbo Orbitates, in l. fi. C. ad l. Flaui. de plagia. ita quoque pares ſunt eccleſiæ prælatus inutilis, et prælatus nullus. Imò talis prælatus inutilis æſtimandus eſt ueluti mortuus, aut ſaltem miſer & inidoneus, qui illuminare præſumit alios, qui per ſe tenebricoſus eſt, & ad prælatioñe aſſumptam indignus, uti habetur de pœni. diſt. 2. § Opponitur. Quinimo talis magis dicendus eſt canis impudicus, quàm prælatus. ca. Qui nec. 2. q. 7. Attamen ſi quis in epiſcopatu ſuo uel in prælatura ſua ante digniſsimè præfuiſſet, idemq; poſtea præ ſenio, uel præ alia corporis infirmitate paulatim euaderet minus dignus, imò ꝓrſus ea prælatura indignus tandẽ fieret, & inidoneus, aut delirus, ob id naturæ uitium profectò non eſſet ſtatim remouẽdus officio, ſed ipſi adiungendus coadiutor, uti habetur in c. Scripſit. 7. q. 1.

Eccleſia parochialis.

Ecclesia parochialis reſpectu eccleſię vr̃is ęquiparatur filiofamilias.] c. In pręſentia, extra de prob. & §. Si aliæ ad fin. 14 q. 2. & c. fi. & ibi per glo. 35. q. 4. ubi dr̃. Si quiſpiã cõpromiſiſſet ſe reſtituere totã hęreditatẽ ſi ſine liberis decederet, isq; poſtea monaſterium aliquod ingrederetur, profectò is idem vr̃ hoc ipſum fideicõmiſſum per ingreſſum in monaſterium effeciſſe inualidum, quia monaſterium in iure filij loco haberi conſueuit. Auth. Si qua mulier. & ibi Bal. Fulg. Iaſ. & alij moderni. C. de

ſacroſan.eccleſ.c.in præſentia, extra de probat.& in §. Sed & hoc præſenti,in Authentico,de ſanctiſ. epiſ. collat.9. Cuius ratio non eſt alia, quàm ꝙ is qui monaſterium ingreditur,it & ſe & ſua omnia eidem monaſterio offerre,deuouere,& dedicare ſoleat. Authen. Ingreſſi. C.de ſac.ſanct.eccl.quæ canonizata reperitur, in c.quia ingredientibus 19.q.3.Et præterea qui ſic monaſterium ingrediens,eidem monaſterio omnia ſua offert,is certè omnia ea monaſterio tanquam filio ſuo offerre uidetur, ꝙ idipſum monaſterium loco filij habuiſſe credatur,qa ſicut maxima dilectio parentum oſtenditur in donationibus,quibus filios ſuos ſeſe, & omnia ſua ex naturali amore reſignant, ita & filiorum loco habendum uidetur monaſterium,in ꝙ quis ſeipſum,& ſua omnia dedit. Et uti dicitur. Nulla maior eſſe poteſt alicuius dilectio, quam quando ipſe donator uenit in donum, uel quando datum, uel deditum ipſum idem eſt cum donante, hoc eſt,qñ aliquis ſeipſum,& ſua omnia donat.§.1.& §.vna, de ſumma Trinitate. Quocirca mirum non eſt,ſi monaſterium uel eccleſia filij loco habenda eſſe dicatur. Ita quoq; tenet Tiraquellus ad l.ſi unquam. C. de reuocan. donat.ad uerbum libertis,nu.68. Atque iſta confirmant leges,& plebiſcita à maiori, ꝙ is qui iure prohibetur alienare emphiteoſim, is tamen in fauorem monaſterij non prohibetur eandem emphiteoſim alienare, ſed potius in eiuſdem monaſterij fauorem eandem alienare poſſe, tanquam id monaſterium in ea re pro ſuo hærede inſtituere & ſui hæredis loco haberi uellet, ut habet gloſſa in l.ſi ita quis promiſerit.§.et lege,ac uerbum Intereſt.ff.de uerb.obli. Et certè monaſterium habendum eſt,tanquam poſthumus,ut ait Bald. in l.filius à patre.ff. de hære.inſti.& teſtm prius factum rumpit,& annihilat. iuxta auth. Si qua mulier.C. de ſacroſ.eccl.Hanc quoq; paritatem confirmat D. Petrus de Vbaldis de Peruſio, in ſuo nobiliſsimo tractatu, Super Canonica epiſcopali & parochiali.fol.182. Et huius paritatis hæc naturalis poterit aſsignari ratio. Quod ſicut filius ſuis parentibus ſubeſt, ueluti à quibus primam duxit originem & à quibus ſuum corporis eſſe, ſubſtantiamq; corporis, & membrorum contraxit, ita & parochialis eccleſia, eccleſiæ generali ſubeſt,eiuſq; membrum eſt particulare, & quodammodo ipſius eſt proles,ipſi ſubiecta, ipſi unita, ipſiq; debita ac quaſi naturali origine cohærens, & coniuncta. Hanc tñ dictam paritatē monaſterij cum filio, praxis,& Principum ædecta publica poſtea limitarunt, ſicut monaſterium non amplius habendū eſſet pro filijs niſi in ſolis caſibus in iure expreſsis,& non in alijs:quia in petenda dote uiduæ quæ monaſterium ingreſſa eſt, uel in iuribus feudalibus, uel in ſimilib. caſibus alijs in iure non expreſsis, monaſteriū pro filijs haberi non poteſt,ſed ſoli filij,aut filiæ qui ex parentum ſuorum lumbis aut corpore procreati ſunt. Teſte Iaſone in d.auth. Si qua mulier. in quinta addit.nu.19.20. Et Tiraquello, ad d.l.ſi quando,ad uerbum.Suſceperit liberos, nu.36. & ſeq.Et ad d.uerbum libertis,nu.70.cum ſeq.

Eccleſia & patronus.

ECCLESIA æquiparatur patrono.] Vt enim Patronorum eſt patrocinari ſuis reſpectu quorum dicitur patronus, ita & eccleſia tam particularis, q̄ catholica defendere, non perdere debet ſuos, quos per Baptiſmū pro ueris membris in corpus ſuum uniuerſalē ſub capite Chriſto aſſumptos,inſertos, & incorporatos accepit: defendere inquam oībus modis,uijs & medijs,per tolerantiam, per longanimitatem, per reſipiſcentiæ expectationē,ne humana temeritate in mortē incidat æternā, neve quiſquam ex ijs præproperè pereat pro quo ſeruando mortuus eſt Chriſtus,qui in hunc mundū uenit ſeruare, non perdere.Matt.9.Luc.5.1.Timo.1.1.Timo.2. ſed potius ut ipſam errantē ouiculam exemplo Chriſti diligenter quærat, inuentam non occidat, ſed clementer humeris ſuis imponat & in ouile,à quo deuiauit, ſtudioſè reportet,in priorē libertatem filiorū Dei aſſerat, & de ipſius ſalute,& reſtitutione gaudeat, & ab amicis, & uicinis de reperta ouicula congratulationē expoſcat. Quū igitur oēs ante Baptiſmum fueramus filij iræ,& æternæ gehennę addicti,& per baptiſmū cognoſcimur incorporati corpori Chriſti,ipſiuſq; corporis effecti membra, qḋ corpus eſt eccleſia illa uniuerſalis, ſupereſt ut eadē eccleſia ſibi per diuinam gratiā & per baptiſmatis ſacrm̄ inſitos,unitos,& incorporatos miſericorditer ēt agnoſcat,agnitos benigne recipiat, foueat, & fortiſsime defendat,errantib.prudenter ignoſcat,ad errata quantum Reip.chriſtianæ ſalus permittit,diſsimulet, ad ipſorum ſalutis ſpęm oculos intendat, iuxta uoluntatē Dei, qui uult oēs homines ſaluos fieri, & ad agnitionē ueritatis ſuæ uenire. Huius itaq; diuinam naturā imitatur eccleſia,& in ꝯſeruandis,patrocinandis, & defendendis ſuis filijs,tam errantibus quam non errantib.ſe totā clementer impendit, ne quis ſuorum pereat: ſed ut oēs pariter retineat,ſeruet ſibi,ſuoq; capiti, & ſponſo Chriſto unitos,& incorporatos aſſerat, ab æterna morte defendat, & in cohæreditatē regni coeleſtis cū Chriſto aſcribat, Eſt enim eccleſia Chriſti,nēpe uniuerſalis, ſiue catholica,domus Dei,columna & firmamentum ueritatis,teſte Paulo 1.Tim.3. & per ꝯſequens in ſola domo Dei ſalus noſtra eſt,ut quæ ſola nos defendit, & ſeruat per Chriſtum dñm noſtrum,qui eiuſdem eſt caput(1.Cor.12.& Eph.c.4.& 5.& Coll.1.& 2.) à quo capite oīs noſtra ſalus in ſua membra defluit, ſicut ſuccus uitis in oēs ſuos differtur palmites.Sed hæc obiter theologicè:ad meam confeſsionem redeo, imitatus hanc Pauli ſniam. Idem etiam confirmauit D.Petr.de Vbaldis à Peruſio, in eodem ſuo præſcripto tractatu.Super epiſcopali Canonica,& parochiali,folio libri mei,ut ante 182.

Edere.

QVICQVAM edere,exhibere,& reſtituere,tum grammaticis,tum iuriſperitis,paria ſunt.] l.& quæ a Diuo, et ibi Bal.nu.5.uerſ.Et ut clarius.C.de edendo,de editione loquitur.d.l.et quæ.De exhibitione l.3.§. pen.ff. ad exhibendum.De redditione ſiue reſtitutione loquitur. l.diſſolutæ.C.de condict.ex lege ſine cauſ.l.ſi Chirographū. ff.de proba.l. Labeo.ff. de pact. cū ſimilibus iurib. Nam quemadmodum ex cauſa ad editionē rationū quis compellitur d.l.et quæ, ita quoq; ad exhibitionē inſtrorum compelli poteſt d.l.3.§.pen.et ad reſtitutionē,quia creditor cui eſt ſatisfactum,tenetur ad reſtituendū debitoris Chirographū.d.l.diſſolutæ.Et ideo pulchrè rñdit Zaſius,ſingul.reſponſorum,lib.2.c.21. Quod non ſufficit dare cautionē uel quietantiam de ſoluto, ac ſatisfacto, uel redempto annuo redditu, ſed præter hāc quietantiā ēt reſtituendæ ſunt ipſæ obligatoriæ literæ. Primo,quia quiſq; cogitur præciſè reſtituere oēm obligationē, quā reſtituere poteſt.l.qui reſtituere.ff.de rei uendi. Secundo,quia cautio ſeu quietantia eſt res fragilis & perditu facilis, ideoq; non ſat efficaciter obligationem liberat, niſi creditor ipſiſsimas literas reddituales reſtituat. l. qui ita §.1.et l.cogi.§.ſi pater.ff.ad S.C.Trebel. Et quamuis hic amiſsionis futuræ euentus ex rerum præſenti ſtatu non appareat, propter culpam tamen reſtituere nolentis,eædem literæ periſſe præſumuntur, uel pereundæ. arg.l.diuortio,in principio.ff.de nego.geſt.

Edere imperfectè.

IMPERFECTE edere,et prorſus nō edere pariæ ſunt.] Expreſſa.l.1.§.pen.iuncta gl.ibidem,in uerbo. Edere.ff. de edendo,quod ibidem notat Albertus de Roſate, nu.1. Veluti ſi quis edat inſtrumentum, in quo continetur ſtipulatio facta ſub conditione, conditionem tamen

non edit, uel edit ſtipulationem, ſed non pœnam, quæ in ea continetur: is profectò inſtrumentum edit imperfectum, & ita tanquam nullum inſtrumentum edere cenſetur, & per conſequens, quia pars eam expreſſam conditionem, & pœnam ignorauit, etiam in pœnam incidere non debuit. l. hæredes. §. Idem iuris. ff. fami. herciſc. Atque hinc Bart. in d. l. 1. §. pen. notat. Quod parti debeat fieri copia de omnibus quæ in iudicio producuntur, & inſtrumentum tradi perfectum, cum expreſsis códitionibus, & pœnis, ut pars eas conditiones obſeruare, & pœnas euitare poſsit. Quod etiam confirmat Vlpianus, qui ibidem dicit, quod in ſtipulationibus edéda omnia ſint, quæ edenda ſunt, quodq; is nullam ſtipulationem edere uideatur, qui ſtipulationem totam non edit. De hac re quoque pulchrè loquitur Ludo. Romanus, in Rub. ff. de oper. no. nunciat. nu. 13. Quædam inquit eſt editio, quæ fit iudici per partem ad intentioné fundandam, quæ fieri tamé debet integraliter, & in qua non ſufficit particulam edere. l. in ciuile. ff. de legibus. Quædam uero editio fit iudici ad hoc, ut ex ea ipſe conſideret, quid debeatur parti, & hoc caſu idem eſt ao particularis, an integra fiat. c. Contingit. de fide inſtr. Quædam præterea editio fit Principi ad hoc tantum, ut declaret uerbum aliquod. In hac ſufficit particulam exhibere. l. fi. C. de precib. imper. offerend. Quædam autem editio fieri debet parti, ſed in parte, hoc eſt, ad eum ſolummodo finem, ut pars per eam expreſſam partem inſtruatur, & admoneatur an uelit liti cedere, an in ea ulterius contendere, & tunc ſufficit eam particulam clarè exprimere per quam pars ad cedendum, uel ad procedendum informari poſsit. l. argentarius. §. edi. aũt. ff. de edendo. Aliquando fit editio parti, ut ex ea pars exhibens intentionem ſuam parti exhibitæ comprobet, & tunc debet ita edi, ut ex ea fieri poſsit probatio, cum omnibus ſuis ſolemnitatibus. l. ueluti, & l. exempla. ff. de edendo. Poſtremo aliqñ editio fit parti, ut ex ea editione pars aduerſa uideat quid in ea tanquã falſarũ reprobare, aut ut uerũ admittere debeat, & tunc debet plena ac integra fieri, & exhiberi editio, d. l. 1. §. editiones.

Edicta.

De edictis, mandatis, aut legibus ciuilibus.] Vide infra ſub titulo, Statuta.

Error improbabilis.

Error improbabilis (qui error ſupinus dicitur) æquiparatur errori iuris.] l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. & l. quanquam. ff. Ad S.C. Velleia. cum alijs iuribus. Vbi dicitur, quod ſicut hi qui per iuris ignorantiam legis Falcidiæ beneficio uſi non ſunt, non poſſunt repetere, ita quoque qui per errorem improbabilem fideicommiſſum ſoluerunt, idipſum ſolutum tanquam indebitum repetere non poſſunt. Et contra ſicut error iuris impliciti ſeu intricati dicitur error probabilis, ſic quoq; error facti dicitur error probabilis, ut eſt textus, quem ad hoc citat D. Antonius, in c. cum dilectus, & ibi quoque Imola. col. 4. de regul. Et in clemen. 1. §. Sane in 3. oppoſ. de uſur. Et quemadmodum præſumitur eſſe in dolo is qui errat in iure naturali, uel quaſi, uel qui errat in iure ciuili notorio, & indubitato, teſtibus Angelo, Cumano & alijs ad l. ex conſenſu. §. fi. ff. de appellat. Et Alc. regula. 3. præſumptio. cap. 30. ita quoque & is præſumitur eſſe in dolo, qui allegat errorem facti improbabilem, iuxta gloſſam in c. vltimo. §. vt autem, ad uerbum. Sciẽter, de off. delega. lib. 6. Tiraquellus latius in tractatu De pœnis tempera. cauſa 13. nu. 52. cum ſeq.

Error iuris dubius.

Error iuris dubius, æquiparatur errori facti, quando de eo conſtat uel probatur.] ſecundum Anto. de Butr. & Abba. in c. de quarta, extra de præſcriptionib. nu. 15. cũ concord. De quibus ibi quoque latè per Felin. diſputatur. Atque ita etiam tenet D. Carolus Rui. in ſuis conſilijs, conſi. 58. poſt nu. 11. in 2. uolu. conſiliorum. Et idem Rui. in ſuis conſilijs, conſi. 57. num. 18. 3. uolu. Vbi dicit, quod error dubius inducat bonam fidem, & præbeat iuſtam cauſam præſcribendi. c. cum dilectus, extra de conſuetu. Quod etiã notatur per Ant. de Butr. & per Imol. in c. ſi diligenti, de præſcrip. Et per Abba. in d. c. de quarta, eodem tit. cum alijs concordantijs, de quibus ibi recentiores conſule. Et ideo ubi ſumus in caſu, in quo eſt dubium de iure, an ſolus Epiſcopus actum facere poſſit, tunc in eo caſu titulus ex illo actu oriens, quamuis minus iuſtus ſit, tamen propter dubium iuris, occaſionem, & cauſam præſcribendi præbet, non minus quàm ſi errore facti contigiſſet, teſte Imol. & Cardi. in c. cum dilectus, de conſuetu. Quia quando ius, in quo erratur, eſt ius dubiũ, is error iuris æquipollet errori facti. Imò ipſe error iuris dicitur probabilis error, quando ius ipſum eſt obſcurum l. cum prolatis. ff. de re iudica. uel res in apicibus iuris conſiſtit, ſic Bald. in l. uenditioni. C. de uſucap. pro empto. Atque hæc ipſa etiam dici, & allegari ſolent de extraordinaria ſeu extrauaganti conſtitutione, quæ non eſt publicè nota, quia talis non præſumitur perueniſſe ad notitiam cuiuslibet, ut dicunt Docto. in c. 1. de conſtitutionibus lib. 6. Et Bal. in l. leges. C. de legib. Vnde & Corneus in ſuis conſilijs, conſi. 148. nu. 20. dicit quæſtionem illam eſſe dubiam. An res commiſsimæ læſionis poſsit teneri contra tranſactionem iuratam, & an ideo de illa cõpromitti poſſet, ſicut quæſtio facti eſt dubia, quæ de interpretatione conſuetudinis naſcitur, ut ibidem latius uidere licet, cum reliquis ad hanc quæſtionem pertinentibus, ut & ibi latius explicant Doctores, ad d. c. cum dilectus. Et Imol. in c. ſi diligenti. De præſcript.

Eſſe.

Eſſe in prouincia, & eſſe circa prouinciam, paria ſunt.] Vide infra, ſub themate, Prouincia.

Eſſe in uia ad actum.

Eſſe in uia ad actum, & eſſe in actu, paria ſunt.] Vide ſupra, in actu eſſe, ſub titulo Actus.

Eſſe talem, & haberi pro tali.

Eſſe patronum, ciuẽ &c. & haberi pro patrono, ciue &c. paria ſunt.] Vide infra, Patronus.

Eſſe indebitè.

Non eſſe, & nec debitè, nec legitimè eſſe, paria ſunt.] c. Ei cui. de præben. in 6. Vbi dicitur, quod ſi mandetur ſimpliciter, ut Ioanni prouideatur de præbenda proximè uacatura, tunc ſi ea ſit ſacerdotalis præbenda, ea certe ipſi conferri non poterit, ſi nondum in tali ætate exiſtat, qua ad ſacerdotium promoueri poſsit, quia paria ſunt Ioannem ſimpliciter non eſſe habilem ad præbendam, & Ioannem ad præbendam talem nondum eſſe habilẽ. Nam eo caſu & qualitas perſonæ, & qualitas præbendę inſpici debent, iuxta tempus præſens, & qualitas adiecta uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi. §. Proximus inſtit. de legit. agnat. tute. Ad ſimilitudinem quoque ſuperiorum etiam paria ſunt, Non facere, & nó ſic facere, uel alio indebito, uel inſufficienti modo facere. c. finali. de reſtitu. ſpoliat. Ioannes Neuizanus in ſuis conſilijs, conſi. 50. nume. 59. Item ad hunc quoque modum paria ſunt, Omnino non eſſe iudicem & eſſe iudicem, ſed non ad illum actum de quo agitur, teſte Ioan. Monach. in cap. Ea quæ, de regul. iur. De hac re etiam meminit D. Petrus à Braxio. in ſuo directorum lectionum, nume. 4.

Eſſe

Eſſe non de iure.

Non eſſe, & eſſe, ſed non de iure, paria ſunt.] l. Quoties. ff. qui ſatiſd. cog. Atque à ſimili paria ſunt. Non eſſe factam excuſsionẽ. & excuſsionem eſſe factam, ſed nõ de iure Rolan. à Valle in ſuis conſilijs, conſi. 9. num. 7. Tertio, paria ſunt. Non eſſe factam oblationem, & oblationem eſſe factam: ſed non de iure. l. nulla. ff. de autho. tuto. Idem Roland. in ſuis conſilijs, conſ. 14. nu. 25. l. acceptam. C. de uſur. & ibi Doctu. Nam quod incautè, uel contra ius factum eſt, id nullum eſt, haberurq; pro infecto. l. non dubium. C. de legib. c. Quæ contra ius, de reg. iur. & l. j. ff. de his quæ in teſta. delen. Atque hinc etiam conſequitur, quod malè reſpondere, peius ſit, quàm nullo modo reſpondere, glo. in l. ſi ſterilis. §. cùm per uenditorem. ff. de actio. emptio. Et latè de his Iaſon in l. 1. ff. Quod quiſque iuris. Item, paria ſunt: Non exiſtere aliquem, & exiſtere, ſed de iure non poſſe ſuccedere. Pariſius in ſuis conſilijs, conſi. 69. nu. 64. lib. 3. Et D. Antonius de Roſellis in ſuo tractatu De poteſtate Imperatoris ac Papæ, nu. 20.

Eſſe & non poſſe diſponere.

Sic quoque paria ſunt: Non eſſe, & eſſe, ſed non poſſe diſponere,] l. nec emere. ff. de contrah. empt. cum uulgarib. De quo etiam Pet. Paulus Pariſius, in ſuis conſilijs, conſi. 144. nu. 25. in 4. par. ſuorum conſiliorum.

Eſſe inutiliter.

Non eſſe, & eſſe, ſed inutiliter eſſe, paria ſunt.] Sic etiam paria ſunt (ut paulo, antè meminimus) eccleſiam non habere prælatum, & habere prælatum ſeu patronum, ſed inutilem. c. Inter corporalia, & ibi D. Panor. extra de tranſlatio. epiſco. quod quidem decretum ad huc ſæpiſsimè allegatur; facit etiam ad hæc, quod habetur in uulgata l. quoties ff. qui ſatiſd. cog. & in l. 1. §. Quibus. ff. quod cuiuſque uniuerſita. nomine. Quin & iſtud confirmatur per gloſſam in l. fi. C. Ad l. Flauiam de plagiarijs, ubi notanter dicitur, quod paria ſunt: Non habere filiũ, & habere filium inutilem. Similiter & paria ſunt: Vxorem non habere maritum, & uxorem habere maritum inutilem, ſicuti D. Iaſon refert in d. l. Quoties. ff. qui ſatiſda. cogan. ubi ponit multo plura ſimilia huic propoſito ſeruientia. Hæc eadem refert etiam Alexander in l. filij. §. Vidua. ff. ad municip. dicens, quod non ſolum uidua dicatur, quæ eſt priuata marito, ſed etiam quæ maritum habet inutilem, de quo gloſſa eſt ſingularis, in d. l. fi. ff. ad l. Flauiam de plag. & ibi Sal. in fine, ubi eandem ſententiam probat, quem idcirco ſummopere pro ſtatutis, eodem loco notandum puto, ubi peculiarem mentionem de uidua facit. Huc quoq; adferenda eſt gloſſa, cum adiuncto textu, in l. non putauit. §. Non quæuis. ff. de bono. poſſeſ. contra tabu. Et ibi Baldus, Statuto in quo cauetur, quod Bannitus ſiue exul poſsit impunè offendi, quod ſi eſt bannitus, banno inualido non poteſt offendi. Quod etiam confirmat Dominicus, in c. pia. de except. lib. 6. Vbi etiam dicit quod paria ſunt, Aliquid non eſſe, & eſſe, ſed non poſſe probari eſſe. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tutel. Et Raphael Fulgo. in l. temporalibus, nu. 2. C. de uxoribus militum. Vide etiã textum, in c. alius, 15. q. 6. Vbi narratur, quod rex Francorum Chilpericus aliàs Childericus tertius ſtupidus, anno Chriſti 741. aut (ſecundum nonnullos) 742. regno fuerat exactus & depoſitus, propter ipſius in gubernando Inutilitatem. Et facit ad hæc etiam textus in c. fi. de ætate & qualitate. Vbi ſimiliter narratur, quod quidam Epiſcopus Calinenſis fuerat ſuo priuatus Epiſcopatu, tantum ob id quod ignorabat Donatum grammaticum. Et ad hoc facit uulgatus textus, in l. quoties. ff. qui ſatiſda. cogan. Vbi etiam paria referuntur, Non cauere, & inutiliter cauere, teſte D. Iaſ. in d. l. quoties. Paria quoq; uel ſimilia ſunt (ſicuti ante diximus) Non eſſe, & eſſe, ſed non apparere, ut eſt textus in l. in lege. ff. de contrah. empt. & l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tute. Item, Paria ſunt, Nihil habere, & aliquid habere, quod non ſufficiat: uel nullum habere beneficium, & habere beneficium, quod uitæ ſuſtentationi non ſufficiat, ut inquit Archid. in c. Piſcis. 55. diſt. per illum text. Facit materia. l. eleganter. §. Qui reprobus. ff. de pign. actio.

Eſſe inualidum.

Nihil eſſe, & Inualidum eſſe, æquiparantur.] l. ſi autem nullum, & ibi Bald. notat. C. de legit. hæred. Vbi & paria ſunt, Nullum facere teſtm̃, & facere quidẽ, ſed intra tempus illegitimum ante pubertatem. Sicut etiã paria ſunt, Nihil probare, & inualidè probare. Bart. Chaſſa. in ſuis conſilijs, conſi. 44. num. 15. Et ſic paria ſunt, Nullo modo uenire, & non legitimè uenire. Archidi. in c. Veniens, de renunciat. Item, Paria ſunt, Vitioſe aliquid fieri, & id omnino non fieri. D. Zaſius, in ſuis conſilijs, conſilio 7. nu. 26. Sic & paria ſunt, Non eſſe iudicatũ, & ſententiam iudicatam eſſe nullam. l. 4. §. Condemnatum. ff. de re iudic. Sic & paria ſunt, Nullam eſſe interpoſitam cautionem, & cautionem eſſe interpoſitam, ſed de iure inualidam, l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. Item Paria ſunt: Si nulla cauſa exprimatur, & ſi cauſa exprimatur inualida. gloſſa magna in l. 1. ff. de oper. no. nunci. Et Iaſon, in d. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cogan. Item, Vitioſa citatio, & nulla citatio æquiparantur. Similiter Vitioſa ſeu illegitima executio, & nulla executio aſsimilantur. Horũ meminit latius D. Vdalr. Zaſius in ſuis conſilijs, ſecundi lib. conſ. 7, pagina 144. num. 26. quem per ocium uidere poteritis.

Eſſe nullum.

Non eſſe, & eſſe, ſed eſſe nullum, paria ſunt.] Pro quo faciunt allegata Andreæ de Iſer. in c. 1. §. Præterea, Quæ ſit prima cau. benefi. amitten. dum allegata l. 1. §. Quod ſine mo. ff. quod cuiuſq; uniuerſ. nomine, & alia iura, et ibi per eum. Sic & paria ſunt, exhæredationem non eſſe factam, & eſſe factam, ſed ipſo iure eſſe nullam: nempe quando aliquis filium ſuum à paternorum bonorũ ſucceſsione per exhæredationem ſine legitima cauſa excludit. l. non putauit. §. Non quæuis. ff. de bo. poſ. contra tabul. Ad horum quoque ſimilitudinem, nemo dicendus eſt tutor teſtamentarius, ſi teſtamentum ipſum nullum ſit, in quo is tutor conſtitutus fuit, l. 3. ff. de teſtam. tutel. Et teſtamentum dicitur nullũ, quando nec teſtator, nec teſtes teſtõ ſubſcripſerunt, idque ſuis chirographis non conſignarunt. l. ad teſtium. §. penul. ff. de teſtam. Sic etiã res dicitur eſſe non tranſacta, uel finita, ſi ea tranſactio ſit nulla, aut ſi in ea inualidè, uel nulliter ſit proceſſum, l. 2. ff. ad S.C. Trebelli. Quia in omni tranſactione uerba ſunt cum effectu intelligenda, l. 1. ff. quod quiſq; iur. Ad quam multa allegauit D. Matthæus ab Afflictia, in d. §. Præterea. Item, & Alex. in ſuis conſilijs, conſ. 77. incipien. Viſis dubitationibus, in 3. uol.

Eſſe ſine probatione.

Aliquid non eſſe, & eſſe, ſed non poſſe probari eſſe: (ut & paulò ante diximus) paria ſunt.] d. l. duo ſunt Titij ff. de teſtam. tutel. Caſum ponit, Si duo eſſent Titij. ſ. pater, & filius, & ſi ꝑterea datus eſſet tutor Titius ſine amplius addimento uel expreſsione, ita ut per circunſtantias nõ appareret de quo Titio teſtator ſenſiſſet, aut quem Titiũ tutorẽ eſſe uoluiſſet, q̃ritur ergo q̃d iuris in eo caſu cẽſendũ ſit? Ad hanc q̃õnem rñ̃dendũ eſſe dicit, quod is Titius tutor eſſe dẽat de quo ſe teſtator ſenſiſſe uerbis, uel ſcriptis declarauit. quod ſi nec uerbo, nec ſigno, nec ſcripto appareat, aut probari poſsit, ius q̃dẽ ipſũ

non deficit,ſed ſola probatio,quia id ius ſcilicet probari,& manifeſtari non poteſt,ideoq; ius tale occultũ, & incertum pro nullo iure cenſetur,& per cõſequens nullus teſtator datus declarabitur,quia inteſtamẽtis nõ poteſt dari tutor incertus.l. Tutor 2.eodem titul. de teſta. tute. Ad huius multitudinem Modeſtinus quoque dicit. Quòd quoties non apparet,quis hæres inſtitutus eſt,inſtitutio nõ ualet, quippe euenire poteſt. Si teſtator quã plures amicos eodem nomine habeat, & ad deſignationem nominis,ſingulari nomine utatur, niſi ex alijs apertiſsimis probationibus fuerit reuelatum,pro qua perſona teſtator ſenſerit.l. In tẽpus,§.1.ff. de hære. inſtituen. Ad huius caſus ſimilitudinẽ Vlpianus alium caſum ponit,ſcilicet: Si legatum relictũ fuiſſet uni ex cognatis meis,qui primus Capitolium aſcenderet,& ſi duo ſimul in Capitolium ueniſſe dicant,nec apparet uter prior uenerit. Item,ſi ex plurib.ſeruis eiuſdem nominis, uni uel plurib.libertas relicta eſſet,& non certo conſtaret, cui particulariter ea libertas attribuenda foret:profectò in his caſib.propter probationis incertitudinem, tum legata,tum libertas impediũtur,l.Si fuerit.ff.de reb.dub. Sic idem Vlpianus. Ad l. Idem Pomponius.§. Finali.ff. de rei uend.Si inquit plures ſint eiuſdem nominis ſerui, puta plures,heroes nec appareat de quo actum ſit,Põponius dicit nullã debere fieri condemnationem, propter rei actam incertitudinem. Idem quoq; confirmat Philippus Decius in ſuis conſilijs, conſilio 272.incip. Viſo proceſſu cauſæ uertentis,ou.5.in 1.parte. Vide infra,Facta ſine probatione.

Eſſe certum, & debere eſſe certum.

Eſſe certum,& debere eſſe certum.] Item, [Scire,& ſcire debere, in iure paria ſunt.] Vt notat in uerbis legis. Qui cum alio contrahit. Nam is qui cũ alio contrahit, uel eſt certus,uel debet eſſe certus de cõditione,& contrahẽtis qualitate.ff.de reg. iur.l.2.§ Si à pupillo.ff. pro emptore. Vnde ſi quia cum pupillo,uel prodigo contrahat, isq; contrahens poſtea ſentiat ſe per eum contractũ in aliquod incidiſſe damnum, & de reſtituẽdo eo damno contra pupillum,aut minorẽ agere cœperit, & cõtra eum contrahentem pupillus aut minor,certè in ea actione longè fauorabilior, ac potẽtior ad excuſationem eſt cauſa pupilli,uel minoris, utpote quos uel ætas,uel gubernationis inſcitia excuſet,argumẽto. l. Quod infans. ff. de rei uendi. Atque ideo is contrahẽs in damno,& in culpa erit,qui taliter pupillo,aut minori ſoluit, quia ſcire debuerat quis & qualis is fuerat, cum quo tractauit. §.Sed econtrario,inſtit.Quibus aliena.licet. Nihilominus,ſi quis contrahens uerè ignoraſſet eũ uerè fuiſſe pupillum,minorẽ,aut prodigum,certè is non deberet ſoluere,aut in damno eſſe, niſi certò probari poſtea poſſet ipſum certo præſciuiſſe, aut ſaltẽ dubitaſſet de eius conditione,ſcilicet an fuerat pupillus,minor,aut prodigus, an non,& hoc potiſsimũ,qđ is pupillus,minor, aut prodigus diues fuit,& pro diuite habitus, ſic ut ea pecunia numerata plurimum incommodaret contrahenti pupillo,minori,uel prodigo parum,certè tunc contrahens liberatur per exceptionem,l.apud.§. ſi quis pupillo.ff.de excep.dol.Philip.Decius,uir certè magni conſilij, in d. l.ſiue regula.Qui cũ alio contrahit.Sic ſi quiſquam mutuaſſet pecuniam alicui filiofamilias, is non poſſet idipſum mutuũ iure repoſcere,aut recipere, obſtãte ſcilicet S.C.Macedoniano,quia ſcire potuit, aut debuit illum eſſe filiumfamilias,l.pen.ff.Ad S.C.Macedonia.&idem in minore,ut notatur per glo.in l.ſi Titius in uerbo,ætatis.ff.de fideiuſſorib. Præſumitur enim ſemper, quod is qui cum aliquo contrahit,notitiam eius habeat, aut habere debeat,cũ quo mercatur, aut contrahit: ut notat Bald. per illum text. in l.incivilem. C. de furt. Vnde ſi quis ſua culpa in aliquod damnum per eum cõtractum inciderit,is ſiue ciuis ſit,ſiue forenſis, ab eo damno excuſari non poteſt,ob id quod cum boni ciuis liberis cõtraxit,qui in paterna poteſtate adhuc extiterãt, quique talium liberorum,ac filiorum qualitatem uel ſciuit,uel certè ſcire debuerat. Et ſi eãdem ignorauerat, profectò inueſtigare debuerat,qualis is fuerat,cũ quo ignoto contrahere præſumpſit, ut no.at Cumanus in ſuis conſilijs, conſi.26.incip.Cum ſtatutũ Paduæ, col.1. Simili quoq; ratione ille qui contrahit,in materia ſocietatis contrahere cupit,is etiam qualitatem eiuſdem ſocietatis inueſtigare debet: quod ſi non fecerit, ſed per huius non inueſtigationis occaſionem in damnum inciderit, id damnum ſua culpa ferat oportet. Ad horum quoque ſimilitudinem,quod hic dicitur de contrahente,idem & cenſendum eſt de eligente:quem ẽt præſumitur habere,uel debere habere notitiam electi. Quocirca nõ excuſantur Canonici,patroni,aut reliqui collatores, qui ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, ob commendationes amicorum,indignos quoſq; cum maximo eccleſiæ ſcandalo ſæpe eligunt,ut notat Bar.in l.ſi patronus.ff. de confirman.tuto.& ibi Bart.allegat præſcriptum textũ. Qui cum alio contrahit. Vide de hoc etiam infra, Scire.

In eſſe conſiſtere.

In eſſe conſiſtere, & aliquid conſiſtere in eo ſtatu qui rem iam iã producet in eſſe,in iure ſunt paria.] l.Fulcinius, & ibi Bar.ff.Quib.ad liberta.progredi non licet. Et in l. non tñ,in princi.ff.de excuſ. tut. Sic Chriſtus apoſtolis poſt cœnam nouiſsimã loquens de ſua morte & ualedictione,capitibus 13. 14. 15. ſic ſermonem contexit,& protulit quaſi prætetita fuiſſe mortem pronunciaſſet, quæ tñ tum demũ imminebat. Odio habuerunt (inquit) me gratis, Io.15. Item, Nunc clarificatus eſt filius hominis,& Deus clarificatus eſt in eo, Io.13. Item, uenit hora,ut omnis qui interficit uos arbitretur ſe obſequiũ præſtare Deo. Io.16. Pari quoq; ratione ſancti Prophetæ propter prophetiæ & rei futuræ certitudinẽ, ſic de futura Chriſti paſsione locuti ſunt,ac ſi ea tunc temp. ia cõpleta fuiſſet,ut, Aſtiterunt Reges terræ,& Principes conuenerunt in unũ aduerſus dñm & aduerſus Chriſtũ eius. Pſa. 2. Verè languores noſtros ipſe tulit,& dolores nřos ipſe portauit. Et nos putauimus eũ quaſi leproſum,& percuſſum à Deo, & humiliatũ. Ipſe aũt uulneratus eſt ꝑ iniquitates noſtras, & attritus eſt propter ſcelera nřa. Eſaiæ 53.atq; ita in plurib.alijs ſcripturæ locis,ſed hæc obiter,pergamus nunc ad iura. Ad ꝑdictum itaq; modũ (Alberico teſte) ſimilia ſunt, Aliquid iam factum eſſe, & iam iam proximè factũ iri,uel faciendum eſſe.l. rem legato.ff.de lega.3.ubi pro dato hř qđ dari paratũ fuit. & in l.ſi quis cũ ſciret.ff.de uſuc. pro empt. ubi perditũ cenſetur, qđ ſtatim perdẽdũ eſt.& l.qui pœne.§. Diuus. ff.de manumiſsionibus ex quo notat Benedict. Plumb. Quod licet is qui captus eſt in cauſa capitali, non ſit ſideiuſſorib.relaxandus,ut notat Bart.in l.1.ff.de cuſtod. reo.tamen ſi certo conſtet de ipſius innocentia, & ſi cõcluſum eſſet in cauſa, ut proximè abſolui debeat, certè is omnino,& ſtatim relaxari debebit. quod dictum pro ſingulari citat Iaſ.in l.naturaliter.§. nihil cõe,col.19. uerſ. Ego ultra ſcrib.ff.de acqui.poſſeſ. Quod quidem ſingulare ẽt hoc noſtro æuo diligenter obſeruandum eſt,contra quorundam ſuperciliosam ſeueritatem, qui tametſi alicuius incarcerati probitatem,fideiq; integritatẽ certiſsimè cognoſcant, ipſiusq; innocentiam, tum omnium iudicio teſtatiſsimã, tñ proprijs oculis perſpectiſsimã habeant,atq; is interim clariſsimorũ uirorũ pijs reſponſionibus, maximisq; cautionibus oblatis relaxari deſideretur,tam mordaci tamen pertinacia eoſdẽ non rarò exæſtuare cõperias,ut nullis pactis, nullisq; cautionib. ſeſe placari ſinant,ut talem alioqui probatiſsimum, inſontẽ

ac forcaſsis etiam ualetudinarium, ac penè moribundũ è carceris duritia ullo modo relaxent, priſtiniſq; muneribus fungi permittant, quin potius eundem innocentẽ, carceris ſqualoribus mordicus cõprimant, ac propemodum enecent, quippe unius aut alterius maleuoli atque etiam ſæpe infamis maledicẽtiſsimis linguis potius obſecundãtes, quàm publicæ honeſtæque famæ, quàm clariſsimorum uirorum lætis preconijs, quàm denique ipſi innocentiæ candidiſsimæ auſcultantes. Atque hinc fit ut felicem illum iudicem, qui detinetur apud iudicem aliquem prudentem & chriſtianæ pietatis amantem, effectibus humanis non ita addictum, quin plus ueritati compertę quàm delatoribus tribuat. Contingit enim aliqñ ut delatores ex priuato quodã odio, aut ex nimio iudicibus adulandi ſtudio plura ſæpe ad iudicẽ deferant, quã rei ueritas habet, & ea culpẽt grauius, & atrocius, quàm crimen ipſum mereretur, ex quibus incauto iudici citius imponitur, & inſons contra æquum, & bonum miſerius affligitur. Sed nunc ad intermiſſa. Eandem Iaſonis ſententiam ſequitur quoq; Iacob. Butri. & poſt eum Bald. in l. Sed etſi is. ff. de in ius uoca. per textum quem Baldus dicit ſingularẽ, in l. Nullus, ibi donec reperieris. C. de exhiben. reis. Idẽ quoque confirmat Bal. in l. 2. C. de Cuſto. reorum. Quem deinde ſequitur Franciſcus Aretinus in l. 3. §. Si ſeruus, col. 5. ff. de acquir. poſſ. Quin & per text. in d. §. diuus, dicit Paul. Elea. in clementina Paſtoralis, de re indica. dicit, quod pro condemnato eſſe debeat, q. ſtatim condemnandus erit. At quod etiam eſt textus in d. l. Qui pœnæ. §. 1. ff. de manumiſsionibus Et textus in alia notabili. l. Quamuis indubitati. C. de adulte. per quem decidit notabiliter Bal. ibi. Et in l. Si pro ea, in 6. quæſtione. C. mandati. Vbi dicitur quod ſicut fideiuſſor condemnatus agit contra reũ principalem, ut ipſum eximat, & liberet. l. Lucius, in fi. ff. eodem, ita & is qui de proximo condemnandus eſt. Ad quod etiã allegat textum, in Authentico. Vt cũ de appella. cognoſci. in prin. Hunc quoque ſequitur Alex. in d. l. 3. §. Si ſeruus quem, col. ultima. ff. de acquir. poſſ. Et Iaſon in l. Admonendi, in lectura, col. 12. Et ibi quoque Franciſcus Purp. col. 6. uerſi. Quinto infertur. ff. de iureiur. Item Iaſon in Authentica. Si qua mulier. col. 6. in fi. C. ſacroſanct. Eccleſ. & in l. Diuortio. §. Interdũ, col. ulti. ff. ſolu. matri. Et in l. Naturaliter. §. Nihil commune, col. 19. ff. de acqu. poſſ. in 1. lectu. Et iterum in l. Lectura, col. 23. uerſi. Ad idem benefacit. Horum poſtremo profuſe etiam meminit D. Andreas Tiraquellus in ſuis commentarijs de legibus connubialib. & iure maritali, 15. lege connubiali, numeris 7. & 8.

Eſſe inapparenter.

Non eſſe, & eſſe, ſed non apparere, ut & ante diximus per regulam antiqui iuris, ſimilia, & æquiparata ſunt.] Vnde ſequitur quod ſtatutũ corrigẽs ubi nihil ſit factũ, corrigit & ubi factũ ſit, & quod ſit factũ non apparet. Hinc uidemus & quod qñ duo ſunt caſus à iure antiquo per uiã regulæ æquiparati, quod tũc id quod lex noua corrigeret in uno eadẽ quoque cenſeret idipſum corrigere in alio, ut eſt gloſſa in Autheotica Et non obſeruato. C. de teſta. quã ad hoc pro ſingulari allegat Imol. in l. Si uero. §. de uiro. in 5. fall. quam ponit circa extenſionem, quæ fit in correctorijs. ff. Solut. matrimo. Cum ergo iſta duo, Nihil eſſe, & eſſe, ſed non apparere, ſint per uiam regulæ æquiparata uulgata l. Duo ſunt Titij. & ibi Baldus ff. de teſtamẽ. tute. Et D. Iaſon in l. Titiæ textores, nu. 2. ff. de legat. 1. Et D. Nicolaus Euerardi in ſuis reſponſis ſiue conſilijs, cõſ. 13. ad finem paginæ 55. nu. 30. Et c. Solemnitates 1. de conſecrat. diſtinc. 1. l. Si fuerit. ff. de reb. dubijs. Et in l. Cum ex plurib. ff. de manumiſ. teſtamen. Et textus in l. Quotiens. ff. Qui ſatiſda. cogan. Igitur ſtatutum corrigẽs ius commune, eo caſu, quo nihil eſt pronunciatum, idem dicitur etiam corrigere ius, ubi quod pronunciatum fuit, nõ apparet. ita D. Carolus Ruinus, in ſuis conſilijs, conſi. 144. nu. 19. 4. uol. conſiliorum. Et idem uoluit Alex. in ſuo conſi. 42. incip. Viſo proceſſu &c. In ultima col. in 6. uol. Idem notatur in l. non hoc. C. unde legiti. Et in l. Neque natale. Et in l. Ad probationẽ. C. de prob. Et in c. In præſentia, ubi pleniſsimè, Can. extra, eodem titu. de probat. Et D. Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſilijs, conſi. 104. nu. 2. in 1. parte conſiliorum. Huc facit l. cum res. §. Item ſi res ff. de legat. 1. Et l. Si conſtante. §. Si uxor. ff. ſolu. matri. Et Alex. de Imol. in ſuis conſilijs, conſ. 81. nu. 1, lib. 6. Sic & idem eſt iudicium de his quæ non ſunt, & quæ non apparent, teſte D. Hippol. de Marſil. in ſuis conſilijs criminalibus conſilio 133. incip. In præſenti cauſa inquiſitionis &c. nu. 12 in 2. uol. Et ita conſtat paria eſſe: Nullam fieri prouiſionẽ, aut de certa non apparere. l. In lege, & ibi Bar. ff. de contrahenda empti. & d. l. Quotiens. ff. Qui ſatiſdare cogãtur. D. Vdalri. Zaſ. in ſuis conſilijs, conſ. 5. pagi. 76. nu. 64. Accedit quod uulgo dicitur paria cenſeri, rem non eſſe, & non apparere d. l. In lege, & l. Rutilia Polla. ff. de cõtrah. empt. ita D. Vdalri. Zaſ. uir ille ſummi nominis, in ſuis conſilijs, conſi. 12. pagi. 172. nu. 51. Et idẽ Zaſius, conſi. 20. pagina. 328. nu. 30. ubi ait paria eſſe: Non apparere, & non eſſe. Item non eſſe in tempore, & non apparere in tẽpore, ut D. Andres Tiraquellus in libro de utroq. retractu, nu. 93. [de retraictz lignagiers.] §. 1.] [Dedens lan.] gl. 10 De his uidebis apparere ſupra, ſub litera A. titulo, nõ apparere. De his quoque uide ſupra, themate Non conſtare.

Eſſe euidenter.

Approbari euidens eſſe, & approbari, ſunt paria.] Caius in l. Si uero. §. 1. ff. Qui ſatiſda. cogan. ubi paria narrantur. Is euidentiſsimè diues fideiuſſor eſt, & pro tali ab omnibus euidenter hr̃, & is diues fideiuſſor approbatus eſt. Simili quoque ratione Paulus in l. Si ab arbitro, eodẽ tit. dicit, Quod pro locupletibus fideiuſſoribus habentur, hi quoque apud arbitrum pro locupletibus fideiuſſoribus probati habentur. Et qui ſic ab arbitro probati ſunt locupletes fideiuſſores, hi etiam pro locupletib. fideiuſſoribus habendi ſunt, apud competentẽ iudicem, ſi quãdo ad ipſum cauſæ querela foret deferenda. Item paria ſunt teſtes euidenter eſſe tales, & pro talibus approbari. Speculator in tit. de teſte. §. 1. & Iaſon. in l. Arbitro in princ. ff. illo eodem tit. Vnde etiam dicitur, quod decretum, uel ſententia iudicis approbans aliquid, & omne notorium æquiparantur. c. Finali. de cohabita. cleric. & mulierum. Huc quoque facit l. Emptorem. in principi. cum gloſſ. ff. de actio. empti. non ſolum ad probandam, ſed etiam ad producendam actionem, uti teſtatur Iaſon in d. §. 1. nu. 3. de quo etiam latius uide apud Bart. in l. Is cui bonis. ff. de uerb. oblig.

Eſſe impoſsibiliter.

Non eſſe, & non poſſe fieri, paria ſunt.] l. Mulcta in princ. ff. de condit. & demonſtrat. l. Naturale in exordio. ff. de acqui. rerum domi. l. Gallus. §. uidendum. ff. de liber. & poſth. Alex. in l. Si conſtante. §. Si uxor. ff ſolu. mat. Vbi Põponius in d. l. mulcta dicit, quod mulcta de nõ impleto teſtamento nõ incurritur ab hærede, uel à legatario, uel ab alio quouis qui ex teſtamento aliquid legatum conſequi debet, dummodo tale impedimentum, eaque non impletio teſtamenti per dictum hæredem, aut legatarium non ſteterit, ſed aut per arbitrum, aut per alium quemuis, cuius dictum aut decretum ad eam teſtamenti completionem neceſſariò requiritur. Veluti ſi teſtator alicui legaſſet quippiam ea lege, ut ipſi monumentum aliquod erigeret ad arbitrium cuiuſdam Ioannis, ad hoc arbiter & Iudex cõſtituit, & ſi interim is arbiter, ad cuius

arbi-

arbitrium ea deſignatio ſpectat, aut non uiuat, aut adeſſe non poſsit, certè is hæres aut legatarius per abſentiam arbitri, ob non completum teſtamenti legatum, in damno, & mulcta eſſe non poterit. Deinde ſicut multa non committitur propter talem arbitri abſentiã, ſi is qui arbitrari debuit omnino in rerum natura non exiſtat, ita quoque mulcta non incurritur propter eum arbitrũ abſentem, qui quamuis in rerum natura exiſtat, tamen ad deſignandum ſuum arbitrium non adeſt aut adeſſe non poteſt. Ideoque quamuis in tali caſu hæres, aut legatarius legati conditionẽ non impleuit, in mulctam tamẽ incidere nõ potuit, quia a perſona eius qui arbitrari iuſſus fuit, non receſsit. l. Si quis arbitratu. ff. de uerb. obli. Huc quoque pertinent ea quæ in uniuerſum reſpondet Martianus, ſcilicet quod conditiones omnes quæ cõtra Imperatorũ edicta, aut contra leges ſtatuuntur, eas omnes (quia contra bonos mores conſtituũtur) eſſe deriſorias, & planè nullas. Has enim cõditiones Prætor ſtatim improbat, & pro non ſcriptis conditionibus habendas cenſet. Ideoq; tales hæredes, aut legatarios, quibus aſcriptæ ſunt tales conditiones, debere ſuam hæreditatem, aut legatum ſtatim accipere, non obſtantib. conditionibus nõ completis, ac ſi omnino tales conditiones aſcriptæ non fuiſſent l. Conditiones. ff. de Conditionib. inſtitu. quia paria ſunt. Non eſſe adiectam conditionem, uel eam eſſe adiectam, quæ de iure adiecta eſſe non potuit.

Excipere ſine probatione.

Excipere, & non probare, pareſt cum nõ excipere.] Vel hr c. Cũ ſuper quæſtione, & ibi Panor. nu. 3. extra, de cõ conceſſ. præben. Et ad hoc ſolet allegari iſte textus, ubi ꝗ cũ, qui in Canonicũ Eccleſiæ Tridẽtinæ receptus fuerat, excipiebatur ob id quod illa receptio fuerat contra conſiliũ Lateranẽſe. ſed quia eam exceptionem pars nõ probauit, Pontifex mãdauit receptionem eſſe ualidam & defendendam. Rurſum in l. Cum precibus. C. de probat. dicitur, quod ſtandum ſit inſtrumento, niſi is qui excipit contra inſtrumentum redocuerit, & probauerit id ipſum inſtrumentum eſſe falſum, & falſa in eo contineri. Sic & in l. Si ſcriptum, eod. tit. Nepotes ꝗ reum quendam agebant petitione hæreditatis ab inteſtato. reus cõtra ipſos obijciebat de teſtamẽto facto, ſed quia id teſtamentum exhibere, & probare non potuit, actores uincebant. Et ideo Imperator in l. Si quidem. C. de exceptio. dicit, quod ſi te exceptione munitum aſſeueras, de hoc (id eſt de huius exceptionis probatione) tẽ agi conuenit. Vnde & I. C. dicit, ſcilicet in l. In exceptionib. & in l. Quinquaginta. ff. de probat. & in l. Prima. ff. de except. quod reus in excipiẽdo, quo ad probãdi onus, actor fiat. Nam ſicut actor ſuam intentionẽ probare dẽt, alioquin reus abſoluitur, ita quoq; reus ſi excipit ſuã exceptionẽ probare debet, ſiue eam exceptionẽ facto contrario affirmare promittat, ſiue eandem per reiectionem intẽtionis actoris iam propoſitę, aut per infractionem fractorũ partia iam probare uoluerit, alioqui & ipſe ſic excipiẽs & non probans condẽnatur. Bald. in l. Fruſtra. C. de probat. Ad hunc quoque modum (uti paulò ante in eſſe inapparenter diximus) paria ſunt: Non apparere & nõ eſſe, quo ad iuris effectum. l. Duo ſunt Titij. ff. de teſtamen. tutela. Idem afferunt Bart. & alij in l. Fundi. ff. de contrahend. empt. Et Iaſon poſt alios, in l. Cum res in princip. in 14. notabili. ff. de legat. 1. & D. Cardinalis de Zabarellis, in c. Cum ſuper. extra de conceſſ. præb. nu. 1. colu. 2. De his quoque infra uidebis ſub capite, Probare.

Excipere contra ſententiam.

Excipere cõtra ſniam iudicis, ſed eã exceptionẽ appellando non proſequi, eſt omnino non excipere, ut hr in c. Cæterũ, & ibi Panor. nu. 9. extra de reſcript. In c. cũ dilecti, extra de elect. & in c. Ex parte. 5. extr. de appella.

Vide etiam gloſſam in Clementina Vnica. de dol. & cõtuma.

Exceptio.

Exceptio actionis. Vide ſupra ſub titulo, Actio.

Executores.

De executoribus teſtamẽtarijs. Vide infra, Teſtamẽtarij.

Exilium.

Exilium perpetuũ cũ bonorũ ꝯfiſcatione in iure par & æquale habendũ eſt cũ morte ciuili. Et talis quoq; mors ciuilis par eſt, aut proxima morti naturali ſiue corporali. §. Cũ aũt, iuncta glo. in uerbo mortuo. & ibi D. Ang. Areti. inſti. quib. mod. ius patr. poteſt. ſoluitur. Et l. 1. §. quidam filium, in fi. ff. de bono. poſſeſ. contra tabu. Item Cyn. & Bal. in l. Deo nobis. C. de Epiſc. & cleri. De hoc exilio etiam ipſi meminimus in noſtra Praxi rerũ criminalium, capite 58. De exilijs ſiue bannis, char. 120. nu. 3. & 4. in poſtrema editione. Plura itẽ de hoc uidebitis infra, ſub titulo Relegatio, & ſupra ſub titul. Deportatus.

Exules, Exilium.

Exules cum relegatis, & deportatis & bannitis comparandi ſunt.] Vide ſupra, Bannitus.

Exprimere rebus, & uerbis.

Aliquid exprimere rebus aut factis, & aliquid exprimere uerbis, paria ſunt.] Vt l. de quib. in fine, & iuncta ibidem gloſſa in uerbo, Factis. ff. de legib. ubi Iulianus ait. Nã cũ ipſæ leges nulla alia ex cã nos teneant, quã quod iudicio Populi receptæ ſunt, meritò & eæ quæ ſine ullo ſcripto populus probauit, tenebunt oẽs. Nam quid intereſt ſuffragio populus uoluntatem ſuam declaret, an rebus ipſis & factis? Et Pomponius, Ei qui ſeruum uinctũ uẽdiderit, ædilitiũ edictum remitti æquũ eſt: multò enim amplius eſt id facere, quàm pronunciare in uinculis fuiſſe. l. Si tamen. ff. de ædili. edic. Sic & Vlpianus ad l. 2. ff de his qui notan. infam. §. Ignominioſa autem miſſio. Sed & ſi eum exauctorauerit, id eſt, inſignia militaria illi detraxerit, infamem efficit, licet non addidiſſet, ignominiæ cauſa ſe eum exauctoraſſe, quia paria ſunt: Aliquem grauari facto, & grauari per ſniam, l. Si quis prouocauerint. C. de appellat. l. Paulus. Rem ratã habe. l. Coiri. ff. pro ſocio. & eſt gl. in l. 2. §. Ignominiæ. ff. de his qui notan. infam. Hæc Bar. q. 1 t. incip. Habeo filiam, in contra. uidetur uerſ. Secundo fit.

Exprimere circumlocutiuè.

Exprimere aliquid nomine proprio, & exprimere per demonſtrationẽ uel circũlocutionẽ, uel per Indubitatas circumſcriptiones, paria ſunt.] Ad quod facit l. Certũ. ff. ſi certum pet. Et c. Tuam. extra de conſangui. & affinita. Et Panor. in c. licet ex quadam. extra de teſtib. Vbi paria eſſe dñr, Gradus conſanguinitatis diſtinguere nominibus proprijs, & eoſdem gradus diſtinguere demõſtrationib. perſonarũ, uel alijs externis, certis, & æquipollẽtib. indicijs. Sic inſtitutio hæredis certa dicetur, cũ teſtator nominatim uel indubitato ſigno ipſum hæredem expreſsit. l. Iubemus. C. de teſtam. l. quotiens. §. Si quis nomen ff. de hæredib. inſtitu. Idem etiam confirmatur in c. quanto. & ibi Panor. nu. 7. extra de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap. Et ad hoc. §. Nominatim, inſti. de exhæreda. liber. Et quod dixit D. Pano. in c. In Lateranenſi. extra de præb. Vnde nominatim (inquit Iuſtinianus) quis exhæredari uidetur, ſiue is ita exhæredetur. Titius filius meus exhæres eſto, ſiue his uerbis dicat. Filius meus exhæres eſto, non adiecto proprio nomine, dummodo alius filius non extat. Sic enim rectè facta exhæredatio dicetur: ſic enim ut in exhæredãdo filio pater ipſum

filium

filium præ dolore, aut præ naturali alio effectu nominare non poſsit, aut ut filiũ ſuũ cũ adiectis conuicijs ac probris per odium in filium conceptum, ipſum omnino nominare nolit. Vnde tñ dicit. Filius meus exhæres eſto, uel, ex Seia natum, quem ut non filium ex cauſa agnoſco, exhæredo. l. 3. ff. de liber. & poſthu. Item agrorum limites certi deſignantur, quando ipſorum fines diſtinguuntur ſpecificatione aliorum agrorum, qui ipſis ſunt contermini. l. Forma. ff. de cenſib. Et Bar. in l. Demonſtratio. q. 7. ff. de condit. & demonſtra. Sed & teſtis qui iuramento affirmauit ſe certò rem ſcire, tã certus haberi poteſt, quàm ſi diſtincta expreſsione eam rẽ expreſsiſſet. Atque ipſius ita affirmãtis probatio præſumptiua probatio dicitur, quia iura intelligunt eum affirmare per talẽ certitudinem, quæ ex ipſius natura rei debitæ haberi potuit: teſte Bar. in l. Filium. ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. Quin & ea demonſtratio quæ per digitum fit, certior haberi debet, quàm quæ à nomine ſumitur: gloſſa in l. quæ extrinſecus. ff. de uerb. oblig. ſiue id nomen propriũ ſit, ſiue appellatiuum. Quorſum enim ſunt nomina, niſi ut res demonſtrent; aut nominatim indicent? l. Labeo. ff. de ſupellec. lega. Quæ ſi per oculorum ſenſum res demonſtrata ſit, & in notitiam ueniat nil opus eſt nomine, cum de re ipſa non ſit amplius ambigendum: teſte Alc. ad d. l. Certum, nu. 9. Quare quanuis contingat aliquando error in nomine uel cognomine, uel pronomine, ſi tamen ex uerbis, aut ea circumlocutione uerborum conſtet de quo ſenſerit, is nominis, aut cognominis, uel pronominis error nihil ueritati officere, aut rem impedire poterit: l. Si quis in nomine. ff. de teſtam. Ex quo enim habemus certitudinem rei: non curandum eſt de modo, Iaſon ad l. 2. nu. 6. ff. de liber. & poſth.

Exprimere per relationem ad uerbum.

VERO id expreſſum eſt, & id per relationem ad aliud dictũ eſt, paria ſunt in iure.] l. Aſſe toto: & ibi Barto. ff. de hæred. inſt. Vbi dr̃, Quod in hac ſcriptura certò cõtineri cenſetur illud, quod continetur in ea ſcriptura ad quam fit relatio. Ideoque Paulus dicit. Si ita ſcripſero: Quantum codicillis Titio legauero, licet codicillis legatũ explicetur, tamen ex teſtamẽto ualet ſola quantitas quæ in codicillis legata eſt. l. Si ita ſcripſero, & ibi Bar. ff. de cõdit. & demonſtrat. quaſi dicat, quod ex teſtamento debetur, quod ibi expreſſe relinquitur uel quod per relationẽ ad aliud deberi cognoſcitur, quod confirmant Bal. Ang. & Imol. in d. l. Aſſe: dicẽtes. Si aliquis inſtituiſſet illum hæredem, cuius nomen appareret ſcriptum, ſeu cuius nomen deſcriptum eſſet in ſchedula, quam dedit Priori fratrũ prædicatorum, uel Guardiano fratrum minorũ, ualet quidem ea inſtitutio & tenet, iuxta relationem ad ſchedulam illam datam. l. In teſtamento, & ibi Bart. ff. de condit. & demonſtrat. & idem docet Soci. conſ. 4. incip. Quantum ad primum, nu. 4. & conſ. 62. incip. Viſis nu. 8. uol. 4. Et D. Petrus Paulus Pariſius, in ſuis conſilijs, cõſi. 97. nu. 96. in 1. par. Sic quoque quando iudex dicit in ſententia: Condemno te ad ſummam, quæ continetur in teſtamento. Prior huius ſententię par, ſcilicet Condemno te ad ſummam, per ſe eſt incerta: ſed cum dicitur, Condẽmno te ad ſummam, quæ eſt in teſtamẽto, certa, & plena eſt hæc ſententia. Certitudo enim eius per relationẽ ad teſtamentum ipſum colligitur, dummodo ea ſumma in teſtamẽto certa exprimitur. l. Ait Prætor. §. Si iudex. ff. de re iudic. Atque hinc etiam eſt, quod dicitur certa & uera tradi poſſeſsio, quæ per circũlocutiones deſignatur, l. Quod meo. ff. de acquir. poſſ.

Expreſsio tacita.

EXPRESSIO uirtualis & tacita, par ẽ cũ expreſsione actuali, l. Cũ quid, & ibi habetur plenè de hoc per Bal. Ange. Salyc. & Doctores. ff. ſi cer. pet. Sic & Pomponius. Cum quid mutuũ dederimus, & ſi non cauerimus ut æque bonum nobis redderetur: non licet debitori deteriorẽ rẽ quæ ex eodẽ genere ſit reddere: ueluti uinum nouũ pro ueteri. Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum eſt. Id autem agi intelligitur, ut eiuſdem generis, & eadem bonitate ſoluatur quod datũ ſit. Sic & nominatio perditur, ſiue quis expreſsè illi renunciauerit, ſiue tacitè, ut latè notat Rebuffus in tractatu de Nominatio. q. Vltima. nu. 18. Vnde etiam dicitur, quod expreſsio eorum quæ tacitè inſunt, nihil operatur, quia talis eſt ſuperuacanea, cùm tacita expreſsio ſufficiat, & pro expreſſo habẽda uideatur, l. Conditiones extrinſecus. ff. de cõdit. & demonſt. Ob quod ea non expreſſa, ſed tacitè ſub intellecta, à lege ſuppleri ſolent. l. ſi. ff. de pet. hæred. & l. Triticum, cum ibi notatis. ff. de uerb. obli. & l. De quib. in ſi. ff. de legib. Vide infra, Tacitum.

Pro Expreſſo habetur à Papa.

ISTVD ſufficienter exprimitur, & iſtud Papa uult haberi pro expreſſo, paria ſunt.] l. Omnes, C. de pſcrip. 30. uel 40. annorũ. Vbi Ang. dicit eſſe meliorem textum de corpore iuris. Vbi Imperator dicit præſcriptionẽ tot annorũ obſtare omnib. actionib. ſiue illic expreſsę ſint, ſiue non ſint, quia quæ non ſunt expreſsę, eas uult haberi pro expreſsis. Et quãdo petitum eſt aliquid pro expreſſo haberi: & qñ in ſignaturis dicitur, fiat, ualet gratia, non minus quàm ſi Pontificis gratia multis & clarioribus uerbis expreſſa fuiſſet, quia per hoc uerbum conſtat de mente Põtificis, ut latè Feli. in c. Super libris, nu. 9. de reſcript. Et D. Anto. conſ. 1. & conſ. 49. quia per expreſsionem nihil de nouo datur, ſed iam datum, & habitum refertur. Iſta uero clauſula (habentes pro expreſsis) non tollit inhabilitatem perſonæ, ſed ſolum taciturnitatẽ, & ſurreptionem remouet, Feli. in c. In noſtra. de reſcip. Rota deciſi. 112. in nouis, glo. in Clementina Si Romanus, de præb. Anch. conſ. 20. Sic quoque hæc eadem clauſula non tollit defectum intentionis, nec ẽt inducit diſpenſationẽ, ut teſtatur Ioan. And. in c. Cum adeo, de reſcrip. Et Paulus Petrus Pariſius cõſ. 1. nu. 96. lib. 1. Et idem uult Bal. in titu. de pace Conſtantiæ in uerſ. Non obſtantib. & in l. Diuus. §. licet. ff. de iure codicill. & in l. Sed & ſi quis. §. Quæſitum. §. ſi quis cautio, & probatur in c. ex. de trãſact. & ibi notatur, & in c. Illa, extra de elect. Huius quoque meminit D. Carol. Ruin. in ſuis conſilijs, conſ. 128. incip. Circa caſum, nu. 7. 1. uol. Conſiliorum.

Extare.

NON extare, id eſt non uiuere, & extare, ſed non poſſe ſuccedere, quantum ad hæreditatis rõnem, ſunt paria. §. Sed noſtra. inſt. de ſucceſſ. liberto. l. Si necẽ. § Si deportatus. ff. de bon. liberto. Et l. 3. ff. de bono. poſſ. contra tabu. in princ. Et Bal. in l. Quicunque. C. de ſeruis. fugit. Et l. 2. §. ſi. ff. de bono. poſſ. contra tab. l. Vnica. C. Quando nõ petent partes petentib. accreſc. Et l. 3. in ſi. & l. 4. ff. de bono. poſſe. Et l. 2. §. Sed & ſi. Et ibi Bar. ff. ad S. C. Tertul. Philippus Probus, & Ioan. Monachi. ad c. Ea quæ, de regul. iur. lib. 6. per d. Ludouicum Romanum in ſuis conſilijs, conſi. 43. incip. Ad primum quæſitum, in tertio dubio, ubi dicitur, quod tunc potiſsimum extans ſuccedere non põt, quando ab ipſo renunciatio facta eſt, & quãdo in ea renunciatione uerba ſua expreſſe direxit in ipſam hæreditatem, & ad ipſa iura cõſiderando, ſcilicet in ea renunciatione ius futurum, quod ſibi aliquando poſſet competere. Propter huiuſmodi enim renunciationis uerba, omnibus iuribus, & capitibus, quibus ſuccedere potuiſſet, ceſsiſſe, & renunciaſſe certum eſt, ita ut tunc nullo modo ſuccedere poſsit, ſecundum Baldũ & Angelum in l. Suum. C. de iure delibe. & in l. Pactum. C. de

col.

collationib.q.16.Et Alex.de Imol.in ſuis conſilijs,conſ. 51.incip.Viſo proceſſu col.2.uolu.2. Et Philip. Decius conſ.226 incip.Ad excluſionem,col.2.uerſi. Sed tamen nu.4.Et Ludouicus Romanus conſ.22.col.2.in fine. Et Soci.conſ.34.col.2.nu.5.uol.4.Ita quoque tenet Petrus Paulus Pariſius,in ſuis conſ.69.nu.64.incip.In facto, in 3.par.Et D.Carol.Rui.in ſuis conſilijs,conſ.107.incip. Ex omni capite,nu.8.uol.3.conſiliorum. Et in conſ.87. Incip.In facto proponitur,nu.2.uol.2.conſiliorum.Plura de his uidebis infra,ſub titulo Succeſsio. Et qui plura deſiderabit,uideat D. Philipp. Probũ in additionib. ad D.Ioann.Monachum,c.Priuilegium,nu.10.de uerb. ſignif.lib.6.& c.Ea quæ de regu.iur.in 6.

Extare incognite.

Rem nõ extare,& rem extare,ſed inueniri non poſſe,paria ſunt.Bar.ita notante,in l.Cùm res.nu.8.ff.de legat.1.

Facere contra legem.

Facere contra legem,& loqui contra legem.] Vide infra,ſub titulo,Lex.

Facere difficulter.

Aliquid facilè facere non poſſe,& non poſſe facere,in iure,& per ſe,ſunt paria.gl.eſt in c.quáuis,in uerbo Continuatis,de offi.ordi.lib.6.Ad quod facit gl.ĩ c.Faciat 22. q.2.quæ uult,Quod illud dicitur nõ poſſe fieri, quod cõmodè fieri non poteſt,uti teſtatur D.Hyppol. de Marſil. in ſuis conſilijs,conſ.56.nu.2.& 3.in 1.uol.conſiliorum criminalium.Dixi autem prius per ſe & in iure iſthæc eſſe paria.Nam in foro conſcientiæ,atque in uirtutib.hęc locum non habent.Multa enim ſunt , quæ non admodũ facilè facere poſſumus,quæ tamen aliquo modo facere poſſumus : nempe adiuti gratia Dei. Vnde & Paulus uolens nos ſolis noſtris non debere inniti uirib. ſed etiam debere pendere ab ope diuina,iuxta illud:Sine me nihil poteſtis facere,ait,hoc Chriſti dictum confirmans: Non ſumus ſufficiẽtes aliquid cogitare ex nobis,quaſi ex nobis,ſed omnis ſufficientia ex Deo eſt 2.Corint.3.

Facere inſufficienter.

Non facere,aut minus ſufficienter facere intra ipſũ ſtatutũ, paria ſunt.] c.ſi quis iuſto.uerſ.Si autẽ nullus,iuncta gl. in uerbo,Admittit.de elect.lib.6.Vbi etiam dicitur,quòd paria ſunt. Non conſtituere procuratorem,& conſtituere procuratorem,ſed non legitimè,nec inter tempus debitum,neque ſecundum modum à lege præſcriptum.Sic etiam paria ſunt . Non appellare intra tempus ſtatutũ & minus legitimè appellare intra tẽpus ſtatutum. Bald. in addit. ad Specul. De appella.uerſic. Sed pone , dicit ſtatutum. Iaſon in Authentica. Qui rem,col.6. C.de ſacroſanct.Eccleſ.Item paria ſunt. Non comparere infra tempus legitimum,& intra legitimum tempus comparere,ſed non legitimè , ſecundum modum & qualitatẽ debitam.Et ideo ſicut is contumax eſt , qui ad iudicium tempore ſtatuto non uenit,ita quoque & ille habendus eſt contumax,qui cum debito modo,forma,& qualitate legitimè non uenit,uel qui procuratorem legitimè conſtitutum non mittit,gl.in d.c.Si quis.quo circa ut debita ſufficientia explicetur in libellis Actorum uel reſpõſionibus reorum,adijci ſolent huiuſmodi clauſulæ aut ſimiles (contra ſe, aduerſus Titium,& contra quamcunque perſonam,pro ſe & eius nomine legitimè in iudicio comparentem,&c.) ut notat Ioan. Pet. Ferra. in forma lib.in actio.real.ad uerbum legitimè comparentem, cuius meminit D.Andreas Tiraquellus , in ſuis commentarijs de utroque retractu.titu. [De retraict lignagier.§. de dans lan.] gl.10.nu.90.

Facere indebitè.

Aliquid nõ facere,& aliquid facere nõ tñ debito modo, hoc eſt omiſsis aut omnib.aut quibuſdã ad actũ neceſſarijs,in iure paria ſunt.] l.1.§.Quod ait prætor,2.ff.quorũ legatorũ,cũ ſimilib.alijs iuribus. Exempli gratia:ponatur legatario non eſſe interdictũ ne rẽ legatã ante cõſenſum iudicis præcipiat,atque is legatarius ſic ex cõſenſu hæredis,uel eorũ qui hæredi ſuccedere debebant rem legatã toto uel parte occupauerit,poſtquàm ab eis adita fuerit hæreditas,ualida quidẽ eſt hæc occupatio:uerũ ſi legatarius uoluntatẽ hæredis,& ipſius conſenſum ad occupandum rem legatam exquirat,& eundem conſenſum priuſquã ipſe hæres hæreditatem adierit, hiſce uerbis impetret , frater ſcis quòd iſthæc hæreditas tibi delata ſit quodq; hæc res mihi ſit legata,rogo te ut per tuũ cõſenſum,licet hæreditatem nondum adieris, hanc rẽ mihi legatam præoccupare,& habere liceat.Certè hoc caſu,ſi is hæres qui hæreditatem nondum adijt,id legatario conſentiat,irritus eſt & inualidus talis conſenſus, & inualida ea præoccupatio,ut ibi explicat Zaſius,qua ſcilicet Conſentire,& non cõſentire debito modo & ante aditionẽ à lege requiſitam , paria ſunt. Quò pertinet,quod in c.ſi.de reſtitu.ſpolia.ſcribitur,ſcilicet, quod non uidetur reſtituere poſſeſsionem uel libertatem, qui non debito modo reſtituit.Et quia modus à lege cõſtitutus dr̃ eſſe de forma legis,l.Cùm eorum.C.de ſenten. & interlo.omnium iudic.ideo quicquid alio modo ſit quam debito modo,& qui à iure cõſtituunt,nihil eſt,& pro nullo modo factum cenſetur.Specul.de fructib. & intereſſe.§.5.uerſi.hoc autem,quod uidere licet in executionibus modo debito non ſeruato factis.Et l.A diuo Pio.§. In uenditione.ff.de re iudic.Et l.2.C.de excep.rei iudica.In actionib.& exceptionib.Innoc.in c.Dudũ,de electionib.in mandatis,l.Diligenter.ff.Mandati.Inno.in c. Super de offi.deleg.& in alijs ferè omnib. De hoc & ipſe memini in meo Pupillorũ Patrocinio, titulo de tutorũ & curatorum munere.c.9.fol.46.nu.59. in poſtrema edit.His iuridicis etiam conformia ſunt,quæ diuinos cultus,atque adeo etiam ipſa ſacrificia concernunt.

Sic enim & in ueteri teſtamẽto præceptum fuit,ut Deo offerrent ſua ſacrificia.Sed quãdo ea non debito modo, neque cum debitis circunſtantijs à lege præſcriptis offerebant,tunc quaſi nõ obtuliſſent, habebantur . Vnde prouerb.21. Hoſtiæ impiorum abominabiles quæ offeruntur ex ſcelere.Et Hierem.6 Vt quid mihi thus & laba offertis, & calamum ſuaue olentem de terra longinqua? holocauſtomata ueſtra nõ ſunt accepta mihi,& uictimę ueſtræ non placuerunt mihi.Item Amos.5.Odi & proieci feſtiuitates ueſtras, & non capiam odorem cœtuũ ueſtrorũ.Si obtuleritis mihi holocauſtomata, & munera ueſtra non ſuſcipiam,& uota pinguium ueſtrorũ non reſpiciam.Sic Eſa.58.inuehens in impia Iudæorũ ieiunia,ait:Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare ſicut uſque ad hanc diem,ut audiatur in excelſo clamor ueſter. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi? etc.Et Hierem.14.Noli orare pro populo iſto in bonum.Cùm ieiunauerint non exaudiam preces eorum,et ſi obtulerint holocauſtomata et uictimas,non ſuſcipiam ea,quoniam gladio,et fame, et peſte conſumam eos,etc.

Facere inepte,uel impertinenter.

Nullo mõ facere,et ineptè facere.Itẽ nullo mõ agnoſcere,et impertinẽter,uel indebitè agnoſcere,ẽt iuxta præcedens caput paria ſunt. Teſtib. Alex. Bal. et Sali.in l. ſi auiæ.C.de ſucceſſo.edicto. Vbi dr̃,Quod ſi primus non agnouit bonorum poſſeſsionem,uel ſi agnouit , non tamen agnouit ut debuit,tunc ſequens admittitur : ſecus ſit autem ſi primus agnouit , ut debuit , quia paria ſunt.

Nullo

Nullo modo facere & ineptè facere: Item nullo modo
agnoſcere, & ex nulla cauſa, uel ex capite nullo, uel ex
impertinenti agnoſcere. Sic quoque paria ſunt. Nullo
mō iudicare, & ineptè uel indignè iudicare, l.4.§. Con-
demnatum. ff. de re iudica. Matthæus de Afflictis, deciſ.
Neapolit.182.nu.4. Item paria ſunt, Non adire hæredi
tatem, nō legitimè aut indebitè adire, l. Actus legitimi.
ff. de reg. iur. uide infra ſub titulo, Hæréditas. Et rurſum
paria ſunt libellum nullum exhibere, & exibere libellū
ineptum, uagū, incertum, incorrectum, generalem, ob-
ſcurum, contrarietatem ac repugnantiam continentem,
aut talem quem iudex dētibus lacerare poteſt, l.1. & ibi
Notatur. ff. de offi. aſſeſſo. Et ob id dicitur, quod libelli
inepti exhibitio nō magis interrumpat præſcriptionē in
iure coram arbitro, quàm ſi prorſus nullus libellus un-
quam exhibitus fuiſſet, teſte Bapt. de S. Blaſio, in ſuo tra
ctatu. de arbit. q.44. Neque ēt talis ineptus libellus un-
quam actionem uel accuſationē perpetuare poteſt. Bal.
in l. Edita. C. de eden. Imò ex poſitionibus uel probatio
nibus aptis iuuari non pōt, teſte Spec. de offi. iudic. uer.
ſi iudex. Item, paria ſunt. Non facere probationem, & fa
cere probationem indebitam & ineptam, uel indebitè
aut ineptè, ſcilicet p falſas literas, aut per falſos teſtes,
Bartho. Chaſſe. in ſuis conſilijs, conſ.44.nu.15. parte nō
citata. l. de unoquoque. ff. de re iudica. poſt publicationē
teſtium, & eorum depoſitionem, c. intimauit, & c. frater-
nitatis, de teſti. & l. Per hanc. C. de appell.

Factum eſſe malè, aut indebitè.

SIMILITER aliquid nō eſſe factū, & perperā, ſiue non de-
bitè eſſe factū, paria ſunt.] Ad q facit text. in l. Nulla.
ff. de auth. tut. & in l. Quāuis. §. Si cōuenerit. Et ibi Bar.
ff. Ad S.C. Velleia. Item nulla differentia eſt (inquit Vl-
pianus) an non interueniat autoritas tutoris, an eadē per
peram & indebitè adhibeatur. Et idem in d. §. Si conue
nerit, ait. Quid enim intereſt, non det, an talem dat? hoc
eſt, quid intereſt, an debitor non det fideiuſſorem, an det
in ſufficientē, uel inutilē. Quia ſcilicet uerba ſemper cū
effectu ſunt accipienda, l. de die. §.1. ff. Qui ſatiſd. cogā.
l. Si per alium. §. docere. ff. Ne quis eum qui in ius uoc.
ex ui eximat. Itē, paria ſunt, Tutor inuitus, uel mēte ca-
ptus, uel interualla paſſus aliquid conſenſit, & tutor om
nino, non conſenſit, nec ullam ſuam authoritatē ad hoc
conceſſit, ut habetur l.1. §. Tutor. l. Obligari. §. Tuto. ff.
de auth. & conſen. tuto. Et paria ſunt: Non interueniſſe
iuſſum, uel mandatum & mandatum non debitè eſſe fa
ctum, l. Si quis mihi bona. §. Iuſſum, & ibi Iaſon. ff. de ac
quiren. hæredi. Sic & paria ſunt. Non reſpondere, & per
peram uel non debitè reſpondere, l. De ætate. §. Nihil
intereſt. ff. de interrogat. Act. Et ut ait Vlpianus. Dolo
malo non edidit, & qui malitioſè edidit, & qui in totū
non edidit, l. Vbi. ff. de edend. Item, paria ſunt: Nō de-
diſſe fideiuſſorem iudicio ſiſtendum, & dediſſe fideiuſſo
rē qui certo priuilegio à foro exemptus eſt, & tutus l.1.
ff. ſi quis in ius uocat. &c. & in l. Nō putauit. §. Nō quæ-
uis. ff. de contratab. Et Iaſon. in l. Quotiens. ff. qui ſatiſda.
cogan. cum alijs ſimilibus iurib. uulgarib. Huius etiā re
cordatus ſum, in meo pupillorum Patrocinio. tit. de tu-
torum & curatorum munere. cap.9. fol.46. uerſ. nu.60.
in mea poſtrema editione. Sic etiam aſſerit Ioan. de Ne
uizanis, ut ibi latius, in ſuis conſilijs, cōſ.7. nu.15. De his
& paulò infrà, Facere malè, indebitè, illegitimè.

Facta purè & conditionaliter.

ALIQVID factū eſſe purè & factū eſſe ſub conditione puri
ficata, paria ſunt.] l. fi. §. Titius. Vbi Ang. ff. de uulg. & pu
pil. ſubſtit. l. Si pupillus. ff. de condi. inſtitu. Vbi dicitur
hæreditatis conditionem purificatam habendam eſſe,
pro ea qua purè hæreditas defertur. Et in l. Sed etſi. §. fi.
ff. de acquir. hæred. dicitur, quòd qui credit ſe eſſe purè
inſtitutum, licet ſit inſtitutus ſub conditione, quæ ſit pu-
rificata, poteſt tamen eandem hæreditatem adire, quia
iſto dua inter ſe non ſunt diuerſa, uti docet Bar. in l. Hæ
res inſtitutus, eodem titulo, & in l. fi. §. fi. ff. de uerb. obli.
Quin etiam obligatio pura, & obligatio conditionalis
purificata adęquantur, tam in ſtipulatione quàm in cō
tractu ſtricti iuris. Item ſi eſſet Statutum aliquod, ut in-
ſtrumentum purum & liquidum mandetur executioni
abſq; aliqua exceptione, & ut perſona ipſa capi poſsit,
profectò idem tale ſtatutum ēt uendicat ſibi locum in
inſtrumento continente debitum conditionale, atque ſi
ea conditio iam euenerit, & per hunc euentum purifica
ta fuerit. Per hanc enim ſic purificatam conditionem
poterit & tale inſtr̄m mandari excutioni, ex eadem for-
ma ſtatuti, ac ſi a principio debitum fuiſſet purum, Ang.
in d. l. fi. §. Titius. Atque hinc ēt dicimus, q in contracti
bus cōditio retrotrahitur ad tēpus cōtractus celebrati,
ita ut in eo ſpectandum ſit contractus initium, & non
tempus quo conditio ſtatuta fuit, l. Qui balneum. ff. qui
potio. in pigno. habean. Secuta enim & adimpleta con
ditione contractus habetur perinde ac ſi ab initio fuiſ-
ſet purè, & ſine conditione celebratus: uti docet Decius
in ſuis conſilijs, conſ.279. incip. placet. nu.2. per tex. in l.
Potior. §. Videamus. d. tit. & Paul. Pet. Pariſius allegans
plura conſ.11. nu.64. lib.1.

Facere malè, uel indebitè.

FACERE malè, & nō facere, paria ſunt. Vel facere ita, ut fa-
ctū tale ſit nullū, & omnino non facere, æquiparantur.]
in c.1. & ibi Panor. nu.27. extra de ſenten. & re iudic. c.
2. de translatio. & c. Tuæ, extra de cleri. non reſiden. Vn
de ēt in d. c.1. dr̄ quod in effectu paria ſint, nullā profer-
re ſententiā, & proferre ſniam, ſed contra leges uel ca-
nones: quia ſicut ex ſententia, quæ eſt nulla, non pōt fie-
ri executio l. A diuo Pio. ff. de re iudic. l. Ordo. C. de exe
cut. rei iudica. Ita quoque executio fieri nō poteſt ex ea
ſententia quæ aduerſus leges uel canones lata eſt: ut ha
betur in d. c.1. cum gl. ad uerbum, Inutilem, ubi dicitur,
quòd paria ſunt: Non facere, & inutiliter facere, & ita
multò magis, malè facere par eſt eum non facere: Et in
d. c. Tuæ, dicitur, quòd ad hoc, ut aliquis abſens non ha-
beat fructus beneficiorum ſuorum paria ſint, non eſſe in
ſtudio, & eſſe in ſtudio, ſed ī nō loco priuilegiato, uel in
quo nullum aut non competens ſtudium eſt. Sic item pa
ria ſunt: Non ſatiſdare & nulliter ſatiſdare, l. quotiens.
ff. qui ſatiſdare cogantur. Item, Non cauere, & non ido-
neè cauere. l.1. ff. ut legat. no. caueat. Item, Non offerre,
& offerre, ſed non ſecundū diſpoſitionem legum, adeo-
que & nulliter offerre, l. Acceptum. C. de uſur. l. qui de
cem. ff. de ſolut. Item appellare et nulliter appellare, pa
ria ſunt c.2. de appella.

Facere, & mandare facere.

FACIENS et iubens, uel ratum habens, pares ſunt.] l. Præ-
tor ait. §. Reſtituas prætor inquit. ff. ne quid in lo. pub.
fiat. et ibi D. Alber. de Roſa. nu.1. ubi textus. Nam ſi ipſe
cū quo quis interdixerit, fecerit, uel iuſſu eius alius, aut
ratū habitū ſit, q fecit, ipſe ſuis ſumptib. debet reſtitue-
re. Vel ſic. Nā ſi quis q interdictū eſt per ſe fecerit, aut ſi
idipſum alteri faciendū mandaſſet, idq; ita factum rat ū
habuiſſet, certè ipſe uel faciēs, uel iubens omne damnū
ſuis ſumptibus reſtituere tenetur, et l.1. §. Quotiens. ff.
de ui et ui arma. ubi Vlpianus. Non enim magis excuſa
tus eſt, qui iuſſu alicuius aliquem deiecit, quam qui iuſ
ſu alicuius occidit. Et paulò ante apertius ait. Deieciſ-
ſe autē is uidetur qui mandauit, uel iuſsit, ut aliquis deii
ceretur. Parui enim referre uiſum eſt ſuis manibus quis
deijciat, an uerò per alium. Ad hunc modum ſicut pater-
familias tenetur, et ob id conueniri poteſt, ſi iuſsit ut fi-
lio

lio ſuo quis pecuniam mutuum daret, uel ſi aliquod mutuum filio ſuo datum approbaret uel ratum haberet, nõ ſecus quàm ſi ipſe pater id mutuũ ipſe per ſe accepiſſet. Nam tale patris mandatum, uel ipſius ratihabitio excludit & irritat illud S.C. Macedoniũ. l. fi. C. ad Macedo. Item paria ſunt. Literæ impetratæ ſunt ad lites cum ſpeciali mandato, & literæ ſine ſpeciali mandato impetratæ ſunt, attamen approbatæ. Romanus in ſuis conſilijs, conſi. 340 incip. Circa primum. Et Feli. in c. Nonnulli. §. Sunt aliqui, de reſcript. Paria quoque ſunt rem propriam per ſe uendere, & rem propriam ab alio uenditã ratificare, l. Mater. C. de rei uendica. quod autem faciens & iubens ſint paria, certum eſt per regulam iuris, quæ habet. Quod qui per alium facit, id per ſe ipſum facere uidetur. c. qui facit, de reg. iur.

Facere ſcienter, & præmonitè.

ALIQVID ab initio ſcienter facere, & ab initio iuſto errore deceptũ, premonitũ tamen in re illicita ſcienter perſeuerare, paria ſunt.] Raphael Fulg. in l. qui ꝯ legum præcepta, nu. 1. C. de inceſt. nupr. Vbi quoque dr̃ quod paria ſunt: Ab initio ſcienter inceſtas nuptias contrahere, & poſtea ab illicitis nuptijs contractis non abſtinere, potiſſimum qñ de illicita cõiunctione is monitus, & edoctus fuerit. Et cum hoc concordat Clemẽtina Vnica. de conſang. & affini. c. Inquiſitioni, de ſenten. excomm. c. 1. de donat. inter uir. & uxor. Item, in l. pe. ff. de uſucap. Similiter paria ſunt; Ab initio habere malam fidem, & ab initio habere bonã fidem, ſed poſtea ſuperueniente ſciẽtia rei alienæ, in poſſeſſione rei alienæ permanere. Et ſecundum ius canonicum paria ſunt: Ab initio habere malam fidem, & ab initio habere bonam fidem, quam per præſcriptionem aut impedimentum quis amittit. c. fi. de præſcript.

Facere coactè, timidè.

ALIQVID facere coactè & aliquid facere ex coactionis metu, paria ſunt.] D. Philip. Decius in ſuis conſilijs, conſ. 690. nu. 10. allegato Bar. in l. Nouiſsimè, per illum tex. ff. qđ falſo autho. tuto. Vbi dicit Vlpianus, ꝙ paria ſint, ſi tutor compulſus authoritatem ſuam interpoſuit, & ſi authoritatem ſuam interpoſuit metu ne ad hoc cõpellatur. Et idem tradit Barb in ſuis conſilijs, conſi. 42. lib. 1. & conſ. 60. etiam lib. 1. ubi dicit, quòd paria ſunt: Soluere coactè, uel ſoluere metu coactionis pœnalis. Item, quod paria ſunt: Vxorem coactè facere, & facere metu coactionis. Sic & paria ſunt, Facere cõpulſum per iudicem, & facere ut quis per iudicẽ compelli poſſet, ſecundum Zaſium ad l. 2. §. ſed an ipſos, nu. 4. ff. de confeſſ. Atque ideo quando procurator reſpondet libello, uel petitionibus actoris, dicitur ea reſpõſio eſſe coacta, quia neceſsitas inertes cogit procuratores, ut libello reſpondeant. Et licet iudices non ſemper cogant procuratores, imò quamuis procuratores ultro reſpondeant, adhuc tamen ijdem dicuntur inuiti facere, aut reſpondere, quia ſciunt ſe compelli poſſe per iuſſum iudicis. Vnde ex hoc oritur cautela & prudentia quædam bonorum procuratorum ſecundum Zaſium ibi, qui cum reſpondendum eſt poſitionibus, non reſpondent etiam ſi iudex id iuſſerit, uel decreuerit, donec iudex eos moneat, & eis ad reſpondendum præcipiat ſub pœna excommunicationis. Tunc enim [illegible]undem reſpondere coguntur, hiſce uerbis. Ego procurator metu cenſurarum compulſus, reſpondeo ad poſitiones, alias non reſponſurus, niſi eſſem compulſus. &c. Et ita præmuniendo ſeſe ipſis prouident, ne ulla futura confeſsio ipſius noceat. Sed ſi quid nocumẽti ex ſua confeſsione oriatur, ea nõ ſibi, ſed ſuo domino cedit & obeſt.

Facere alicuius nomine.

DICERE, fac iſtud meo nomine, & fac iſtud procuratoris mei nomine paria ſunt.] Itẽ dicere, Fac iſtud uel ſolue iſtud pro me, & dicere, Solue iſtud meo nomine, tum in iure, tum apud grammaticos paria ſunt, l. fideicõmiſſa. §. interdum. ff. de leg. 3. Nã ſi ipſe procurator meus nomine meo quid facit, & mandat, eo caſu quòd ſic mandat; uidetur id meo nomine mandare, & facere, & à me ad hoc faciendũ ſubſtitutum eſſe ut notare uidentur Doctores, ibi & alibi, & ibi idem quoque notat Bartolus, & per notata eiuſdẽ Bartoli idẽ docetur, in l. 1. §. nũciatio. Et ad hoc facit l. 2. ff. mandati. Et D. Carol. Ruin. in ſuis conſilijs, conſ. 143. incip. Viſo inſtrumento, nu. 6. uol. 4. conſiliorũ. Et D. Per. Paul. Pariſius in ſuis conſilijs, cõſ. 307. incip. quæritur primo, nu. 15. in 3. parte conſiliorũ. Scriptura quoque ſacra hanc paritatẽ apertè confirmat, ſic enim apud Matthęum. c. 8. Centurio, pręclara erga diuinam potentiam inſignitus fide, pro puero ſuo paralitico & male affecto, ad Chriſtum rogaturus acceſsit, quẽ cum inſtantius atque confidẽtius rogaret, hoc benignẽ a Chriſto reſponſum accepit: Ego, inquit, ueniam et curabo eum. Ad quod reſponſum Centurio modeſtiſsimè ac humillimè de ſe ſentiens, et de diuina Chriſti potentia præclariſsime fidens, mox aliud magnificum reſpõſum intulit dicẽs, Domine non ſum dignus ut intres ſub tectum meum, ſed tantum dic uerbo, et ſanabitur puer meus. Certò utique credẽs nihil referre, an Chriſtus corporali præſentia ſuum curet puerũ, an per alium, an ſolo uerbo tanquam per alium, quod ipſi æque poſsibile factu credidit.

Facere illegitimè.

NON facere, et minus legitimè facere, uel ſic paſsiue (ut paulo ante meminimus) aliquid non eſſe factum et aliquid eſſe factũ, ſed indebitè uel illegitimè, paria ſunt.] l. quotiẽs. ff. qui ſatiſd. cogã. l. Scire oportet. i §. Sufficit. ff. de excuſat. tuto. l. Non putauit, in §. Non quæuis. ff. de bo. poſſ. contra tab. l. 4. §. Condemnatũ. ff. de re iudic. l. ſi accuſaturus. ff. de Adult. c. Propoſuiſti, in uerſ. legitimè, extra, de ſo. comp. gl. in l. ſi pater. C. de ſtatu. defunct. cũ multis ſimilib. Huius quoq; meminit D Hippol. de Marſil. in ſuis conſilijs criminalibus, conſ. 18. nu. 10. in 1. uol. et in conſ. 51. nu. 63. et in conſ. 64. nu. 48. in eodem uol. et conſ. 128. nu. 14. in 2. uol.

Facere obliquè.

FACERE obliquè, uide infra, Fieri obliquè.

Facere non conſueuit.

NON conſueuit facere, et non poterit facere quantum ad iuris præſumptionẽ, paria ſunt.] Vel non conſueuit, idẽ eſt ac ſi diceret non poteſt facere. c. Bonæ memoriæ, primo, et ibi Panor. nu 12. extra de poſtula. prælato. ubi dr̃, quod ſedes Apoſtolica non conſueuit poſtulationes prælatorum in magna diuiſione et cõtradictione recipere, et ex eo colligitur quod id commodè facere nõ potuit, quia contra talem poſtulationem eſt iuris præſumptio, ſcilicet, ꝙ non tam ex iuſtitia, quàm ex gratia procedat. Atque hinc eſt quod uidemus. Si papa ſcribat pro aliquo beneficiando, etiam motu proprio, non præſumitur tamen eum uelle aliter facere, quam ſit conſuetus facere; et ideo ſi clericus ſecularis impetraſſet beneficium non ſolitum dari ſecularibus, non ualet talis impetratio, et ſi in bulla ſit clauſula motu proprio, ut docet Bal. et alij in d. l. Fideicommiſſa. §. ſi ſerio. Et eſt bonus text. in ca. Cum de beneficio, de præbẽ. lib. 6. et in c. Poſſeſsiones, iuncta gloſſa, de reb. Eccleſ. non alienan. quia quando Papa hoc non conſueuit facere, id habetur inſolitum, et iuris præſumptio eſt de ſubreptione et obreptione con-

tra ipſum impetrantem, Nam uulgo dicimus, Quod omnia inſolita, noua, & inconſueta habẽt iuris præſumptionem contra ſe. Doct. latè ad l. Poſt contractum. ff. de donat. Et omnis diſpoſitio mũdi ſiue ea legalis, ſiue ultimarum uoluntatum, ſiue contractuum fuerit, recipit omnẽ ſui interpretationem à conſuetudine, & ab eo quod cõmuniter fieri conſueuit, ut teſtatur Panor. num. 12. extra de poſtula. prælato. facit in ſimili textus in l. Idem Iulianus. §. fi. in fi. in uerbo, Diſtrahi non ſoleant, ff. de leg. 1.

Facta per Magiſtratum.

Facta per ciuitatum rectores, & facta per ciuitatẽ, uel cõitatem ipſam, paria cenſentur.] Quo circa ꝯ ciuitatẽ totam aut contra eiuſdem ciuitatis Rempublicam uniuerſam aut contra eiuſdem ciuitatis Rempublicam uniuerſam, & contra eiuſdem ciuitatis ciues quoslibet concedi poſſunt Repræſaliæ illi, qui propter eiuſdem ciuitatis rectores, nempe propter ipſorum delicta, paſſus eſt incõmoda, & iniqua. Nã ex rectorum delictis colligitur deliquiſſe tota ciuitas, imò & ciues ſinguli. Verũ in hoc caſu notandum quòd tum ciues, tum tota ciuitas actionẽ habet, & recurſum cõtra ipſos rectores, ita ut actionis litem contra tales rectores intentare poſsint. Ita dicit Angel. de Peruſio, in l. Metum autem. §. Animaduertendũ. ff. Quod met. cauſ. allegat l. 1. ff. de magiſtra. conuenien. Et l. Lucius. §. Imperator. §. ad municipa. Vbi Vlpianus: Animaduertendum eſt, quod prætor generaliter & in rẽ loquitur, nec adiicit à quo geſtum ſit, & ideo ſiue ſingularis ſit perſona, ea quæ metũ intulit uel populus uel curia, uel collegium, uel corpus huic adiecto locus eſt. Atque hinc eſt, quòd ſi quis uelit uniuerſam ciuitatem conueniri, huic non eſt opus ut omnia ſuppoſitorum, uel ciuium nomina in libello comprehẽdat, & eoſdem nominatim citet, ſed ſufficit quod præſidentium uel magiſtratuum officia exprimat, hoc modo. Magnifice domine Iudex, Ego Sempronius exhibeo hunc libellum aduerſus conſules, totumque decurionum ſeu Senatus ordinem talis Ciuitatis. &c. Ita Barto. in l. 1. C. de iure Reip. li. 11. Sic quoque & Syndicus eundem libellum totius Ciuitatis nomine ſub titulo officiorum, uel rectorem eiuſdem Ciuitatis concipit, ut notatur in Authentica, Sed hodie. C. de epiſco. & cleri. Sic etiã ſi Præfectus Ciuitatis, aut Cõſul, uel totus Senatus qui totius Reipub. adminiſtrator ẽ, aliquid totius Ciuitatis nomine acceperit mutuũ, deque eo mutuo confectum ſit inſtrumentum obligatorium, in quo nemo nominatim expreſſus habetur, ſed ſola Officiorum nomina, eademq; pecunia ſit conuerſa in rem Ciuitatis, profecto tota ipſa Ciuitas tenetur de mutuo. l. Ciuitas, & ibi Doctores. ff. ſi certum petat. Et Bal. in tit. De pace Conſtantiæ. §. Damna. uerſi. Ab uniuerſitate dicit: Quod factum per poteſtates, & conſiliarios & ancianos, id uidetur eſſe factum à tota uniuerſitate, hæc tamen ſecundum quoſdam locum non habent, quando ipſa uniuerſitas probaret, ſe id delictum neque ſciuiſſe, neque poſt cognitionem ratum habuiſſe, teſte Oldra. in ſuis conſilijs, conſi. ſuo 66. Idem allegat etiam Angel. ubi ſupra gloſſ. in Rubrica. C. Quæ ſit longa conſuet. Quod illud quod fecit Conſilium populi, intelligitur factum eſſe à toto populo. Quam gloſſam dicit nõ eſſe alibi: Item, quod conſilium facit pulſata campana, uel quod maior pars facit, id omnes feciſſe uidentur. ſecundum gloſſam in l. Sed ſi ex dolo. ſuper uerbo, Facere poſſunt. ff. de dolo. Varie itaque in hac materia loquuntur Doctores, uti licet prolixius uidere p D. Fredericũ Schenchck à Tautemberg, in ſuo uiridario cõcluſionũ iuridicarum, Tomo primo, concluſionib. 79. 80. 81. ubi hanc materiam fuſiſsimè tractat.

Facta ſine probatione.

Factum non fuiſſe, & factum fuiſſe, ſed id non poſſe probari paria ſunt.] l. Duo ſunt. ff. de teſta. tutel. Vbi dr (uti & ſupra ſubeſſe ſine probatione, diximus) ſi duo ſunt Titij pater & filius: & datus eſt tutor Titius, nec apparet de quo ſenſit teſtator, is tunc tutor datus fuiſſe creditur, quẽ dare ſe teſtator ſenſit, ſi id non apparet, nõ ius deficit, ſed probatio, igit eo caſu neuter debet eſſe tutor. Et Iabolenus ait in legẽ uenditionis non uenire illud de quo non apparet, l. In leg. ff. de contrahen. emp. Et paria ſunt. Non eſſe conſuetudinẽ, & illã quidem eſſe, ſed non probari poſſe, ut notat Ioan. Neuizanus in ſuis conſilijs, conſi. 12. nu. 5. Doctores ad l. De Quibus. ff. de legibus. Vnde maxima iuris eſt, quod actore multa allegante, & nihil eorum probante reus abſoluitur. c. fi. de iureiurando, & l. Actor. C. de probat. Item paria ſunt: Inueſtituram nõ eſſe petitam, & inueſtituram eſſe petitam, ſed ipſius petitionem non eſſe probatam. Alciatus in ſuis cõſilijs, conſ. 199. nu. 13. Imo q magis eſt, non ſufficit rẽ eſſe probatam, niſi eadem quoque probetur euidenter, aut (ut ita dicam) concludenter, quia per probationem dubiam, nihil adhuc apparere dicitur. l. Si fieret. ff. de reb. dub. l. Non hoc. C. Vnde legit. l. Neq; natales, l. Ad probationem. C. de probat. & in ca. In præſentia, de proba. Petr. Paul. Pariſius in ſuis conſilijs, conſ. 104. nu. 2. lib. 1. Vide ſupra, Eſſe ſine probatione.

Factum reuocatum.

Factum non eſſe, & factum eſſe, ſed reuocatum eſſe, paria ſunt.] Amo. in ſuis conſilijs, conſ. 80. nu. 4. ubi dicit eſſe paria: Teſtamentũ & ſubſtitutionẽ nõ factum eſſe, & teſtamentũ factum, ſed poſtea eſſe reuocatum, ut probat in l. Item eorum. §. Quod ſi. ff. Quod cuiuſque uniuerſi. nomine. Vbi etiam dicitur quod paria ſunt: Nõ fuiſſe datum actorem, & datum quidem eſſe, ſed poſtea reuocatũ eſſe. Sicuti etiam nihil in rem uerſum eſſe nõ dicitur, niſi id duret uerſum, l. Si pro patre. §. Verſum. ff. de in rẽ uerſo. Sic quoque non dicitur tradita uia, quæ nõ durat, teſte Specul. De dolo & contumacia. §. 6. uerſic. 130. Et non dicitur ſatiſdatum, niſi duret ſatiſdatum, ut habet idem Speculator, in titulo de fideiuſſorib. §. 1. uerſi. ſed qualiter. Et ut in genere loquamur: Id quod non durat, fingitur non eſſe factum, ut dicit idem Specul. tit. de Arbit. §. fi. uerſ. Sed pone arbitrum. Item paria ſunt: Non impugnaſſe teſtamẽtum, & in accuſatione, uel impugnatione non perſeueraſſe, l. Alia, l. Polla. C. de his quib. ut indig. & plura alia exẽpla ſunt in gloſſa ad uerbum uerſu, d. §. Verſum.

Fama.

Fama æquiparatur uitæ & perſonæ.] Vide infra ſub titulis, Honor, Perſona.

Familia & Domus.

Familiam alicuius relinquere, & relinquere domum alicuius, paria ſunt.] per legẽ. In principio, cũ ibi notatis p Iacob. de Are. ff. ad S. C. Syll. Idẽ dicit Dñs Carol. Ruinus in ſuis conſilijs, conſi. 203. incip. De duobus, num. 7. ſecũdo uol. conſiliorũ. Pro quo facit l. Pronunciatio. §. Communi iure §. de uerbo. ſignifi. ubi domum, & gẽtem, & familiam lex æquiparat. Idem notat Alcia. ad l. 1. nu. 5. eodem titulo, domum ſcilicet pro familia accipi. Atque hinc eſt, quod domeſticos hæredes ſuos appellauit Imperator Iuſtinianus, in §. Sed ſui quidem, inſtit. de hæredũ quali. & differẽt. id eſt de filiofamilias. Et hinc quoq; ſit, ut cui uſus domus relinquitur, eidẽ & totius familiæ gubernandæ uſus relictus cenſeatur, ſiue is maritus ſit, ſiue uxor, uti notatur i l. 2. ff. de uſu. & habita. Sic & in ſacris literis, & in Euangelio Lucæ. 2. Ioſeph dicit fuiſſe de domo, & familia Dauid, quia domus eius ex domo ſucceſsione à Dauid deriuata fuerat. Sic quoque & Ariſtoteles lib. Polit. dicit qđ Scelones q ex uno uel uni

ſtipite

ſtipite enati ac producti ſunt, unum corpus, unam familiam, unamq; tribum efficiant. Quod autem domus ꝑ familia uſurpetur, id tum paſſim, tum in ſacris ſcripturis obuium eſt. Cum enim Paulus ait: Neminem baptizaui niſi domum Stephanæ, id eſt familiã Stephanæ. 1. Cor. 1. cap. 6

Fideicommiſſum.

De Fideicommiſſo. uide infra, titulum, Legatum.

Fideicommiſſarius.

De fideicõmiſſario.] uide infra ſub titulo, Teſtamẽtarij.

Fideiuſsió, Pignus.

Fideiussio & pignus æquo iure procedũt.] l. Fideiuſſor. §. Vltimo, ubi hoc notat Ang. ff. de conſt pec. Et D. And. Tiraquellus, de legib. connubialib. & iure maritali. glo. 3. in tex. [Contracter,] charta 148. nu. 102. ubi dicit ꝙ ſicut mulier ſine cõſenſu mariti ſui prohibetur fideiubere, ita quoque prohibetur res ſuas pignori dare. quo pertinet ẽt quod Paulus ſub titulo de pignore ſcribit. Si legati (inquit) conditionalis nomine relicti filiofamilias, pater ab hærede rem propriã eius pignori acceperit, & mortuo patre uel emancipato filio conditio legati extiterit, incipit filio legatum deberi, & neque pater põt pignus uẽdicare, neq; filius qui nunc habere cepiſſet actionem, nec ex præcedenti tpe poteſt quicquam iuris habere in pignore, ſicut & in fideiuſſore dicitur. l. Si legati. ff. de pignorib. & hypothe. Rurſum & Iaſon in l. 1. in fi. ff. de legat. 1. argumentatur à fideiuſsione ad hypothecã ſeu pignus, hoc modo. Officio iudicis, uel ei quod debetur per iudicis officium, poteſt accedere fideiuſſor, ut habet gloſſa, & Bar. in l. Cum quis. §. ſi quis. pro eo. ff. de ſolutionib. ergo & pignus ſeu hypotheca officio iudicis accedere poteſt, quia bonum eſt argumentum, à fideiuſsione ad hypothecam, intelligendo tamen de expreſſa hypotheca, non de ea quæ a lege tacitè inducitur, ut ibidem declaratur.

Fideiuſsio uitioſa.

De fideiuſsione uitioſa.] uide ſupra ſub tit. Cautio uitioſa.

Fides.

Par eſt in ſe, à fide exorbitare, & alios uel exẽplo, uel uerbo à fide deijcere.] Iuxta expreſſum c. Teſtes, circa fi. 2. q. 7. ubi tex. ita hẽt. Paulus Petrũ reprehẽdit qui Princeps apoſtolorum fuerat. Vnde datur intelligi quod ſubditi poſſunt reprehẽdere prælatos ſuos, ſi uel exẽplo, uel moribus, uel doctrina reprehenſibiles fuerint. Sed hæc reprehenſio in ſimili cã exiſtere debet, nõ in quauis cauſa, ſed quæ fidei incrementa concernere putabit, quæq; eiuſdẽ incremẽta impedire uidebit. Vnde & paria ſunt: Malũ facere, & alijs occaſionẽ mali uerbo aut exemplo præſtare. c. Nolo 11. q. 1. c. Cauẽdũ. 10. q. 3. Vnde & omnium malorum, quæ ſequuntur rei ſunt, qui aut uerbo aut exẽplo ſcandalizant aut perimunt alios, & à recta uiuendi norma alios deijciũt, ut habetur c. Si quoſcũq;. 1. q. 1. Imo tot mortibus tidem digni ſunt, quot uitioſa exempla ad alios tranſmittunt c. Qualis. 8. q. 1. c. Præſumunt in fi. 2. q. 7.

Fides mala.

Mala fides ſubfuit à principio, & mala fides poſtea ſuborta eſt, paria ſunt.] ſcđm D. Albericum de Roſate in l. Icẽ ſi rem diſtraxit. §. de eo autem. ff. de pet. hæredi. Quam tamen paritatem gloſſa ait uerã eſſe, quo ad fructus, nõ quo ad fatalitatem, ut latius ibi uidere poteritis.

Fieri malè.

Nihil intereſt an aliquid non fiat, an malè fiat, præſertim in cautionibus, & in ſatiſdationib. c. Notificaſti. 35. q. 5. l. Quotiens. ff. Qui ſatiſd. cogan. ubi dicitur, nullo modo eſſe cautum, aut ſatiſdatum, quod uitioſè cautum eſt uel ſatiſdatum, uelut ſi fideiuſſorem quis conſtituat, aut caueat per fœminam, militem, minorem, ſeruum, &c. talis cautio aut ſatiſdatio eſſet nulla, per gl. eiuſdem legis. In uerbo quotiẽs, & l. De die. §. Quæ mulier. C. de libera cauſ. Vide ſupra. Cautũ eſſe, facere, uel factũ eſſe malè.

Fieri indebitè.

Non fieri, & fieri, ſed non ritè fieri, ſiue indebitè fieri, paria ſunt.] Panor. in c. Veniens, nu. 1. de præsbyt. non baptiza. ubi dr̃, quod is qui de facto ordinatur non baptizatus, non recipit ordinis characterem, ẽt ſi credatur fuiſſe baptizatus. Nã ob ſolam opinionem ſuſcepti baptiſmatis nõ eſt aliquis admittendus ad ordines, ſiue ad miniſterium Eccleſiaſticum, ſed requiritur ut certò cõſtet de accepto baptiſmate, priuſquã legitimè ad Eccleſiaſticũ miniſteriũ ordinet. Nemo enim Eccleſiæ miniſtrã dæ deſignari põt, qui Eccleſiæ membrum nõ exiſtit, nec per baptiſmũ Eccleſiæ incorporatus eſt, ſed qui adhuc ab Eccleſia alienus ẽ. Quare ſi qs antè baptiſmũ ad munia Eccleſiaſtica ordinatus eſſet, is ꝑ non ordinato haberi deberet, quia paria ſunt: Non ordinatũ eſſe, & eſſe ordinatum, ſed indebitè, illegitimè, & non ſecundum formam Euangelij, aut traditionem apoſtolicã. Sic quoq; paria ſunt: Non baptizatum eſſe, & eſſe baptizatum, ſed non ritè, non debitè, non ſecundum inſtitutionem, formam, & elemẽtum, & uerba à Chriſto inſtituta, & ſecũdum conſuetudinem à SS. apoſtolis uſurpatam. Sic etiã paria ſunt: Nullo mõ denũciare, & denunciare, ſed perfunctoriè atq; obſcurè denunciare, l. Aut qui qualiter. §. 1. ff. quod ui aut clam. Et Alex. conſ. 89. incip. Excellentiſsimi col. ulti. lib. 5. Et Areti. cõſi. 68. Sic & paria ſunt: Non edere ſtipulationem, & edere ſtipulationem, ſed non totam, ut habet. l. 1. §. Edere. ff. de edendo. Vbi notat Bal. quòd qui tenetur edere inſtrumentum, is non ſolum tenetur edere quod principale eſt, ſed etiam ſtipulationem ipſam & renunciationes, & alias clauſulas adiacentes omnes. Sic & paria ſunt: Non accedere ad iudicem, & accedere quidem, ſed omnia quæ ad negotium pertinent non exprimere: l. Scire oportet. § Scire autẽ, ff. de excuſa. tuto. Et paria ſunt: Ignorare uel neſcire, & ſcire, abſque cognitione eorum, quæ ſunt de ſubſtantia eiuſdem ſciẽtiæ, l. Multũ. ff. de cond. & demonſt. Sic quoque paria ſunt: Omnino nõ proſcribere, & non ritè, nec legitimè proſcribere, hoc eſt proſcribere clã, obſcurè, & non in propatulo. l. Sed & ſi. Pupillus. §. Proſcribere. ff. de inſti. acti. Nullum enim, nihil, & inutile in iudicijs ſemper paria iudicant, ut notatur in c. Inter corporalia, de translat. Epiſc. Ad ꝙ facit textus, in l. 1. ff. quod uniuſque uniuerſi. nomi. Et idem notatur per illum text. & per text. d. c. Veniens. Ex quibus colligi poteſt, quod ſi procurator non facit fidem de ſuo mandato, id eſt, ſi nõ fideliter iuxta acceptum à cliente ſuo mandatum compareat, & reſpondeat, profectò iſtud cõparere perinde habendum eſt ac ſi omnino non comparuiſſet, adeo, ut ob talem indebitam comparationẽ is procurator poſſet puniri tanquã contumax & non comparens, uti notat Bartol. ibi. Quod diligenter notandum, & memoriæ mandandum eſt. Plura item ad horum confirmationẽ allegat Iaſon in trita & uulgata. l. quotiens. ff. qui ſatiſd. cogan. Quem per ocium & occaſionem ibidẽ conſulere ne pigeat. Vide etiam de his infra, Probatum, Tempus, & ſupra Dominus.

Fieri oblique.

OBLIQVE fieri,& directè fieri,paria ſunt.] l. 3. §. In rem. ff. de in rem uerſo,ubi dicitur quod nihil referat an per aliquẽ res in rem uertatur directè,an eadem res uertatur in rẽ indirectè aut obliq;.ueluti in rem domini directè uerſum cẽſebitur,ſi quis ſeruus acceptam à domino ſuo pecuniam impẽderit in emendo triticum,ueſtes,carnes,aliaq; cibaria in uſum familiæ domini ſui. Sic quoq; in rẽ domini cõuerſum cenſebitur,ſi quis filiofamilias in ſtudijs mutuaſſet pecuniam pro emendis libris,ueſtibus,alijſque neceſſarijs,licet id indirectè impenſum uideatur. Imo hæc paritas eſt tãta, ut is qui ſic filiofamilias pecuniam mutuaſſet,patri actionem intẽdere poſſet de re in rem ipſius familiæ uerſa. Verum hæc ſane quoque omnia intelligenda ſunt, ſcilicet de impenſis neceſſarijs, & honeſtis, non autem de impenſis ad luxum aut pompã, niſi eadem facta quoque eſſent ex mandato domini, aut patris,uel certe cum ipſorum amborum cõſenſu.

Fieri relatiuè ad tempus permiſſum.

ALIQVID fieri tẽpe permiſſo,& aliquid fieri tempore prohibito,ſed cõferri in tẽpus permiſsũ,paria ſunt.] c. ſi. & ibi Panor. nu. 50. extra de ferijs,ubi abundè ſatis uidere licebit quo modo præfatum thema intelligatur.

Fieri ſtatim quando dicatur.

ALIQVA fieri ſtatim,& eadem fieri intra duos menſes,paria ſunt.] quia non eſt ius præſcriptum tempore:teſte D. Ioanne de ſancto Georgio,uulgo Præpoſito,in c. Accepiſti.numero 3.extra de frigid.& malefic. Et idem notat ex hoc Abbas,quod emphyteota,qui per bienniũ canonẽ non ſoluit poſt illos duos menſes,poteſt ſibi conſulere & ſoluere. Et quãuis gloſſa in c. potuit, extra de loca.cẽſeat quod tẽpus ſit arbitrarium, eſt tamẽ dicta opi. communis,ſecundum Card.in d.c.Accepiſti, per dicta in c. Potuit,ubi etiam dr̃,quod paria ſunt: Si uxor ab initio, ſtatim allegat frigiditatem mariti,& ſi eam allegat intra duos menſes. Sed hoc loco notandum eſt, quod iſta æquiparatio uel paritas nõ ſit uniuerſalis, ſed particularis,& tãtum in caſu iam dicto uel in alio ſimili. Nam in alijs cauſis æquiparantur: Statim ſoluere & intra decẽ dies ſoluere,l.promiſſor.ff.de cõſtit.pec. Et in quibuſdã cauſis modicum ſpacium æquiparatur tempori præſenti,l. Si debitori.ff.de iudic. Et hæc cõſiderãda ſunt ſecũdum qualitatem cauſæ temporum,rei, uel perſonarum.

Fieri ſtatim poſt actum.

FIERI in actu,uel poſt actũ:] uide titulũ, Incontinenter. Item uide titulum,intra,Mandatum.

Fieri ante,& poſt litem conteſtatam.

ALIQVID fieri añ litẽ conteſtatã, & fieri incõtinẽter poſt litẽ conteſtatã,in iure paria ſunt.] Gloſſa, in uerbo,Cõteſtationẽ,& l. Põponius. §. Ratihabitionis. ff. de procu. Et dicitur aliquid fieri ante litiſconteſtationẽ, ſi idẽ incontinenter fiat poſt litiſconteſtationem.l. Petens. C. de pact. Et l. Modeſtinus.ff.de ſolut.& libera. Et gloſſa in l. 2. ff. de iuramẽt.calum. Et in gloſſa in l. 1. C. de ope. libert. Et glo. in uerbo, Incontinenti,in l. Vltima.ff.de liber.cau. Verbi gratia: Si emẽdatio libelli ſtatim & incõtinenter poſt litem conteſtatam fiat, ea habetur talis ac ſi fuiſſet facta ante litem conteſtatã, & in iure æqualiter admittitur & recipitur, uti tenet Angel. de Peruſio, & Alexan. poſt eum in l. Edita C. de edendo. Ea enim quæ incontinenter fiunt,ea & adeſſe,& iam ineſſe uidentur, l. Lecta.uerſi. Dicebam.ff. Si cert. peta. et potiſsimum in rebus, aut actionibus momentaneis et tranſeuntibus, l. Thais.ff. de fideicommiſſ. liberta.

Fieri poſt factum.

ALIQVID fieri ab initio,et aliquid fieri poſt factũ: ſic tñ, ut ab initio pceſſerit aliquod pactũ de faciẽdo, paria ſunt.] l. Modeſtinus,et ibi Bar.ff.de ſolut. et liberat. qui ſic habet: Si poſt ſolutionẽ ſine ullo pacto, in omne quod ex cauſa tutelę debebatur,actiones,poſt aliquod interuallũ ceſſæ ſunt,nihil per eam ceſsionem actum eſſet,quum nulla actio ſuperfuerit. Si uerò ante ſolutionem hoc factũ eſſet,uel ſi conueniſſent,ut mandarẽtur actiones,tũc ſolutio facta eſſet,quia conuentio & mandatum ſubſecuta ſunt,quæ mandatas actiones faciunt eſſe ſaluas; cum nouiſsimo quoque caſu precium magis mandatarum actionũ ſolutum,quam actio,quę fuerit perempta uideatur. Et ſic intelligitur,quod dici ſolet: quod præſcriptio in principali trahitur ad acceſſorium,qñ ille inerat principali ab initio: ſecus ſi poſtea eadem interueniſſet, quã do noua præſcriptione opus fuerat, ut habet Romanus ſingulari 577. Et Doct. ad l. Qui fundum poſsidebat. §. 1. ff. de uſuca. pro empto. Sed hęc etiam ad debitam cauſam trahenda, & in paritate rationis limitanda: ſic ſunt, ut ex his generalis theſis non conſtituatur: quia quanuis paria dicant: Ab initio fieri,& poſtea fieri,& confirmari,(quia ratihabitio retrotrahitur) ſi tamen ibi eiuſmodi pactũ antecedat, quale iam iam meminimus, ea paritas locum habere non poterit.

Fieri ſerò.

ALIQVID non fieri,& ſerò fieri paria ſunt.] l. 2. §. Si mulier.ff.de adulter. Vbi Vlpianus. Si ſimul eodem tpe ad accuſationem ueniant maritus & pr̃ mulieris,quæritur uter horum in ea accuſatione præferri debeat, & reſpõdet ibidẽ qđ maritus in ea accuſatione præferẽdus ſit. Hunc enim propenſiore iure & maiore cum dolore eã accuſationem proſecuturum credẽdum eſt,quam pater, adeo ut etiã ſi pater maritum filiæ in accuſatione præuenisſet,& libellos inſcriptionũ depoſuiſſet, mariti tamen accuſatio,licet tardius & negligentius ſuccederet, haberetur potior: dũmodo accuſationem pararet, & probationibus inſtaret atque immineret,ut facilius iudicibus de adulterio commiſſo probaret. Ex quo præuentionis, et negligentiæ reſponſo colligimus: quod paria ſunt Maritũ ad accuſationem uxoris non cõcurrere cum patre, et concurrere quidem,ſed ſerius: ſcilicet quãdo pater ex accuſationem filiæ præmittit et generum accuſat, et horũ probationibus ſtrenuè imminet,et interim ipſe maritus in ſua accuſatione neglig&ẽter agit,et omnia retardat, uti habetur in l. 2. ff. de cuſtod. et exhibit. reorũ. Vbi dicitur: Quod ſi dominus, uel alius quiſpiam uellet defendere ſeruũ de crimine capitali accuſatum, is deberet mox de eo ſeruo iudicio ſiſtẽdo ſatiſdare, alioqui cõijciẽdus eſſet in carcerẽ. Si uero ſeruus de crimine capitali accuſaretur et ſuus dominus tũc abeſſet,uel ſi præſens adeſſet, ſed inſufficiẽter: nempe talis,qui propter inopiam ſatisdare non poſſet, certè tũc ſeruus cõijcitur in carcerem. Porro ſi poſtea dominus eundem ſeruũ incarceratũ optaret eximere ex carcere,et pro ipſo ſatiſdare, atq; his modis quidem defendere, profecto in ea præſentatione dominus iſte audiẽdus eſt, et ſeruus ſub præſtita cautione relaxandus,& liberandus, ſi in hac ſatiſdatione non nimis diu tardauerit. Nã qui nimis diu eã ſatiſdatiõis oblationem offert, is pro non offerente habebitur, quia nõ fieri, et ſerò uel tarde fieri paria ſunt. Et hoc potiſsimũ quãdo ex ea tardatiõe iã incipit alterius oriri intereſſe, ut eſt textus in l. Si ita quis promiſerit decem. §. Seia. ff. de uerb. obli. Vbi ait reſpõderi poſſe, ſi non multo poſt obtuliſſet, nec mulieris quicquã propter eã morã intereſſet, quod tũc omnia ad iudicis cognitionẽ remittẽda eſſet. Sic et in l. Nõ omnes. §. A barbaris. ff. de re mil. dicitur, quod paria ſunt. Nõ redire ad militiã, et redire quidẽ,

ſed ſerò, & poſt multū temporis. Et Vlpianus in l. Si tenetur. §. Finali. ff. de priuileg. credito. dicit paria eſſe: Aliquid non eſſe factum, & eſſe factum, ſed poſt longum interuallum, & l. 3. C. de excuſ. tut. ſic notat Alberi. de Roſate, ad l. Si diuiſio. C. de diuiden. tut.

Fieri ex iuſſu,

QVOD ex iuſſu uel ex mandato alterius fit, id per ſe, & proprio motu factum intelligitur. Ideoq; quantū ad obligādum maleſacientē, hæc paria ſunt.] Teſte Baldo, in l. 1. §. ſi pſes. ff. de magiſt. cōueni. Vide ēt J. Ex mādato fieri.

Fieri per negligentiam.

QVOD per meā negligentiā fieri cognoſcitᷣ, id tanquā ex mea uolūtate fieri conuincitᷣ: & hoc noīe paria cenſenᷣ. l. Si pupillus. ff. de admin. peric. tuto. & curat. Vbi paria ſunt: Si quis tutor re ac uolūtate pupilli poſt pubertatē liberetur, & ſi idem tutor per negligentiam pupilli poſt pubertatē liberetur. Sic item dicimus, quod paria ſunt: Rem ſuam alienare ultrò, & per negligētiā efficere, aut permittere, ut res ſua uſucapiatur aut præſcribatᷣ l. alienationis. ff de uerbo. ſignifi. Sic & nullus fideiuſſor pro perſona principalis debitoris conueniri debet, quādo ts principalis debitor per negligentiam creditoris liberatus fuit: non ſecus, quam ſi idem debitor per puram ac liberam creditoris uolnntatem liberatus fuiſſet.

Fieri contra Prætorem.

ASTQVOD fieri Prætore uetante, & aliquid fieri aduerſus Prætoris edictū, paria ſunt.] Teſte Philippo Decio, in regula, Qui uetante. ff. de re. iur. Ad idē facit l. Aduerſus. ff. de arbi. Vbi dicitur ꝙ aduerſus ſnīam arbitri fieri dicitur, ſi petatur ab eo, à quo arbiter peti uetuit. Et ideo à maiori perinde, immo grauius peccat, qui Prętore uetāte quid facit, atque is qui edictum ſeu albū Prętoris uiolat, l. Si quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Et ſicut dicitur quod aliquis iudicem contemnat, qui diuerſus uocationem eius in iudiciū facit, l. 1. 2. & alijs. ff. Si quis in ius uo. nō ierit. Quia in ipſa uocatione in ius. Sic quoque, quia in ipſo edicto Prætor ipſe repreſentatur, ſi indubiè quid faciat, aut ſcienter contra ius faciat profectò is uidetur legiſlatorem contemnere, teſtibus gloſſa, & Doctorib. in c. Cum illorum, de ſentē. excommunica. Econtrario autem, aliquid uidetur fieri ſecundum legē & legitimè, ꝙ fit iuridice, aut Iudice uel Prætore mandante. Vnde dicit Iuriſconſultus: Quod iuſte poſsidet, qui Prætore authore poſsidet l. Iuſte. ff. de acquir. poſſe. Et ideo mandatū ſeu iuſſus iudicis ſemper excuſat, l. Furti. §. Qui iuſſu. ff. de his qui notant. infamia, & l. Non uidetur. §. Qui iuſſu. ff. de reg. iur.

Fieri difficulter.

QVOD difficillime fieri pōt, id tanquā non poſſe fieri cēſendū eſt.] l. Nepos. ff. de uerb. ſignifi. Iſtud idē quoque cōprobatur cum eo ꝙ ſequitur, infra loco ſecūdo. Sed hoc loco interim notandum eſt, quod iſta paritas non ſemp, nec in omnibus locū habeat: Alia enim eſt ratio impoſſibilium & alia difficilium, quia impoſsibiliū nulla eſt obligatio, l. Non ſolum. ff. de actio. & oblig. & tamen de re difficillima fit obligatio, l. Continuus. ff. de uerb. obligat. licet differatur aliquātulum exactio ex humanitate quæ fundatur ibidē, & l. Quod dicimus. ff. de ſolut. Manet itaq; hæc paritas intra terminos ſuæ paritatis & adæquiparationis, ſicuti refert Raphael Cumanus. in l. Quid ergo. §. ſi hæres, nu. 2. ff. de leg. 1. Vide ſupra. Facere difficulter, Eſſe impoſsibiliter.

Fieri per ſtipulat. & litiſcont.

ALIQVA fieri per ſtipulationē, & fieri per litiſconteſtationē, paria ſunt.] l. Delegare. ff. de noua. Vbi ait Vlpianus. Delegare eſt uice ſua alium dare reum creditori, uel cui creditor iuſſerit. Fit autē iſthæc delegatio uel per ſtipulationem, uel per litiſconteſtationem. Et quia per ſtipulationem cōtrahimus, ideo quoque per litiſconteſtationē cōtrahere uidemur, teſte Alberico de Roſate, in l. Solutionem nu. 4. ff. de ſolut. & liberat.

Fieri ſecundum uerba.

FIERI ſecundū uerba, & ſecūdū ſniam: in iure paria ſunt. Sic contra negatiue, paria ſunt: Fieri cōtra uerba, & fieri contra ſententiā, uel contra ſententiā tantum, ut habetur in l. non dubium. C. de legib. Et idem confirmat Albericus de Roſate, in l. Nominis. §. uerbum ex legib. ff. de uerbo. ſignifica.

Fieri poſſe, ſed indebitè.

FIERI non poſſe, & poſſe fieri ſed nō congrue, aut indigne paria ſunt.] l. Nepos. ff. de uerb. ſig. Vbi dicitur: Si qs his uerbis dotem promiſiſſet, Ego cum potero in dotem tibi lego, aut promitto centum. Cum hoc dicto uidetur tantum promiſiſſe centum, ſi tantundem poſſet deducto ære alieno, & cum ſalua dignitate ſua, id poſſet, quia nō poſſe dotem præſtare, & poſſe, ſed nō ſalua dignitate: paria ſunt. Cum quo etiam concordat textus in ca. faciat 11. q. 1. Vbi dicit, quod illud ſolūmodo dicimur poſſe, quod commode, & conuenienter poſſumus. Et ad hoc etiam pertinet, quod glo. ad l. 1. §. Si Præſes, ad uerbum prodeſſe: dicit quod paria ſunt: Nō dare, & malè, ſeu inconuenienter dare, ut l. 2. ff. Ad municip. Atque hinc etiam diſputatum fuit, an idem eſſet aut in idem rediret: Hic conditionem aliquam de facto adimpleuit, quam de iure adimplere non debuit nec potuit, et conditionē non impleuit. Et uidebatur quod non, quia non adimplere conditionem, et adimplere, ſed non debitè, nec congruè, paria uidentur. Alijs uero contra uidebatur, quod ſic. idque probant per l. Nenius, in princi. ff. de conditio. et demonſtrat. l. Si mulier. §. alias, l. Si quis hæreditariū, et ibi Barto. ff. de condi. inſtit. Sed ſoluitur hæc diſputatio per doctores ad l. 1. ff. Qui ſatiſda. cogat. et ad l. Cū auum. C. de inſtitu. et ſubſtitu. Et per Raphaelē Cumanum, in l. Quid ergo. §. Si hæres, nume. 2. ff. de legat. 1. Reliqua uide paulo ante, ſub themate, Fieri indebitè.

Filius adoptiuus.

FILIVS adoptiuus æquiparantur filio naturali et legitimo ſimul.] ut eſt textus, in §. In plurimis, inſtit. de adoptionib. et l. penultima. C. eodē tit. de adoptionib. Quemadmodū. n. filius naturalis trāſit in poteſtatem patris naturalis, ita et filius adoptiuus tranſit in ptātem patris adoptantis: Et quemadmodum filius legitimus ſuccedit ab inteſtato patri naturali et legitimo, ita et filius adoptiuus ſuccedit ab īteſtato pātri adoptāti. Praterea ſicut filius naturalis et legitimus in teſtō præteritus, poſt teſtamētum patris (ut ita dicam) querelare de inofficioſo, ita etiam filius adoptiuus quantumuis non ſit uerus, ſed ſolum fictitius filius patris adoptantis teſtamentum querelare pōt, ſi ſit in teſtamēto præteritus, l. Gallus Aquilius. ff. de liber. præteri. uel exhæreda.

Fiſcus, Eccleſia, Imperium.

FISCVS in iure æquiparantur Eccleſiæ, et ꝫ: ſi quidē iuridicas non theologicas ſpectemus rōnes.] ut habet gloſſa reputata ſingularis, in l. Si procurator. §. final. in uerbo, Soluto. ff. de iure fiſci. Idem notat D. Iaſon. In §. Ex maleficijs, Inſtitutio. de actionib. Quin et ipſa Eccleſia quodam-

quodammodo gaudet, & etiam uti iure imperij poteſt, teſtis gloſſa, in c. Audiris in uerbo iure minoris, extra de in integ. reſt. Quocirca omnia priuilegia attributa imperio, extendi quoque & attribui poſſunt ad Eccleſiam, ſecundũ Panor. ibi circa finem. 2. col. uerſi. Secundo bota idem quoque aſſerit D. Ioan. Franciſ. Balbus, ibi. Quinto quæro. nu. 5. in ſuo tractatu præſcriptionum. Item, quod Eccleſia fungatur iure imperij, id probatur in Authen. de non alienan. uel permutandis reb. Eccleſ. §. Sancimus, colla. 2. Sunt porro quib. Eccleſiæ ratio ita commendatur, ut ipſam uerum imperium eſſe dicant, imo imperio quouis ſuperiorem, & digniorẽ, c. Duo, & c. Si imperator. 96. diſtinct. Atque hi ex eo dicunt tãtam eſſe differentiam inter imperium, & noui teſtamẽti ſacerdotium, quanta conſideratur inter ſolem, & lunam: Ideoque imperium quoduis ipſo ſacerdotio longe eſſe indignius, & inferius c. Solita, extra de maior & obedien. ut inquit gloſſa in uerbo, Eccleſia, in d. c. Auditis, Vide D. Bartho. Chaſſa. titu. [Des cenſes.] §. 2. in princ. numero 22. folio, libro meo 346. Vide ſupra eccleſia.

Fiſcus, & Mulier.

Fiscvs & Mulier in plurimis iuris articulis parib. paſsib. ambulant, præcipue in tacitis hypothecis.] l. 2. & ibi gl. in uerbo, Ceſſat. & ibi ẽt Bart. Pau. de Caſt. & alij Doctores. C. de priuileg. fiſci. quæ ſemper ad hoc allegat. Et l. dotis tuę C. de iure doti. Et huc facit, l. finalis. ff. Ex quib. cauſ. maio. & l. 4. ff. Qui potio. in pigno. habean.

Fiſcus, Pupillus, & Reſpub.

Fiscvs, Pupillus & reſpublica, æquiparant.] Vide infra, Reſpub.

Forum.

Forvm conſcientiæ, Forũ ęqui & boni, & tribunal ueritatis, ſiue ueræ iuſtitię, & non fictionis æquiparant.] ita ut in his nulli iuris apices locum habere debeãt. Ad forũ. n. cõſciẽtiæ, ad forũ æqui, & boni & ad forũ ueritatis & iuſtitiæ omnes iurium regulæ ſeruire dẽnt: non cõtra. Ita tenet Bal. in l. Vnica in 3. colu. C. de confeſſ. Et idem Bal. in c. 1. colum. 1. in titulo, Quæ ſint regaliæ, Et Iaſon in Rubrica. ff. de acquir. hæred. in fine. Et Ioannes de Neuiza. in Sylua nuptiali, folio 542. colum. 3. poſt principium.

Fori alicuius eſſe.

Fori alicuius eſſe, & eſſe alicuius territorij, & legib. uel ſtatutis alicuius ſubijci, paria ſunt.] Vt notat gloſſa, 8. diſtin. c. Quæ contra mores, & 12. diſtin. c. Illud. Et notant Doctores in Rubrica dẽ conſuetud. Et Ioan. Cald. in diſputat. incip. Quidã Florentinus, &c. Et Dñs Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, cõſilio 49. incip. Viſo, numeris 6. & 10. in tertio conſiliorũ uolumine. Vide ẽt infra, Territorium.

Furtum, Rapina.

Fvrtvm & rapina ęquiparantur, quoad priuationẽ poſſeſſionis: licet ſint in alijs diſsimilia.] teſte D. Vdalrico Zaſio, in l. Rẽ q̃ nobis, nu. 8. & 9 ff. de acquiren. uel amittẽ. poſſeſ. Pro re enim immobili cõpetit nobis poſſeſſoriũ recuperandæ, ſeu poſſeſsionis recuperandæ actio, ſed ꝓ re mobili, furto uel rapina ablata, nulla nobis poſſeſsionis recuperandæ actio competit: ſeu (ut dici ſolet) nullũ poſſeſſoriũ recuperandæ nobis cõpetit, l. 1. §. Si fundus. Vbi hoc ex obliquo habetur. ff. de ui & ui arma. &c. De his plura, uide ſuperius ſub titulo, Carpere pro furari.

Furioſus, Mortuus.

Fvriosvs & mortuus ad ſubeundã iudicis ſniam, pari procedunt.] ut dicit Bal. in l. Humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtitu. Et quia mortuus regulariter non dẽt ſuſpendi. l. Defuncto. ff. de pub. iudic. ergo pariter nec furioſus. Ad quæ facit uulgata & notabilis l. Diuus. ff. de offic. Præſid. quando quidem non debeat addi afflicto. afflicto. l. Tam demẽtis. C. de Epiſco. audien. c. Cum percuſsio. 7. q. 1. cũ multis concordantijs, allegatis, ad l. Diuus. Attamen in caſibus enormibus, in exemplum, & opprobriũ aliorũ, aliquando contra mortuũ fertur ſnia, & executio, ut ſimilia facinora cautius uitẽtur. Verum ex prætaxi potius quam ex miti humanitate.

Furioſus, Pupillus, &c.

Fvriosvs uel mẽte captus, & Pupillus minor uel Prodigus ad bonorũ ſuorũ liberã diſpoſitionẽ non habendã, æquiparant. Quia n. hi omnes rebus ſuis adeſſe, aut uerius, utiliter ſufficere non poſſunt: ob quod in tutelã, & ad curationẽ conſtituunt, merito in non diſpoſitione rerum ſuarum æquiparantur, ut eſt textus notabilis, in l. Fulcinius. §. adeo, & ſequẽti. & ibi Alexan. de Imol. Et Do. Vdalricus Zaſius colligunt & notant. ff. Ex quib. cauſ. in poſſeſ. eatur. Et eſt gloſſa ordinaria, in uerbo, Earundem rerum, in l. Si quis in tãtam. C unde ui. Et gloſſa celebris: (maximẽ hoc tempore infelicisſimo) in uerbo, Prodigalitatis, in c. Ex parte de conſuetudine. Et textus & gloſſa. in l. his qui. §. Diuus. ff. de Tuto. & curato. dat. ab his. Cõcordat cum his etiam gloſſa, in c. Quia cõtingit, in uerbo, Tutorum & curatorum, de religioſ. domib. in Clementinis, & l. finali. C. de curato. furioſ. Quæ quidem gloſſa ſanẽ intelligi debet, ſcilicet quantũ ſpectat ad effectus iuris, & obligationis, ut habet textus non alpernãdus, in l. Qui neque, & ibi gloſſa, & Baldus. ff. de reb. eorum qui ſub tutel. uel cura ſunt. Et de hoc etiam eſt textus, in l. properandum, ad finem. C. de iudi. Et l. 1. C. de curat. furioſ. gloſſa in l. 2. C. eodem. Et Panor. in c. Cum liceat, col. 4. uerſicu. Secundo quęro, de præſcrip. Ducta enim argumentatio ab uno, eadem facile accommodabit ad reliqua, ut ſi dixerimus, Nõ ualet bonorum immobilium alienatio per minores ſine iudicis decreto facta, l. Magis puto. §. Nõ paſsim. ff. de reb. eor. qui ſub tute. uel cura ſũt: ergo nec ualere poteſt alienatio per furioſos aut prodigos ſine iudicis decreto facta. Quæ quidem conſequentia probatur, per argumentandi locum à ſimili: ſcilicet, quod furioſi & prodigi minoribus iure æquiparentur legib. præallegatis, & de ſimilibus idem eſt iudicandum. Poteſt quoque hoc aliaũ oſtendi uerum, ex l. Is cui bonis, & ibi per doctores. ff. de uerb. obli. Is enim (inquit Iulianus) cui bonis interdictum eſt, nec ad promittendum, nec ad tradendum ſeſe obligare poterit. Imo ne fideiuſſor quidem pro eo interuenire poterit, ſicut nec ꝓ furioſo. Plura ſi quis de hac re deſiderat, uideat eximios dominos Nicolaũ Euerardi à Middelburgo, & Claudium Cantiunculam in ipſorum topicis, in loco a Minoribus ad furioſos, & mente captos. Videat etiãm Ioannẽ Oldendorpium, de copia uerbo. ac rerum in iure ciuili, &c. eodem loco. pagi. 36. De hac re etiã memini in meo Pupillorum Patrocinio titulo, De tutorum & curatorum munere. ca. 9. foli. 45. nu. 3. in poſtrema editione. Et idem confirmat D. Vdalricus Zaſius in d. notabili, l. fulcinius. §. Adeo, numeris 9. & 10. ff. Quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur.

Furioſi, Abſentes, Ignorantes, Infames.

Fvriosi, Phrenetici, Abſẽtes, & Ignorantes, Infames & Minorẽnes in iure æq parant.] maximẽ ad hoc, ut nõ admittantur ad teſtimonij fidem. Vel ſic, Furioſi & Phrenetici in teſtimonio ferendo pro abſentibus & ignorantibus

rantibus habentur, l. 1. §. Si furioſus, ff. de acquiren. poſſeſ. & l. 2. §. Furioſ. ff. de iure codicillo. Et l. Nec codicillos. C. eodē titulo, de codicillis. Vbi furioſus loco abſētis eſt. Idē ipſe memini in mea Praxi criminali recognita. cap. 49. titulo, de plena probatione in materia criminali, charta 109. nume. 15.

Furioſus, Infans, Dormiens.

Furiosus & infans equiparātur dormiēti.] Nā ſicut furioſus & infans non punirenſ ulla pœna, ſi per naturalē furiam, aut per infantiā aliquem occiderent, l. Diuus. ff. de offic. præſid. & l. Infans. ff. de ſicar. Sic etiam ſi dormiens interficiat aliquem, non tenebitur homicidij, ut habetur in Clementina 1. & ibi Pet. de Ancha. de homicid. Qđ tamē uerū eſſe arbitror, ſi is dormiens præmonuiſſet, & in cubiculo exiſtētibus indicaſſet hoc ſuum naturale eſſe uitium ſcilicet, quod haberet tale uitium quod nocte in ſomno ex lecto ſurgeret, per cubiculum diſcurreret, & gladijs dimicaturus quoſuis inuaderet: & ſi eoſdē in ſuo cubiculo præmonuiſſet, ut ſibi de hoc ſuo futuro uitio & malo præcauerent. Si enim talis dormiens, tali quitio laborans id nō ꝑmonuiſſet, nec alijs indicaſſet, & interim in ſuo furore aliquem inter dormiēdum aut diſcurrendum occideret: profectò is de homicidio teneretur, & puniendus eſſet ut homicida: non quidem ob homicidium, ſed propter culpam, ut pulchrè Barto. in l. penultima, § Finali. ff. de parricid. Qui exēpli cauſa nominat quēdam Piſanum, qui ſolitus fuit ī ſomno de nocte ex lecto ſurgere, ſeſe armare, atq; ita armatus per ciuitatem cantando diſcurrere. Et citat D. Vdalri. Zaſ. in l. Poſſeſ. 10. § Adipiſcimur, numeris 8. & 9. ff. de acquiren. uel amittenda poſſeſsio, ſe quendam hominem nobilē nouiſſe qui de nocte ſurgebat, & ſeſe armabat, inſternebat equum tanquā equitaturus, quod ubi uxor ipſius intellexit, adeo fuit exterrita & exanimata, ut hæc cōſpiciēs pauculos intra dies mortem obierit. Simile quoque exēplum & ipſe audiui ab hinc paucis annis contigiſſe Gādaui in Flandria. Vide reliqua ſupra, Dormiens.

Futura ſtatim.

Iam iam futura, pro re ipſa præſenti habēda ſunt.] Vide I. ſub titulo, Proxima, & Sententia lata.

Gratiæ papales.

Gratiae Papales, ſiue reſcripta motu proprio cōceſſa, & ultimæ uoluntates æquiparantur.] Quia æqualē, & æque fauorabilē ac pleniſsimā interpretationē accipiūt. c. Si motu proprio. & c. Si pluribus, de præben. libro 6. De quib. D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo in ſuis locis legalibus, in loco, A diſpoſitione ultimarum uolūtatū, ad reſcriptū motu proprio cōceſſum. Et d. Claudius Cantiuncula, in eodem loco: Ab ultimis uoluntatib. ad reſcriptum motu proprio conceſſum. Hac autem ſimilitudine utitur Papa in c. Authoritate, de cōceſſ. præbēd. lib. 6. De his quoque uide ſupra ſub titulo, Beneficium, uel Beneficialis gratia.

Habere debere.

Habere, & hr̄e debere, ſunt paria.] Vt notat Bart. in pulchra quæſtione, in l. penultima §. Cū ita ff. de aur. & argen. leg. Si enim quiſpiam teſtator legaſſet Ioanni oē argētū ſuum quod habuit, iſque teſtator prius cōmodaſſet Petro aliquot ſcutellas argēteas, aut pocula argētea, iſque teſtator interim moriatur ante dictum argentum ſibi redditū; idem hoc argentum, commodatum etiam, competit poſt mortem teſtatoris Ioanni legatario: quamuis hoc argentū non fuerat in domo teſtatoris, uel quamuis teſtator idem argentum actu non habuit, idem tamen habere tenetur, quia hoc ipſum ſuum fuerat, idq; omnino habere debuit lege, & loco ut ante.

Habere, & Habere poſſe.

Habere, & facilè hr̄e poſſe, paria ſunt.] Vt notat Ang. in quæſtione quam ponit in l. item ueniunt. §. Petitam. ff. de petit. hæredi. De hoc & in iam proximo.

Habere non poſſe.

Rem iſtam habere nō poteſt, & rē iſtā cū magna difficultate proſequitur, paria ſunt.] Bald. in l. Materna, nu. 17. C. de rei uend. l. Naturalē. ff. de acquiren. rer. domi. cū plurib. allegationibus ibi per eum allegatis. Rem autē cū difficultate aliquis proſequitur, quando eadē ex conſpectu euanuit, aut quando de impetranda ea re, etiam ſi in conſpectu ſit, nihil ſpei eſt reliquum. Et contra eam rem habere, aut obtinere dicimus, quando eam facile cōſequi poſſumus, & quando in eam perſequendo diligēter inſiſtimus. Ideoque ſi quiſpiam interuenerit qui eam rē quam perſequor, & quam facilè obtinere potero, mihi præripiat, furtum committit, ob id quod rem meam, quē facilè cōſequi poteram præripuit: ut manifeſtè oſtēditur l. & §. ſupra allegatis. Vide etiam ſupra, Amittere conſpectum.

Habere parum nihil.

Habere nihil & admodū parū habere, paria ſūt.] Socin. in ſuis conſilijs, conſilio 30. nu. 3. lib. 4.

Habere maritum inutilem.

Non habere maritum, & habere maritum inutilem, paria ſunt.] Vide infra, titulum, Maritus.

Hæres.

Haeredem eſſe, & hæredē facere, uel fieri. uel factū eſſe, paria ſunt.] Ita ſuſtinet Raphael Cumanus. in l. In ſubſtitutione, nu. 3. ff. de uulga. & pupil. ſubſtitu.

Hęres indebitus.

Hic indebitus dat hæres, aut cohæres. & hic nō dat hæres aut cohæres, paria ſunt.] l. Cohæredi. §. Finali. ff. de uulga. & pupilla. ſubſtitu. ubi dicitur q ſicut qui certæ rei hæres inſtituitur, cohærede nō dato, bonorum omnium hæreditatem obtinet, ita quoq; cui cohæres dat, ſed nō uerus, nec legitimus.

Hæres & liberi.

Sine liberis decedere, eſt ſine hærede decedere.] Vide ſupra decedere.

Hęreditatem adire.

Adire hęreditatem per filium, patre iubente, & adire hæreditatē per patrē filio cōſentiēte, paria ſunt.] l. Filiosfamilias, & ibi Bal. & Alex. C. de iure delibera.

Hęreditatem adire indebitè.

Adire hæreditatē indebitē uel incompetēter, & hæreditatē non adire, in iure ſunt paria.] l. 1. & ibi Alexā. Bal. Salice. Fulgo. & alij ad hoc notant. C. de ſucceſſo. edic. l. Finali, ff. de liber. & poſthu. Et l. Filius emancipatus. ff. de colla. dot.

Hæreſis.

Crimen hæreſeos ſimile eſt crimini læſæ maieſtatis.] Ad hoc, ut utrūq; poſsit poſt mortem accuſa. l. Manichæos, iūcta gloſſa in uerbo ſubire. C. de hæreti. & Manichæ. l. fin. in ff. C. Ad l. iuliā maieſta. Et Specula. libro 4. par. ticu. 4. De hæreticis, numero 5. cuius allegationes ibidē uidere poteris. Ad hæc uidete D. Vdalri. Zaſ. in ſuis reſpōſis ſiue cōſilijs, primi lib. cōſ. 23. pag. 339. 340. 341. 342.

342.343.344.345. quod hac tempeſtate eſt ſcitu pluſquam neceſſarium.

Homicida.

De Homicidis ad locū perfugij concurrētib.] Vide ſuperius ad caput, Capere pro apprehendere.

Homines, Arborum folia.

Homines arborū folijs æquiparanf.] Homerus in li. Ilia. quale foliorum genus tale & hominum: folia quidē ſunt uentus humi: alia uerò ſilua pullulans gignit, quādo ueris uenit tempus, ſic hominum quidē genus, aliud quidem naſcitur, aliud autem moritur. Sopho. in Aiace furēte, Vlyſſis uerba. Vides inquit nos nihil aliud eſſe præter ſimulacra quicunque uiuimus, uel leuem umbram. Ioannes de terra rubea contra rebelles ſuorum regum, in gloſſa proh. in uerbo Derelictam, folio 7.

Honeſtum.

Honestum, neceſſariū, & poſsibile æquiparanf.] l. In eadē, & l. Nec non §. final. ff. ex quib. cauſ. maior. Et nouella de referendarijs ſacri palatij, in principio. Conſtitu. 25. Et Ioannes Oldendorp. in ſuis locis iuris cōmunib. ſub litera N.

Honor.

Honor uitæ comparatur, & grauiſsima infamia, morti.] l. Iuſta iuncta gl. 1. & l. Etiam §. 1. ff. de manu. uindic. Et l. Iſti quidē §. fina. ff. de eo q met. cau. Has ob cauſas multi in religione Chriſtiana uiri pij, glorioſam mortē infami uitæ prætulerunt, uitamque uirtutibus, ac honeſtati poſthabuerunt, nēpe confortati, & conſolati illo uerisſimo dicto. Sa. 4. Quod gratia, & miſericordia Dei ſēper ſit in ſanctos eius, & reſpectus in electos ipſius, adeo, ut etiā ſi iuſtus morte præoccupatus fuerit, in refrigerio tamen conſtituatur. Atq; hinc fit ut iuuentus celerius cōſummata condemnet lōgam uitam iniuſti. Et iuſtus mortuus condemnet uitam iniuſti uiuentis, ſicuti ſero tandē cum admiratione ipſi iniuſti quoque poſt mortem iuſtorum teſtabuntur, deq; ipſorum morte, & miſerando (ut uidebatur) tēporalis uitæ interitu dolērer exclamabūt, & dicent: Hi ſunt quos aliquādo habuimus in deriſum, & in ſimilitudinē improperij. Nos inſenſati, uitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſāctos ſors illorū eſt. Sic & Eleazarus nonagenarius maluit glorioſam eligere mortem, quā contra conſcientiam, cōtraq; legem diuinam aliquid illicitum committere. 2. Machab. 6. Vide & infra, Perſona.

Hoſpitalia.

Hospitalia in iure priuilegiorum, paria cū iurib. Eccleſiarū ſunt.] Vti ſignanter notat in 19. caſibus D. Feli. in ca. De quarta, extra de præſcriptionib. quem breuitatis cā potiū ibidē uidere poteritis. Eandē quoq; paritatē cōfirmat D. Nicolaus Euerardi à Middelburgo in locis ſuis legalib. loco, ab Eccleſia ad pia loca. Sunt nihilominus Hoſpitalia quædam non cōſecrata, nempe ſecularia prorſus & nequaquā religioſa uocata. In his Epiſcopus nullum ius habet, ſicut in religioſis hoſpitalibus, neque eadem Eccleſiaſticis priuilegijs gaudēt, nec in ijs miſſæ ex priuilegij cōſuetudine celebrari, aut alia ſacra tractari poſſunt, niſi cum cōſenſu Epiſcopi, nempe quod loca ſint planè prophana, ut aliæ domus ſeculares.

Hoſpitalarij.

Hospitalarii ſimiles ſunt tutoribus & curatoribus, tā in bonis hoſpitaliū, quam in bonis hoſpitantiū.] Vide inferius, Orphanotrophi.

Hoſtes.

Hostes fidei, æquiparanf piratis.] Sicut enim piratæ paſſim per maria uolitāt, ut incautos mercatores (qui reipublicæ cōmodia proſūt) opprimāt & ſpoliēt, ſic & hoſtes fidei noſtræ (quales ſunt Turcæ, ueri hæretici, & quiuis alij à fide alieni) qui noſtræ orthodoxorum ſaluti per inſtinctū Satanæ & Antichriſti & per infideles principes inſidiantur, noſtramq; fidem & ueritatem Euangelicam uarijs opinionibus, diſſidijs, & bellis, & tormentorū tandem machinis oppugnant, ut fideles quoſque à ſalutari fide & æterna ſalute priuent, quod quotānis per Turcarū incurſiones, & per nō ſane fideles principes licet cernere. Atq; ideo ab his fidei hoſtibus non ſecus quā à uiolentis piratis unicuiq; cauendum eſſe cenſeo, ut uel clā, uel uiolenter ipſorum potentiam liberi effugiant. Atq; de his eſt textus in Authētica, Nauigia. C. de fur. ibi niſi talia ſint nauigia quę piraticam exercēt prauitatem, ſiue nobis ſiue Chriſtiano nomini inimica. Nam cum piratę contra legem faciant, legis auxilio uti non debent. l. Auxilium in fine. ff. de minorib. 25. annis. c. Bonæ memorię 1. cum gloſſa. ſuper uerbo, Exceptione, extra de elec. ca. An ſit deferendum. Et c. Cōſtitutis, extra de appella. Et c. de uiro 12. q. 2. Idem annotauit Bal. in d. Authentica Nauigia. Differunt tamen in hoc quod piratæ ubiq; & à quibuſuis reprædari, capi, uiribuſque ſuis & minui, & prorſus exui poſsint, imò & capitaliter puniri debeant, quia ſunt ipſo iure ut hoſtes patriæ paſsim cōdemnati, & ut loquunf deſidati, hoc ē, ab omni bona fide alieni & reiecti, ut habet Authentica, Caſſa. C. de ſacroſan. Eccle. Et idē notaf in c. 1. de mili. uaſal. qui cōtu. eſt, in 10. col. lar. Et in titulo, Hic finitur l. Conradi. domino gueri am fscière, coll. 10. Idem etiam poſt Bal. notauit Iaſon in §. Rurſus, inſtit. de actionib. nu. 46. folio 26. Hoſtes uerò fidei, ſi ſint exteri nō ſic ubilibet locorū capi & puniri debēt, quia nō omnibus territorijs ſubſunt, nec ad quaſuis nationes ſpectant, neque omnium Principum edictis parere coguntur. Verū enimuero, ſi hi exteri noſtræq; Euangelicæ fidei hoſtes noſtros fines inuaderēt, noſtrāq; rēpublicam nefariè turbarēt profecto, ut ſeditioſi, & reipublicæ perturbatores capi & puniri rūe poſſent. Quin & hæreticos ſeditioſos (qui etiā ſunt hoſtes fidei) nō autē quietos, tacentes, & modeſtos Iuſtinianus puniri uoluit, nec quidem ab omnibus morte, ſed tantū à magiſtratu: Modeſtos. n. tollerādos cenſuit, & in hoc deceptus ē quia nō ſunt tolerandi. Seditioſos uerò nō tā ob religionē, quam ob ſeditionem & reipublicæ turbationē plectēdos eſſe ſtatuit. Creſcentibus autē hęreſibus aliud Carolus Quintus felicis memoriæ Imperator ꝑ tēporis exigentia (& bene) ſtatuit, edicto anni 1550. dato Bruxellæ 29. Aprilis, quo quidē edicto rigoroſiorē legē dedit, qua etiā hæreticos reſipiſcētes ac pęnitētes plectendos eſſe morte naturali, tam uiros quā mulieres ſeu fęminas edixit. Viros quidem gladio, fœminas autē puteo cēluit. Et ſi textus nullus ſit, nec iuris canonici, nec ciuilis, nec ex probatis ſcriptoribus Doctor ullus, qui his qui ſpōte & in tēpore reuertuntur & reconciliati ſunt, pœnā mortis imponat, teſte etiā D. Vdalr. Zaſi. in ſuo cōſi. 23. librī primi. Illud tamen ſubiūgere uolui, quod tā diu in pace ac tranquillitate uiximus, quādiu Iuſtitiarij & Officiarij harū regionū illud edictum adamuſsim obſeruarunt, & poſtquā conniuere inceperūt, in infelicia hæc tempora incidimus, quod quidem edictū tenebantur & obligabātur obſeruare æque bene atque edicta Iuſtiniani Imperatoris. C. de hęr. & manichę. uſq; ad edicta Caroli Quinti Imperatoris. Lex. n. ſemper loquif. Bar. in l. Arriani. C de hæret. & Manichę & ſchiſma. pro quo facit textus in c. Cū marthe. in uerb. Moſaica lex clamat. de ce leb. miſſar. quemadmodū. n. leges & edicta, edita fuerunt per Iuſtinianum Imperatorem, cū maturo conſilio ac deliberatione

ratione, ita & edicta Caroli Quinti Imperatoris: quare etiã ea actè obſeruanda ſunt & erunt, donec maturo conſilio ac deliberatione reuocata fuerint. Nec inferiorũ iudicum eſt diſputare aut in dubium reuocare, num iſtiuſmodi edicta ualida ſint, nec ne, ſed ſecundum ea ſine aliqua difficultate aut ſcrupulo duntaxat iudicare, & ſententiã executioni mãdare. Nihilominus interim & Iaſon, & Barto. de hac materia hãc ſimilem mouent quæſtionẽ. Si ciuitas imperij reſiſtat officiali Imperatoris, an ꝓ hoc dicatur illa ciuitas eſſe hoſtis imperij, ita ut ei bellũ indici poſsit? Et reſpondet Bar. in l. Hoſtes in 3. col. nu. 13. 14. 15. uerſic. Circa prædicta quæro cũ hac diſtinctione ſcilicet. Si ciuitas officiali reſiſtat, ut ipſi perſonæ officiali, uel propter ipſum officialẽ, nõ propter Principẽ uel Imperatorem, tũc ob eam rebellionẽ illi ciuitati ſic in priuata cauſa rebellanti bellum indici nõ debet. Si uero ciuitas Imperatoris officiali rebellet uti principis officiali: nempe in ſuo officio, & propter Principẽ, tunc ea ciuitas cenſenda eſt eſſe hoſtis imperij, & ipſi ab Imperatore bellum indici poterit, ut habet Bar. in lege & loco iam allegatis, & in l. Qui à latronibus, in princip. ff. de teſtam.

Ignorans.

Ignorans quantũ ad culpam cõparãdus eſt cũ infante.] & cõtra. Neuter enim in dolo, aut culpa haberi debet. c. Inebriauerunt, cum gl. 15. q. 1. Et c. Vnum orariũ. §. Criminis appellatio 55. diſtinct.

Immatriculatus.

Iam immatriculatus, & ſtatim imatriculãdus, paria ſunt.] Vel ſtatim immatriculandus cenſet pro iam immatriculãdo. Hinc ait Ange. in l. Ex eo. ff. de mili. teſta. quod ſtatutum puniens offendentem ſcholarem immatriculatũ, etiam locum habeat in offendente ſcholarem ſtatim immatriculandum, quem ſcilicet iuſsit rector immatriculari, licet nondum ſit immatriculatus, quia proximè immatriculandus habetur pro immatriculato, quod etiam uoluiſſe apparet Iacob. But. in l. ſi quis id quod §. Cum proponitur. Cuius ſententia etiam ſequitur Alex. in principio eius legis, col. 1. ff. de iuriſd. omnium iudic. Quin & horum ſententias approbat etiam Iaſon in l. Admonẽdi colum. 2. ff. de iur eiuran. Ad idem facit quod notat Ang. in l. Itẽ ueniunt. §. Præter hæc, & per textum ibi & gloſſam in uerbo, Conſules. ff. de petit. hæredi. quod qui deſtinatus eſt ad magiſtratum, ut illum proxime ineat, iam & iniuiſſe uidetur, ipſiuſq; nomine appellatur. Huic multo propius accedit quod ait Salicet. in l. Cum te. in fine. C. de donat. ante nup. quod mulier pro coniuncta & carnaliter copulata a uiro habetur, quæ de proximo eſt copulanda, quod dictum ſequitur Alexã. in ſuis cõſilijs, cõſilio. 159. inci. Super 1. col. 3. uer. Iſtis ſic præmiſsis. lib. 7. Et pro ſingulari refert Felin. in c. Tertio loco. colu. 4. uerſic. Et retenta. De præſump. & in Rub. de ſponſalib. col. 5. Et Hippol. de Marſyl. in l. 1. colu. 2. ff. de Sicar. & ſingularẽ 106 incip. Qui de proximo. Et D. Andreas Tiraquellus, de legib. cõnubialib. & iure maritali. 15. lege charta. 128. numeris, 15. 16. 17. & ſequentib. ubi ad prædicta multa adducit, quem per ocium ibidem uidere licebit.

Impedimentum ſolutionis.

Debitor impeditẽ ſoluere facto uel aduerſarij, uel iudicis, quoad morã: & debitor impeditẽ ſoluere facto aduerſarij uel iudicis, quoad pœnã euitandã, paria ſunt.] l. Arbiter calendis, & l. Finali. C. de recep. arbit. Et D. Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſilio 150. nu. 16. incip. Satis clarum, in ſuo primo uolumine conſiliorum.

Imperium, Eccleſia.

Imperio quomodo Eccleſiaſticũ ſacerdotiũ comparet.] Vide ſupra Fiſcus.

Impoſsibilia.

Impoſsibilitas naturæ, & impoſsibilitas iuris æquiparant.] l. Vltima. ff. quæ ſentẽ. ſine appellat. reſcind. Vbi Paulus reſpõdet. Impoſsibile præceptũ iudicis, nullius eſſe momẽti. Itẽ reſpondet, ꝙ ab ea ſententia cui parere per rerum naturã nemo poterit, ſine cauſa appellari non debeat, ob id quod talis ſententia impletu impoſsibilis neminem liget, & ibi gloſſa finalis citat l. filius, & l. Conditiones, quæ egregie idem tenent, de condi. inſtituend. Ad hunc quoque modum paria cenſenda ſunt, Nõ poſſe & inhoneſte poſſe. Quæ enim inhoneſta ſunt, etiam ſi poſſet tamen propter decorum, & honeſti debitam rationem, ea ſe omnino non poſſe dicet uir probus, teſte Cicerone lib. 1. Offic. de his uide etiam titulum, Difficile.

Incantatrix.

Incantatrix & Venefica, pares ſunt.] Vide ſupra Amatorius. & infra Venefica.

Incontinenter.

Fiari in actu, & fieri incõtinẽter poſt actũ, paria ſunt.] Secundũ gloſſam in l. Põponius, in §. Rati. ff. de procur. ꝙ dixit ſingularẽ. Ioan. de Imola. in l. Ex cõſenſu. §. Finali. in 25. colum. ff. de appel. Et in l. 2. in §. prius. ff. de uulga. & pupilla. ſubſtitu. cuius quidem gloſſæ etiam meminit D. Hippo. de Marſilijs, in l. 1. in §. Diuus Antoninus, in ultima colu. ff. de quæſtionibus. Et idem dixit gloſſa in l. 2. in uerb. numerationẽ. C. de iuramento calu. Nec diſsimile dixit Specu. in tit. de ſatiſda. in §. Viſo. in uerſi. Debent autem præſtari &c. Et Inno. in c. Paſtoralis. De excepr. Ideoque ait Barto. in l. Si quis mihi bona in §. iuſtum. ff. De acquir. hæredi. quod quamuis authoritas curatoris, in actu pupilli debeat interuenire ante ipſum actum, ut habetur in l. Obligari, in §. tutor. ff. de auctorita. tuto. tamen ſufficit ſi illico, & incontinenter poſt actũ interueniat. Et idem uoluit gloſſa in §. Tutor, in uerbo poſt tempus. inſtitu. de aucto. tuto. & gloſſa. & Bar. in d. l. Obligari. in § Tutor. His etiam ſeruit notabile uerbũ Baldi. in l. Finali. in 5. colu. ff. de ferijs. Vbi ait, quod poſt terminum peremptorium, datum ad probãdum, admittitur nihilominus ad probandum, qui incõtinenter probare, & ſuam moram purgare offert, ſiue eam probationem per inſtrumẽta, ſiuè per teſtes exhibere præſentet. Quod quidem dictum cum pluribus alijs ad hanc materiam faciẽtibus, refert & ſequitur Iaſon in l. Edita, in 6. colum. num. 29. C. de edẽdo, quem uide. Vide etiam D. Hippol. de Marſilijs, in ſuis conſilijs criminalibus, conſilio 137. incipi. inſpecto tenore inquiſitiõis, numeris 32. 33. & 34. cum ibidem ſequentibus numeris.

Inconueniens.

Inconueniens aliquid eſſe in principio, & eſſe cõueniẽs ſic tñ ut ad incõueniẽs mox redigendũ fuerit, paria ſũt.] Teſte Baldo in l. prima. In teſtõ, folio 52. num. 15. C. de teſtam. mili. allegante ibidem Guiel. de Cuneo, quẽ ibi conſule.

Indebitè.

Indebita facere, factum eſſe fieri &c.] Vide ſupra hiſce ſuis locis.

Infamia.

Gravissima infamia morti,& honor uitæ comparant.] l. Iuſta iuncta ibi gloſſa prima, in uerbo Infamiæ ue.& l. Etiã.§.1.ff.de manu.uindic.& l. Iſti quidem.§.Finali.ff. de eo quod met. cauſ. Exẽpla ſacra huc repete ea titulo paulo ante habito, Honor.

Infans.

Infans, & ignorans.] Vide ante, Ignorans.

Infans, pupillus, abſens.

Infans, pupillus,& abſens æquiparantur.] Bal. in l. ſancimus, in principio. C. ad Trebellia. S.C. quæ paritas intelligenda eſt quantum ad reſtitutionem, quæ quidẽ reſtitutio ea Trebelliano fieri debet ſoli tutori infantis uel curatori abſentis, uel curatori furioſi. Et tunc is reſtituens re & uerbo cõſequit plenisſimã liberationẽ ſuæ tutelę, uel curatelæ, & ſi reſtituens nomine pupilli uel furioſi totam hæreditatẽ ex Trebelliano reſtituit, quod Bald. ait notandum eſſe.

Inhabilis.

Inhabilem & nullum æquiparant.] l.1.§.penult.ff. Quod cuiuſq; uniuerſita. nomine. Ita quoq; tenet D. Andreas Tiraquellus, de legib. connubialib.& iure maritali, gloſſa 6. ibi. [Deſoo mari.] charta.181.nu.61. Vbi dicit. Maritum habere inhabilem & maritum habere nullũ, proſus eſſe paria.

Inhoneſte poſſe.

Inhoneste poſſe, eſt non poſſe.] Vide paulo ante, Impoſsibilia.

Iniuſtitia manifeſta.

Iniustitia manifeſta par eſt cum iuſtitia nulla.] ſm plenè notata in c.1.& in c. Inter cæteras, extra de ſente. & re iudica. Et ibi Panor. Fel. aliiq; Canoniſtæ nequaquam incelebres.

Inſtrumentum.

Instrumentum liquidum eſſe,& breui liquidandũ, paria ſunt.] Capicius deciſ. Neapol.48.nu.2.

Inſtrumentum ſine data.

Annos Domini non eſſe in inſtrõ,& eſſe, ſed ita obſcure, ut intelligi non poſsit, paria ſunt.] Ita ſuſtinet D. Alex. de Imo. in ſuis conſilijs, conſilio 90.nu.1.li.6. allegans. l. 2.ff.de his quæ pro non ſcrip. haben.& l.1. in uerſ. Cõſtitutiones uero. C. de emendatione Iuſti. codicis,& l. Quicquid aſtringendæ, ſecundum unam lecturam. Et idem notat ibidem Bartolus ff. de uerborum obligatione. Et ſpeculat. in titulo. De inſtrumentorum editione. §. Oſtenſo. uerſic. Quid ſi abbreuiatura: quem ibi uidere licebit.

Inſtrumentum, teſtes.

Instrumenta & teſtes in iure, parẽ uim ſeu efficaciã obtinẽt.] l. In exercendis. C. de fide inſtrum. Vbi Imperator Conſtãtinus, elegãter & ſuccinctè his uerbis ait: In exercendis litibus eandẽ uim obtinẽt, tam fides inſtrorum, quam depoſitiones teſtium. Et ibi Paulus de Caſt. Et D. Ioan. Monachi in ſuo defenſorio iuris. Cõcordat cum his gloſſa in c. Cum à nobis, ſuper uerbo teſtimonia extra de teſtibus. circa principium. ſi quis plura huius materiæ deſideret, is uideat tractata doctorum tam legum quam canonum, in c. Cum Ioannes extra de fide inſtrumen.

Intereſſe.

Interesse, ſiue damnũ paſsũ, uel quãti res eſt, paria ſũt.] Quia iſta uerba, quaſi ea res eſt aut ualeat, ſignificant ueram rei æſtimationem, ac precium, aut communẽ ualorem,& per conſequens commune intereſſe. Ita ſuſtinuit D. Vdalri Zaſ. in l. Vnica in § hoc iudicium. ff. ſi quis ius dicenti non obtempe. pagina 219. nu. 10. alios uos ipſi uidete.

Intruſus.

Intrusus in beneficiũ & poſsidens bñficiũ quo canonice priuandus, uel effectu priuatus eſt paria ſunt.] c. Cũ dilectus, de purga. canon. D. Bartholomæus à Chaſſaneo in ſuis conſilijs, conſi.20.nu.39.

Inuentu difficile.

Res inuentu difficilis, res nulla cenſetur.] Vide infra Res.

Inundatum, & perditum.

Inundatum aliquid eſſe,& aliquid ab hoſtibus captũ ſeu occupatum eſſe, paria eſſe dicit D. Alberi. de Roſate.] Qui ſe tuetur argũ l. Cũ unus. §. Si pp naturam, nu.1. de bon. autbori. iud. poſsiden. Nam ſicut illud reuera dicemus eſſe deperditum, quod inundatum eſt l.3. §. Labeo. ff de acquir. poſſeſ.& l. Interdum. §.1. l. Quæ uniuerſas § Item quod a mari. eodem titulo, ſic & illud quoque quod ab hoſtibus occupatum eſt, dicitur eſſe in deperdito ob id quod hoc in poſſeſsione noſtra eſſe deſijt. Vnde & ſatis parere dicit, quod ſi horum alterum aliquando euenit, tunc ea res dicitur emphyteotica, ſeu emphyteutica, id eſt perpetuaria, & quaſi poſſeſſoriè infra, ſcilicet, quod ea quæ aut ab hoſtib. ſunt occupata, aut quę á mari ſunt inundata, cenſeãtur à primo poſſeſſore eſſe alienata. Et ideo huiuſmodi deperdita ã pẽſionis præſtatiõe iure ſunt libera, quia per hos & ſimiles caſus res deperditæ eſſe,& non poſsideri dicũtur l.1.C de iure emphyteuti. ut is Albericus loco ut ſupra plenisſimè diſputauit.

Inutilis, Inidoneus.

Inutilis prælatus uel rector,&c.] Vide infra, Rector, Maritus,& ſupra, Cautũ eẽ uitioſe, Cõparere inſufficiẽter, &c.

Iudex impertinens.

Non iudicẽ eſſe,& eſſe iudicẽ, nõ in cauſa de qua agit paria ſunt.] l. Inteſtato. ff. de legi. tutel.& l.1.C. Si à nõ cõpet. iudic. argũ. l. ſi duo. ff. de adminiſtra. tutel. Et ſicut primo caſu nihil efficaciter agitur, ita nec ſecũdo, argumento d. l. Inteſtato. ff. de legi. tutel. l. loci. §. Competit. ff. de ſeruit. uẽdi. De quo plura allegat D. Ioã. Monachi. Card. in c. Ea quę, num.1. De regul. iur. in 6. In c. Priuilegium, num.7. De uerbo. ſignifica. lib.6. Vbi dicit idem eſſe nõ habere aliquid ſimpliciter,& habere, ſed nõ ad id de quo agitur. Quod confirmat Philip. Probus in additione ad Ioann. Monachi. c. Si tibi, nu.23. De præben.& digni. li.6.

Iudicatum male.

Non eſſe iudicatũ,& nulliter uel perperam eſſe iudicatũ, paria ſunt.] l.4.§. Cõdemnatũ. ff. de re iudica.& ibi gloſſa in uerbo, Cõdemnatus ſit. Ad hæc faciunt multa ſimilia allegata per Andream de Yſernia. in c. Primo. §. Prętera,& quæ ibi dixit D. Matthæus de Afflictis, quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.& idem ponit D. Matthæus de Afflictis, in ſuis deciſiõib. Neapolitanis, deciſione.182.nu.4.

Iudicia.

Iudicia & arbitria in multis ſunt ſimilia.] l. Prima. ff. de recept. arbit. Vbi Paulus, Cõpromiſſum ad ſimilitudinẽ iudiciorum redigitur,& ad finiendas lites pertinet. Et ideo regulariter bonum eſt argumentum de iudicijs

ad arbitria. Plura uidere poteritis ad caput ſiue thema, Arbitria. Et in Praxi noſtra ciuili capite 203. De cadendo in ſubmiſsione, & arbitria.

Iudicium.

Ivdicivm Officialis & iudiciũ Epiſcopi eiuſdẽ ſunt effectus.] Quia utrobiq; idẽ eſt cõſiſtoriũ, ſcilicet Epiſcopi & conſiſtoriũ ipſius Officialis. Atq; hæc eſt cauſa cur non appelletur ab officiali Epiſcopi ad eundem Epiſcopum.c.2.de conſuetudinib.lib.6.ubi reprobatur cõſuetudo,qua ab officiali Epiſcopi, ad ipsũ epiſcopũ appellari conſueuit,nẽpe quod ſic ab eodẽ ad ſeipſum appelletur. Nã quum ſit idem auditoriũ utriuſq; ea appellatio interpoſita uidetur habẽda nulla. Sed ſi quis ab officiali appellare uoluerit, is ad Archiepiſcopũ appellet oportet.c.Romana,in principio,de appel.li 6. Nihilominus quanquã hoc loco dixerim par eſſe Conſiſtoriũ Officialis,& Conſiſtoriũ Epiſcopi,non hẽt tñ hæc paritas locũ in omnibus generaliter,teſte c. Si cõtra unũ. §. ultimo. de offi.delega.& c.2.& 3.de offi.uicã.li.6. Vnde Epiſcopus prohibere poteſt officiali ne iudicet, nõ autẽ cõtra. Officialis prohibere nõ poteſt,ut Epiſcopus nõ iudicet, ut habet gloſſa in d.c.Romana ad uerbum idem. Præterea,quod hic dicitur de officiali, id non intelligendum eſt de officiali uniuerſali, aut de foraneo, uel delegato, ſed tñ de officiali ordinario ſecundũ Petrũ de Anch.& Philipp.Frãcum in d.c.Romana,quia ab officialibus uicarijs immediatẽ appel.ã ſũ eſt ad eos,quorum ſunt uicarij,ut habet in clemẽtina.Et ſi principalis. & ibi doctores,de reſcri.l.Præcipuus.C.de appellat.& ibidẽ gloſſa in uerbo, Videatur. Idem enim auditorium eſt(ut dixi) utriuſque ſcilicet & Officialis & Epiſcopi,ſed hæc ſanè intelligẽda ſunt,nempe de officiali generali, uel ordinario,& nõ de officiali delegato,quia ſi ab Epiſcopo delegatus eſſet quiſpiam officialis ad cauſam ſpecialẽ, tunc ad ipſum Epiſcopũ appellari poſſet.c.Super quæſtionũ, de officio delegati.& c. Dilecti de appellat.

Iurare per Deum.

Ivrare per Deũ,& iurare per Principẽ,aut p ſalutẽ Principis in quibuſdã cauſis,mũdus cenſet eſſe paria] l.ſi qs maior annis,& ibi Bar.Paul. & communiter Doctores. C.de tranſact.Et l.Si duo.§.finali.& ibi gloſſa,& Bar.ff. de iureiurã.Sed hæc in foro aulico(ut dixi)& mũdano potius,quam in cõſcientia intelligenda ſunt eſſe ſimilia, tametſi in ueteri lege uaria fuerãt Iudæis in uſu iuramẽta huic iuramento per principem, non admodũ diſsimilia,quæ tamen Chriſtus non approbat, ſed confutat. Matt.5. Iurabant enim per cœlũ,per terrã,per caput, p Hieroſolymã &c.Matt.5. Ioſeph item fratribus ſuis iurabat per ſalutem Pharaonis,& authorem & cõſeruatorem. Iurabant & iudæi per templum, & per altare templi,quæ ipſis leuia & nihil eſſe putabant. Iurabant item per aurum templi,& per donum altaris,quæ grãdia piacula ducebãt ſi non ſeruaretur. Sed horum ſuperſtitionem acriter redarguit Chriſtus. Matt. 23.

Iuramentum, & Fides.

Ivramentvm & fides,in iure ſunt paria.] Vt hr̃ in c. Ad aures,extra de his quæ ui met.cauſa fiunt. Quemadmodum enim unum ſeruandum eſt,ita & ſeruandum eſt alterum,ſi quidẽ id ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poterit,ut habetur in c.Cum dilectus,extra eod.de his quę ui met. cauſa fiunt.Et c.Si uero,extra de iureiuran. Vbi latè Doctores.Et horum ratio eſt, quia quod in æquiparatis legum ſtatuitur in uno, id cenſetur ſtatui & in altero,ut hñt gloſſa & Doctores in l. Si quis ſeruo alieno pſuaſerit. C.de furt.Et l.Quod uero cõtra.ff.de legi.De iſtis nequaquã inutile erit uidere additiones apud Philipp.Decium ſuper regula,& l.Ea eſt natura. ff.de regu. iur.folio libri mei 84. pagina uerſa.

Iuramentum,& Sententia.

Ivramentvm & Sententia paribus paſsibus ambulant.] Vide infra,ſub capite,Sententia.

Inuadere.

Invadere aliquẽ in domo,& in domus ueſtibulo,& petere aliquẽ gladio in domo & pro foribus,in crimine ſunt paria.] Declarentur hæc per exempla,quo melius intelligãtur. Si edicto publico conſtitutũ eſſet,ut quiſquis aliquem inuaderet in domo ſua, is duplo puniretũ,& ſi me quiſquam tunc aſsiliret in domus meæ ueſtibulo,ſeu in porticu domus meæ, is certè me ſic aſsiliẽs eiuſdẽ mulctæ ſtatim reus fieret,quod ueſtibulũ,ſeu porticus pars domus meæ habeatũ.c.Si quis cõtumax 17.q.4. Et Bart. Baldus & Doctores,in l.Cætera.§.hoc Senatus 2. ff.de legat.1.argumento.l.Qui ædes,in fin.ff. De incend.rui. naufrag. Neque etiam hoc in facto ulla eſt facienda diſtinctio,an domus hæc conductitia, an gratis data, ſeu cõceſſa,an emptione uel hæreditate mihi propria. Huic ſeruiunt.l.Lex Cornelia.§.Domum,& ibi ſcribentes. ff. de iniurijs,l.1.§.1.ff.de liber.agnoſcend.Et l.1.§ Habitare.ff.de his qui deiece. uel effud. & Bar.in l.Quid dotum.Et in l.Nec in ea.ff. Ad l.Iuliam de adulte. Item Barto.Alberi.Bald.Paul.de Caſtro, Iaſon.& reliqui in uulgata l.Plerique.ff.de in ius uocan.dicũt.Si etiam ſtatutis ordinatum eſſet, ut qui alterum in domo ſua inuaderet, is duplo damnaretur, ac deinde quiſpiam te ſedentem pro foribus peteret gladio aut baculo,is ſimiliter eiuſdẽ latæ pœnæ reus teneretur, non ſecus quam ſi te in domo tali modo fuiſſet adortus. Nam is maleuolum atque lædendi cupidum ſuum animum, hoc modo foris per facta edocuit,quod idem patrare fuiſſet auſus, etiam in domo ſi ibidem fuiſſet. Atque certè is in domo fuiſſe cẽſendus eſt qui pro fo ibus domus alicuius fuiſſe cognoſcitur, uti & iam paulò ante diximus. horum etiam ipſe memini in mea Praxi rerum criminalium.ca. 77. de inuaſione,pagi. 197. numeris 6. 7. in poſtrema editione.

Legare,Legata.

Legare Eccleſiæ,& legare eccleſiæ alicuius collegio,paria ſunt.] l.Annua.§.1.ff.de annu.legat. & colligitur ex notatis per Innoc.in c.Nouerit.extr.de ſenten.excõmu. & per Bal.in Rub.C. de ſacroſa. Eccle.& in Authenti. Ingreſsi.5.colum.uerſic.Iuxta hoc quæro,&c. eodem titulo.Et dominus Carolus Ruinus in ſuis cõſilijs,cõſilio 160.incip.Circa primum quęſitum,nume.53.in 3.uolumine conſiliorum.

Legare pro dote.

Dicere,lego hoc pro dote, & lego hoc animo cõpenſandi cũ dote,aut pro dote paria ſunt.] Vt probatũ in l.Vnica.§.Primũ.C.de rei uxo.act.& ibi Bal. & ſequitũ Alex. in l.hmõi.§.Cum pater.ff. de lega. 1. & pro hoc allegat etiam l.Titia.§.qui inuita.ff.de lega.2. ita tenet D. Carolus Ruinus in ſuis conſilijs,conſil.146.incip.Circa,nume.8.uolu.3.conſiliorum.

Legata,Fideicommiſſa.

Legata & Fideicõmiſſa,in iure ęquiparantũ.] Eſt.n.inter hæc tã indiſcreta ſimilitudo,ut planè eiuſdem farinæ eſſe uideãtur. Per omnia(inquit Vlpianus)exæquata ſunt legata fideicõmiſsis.l.1.ff.de lega.1.§.ſed nõ uſque,inſt. de lega. Proinde ex uno ad alterũ ſic inferas licebit. Quicunque legare poteſt, idem & fideicommiſſum relinquere non prohibetur.l.2.ff.de legat. 1. Eodem modo. Quibus legari poteſt, illis & fideicommiſſum relinqui permittitur. Porro ſicut aliqui neq; teſtari,neq; legare

poſſunt

poſſunt,ut tractatur in l.Si quæramus.ff.de teſtamen. ita rurſus ſunt quibus nō poteſt aliquid in teſtamentum relinqui.§.legari,inſtit.de legat. Ex prædictis ſunt etiam iſtæ illationes:Quæ res legari poteſt,eandem fidei licet cōmittere. Item quibus actionibus legatum, eiſdem & fideicommiſſum petitur l.1. & 2. C.commun. de legat. Huius meminit D.Ioan.Oldendorp.in ſuo libro de copia uerborū & rerū in iure ciuili, ſub loco:A legatis ad fideicōmiſſa,pagi.lib.meo.31.Quod tamen intelligendum eſt,de legatis, & fideicommiſsis particularibus, & quæ pecuniarium commodum tribuunt. Nam inter legata & fideicommiſſa uniuerſalia magnū reperitur eſſe diſcrimen, ut declarat idem Oldendorpius loco prænarrato.

Legatum, Donatum.

Legatum & donatum,ſunt paria.] Vide ſupra, Donata.

Legatum, lex.

Legati ratio,& legis ratio,paria ſunt.] Bar.in l. Demonſtratio.§.quod aūt,nu.18.ff.de condi.& demonſtrat.

Legitimatio.

Legitimatio par eſt cū arrogatione. Vide ſ.Arrogatio.

Legitimatus.

Legitimatus filius,æquiparatur filio legitimo, hoc eſt legitimè nato] Identidem.[legitimata filia,legitimæ filiæ iure æquiparāda eſt. Verū hæc intelligenda ſunt de filijs ſiue filiab.ſolēniter legitimatis, & uti iura de ijs loquuntur,ſm quæ a uere legitimis in nullo differūt, præcipue reſpectu ſucceſsionis.Hinc uerū erit quod dr̄ appellatione ſiue nomine filij legitimi & naturalis,uenire legitimatū,id eſt,iure legitimatū gaudere appellatione filij legitimi,& frui ijſdem legitimorū priuilegijs,ut habet in §.Et quoniā uarie,ibi:Nihil diſsimilis legitimis. Et in §.Reliqui.Et in §.Illud.Et in §. Adoptionis,in Authētico.Quib.mod.natu.effic.ſui. Et Decius in ſuis conſilijs.cōſi.258.incip.In caſu domini Franciſci, ubi examinat uerba poſita in l.Finali.C.de natural.liber. Quæ quidē uerba,quæ dicunt de legitima ſobole, eadē et de legitimatis uerificantur,qui legitimæ ſoboles tūc dicūtur,& habent, legitima enim ſoboles ea dicitur,quæ a lege approbat legitima.l.Legitima.ff.de pac.l.1.C. quādo nō peten.partes petent,accreſcunt,ibi: Ceſſante legitima ſucceſsione.& ibi Salic.in principio dicit, quod legitimū dr̄ id, quod a lege uel a iure ciuili dictum, & approbatū eſt legitimū.Nam hoc uerbū (legitimū) ſemper ſonat,& intelligendum eſt,de lege,atque actu ciuili legitimis legitimatis, ut notat Petr.de Ancharano, in ſuis conſilijs,conſilio 255.incip. Videtur prima facie,colum.3.Et non uidetur dubitandū, quin ea ſucceſsio quæ defertur filijs legitimatis,etiam per reſcriptū dicatur legitima,quia ea a lege ciuili defertur, & cōprobatur.§. Et quoniā uarie, & in §. Reliqui igitur.in Authentico. Quib.mod.natur.effic.ſui.ibi. Semel enim eos efficientes legitimos,damus habere etiā ſucceſsiones illas,quas habent hi qui ab initio legitimi ſunt.

Læna.

Laena & meretrix,ſiue ea quę corpore palā quæſtū facit, æquiparant.] l. Palā quæſtū facere. ff. de ritu nup. quo textu,quid poteſt eſſe clarius;Quā late autē pateat lænocinij uerbū exponit Vlpia.in l.Athletas.§.1.ff.de his qui notan.infamia.Huic nec diſſentit D. Frāciſcus Balduinus in ſuo tractatu ad l.Iuliā Papiā Poppæam.Et gloſſ. in uerbo uxorem in c.Apud miſericordē.32.q. 1. Et D. Ioan.Oldēdorp.De copia uerborū & rerum, ſub uerbo Lænocinium,quos ibidem ſuis iam dictis locis conſulere licebit.

Lex.

Legem nō eſſe,& eſſe,ſed obſcurā,paria ſunt in iure.l.De ætate §.Nihil.ff.de interrogat.actionibus.

Contra legem facere.

Contra legem facere,& fraudē legis facere,ſunt paria.] Quod ſane tamen intelligendū eſt,ſcilicet quantum ad pœnas legales,l.Non dubiū,& ibi Iacob.Butrig. C.de legib.c.Certū eſt,& ibi Dinus,de reg.iur.lib.6. Nā ſicut et punitur ille,qui directè facit contra legem, aut cōtra uerba legis,ita quoq; puniēdus eſt is,qui facit cōtra mētem legis, ſiue in fraudem legis quid facit. Et ratio eſt, quod omnis uirtus legis principaliter in mente legis cōſiſtat,adeo ut mens legis idem quod ipſa lex, ſiue ipſa ratio legis eſſe dicat,ſicuti notat Dinus,in d. c. Certū eſt.

Contra legem faciens, aut loquens.

Sicut is qui ſine lege,uel contra legem quid facit,audiendus nō eſt,ita nec & is q ſine lege loquit, audiēdus eſt.] Et ita ſuſtinuit Bal.in c. In Geneſi.in ultim.col.de elect. quē refert,& ſequit Iaſ.in l. Vinū,in 5.col.ff. Si certū peta.& in l.Illū,in 3.col.C de collat.Et Hippoly.de Marſilijs in ſuis conſilijs,conſilio 53.numeris 25.& 26.in primo uol.ſuorum conſiliorum criminalium. Atq; hinc ortum illud uulgare iuriſtarum axioma. Quod lex non dicit,id nos nec dicere debemus,argumēto. §. Cū igitur, alias incipit Optimum,in Authentico de nō eligend. ſecundo nubent,ubi tex.dicit nec qualibet lex tale quid dicens,ex quo textu probatur, quod illud legis diſpoſitionē non inducat,quod lege cautū nō eſt, de quo textu aliqua dicit Bal.in Authentica Ex teſtamento,in ultima col.C.de ſecund.nupt.Et facit ad hec etiā lex,Præuaricationis.§.ſi.ff.de præuaricat.in uerſic.Quia neq; lege aliqua de hac re cautum eſt.&c.Et facit etiam l.ſi ſeruum quis,uerſic.Non dixit prætor.ff.de acqui. hęred.& l.Si quis ſtipuletur Stichum,aut Pamphilum,in uerbo reſpiciendus eſt ſermo ſtipulationis.ff. de uerb. obli. & l.fideiuſſores magiſtratuum,in §.Pro Aurelio,in uerbo, Lecta ſubſcriptione.ff.de fideiuſſorib. Et l. Approbationem,in uerbo.Quē tenor deſignat.C.de probat. Plures confirmationes harum legum adducit,& allegat Barba. in ſuis conſilijs,conſilio ſuo incip.Circa hāc dubitationem,in 5.col.quod conſilium eſt inſertum inter conſilia Alexādri,nu.396.ſecundum ordinem libri mei.

Contra legem fieri.

Ea quæ fiunt cōtra leges,& quæ nō fiunt, parificant in iure,& pro nō factis habētur.] l.Nō dubiū.C. de legib.l. Iubemus 2.§.præuia autem.C.de ſacroſanct. eccleſ. Et ita nec diſsimilia ſūt.Factū illegitime,& nō iure,de quo ſupra,Fieri indigne,& fieri indebite.Reliqua uide infra ſub titulo,Lex,aut Facere contra legem.

Liberatio.

Liberatio, Quietatio,Apocha,ſiue Quietantia, ſignanter i materia Pupillorū,Minorū, Prodigorū & ſimiliū, ſatis interſe cōueniūt.] quæ quidem quietantiæ nonnunquam generales & aliquādo ſpeciales ſunt, quemadmodum ſufficienter monſtraui in meo pupillorū patrocinio,ſub titulo,de tutorum & curatorum liberat. cap. 5. fol.99.uerſo.nu.6.in poſtrema editione, ubi per occaſionem uidere iſthæc poteritis.

Liberi.

Liberi ſoli aliquando intelligendi ſunt pro hæredib.] Vide ſupra, Decedere.

Ex Mandato fieri.

Aliqvid fieri per dominum, & aliquid fieri ex domini mãdato, paria ſunt.] Ang. in §. uenditæ, nu. 1. inſti. de rerũ diuiſ. Nec refert an res tradatᷓ per ſeipſum dominũ, an per aliũ de uoluntate domini d. §. uenditæ, & ibi D. Nicaſius in ſua inſigni Lectura, ſuper inſti. co. 11. & §. Vide caput ſolutio uel per ſe. De hoc & ſupra, Fieri ex iuſſu.

Ex Mandato eſſe proximum.

Aliqva eſſe in mandato, uel iuxta mandatũ, uel mandato uicina, paria ſunt.] pro hoc textus. in l. ad rem. Et l. Ad legatũ. ff. de procuratorib. Et Alberic. de Roſate in l. Iam tamen. §. In hac, nu. 1. ff. iudicat. ſolui.

Mandatum reuocatum.

Non habere mandatũ, & habere, uel habuiſſe mandatum, ſed reuocatũ, paria ſunt.] l. Cum pater. §. Vitio. ff. de legat. 3. Et ita D. Alberic. de Roſat. in l. Cum quis. §. Si debitori. ff. de ſolut. & libera.

Mandatum inefficax.

Non habere mandatũ, & habere mandatũ uitioſũ, inſufficiens, & inefficax, paria ſunt.] c. 2. uerſi. Sed neq; & ibi Hoſtiẽſ. de translat. Et Cardi. de Zabarel. ſuper 1. Decretaliũ, in c. Veniens, nu. 2. de renunciat. Et l. Quotiens. ff. Qui ſatiſda. cogantur, cum ſimilib. iurib. uulgarib.

Manus inutilis.

Non habere manum, & habere, ſed inutilem, paria ſunt.] ſic Iaſ. in l. De quibus, nu. 37. ff. de legib. quem ibidem uidere poteritis.

Manum mutilare.

Manvm tollere, & manũ inutilem aut debilitatã reddere, iuxta iã dicta, paria cenſet. D. Philippus Probus, in additione ad Ioã. Monachi. in c. Si tibi, nu. 24. de præben. & dignita. lib. 6. ad hoc allegans gloſſam 1. in l. De quib. ff. de legib. ubi Angel. col. 3. Vnde ſic merito dici poteſt & hęc ſtatuti regula, ꝙ ſtatutũ loquẽs de punitione membri alicuius, aut de tollendo membro, etiam conſiſtat & locum habere debeat, de eiuſdem membri debilitatione. Membrum enim inutile redditũ, ac prorſus debilitatum, id tãquam ſublatum creditur, ut in ſupradictis narratur, uti notat Iaſ. & alia quæ huic propoſito conducẽt ſubdens, conſi. 46. col. 6. pro fiſco. uol. 3.

Maritus inutilis.

Non habere maritũ, & habere, ſed inutilem. Item, nõ habere rectorẽ & habere inutilem.] Item [Nõ habere ſpõſũ & habere ſpõſum prorſus inutilẽ, omnino paria ſũt.] c. 2. de transla. epiſ. l. ſ. §. Et quidẽ. ff. Quod cuiuſq; uniuerſ. nomine Et Io. Monachi. in c. Si tibi cõceſſo, nu. 10. de præbend. & dignita. lib. 6. Vide ẽt Abba. in c. Bonæ. in 3. notabili, extra de poſtula. prælato. Et eſt textus ſingularis, in l. fi. iuncta glo. C. Ad l. Fla. de Plagia. Et Roland. a Valle conſi. 9. nu. 33. Et ideo Salic. ad d. l. fin. in fi. dicit, quod uxor quæ habet maritũ inutilem poteſt dicere ſe eſſe orbatam uiro: quia nihil, & inualidũ, & inutile æquiparantur, l. Si aut nullum, & ibi Bal. C. de legiti. hæred. Et propterea in c. Ex literis, de frigid. & malefic. dr̃: Si mulier ſit ex natura uiro inutilis, nũc talis ſit quæ ope medicorum iuuari poſsit, a marito ſeparari poteſt, ita ut eidem marito concedatur licentia ducendi uxorẽ alteram. Vide Alex. conſi. 104. in 1. uolum Huc facit textus, in l. Quotiens. ff. Qui ſatiſda. cogan. & gloſſ. in l. Si pater. C. ne de ſtat. defuncto. Et textus aureus, in l. Si ac cuſaturus. ff. de adulter. Et pulcher textus, & ibi Bald. in l. 2 C de eunuchis, textus in capitu. 2. de crimi. falſ. Et Bald. in l. Si ut proponis 1. C. quomodo & quando iud. Et Doctores in c pia. de except. lib. 6. glo ſingularis, & ibi Salice. in d. l. fi. C. Ad l. Flaui. de plagia. Et textus in l. Non putauit. §. Non quæuis, iuncta gl. & ibi Bal. ff de bono poſſeſ. contra tabu. Salicet. in Rubr. C. de probat. Et gloſſ. in c. Vera. 48. diſtinct. Et gloſſ. in l. 2. C. de hæreti. Et l. 4. §. Condemnatum. ff. de iudica. cum ſimilib. Plura de maritis uide infra, Vxor.

Matrimonium contractum.

Matrimonivm ab initio in facie Eccleſię contractũ eſſe, & matrimoniũ poſtea de facto ab Eccleſia eſſe approbatũ, paria ſunt,] quo ad legitimationẽ. Et ſic paria ſunt. Eſſe tale, & poſtea redire ad tale: uti teſtatur D. Ioã. Anto. de ſancto Georgio, alias præpoſitus in c. Quod nobis, nu. 1. extra Qui filij ſint legitimi. Atq; hinc fit, quod ad prolis legitimationẽ, non exigitur ipſa ueritas uinculi matrimonialis, dummodo adſit poſſeſsio & opinio colorata matrimonij. Et coloratum dicitur matrimoniũ, quando eſt cum teſte, & autoritate Eccleſiæ contractũ, uel quando poſtea per Eccleſiam approbatum eſt.

Medicus imperitus.

Non adhibere medicũ, & adhibere medicũ imperitũ, paria ſunt.] Imo iſtud quodammodo peius cenſendũ eſt. Medicus enim imperitus (ut eſt in uulgato prouerbio) plura gibboſa facit cœmiteria, quam humana ſanet corpora. Probatur autem dicta paritas l. Quod ſi noluit. §. Si mancipiũ, uerſic. Culpam. Et ibi etiã ſi non adhibuerit medicũ, uel ſi malũ adhibuit. Et ibi Bal. Ange. & ample Cepolla. ff de ædil. edict. Tunc mors eſt uulueranti, aut ei qui bonũ medicum adhibere debuit, & nõ adhibuit, imputanda, quem textũ Ang. ibidem & Alex. in l Si ab hoſtibus. ff. Solut. matrim. reputant optimũ eſſe de corpore iuris. Et huic propoſito ſeruit, quod quemadmodũ maritus priuatur bonis uxoris ſuæ, propter remediũ uxori ægrotanti non adhibitũ, ita etiam priuandus eſt ſi ipſi malum adhibuit medicũ, ſicuti ſuſtinet D. Nicolaus Boerius, prima parte aurearum ſuarũ deciſionũ, quęſtione 323. numeris 23. & 24 Quin & quoque fundata ſunt in ratione, & in doctrina Apoſtolica. Nam ſi ut aſſerit Paul. ad Epheſ. 5. Qui diligit uxorẽ, diligit & carnẽ ſuam, & nemo carnem ſuam unquam odio habuit, ſed eam nutrit ac fouet, quomodo per contrarium non dicẽdus erit uxorem odiſſe ipſiuſq; mortem ſtudio exoptaſſe, qui ipſi medicũ accerſiuit imperitum? cuius imperitia uxorem certius quam toxico perdidit. Et per conſequens, cur etiam ob hanc cauſam uxoris bonis non merito priuabitur? præſertim etiã cũ Paul. 1. ad Thimoth. 5. eum fidem habere negauerit, & infideli deteriorem eum iudicauerit, qui de domeſticorum quidem ſuorum curam habuerit, multo magis qui impudenter, atque adeo impie uxoris ſuæ curam debitam, & ſalutem optatam neglexerit. Quare ex his nunc manifeſte, & facile colligitur, paria eſſe: Nullum adhibere medicum aut chirurgum, & quoslibet adhibere medicos aut chirurgos indoctos, & imperitos, quemadmodũ prolixius tractauimus, in noſtra Praxi rerum criminalium. ca. 77. de Inuaſione, pagi. 198. nu. 15 in poſtrema editione.

Medicus, & Obſtetrix.

Medicvs obſtetrici æquiparantur, uti habetur in fol. 44. poſt numerũ 40. in lib. 6. tractatuũ D. Andreæ Barbatiæ, in ſuo tractatu de præſtantia Cardinaliũ, ut inquit textus in l. 2. C. communia de lega. Quia ſicut obſtetrix tenetᷓ de imperitia, ita & medicus, ut dicit textus in l. Itẽ ſi obſtetrix. ff. ad l. Aquil. Et medicus agit pro ſalario, eodẽ modo quo agit obſtetrix, ſecundũ Specula. in tit. de magiſtrat. Et ſicut medico credendum eſt, de pertinentibus ad medicinam, ſecundum eundem Speculato. in titu. de proba. §. 3. uerſi. hoc quoque, ita & obſtetricibus

in peri-

in peritia obſtetricatoria credendum eſt. uti habetur in c.cauſam.de probat. Et ſicut ſi medicus ioique iudicet, uel referat, poteſt ab eius relatione appellari. & eius iudiciũ poteſt corrigi, teſtibus Ang. Imola, Barto. & alijs ad l. Si ab arbitrio. ff. Qui ſatiſd. cogan. Imo ſicut poteſt ſententia medici ab ipſius relatione relata retractari, ſi contrarium appareat, tanquam lata ex falſis atteſtationibus, uti teſtatur Ange. in l. Marcellus. §. Mancipium, in fi. ff. de ædili. edic. ita quoq; dicendũ eſt de relatione & iudicio obſtetricum, quarum manus, & oculus ſæpe falluntur d. c. Cauſam. Ita tenet etiam D. Ioannes de terra rubea contra rebelles ſuorum regum. In gloſ. ſuper uerbo Officia, fol. 108.

Merces.

Mercedes magiſtrorũ æquiparãtur expenſis alimẽtorũ] l. 1. C. de infant. expoſ. & ibi Bal. & l. Qui filiũ. ff. Vbi pupil. educ. debe. Nam ſicut id quod ſub alimẽtorũ titulo alicui impenſum eſt, reddi, atq; reſolui debet, ſic & id quod doctrinæ cauſa, uel forte quod artificij diſcẽdi gratia iuſte inſumptum fuit omnino reſtituendũ, & refundendum erit. Et ut dicit textus, in d. l. Qui filium, ubi Sẽpronius conſtitutus tutor cuiuſdam pupillæ, fratrẽ eiuſdem puellæ, & hæredem paternum per magiſtratum cõpulit ad ſoluendum ſumptus, alimenta, & mercedes præceptorum, ut eadem Pupilla liberalibus artibus inſtrueretur. Quod autem mulieres poſsint addiſcere grammaticam, id defenditur per eandem l. Qui filium, & per gl. ibidem, in uerbo, Inſtruxerit.

Merx.

Merces non eſſe aduectas in portum aliquem, & merces eſſe aduectas, ſed ui tẽpeſtatis aduerſę, ĩ iure paria ſunt.] l. Cęſar, l. Interdum §. Serui, & §. Si propter. ff. de publica. & uectigalib. Adde l. penul. §. fi. & ibi Bart. ff. locati. Merces enim ui tempeſtatis aut perſecutione pyratarũ in portum adactæ eam libertatem merito obtinent, ac ſi in eum non fuiſſent aduectæ, nempe ad hoc ut uel cadãt in commiſſum, ſeu in confiſcationem, uel ut obligentur ad teloneorum, uectigalium, tributorum, aut ſimilium onerũm exolutionem. Quia ſicut non aduectæ merces, aut ſicut is qui non aduehit merces, non dicitur edicto prohibitorio contrauenire, ita nec is qui ui tempeſtatis eas in portum aduehit. Sed in hoc caſu legitime cõſtare debet, quod nec dolus, nec fraus ulla ſubſit, quin eæ merces ad alium portum deſtinatæ fuerint, & quod ui tempeſtatis ad euadendum naufragij certum periculum, talem portum eligere debuerint. Sunt tamen nonnulli noſtri tẽporis, qui aiunt hanc cauſam in utramq; partẽ eſſe diſputabilẽ. Inter quos ſunt aliqui qui ſuſtinẽt ut ſupra. Alij modicus contrariũ tuentur, ſicuti abunde diſputatum fuit in Conſilio priuato quod habitum fuit in cauſa Antuerpienſium, & Middelburgẽſium in Zelãdia. Sed in his omnibus & ſimilibus, circũſtantiæ rerũ ad ueritatis ſententiam certam aperiunt uiam. Verũ an confiſcatio habeat locum in rebus quæ nondum ad locũ prohibitum peruenerunt, uide. 1. uolum. tracta. fol. 116. poſt num. 12. quod Iuris Oceanus intitulatur.

Meum eſſe.

Hoc meũ eſt, & hoc mihi debetur paria ſunt.] quo ad hoc ne fiat fraus legi, quia ſi aliquid in re mea non poſſem, quod tamẽ poſſem in re mihi debita, iam fieret fraus legi, de perſona ad perſonam, l. Fraus, & ibi gl. ff. de legib. Huius meminit D. Vdalri. Zaſ. in l. Si minor. ff. de uerb. oblig. nu. 4. Ex quo ibidẽ notat. Quod ſicut uaſallus nõ põt alienare feudum ſuum, ita nõ poſſe ſtipulari ab alio qui alienaret feudum ipſi debitum, quod nõdum attigerat. Alienationis enim omnis authoritas ab ipſo uaſallo (cuius eſt feudum) prouenire debet. Exẽpli gratia. Sint duo fratres habentes commune feudum, ſic ut unus ex his fratribus nõ poſſet tale feudum alienare, tunc is idẽ frater non poterit ſtipulari ab alio fratre, ut ius ipſi debitum alienaret. Nam hic concurrit regula uulgaris, quãuis perplexa. Quod per me non poſſum, id nec poſſum per alium. quam regulam latè tractat gloſſ. in l. 2. §. 1. ff. de adminiſtra. rer. ad ciuita. pertinent. Et Bart. in l. Ariſt. ff. Quæ res oblig. poſſunt. Habetur porro his conformis doctrina uulgaris, & tritiſsima in iure canonico. Is qui nõ habet poteſtatem diſpenſandi, is etiam non poterit alteri dare poteſtatem diſpenſandi, textus in c. 1. §. fi. de tempor. ord. lib. 6.

Meretrix.

Meretrix & Læna æquiparantur in iure. Vide prolixius ſupra, Læna.

Metus tormentorum.

Ex metu tormentorum confeſſa, aut geſta.] Vide ſupra ſub tit. Cõfeſsio in tormẽtis, & infr. ſub titulo Minari.

Miles.

Miles armatæ militiæ, & miles cœleſtis militiæ (qualis eſt ſacerdos) & quiuis alius Eccleſiæ miniſter, æquiparãtur.] Vel ſic. [Miles ciuilis militiæ, & miles Chriſtianæ militiæ aſsimilantur.] Nam ita P. M. in c. degradatio, de pœnis lib. 6. interpretat. Omnia enim priuilegia conceſſa in iure militib. armatæ militiæ, (ex quib. multa recitantur per Bar. in l. Neq; . ff. de milita. teſtamẽ. & per Bald. d. in l. Miles. C. eod. ti. & per D. Alex. ab Imol. in l. Centurio, in 2. 3. 4. col. ff. de uulg. & pup. ſubſt.) eadẽ ẽt priuilegia cõpetũt militib. cœleſtis militiæ, cui omnes clerici, ac Eccleſiæ miniſtri addicti ſũt, iuxta d. c. Degradatio. Neq; ea priuilegia ſolummodo competunt clericis, aut ſacerdotib. ſed ẽt militib. togatæ militiæ, & iuſtitiæ quales ſunt Doctores & Aduocati. Togata enim militia adſcribit Aduocatis, l. Aduocati. C. de Aduoca. diuerſ. iudic. Militant enim (inquiunt Imperat.) cauſarũ patroni, qui glorioſæ uocis cõfiſi munimine, laborãtiũ ſpẽ, uitã, & poſteros defendunt, ſicuti de his ẽt latius memini ſupra ſub titulo, Aduocatus. Et idem gl. ordinaria notabiliter notat. in l. Miles. & ibi Barto. Ang. & doctores. ff. de re iudica. Et idem probatur in l. Sacroſanctæ, & in Authentica Præsbyteros. C. de Epiſco. & cler. Et in d. l. Aduocati, ibi: Militant nanque cauſarum patroni. &c. Et d. c. Degradatio, & gl. in l. Milites. C. Locati. Hi enim uſq; adeo in priuilegijs, & natura ſũt pares, ut gl. & Docto. in præallegata l. Miles, oẽs ſcript. reliquerint. Quod omnia priuilegia priorib. illis militib. indulta, etiam clericis, & togatæ militiæ militib. competere debeant, uti prædiximus. Quo circa ſicut armati milites eatenus ad ſoluendũ cogendi ſunt, quatenus ſatisfacere poſſunt, deducto ne egeant d. l. Miles. ff. de re iudica. ita nec alij dicti milites ultra facultates ad ſolutionẽ urgendi ſunt, quum nulla diſparitatis ratio in ijs omnibus appareat. Itẽ ut concubina militis ex teſtamento ipſius nihil capere poteſt l. Miles ita. §. Mulier. ff. de milita. teſtamẽ. Et l. Mulier. ff. de his quib. ut indig. Sic quoq; & irritũ eſt legatũ, quod clericus concubinæ reliquerit, l. Claudius. ff. eod. tit. Item non magis ualet donatio a ſacerdote concubinæ facta, quã a milite laico, quæ ipſo iure nulla eſt. l. 2. C. de donat. inter uirum & uxorem. Item ſicut militem armatum nõ oportet uagari, neq; ocioſum eſſe, alioqui nulla habet priuilegia, ſed explodendus & exauthorandus eſt, ita clerici bonarum literarum ignari, neque Chriſtum prædicantes, neq; docentes, ſed qui uagabundi aut ocioſi ſunt, hi Eccleſię beneficijs prorſus indigni ſunt. Item quemadmodum milites ſtrenui eſſe debẽt ac mortẽ obire pro patria, ſic clerici nullis plane delicijs a prędicãdo dei uerbo poſsũt ſine infamia diſtrahi.

Atque

Atque huiuſmodi a ſimili argumentationis neceſſario cócluduor. Quod autem Eccleſiæ doctores appellantur milites, aperte conuincit ipſe D. Paulus 2. ad Timothæum, ut milité eſſe cupit: Labora inquit ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militaos Deo implicat ſe negotijs ſecularibus, ut ei placeat, cui ſe probauit. Hinc & mater Eccleſia omnes uerbi Dei prædicatores, qui pro fide ad mortem uſq; decertant, eamq; libenter (ſi lucrum fidei id poſtulet) oppetuot, milites Chriſti uocat, quorum curá oó minorem habet Chriſtus, quam Reges terreni ſuorum militum curam habent. Sed fuſius ſuper hac militum ſimilitudine ac æquiparatione, ſi quid deſideratur, petere licet ex Panor. ioc. 1. de cleri. ægrot. Et ea Feli. ioc. Cum ex officij, circa exordium. De præſcrip. Atq; ex D. Nicolao Euerardi a Middelburgo, io ſuo lib. Topicorú, loco a milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, nec non ex D. Claudio Caotiuncula, io ſuis Topicis, loco a milite ciuilis militiæ, ad milité Chriſtianę militiæ. Ex D. Ioá. Oldendorpio in ſuo lib. de copia uerb. & rerú io iure ciuili. &c. loco Ab armata militia, ad cęleſté & togatá militiá. Et ſupra, ſub tit. Aduocatus.

Militaria arma.

Arma militaria diuendere, par eſt cum delicto militari.] Vide ſupra, Delictum.

Minor.

Minor æquiparatę Pupillo, quádo habet curatoré.] l. Si curatoré habés. C. de io integ. reſt. minor. qui textus eſt ootabilis, & l. Cum & minores. C. Si aduerſ. rem iudica. ubi de hoc eſt textus D. Vdalri. Zaſ. io l. cootra pupillú, nu. 5. ff. de re iudic. quem lector ibidem conſulere poterit. De hac æquiparatióe alio loco explicatius dicédú erit, hoc i pręſeotia dixiſſe ſufficiat. Vide infra, Pupillus.

Minari.

Minari alicui cedé ſtricto gladio, & ferire aliqué ſtricto gladio paria ſunt, aut certe admodú affinia.] l. 1. §. Diuus. ff. Ad l. Corneliá de Sicar. l. 3. ff. Ex quib. cauſ. maio. & l. Metú. ff. de his quæ ui met. cauſ. geſt. ſunt. Et ad huoc modú, lex cóſeſsionem in ipſis tormétis extortá æquiparat. cú cóſeſsione per tormentorú metú facta, ut docet Bar. in l. 1. §. Diuus Seuerus. ff. de quæſtionib. De qua confeſſione copioſius memini io mea Praxi rerum criminaliú recognita. De proceſſuum uiſitatione & examine. c. 54. fol. 115. nu. 19. 20. &c. Vide etiam hoc lib. ſupra, Confeſſio in tormentis.

Miſsio anuli, Matrimonium.

Missio aouli & Matrimonium ſimbolizant.] facit quod noloit Hyppo de Marſi. in ſuis ſingularib. fol. 12. patientiá cú taciturnitate conſenſum importare, qui allegat Bal. & Ang. in l. Si fili. C. de petit. hæred. & in l. Qoi in aliena. §. Sed & ſi non adierit. de acquir. hæred. cum multis concordantijs. Hnc accedant quæ eleganter ſenſit Matthæ. Mattheſsilla. in ſuis ſiogularib. not. 22. qui mirabilé modú extorquendi confeſsionem uel conſenſum docuit, ut ibidem latius ſcripſit: uolens inter alia, quod qui ſimpliciter literas accepit, non proteſtando aliquid io oppoſitum, quod is uidetur fateri, & in contractó aſſentiri allegat. l. filiusfamilias. 2. ff. ad Macedo. S. C. Clement. 1. de procuratorib. Bart. io l. Quo enim. §. 1. ff. Ré rat. habe. cum multis cócordant. Cú alter anulum matrimonialé tacens acceperit, iure exigente etiam matrimoniú recognouiſſe uidetur, quæ certe eſt non módica pręſumptio, cú miſsio anuli ſigoum eſſe ſoleat deſponſatoriú, & hæc præſumptio iuri conſonat. Qui eoim ſigoum acceptat, ét ſigoarum amplectitur, arguméto. l. ſtigmata. C. de fabricé. lib. 11. l. Sed ſi accepto. ff. de iure fiſci. Bal. in titu. Quid ſit inueſtitura. 3. colum. uerſicu. Quæſiuit Oldr. Et in habentib ſimbolum facilior eſt tranſitus. Bal. in tit. Qual. feud. alie. poter. §. Si uero, & Ang. io cóſilijs, conſilio 68. qui dicit, in habentib. ſimilitudiné, facilem eſſe datioué conſequentiæ. huius memioit D. Vdalr. Zaſ. in ſuis coonſilijs ſecuodi libri, conſilio 2. nume. 67. 68. 69. 70.

Monachus.

Monachus, (quod pace ipſius dixerim) in iure cú filio uel cú ſeruo æquiparatur. Quare ſicut poteſt ſolui ſeruo, uel filio, quàdo obligatio cootracta eſt cú eis, ut eſt text. in l. Si unus, io priocip. ff. de pact. ita etiam ſolui poteſt monacho, ſi quando obligatio aliqua cú eo côtracta eſt, ſecundú Bar. Pau. de Caſt & alios, in d. l. Si unus. Et idem uoluit Bar. in l. filius paciſcédo. C. de pact. & io l. Quod ſeruus. ff. Depoſiti. Idemq; ſentit per uerba generalia, in l. Quod ſeruus, ubi bonus tex. ff. de ſolut. Eſt etiam gloſ. in uerbo Poſsidere, poſt medium, æquiparans monachú ſeruo, in c. Non dicatis. 12. q. 1. Huius quoq; æquiparatioois abunde memioit eximius D. Nicolaus Euerardi a Middelburgo. V. I. Doctor io ſuo libello Topicorum, in loco A ſeruo ad monachum. Et poſt eum in ſuis Topicis Claudius Cantiuncula I. V. etiam Doctor, eodé loco A ſeruo ad monachú. De hac præterea ſimilitudinis ratione ſcribit Iaſ. io l. Cum fundus §. ſeruum. ff. Si cert. peta. Et in l. 1. §. Per ſuum. ff. de acqu. poſ. poſt Barto. io d. §. Seruum, & eundem in l. j. ff. de uulga. & pupil. ſubſtitu. Et doctores in c. Io præſentia, extra de probat. Et gloſſa ordioaria io l. Pedius, & ibi tangitur per Bar. ff. de recept. arbit. Et gloſſa ordinaria in fine, in l. Ex pœnalib. ff. de reg. iur. et gloſſa 1. in l. Cum hæredes §. fina. & ibi idé comprobatur per Alexan. ab Imo ff. de acqui. hæred. Et plenius per eundem Alexandrum io l. 1. §. Ité acquirimus, & in §. per ſeruum qui in fuga. illo eodem titulo. Nec non D. Vdalri. Zaſius, in l. poſſeſsio. §. hæc quę de ſeruis, ff. de aquir. uel amitten. poſſeſ. Et D. Aodreas Alciat. in l. cum fundus. §. Seruum tuum, nu. 23. ff. Si certum peta. Quæ prædicta omnia potiſsimum intelliguntur habere locum in côtractibus reſpectu acquiſitionis uel præiudicij, & in iudicijs quo ad acquiſitionem intentandam. Non autem in priuilegijs, atque in ordinib. conſequendis. Monachus enim in clericum ordinari poteſt, ſeruus autem mioime, niſi ſuę libertati plane reſtitutus fuerit. Attamen ſi ordinaretur domino ſuo conſcio, & non contradicente, tunc oihilominus ipſos per ordines liber eſſet, & ingenuos, ad quoſcuoq; etiá ordines promotus fuiſſet. Verú ſi ignorante domioo ordinatus fuiſſet, ipſumq; ordioatú ſuus dominus repeteret, túc ab iiſdé ordinibus deponédus eſſet, quia ita ſubmotus & reiectus oou gauderet clericali priuilegio: cum tamé monachus côtra ſemper clericali priuilegio gaudere debeat.

Item.

Monachus etiam filiofamilias nonnonoquá æquiparatur, in ſubiectione & io ultimis uoluntatib. In his enim caſibus monachus magis filiofamilias, quam ſeruus æquiparatur propter ſuitaté, & legitimam. Ita ſingulariter uoluit Ioannes de Imola, & Alex. io l. 1. ff de uulg. & pup. ſubſtitu. Iſtius quoq; proprietatis meminit etiá inſignis D. Nicolaus Euerardi a Middelburgo I. V. Doct. in ſuo libro de locis legalibus, in loco, A ſeruo ad monachum. Et D. Vdalricus Zaſius io l. Poſſeſsio. §. Ité acquirimus, & §. Hæc quæ de ſeruis. ff. de acquireo. uel amitteo poſſeſ. ubi ait Monachus potuit æquiparari filio, io profectú monaſterij, quam ſeruo, ut ita non coretur animus monachi etiam nolentis, uel malignari uolentis.

Monaſterium.

Monasterium comparatur cum filio uel hæred.] uide ſupra, Eccleſia parochialis.

Moroſus.

Morosvs & fur aſſimilantur.] l. Inter ſtipulantem. § Stichum, iuncta ibidem gloſſa, in uerbo facta, cum ſuis allegationibus. ff. de uerbo. obl. & D. Vdalricus Zaſius, in l. Si in inſulam. ff. eod. titulo, de uerbo. obligat. num. 29. quę iſta ſimilitudo conſiſtit in hoc, Primo, quátum ad periculum caſus fortuiti, ut notatur in l. Cum filius. §. finali. ff. de uerbo. obliga. facit l. Eum qui §. 1. & quod ibi notatur. ff. de iureiur. & l. non moriturum. C. de contrahen. ſtipu. Et ſecundo, quantum ad interponendam ſtipulationem, quemadmodú enim a fure ſtipulari poſſum rem quæ eſt, ita & a furioſo. Bonum eſt ergo argúmentum a fure ad moroſum, id eſt, qui eſt in mora. Bartol. in l. Nemo, in §. 1. ff de uerbo. obliga qui ad hoc ſæpe allegatur, & idem Bart. in l. Quod te mihi dare oportet. ff. ſi cer. pet. & horum meminit D. Petr. Stella inſignis Doctor Aurelianenſis in ſuis Lecturis ſuper d. l. Inter ſtipulantem §. Stichum. ff. de uerb. oblig.

Monachatus, Exilium.

Mors ciuilis uoluntaria, hoc eſt, Monachatus, & ſimiliter Exiliú perpetuú in quibuſdam caſib. & affectib. morti naturali æquiparantur] l. Res uxoris in fi. C. de donat. inter uir. & uxo. Et Bar. Cy. & Ioá. Fab. in l. Deo nobis. C. de Epiſ. audié. l. ſi decelerit, & ibi Alex. ff. qui ſatiſd. cogantur. Et l. Actione. §. Publicatione. ff. pro ſoci. l. In inſulam, & ibi Doct. ff. ſolut. matri. c. Si Epiſcopus, & ibi Per. de Anch. nu. 2. De ſupplen. negligen. præl. Cuius et meminit in c. Suſceptum, extra de reſcript. & in c. Cum ſis, extra de conuerſ. coniugato. Et per gloſſ. & Doctores, ibi c. Suſceptum, de reſcrip. lib. 6. & gloſ. fin. in c. Placuit. 16 q. 1. quæ dicit, quod ingreſſus in religionem equiparétur morti naturali. Vnde quicquid iuris eſt circa dotem uel donationé propter nuptias in morte naturali, idem quoque ius erit, in hac morte ciuili, id eſt, in ingreſſu religionis, l. Vltima, & ibi Barto. C. de Epiſc. & cleri. Et ſicut donatio cá mortis, firmatur morte naturali, ita quoq; confirmatur morte ciuili, id eſt, per ingreſſum in religionem d. l. Res uxoris. C. de dona inter uir. & uxo. Quodque mors ciuilis morti naturali ſit ſimilis, uide ſupra Bannitus, Exilium. Idem ipſe quoque expolui cap. 58. De exilijs ſiue banni s. charta 220. nu. 3. in mea Praxi criminali, editionis ultimæ. Et etiam huius meminit D. Bartholomæus a Chaſſeneo. in ſuis commenta. ſolutu ducat. Burgund. ſub titulo, [De aconfiſcations.] §. 1. in uerſic. [Qui confiſque le corps, nu. 3. fol. 89. Sed hoc loco obſeruádú eſt pro regula, quod in ſolis his iam dictis caſib. ciuilis mors ęquiparáda ſit morti naturali, & in his caſib. qui in iure expreſſi & conſtituti reperiuntur, ſecúdú Rot. in deci. 386. incip. fuit dubitatum, utrum Clem. fin. de procuratorib; habeat locum in procuratore abbatis tranſlati ad aliud monaſterium, & notatur in c. Suſceptum, de reſcript. lib. 6. Et in c. Si epiſcopus a paganis. De ſupplen. negligent. prælato. eodem lib. 6. iuncta ibidé gloſ. conſideratione digna, in uerbo: Sed capitulú, & ibi Pet. de Ancha. Sed hoc iſto loco lectorem admoneri uelim, quod ſupra non temere dixerim, in quibuſdam caſibus, & effectibus. Nam ſecundum uerum effectum hæc ab inuicem multum differunt. Ideoque hæc aliqui ſic diſtinguunt, & inter hos D. Andreas Alciatus, de uerbo. ſignific. in princip. lib. 2. folio uerſo 295. numeris 25. & 26. Vbicunque mors ciuilis eundem effectum habet, quem mors naturalis, quoad id de quo agitur, ibi equidé mors ciuilis cóparat morti naturali. Vbi uero mors ciuilis per omnia non habet eundem effectum, quantum ad id de quo agitur, quem habet mors naturalis, tunc in illis mors ciuilis morti naturali nequaquam cóparáda erit. item ſi hæc dictio, Mors, proferatur ab homine, túc mors ciuilis, in ſe nullo modo æquiparabitur morti naturali, quia hęc dictio, Mors, quácumque ab aliquo homine pronunciatur, ſtatim & iuxta communem intelligendi modum ſemper intelligitur de morte naturali. Quocirca ut prædicta, rectius intelligantur, de utraque morte binas accipe tabulas.

Mors naturalis eſt triplex.
- *Acerba infantibus.*
- *Matura in ſenibus, quam afferre ſolent tres numerj.*
  - *Caſus qui ſemper*
  - *Morbus ſ. ille qui* eſt
    - *Dubius.*
    - *Acutus & grauis.*
    - *Certa, & morbus continuus.*
  - *Senectus quę ſemper*
- *Immatura in iuuenibus.*

Huius diuiſionis meminit Card. in Cle. 2. ut lite pendente.

Mors ciuilis triplex.
- *Reſpectu pœnalitatis, vt deportatio, uel relegatio in metallum, & damnatio ad perpetuos carceres.*
- *Caſualis, ut ſeruitus, nempe cum quis capitur ab hoſtibus,*
- *Voluntaria, ut cum quis in monaſterium ſe dedit.*

Huius tabulæ, atq; diuiſionis meminerunt Bal. & Imola in l. Prima. ff. de teſtib. Potuiſſem hæc multo longius ac latius explicare, uerum ea ſtudioſis, & in rebus publicis non admodum occupatis indaganda relinquo.

Mors ciuilis perpetui carceris.

Mors ciuilis & pœna perpetui carceris, ſeu condemnatio ad perpetuos carceres in iure ęquiparátur] ut notat Inno. in c. Qualiter 2. extra de accuſationib. Pan. in c. Tuæ diſcretionis, extra de pœnis. De hac quoq; morte ciuili & ipſe memini in mea rerú criminaliú Praxi recognita, ti. de Carcerib. nu. 2. c. 16. Quandoquidé pœna perpetui carceris æquiparatur damnationi in metallum, quæ paſſim in iure cum morte naturali confertur, ut uult Bar. in l. 2. ff. de publ. iudic. & Bal. in l. Reos. C. de accuſat. Habet Imola in c. 1. de colluſio. detegen.

Mors connubialis.

Sicvt uita monaſtica morti ciuili cóparat, ut dictú eſt paulo ante, ita & matrimoniú aliquádo æquiparat morti. Inde

pe poſt

pe poſt certã ꝓdõnem uiolarã, ueluti ſi maritus quiſpiã moriturus, uxori ſuæ relinquendæ, teſtamento relinqueret omnium bonorum ſuorum uſumfructum ſub hac cõditione, ut illa in uiduitate permaneret, & ad ſecunda uota nuptiarum non accederet. Et ſi hæc uidua poſtea hac conditione neglecta ſeſe ultro ad ſecundas nuptias transferret, tunc illud matrimoniũ morti omnino æquiparandum eſſet, nempe ad conſequendum prædictum legatum, quia tali uſufructu teſtato conditionaliter ſe uoluntarie per ſecunda uota priuauit, teſte Bartholomæo Socin. 1. uol. ſuorum conſiliorum, conſi. 5. & 30. Bar. in l. Gallus. Et quid ſi tamen. ff. de libe. & poſthu. Et ſic totum iua uſusfructus cedit merito hæredib.

Mors, Tortura.

Mors & tortura ſiue tormẽta æquiparãtur.] Quocirca nemo ad torturã applicari dẽt, niſi capitalis criminis reus, aut de capitali facto certo conuictus, & contra affirmatiue. Quiſquis ob ſua ipſius maleficia morte capitali puniendus cenſebitur, is quoque, atque adeo ſolus ad torturam applicari poteſt, niſi alia interueniat cauſa torturæ dilationem requirens, quod addimus propter mulieres grauidas, quæ tametſi mortis reæ ob ſua maleficia habeantur, torqueri tamen non debent, propter fœtũ quẽ in utero geſtant, qui non peccauit, nec matris iniquitatẽ portare poteſt. Quare talia mulieris & tortura, & mortis executio differenda erit uſque ad tẽpus liberationis uteri, & mulier caute ſeruanda, ne uterũ lædat, aut ne nouum uterũ acquirat. Hæc aperte docentur l. Pregnantis. ff. de pœnis. Vlpia. Prægnantis mulieris conſumendæ damnata pœna differtur, quoad paria. Et ego quidem, & ne quæſtio de ea muliere habeatur, cenſeo eã deberi obſeruari, ſcilicet quamdiu prægnans eſt, & ibi Bart. & Frãciſcus Accurſius, & Bal. in l. Interpoſitas, ad finẽ. C. de trãſactionib. Ad hæc uide ea quę ſcripſi in Praxi mea rerum criminalium, ſub titulo, Qui ſunt a tortura excuſandi. Vide ſupra Carcer, Deportatus.

Mors, Voluntas, Neglectus.

Mors, Voluntas, & negligẽtia, æquiparantur.] ſcilicet ad effectum deuoluendi, ſeu ad ſubleuationem obſtaculi prioris habentis alias melius ius, ut notatur in l. Vnicæ. C. Quãdo non peten. part. peten. accreſcunt. In l. Meminimus, in fi. C. de legiti. hæredib. & in §. penulti. Inſtit. de bono. pol. Et Petrus Paulus Pariſius in ſuis conſilijs, conſi. 119. nu. 57. in ſua 4. parte conſiliorum.

Mortuus ſine hærede.

Mortuus ſine liberis, & mortuus ſine hærede, aliquando ſunt paria.] Vide ſupra ſub titulo, Decedere.

Mortuus & Furioſus.

Mortuus & furioſus à pari procedũt.] teſte Bal. ĩ l. Humanitatis. C. de Impub. & alijs ſubſtitu. Quemadmodum enim mortuus regulariter nõ debet ſuſpendi, nec cõtra ulla ſententia pronunciari l. defuncto. ff. de publ. iudic. ergo pariter nec furioſus, pro quo facit tex. in l. Diuus. ff. de offic. pręſi. Nam quia afflicto non eſt addenda afflictio, & quia mortuus ſatis ſua morte, & furioſus ſatis ſuo furore afflictus eſt, non eſt contra illum ferenda ſentẽtia qui iam ſuam ſentẽtiã a ſupremo iudice habuit, neque hic mortis atq; ſuſpendij pœna damnandus, qui furore percitus ignorat quid faciat, & per conſequens contra legem non peccat. Peccatũ enim omne debet eſſe uoluntarium, & ex dolo malo profectũ, adeo ut ſi nõ ſit uoluntarium, omnino non ſit peccatum. Quod autẽ afflicto nõ ſit addenda afflictio, docetur per l. Tam demẽtis. C. de Epiſ. audiẽ. c. Cum percuſſio. 7. q. 1. cum multis cõcordantijs allegatis ad d. l. Diuus. Hæc etiam confirmat D. Franciſcus Mingon in Conſuet. Ducatus Andegauẽ. titulo] De la punition des crimes.] articulo 144. nu. 15. fol. libro meo. 68. Vide ſupra, Furioſus.

Mortuus, Mortaliter uulneratus.

Mortuus & ad mortem uulneratus, æquiparantur.] quod Bal. in c. 1. in princ. tituli. Quib. mod. feud. amitta. notat ex illo textu, qui ad hoc eſt optimus. Quod & idem uoluit ipſe Bald. in l. 1. C. de nundi. Et in l. Bello in fin. ff. de excuſ. tuto. Et in l. Damni. in §. Scabini. per tex. ibi. ff. de dam. infec. De quo etiam eſt tex. in l. Huic ſcripturę. ff. Ad l. Aquil. quẽ ad hoc ponderat Pet. de Anch. in ſuis conſilijs, conſi. 430. incip. Fuiſſet expediens. Et alius textus in l. Ita uulneratus, eod. titul. quem Barto. notat, & hinc occaſione ſumpta quærit an poſsit ſtatim homicidij accuſari, qui aliũ lethaliter uulnerauit. Et de hac re eſt etiam textus in l. In hac. ff. de condic. triti. per quem dicit Bal. in l. Dos data. C. de donat. ante nup. quod qui eſt in articulo mortis, mortuo æquiparatur, & bene etiam facit ad hęc quod dicit gloſ. in l. Qui ſtichum. ff. de confeſ. & in §. 1. in uerbo, Morientib. inſtitu. de lege fuſ. ca. tollen. Plura de hac materia leges apud D. Andream Tiraquellũ in legib. connubialib. & iure marit. 15. lege. charta. 138. nu. 18.

Mulier accuſatrix.

Mulieres quæ tutores de ſuſpecto accuſare poſſunt.] Vide ſupra, Aula.

Mulier, Fiſcus.

Mulier ſeu fœmina, & fiſcus in non admodũ paucis iuris articulis, paribus paſſibus ambulant, in tacitis maxime hypothecis.] l. 2. & ibi gl. in uerbo. Ceſſat. Et Bar. Pau. de Caſtr. & communiter alij Doct. C. de priuil. fiſci. quę ſemper ad illud citatur. Et l. Dotis tuæ. C. de iure dot. Et ad hoc facit l. fina. ff. Ex quib. cauſ. maio. Et l. 4. ff. Qui potiores in pignore habeantur, cum infinitis alijs iurib. nequaquã diſsimilib.

Mulier, Philoſophi.

Mulieres bonæ, Philoſophis hodiernis poſſunt comparari, quia raræ ſunt.] l. Sed & reprobari, ad exordium. ff. de excuſa. tut. Sic obſtetrices Aegyptiorũ dicebãt Pharaoni Regi Aegyptiorum de mulierib. Hebræorũ: Nõ ſunt Hebrææ ſicut Aegyptiæ mulieres, ipſæ enim obſtetricandi habẽt ſcientiam & priuſquã ueniamus ad ipſas pariunt: hoc eſt, in rerum naturaliũ cognitionẽ, nempe in Philoſophia naturali, nobis multo ſunt ſuperiores & peritiores. Exodi. 1. Sed priuſquam hunc locũ abſoluã, unũ addam, quod præterire non poſſum, quod cum nuper incidiſſem in hãc materiam percurri omnes iuris ciuilis titul. quo aliquid inuenirem, quod hoc loco poſſem in fauorem & laudẽ mulierũ inferere, & probare aliquã mulierem extitiſſe bonam, & tandem ſe obtulit l. mulier bona. ff de iure doti. quam cum diligentius inſpexiſſem, inueni legem ſic habere, mulier bona ſua omnia in dotẽ dedit, & c. Et deprehendi bona non eſſe hoc loco nominatiui caſus, ut ſit epitheton mulieris, ſed accuſatiui caſus: ut in toto corpore iuris ciuilis mulierem bonam inuenire non potuerim. Plura de mulieribus, uide infra ſub titulo, Vxor.

Mulier, Herba mala.

Mulier herbæ malę æquiparatur.] Vt tenet gl. in uerbo, De ætate uolentis cõtrahere matrimoniũ, ſuper tracta. Ioannis de terra Rubea, contra rebelles ſuorum regum, articulo 4. primi tractatus, fol. 29. Idem confirmat Philipp. Franc. in repetitione, c. Si pater. De teſta. lib. 6. Vbi quærit, quænam ſit cauſa, cur fœmina citius pubeſcat uiro, citiuſque nubilis, aptaque uiro fiat, quã uir aptus fœminæ euadat, & cauſam reddit, quod femina natura fiat

uiro ſagacior. & ingenij dexteritate maturior, gloſſ. in l. Qua ætate. ff. de teſtam. In c. Puberes & in c. fina. extra de deſponſ. impub. Et quia mulier citius uiro adoleſcit, ita etiam ad coitus potentiam & actum uiro citius perficitur. Vide Philip. Frāc. in d. Repetitiōe c. Si patet, col. 3. Vide etiam Baldum & alios Docto. in d. l. Qua ætate, gloſſa in uerbo Octauum in l. 2. C. de his qui uen. ætat. impetra. dicit. Quod autem mulieres citius uiro perficiantur, cauſa efficiētis eſt, quia herba mala citius quā bona creſcit: cauſa uero finalis eſt, ut citius coniugio aptentur, & ſoboli propagandæ citius deſtinentur: ad quā non tantus annorum numerus, quantus in maribus: nec tanta potētia, quanta in uiris requiritur: ſicuti nō requiritur tanta potentia in materia, quanta in forma: nec tanta uis in patiente, quanta in agente, ut habet c. Puberes, extra de deſponſ. impub. & bona gloſ. in ca. de illis 2. ſuper uerbo. Copula, eodem titu. Sed hoc de mulierū præcocitate obſeruandum eſt, quod ſicut citius, quam mares gignuntur, & adoleſcunt, teſte Plinio natu. hiſto. cap. 4. ita etiam citius quam mares ſeneſcunt, & conſumuntur, quod & Hoſtienſis teſtatur c. tertio. eod. titu. Nam ut in plantis, quæ omniū citiſsime floreſcunt, & matureſcunt, eæ quoque omnium citiſsime marceſcunt, & concidunt, & contra: ſic & in hominibus, & in brutis animātibus quæ citiſsime adoleſcūt, ea & citiſsime langueſcūt & pereunt. Iuxta etiam illud: Quando cito fit, cito perit. Iſtud interim, & obiter de natura mulierū notandū eſt, quod Plinius natu. hiſto. lib. 7. c. 52. refert. Quod ſcilicet mulieres præcipue iuuenes, ita concubitu uirorum gaudeant, ut ſi pene ſuffocatione uuluæ emortuæ eſſent, ſi ipſarum uulua corrigatur, atque fricetur, ſpiritus earū tanquam in auram exalatus, ad alacriorē uitam reſtituitur. Vide Pliniū loco citato, de his qui elati reuixerunt. Cuius uerba hæc ſunt: Feminarum ſexus huic malo uidetur maxime opportunus, conuerſione uuluæ, quæ ſi corrigatur, ſpiritus reſtituitur.

Mutilare.

MVTILARE aliquē mēbris quoad irregularitatis caſū aut irregularitatem incurrēdā, par eſt cū occidere.] c. Is qui mandat. & ibi gloſſa, & Petrus de Anch. de uſur. lib. 6. Et ad hoc Clem. 1. eod. tit. de uſuris, & ibi gloſ. quæ allegat concordantias.

Non Naſci, & ſtatim mori.

NON naſci & naſci, ſed ſtatim mori, quantum ad hæreditatis ſucceſsionē, paria ſunt.] §. Dubitatum, in Authētico, de inceſtis nup. maxime ſi quis moriatur uiuo adhuc eo de cuius ſucceſsione agitur. Nam uiuentis hæreditas nō cenſetur, nec uiuens habet hæreditatē, l. 1. ff. de hæredi. & actio. uendita. Et l. 1. ff. pro hærede. Et l. Qui hæreditatem. Et l. Neminem. Et l. Qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hæred. Hæc etiam ita uiſa ſunt D. Andreæ Tiraquello, in ſuo lib. admodum inſigni. De nobilitate primogeniorum. 4. q. nu. 197. Sed an id ſemper procedat, uide eundē ibi, nu. ſequenti.

Negligentia craſſa, & Dolus.

NEGLIGENTIA craſſa & ſupina dolo ac fraudi de iure æquiparatur, uulgata l. Quod nerua, & ibi eleganter & copioſe ſcribētes. ff. depoſiti, cum ſimilib. iurib. De hac negligentia ipſe etiam memini in meo Pupillorū patrocinio, tit. de tuto. & cura. munere cap. 4. fol. 12. nu. 37. in poſtrema editione.

Negligentia, & Delictum.

NEGLIGENTIA & delictum æquiparantur.] iuxta c. fi. iuncta ibidem gloſſa in uerbo Aut perperam, & de ſupplēda negligen. prælat. lib. 3. Ipſa quoque naturalis ratio hoc indicat, ut quiſquis per negligētiā aliquid cōmittit, aut omittit, ex quo aliquid damni cuipiam accreſcit, ut is per eam negligentiam id ipſum damnū dediſſe cēſeatur qui hoc ipſum damnum per diligentiam impedire potuiſſet, ſi uoluiſſet. Vnde & damni reus cenſetur, qui damni occaſionem dediſſe uidetur.

Nobilitas, & Scientia.

NOBILITAS, & ſcientia, quantum ad promotionem facultatū in iure, æquiparantur.] Barbat. in c. poſtulaſti. De reſcript. col. 5. & idem Barbat. in c. Accedens 2. ut lite non conteſt. Scientia enim nobilitat, l. Prouidendum, in gl. in uerb. Nobiliſsimos. C. de poſthumis. Nobilitas tamen ſtercus eſt, niſi habeat uirtutis concomitantiam, uti teſtatur Hoſtiē. in c. Venerabilis, de præben. Quin & idē Hoſtienſis nobilitatem ſine uirtute cōparat cum ſtercore, ſcilicet in c. Tua, de conſangui. & affini. col. 2. ubi dicit: Quod qui de nobilitate, aut nobiliori ſāguine ſuperbit, is de nobiliori ſtercore intumeſcit. Quocirca nobilitas p ſe ɔſiderata, ipſa doctrina, atq; uirtute lōge ē inferior.

Nolle.

NOLLE, & non poſſe, quantum ad effectus declarationē, in iure ſunt paria.] L. 1. §. Vſus. ff. de procura. l. Mulier. ff. Ad S. C. Trebellia. Et notat Bar. in l. 1. ff. de uul. & pup. ſubſtit. in 2. q. Huius mētionem etiā facit Ioannes Petri de Ferrarijs in ſua notabiliſsima practica in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione, uerſi. Subſtituit uulgariter in 2. col. nu. 4. fol. 200. ita etiam affirmat D. Carol. Rui. in ſuis conſilijs, conſilio 156. nu. 5. ſecundo uol. Dixi ſupra hæc ad effectus exhibitionem, in iure eſſe paria. Nā iuxta facultatē humanā (nō excluſa diuina) ſæpe multa poſſumus, quæ nolumus: & contra, ſępe multa nolumus quæ poſſumus, uti ratio, & experientia perdocent.

Notorium, & Sententia.

NOTORIVM & ſententia æquiparantur. Nam quando res facta eſt notoria, tūc ea uirtualiter talis eſt, ac ſi de ea lata eſſet ſentētia, quia ſimul atq; certa innotuit, de ea ſentētia ferri poteſt, l. Emptorē. ff. de actionib. empt. Ideoq; qui manifeſte & notorie ab omnib. prodigus eſſe conſpicitur, is quoq; habebitur prodigus, non ſecus quam ſi per ſententiam fuiſſet declaratus prodigus. Atq; hoc caſu non eſt dubium, quin de iure ipſi bonorum uſu ſit interdictum, etiam ſi uerbis expreſsis & iuridice ipſi nō interdicatur, l. 1. § 1. ff. Ad Turpilli. Vbi etiam dicitur: Si quis manifeſte cognoſcatur alicui calumniam feciſſe, is perinde habendus eſt, ac ſi condemnatus eſſet de calumnia. Quia igitur manifeſtum & ſententia æquiparantur, recte neganda & prorſus interdicenda erit ipſi bonorū adminiſtratio quiſquis fuerit notorius prodigus. Nōnulli allegant pro hoc, l. Is cui. ff. de teſtamen. His tamē omnibus non obſtantib. D. Vdalri. Zaſ. in l. is cui bonis interdictum, num. 16. ff. de uerb. obli. cōtrariam amplectitur opinionem, & tanquam ſaniorem, & ueriorem iuxta ſententiā gloſſæ ibidem, quā ſequitur Barto. ibi, & alijs locis, & communiter Doctores, ſecundum quam opinionem ponitur hæc concluſi. Zaſio teſte. Manifeſte & notorie Prodigus recte bona ſua adminiſtrat, etiam ſi decoquat ante antequā ei adminiſtratio interdicatur. Quę quidem opinio (inquit) probatur per ualde multa iura, quorum meminit in d. l. Is cui bonis interdictum, per l. Iulianus. ff. de curato. furioſi. ubi dicitur. Si prætor interdicturus eſt adminiſtrationem: Item per dictū textū. Is cui bonis interdictum, qui eſt apertiſsimus, dū inquit. Is cui bonis interdictū eſt. Reliqua ibidem licebit uidere tēpore & loco cōgruis. Ego quoque certe hanc D. Zaſij ſententiam, tanquā meliorē ac tutiorē libenter amplector, quia non cenſetur prodigalitas, prius quā iuſtitia eam publice denunciauerit. Et quamuis multi eam cenſeant in animo eſſe prodigalitatem, ea tamen omnibus

non

non innotuit, nec ad omnium notitiã perueniſſe, & pro prodigalitate ea habenda erit, priuſquam publice per forenſem proclamationem denunciata fuerit.

Nouum, & Innouatum.

Aliqvid ſuperuenire de nouo, & uetus iam demũ innoteſcere, uel in notitiam uenire, paria ſunt.] Vel ſic. Hoc nouum eſt, uel iam recens ortũ, & hoc uetus eſt, ſed iam demũ innotuit, uel in notitiã uenit, paria ſunt. Ad quod facit c. Paſtoralis, de except. & c. Vt circa, de elect. lib. 6. Sic Raphael Fulgo. ad l. Mulier, nu. 5. C. de ſponſ. & arris ſpõſali. Sic & multæ antiquæ hæreſes noſtro hoc infelici æuo ſparſæ, non tã nouæ ſunt, quã hęreſes renouatæ. Nobis tñ apparent & dicuntur nouæ, quia hactenus nobis fuerũt incognitæ, quãuis olim a mille annis, & amplius à Patribus, & Concilijs per authoritatẽ ſcripturæ canonicę fuerunt exploſę, & damnatę: quales potiſſimũ ſunt, quæ ſunt de Trinitate. &c.

Item.

Res iſthæc iam noua eſt, & res iſthæc iam demum emerſit, aut oriri cœpit, paria ſunt.] ut habet Raphael Cumanus, in l. In cõfirmãdo, n. 3. ff. de cõfirmãd. tuto. & curat.

Nullus, & Inhabilis.

Nvllvs & inhabilis æquiparãtur. l. 1. §. pen. ff. Quod cuiuſq; uniuerſi. nomi. Ita quoque tenet D. Andreas Tiraquellus de legib. connubialib. & iure maritali, gl. 6. ibi. [De ſon mary,] charta 181. nu. 6.

Nullus, & Inefficax.

Nvllvs & Inefficax paria ſunt. Et ideo notãdũ, quod quãuis ea quæ prima fronte aliquid eſſe uidẽtur, ſi tamẽ abſque effectu eſſe comperiantur, tunc ea poſſunt dici quaſi nulla, l. dari. ff. de uerb. obli. Carere effectu, & eſſe nullũ intelliguntur æquiualere. Sed hoc intelligendum largo modo, quia ſtricto iure longè differunt, ea quæ ſunt ineſficacia propter exceptionem, ab ijs quæ ſunt ipſo iure nulla, ut probat D. Vdalri. Zaſ. in l. Quibus, iũcta l. Si dari nu. 37. de uerbo. obligat.

Nullum eſſe, & non eſſe.

Nvllvm & nihil æquiparãtur.] Vide Vdalr. Zaſ. in l. Cum quærebatur, nu. 3. ff. de re iudica. Si ſentẽtia eſt nulla, perinde debet haberi, ac ſi nondum lata eſſet, quia (ut diximus) nullum & nihil æquiparantur.

Nunciandi facultas.

Non habere facultatem nunciandi, & habere nunciãdi facultatẽ, quę poſtea p nõ effectũ extinguitur, paria ſunt.] Sicut ſcripſit D. Alberic. de Roſate, in l. Sciendũ nu. 1. ff. de oper. no. nunc. Vel ſic. Nunciandi facultatem non habuiſſe, dicitur cuius poteſtas ſine effectu poſtea extinguitur. Vel ſic. Nunciandi facultatẽ non habuiſſe, dicitur cuius poteſtas ſine effectu poſtea extinguitur. Vel ſic Poteſtas nulla, & Poteſtas extincta, paria ſunt.

Nunquam, & Rarum.

Nvnqvam & rarum in iure æquiparãtur, & paria ſunt.]c. Coram, extra de offic. deleg. Et quod raro cõtingit miraculum eſt, ut dixit textus, in Authentico, de conſulib. col. 3. collat. 4. Et D. Philipp. Decius in regula. Ea quæ raro. ff. de regu. iur. ad exordium. Ex quib. notandum, quod de his quæ raro accidũt, regulariter nulla ratio habetur apud legiſlatorem. ſicuti id confirmat idẽ textus in l. Nam ad ea. ff. de legib. cum nequaquam diſsimilib. iurib. quæ notantur in gl. in c. literas, extra de deſponſ. impube.

Nuptiarum tempus, & mentio nuptiarum.

Id factũ eſt nuptiarũ tpe, & id factũ eſt tẽpore mentionis nuptiarum, paria ſunt.] teſte Raphaele Fulgo. in l. Sancimus, nu. 1. C. de inceſt. nupt.

Nutrix.

Nvtrix, Soror, Mater, Auia, & ſimiles perſonæ aut mulieres cognatæ, in iure æquiparãtur.] Per celebrẽ l. 1. Cõſequens. ff. de ſuſpect. tuto. & §. Conſequens, inſtit. eod. tit. de ſuſpect. tuto. & ibi Ang. Aret. Et D. Nicaſius, in inſigni ſua lectura ſuper quatuor libros inſtitutionũ, eodẽ §. & titu. Hanc quoque ſuam ſententiã confirmauit eodem loco meus nuper collega D. Iacob. Curt. Brugenſis iuriſconſultus, in ſuis inſtitutionum iuris ciuilis libris quatuor, ex Græco in latinum per ipſum trãſlatis. Quæ quidẽ paritas potiſsimum intelligenda eſt, quoad accuſandum tutorẽ de ſuſpecto. Accuſatio enim de ſuſpecto, eſt tanquã actio, ſeu accuſatio publica, quæ quoniam cuiuis homini permiſſa eſt, ut ipſam moueat, etiam permiſſa eſt, & competit omnib. mulieribus, quibus uel ea iure, uel ex naturæ urgẽtis ratione, de ſuſpitione fraudis dolere, & conqueri competit, hoc eſt quib. ex reſcripto diuorũ Seueri & Antonini naturalis affectus, & pietas monetur ſcilicet ex ea pietate, & ex ſingulari pupillorũ fauore, ad eã accuſationẽ excitentur, dummodo ea pietas ſit talis quæ ſexus uerecundiã non egrediatur, ſicut fecit Calphurnia, ut l. 1. § Sextum. ff. de poſtulando. Hanc itaq; reſtrictionẽ in muliere accuſatrice non temere adieci, ob id quod aliæ mulieres ad talem accuſationem non admittantur, niſi quando uel ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequuntur. l. De crimine. C. qui accuſa. non poſſ. l. Qui accuſare. ff. de accuſat. Et ad hoc facit l. Feminas. ff. de procur. Dicitur autem iſta actio quaſi publica, ut in dictis paragraphis Conſequens. Imo uere publica, quod competat (ut iam dixi) non ſolum mulieribus cognatione, affinitate, aut naturali ratione alicui affectis, aut coniunctis, ſed quod cuiuis etiam ex populo, ſi modo dignus ſit, & non refutabilis, competat, ut habet. §. 1. inſtit. de publi. iud. Atque ideo dicitur ea accuſatio quaſi publica, propterea quod non quiuis indigni & quiuis cõfutabiles accuſare de prædicto ſuſpecto poſſunt, quales ſunt infames, impuberes, &c. Vti habetur. §. Impuberes, & ibi ſcribentes, inſtitu. eodem. De ſuſpecto tuto.

Obligatio generalis.

Obligatio generis uel generalis, & obligatio alternatiua, ſunt pares] ut habet in l. 2. §. Et harum. ff. de uer. obli. Et Iacob. de Arena per l. In executione. §. Pro parte. ff. de uerb. oblig. Exẽpli gratia. Si tibi promiſiſſem equum ſine ulla ſpecificatione, & ſi ad liberandum fidẽ meã tibi obtuliſſem equum nigrum, quẽ ob eum colorẽ accipere nolles, & ſi is equus niger oblatus interim moreretur, profecto ipſo iure ab ullo alio equo dando liberatus eſſem, quanuis D. Vdalr. Zaſius in l. Stipulatus ſum damnã. ff. de uer. obli. ſuſtineat ueriorem opinionem eſſe in contrarium, ſcilicet deteriorem debitorem non liberari ipſo iure, ſed ſolummodo ope exceptionis. hoc ipſum quoq; meminit idem Vdalri. Zaſ. in l. Si ſtichum, n. 5. & in l. Stipulationem, in princ. nu. 53. ff. eod. de uerb. obli. quem dictis locis ut conſulas, conſulo.

Obligatio iuridica.

Obligatio, ſiue diſpoſitio legalis, ſiue ſtatutaria, magis ęquiparatur ultimę uoluntati, quam contractib.] Secundũ Bar. per gloſ. ibi in l. 1. C. de his quib. ut indignis. Et per eundẽ Bar. in l. Non ſolum. §. Morte col. pen. Et ibi per Imol. ff. de oper. no. nuncia. Et per Barto. in l. In cognitione. ff. ad Syllania. Et de hoc quoque Bald. in l. Et ſi poſt tres. col. 9. ff. Si quis caut. Et in titulo, de pace Conſtantiæ, in uerbo. In criminalib. & Alex. in l. Eadem. C. de colla. Horum latius etiam meminit D. Carolus Rui-

nus

nus in ſuis conſilijs,conſ.117.incip.uidetur prima facie 4.uol.conſiliorum.

Obligatione quis aſtringatur.

In præſentiarum obligatum eſſe,& promiſiſſe ſe obligare, paria ſunt.] Vt notabiliter tradidit Io.And.in additione ad Speculatō,in rub.de actionib.& obliga. Et ad hoc facit notabilis tex.in l.Ex parte.ff.de uerb. obligat. Et D. Vdalri.Zaſius ſic retulit in conſ.10.nu.36.lib.2.

Obligatione quis liberetur.

Obligatione liberatur,qui pecuniam numerat,aut obligationem cancellat. Vide paulò inferius, Pecunia, & ſupra Cancellare..

Obligatio nulla quæ.

Obligationem nullā ſubeſſe,& obligationē eſſe,ſed probari non poſſe paria ſunt.] l.In lege. ff.de contrahend. empt.Et l.Duo ſunt Titij.ff.de teſta.tut.Et Rapha.Fulg. in l.In poteſtate.C.de ſolut.& libera.nu.2.

Occidere.

Occidere,& ad maleficium ſeu delictū inducere,quo quis occidat,paria ſunt.Sic notat Raph.Cum.ad l. Quid ergo.§.ſi Hæres,nu.3.ff.de lega.1.quem uidere. Sic quoq; apud Deum paria ſunt, aliquem actu, uel facto occidere,& aliquem inſtigatione,conſilio,mandato, ac gloriāte uoluntate occidere, tametſi prius ſit actu grauius. Sicut enim is qui mulierem uidet,eamq́ue concupiſcit, eā mœchatus cenſetur in corde ſuo,Matth.5.ſic quoque & coram Deo homicida cenſebitur, non ſolum qui actu, ferro,aut alio quouis materiali inſtrumento aliquem occidit,ſed ēt qui maleuolo animo, barbarico ſpiritu.nefario conſilio,furioſo mandato alium ad occidēdum inſtigat,conſulit, mandat,aut occiſionem homicidij patrādi præbet,imo qui animo conſentiente,gaudente & applaudente de alterius cæde,& homicidio lætatur,iuxta illud quoque Pauli, Rom.1. Non ſolum qui ea faciunt culpabiles & morte digni ſunt,ſed etiam qui facientib. conſentiunt.

Officialis.

Officialis(ſiue eccleſiaſticus,ſiue ſecularis)q ab electo pecuniā ullā accipit.Et eiuſdē officialis ſuperior qui eā acceptationē permittit,& nō punit, poſtquā hæc ipſi denūciata fuit,pari pœna plectēdi ſunt.] Iuxta illud Pauli, Ro.1.Non ſolū qui talia faciunt,ſed ēt q facientib.cōſentiunt,&c.Et uetus dictum eſt,ꝙ facientes,& conſentiētes,pari pœna plectantur.Quib.conſentit Bart. in §.Si igitur,nu.1.in Auth.Vt iudic.ſine quoquo ſuffragio fiāt: Et in eodem Auth.de conſulib.Vbi apertè dicitur. Quēadmodum punitur officialis,accipiens pecuniam ab electo ad aliquod officium,ita quoq; ſuperior illius officialis ſi hoc ſciens eum non puniat:Paria enim ſunt,ſi ipſemet ſuperior illam pecuniam accepit,& ſi conniuenter officialē inferiorē,qui eā pecuniam accepit,non puniat. Ad huius rationem & ſimilitudinē in l. Iubemus. C. de ſacroſanct.Eccleſ.Iudices,uel ſuperiores qui nō puniūt, ſed approbāt uetitas alienationes,hi ſicut ipſi alienatores puniunt,ut & Bal.in l.2.ff.de noxal. actionib.per illum textum dicit,ꝙ qui maleficium,ꝙ ex ſuo officio impedire debet,non impedit,ſed ad id diſsimulat, aut impedire negligit,is habendus eſt,ac ſi hoc ipſum maleficium perpetraſſet.Sic etiam Præfecto ciuitatis imputāda ſunt omnia maleficia,quæ per communitatem ciuitatis committuntur,ſi ſua uigilātia ea ipſa maleficia impedire potuiſſet,& eadem per negligētiam nō impediuit, teſte Caſtrenſi,conſi.422. Et uidetur is non impedire, aut impedire negligere,qui maleficia punienda non curat,quia per hoc occaſionē licentius peccandi omnibus permittit,ut dicūt Doctores ad l.Culpa caret.ff.de reg. iur.Et D.Anto.c.Cùm ſecundum,col.fin. de præben.& ad c.2.de dolo & contuma.

Officialis iudicium.

Iudicium Officialis & iudicium Epiſcopi, paria ſunt.] uide ſupra,Iudicium.

Omne,Totum.

Omne & totum æquipollent.] Vide infra,ſub titu. Totū.

Orphanotrophi.

Orphanotrophi,& quiuis hoſpitalarij,ſimiles ſunt tutorib.& curatorib.tā in bonis hoſpitaliū, quàm in bonis hoſpitantiū.] l.Orphanotrophos,& ibi Bar. C. de epiſco.& cleri.Et in Auth.de eccleſ.tit.§.ſi.colla.9.& ibi ēt Bar.& Specula.titu.de inſtrument.edit.§.ſi.uerſ. ſunt ēt Orphanotrophi,nu.15.in clem.Quia cōtingit.§.Illi ēt, de religioſ.domib.Poſſunt etiam Orphanotrophi,& hoſpitalarij quiuis non ſecus quam tutores, uel curatores de hoſpitalium ſuorum bonis inuentaria conficere,iuramenta præſtare: imo debent,ut tutores,ſuis ordinarijs, ſeu alijs præfectis,uel horum deputatis, quibus ratione bonorum hoſpitalium ſubſunt,ſingulis annis de eorundem bonorum adminiſtratione rationem reddere,ſicuti ipſi tutores aut curatores rationem tenentur reddere de adminiſtratione bonorum pupillarium,aut curatelarum ſuarum.

Pactum.

De actione ad pactum.] Vide ſupra,ſub titulo, Actio.

Papa.

Papa de aliquo in ſpecie cogitauit,& Papa de aliquo cogitauit in genere paria ſunt.] ꝙ ita determinat D.Alex. ab Imola in ſuis conſilijs,conſ.141.nu.13.lib.6.quem ibidem uidere licebit.

Papalis gratia.

De Papali gratia,& motu proprio.] Vide ſupra,Gratia.

Partialitas.

Partialitas,& realis ſeditio, idē ſunt.ſicuti pulchrè & latè tractauit Nico.Boer.in ſuo tractatu,De ſeditioſis. Vide Io.de Neuiza.i ſua ſilua nuptial.fol.93.col.4.ad ſi.

Parum.

Parum, Modicū, & nihil ferè æquiparātur.] c.licet cām, §.Quanquā,in uerbo,Nulla uel modica,extra de prob. Et inſtit. De l.Falcid.in princ.in uerb.Pro nullo aut minimo.& Balbus in Authentica,Præterea. C.unde uir & uxor.Et Philippus Corneus in ſuis conſilijs, conſili.63. lib.1.& conſi.77.lib.2.Et Socinus conſi.108. Et ad hæc bene facit c.licet cauſam,in uerbo,nulla uel modica, extra de probat.Et in l.2.ff. Quod cum eo. Aequiparātur; Qui omnino non ſucceſsit, & is qui in minima parte ſucceſsit.Et pro his facit gloſſa in authentico, de inſtrumen.caute.& fide,in §. penultimo,in uerbo, inter quos, &c.quæ dixit.Quod parum ſcire,& nihil ſcire ęquiparātur,& ꝙ nihil ſcientis & parum ſcientis æqualis eſt cōditio.Sic & precium ꝙ durat momento temporis, non inſpicitur,et pro nullo ęſtimatur,l.Precia rerū.§.ultim. ff.ad l.Falc.Et ſicut citra ſimoniā beneficium pōt alicui donari & cōferri,ita etiam modica res pro beneficio data,nullā ſimoniam cauſari,aut prætendere poteſt.c. Et ſi quæſtiones,extra de ſimonia. Et ca.Iudices.1.q.1. Ideoque D.Ludouicus Romanus,in ſingulari ſuo.331. incipien.Hodie quidam &c.ait.Quod ſtatutum prohibens alienare domum.fundum,aut aliquam quamuis rem immobilem alienare,aut alicui iuridicè tradere, id ſtatutū

locum non habet in domicilio uel parua domuncula, ſicuti hoc confirmatur per textum, quem idem Romanus dicit eſſe ſingularé, in l. Senatus in §. Marcellus. ff. de legat. 1. Vbi hoc idem ét ſentit Ang. Bal. quoque in c. Cũ te, de re iudic. dicit, ꝙ officialis pro modico non debet ſyndicari, ad hoc allegans l. Quamuis. ff. de cond. & demonſtr. & l. Euidens. ff. de ædili. edict. Pro quo ét facit. l. Scio. ff. de in integ. reſtit. & l Omnino. ff. de impenſ. in reb. dotal. fact. Et l. Res bona fide. ff. de contrahen. empt. Et huc quoque facit, quòd paruum uulnus, ſiue leue uulnuſculum, non eſt in cõſideratione ſiue æſtimatione ponendum, adeo ut uix pro uulnere ſit habendũ, ut eſt tex. in l. 1. in §. Proinde. ff. de ædil. edict. Quo circa ſtatutum loquens de punitione uulnerantis, id intelligi nõ dét de leuiter uulnerante, aut de eo qui paruum uulnuſculum infligit, ſeu paruam cutis ſciſſuram facit, teſte Bald. & l. fi. C. de ædilit. actionib. ubi etiam ſubdit, quòd ſi ſtatutũ dicit, quòd ſyndici teneantur denunciare percuſsiones ſanguinolentas, per id ſtatutum non tenentur denunciare percuſtiones, ubi eſt leuis cutis ſciſſura, & allegat d. l. Euidens, & d. §. Proinde. Pro quibus etiam facit gl. notabilis, in c. Cum illorum, in uerbo, Sanguis, de ſenten. excom. Et in cle. Ne romani. §. fi. in uerbo, effundẽdis, extra de elect. Et in c. Placuit. 2. 18. diſtin. & gl. in c. Si proponente. De reſcript in 1. gl. in fi. Et facit pro his l. Quæſitum. ff. de re iudic. Vbi etiam dicitur, ꝙ ad appellationem febris non uenit appellanda leuis febricula. Et ad hoium ſimilitudinẽ dixit Bal. in l. Si quis in hoc genus, in fi. C. de epiſc. & cleri. quòd ſi ſtatutum uel lex puniat offendentem clericum, id ſtatutum comprehẽdit ſolum inferentem grauem & atrocem iniuriam, non autem leuem. De his etiam meminit D. Hippolytus de Marſilijs, in ſuis conſilijs, cõſ. 80. nu. 11. & 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. cum ſequentib. uſque ad nu. 30. incluſiuè in 1. uol. conſiliorum criminalium. Et in conſ. 103. nu. 12. & 13. in 2. uol. conſiliorum criminalium.

Patronus.

Esse patronũ, & hẽri pro patrono, in quibuſdã paria ſunt.] Ita hẽt D. Vdalri. Zaſius, in l. in ius uocari. §. Patronũ. ff. de in ius uocan. Et ita ibi Bal. tex. allegat, & ad comunẽ utilitatem applicat, qui dicit, quòd ſtatuta noſtra de ciuibus defendendis loquentia, uel ſimpliciter loquentia, de ciuibus, etiam complectantur eos, qui habentur pro ciuibus, etiamſi ueri ciues non exiſtãt. Vnde dicit ſcholares noſtros concludi ſub hoc ſtatuto, ut habeantur ꝓ ciuibus: uerum hæc intelligenda eſſe dicit, quantum ad ipſorum commoda id ſtatutum faciat, hoc eſt, quatenus id pro eis ad communem cum ueris ciuib. defenſionem, & patrocinium faciet, non autẽ quatenus ad quæuis publica, communiaq́; ciuium onera æqualiter cum ueris ciuibus ferẽda, legabit. In commodis enim pro ueris ciuib. habendi ſunt, non autem in oneribus, quantum uis uerũ ſit, & idem eſſe cenſeatur, uere ciuem eſſe, & haberi pro ciue. Quod autem nos habemur pro ciuibus, ac ſi uerè ciues eſſemus, eſt inſigne priuilegium noſtrum iuris communis, ut diffuſe tractat Bal. in uulgata Authentica, Habita. C. ne filius pro patre. Quamuis autem inter ſe paria eſſe diximus: Eſſe uerè ciuem, & haberi pro ciue, multũ tamen inter ſe differũt. Eſſe nobilem, & haberi pro nobili, differunt enim non ſecus, quàm genuinum germanũ, & fictitium, uti eleganter id explicauit D. Bar. Soc. Cõſil 1. per totum.

Pecunia.

Pecuniam accipere, & obligatione liberari in iure, paria ſunt.] ſed per accidẽs potius & obliquo quodã mõ. Nã ſimpliciter loquẽdo: Numerare pecuniá, & obligatione liberari, apertius dicenda ſunt paria. Sed quia is qui aliqua obligatione (quæ eſt æs alienum) liberatur, ſi ſoluat, quodammodo eius obligationis (qua obuinctus fuerat) lucrũ facere, euſdemq́; preciũ quadantenus accipere uidetur, ideo & ex hac conſideratione hic dicimus: Pecuniá accipere & obligatione liberari, in iure eſſe ſimilia. Vel clarius: Pecuniá accipit, q ab obligatione ſe liberat l. ſi quis obligatione. ff. de regul. iur. Et ibi Philip. Dec. & eſt gl. in l. Qui ét. ff. de calum. Cũ his quoque congruit tex. in c. Veniens. 1. extra de teſtib. Vbi dicitur quod Symonia ét committatur in datione. Et idem hr̃ in c. Talia 8 q. 3. Et ad hunc modum etiam paria eſſe dicimus, dare & remittere, uti habetur apud eundem tex. in l. ſi fundum. §. Titio fundum. ff. de lega. 1. & in l. Si mulier. ff. de condict. ob cauſam notat Bar. per illum tex. in l. Peculiũ 1. in princ. ff. de pecul.

Pecunia, & Anima.

Pecuniam tam uſu, q̃ ſui abuſu alij æquiparãt animæ, alij eãdẽ cũ amore parẽ faciunt, aut potius eundẽ ſuperare contendunt.] Verum hæc comparatio (quamquã ipſa non oĩno ad ſimile iuridicũ pertineat) altius hic mihi iã perquirenda vr̃, nempe ut pernoſcatur quæ ſit pecuniæ etymologia, quomodo & quot modis ĩ iure accipiatur, & poſtremo quis ipſius ſit uſus, uis, & abuſus. Pro quib. primo notandum eſt, pecuniam cum ab ipſa deriuato peculio non tã dictam quàm ductam eſſe à pecubus, ſic ut pecunia dicatur quaſi pecunia. ſ. ſubſtantia e aque ferè tribus modis, ut pote quæ uerè erat pecora ſubſtantia, aut quæ ex pecorũ permutatione conſtabat, aut quæ pecorũ imaginẽ ac figurá referebat. Pro primo ſciendũ eſt priſcis illis ſeculis (quando agricultura urbica uita habebatur potior, & nobilior, & quando urbes uix dum extiterant) pecuniá acceptã fuiſſe pro ipſa pecunia ſubſtantia. Quicquid. n. olim maiores noſtri poſſederant, id fere oẽ in pecoribus, in agris, ſiue locis conſiſtebat, quod patet ex biblijs, in quib. omnes Iob, Abraham, Iſaac, & Iacob diuitiæ connumerantur in pecorib. & agrorum ſiue locorum poſſeſsionib. Et habiti dictiq́; ſunt tunc locupletes, qui plurima agrorum loca cum pecorum multitudine poſſederant. Vide Panorm. in Rubr. de pecu. clerico. col. 1. Vide ẽt Cardinalem in Clementina, Exiui de paradiſo. cum ſimilibus locis uulgatis. Sic & apud Græcos tunc inclitiſsimos quiſq; paſtor erat. Atque hinc ipſorũ alios polyornas, alios polymelas, alios polybutas appellabant, nempe eos q multos agnos, oues, aut boues poſſidebãt. Poſteris uerò ſeculis pecunia accepta eſt, & uſitata bifariã, ſcilicet generaliter & ſpecialiter. Generaliter pro quacũque rerũ poſſeſtione, quæ appellatione pecuniæ ueniunt. l. Secunda, & ibi Bal. in 2. col. in fi. C. de conſt. pecu. Idem confirmat D. Auguſt. in lib. de doctr. Chriſti, aſſerẽs quod quicquid homines in terris poſsident, quorumq́; ſunt domini, ſiue ea ſint ſerui, ſiue uaſa, agri, arbores, pecudes, aut quicquid horũ eſt ſimile, id omne ipſis pecunia habebatur. Idem habetur in c. Totã 1. q. 3. Bar. in l. 1. §. An poteſt. ff. de conſt. pec. & in l. quiſquis. ff. de lega. 3. Ad hunc quoque modum, Pecunia generaliter olim accipi ſolet in teſtatorib. (dum teſtamẽta proferebant) pro omni re quæ conſiſtebat in pondere, uel mẽſura, uti habetur in l. Talis. ff. de leg. 2. & ibi Bar. Specialiter uero & ſtrictè, ſcd̃m conſuetum loquẽdi modũ tum ẽt in teſtatorib. accipitur tm̃ pro nummo, ſiue ꝓ denario, teſte Bar. ibidem. Et in l. 1. ff. Ad macedo. Et ſicut pecunia accipitur pro denario, ſic quoque denarius accipitur pro pecunia, ut habet text. in d. Clementina, exiui de paradiſo. Vbi Denarius pro pecunia exponit. Et ſimul hoc additur, quòd quamuis denarius, & pecunia inter ſe differant (quia denarius erat qui pro decem nũmis olim computabatur, pecunia uerò erat quod de pecorum ſubſtãtia prouenerat) tamen hodie cõmuniter

pro

pro eodem accipiūtur, & ideo ibidem exponit in textu coniunctiouė (uel) expoſitiuė, pro, id eſt, hoc modo. Denarios, uel pecuniam, hoc eſt, pecuniā. Vbi quoque notādum denariorum uoce contineri & accipi omnē monetā, ſiue pecuniam, iam paruam, quam magnā, iam argenteam, aut æream, quàm auream. De hac quoq; generali, ac ſtricta pecuniæ acceptione, uide glo. ſuper uerbo, Pecuniæ. in l. 2. C. de conſtit. pec. Et iura quæ in d. gl. allegētur. Vide ēt gl. in l. Secunda. ff. Si cert. pet. In qua gl. interim hoc notādum eſt, quod ea pecuniæ ſtricta acceptio etiam locum habeat in reſcriptis, quod ſingulariter notandum eſſe cenſet Innoc. in c. Sedes, de reſcrip. Idq; ꝑ ſingulari etiam notādū eſſe iubet Ludo. Roman. in ſuis ſingularibus, ſingulari 509. Secūdo dicta fuit olim pecunia, ſiue pecuuia ſubſtantia, omnis res quæ ex pecorum permutationibus conquirebantur, ſecundum quam acceptationē pecuniæ uocabulo cenſebatur quicquid homines olim in terris ſibi poſſederant iuxta allegationē D. Auguſt. & Bartoli, iam paulo ante præmiſſam. Vt enim mortales olim ſibi mutuo in rebus neceſſarijs cōmodarent, omnino neceſſe habebant pecora, aliasq; res rebus commutare. Ad quam cōmoditatem poſterior ætas magis induſtria, nūmorum (quos pecuniā uocabant) uſum excogitauit. Vnde tertio pecunia ſiue pecuuia tūc dicta fuit nūmus coriaceus, nempe qui ex pecorum corio confectus, ad ualorem certi precij conſtituebatur. Vide Lucam de Penna. in l. Inter. de conueni. fiſc. debito. colu. 2. lib. 10. C. Vel pecunia dicebaſ nūmus æreus, quē Saturnus poſtea inuenit, cuiq; sū pecudis cuiuſpiā notā ad certum ualorē impreſsit, eiusq; uſum populo ad neceſſariā rerum commutationē deſignauit. Huiuſmodi nūmos cū certa bouis, aut buballi capitis nota poſtea magis affabre excudi curauit Romanorum Rex Seruius Tullius, quin & Theſeus quoque apud Græcos nūmos ſuos bouis nota inſigniuit, ut uel hac nūmorū nota Atticos ſuos ad prōptiorē agriculturā excitando prouocaret. Vnde Decabiū hecatonbium tunc nūmum appellabāt, qui decem aut centū nūmorum ualore cōſtabat, nempe qui cū bouis effigie decem aut centum nūmos, aut aliud ſimile expreſſum precium deſignabat, quale precium in Hiſpanicis hodie realib. expreſſum eſſe cernimus. Qui de his plura, eaq; certiora deſiderabit, is legat Orationē Philip. Beroaldi habitā ante enarrationē carminis georgici, atq; Caii Suetonij tranquilli, in qua oratione inclitā rei ruſticæ laudē doctiſsimè explicauit. Cæterum quamuis Eutropius lib. 1. facie 2. & plures alij aſſerant nūmorū inuentorē primum fuiſſe Saturnū, idem tñ Eutropius lib. 2. cap. 3. ait poſtea a Romanis nūmos argēteos in urbe excogitatos, & figuratos fuiſſe anno ab urbe condita 477. Marco Aemilio, & Paulo Seruio Fululo cōſulibus, nempe pōſt magnā Afrorum claſſem à Romanis nauali prælio captā. Pro his itē certiora comperies apud D. Albericū de Roſate, in Dictionario ſuo, in litera, Moneta. Et ibi in additionibus Speculatoris in ſuo aureo repertorio, tit. de ſum. expen. & deciſi. parlament. Delphi. quæſtione 415. Et in deci. 493. Et apud D. Nicol. Boeriū in addit. ad Io. Montaig. in tractatu de authoritate & præeminentia ſacri magiſt. cōci. Et apud eundem in additionib. ad Dynū in Regula, in obſcuris, i. additione prima, col. 3. Porro quod eodem loco dicitur trigiota illos argenteos Iudæ ob Chriſti ſeruatoris noſtri traditionem numeratos, fuiſſe illos eoſdē quos Thare pater Abrahæ ad petitionem Nini filij Beli, & Niniuitarū regis fabricauerat, quiq; per multorum manus peruenissent in Pōtificum Iudæorum corbonam, mihi certè nimis fabuloſum, & authoritate caſſum uidetur, ut id hoc loco explicare cōtra D. Alberi. de Roſate pigeat. Quo circa hoc ī certo omiſſo ad pecuniæ uſum, & abuſum explicandum pergo. Vſus itaque pecuniæ quis, & quantus ſit, quamuis experiētia uerius quàm ſcripto, aut Poetarū teſtimonijs cognoſcamus, ipſius tamen uſus potiſsimum Principib. ad bella gerenda eſt perneceſſarius, ut eam ſuis elargiat militib. Nulli enim milites unquam de ſuo, aut ex proprijs militare debuerunt, per iura uulgaria. Non decet, ut alicui militum ſuum dānoſum ſit officium, c. Cum nō deceat, de elect. in 6. §. Item in criminali. 4. q. 3. c. Statutum, in fi. de reſcrip. li. 6. l. Seruus cōis. ff. de furt. & l. Cū quidam. C. de adminiſt. tut. & curat. Atque hoc iam dictum militum officium quod non decet eſſe militibus damnoſum, intelligendum eſt tam de publico quàm de priuato, ſicuti exponunt D. Io. Andreas in Nouella. Et D. Dominicus de S. Geminiano ibidē. Miles pariter ut alius quilibet, pecuniæ, & præmij ſpe certat. Et D. Bald. in prælu. ter. ď iudicijs. Si miles uiderit ſe digno premio priuatū, is mox omnia depopulari pergit. Quod & D. Robertus Gaguinus, in Chronica Caroli Francorum regis ſexti, fol. 2. facie 2. apertè narrat, de militibus, quib. per regē de ſtipendio militari nō ſat. ſfactū fuerat. Quietis (inquit) compoſitisq; regni primoribus, cum ſtipēdia militibus nulla ſoluerent, tum non ſecus quam hoſtes, prædijs, ſtuprisq; populum milites uexabant, quam ob rē agricolæ rura uicosq; deſerentes, in oppida, arceſque fortunas ſuas cōferebant, &c. Quo circa nō temerè uulgo dicitur pecuniam eſſe neruū belli, ut ipſa potius iuxta primā hanc noſtram æquiparationem dicēda ſit eſſe anima belli, nempe per quam milites ſtrenue animētur, per quam neceſſaria quæq; tum uictualia, tum bellorū munimenta ſuo congruo tempore, & loco expediuntur, & per quam tota belli militia quodāmodo uiuit, & triūphat adeo, ut ſine ipſa uniuerſa militaria turma prorſus langueat, concidat, ſoluatur, & pereat. quin ut in militia, ita & in reliquis uitæ noſtræ uſibus, & contractibus conſpicimus pecuniam tam eſſe neceſſariam, ut ſine ea plerīq; tanquā exanimes, ac ueluti ſemiuiui plateatim incedant: pecunioſi uerò animoſi, ac uiuaciores ubique ſeſe oſtentent. Certè ſine pecunia (ut nūc ſunt abuſus, & mores hominū) nihil efficitur, ut nec corpus quicquā ſine anima efficere poteſt. Veriſsimè itaque dicit Horatius: Regina pecunia donat & genus & formā, &c. Item ille: Sine re (id eſt pecunia) nullus eris. Hinc quoq; Lucas de penna. in l. Domi, col. 1. de agricol. & cenſi. lib. 12. C. ille. n. cui nullæ ſunt pecuniæ, omni uidetur deſtitutus auxilio. & contra: quisquis pecuniam habet, is omnia habere cenſetur. Vide Bar. in l. Cogi. ff. ad Trebell. in l. Talis, in principi. ff. de leg. 1. Et Bal. in l. Si tuis. C. de ope. liber, dicit pecuniā uitam eſſe hominis, per notata in l. Aduocati. Et ibi per bonam gloſſam, ſuper uerbo, Vitam. C. de aduocat. diuerſ. iud. Panormitanus quoque per illam l. Aduocati, iuncta glo. ſua in c. Cum oporteat, col. 2. libri inci de accuſationib. dicit bona iſthæc temporalia eſſe uitam hominis. Quod enim corpori ad operationes ſuas eſt anima, hoc ipſum ad res quaſuis gerendas mortalib. eſt pecunia. Et D. Bal. in l. Receptitia. C. de conſt. pec. dicit ēt, quod quiſquis pecuniam hēt, is rem oēm quā cupit habere cenſetur, ubi, & ſubnectit pecuniam optimū eſſe futuræ neceſsitatis fideiuſſorē. D. itē Ambroſius de pecuniæ abuſu loquens lib. officiorum 2. cap. 21. hoc pecuniæ tribuit, ꝙ pecuniarū poſſeſſores (ſed corruptè potius quàm uerè) honore afficiat. Hoc malum (inquit) iā dudum humanis influxit mentibus, ut pecunia honori ſit, utque ſoli diuites admiratione digni habeantur. Nā hodie uix alius ullus quā diues, honore dignus eſſe putatur. Alanus quoq; hanc humanæ naturæ corruptionē obſeruās hiſce ferè uerbis cōqueritur: Si quis (inquit) pecunia tanquā loricis argēteis armatur, is Tulliani torrētis impetum non metuit, is Hectorei incurſus nec fulgura, nec impetus formidat, neq; ad uirtutis Herculeæ robur trepidat, neq; per uerſipellis Vlyſsis aſtutias (quas uilipēdit) decipitur. Tantam enim uim, atque efficaciam nunc apud mortales obtinet pecunia, ut ꝑ ipſa Dialectica certatur

natur muta, utq; Rhetoricæ ſubtilis facũdia langueſcat, ubi perorare cœperit nummorũ pluralitas. quin & ſi in aurem iudicis (inquit) aut aduocati tinniat, ſuſurreiq; pecunia, mox obſurdeſcit Orphei lyra, Amphionia carmen, Vigilianaq; muſa pecuniæ uoce ſuffocantur. quid plura? Vbi pecunia loquitur Tulliani eloquii tuba rauceſcit. Vbi nũmus militat, Hectoreæ militiæ cõpeſcunt fulgura. Vbicũque pugnat pecunia, illic uirtus expugnatur Herculea. In ſumma: Nũmus uincit, nũmus regnat, nũmus imperat uniuerſis, adeo ut fruſtra olim Virgilius cecinisſe uideatur cum Amorẽ extollendo diceret: Omnia uincit amor. iſtud enim dictũ retractãs pecunia, mox Virgilio his uerbis occinuit. [Nõ amor amplius hic, ſed ego ipſa pecunia, uincam.] Quod & multis ſeculis antè quoq; notatũ fuerat ab Eccleſiaſte, c. 10. cum diceret: Pecuniæ obediunt oĩa. Sed hæc pecuniæ uis (quæ nunc oium criminũ mater eſt, c. His igitur 23. diſt. quæque ueram Iuſtitiã ſtrangulat ca. Si recte, & c. Qui pauper eſt 11. q. 3.) non iam ex ſua natura quàm ex abuſu, & ea ꝑpoſtero corruptoque hominum iudicio naſcitur. Nihilominus quum tam quotidianis experimentis, quàm certis authoritatib. perdiſcamus pecuniã tanti fieri, iam eſſe neceſſariam, ſuique tum uſu, tum abuſu tanta moliri ſ ut rerum gerendarum anima merito eſſe dicatur, profectò ille eum odoro, doctoque cane uenatus eſt, quiſquis pecuniarũ theſauros in ſuos caſſes retinuit. De quo eane D. Florianus, in l. Statue. ff. de uſufruct. ſic loquitur. Pecunia inuenta per canem, ad inueniendum pecunias latẽtes doctum, ea ad dominum canis pertinet. De eodem cane etiam loquitur Bertachinus in ſuo repertorio, ſuper uerbo, Pecunia, uerſi. 54. Hic canis (inquit) ſi hodie haberi poſſet, is re uera, (& meritò) pluris fieret quibuſuis aliis canib. quos uenatores ad aucupia, aut ad peruestigãdas feras, perdices, aut coturnices multis ſtudiis ꝑ docere cõſueuerunt. Cæterum quanquam hic multa de pecunia locuti ſimus, nolim tamen ob id mihi calumniã de pecuniarum auiditate ſtrui. Nam quamuis dicitur, ꝙ nihil boni de eo præſumitur, qui ſemper & crebrò, de pecunia loquitur, teſte Luca de Penna, in l. Vnica. col. 5. in fi. & in col. 6. in principio, titulo, de præſcriptio. lib. 12. C. Quod & confirmat text. in c. Si cupis, uerſi. Quem ſenſeris 16. q. 1. nolim tamẽ id mihi impingi temere, quũ hic de pecunia non locutus ſim tãquam pecuniarũ auaritia captus, aut quaſi ex pecuniarum cupiditatis abũdãtia os meum locutũ fuiſſet (ad quod prædictas authoritates reſpexiſſe puto) ſed tantum, ut cum animi dolore cõmonſtrẽ quantum in rebus mortalium ipſa pecunia ualeat, unde & quis ipſius fuerit uſus, quis abuſus, & quotuplex ipſius in iure fuerit acceptio: de quib. hic dicta nunc ſufficiunt.

Perſona, Fama.

Personam cõſeruat qui famã perſonæ conſeruat, hæc. n. in iure æquiparantur. l. Iuſta. ff. de manu. uindi. Vnde ꝗa honor. fama cuilibet pecuniario cõmodo præfertur, l. Iulia. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſtam. Cyn. in l. 1. C. Vnde ui. Non uidetur eſſe aliud cui dignius famæ integritatem æquiparare poſsimus, quàm ipſi perſonæ, aut uitæ perſonæ, quæ aliquando mallet uitam perdere, quã famæ iacturam facere. De hac itaque famę præſtãtia & ipſe quoque memini in mea praxi rerum criminaliũ recognita, cap. 79. De neceſſaria proprij honoris defenſione char. 107. nu. 5. Vide etiam ſupra, Honor.

Perſona læſa.

Laesum contra perſonã meã cõmittitur, & iſtud ꝙ cõſanguineos meos committitur paria æſtimant.] l. Lex Corn. in princ. Vbi Bar. ff. de iniur. Et idem in l. 3. §. Si tutor inimicus ff. de ſuſpect. tutor. Et hinc eſt, quod ait Guilielmus Benedicti. in 3. parte repetitionis c. Raynutius ubi: Qui cum alia matrimonium contrahens, nu. 99. fol. 1 . extra de teſtament. parem eſſe metum qui infligitur cõtra me, & qui infligitur contra amicum, ac conſanguineum meum l. Iſti quidem. ff. Quod met. cauſ.

Peſtis.

Pestis æquiparatur hoſtilitati.] But. in c. Cum dilecti. C. de dol. & contu. Et tẽpus guerræ uigentis inter homines, & tempus mortalitatis ſeu peſtis æquiparantur: cum tunc cenſeatur bellum inter Deum & homines, ut notat Bar. in l. Naturaliter. ff. de uſucap. Et Canoniſtæ in c. Ex tranſmiſſa, de præſcript. Videtur idem ſeruandũ in uno, ꝙ in alio argumento, l. illud. ff. ad l. Aqui. cum uulgatib. Adde Baldum in l. ſi. C. de teſtamen. ubi tenet quod ſi teſtamentum fiat tempore peſtis, quo tempore nõ poſſunt teſtes faciliter haberi, ualet teſtamentũ cum minore numero ſeptem teſtium, propter neceſsitatem, argumento d. l. ſi pro his etiam facit l. Caſus. C. de teſta. ubi propter neceſsitatem aliquid relaxatur de ſolemnitate; inducendo illam: prout eam inducit D. Iaſon. in præallc. l. ſi. C. de teſta. Item facit: Quia propter imminentiam peſtis receditur à iure communi. l. de ætate, iuncta, §. præcedenti. cum ibi notatis. ff. Ad Trebellia. c. Ad ſupplicationem: cum ibi notatis per gloſſam, de renũciat. & c. Cum dilecti. de dolo & contu. Item facit illud uulgatũ: Quia neceſsitas non habet legem, nec ſubiacet legi. c. Quod nõ eſt licitũ, & ibi gl. bona, de regu. iur. & l. 1. & ibi Bal. C. de operis libert. Item facit: Quod neceſsitas facit ꝓbabile illud, quòd aliàs non eſſet probabile, ut dicit Bal. In l. Si teſtamentum. C. de teſta. Pro his facit ẽt illa communis theorica Doctorũ, quæ habet, quod ubi aliquid ẽt pro forma & ſolemnitate actus requiritur, tamẽ propter caſum neceſsitatis ualet actus geſtus non ſeruata illa ſolẽnitate, unde uidemus: Quod licet pro ſolẽnitate ſententiæ requiratur, ꝙ feratur iudice ſedẽte in loco maiorum, & aliter lata non ualet, l. Si ut proponis, 2. C. quomodo & quando iud. & l. pen. ff de iuſtitia & iure, tamẽ alibi lata metu periculi uitæ, tempore guerræ ſeu belli aut peſtis ſiue mortalitatis, puta ſuper turri, ualet & tenet, ut eſt gloſſa ordinaria, in l. 1. & ibi Bal. & Doctores, C. de ſenten. ex bre. recitan. & idem tenet gloſſa in c. fin. in uerbo, Sedendo, de re iudica. lib. 6. Præterea his ſeruit deciſi Ang. in §. Quod autem, in authentico, de non alienan. colla. 2. per illum textum, in uerbo, Aut etiam uno, ſi unum ſolùm ciuitas habeat, ubi determinat ꝙ ſtãte ſtatuto, quòd nullus contractus minorum uel mulierum ualeat, niſi interueniant duo notarij: tamen ſi tempore peſtis, aut guerræ ſeu belli non poſſet haberi niſi unus notarius ualeret illo ſolo interueniente, & deciſio eiuſdem Angeli. in l. Si uacantia. C. de bo. uacan. lib. 10. ubi determinat: Quod ſi ſit ſtatutum in ciuitate, ꝙ non poſsit fieri teſtamẽtũ, niſi ſcribatur per notariũ matriculatum, ſi tempore peſtis non reperiatur aliquis notarius matriculatus, poterit fieri teſtamẽtũ per alium notariũ non matriculatum. His etiam ſeruit: quia in dubiis opinionibus tenenda eſt illa, quæ fauet teſtamento l. ſi pars ff. de inoffi teſta. & c. fin. de re iudica. quia cauſa conſeruationis teſtamenti cõcernit publicam utilitatem l. Vel negare. ff. quemadm. teſta. aper. Videte latius per D. Nicolaum Euerardi a Middelburgo in ſuis reſponſis, ſiue conſiliis, conſ. 61. pag. 209.

Petere.

Petere, ſed non impetrare, in iure par eſt cũ non petere.] l. 2. & 3. C. de in ius uocan. Et ad hæc facit tex. in Clem. Vnica de teſt. ubi etiam dicitur, ꝙ non ſufficiat petiuiſſe licentiam, niſi eadem fuiſſet obtenta.

Pietatis cauſa.

Pietatis cauſa, par eſt cum cã dotis.] Vide ſupra, Dos. Pignus.

Pignus.

PIGNVS & fideiuſsio æquo iure procedunt.] l.Fideiuſſor §.ultim.ubi hoc notat Ang.ff. de conſtitut. pecu. Et D. Andreas Tiraquellus,de legib.connubial.& iure maritali.gl.3.in tea. [Contracter,] char.148.nu.102. Vide ſupra,Fideiuſsio.

Pirata.

PIRATAE æquiparantur hoſtibus fidei.] Vide ſupra,ſub uerbo,Hoſtes.

Poſſeſsio ſecundi beneficij.

HABET poſſeſsionem ſecūdi beneficij,& per eum ſtat, quo minus ſecūdi beneficij poſſeſsionem habeat, paria ſunt. c.Licet eps,& ibi Pet.de Anch.notat nu.1. de præb. & dignitatib.lib.6.Idem enim iudicatur de eo quod eſt in potentia,quod de eo quod eſt in actu.ut c.fin.de reſtitu. ſpolia.Et l.Labeo.ff.de ſtatu liber.Multa enim ſunt quæ non ad actum,ſed ad aptitudinem ſolummodo referuntur,ut c.Maiores.§.Cæterum,De baptiſ.

Pronunciare uti poſsidebatis.
Vel
Poſſeſsio,ut prius.

PRONVNCIARE (uti poſsidebatis)& iubere reſtitui poſſeſsionē talē,qualē habebatis ante litē ɔteſtatā, paria ſunt.] Gl.in ultima ſui parte,in uerbo,Ea teſtamento.in l. Ait Prætor.§.ſi iudex.ff.de re iudica.quam gl.reputat ſingularem ibidem Bal.quam tamen gloſſam intellige ſecundum Bar.& alios,quando in aliqua parte actorum probatorum apparebat,qualem poſſeſsionē antè habuerat, ut eſt in c.Piſanis,quod eſt c.fi.De reſtitu.ſpolia. Extra hunc uero caſum ſecus obſeruatur,ut habet gl. in c. Licet cauſam,in uerbo,Ita poſsideatis,de probat.Et Bart. in l.1.in ult.col.per glo.ibi in uerbo,prohibeat, & in l. Si duo,in princ.in 2.col.ff.uti poſsidetis.

Poſſeſsio per ſe,aut per alium.

SVO corpore poſsidere,& poſsidere corpore alieno, paria ſunt.] ut l.Quod meo.ff.de acquir.poſſ.Et hoc eſt generale,& regulare,in quocunq; alieno nomine poſsidente, ſiue ſit ſeruus,ſiue filiusfamilias,ſiue extraneus,ut l. Generaliter,& l.1.§.Item acquirimus,cum ſeq. ff. de acq. poſſ.Et quod habetur in l.Quædam mulier.ff.de rei uendic.Et in l.Qui uniuerſas.§.quod per colonū.Et l.Quānis.§. Si conductor.ff.de acquir. poſſeſsio. cum ſimilib. Sic etiam iiſdem modis,retinetur poſſeſsio ſeruitutis,ut in l.Vſu retinetur.ff.Quemadmo.ſerui.amit.his ſeſe cōfirmauit Ioan.Pet.de Ferrariis,in ſua utiliſsima practica,in forma c.Actor.in gl.per ſe ſeu alios, fol.56.nu.1. ad quem per otium confugere licebit.

Poſſeſsio iniqua.

POSSESSIONEM habere iniuſtam,& poſſeſsionem habere nullam,iniure paria ſunt.] l.3.§.ait Prætor. ff. de itine. actuque priua.argumento c.Inter corporalia.§.Sed neque,extra de tranſla.Epiſcopi.Atq; ideo iniuſtam poſſeſsionem non tuetur prætor.l.Cum ſponſus.§. Si res.ff. de publicia. in rem actio.Huc quoq; facit quod notatur in c.Quia cognouimus 10.q.4 & c.Iam nunc.28.q.1.Et Henric.Boic.in l.Peruenit.de cenſib.& c.Ad decimas, de reſt.ſpoliat.in 6.Ita quoque tenet D.Franciſcus Mingon ſuper conſuetud.duca. Andegauen. in titu. [De la punition des crimes,] artic.186.nu.5.fol.101.Hæc pa-ria uelim omnib.Chriſtianis eſſe pſuaſiſsima, potiſsimū illis qui ſcienter & uiolenter aliena poſsidēt. Imo & ea quæ optimo iure ad alios pertinere certo norūt.Hæc.n. q̃a ab ipſis erepta aut occupata nō ſunt,ſed q̃a à ſuis maiorib.ad ipſos deriuata eſſe dicunt,an per ſas, an per nefas ab ipſis ea conquiſita ſint,nihil curāt,ideoq; de eorundem reſtitutione,ne per ſomnium quidem et cogitāt prætexentes(uti diai) ad ſe per iuſtam ac ueram hæreditatem ea bona eſſe deriuata,non curantes quomodo patres,aut aui ea occuparint.Ipſi (inquiunt)uiderint, ego me à culpa per hæreditatē libero.Sed an per hoc ab iniqua poſſeſsione ſint futuri liberi coram Deo, iudicabit Deus omnium iudex ueraciſsimus.

Poſſeſsio uiolenta.

POSSESSIO uiolenta,& poſſeſsio clandeſtina ſcd̄m nonnullos æquipollent.] Atque hinc eſt quod ſicut non licet habenti uiolentā poſſeſsionē excipere de dominio, ita nec licet excipere habenti poſſeſsionē clandeſtinā l. 1 §.1.ff.quod ui aut clam.Et l.Eum qui fugitiuum.ff.Ad l.Flauiam de Plagia.licet ſecus uideatur ſentire Dinus in regula:Qui ad agendum admittitur, eſt ad excipiendum multò magis admittendus.

Poſſeſsionem amittere.

POSSESSIONEM amittere,& amittere actionem competentem ad poſſeſsionē recuperandā,paria ſunt.] per l. Qui actionem.ff.de regul.iur.Et idem probatur ex notatis per gloſſam in l.fi.C.unde ui.in uerſ.Quod non ſuū eſt, ut notatur per Bart.in l.Gallus.§.Videndum,in fi. ff. de lib.& poſth.Et D.Carol.Ruin.in ſuis conſilijs,conſ.161. incip.Præmittendum eſt,nu.14.1.uol.conſiliorum.

Poſthumus.

POSTHVMVS naſcitur mortuus,& poſthumus iam iā certo certius eſt moriturus,paria ſunt.] Ita tenet D.Hipp.de Marſilijs, in ſuis conſilijs criminalib.conſ.10.nu.36.1. uol.conſiliorum, quia (ut inquit) talis poſthumus non rumpit teſtm̄.Atque hunc caſum dicit fuiſſe de facto Bononiæ ita iudicatū.Ideoque hoc dictum pro notabili refert,& ſequitur D.Feli.in c.Sicut ex tua.circa fi.extra de homicid. Et pro eo facit et quod dixit Paul. de Leaza. in elem.Paſtoralis,de re iudica.ubi dixit, q paria ſunt: Aliquem eſſe iam condemnatum,& eſſe proxime cōdēnandum,quem etiam refert & ſequitur D.Feli.in c.fi. in principio,extra de iudic.Item pro iſtis optimè facit, q ille qui eſt lethaliter uulneratus,iam habeatur pro mortuo,ſecundum.Bal.in l.1.C. de nundi. Vbi etiam dicit, quod ſi quiſpiā alterum lethaliter uulneraſſet bono die Veneris, aut in die paſchæ, ſic ut ex eo uulnere poſt aliquot dies mors ſequatur, profectò ob illud homicidiū æquè grauiter uulnerans puniendus eſſet,ac ſi is lethaliter læſus eodem die Veneris aut Paſchæ ſtatim ex eodē uulnere expiraſſet,nempe propter diei religioſam obſeruantiam aggrauantem,quo die lethale uulnus inflixum fuerat. Reliqua huic materiæ cōuenientia uidere apud D.Hippol.loco ſupra allegato.

Poſtulare.

POSTVLARE,& Aduocare:Poſtulantes,& Aduocati in iure dicuntur eſſe pares.] l.1.§.Poſtulare.ff. de poſtulando.Huic accedit Canon.Infames.uerſ. Eſt aūt poſtulare.3.q.7.qui canon.p̄dictis Gregorij nouā conſtitutionē ſubiungit in canone,Cū ſacerdotis, extra de poſtulan. De his etiā ipſe memini in meo pupillorū patrocinio, titulo de tutorū & curatorū munere,c.2.fol.4.nu.21. in poſtrema editione.Cætera repete ſuperius,Aduocatus.

Poſtulare ſine impetratione.

NON poſtulare,& poſtulare, ſed non impetrare, in iure æquiparantur.l.Sed ſi hac lege.§.Prętor ait.ff.de in ius uocando.

Potentia ante actum.

POTENTIA antequam deducatur in actum, æquiparatur cõditioni. Bal. cõſ. 105. incip. Laudare, col. 2. uerſ. Sed quid li. 2. Vnde interim non naſcitur obligatio l. 1. in fin. ff. de conditionib. & demonſtra. Et l. Interdũ. ff. de uerb. oblig. Et l. Arethuſa. ff. de ſta. hom. Sic à ſimili, licet ſpõſalia non ob aliud fiant, quàm ut poſtea ipſum matrimonium perficiatur: (dicũtur enim ſponſalia, quaſi ſpes matrimonij, quæ in ſponſione conſiſtit) l. Si uxor. ff. de adulter. nondum tamen conſummatum matrimonium dicũtur. Præterea licet ſponſa ad id ſit deſtinata, deuotaque, ut uxor ſtatim fiat, ſuoq; tradatur marito, nondum tamẽ uxor eſt, nec matrimonium conſummauit. Nam, ut inter os & offam multa intercidere ſolẽt, ita quoque multa interdicere poſſunt, ne deſponſata uxor fiat, matrimoniũque perficiat: ſcilicet, aut matrimonium cũ alio prius cõtractum, aut mors alterius: ſcilicet, aut ſponſi, aut ſponſæ: aut alia impedimenta penè infinita, quę ſubinde non tantum matrimonium contrahendum prohibent, uerũ etiam ſæpe numero contractum dirimunt.

Preces.

PRECES & preciũ æquiparantur.] Quia (ut dici ſolet) cariſsimò conſtat, quod precib. emptũ eſt. Quiſquis enim precario aliquid conſequi debet, is illud ſatis magno precio emiſſe credendus eſt, uti confirmat Apuleius, lib. 3. floridorum, car. 2. Et Seneca epiſtola. 47. incip. Libenter. Et Egid. de regimi. princ. l. 1. par. 3. c. 23. Et Cornaſanus in procœmio ſuorum prouerbiorum circa finem. Et Eraſmus in ſuis Chiliadibus 1. par. prouerbiorũ 218. ibi. Emere malo quàm rogare. Et Aeſopus. Emptum longa prece ſorte magiſtrum. Refert idem Barb. in c. Cum dilecta, col. 15. de reſcript. Vnde & tritum hoc carmen: Gratius eſt donum quod tulit ante preces, glo. in c. Et ſi quotiens, uerſ. ſi. non petenti. De ſimonia. Atque hinc etiã eſt quod dicimus: Quod is, qui per longas aſsiduaſque preces beneficium ſolummodo conſequitur, plærumq; ſimoniam committat. Sed hæc certiora urrioraque eueniunt, in precibus ſuperiorum, quas Adrianus Papa ob dignitatis atque prælaturæ authoritatem uocat preces armatas, in quodlibeticis, q. 9. c. Quod ad ſecundum, litera o. eſt car. 88. Plura quoq; de his meminit Io. Neuizã, in ſua ſylua nuptiali, lib. 4. fol. lib. meo 75. col. 3.

Prædicare, ſacrificare.

PRAEDICARE & ſacrificare pariſicantur.] c. Præsbyteros qui 50. diſtinct. Sed infamis à ſacrificãdo repellitur. Nã indigno ſancta committenda non ueniunt c. Si quis uerò non obediat 11. q. 3. Ad idem c. 1. 25. diſt. Ergo & prædicando ſeu docendo. Proferens enim memorandi criminis labem non habet lucidam magiſterij dignitatẽ c. Sãcerdotibus, in fin. 61. diſtinct. Cuius ẽt uita deſpicitur, neceſſe eſt, ut eius prædicatio contẽnatur. §. Idem teſtãtur, in fi. 3. q. 7. Vide gl. in uerbo Officia, ſuper artic. 10. tertij tractatus Io. de Terra rubea contra rebelles ſuorũ regum, fol. 108. 2. col.

Prælatus, & Vſufructuarius.

PRAELATVS, & Rector Eccleſiæ cõparanť uſufructuarijs.] Vti colligit D. Vdalri. Zaſ. in l. hoc edicto. §. uſufructuarius, nu. 8. ff. de oper. no. nunc. Sed iſtud hoc loco notandum eſt, ꝙ ibidem addit, & dicit, quòd prælatus, & rector Eccleſiæ, poſſunt nunciare nouum opus, & agere nomine Eccleſiæ, idq; ad expẽſas eccleſiæ. Ita tenet Bar. in l. In prouinciali, in fi. ff. eodem, de oper. nou. nunc. & allegat Innoc. in c. Conquerente, de off. ordin. c. Præſentium, de teſtib. lib. 6. & c. Abbate ſane de re iudi. Dixi nomine Eccleſiæ, quia nomine ſuo cũ expẽſis Eccleſiæ nõ poſſunt nũciare nouũ opus, uel agere, niſi res illæ principaliter concernerent factum, uel officium Rectoris, uel Prælati, quod nunc mediatè etiam totam Eccleſiam concerneret, ſi membrum eccleſiæ concerneret. Verum hic oriri poſſet quæſtio. Quibus expenſis nunciabit uſufructuarius? In qua quæſtione urẽdum eſt hac diſtinctione, Quod ſi ſint impenſæ exiguę, tunc uſufructuarius ad eas expenſas faciendas teneretur. Si uero eſſet lis magna, & ſumptus enormes, tunc dominus proprietatis pateretur expenſas. l. Hactenus, in fine, cum l. ſeq. ff. de uſufruct. Et ut tutior ſit ab immenſo damno, fructuarius poterit à domino petere expẽſas, aut de expẽſis certificare uelle, antequam litem ingrediatur. l. Si uero non remuneràdi. §. fi. ff. Mandati. Et latius per dominum Vdalr. Zaſium loco ſupra allegato, quem uidete. Vide ẽt infra, Rector.

Prælatus, Vſufructuarius, Vſuarius.

PRAELATVS ſecundũ quoſdã in fructib. immaturis, & non dum collectis æquiparatur uſuario: ſecundũ quoſdã uerò uſufructuario.] Horũ aũt opinio, qui prælatũ cum uſufructuario cõparant firmatur per gl. c. Duo ſunt genera. 12. q. 1. gl. ſimilis in c. Cum eſſe, de teſta. gl. in c. pręſente, de offic. ordi. in antiquis. Illorum uerò opinio melior eſt & ſanior, qua prælatus æquiparať uſuario, & nõ uſufructuario. Nam ſicut uſuarius uiuit, & alitur ex uſufructu], ita & prælatus ex ſolis Abbatiæ uel eccleſiæ fructibus, & bonis ali, uiuere, & ueſtiri ſolummodo debet, ut habetur & firmatur per gloſſam ſolemnem, in c. Quia nos, extra de teſtam. gloſſam in c. Vltim. de pignorib. Vide de hac diſtinctione etiam latè Panor. in rep. c. Cum eſſes 8. col. extra de teſtamen. Quo circa ſi prælatus moriatur fructibus immaturis, is eoſdem non ſuos facit, ſed eoſdem ſucceſſori relinquit.

Præſentem eſſe.

PRAESENTEM eſſe, cũ difficultatate poſſe adiri, & nõ præſentem eſſe, paria ſunt.] Ita Bar. in l. In contractib. nu. 14. C. de non numer. pecu. Vide ſupra, Adeſſe.

Præter.

PRAETER & contra, uel Citra, uel Siue æquiparantur, præſertim ubi aliquid pro forma datũ eſt gl. in uerbo, Pręter. in c. Si cui, de elect. in 6. Abb. in c. Cauſam quæ, n. 7. extra de ſenten. & re iudic. Sic quoque dicimus: Præter bonum & æquũ, præter bonos mores, præter animi ſententiam, præter meritum, &c. id eſt cõtra bonũ & ęquũ, animi ſententiam, meritum, contraq; bonos mores, &c. Sed iſta grammaticis relinquo.

Princeps, & Senatus.

PRINCEPS, & Senatus pariſicantur.] Vt latius infra breuitatis cauſa uidere poteritis, ſub Cap. Senatus, &c.

Princeps, & Fluminum impetus.

PRINCEPS, uel Principis animus, cũ Fluminũ, uel mariũ impetu cõparandus eſt.] Nam ſicut Fluminũ, uel mariũ impetuoſi impetus, exundationes & uiolẽtæ diuiſiones, ſæpe tota dominia nobis eripiunt. Et contra, ſicut Nilus ſua debita inundatione adiacentes agros rigando fœcũdat, & quaſi dominia tribuit: ita quoque iudices, ac principes, dominia, agros, poſſeſsiones, aut priuilegia donãt, & eripiũt. §. Quod ſi naturali, iuxta gl. in uerbo incipit, inſt. de reiũ diu. & l. Ergo. §. A Iuuio, ff. eod. de rerũ diu.

Priuilegium, Conſuetudo uetuſtiſsima.

PRIVILEGIVM & conſuetudo uetuſtiſsima, parib. paſsib. ambulant.] Teſte Oldr. in ſuis conſilijs, conſ. 172. ut ita quod per priuilegium concedi poſsit, hoc & cõſuetudine introduci, l. 1. §. fi. l In ſumma. §. item Varus, de aqua plu. arc. l. Hoc iure. §. Ductus, de aq. quoti. & æſti. l. Via aquæ, C. de aquæ ductu, l. finali. C. de uſu rei pri.

lib.

lib. 10.c.nouit.ibi Innoc.de iudic.Et idem Oldr. in ſuis conſilijs, conſ.274. ubi dicit. conſuetudine præſcripta ius introduci,per quod uni tantundem quæratur contra quemcunque,quantum alij: & hoc eſſe proprium conſuetudini,ut uniformiter omnibus quæratur prout fortuna dederit. Et pro hac etiam Bal.conſuluit in ſuis conſilijs conſi 49.incip.in facto Abbatis.3.par. Vbi dicit ſtandum eſſe tali conſuetudini ſicut priuilegio, cum utraq; dent & aſsignēt iuriſdictionem & territorium,uulgato c.Super quibuſdam.§.Præterea, de uerbo.ſignific.per l. Viros.C.de diuerſ.offi.lib.12.Et quia conſuetudo potētior ſit præſcriptione,ut uoluit Bal.in ſuis conſilijs,conſilio.185.ante finem, uerſic.ex quo tex.1.par.& ad æquiparata extendatur.Soci.in ſuis conſilijs,conſ.152.col.8. uerſi.Quinimo nihil igitur oberit, ſi minera non ſit tam uetuſto tempore uſus Cum enim conſuetudine uetuſtiſſima obtinuerit quis alia regalia,huiuſmodi conſuetudinem etiam ad mineram extendi.Fa.gloſ.& Docto. in l. de quibus.ff.de legib.maximè quia regalia ſint eiuſdem conditionis uel ſpeciei,ut ita quòd de uno iudicatur,& de alio iudicari.Horū meminit D.Vdalr.Zaſ.lib.2.conſiliorum,conſ.16.pagi.311.nu.13.

Primatus.

De Primatu Petri,& Eccleſiæ Romanæ.] uide ſupra ſub capite,Eccleſia.

Probatio illegitima.

Non eſſe probatū,& eē ꝓbatū,ſed illegitimè,paria ſunt.] l.Quotiens.ff.qui ſatiſda.cogantur,cum alijs concordātijs ibi per modernos allegatis,& ibi Bar.qui eundē textum dicit continere unum uulgatum,nēpe:Non refert an quid nō fiat,an male fiat,exempla uidere in gl. in uerbo,quotiens,in d.l.quotiens.Et de hoc D.Pet. Paul. Pariſius in ſuis conſilijs conſ.67.nu.46.in 3.parte conſiliorum.Vide ſupra,Non eſſe,& eſſe,ſed non probare.

Probatio inſufficiens.

Non probare,& ꝓbare,ſed minus ſufficiēter, paria ſunt.] c.Cum Bertoldus,& ibi Panor.nu.28. extra de ſent. & re iudica.in c.Tam litteris,extra de iureiur.& optimè c. Cauſam,extra de ſenten.& re iudica Sic quoq; non probare,& inutiliter probare,uel inſufficienter, paria ſunt, ut hēt bonus tex.in l.quotiens.ff.qui ſatiſda.cogan. In l. Nulla.ff.de autori.tuto.& in l.4.§.Condemnatum. ff.de re iudic.Et ad hoc facit quod in notabili caſu dicit Bal. in l.3.C.de epiſco.audien.& Bart.in l.filium.§.ſi quis. ff.de legib.& D.de Rota.in deciſ.2.in tit.de appella. in nouis.Et D.Bartholomeus à Chaſſaneo,in ſuis cōſilijs, conſi.44.incipiente.Adiudicatio poſſeſsionis ſacriſtiæ. &c.nu.16.

Probatio obſcura.

Probatio obſcura,& probatio nulla,paria ſunt.] præſertim ad effectum condemnationis.c.In præſentia,cōiuncta memorabili gloſſa,in uerbo,Dubium, circa mediū, extra de prob.Qui enim uult probare,is clare,& apertè probarē debet,ꝙ ſi non faciat non prodeſt ipſi obſcura probatio.c.Cum tu.extra de teſtib.quia eiuſdem ſunt effectus:Non probare,& probare,ſed obſcurè. Vide etiā de his ſupra,Excipere.

Probatio incontinenti.

De probatione incontinenti.] uide ſupra,Incontinenti.

Procurator.

De procuratore illegitimo & inſufficienti.] uide ſupra. Comparere.

Prodigus.

Prodigi æquiparantur Pupillis, & Furioſis.] uide ſupra,Furioſus,

Promittere,& Dare.

Promittere & dare paria ſunt.] quod uerū eſt,ubi eſt eadem ratio,prout loquitur tex.in l.fin.C.Ad l. Falcid. Philip.Decius in ſuis conſilijs,conſ.180.nu.5.in 2. part. Eadem uidere licebit in capite,Soluere.

Promittere,& Soluere.

Promittere & ſoluere,paria ſunt.] l.fi.ff Ad Sylleia.& notabili l fi.C.Ad l.Facid.facit textus.ubi Decius, in c. Veniens 1.de teſtib. Et d l.fi.l.quamuis. §. Interdum. ff. Ad Velleia.Et D.Vdalri.Zaſ.in l.Iulianus ait.ff. de dol. mal.& metus excep.nu.5.Itaque agnoſcit legatum qui ſolidū promittit,ſicut qui integraliter ſoluit,teſte Bald. in d.l fi.Vel ſic. Si hæres promiſit ſoluere integra legata,tenetur adimplere ſine Falcidiæ detractione, ſecundum Salicetum,eadem l.fin. Atque hinc notandum eſt diligenter,ꝙ is qui promiſsit tenetur ſoluere,& de ſoluendo præſtare cautionem,ut ait Viuianus, poſt caſum d l.fi.Sed ſi ſoluiſſet ſciens,& ſciēti uideretur donare.l. Cuiuis per errorem.ff.de reg iur.& ibi Philippus Dec. uide etiam infra ſub titulo Soluere,& ſupra ſub titulis, Dare,& Mandatum.

Promittere { *Precium.* / *Vendere.* / *Alienare.* / *Dotem.* }

Precium promiſſum,& preciū datū(quantū ad obligationē in uiro bono)in iure ſunt paria.ut uoluit gl.in l.Iubemus nulli.§.1.in uerb.Acquirantur.C.de ſacroſ.Eccl. quæ ea.loquens de precio dato,ēt locū hēt de precio ſolummodo promiſſo,quaſi nihil interſit,an des aliqd an promittas dare.Huic conforme eſt illud Leuit.24. ubi iubetur homini ut quicquid Deo uouerit,aut promiſerit, bona fide reddat.Quod ſi animā ſpopondiſſet, dabat pro anima ſua preciū ſub æſtimatione. Sic de promiſsione animalium,domorū,& agrorū,quæ æſtimatione & redemptione ſoluebantur:ſed hæc de uotis religioſis potiſsimū dicta ſint. Nihilominus et eā legē etiam ſequuntur Pet.Cyn.Bar.et alij ibi. Huic etiam conſonat quòd alibi dicit,ſcilicet paria eſſe,realiter ſoluere, et promittere ſoluendo,in l.Vltima.C.ad l. Falcid. et l. ſuit quæſtionis,et ibi Alex.in ultimo notabili.ff de acqu. hæred. Et l.Si patronus.§.de illo.ff.de donat Et l. ſi quis teſtib. ſbi Donatione uel promiſsione.C.de teſtib.Et l.Et generaliter.3.§.hoc edicto.ff.de calum.ubi hæc quoque paritas probatur etiam locum habere in pœnalibus. ea hoc quòd Baldus,in d.l. Vltima,notat,ſcilicet : Prohibitum eſſe alicui,ne uendat,et idē eſſe prohibitū ne promittat uendere.Atq; hunc Baldū uidetur ſequi Alex.qui dictū Baldum ſimpliciter allegat conſ.17.incipiente. Viſo inſtrumento,col.2.uerſi.Confirmantur prædicta,lib.4.Et expreſsius conſi.106.incip.Super alio.col.1.lib.7. et Iaſon in l.2.col.ult.uerſ.Secundo modo.ff.de iuriſdict.omnium iudi.Et in l.Vltima,charta ultima,co.134.per prædicta plenè.C.de iure emphy.Et hoc optime probatur in l.Si ad reſoluendam.C.de prodi.minor.ex quo notāt Barto. et Salycet. quod qui alienare non poteſt rem quampiam,is nec eandem poteſt promittere alienare. Si quis autem de his copioſiorem declarationem affectat, is legat D.Andream Tiraquellum,in ſuis inſignibus commentarijs, de utroque retractu, titulo, [De retraict conuentionel.] §.7. numeris 30.31.32.33.34. 35.45.et 52.Vbi de iiſdem rebus multa,uēpe dos data, et dos promiſſa a pari procedunt. Statutum, et pa-

ctum deferens lucrum dotis habet locum in promiſſa. Conſtitutio loquens de dote data, habet locum in promiſſa. Authentica, Sed quamuis. C. de rei uxo. actio. procedit etiam in dote promiſſa tantum. Similiter, Statutũ aut pactum repellẽs feminas dotatas, etiam obtinet locum, cum dos eſt promiſſa.

Promittere æſtimationem rei.

PROMITTERE tantum quãti ea res eſt, & promittere pœnam, paria ſunt.] Vel ſic melius. Qui promittit tantum quãti ea res ſit, is ad æſtimationis pœnam ſeſe deuincit. Nam iuxta æſtimationẽ rei quicquã promittere, & pœnam æſtimationis promittere, paria ſunt teſte Zaſio, in l. Stipulatio iſta. §. ſi quis dolum, nu. 5. ff. de uerb. obliga. niſi ꝙ pœna eſt certa, at quanti ea res ſit eſt promiſſio incerta, propterea conſuluit I. V. in l. fi. ff. de prætor. ſtipu. Quod debeat pœna exprimi, ne cogatur iudex facere æſtimationem ſuper eo, quod exceſſum eſt.

Promittere ſub certa pœna.

PROMITTERE a ſub certa pœna hoc debitum ſoluere, & dicere, Niſi mihi ſoluas, promittis pœnam, paria ſunt.] Vdalr. Zaſ. in l. Ad diẽ. nu. 15. ff. de uerb. oblig. Sufficiunt enim iſta uerba: Promittis hãc ſummã ſub pœna? ita eleganter glo. in l. Reſcripto. §. ſi pacto. ff. de pact. & facit. l. Hæredes mei. §. Idem iuris. ff. Famil. herciſcũ. & bonus tex. in l. fi. C. quæ res pigno. obliga. poſſunt.

Promittere quicquam ad tempus.

Is qui promittit antè calẽdas Ianuarias ſe aliquid daturũ, & qui calẽdis Ianuarijs id præſtiterit, promiſſum ſeruat, & ſic illa paria ſunt.] Vdalri. Zaſ. in l. Qui ante. nu. 3. ff. de uerb. obli. Vel ſic. Qui promittit aliqd ante calẽdas Ianuarias, & qui promittit ipſis calẽdis Ianuarijs, nihil differunt.

Proteſtari de non apparenti.

NON proteſtari, & proteſtari, ſuper eo quod nõ apparet, paria ſunt.] l. Apud eos, & ibi Baldus. C. de fide inſtro.

Prouincia.

ESSE in prouincia, & eſſe circa prouinciam, olim Romani fuerunt parati.] c. Romana, & ibi Pet. de Anch. nu. 5. de offi. ordinarij. Et ſic eſt argumentũ, quod æque citandus ſit ille qui eſt circa prouinciam, atque ille qui eſt in prouincia, ut habetur in c. Cũ olim, ad finẽ, extra de dol. & contuma. Et c. Ex tua, extra de cleric. non reſidentibus.

Proxima, uel Proximè futura.

QVAE ſunt in fieri, uel mox futura, ea pro iã factis cẽſent.] iuxta textum notabilem, ſingularẽ & unicũ, in l. Veſtimẽtum. ff. de auro & argen. lega. Illud enim qđ fieri debet de proximo, habetur ac ſi iam factum eſſet. l. 1. §. Sed in eo quem. ff. Ad S. C. Sylleianum. Sic quoque quod feliciter cœptum eſt, id quaſi pro completo habendum eſt teſte Bartolo in l. Quominus, in 5. q. in princi. ff. de fluminib. Item ad hunc modum, & iuxta eandem rationem, Præſcriptio intra proximos dies perficienda, ea pro cõpleta habetur l. ſi fundum. §. Vltimo. ff. de fund. dota. & in l. non tantum, in princ. ff. de excuſa. tuto. Vbi etiam Pupillus proximus pubertati, pro pubere habetur, quantum ad id ut non præſtet excuſationem ſuo tutori, nam à cõtrario ſimili, tutela illius habẽda eſt pro finita, quę ſtatim eſt finiẽda. Vnde per illum etiam textum in l. ſi quis. §. Vltimo. ff. quod met. cauſ. Bar. dicit paria eſſe, aliquid eſſe proximè futurum, & iam eſſe productum in eſſe. Sic quoque Baſilica nondum conſecrata, proximè tamẽ cõſecranda, gaudet priuilegijs Eccleſiarum, ac ſi iam eſſet conſecrata, potiſſimum, ſi ea baſilica authoritate ſummi Pontificis, aut epiſcopi ædificata iam eſſet, quia quod de proximo faciẽdum eſt, habetur pro iam facto, deinde à maiori: Si epiſcopi palatium immunitate gaudeat, multo magis eccleſia aut eccleſiæ baſilica, tex. in c. Eccleſiæ, de Immu. eccle. per quem notat Panor. ibi in 3. notabi. & iterum col. 2. & in c. ult. extra de Iudę. Vbi baptizatus & mox baptizandus eodem utuntur priuilegio. Ex quo notant ibi Panor. & Felinus, quod idem priuilegium debetur rei, quæ eſt in fieri, & rei iam factæ, uti habetur, in c. Piſanis, extra de reſtit. ſpolia. Ex quo etiam notat Panor. ibi col. 3. & etiam conſi. 85. incipiente. Poſtulato, col. 3. lib. 1. quod potentia, quæ eſt facilè reducibilis ad actum, habeatur pro ipſo actu. Item iuxta textum, in c. Religioſo, de ſenten. excommunica. lib. 6. dicitur, quòd is qui religionem ingreditur, licet nõdum ſit religioſus, dum tamen tacitè, aut expreſſe religionem fuerit profeſſus, pro uero religioſo habendus erit, adeo ut ſi quis in eum uiolentas manus iniecerit, excommunicationem non euadat, perinde enim is inuadens, & percutiens peccat, ac ſi religioſum percuſſiſſet, nimirum quod is iam proximè religioſus ſit futurus, & ad eam iamiam amplectendam deſtinatus ſit. De qua re uide quæ D. Andreas Tiraquellus amplius dixit, in ſuo tracta. retractuum tit. 1. §. 1. in glo. 8. in uerbo, [Le parent,] nu. 30. Ad hanc quoq; rationis ſimilitudinem nihil intereſt, an res ſit in conſpectu, an uero proxima ut ſtatim cõſpici poſſit, ſed paria ſunt, iuxta gloſſam notabilem, quã approbant omnes in l. 1. in principio, & gloſſa. 2. ad medium, uerſ. Sed ſi non eſt in conſpectu. ff. de acquir. poſſeſ. Cum quibus conſentit, quod dicit Bald. in d. l. Non tantum, in principio. ff. de excuſa. tuto. ſcilicet, quod id quod prope eſt, nihil diſtare uideatur ab eo quod iam præſens eſt, ꝙ ſumptum eſt ab Ariſto. lib. 2. Phiſicorum, & ex tex. in l. Præſens. ff. de procurato. ubi cauſæ ſuæ præſens adeſſe cẽſetur, qui in hortis ſuis eſt, aut qui in foro, aut qui in urbe, aut qui in continentibus ædificijs adeſt. Poterit enim is uel per minimã citatiunculam ad cauſæ ſuæ defenſionẽ adeſſe, ſi opus eſſet. &c. Ad hunc quoque modũ pro cancellato habendus eſt, qui de proximo eſt cancellandus, l. Penultima. & ibi Bar. Bald. & alij ſcribẽtes. ff. de milita. teſtame. & Bal. etiam in conſi. 21. incip. Proceſſus, li. 5. Item fructus proximè ſeu ſtatim colligendi habẽdi ſunt pro collectis, Bal. i l. Diuortio. § Interdum, per gloſſam ibi. ff. ſolu. matrimo. Quod enim de proximo futurum eſt, id utique pro iam facto habendum eſt, iuxta textum in d. l. Penultima, & ut ibi Bart. & alij annotarunt. ff. de militari teſtamẽto. Vbi pro cincto habetur, qui proximè cingendus eſt, ſicut etiam ibi notat glo. Et ideo Bald. illum textum ad hunc modum explicat. Potentia actui ꝓxima, pro ipſo actu habenda eſt. Atque id ex eo textu ẽt confirmat idem Bald. in l. Si impuberi, in fin. ff. de tut. & curato. dat. ab his. Sic & idem Bal. in ea ipſa l. Penult. notat, quod qui proximè debet conſecrari, habeatur pro conſecrato. Et qui proximè licẽtiandus, habeatur pro licentiato. Et qui iam proximè doctorandus eſt, habeatur pro doctore, maximè in fauorabilib. quia quiſquis eſt in proxima actus potẽtia, is quoq; in ipſo actuineſſe uidetur. De actus propinquitate abundè meminit D. Andreas Tiraquellus in ſuis commentarijs de legib. connubialib. & iure maritali. 15. lege cõnubiali, numeris 5. 9. 10. 11. 12. 13. & 14. cum ſequentib. quem ibidem ſtudioſis iuris conſulere licebit.

Publicum, Diuinum.

PVBLICVM & Diuinum æquiparantur.] l. ſi. C. de ſacroſ. eccleſ. ſed diuinus actus, ſicut & natura, mutari nõ poteſt. Bal. in l. In adoptionem. C. de adoptionib. Igitur & quę ad ius & utilitatem publicam pertinẽt, præciſè ſunt ſine commutatione explenda. Huius æquiparationis meminit D. Vdalr. Zaſ. in ſuis conſilijs libri primi, col. 8. pagina 117. nu. 52.

Pupillus.

PVPILLVS, Minor, & Prodigus, & generaliter oẽs, qui curatorum adminiculo patrocinioq; reguntur, in iure æquiparantur, ipſorumq; in non alienando, in non ferendo teſtimonio, & in non uendendo, eadem eſt ratio.] Imo in pleriſque non ſolum Iuriſconſultorum, ſed ẽt & Imperatorum teſtimonio germani ſunt, quemadmodũ ad oculum cernere eſt apud Vlpia. notabili ac uulgatiſsima in l. Fulcinius. §. Adeo, & ſeq. Atq; hoc idẽ Alexander Imolenſis ibidem adnotare haud prætermiſit. ff. Quib. ca cauſ. in poſ. eatur. Et idem in l. Qui neque ibi, & D. Bal. ff. de reb. eor. qui ſub tutel. uel cura. ſunt. Quibus accõmodabitur Imperatoris Iuſtiniani l. Properando. §. finali. C. de iudic. atque apertè & pulchrè in Authentica, Minoris debitor, ad finẽ. C. Qui dare tuto. uel curato. poſſunt. Nec nõ in corpore unde dicta Authẽtica deprompta eſt, in Authentico, ut hi qui obli. ſe habe. perhib. res minor. §. Sed & ſi quis col. 6. conſtitu. 2. Horum ipſe quoque memini in meo pupillorũ Patrocinio titu. de tutorum & curatorũ munere. cap. 8. folio 32. in poſtrema editione. Vide infra, Reſpub.

Qualitas.

QVALITATEM ineſſe alicui ea priuilegio, & qualitatẽ ineſſe per naturã, paria cẽſentur.] Ita elegãter Bald. in l. Cũ ex oratione. ff. de excuſat. tut. ſic refert D. Vdalri. Zaſ. cõſilio. 1. lib. 2. pagina. 7. numero 10.

Quietantia.

QVIETANTIA, ſiue apocha, & obligatiõis cãcellatio, ſunt paria.] Vide ſupra, Cancellare, & infra, Scribere.

Rapina.

DE Rapina, & furto.] uide ſupr. Capere ꝑ furari, & Furtũ.

Rarum.

RARVM & nonq̃, quantũ ad rerũ probabilitatẽ in iure æquiparantur.] c. Corã, extra de off. delega. Et hinc eſt, quòd dici ſolet, quòd rarò cõtingit, id pro miraculo eſt æſtimandũ, ut dicit textus in Authent. de conſulib. colum. 2. colla. 4. Et D. Philippus Decius in Regula. Ea quæ raro. ff de Regu. iur. ad exordiũ. Ex quo notãdũ eſt, Quod de his quæ rarò accidũt, regulariter nulla ratio habeatur apud legislatorem, ad quod ualet idẽ textus in l. Nã ad ea. ff. de legib. cũ nequaquam diſsimilibus iuribus, ut per gloſſam, in c. literas, extra de deſponſa. impub.

Rata.

PRO omni rata & portione legitimę aliq̃d dicere & aliq̃d dicere aio cõpẽſandi cũ rata, & portione legitię, in iure ſunt paria.] ut eſt text. notãdus in l. 1. §. Primũ. C. de rei uxor. actio. ſecũdũ Baldũ ibi. Et Alex. in l. Huiuſmodi. §. Cũ pater. circa primã columnã. ff. de legat. 1. Et D. Carolus Ruinus, in ſuis cõſilijs, cõſi. 118. incip. uidendum eſt primo, nu. 25. 3. nolu. conſiliorum.

Ratihabitio.

RATIHABITIO cõparatur mãdato].c. ratihabitio, de reg. iur. lib. 6. & ibi D. Dinus, et D. Vdalri. Zaſ. in l. De acceſsionibus, num. 15. ff. de diuerſ. & temporalib. præſcriptio. Et iſtius exempla multa patent, nõ ſolũ in contractibus, ſed etiam in delictis. In contractibus, ut ſi aliquis emiſſet rem ſine meo mandato, nomine tamen meo, & eandem rem mihi tradi poſceret, & ego poſtea ratam habeam huiuſmodi emptionẽ: perinde competeret mihi in eam rem dominiũ, & poſſeſsio per ratihabitionẽ ſicut competeret mihi ius dominij per procuratorẽ, qui talem emptionem meo nomine in mandatis habuiſſet, quia talia ratihabitio retrotrahitur, & omnino cõparatur mãdato, argumẽto l. Si ego. ff. de neg. geſt. Eſt l. cõmunis. §. procurator. ff. de acqu. poſſeſ. Et idem cõfirmatur. l. ſi quis offerenti. Et l. uero procuratori. §. fina. Et l. qui cum decem. §. fin. ff. de ſolu. In delictis aũt quæ poſſunt per alium committi, hęc ſimilitudo ſic patet. Si quis uulneraſſet clericum noĩe meo, & ego id ratum habeã, non minus ego excõicatus exiſterem, q̃ ſi uulneratori id in mandatis dediſſem, ut talem clericum meo nomine uulneraret, c. cum quis, de ſent. excommun. lib. 6. Similiter ſi quiſpiam ſeruitor, uel amicus meus, clericum, quĩ mihi iniuriam realem uel uerbalem intulerat, meã ob gratiam percuſsiſſet, & ego id factum ratihabitione, uel percuſſoris receptione comprobaſſem, & hoc nomine is percuſſor mihi gratior eſſet, & eſſe cœperit, eo caſu etiam excõicatus exiſterem, non ſecus, quàm ſi hoc percuſſori in mãdatis dediſſem: Verum ſi ego amicum uel ſeruitorem talem in ædes meas non recepiſſem, ſed illum potius expuliſſem, ſic ut per nulla iudicia externa poſſet certo conſtare, uel apparere, quod tale factum ratum habuerim: tamen in rei ueritate, & mente interna, id factum ratum habuerim. In eo caſu ſuſtinuit Hoſti. in c. mulieres, extra de ſenten. excomm. me quoad Deum in foro conſcientiæ eſſe ligatum, non autem in eccleſia militante, quæ non iudicat de occultis, c. ſicut, de ſimonia, & c. a nobis. 2. extra de ſenten. excommuoic. Et d. c. eum qui, iuncta gloſſa ibidem, in uerbo, Tuo nomine, de ſent. excommu. lib. 6. Ego hæc latius non tracto, ſufficiant remiſsiones, nempe ad locos & paſſus prææallegatos, & ad Baldum poſt gloſſam, in l. ſi pupilli. §. fina. de negot. geſt. & ad l. Pomponius, eod. titu. ad plenum. Et Paul. de Caſtr. in ſuis conſilijs, conſ. 415. in antiquis. Et Bal. in conſi. 152. lib. 1. & Bar. in l. 1. §. ſed & ſi cum quis. ff. de ui & ui arma. l. non ideo minus. C. de accuſationibus. & Bal. in l. fin. ad finem. C. ad Macedo. & Innoc. & Doctores, in cap. 2. de ordi. cognitione.

Recuſatio.

RECVSATIO & Appellatio in iure æquiparantur. Vide ſupra, Appellatio.

Rector inutilis.

NON habere rectorem, & habere inutilem paria ſunt.] c. 2. de tranſlat. epiſc. ubi eccleſia dicitur uiduata, quæ habet epiſcopum, ſed inutilem. Nã & alibi Prælatus inutilis reputatur pro mortuo, ſecundũ gloſſam ibi, ad uerbum inutilem. Et epiſcopus inutilis non meretur nomen epiſco. c. non omnes. 2. q. 7. Sic quoque uitioſa cautio, nulla eſt cautio, l. quoties. ff. qui ſatiſd. cogan. l. quamuis. ff ad Velleia. Et uitioſa authoritas, nulla eſt authoritas, l. nulla. ff. de authori. tuto. & reproba ſolutio, eſt nulla ſolutio, l. ſi pignore §. Qui reprobos ff. de pignora. actio. Et ideo dicit Hoſtien. ad d. c. 2 § ſed neque, colu. 2. quod ſic quoque & eccle. quæ prælatum habet inutilem, ea cenſetur ſemper uacare. Alia uide ſupra in cap. Maritus.

Reddere deterius.

REM nõ reddere, & reddere, ſed deteriorẽ, uel reddere ita ut haberi non poſsit paria ſunt.] expreſſa. l. 3. §. 1. ff. cõmodati. l. Iulia. §. ſi quis. ff. ad exhiben. ibi. Sed & ſi quis, in l. 1. §. ſi res. ff. de ſolut. cum iurib alijs uulgarib.

Relaxatio ex carcere.

QVOMODO aliquis ex apparẽti innocẽtiæ cauſa relaxãdus ſit è carcere.] uide ſupr. ſub capite, In eſſe aliq̃d ꝯſiſtere.

Relegatio.

RELEGATIO ad ergaſtula, ſeu ad uincula nautica, et pœna perpetua, aut perpetui carceris, morti ciuili proculdubio comparantur.] Innocentio & alijs teſtib. in c. qualiter & q̃ñ, extra de accuſ. Et Panor. in c. tuæ diſcretionis,

extra

nullum, & ſententia inde ſequuta, pro quo præter D. Franciſcum Aret. etiam facit q D. Hippoly. de Marſil. refert in ſuis conſilijs, conſi. 46. nu. 22. & 23. in 1. uolu. ſuorum conſil. crimin. Vbi adducit etiam Bal. in l. ſi pœnæ, in fine. ff. de condic. indebi. ubi dixit, q licet lapſus præfixi temporis à iure non tollit naturalem obligationem, hoc eſt uerum in ciuilibus, ſed ſecus eſt in criminalibus, & in delictis, ubi præſcriptio cognitionis criminis ipſo iure interimit obligationem, quia lex dicit eam obligationem per talem præſcriptionem aboleri in totum, ut in d. l. ſed ſi unius. §. ſi ante. ff. de iniurijs. Et ſubdit etiam, quod in criminalibus exceptio præſcriptionis, eſt exceptio intentionis & facti. Cæterum hoc loco notandum eſt, quod quæuis ſatisfactio pro ciuili debito fieri ſoleat, aut ſolutione debiti, quictantia, remiſsione, aut fideiuſsione condigna. In criminali uero debito ſatisfit aut ſolutione pœnæ debitæ, aut criminis præſcriptione, aut clementi Principis remiſsione, de quibus iura loquuntur. Fit nihilominus & criminis ſatisfactio per legitimam ſui purgationem, quam criminis abſolutio iuſtè conſequitur. De hac purgatione legimus Geneſis 38. c. ubi Thamar in biuio ſoceri ſui furtiuum rapuit concubitum, quæ poſtea creſcente utero, ſtupri accuſata, & ad incendium poſtulata, ſeſe apud ſocerû iudicem purgauit per annulum, per baculum, & per armillam ſuo ſocero oſtenſa, ut qui eius concubitus cauſa fuerat, eiuſdem quoq; concubitus abſolutionem meritò pronunciare deberet. Similiter Dauid 1. Reg. 24. & 26. ſeſe purgauit apud Saulem de ſuſpitione inuaſionis regni, ipſiq; reconciliabatur: primo oſtēſa ipſi parte chlamydis ſuæ in ſpelunca (in quam alui exonerandæ cauſa ſeceſſerat) præſciſſæ. Deinde oſtenſa Sauli haſta, & aquę ſcypho, quę à capite ipſius dormienti abſtulerat: quibus inquam locis Dauid commodiſsimè ipſum Saulem interimere abſq; teſte potuiſſet, ſed Deum reueritus tantû ſcelus committere noluit, ob quas cauſas Dauid ſeſe apud Saulem abundè purgauit, & ſic per impetrationem gratiæ de ſuſpecto, & de delato crimine ſatisfecit.

Scire parum.

Scire parum, & ſcire nihil, æquiparantur.] pro quo facit c. licet cauſam, in §. quanquam, in uerbo, Nulla uel modic. De probat. Et textus, inſtit. de l. Falcid. circa principium, in uerbo, Pro nullo aut minimo lucro. Huic ſeruit glo. in § penul. in auth. de inſtrumento cau. & fide, in uerbo, Inter quos ad finem, quod nihil ſcientis, & parû ſcientis æqualis ſit conditio. &c. Huius èt meminit D. Hippo. de Marſi. in ſua practica cauſarum criminalium in §. Et quia, nu. 6. fol. lib. mei. 131. In huiuſmodi quoq; parum uel potius nihil intelligentes paſtores acriter inuehit ipſe propheta Eſai. 56. c. Speculatores (inquit) eius cæci, oēs canes muti non ualentes latrare. Et poſt pauca ſubiungit: Ipſi paſtores ignorauerunt intelligentiam &c. Cæterum qđ dicimus parum ſcire, & nihil ſcire eſſe paria, his ſerijs aptari quoq; poterit nō infeſtiuus iocus, de quodam clerico mendico & paupere, qui cum ab epiſcopo quodam eleemoſynam peteret, miſerandû ſeſe pauperem clericum eſſe aſſeruit, Cuius eṗs miſertus ipſum cōpellare cœpit, cuias eſſet, ubi ſtuduiſſet, cuius fortunæ haberet parentes, & ſimilia plura: cum hic ſimulatus clericus pudefactus, & Epiſcopi longa orōne & percunctatione attonitus, nihil ad epiſcopi interrogata rūdere potuit. Epiſcopus admirās tam audacis, & effrontis ſilentium, rogat cur non reſponderit, & an interrogata non intellexerit, quod ubi Gallica lingua cōprobaſſet, eundē effrontem, epiſcopus obiurgat, & qua fronte ſeſe pro paupere clerico uēditaret, qui ne Latinè quidem fari potuiſſet, interrogat: Ad q it, ſcilicet clericus, epiſcopo facetè materno ſuo idiomate reſpondit: Dixi, inquit, mi Domine me pauperem eſſe clericum, q uerû eſt, nam tanto ſum clericus pauperior, quanto clericus ſum imperitior & indoctior. quo lepido dicto epiſcopus placatus ſuo clerico ſtipem largiebatur, ipſumque cum riſu dimiſit.

Scire debere.

Scire & ſcire debere, quantû ad obligationē in iure ſunt paria.] l. magiſtrali & notanda, quæ plerunq; ad hoc allegatur. Quod te, in fine, & ibi glo, Alberic. de Roſate, Bart. Bal. Ang. Saly. & propè omnes. ff. ſi cert. pet. Et l. ſi duo, & ibi Alberic. & Ange. ff. de acquir. hæred. Ex quibus ipſe Angelus dicit paria eſſe: Scire, & facilè ſcire poſſe. & l. ſi Titius & Seia, in princip. ff. de fideiuſſori. & l. Iulianus, quæ eſt penultima ibi, qui ſciret aut ſcire potuiſſet, & ibi Albericus. ff. ad S. C. Macedo. & l. quiſquis, et ibi glo. ultima. ff. de reſcinden. uendit. et l. idem. §. ibi. Intelligit, uel intelligere debet. ff. ad l. Aquili. et l. qui fundum. §. ſeruus, et ibi Dynus et Alberic. ff. pro emptore. et l. 1. C. de pericu. tuto. et l. prohibere. §. ultimo, et ibi Alberic. ff. quod ui aut clam, et glo. in l. mora. in uerbo, Difficilis, poſt principium, et ibi Salycet. colu. 3. uerſ. Proſequor alia uerba. ff. de uſur. Huic ſententiæ addendus eſt textus, quem ignorant aduocati practici, qūa eo quotidie utuntur, in l. ſi quis infic iatus. ff. depoſiti. et D. Philip. Deci. eadem l. quod te. Notatur idem etiam per glo. in d. l. qui cum alio contrahit. ff. de reg. iur. in fi. in uerbo eius, dū dicit, parem eſſe culpam, Scire ſe obligatum eſſe, et ſcire debere ſe obligatum eſſe. Vnde ſicut denunciari poteſt, ille qui ſcit ſe debitorem, ita & ille q ſcire debet ſe eſſe debitorem, ut notant Bal. in authent. Ad hæc, colu. 4. C. de uſur. Et Pet. Iaco. titu. de actio. ex empt. melior & æquior. col. ultima. in princip. Et Bal. in l. qui contra C. de inceſt. nupt. ubi dicit eum haberi pro ſciente, qui non uult ſcire. Plura apud D. Andreā Tiraquel. quem tempore & loco opportunis conſulere poteris, in ſuis commentarijs admodum ſolemnibus de utroque retractu. Tit. [de retraict lignagier. §. 12. Trāſporte la choſe à aultre,] glo. 3. nu. 9. De hac quoq; neceſſariò requiſita ſcientia & ipſe memini in meo pupillorum patrocinio, tit. de tuto. et curato. munere. c. 9. folio 47. uerſo. nu. 72. et fol. 51. etiam uerſo. nu. 122. in poſtrema editione. Cætera require ea ſuperiori capite, incipiente: Eſſe, et eſſe debere. Porro de iſto titulo Theologi à Iuriſperitis nonnihil uariant, & de eo ſecus ſentiunt. Theologis enim Scire debere, eſt neſcire, prorſus idem eſt cum ignorantia quam craſſam uocant, et ſupinam, quæ adeo à delicto non excuſat, ut id magis aggrauet, nempe q id ſcire aut præuidere potuiſſet, ſi aut uoluiſſet, aut ſi non obſtante inertia omnino libuiſſet. De huiuſmodi loquitur Propheta Dauid Pſal. 35. Noluit intelligere, ut bene ageret. Vnde timendū eſt quod nos apud Chriſtum iudicem non excuſabit ignorantia Dei, uoluntatis Dei, legis diuinæ, præceptorum Dei, articulorum fidei, ſacramentorum eccleſiæ, et omnium eorû, quæ ſalutem noſtram directè concernunt. Nam ea Chriſtianus omnis merito ſcire tenetur, niſi a ſua profeſsione prorſus alienus exiſtere malit.

Scire poſſe.

Scire, et ſcire poſſe, ſunt in iure paria.] l. penul. ff. ad Macedon. notat Bald. per illum text. in l. qui contra. Vbi Bald. C. de inceſt. nupt. in c. 2. cum gloſſa, de tempo. ordi. in 6 Philippus Decius in l. qui cum alio contrahit. ff. de regu. iur.

Scire poſſe facilè.

Iam ſcire, et facilè ſcire poſſe, paria ſunt.] Ang. in l. ſi duo. ff. de acqu. hæred. cum dicit, paria eſſe: Scire rem, et rem facilè ſcire poſſe. Ita D. Vdalri. Zaſ. uir inter iuris interpreces maximi nominis, in l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict.

dict.omnium iudic.pagina 152.nu.30.

Scribere apocham.

Scribere ſibi ſatisfactum eſſe, & obligatorem ſchedulã cancellare, paria ſunt.] argumento, l. nihil intereſt, & ibi Barr. num.1.ff. de adimend. lega. unde etiam ſupra, Cancellare.

Subſcribere.

Scribere totum manu propria, & alterius ſcripturæ manu propria ſubſcribere, paria ſunt.] Vel ſic: Schedula hæc tua manu tota ſcripta eſt, & ſchedula hæc ſcripta manu alterius, tua ipſius manu ſubſcripta eſt, paria ſunt l.cum antiquitas.C. de teſtamen. & Raphael Fulg.in l. ſcripturas.nu.2.C.Qui potio.in pigno.habean. Vide etiam paulò inferius, Subſcribere.

Scriptura de facto.

Reſpexit tua ſcriptum quoddã, te hoc feciſſe, & tu hoc ipſum ſcripſiſti, uel ſcribi feciſti te hoc feciſſe, in iure ſunt paria] ut eſt textus notabilis & ibi notant Bar.& Bal. in l.ne in arbitris. C. de recept. arbir. quod paria ſunt, quod ſit ſcriptum, quod quis iurauit uel q ſcripſerit, aut ſcribi fecerit ſe iuraſſe. Atque idem quoq; probat Carolus Ruinus in ſuis conſilijs, conſi.15. incip. Circa illud, nu.6.uol.5.conſiliorum.

Scriptura obſcura.

Non ſcribere, & ſcribere obſcurè. Item Non exprimere, & exprimere confusè aut dubiè, paria ſunt.] l.non intelligitur, in princip. & l.ita fidei.ff.de iure fiſci. ubi id palam relictum & datum non intelligitur, hoc eſt, q ita relinquitur & datur, ut ex tam obſcuris uerbis ſciri non poſsit, ex teſtamento, quid, quantumve relictũ ſit, & datum. Huius rei latius meminit D.Andr. Tiraqu.in ſuis commentarijs.De utroq; retractu.titulo, [De retraict lignagier.§.36.Notifier, au greffe, gloſſa 2.nu.35.

Seditio.

Realis ſeditio par eſt cum partialitate.] Vide ſupra, Partialitas.

Semper.

Semper & Perpetuò, ut apud grammaticos habentur ſynonyma ita quoque in iure habentur paria, idemq; importare cenſent.ut habet glo.in uerbo Semper, in procemio inſtitutionum.Et quæ habentur in l.ff.ſolu.matr.Et in l.ſemper.ff.de iure immu.Ita tenuit Pet.Paul.Pariſi. in ſuis conſilijs, conſi.53. nu.33. in 3.parte ſuorum conſiliorum.

Senatus ſupremus.

Senatus ſupremus æquiparat Principi, et contra: potiſsimũ in concedendo, et in non appellando.ut notat Ang. in §.cum aũt, nu.4.inſtit. Quib.mod.ius patriæ poteſta. ſoluitur.et l.1.§.ſciendum eſt, iuncta ibidem glo. ff. De quib.appel.non licet. A neutris.n.iſtorum ſententijs appellari licet.Hi etiam æquiparãtur, in l.quod principis. ff.de aqua plu.arc. Item in l.quominus, & ibi notatur in gloſſa, Non permittitur.ff.de fluminib. Et ẽt in l.1.§.De qua aũt, & ibi notatur.ff.de poſthu. Eadem ẽt comparatio notatur per gloſſam, et Docto.in l.non ambigitur. ff.de legib. ubi Princeps & Senatus rectè pariſicantur. Quinimo & quiuis Magiſtratus in ſummis periculis, (ueluti ſi hoſtis repentinus ingruat, ſi fluminis, aut maris eaundatio ptingat, ſi famis aut peſtis neceſsitas premat. &c.) ſub pœna præcipere, & mandare neceſſaria ex tempore poteſt, nec eſt qui tunc horum iuſsis parere non debeat, nec poterit quiſpiã in eo diſcrimine per appellationem tergiuerſari, reluctari, non aut obedire, nõ ſecus q̃ ſi eadem iuſſa fuiſſent a Principe. Nam talis appellatio prorſus eſſet inualida & temeraria. Reliqua uide ſupra, Appellare fruſtra, uel indebitè.

Senectus, Sterilitas.

Senectus uel ætas maior, et Sterilitas (quantum ad generationis effectus & impedimenta) ſunt paria.] ita probatur in l.ſed eſt q̃ſitum.ibi.qm̃ nec ætas, nec ſterilitas &c. circa medium.ff.de liber. & poſthumis. Et melius in l. Sed ſterilis, in principio.ff. de actio.emp. Sed hoc de ſterilitate ſanè intelligendum eſt, nempe de uera certaque ſterilitate. ſcilicet, quæ uel ex ualde grandæua ætate, uel ex aliquo accidente prouenit, quòn neceſſariò ſterilitatem procreare ſolet, non quæ ex morbo, aut alio quopiam naturæ uitio corrigibili conſurgit, ut declarant ibi Salycetus, & ſcribentes in d.l. Sed eſt quæſitum. Sed proculdubio, ſicut uerè ſterilis procreare non poteſt, ita nec admodum ſenex, & in ætate conſtitutus, in qua is iuris præſumptione ad generandum eſt inhabilis. Et aduertendum quod iſthæc quoque æquiparatio à lege tantum ſit lata (ut prius dixi) ad generationis effectus & impedimenta, in quibus ſolis eam ſimilitudinem ualere ſtatuitur. In alijs enim ætas maior, & ſterilitas ſæpe inter ſe multum differunt, ut plenè traditur per Canoniſtas. in c. Translato, extra de conſtitu. Et uolunt etiam leges in ſupradictis cauſis ualetudinem uel impotentiam, & ætatem à pari procedere, ut in iuribus ſupra allegatis, & habetur in l.Inuiti.ff.de teſtibus, & in c. Quoniam frequenter §.1.ubi latè Canoniſtæ, extra ut lite non conteſta. Et textus in c.1.uerſi.1.de cleric.ægrotan.lib.6.uult ſenium & infirmitatem à pari procedere, & ibi ſcriben.maximè Franch.in 2. notabili dicſit æquiparationem procedere in his quæ corporale exercitiũ requirũr, & probatur in l Si pater.§.In arrogationibus. ff.de adopt.& in d.l.Si quis poſthumos.in princip. Et ita quo ad actum generandi lex æquiparat ætatem ſenilem ſterilitati, & naturali impotentiæ ut probatur d l. Sed eſt quæſitum. Et in d.l. Si quis poſthumos, in principio. Et in d.l.Sterilis. Et in d.l. Si inuiti, & in c.1.§ 1. de cleric.ægrotan.lib.6. Horum latè meminit Pet.Paulus Pariſius, in ſuis conſilijs, conſilio 29. numeris 56. 52.68.78.& 79. in ſua ſecunda parte conſiliorum, ad quem iuris ſtudioſos confugere licebit. Ceterum hactenus dicta omnia tantum ſecundum naturalem generationis effectum intelligenda ſunt. Supernaturaliter enim & ope diuina ſenes generare poſſunt, quòd paruit in Abrahã & Sara ſterilibus, qui naturali potẽtiae diffiſi, diuinis uero promiſsis fortiter confiſi, genuerunt promiſſum ſemen Iſaac. De quo Geneſis 15. Suſpice cælum (ait Dominus ad Abraham) & numera ſtellas ſi potes, ſic inquit erit ſemen tuum. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Rurſum cap.17. Putaſne (inquit Abraham) centenario naſcetur filius & Sara nonagenaria pariet? Ad quem Deus: Sara (inquit) uxor tua pariet tibi filium, uocabiſque nomẽ eius Iſaac.&c. Et cap.18. habebit filium Sara uxor tua &c. Hæc de promiſsione. Audi nunc compleram promiſsionem. Concepit Sara, & peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus, uocauitque Abraham nomen filij ſui quem genuit ei Sara, Iſaac. Rurſum de ſupernaturali generatione exemplũ habemus Lucæ 1. De Zacharia & Eliſabet ſterilibus. Non erat (inquit) filius, eo quod eſſet Eliſabet ſterilis, & ambo proceſsiſſent in diebus ſuis. Peperit tamen filium, cui ex mandato Angeli inditum fuit nomen Ioannes, Lucæ 1. Porrò quod dicitur Geneſis 15.17 & 18 & ad Romanos 4. Abraham eſſe patrem multarum gentium, & eſſe patrem omnium noſtrum, de fidei propagatione intelligẽdum eſt, ſic ut quotquot Abrahæ fidem ſequimur, de tunc naſcendo, & nunc nato ſemine Chriſto, omnes hoc nomine Abrahæ filij ſumus. Quæ quidẽ fides nobis teſte Paulo, loco ut ſupra, reputatur ad iuſtitiam. Verùm de his quæ alterius profeſsionis ſunt, plus ſatis.

Senectus.

Senectus, Hyems.

SENECTVS Hyemi comparatur.] ut enim Hyems ſuo intenſo frigore æſtiuũ aut certè autumnalem calorẽ diſpellit, uirentia quæq; conſtringit, folia diſcutit, ſuccum retrahit, herba graminaq; uiridia aut enecat, aut certè ueluti enecta reddit, & exhibet, ita quoq; Senectus calorẽ iuuenilem, aut uirilem multũ diſtemperat, reſtringit, ac tandem penitus tollit, hominẽ exiccat, exanguẽ reddit, ac ſcilicet incuruat, capillitium pellit, totumq; hominẽ moribundum relinquit, aut morti tradit. Hinc Ariſto. in problematibus ait: Senes exacta uita, ad initiũ pueritiæ recurrere, nempe quod ipſis capillorũ raritas contingat, quod gingiuæ dẽtibus exarmẽtur, quod balbuties, quod ipſis deniq; concoquendi annaſcatur imbecillitas, adeo ut hinc ortũ ſit prouerbiũ. Bis pueri ſenes. Et ut hyems, tempeſtates, pericula, & quæuis incommoda ſecum trahit, ita quoq; & ſenectus (teſte Plinio, imo teſte ipſo quotidiano experimento) multis periculis, morbis, morſibus, curia multiſq; incommoditatibus alijs obnoxia cognoſcitur. In ea enim hebeſcunt ſenſus, torquentur uarijs cruciatibus membra, præmoritur uiſus, auditus, inceſſus, dentesq; ciborum inſtrumenta labuntur, ut ob hæc ſapientiſsimus Bion ſenectutem omnium malorũ portum meritò appellet, quæ annorum uetuſtate homines conficit, non ſecus quàm ſerpens hedera quæ uires enecat arboreas. De hac autem ſenectutis & hyemis affinitate elegantiſsimè meminerunt Eratoſthenes & Patrocles apud Stobæum, ſermone 113. Ita etiam comperies apud D. Andream Tiraquellum, de legib. cõnubialib. & iure maritali, 6. lege connubial. charta 47. num. 7. Senectutis quoque rationem nobis imprimis apertè deſcripſit Eccleſiaſtes ca. 12. Memẽto inquit Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam ueniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas: Nõ mihi placent, antequam tenebreſcat Sol, & lumẽ, & Luna, & ſtellæ, & reuertantur nubes poſt pluuiam, quando commouebuntur cuſtodes domus, & mutabuntur uiri fortiſsimi, & ocioſæ erunt molẽtes in minuto numero, & tenebreſcent uidentes per foramina. &c. & antequã reuertatur puluis in terram ſuam, & ſpiritus redeat ad Deum qui fecit illum.

Senectus, Autumnus.

SENECTVS Autumno æquiparatur.] ſic Lucas de Penna in l. 3. col. quoq; C. de primi. li. 12. Et Domi. in procem. li. 6. in §. Quem librum, ubi ex autoritate phyſicorũ ſenectuté comparat autumno, qui frigidus eſt, & ſiccus, huicq; reſpondet & illud Virgilij lib. 5. Aeneid.

> Sed enim gelidus tardante ſenecta
> Sanguis hebet, frigentq; effœtæ in corpore uires.
> Sed mihi tarda gelu, ſeclisq; effœta ſenectus.
> Inuidis imperium.

Atque ita D. Andreas Tiraquellus, de legib. connubia. & iure maritali. 6. Lege connubiali, charta 47. nu. 4.

Sententia.

SENTENTIA definitiua, & ſnia definitiuæ ſententiæ uim habens pares exiſtunt.] ut notat gl. in c. ſi. in uerbo, Innes, de elect. in 6. & Specula. de appo. §. in quibus. uerſi. Sed nunquid, in fine. Ita quoque Andreas, & Doctores, in c. peruenit. De appo. Bald. in l. Iunioribus. C. de his quib. ut indig. Angel. in l. Stipulationum aliæ. ff. de uerbo. oblig. Huius meminit D. Ioan. ab Imola in ſuis conſilijs, conſil. 182. nu. 1. lib. 6.

Sententia mala.

SENTENTIA mala, ſententia eſt mala.] Vide ſupra, Iudicatum male.

Sententia, Iuramentum.

SENTENTIA & Iuramentum parem quoq; efficaciam obtinent. [l. Doctori. C. de reb. cred. & iureiur. & Specu. li. 2. particu. 3. tit. 3. De teſti. in integ. Nam ſicut ſnia iudicis aliquem conſtringit ad obediendum iudicatis, ita & iuramentum iurantem conſtringit ad pręſtandũ quæ iurauit, ſic ut poſt iuramentũ præſitum contra ipſum quis agere poſſet, non ſecus q̃ ſi contra ipſum ſententia lata fuiſſet. D. Zaſ. in l. ait prætor 2. §. ſi damnetur, de iureiurando, pagina 32. in fine.

Sententia cum quantitate.

IN ſententia certam quantitatem exprimere, & ſententiæ uerba ad acta certam quantitatem exprimentia referre, paria ſunt.] l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudica. Et ibi Bart & Iaſon de Mayno, qui ex illo textu ſic colligit ſententiam dicendam eſſe certã, ſiue expreſſe contineat certum in ſeipſa, ſiue implicite certitudinẽ in ſe contineat, per relationem ad aliud certũ expreſſum. Quare in hoc utroq; caſu ſnia ad excuſationem mandari poteſt. Nam generaliter ſnia dr̃ eſſe certa, quæ certum continet, uel quæ ad certum ſe refert. Item à ſimili: Illud dr̃ cõſtare ex tenore ſententiæ, ſeu eſſe expreſſum in ſententia, q̃ conſtat ex atteſtationibus, ad quas iudex in ſententia ſe retulit, textus eſt in c. cum Bertoldus, in uerbo, Ex tenore ſententiæ, & ibi D. Abbas in 2. colu. ad hoc notat, extra eodem, de re iudic. & ſic corrolariè notat ex præſcripto. §. ſi iudex, tres regulas, ad quas regulas hic Abbas frequenter allegatur, quæ tñ tres regulæ in effectu quaſi conformes ſunt, & in idẽ tendere uidentur. Prima eſt, quod paria ſunt: Aliquid eſſe certũ per ſe, uel per relationem ad aliud. d. §. ſi iudex, & l. ubi autẽ non apparet. §. illud, in uerſ. Sed qui unum, & ibi Bart. & ut recentiores ad hoc notant. ff. de uerb. oblig. & l. hæc uenditio. §. huiuſmodi. ff. de contrah. empt. Secunda regula eſt: Paria ſunt, aliquid eſſe expreſſum per ſe, & per relationem ad aliud. d. §. ſi iudex, & l. in ſumma, in princip. in 2. reſponſo, eodem tit. & l. penult. C. de ſenten. quæ ſine certa quantita. & in c. præterea, & ibi notat Gemi. in 3. notabili 13. diſtinct. Tertia regula eſt qua dicitur certo cõtineri in ſcriptura referente, quicquid cõtinetur in alia ſcriptura ad quam ſit relatio, iuxta præfatum §. ſi iudex, & l. aſſe toto ff. de hæredib. inſtit. Et l. ſi ita ſcripſero. ff. de condit. & demonſtr. & l. inſtitutio talis. ff. de condit. inſtituen. Huc quoque ſpectat, q̃ apertè decidit Bart. in d. l. ſi ita ſcripſero, per illum textum, quòd ſi teſtator in teſtamento dicat: Grauo hæredem meum, ut det totũ illud, quod continetur, in ſchedula manu mea ſcripta, quam reliqui apud Guardianum fratrum minorum. Nã ex hac relatiua teſtatione perinde peti poterunt omnia contenta in d. ſchedula, per teſtatorem ſcripta, & per ipſum Guardianum exhibita, ac ſi ea ipſa ſpecificata fuiſſent in ipſo teſtamẽto, iuxta regulam d. §. ſi iudex, & iuxta reliquas allegationes prædictas, dum modo conſtet illam ſchedulam eſſe ſcriptam aut ſubſcriptam ipſius teſtatoris manu propria, idq; uel per legitimam cõparationem literarum ad inuicẽ, uel per alia legitima & certa indicia, quia licet in teſtamento nuncupatiuo, uoluntas teſtatoris debeat exaudiri à teſtibus, ut l. hæres palã, in princi. ff. de teſtamen. ſatis tamen eſt, ſi teſtes teſtamẽtarij eam teſtatoris uoluntatem audiant, & cognoſcant uel explicitè, uel implicitè, per relationem ad aliã ſcripturam certam, ad quam teſtator ſe expreſſe retulit. Idem etiam confirmat Barto. in l. fin. ad finem. Et idem Salic. C. de fideicommiſ. & in l. quem hæredi. ff. de reb. dub. et Baldus in authentica, Quod ſine. C. de teſtam. et in l. capitatorias in 5. q. C. de teſtamen. milit. et Petr. de Anchar. in c. cum tibi, de teſtamen. et Imola in l. inſtitut. ff. de hæredibus inſtituend. et Nicolaus de Nea-

poli

poli,in l.his uerbis,in princip, per illum text.ff.de lega. 3. Et Paulus de Caſt.in l.ubi autem non apparet.§.Sed qui ninum, per illum textum; & ibidem D.Alex.in §.illud.et idem Paul.de Caſtr.in l.hac conſultiſsima . in §. per nuncupationem. C. de teſtament.& in d.l. hæredes palam,in princip. Et dicit D.Alex.in d.§.ſi iudex , quòd iſta deciſio eſt ſatis cómunis . Reliqua uidere licet in ijs quæ abundè allegat D. Iaſon in d.l.ait prætor . §. ſi iudex.num. 3. circa medium,ad quem unumquemque curioſitatis auidum remitto . De his reliqua uide ſupra titulo, Certum .

Sententia lata.

Sententia lata eſt,& concluſum eſt in cauſa,ut ſententia mox feratur,paria ſunt .] Vt uoluit Cynus in l.alia. C. de his quib.ut indig.et Io. Andr.in c. 1. De in integr.reſtit.li.6.Et Bar.in l.ſi mater.§.eandem,in fi.ff. de except. rei iudica.per text.& glo. in l.ſi rem.§.ultimo.ff. de euictio.Item Bart.& Bald.in l.quamnis indubitati,in fi.C. de adulte.et in l.error.in 1.& 4.quæſtionib.C.de iur.& fact.ignor.& in l.incerti.col.6.C. de interd.et in l.1.col.3.C.Ne ex delict.defuncto.Et Panor.in c.paſtoralis, de except.Et Roma.in repetitione legis admonendi col.10.& ibi Paul.de Caſt.col.10.Et Iaſon col.11. uerſi. Sum in ſecund.ſolut.ff.de iureiur.Et idem Romanus in l.ſi Titius.ff.de uerb.obli. et Alex.in l.ſi mulier.ff. ſolut. matri.Et Feli.in c.cum dilectus,in primo, extra de matrimo.et Philip.Decius in l.edita.col.6.uer. et licet.C. de edend. Vide ſupra titu.Proxima.

Serò facere.

De ijs quæ in iudicio ſerò fiunt.] Vide ſupra,Fieri ſerò.

Seruitus, Mors.

Seruitus morti æquiparatur.] l.ſeruitutem, & ibi Phil. Decius,& l.quod attinet.ff.de reg.iur.Et habere uel in modico conditionem ſeruilem, ad mortis ciuilis accedit ueſtigia,quòd certè inter maxima detrimenta numerari conueniet,quum libertas ſit res inæſtimabilis.l.non eſt,in fine,& l.libertas 1.ff.de regu.iur.cum concordan. in glo.ibi Zaſ.lib.2.conſiliorum , conſil. 19.pagina 353. nume.15.

Si, Cum.

Si & Cum inter ſe conueniunt, atque inter ea uerba non debet eſſe aliqua differentia,cum apponuntur actui extrinſeco.] Vel ſic. Quando ſi & cum actui qui neceſſario ineſt adijciuntur,eo caſu conditionem non faciunt; ſed ſine dubio parificantur,quia in ſine,in unam metam currunt,nempe in metam incertam,text. in l.3. ff. de legat.1.ubi ſic teſtator legat Titio fundum,ſi hæres adeat hæreditatem, uel cum hæres adierit hæreditatem , hoc legatum non eſt conditionale . Nam ſi legatarius moriatur,legatum tranſmittitur ad hæredes reliquos , per dictam l.3.Et ratio eſt,quia iſta uerba,Si hæres adierit, uel cum hæres adierit , tacitè inſunt in cuiuſuis hæredis inſtitutione.l.Quodcunque.§.Non ſolum , & ibi Bart. nec non Vdalri. Zaſius , & idem Zaſius in l. Stipulatio iſta.§.Inter certam.nu.12.& l.Huiuſmodi. ff.de uerbo. oblig.l.Ex his.C.Quando dies legati ced. & l. Quibus diebus.ff.de condit.& demonſtra.l. Nam ſi cum,& l.Cũ promiſit & ibi Bartol.ff.de condi.indeb.& l.Qui duos. ff.de manu.teſta.Et melior textus in l.Si Titio.ff.Quando dies legat.ced.De quo latius in l.centeſimis.§. fin.ff. de uerbo obligat.

Soluere.

Soluere, & obligationem cancellare, paria ſunt.] Vide ſupra : Cancellare,& Da re .

Soluere per cautionem.

Realiter ſoluere,& promittere ſolutionem cum cautione de ſoluendo,paria ſunt.] l.ultima. C. ad l.Falcid.& l.ſiue quæſtionis,& ibi Alexan.in ultimo notabili. ff. de acqu.hære ut latius uidere licet ſtudioſis lectorib.apud D.Andr.Tiraquellum,in lib.de utroq; retractu, ad finẽ tit. [De Retract conuentionel.nu.30.Qui ibidem poſt Bal.notat, ꝙ prohibitum uendere,& prohibitũ ne quis promittat uendere,cenſeantur eſſe paria.Atque hunc uidetur ſequi Alexan.conſi.106.incip. Super alio,colu.1. lib.7.& Iaſon in l.2.col.ultima.uerſi. ſecundo modo.ff. de iuriſdict.omn.iudi.& in l.ultima,charta ultima, nu. 134.per prædicta plenè.C.de iure emphyt.& optime in l.ſi ad reſoluendam.C.de prædi.minor. Ex quibus colligunt DD. quod is qui alienare rem quampiam non poteſt,is quoq; eandem promittere alienare nõ poteſt. Sic quoque ſimpliciter uerum eſt,& paria ſunt: Promittere de ſoluendo,& ſoluere : ſicia declarat d. Dominus Andreas Tiraquellus,tit.quo ſupra,nu.56. & 57. allegans illud Ouidianum ex lib.1.de arte amandi.

Promittas facito,quid enim promittere lædit?
Pollicitis diues,quilibet eſſe poteſt.

Item.

Tanquam ſolutum habetur, ꝙ per cautionem eſt promiſſum.] Vt habet l.ſi.C.ad l.Falcid.ueluti ſi hęres promiſit ſoluere integra legata, per eam promiſsionẽ expreſſe,& ſine Falcidiæ detractione,ad promiſſam ſolutionẽ tenetur. In utroq; enim caſu dicit l.ſiue ſoluerit, ſiue ſuper hoc cautionem fecerit,æquitatis ratio ſimilis ſiue de re uidetur. Idem tenet glo.in uerbo,Soluerit. Et poſt eſt D.Philip.Deci.in ſuis conſilijs, conſil. 34.nu.4.uolu.1. idq; non præter rationem. Vbi enim eadem eſt ratio,ibi quoque ius idem exiſtat oportet,& qui actionem habet rem ipſam habere uidetur.l.qui actionem. ff. de reg.iur. Vide ſupra,Dare, & Promittere.

Soluere per alium.

Soluere creditori,& ſoluere creditoris procuratori, uel alteri ex eiuſdem creditoris mandato,paria ſunt.] l.nihil intereſt,& ibi Bal.C.de ſolu. Nam mihi ſoluere uſ qui alicui alteri ex mea uoluntate ſoluit & l.inuito.C. eod.tit.De ſolu. & l.ſolutum.§. ſolutũ. & ibi plene per Bar.ff.de pignorat.acti.et l.uero procuratori. in princ. & ibi Paulus ſcribentes . ff. de ſolut. & liberat. Sed hic oriri poteſt dubium : An debita erit ſolutio : Si ſoluam creditoris mei procuratori , qui me inſcio paucis ante diebus reuocatus fuiſſet. Ad quod dubium reſpondendum eſſe uidetur , ſolutionem hanc debere eſſe inualidam, ut quæ facta ſit iam procuratorium non habenti , attamen Bal.in d.l.inuito.cenſet talem meam ſolutionẽ eſſe debitam & ratam,potiſsimum ſi mihi de reuocatione procuratorij non cõſtitiſſet,cuius reuocationis ignorantia facilè prætexi poſſet,& ratificari ſolutio,propter prioris mandati reliquias, quæ talis reuocationis ignorantiam facilè aſtruere poteſt . Ideoq; licet tunc fuerit reuocatum , durant tamen ſemper prioris mandati reliquiæ,et eiuſdem æſtimata cognitio,per quam iure prætenditur reuocationis factæ ignorantia. De his quoque uide ſupra,Dare, Mandatum.

Soluere ſine pecunia.

Soluere cum numerata pecunia,& quocunq; alio modo ſatisfacere,paria ſunt.] Angel.in §.venditæ,in exordio, inſtitu.de rer.diuiſio.& ibi D.Nicaſius in ſua inſigni lectura, ſuper inſtitutis, eod.titu.& §.hic.n.alius ſoluendi modus uariè fieri põt, nempe traditiõe fundi alicuius, aut domus,aut redditũ, aut mercium,aut commutatione rerum,aut liberà remiſsione uel condonatione debiti,aut cancellatione, uel laceratione obligatoriæ ſchedulæ,

dulæ, qui modi omnes, & ſimiles cum ſolutione pecuniaria pares habentur.

Soluere non poſſe.

Aliquam non eſſe ſoluendo, & ab eo non facilè ſolutionem impetrare poſſe, paria ſunt. l. 2. in princi. & ibi glo. & doctores. ff. qui ſatiſda. cog. D. Iaſon in l. pro hærede, §. 1. nu. 20. ff. de acq. hæred. Quid enim intereſt an quiſquam tam ſit tenax, ut ab eo nullam ſolutionē impetrare poſsis, an prorſus ſoluendo non exiſtat? dummodo à neutro ſolutionem recipere ualeam?

Soluere cum adulterina pecunia.

Non ſoluere, & ſoluere per adulterinos uel reprobos nummos, paria ſunt.] Reproba enim, iniqua, aut indebita ſolutio debitorem nequaquam liberat, uel ſic, Reproba. n. pecunia non liberat ſoluentem. l. eleganter. §. qui reprobos, & ibi glo. in uerbo, Non liberat. Et Bart. et eius ſequaces. ff. de pignora. actio. et l. Paulus 2. & ibi Barto. ff. de ſolut. & liberat.

Soluere non debitum.

Soluere rem non debitā, & dare mutuū, effectu quidem ſunt paria.] Vnde bonum argū ducitur à mutuo ad indebitum ſolutum, & ediuerſo ab indebito ſoluto, ad mutuum, ut licet uidere per D. Vdalr. Zaſium in l. ex maleficijs. §. is quoque nu. 5. ff. de actio. & obliga.

Spoliatus.

Spoliatus omnibus bonis, iacum perdito, atq; adeo cū ipſo mortuo eſt comparandus.] Bartho. Chaſſe. in conſuet. Burgun. [Des mainſmortes.] Rub. [Lhomme de mainmorte.] fol. 303. nu. 2. ad medium. Hæc inquam cōparatio in hoc cōſiſtit, quod ſicut is qui mortuus eſt ab omni humano ſubſidio alteri præſtando ſubtractus eſt, ita & is qui bonis omnibus exuitur, & ſpoliatur, ad naturam & conditionē non ſolū ſerui, ſed & mortui quodammodo redigitur, ſic ut re nec ſibi ipſi, nec ſuis ullo modo prodeſſe queat. Dico re, quia quamuis conſilijs, & ſolatijs ſpoliati ſuis prodeſſe poſſunt, re tamen ipſa à qua ſpoliati ſunt, nulli ſuorum patrocinari poſſunt. Vnde & hoc ſolo nomine ſpoliati tanquam mortui cenſendi ſunt, non autem ratione perſonarum, quia ſpoliati à loco relictis bonis recedere poſſunt, quòd ſeruis non licet l. 3. C. de donat. Quæ quidem perdit.

Sponſus inutilis, Sponſalia irrita.

Non habere ſponſum, & habere, ſed prorſus inutilē, paria ſunt.] c. 2. de frigid. & maleſi. ubi paria ſunt. Non habere ſponſum, uel hēre puerum ad matrimonium inhabilē. Quia ſicut puer qui non poteſt reddere debitū, non eſt aptus coniugio, cum ad eam matrimonij legē prorſus inutilis ſit, ita quoq; ad ipſum matrimonium contrahendum inidoneus reputatur qui aut ætate puer eſt, aut qui naturali impotentia coniugij legib. ſatisfacere non poteſt. Quocirca ſi cum tali mulier contraxiſſet ſponſalia, ea iure dirimi, atq; diſſolui poſſent. Sic quoq; ſi mulier contraxiſſet ſponſalia cum aliquo, & ille poſt ſponſalia leproſus, aut paralyticus, aut ad matrimoniū impotens fieret, aut fœtidum anhelitum contraheret, talis uir aut maritus futurus cogendus eſſet, ut ab ijs uitijs ſeſe curādum traderet, & ubi curatus conſpiceretur, tunc ad matrimonij conſummationē pergere poſſet. Si uero incurabilis denunciaretur, ipſa inita ſponſalia reſoluenda forent. Et hæc tam de muliere q̄ uiro intelligi debent, quia paria ſunt, hēre ſponſum aut ſponſam inutilē, & nullum hēre ſponſum uel ſponſam, ſicuti & de marito ſupra diximus, & ut habent c. quemadmodum, de iureiuran.

Sponſalia.

Sponſalia tantum ſunt matrimonia conditionalia.] Vide ſupra, titulo, Potentia.

Statuta.

Epiſcopi, Cardinales, Duces, Marchiones, Comites & ſimiles alij, qui ſuperiorib. ſubſunt, & parent (ſiue hi ſuperiores ſint uel Papa, uel Imperator, uel Rex, uel Ciuitas, uel Reſpublica) in iure conſtituendo prætorib. comparantur, & ipſorū ſtatuta cum ſtatutis iuris prætorij habenda ſunt.] Horum uero ſtatuta, qui ſuperiorem de iure, uel de facto neſciunt, quorumq; ſtatuta uel ad iudicandum, uel ad decernendum ſunt edita, & ius ciuile conſtituunt, quales ſunt ipſi Reges, uel potius Imperatores ipſi: horum inquam ſtatuta, ac mādata de iure præſidum ſunt edita, & ius ciuile conſtituunt, & publica edicta in eo regno habentur, uti teſtatur Vdalri. Zaſius, in l. ſtipulationum aliæ, numeris 7. 8. & 9. ff. de uerbo. oblig. Vbi explicat differentiam effectus prætoriæ cautionis & iudicialis, q̄ cautio iudicialis ſit perpetua, ut habetur inſtitu. de perpet. & tempora. actio. deinde quod in ea nuda promiſsio ſufficiat, niſi iudicis poteſtas aliud faciendum ſenſerit. Prætoria uerò cautio, quæ anno finitur (anno enim durabat poteſtas prætoris) pignora requirat, uel fideiuſſores, quib. ſolis ſatiſdetur, ut habet Zaſius loco ſupra narrato, quem per otium uidere licebit.

In Statuto contineri.

In ſtatutis paria ſunt. Hoc expreſsè continetur in ſtatuto, & hoc uirtualiter uel æquipollenter continetur in ſtatuto.] l. Iul. de conditi. & demonſt. iuncta. l. in cuius, & l. Cum fundum, eodem tit. Paul. de Caſt. in ſuis conſilijs, conſi. 44. incip. uidetur dicendum dictum promiſſum, in prima parte num. 4.

Stipulari inutiliter.

Non ſtipulari, & ſtipulari, ſed inutiliter, paria ſunt.] l. Cū enim. ff. de nouat. & ibi D. Alberi. de Roſate, nume. 1. & C. de rei uxo. actio. in principio.

Stipulatio, Iudicium.

Stipulationes & iudicia æquiparantur.] Bart. in l. Licet. §. Idem. ff. de peculio. Vbi Vlpianus, Sicut in ſtipulatione contrahitur cum filio, ita & in iudicio cum filio cōtrahitur: Perinde in iudicijs contractuum nō originem iudicij, ſed ipſam iudicij ueluti obligationem ſpectare debemus, unde dicimus, quòd ex ſententia aliquis obligetur, ſicut ex contractu. l. Quoties. ff. de noxalib. glo. in d. §. Idem. quem textum etiam ad hanc æquiparationē inducit Fulgoſius in ſuis conſilijs, conſil. 183. incip. Circa primum, colum. 1.

Studiorum ſumptus.

Studiorum ſumptus, et dos æquiparantur.] Per Bar. in l. dotis cauſa, in fine, poſt glo. ff. ſolu. matrim. quem ſequitur eodem loco D. Iaſon. Idem et confirmant Bald. & Alex. in d. l. dotis cauſa. Vel ſic. Studiorum cauſæ dotis cauſis in iure pares habentur, teſtante D. Andr. Alciato, in l. 1. incip. Dotis cauſa, nu. 8. ff. ſol. matrim. Et omnibus eſt notiſsimum, q̄ ſtudiorum cauſa multa in iure noſtro indulgeantur. Authentica habita. C. Ne filius p̄ patre. Vnde ſicut dos, prælationis priuilegium habet, ita & ſtudioſi uidentur habere priuilegiū in ijs quæ cauſa ſtudiorum ſibi debentur, quod Barto. in d. l. 1. ſentit, quem cæteris ſequitur argumento l. aſsiduis. C. qui potiores in pignor. habeantur. Et inſtrumentum continens Doctoris honorarium, præſumitur prius celebratum, ſicut de dotali dicitur, quòd in d. l. 1. Alex. tradidit & ſicut incertitudo legatum dotis non uitiat, ita nec legatum diſciplinæ cauſa factum, l. Stichus. ff. de leg. 3. Et ſicut petenti dotem nō obſtat exceptio compenſationis, l. 1. §. taceat. C. de rei uxor. acti. ita nec doctori ſua ſtipēdia petenti l. 3. ubi Alberi. C. de cōpenſa. Et ſicut donatio

tio

tio filiæfamilias facta à patre cauſa dotis ualet. l. Pōponius. ff. fami. herciſ. ita ualet donatio ſi facta ſit cauſa ſtudij, ꝙ Bald. Raphael, Iaſon, in d. l. tradiderunt. Si quis tamen deſideret qualeſcunque inter dotem & cauſam ſtudij differentias, is uideat d. l. 1. ff. ſolu. matrim.

Subhaſtatio, Subhaſtare.

SUBHASTATAM rē eſſe, & ꝓconizatam, paria in iure ſunt.] l. ordo, coniuncta gl. in uerbo, Subhaſtatas. C. de execu. rei iud. & l. edicto. C. ſi aduerſ. ſiſc. reſtitu. poſtu le. cum aliquot alijs iuribus ſimilibus. De hac ſimilitudine ipſe etiā memini in mea Subhaſtationum compendioſa exegeſi in prima editione, folio 3 nume. 11. & in poſtrema mea editione, eodem numero, ſed colum. 3. & folio 160.

Subſcribere.

SUBSCRIBERE per ſe, ſiue manu propria, & ſubſcribere ꝑ alium ipſius nomine, uel alterius ſcripturæ ſubſcribere in iure ſunt paria, ſunt & eiuſdem effectus.] l. Vice do natricis. C. de donat. & ibi Bald. Salice & Fulgo. in 2. parte. Et l. ſcripturas, num. 2. Qui potior. in pig. habean. Ex his itaque notandum, quòd cuiuis liceat, & per ſe, & per alium poſſe ſubſcribere.

Succeſsio ex ſubſtitutione.

PORTIONEM ad fratrem ex legitimæ ſucceſsionis conſeruatione peruenire, & ex ſucceſsione adijci, paria ſunt.] Vel ſic: Portio uenit ad fratrē ex legitimæ ſucceſsionis conſeruatione, & ex ſubſtitutione, paria ſunt: ut l. Si fundum per fideicommiſſum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de legat. 1. hoc pacto Raphael Cumanus, ad l. qui duos, num. 3. ff. de uulg. & pupil. ſubſtitu.

Succeſsionis excluſio.

IN materia ſucceſsionum, Non eſſe in rerum natura, & eſſe, ſed non ſuccedere poſſe, ſiue à ſucceſsione excludi, in iure ſunt paria, ut locum faciat filio excluſi.] Vel breuius ſic. Non eſſe & eſſe, ſed excludi, paria ſunt. l. 1. § ulti. ff. de bon. poſſeſ. contra tab. Et l. ſi necem. §. ſi deportatus. ff. de bonis liberto. ubi dicitur. Si filius quiſpiam deportatus ſit, atque ob id inhabilis effectus, nec plures ſint legitimi filij, tunc ad ſucceſsionem admitti debet, non filius deportatus, quia is mortui loco habetur, ſed filius ipſius deportati, uel excluſi nēpe nepos aui ſui morientis ad bonorū ſucceſsionem & poſſeſsionem recipi, & ſuo patruo (ſi quis tunc eſſet) præferri debet. Hic enim nepos, quia patrem ſuum excluſum, ac ueluti ciuiliter mortuū repræſentat, certè in hæreditariū ius ſui patris mortui ſuccedere debet, nec ipſi ſuus pater impedire poteſt, quòd adhuc extet, & uiuat, quia uiuēs pro mortuo in iure habetur. Vide de his D. Andream Tiraquellum, in ſuo li. de Nobilitate, & iure primigeniorum 13. quæſtione, nu. 15. de his quoque uide ſupra, Extare.

Tacere.

TACERE & contra ſe reſpondere, in iure paria eademq; ſunt.] Fulgo. ad l. quoties. § Interrogationis, nu. 2. ff. de ꝓbat. Vide de hoc et ſupra, Cōfiteri nihil, & Cōſenſus.

Tale eſſe poſt euentum.

ESSE tale ab initio, & eſſe tale poſt euentum rei, uel peruenire ad talem, uel fieri tale poſt factum rei, in iure paria ſunt, & eadem prorſus] l. nihil refert, & ibi Bar. Ang. & Iaſ. ff. de condictione ſine cauſa, & ſimilis eſt textus (D. Iaſone teſte) in l. 1. uerſ. pen. & ſi. ſupra eod. ff. de cōdict. ſine cauſa. Atque à ſimili huius colligitur, ꝙ etiam nihil referat, an ab initio aliquid ſit tale, an idipſum poſtea fiat tale. l. iuriſgentium. §. ſiue autem ff. de pact. l. ſi mihi. & Alberi. de Roſa. ad hanc Rub. nu. 4. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. Et l. fin. ff. rerum amota. et l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedo. et l. fina. C. eod. tit. cuius etiam meminit D. Anto. de Roſellis in ſuo tractatu de ſucceſſionibus ab inteſtato. nu. 69.

Talem eſſe ex opinione.

ESSE talem, & haberi pro tali, in iure paria ſunt.] l. item apud Labeonē. §. ſi quis uirgines. & ibi Barr. ff. de iniur. & famoſ. libel. Talis enim quis eſſe præſumitur, qualis in habitu reperitur. ut ſi fœmina in non matronali habitu, ſed in meretricia ueſte reperiatur, præſumitur meretrix, non aūt honeſta matrona. Item ſi domina ancillari ueſte ueſtita reperiatur, præſumitr ancilla, nequaquā dña. Sic Thamar, ut ſufuraretur cōcubitum ſoceri ſui Iudæ, mutauit habitū, aſſumens ueſtem ſcorti. & pro ſcorto habita eſt à ſocero ſuo, illamq; cognouit, non ut nurū ſuam, ſed ut ſcortum. Geneſis c. 38. Item ſi clericus, presbyter, aut religioſus in habitu militari reperiatur, præſumitur miles, non clericus, non presbyter, aut religioſus, & ita de infinitis ſimilibus exēplis, breuitatis cauſa hic omiſſis, præſumendum eſt & dicendum. Hoc loco tamen aduertendum, et expendendū eſt, quod ex rationabili cauſa liceat aliqñ dominæ ſumere ueſtem ancillæ, aut religioſo ſiue presbytero alium habitum, uel ſimulare ſe alem eſſe, ut puta ob uitandum periculum captionis, uel inſidiarum, ſicuti legimus, in primo lib. Regum. cap. 21. in fine de Dauide, quòd cum moribus, tum habitu ſimularit ſe furioſum, & inſanum apud Achim regem Geth, quum tñ eſſet ſanæ mentis, cum enim furorem ſimulauit, tñ, ut mortem euaderet. Præfatus etiā §. ſi quis uirgines, magnopere ſeruit ad hoc (teſte eodem Bartolo) ibidem. Quod ſi quis clericum in laico habitu incedentem, ſiue deambulantem uerberet aut puniat, is talē clericum non contemnit, nec per talem uerberationem iniuriarum tenetur, ut notatur in l. ſi ignorans, & ibi etiā gloſſa, in uerbo contemnit. ff. loca. & conduc. Habemus præterea ad huius confirmationem, textum hanc legem allegantem, in c. audientia, extra de ſenten. excommun: Idem quoq; tenet D. Dynus, in l. gerit. ff. de acqui. hære. & argumento. l. generaliter. C. de epiſc. et cleri. Neque etiam excommunicatus cenſebitur, qui clericum uerberat, qui eo habitu, & modo ſeculari incedit, & ſeſe gerit. Quæ tamen ſolummodo uera ſunt, qñ per talem habitum uerisimiliter ignorauit ipſum eſſe clericum, quē ut ſecularem uerberauit. Nam ſi is uerberans non obſtante ſeculari habitu certo ſciuiſſet ipſum fuiſſe clericum, tunc habitus ſecularis ipſum uerberantem non excuſaret, ſed ipſe iniuriarum teneretur, & doli, quia tunc dolus culpæ præponderat, ut eſt in l. item ſi obſtetrix, & ibi in glo. fin. ff. ad l. Aquil. Sed hic ex contrario euentu quæri poſſet. Si quis uerberaſſet indutum habitu clericali, & cum tonſura clericali incedentē, qui tñ non erat clericus, an is inquam uerberans teneatur? Ad hanc quōnem reſpondet D. Dynus in d. l. gerit ff. de acqui. hæred. & tenet negatiuam partem, argumento l. finalis, de crim. expila. hæred. & l. eum qui. § ſi iniuria. ff. de iniurijs. Ideoq; dicitur in c. 1. Quibus mod. feud. amitta. Et ibi Bald. poſt glo. dicit. Quod ſi quis inſultat dominū, quem neſcit eſſe dñm ſuum, is ob id non perdit feudum ſuum, niſi in eo facto prætenderetur ignorantia craſſa, & ſupina: quia paria ſunt ſcire & ſcire debere. l. quod te. ff. ſi cert. pet. Idem ſimiliter dicit ibi in eadem gloſſa. Quod ſi quis concubuiſſet cum uxore domini ſui, neſciens eam fuiſſe uxorem, ꝙ non perdat feudum ſuum. Item quòd cognoſcens monialem, neſciens tamen fuiſſe monialem, non puniatur tanquam de ſtupro monialis. Quæ gloſſa in hoc caſu memoriæ eſt inſcribenda, ut ait idem Baldus. Et ad hanc facit d. l. ſi quis ignorans. ff. loca. & l. penultima. ff. ad l. Iuliam de adulter. Hinc notate (ut reſumamus) talis enim (ut dixi) aliquis eſſe præſumitur prima facie, qualem ipſum indicant

eſſe

eſſe ueſtes, aut qualis ex habitu, et ornatu ueſtimentorũ pro ſtatu, iuxta uulgarem exiſtimationem eſſe præſumitur. De hac re uide Speculat. in titul. De aduocatis. §. 2. & in adiuncta gl. in c. 1. in 1. titu, Quomodo diui. offi. ſit cele. in pragma. ſanc. Et Philippum Decium in ſuis conſilijs conſi. 271. nu. 7. qui ibide iuxta prædicta ſic infert: Quod ſi ſtatutum decernat, ut filia nupta habeatur eſſe ſui iuris, quòd tunc nupta, iuxta hoc ſtatutum uerè erit ſui iuris. Item ſi ſtatutum eſſet, ut legitimatus habeatur pro legitimo, tunc is legitimatus uerè dicendus eſſet legitimus, & hoc ipſum tenet Bald, in l. Nuper, in ſi. C. de natural. liber. Et Alex. in conſi. 2. incipiente. Viſis codicillis col. 4. lib. 1. & Paul. de Caſt. in conſi. 180. ſecũdum nouam formam incip. Super eo quod primo loco quæritur, col. pen, in antiquis, & in conſ. 34. incip, Super primo dubio, col. 3. in nouis. Vnde licet ſtatutũ debeat proprie intelligi, l. 3. §. Hæc uerba, ubi Bar. ff. de nego, geſt. hoc tamen ſtatutum de agnatis uidetur habere locum etiam in legitimatis, qui iuxta idem ſtatutum uerè & propriè ſunt æſtimandi legitimi. Ad quod optimè facit, quòd de legitimatis idem iudicatur, quòd de legitimè natis reſpectu agnatorum & familiæ. Nam legitimatus alijs agnatis ſuccedit, ut ſentiunt Bar. & Bal. in l. Cõmunium. C. de natura. liber. Et idem confirmat Alex. in ſuis conſilijs, conſi. 2. lib. 1. ſupra allegato, col. 5. in uerſic. Ad prædicta quoque confirmanda faciunt, quæ allegat Ioan, And. in titulo de ſucceſſio. ab inteſtat. §. ſi. col. pen. Et quæ annotauit Ant. de Butr. in c. Per uenerabilem. Qui filij ſint legiti. Et hanc eandem ſententiam tenent Pau. de Caſt. in d. conſilio 34. & Alexand. in conſilio præallegato, dicentes, quòd agnatis etiam per legitimatos conſeruatur agnatio, ſicut per legitimos et naturales. Vnde ſuccedunt naturales legitimati iure agnationis in hæreditate agnatorum, ſicut faciunt legitimi et naturales. Idem quoque diſputat latè D. Philippus Decius in præciſato ſuo conſilio 271. nu. 7. in 2. parte. Hæc autem hactenus dicta, ſuaſerim diligẽter notari, quia frequenter uſu ueniunt, & in quotidianis conſultationibus propoſitis admodum ſeruiunt.

Tempore prohibito, aut permiſſo fieri.

Tempore prohibito aliqd fieri, & fieri tpe pmiſſo, ſic ut eius effectus, in tps prohibitũ pferat, in iure ſunt paria.] Item contra, tpe permiſſo, uel non prohibito aliquid facere, et aliquid facere tẽpore prohibito, cuius tamẽ effectus confertur in tempus permiſſum, uel nõ prohibitum, paria quoque in iure cenſentur, l. Quod ſponſæ. C. de donat. ante nupt. l. In tempus. ff. de hæred. inſtituend. Et c. de Vxore, et ibi D. Panor. idem notat, num. 2. extra de ſepultu. Et l. Si ſponſus. §. ſi uxor. ff. de dona. inte. uir. et uxor, Et ibi Bart. Vide quoque eundem Barto. in l. Si conſtante, §. Quotiens. ff. Solut. matri. & in l. 1. §. Nũciatio. ff. de oper. noui. nunc Et in l. Alia. §. Eleganter. ff. Solu. matri. Vide etiam & Bald. in d. l. Quod ſponſæ. Quã legem nihilominus D. Pano. limitauit loco præallegato nu. 4. in c. de uxore, extra, de ſepult. Quam limitationem hic breuitatis cauſa omittimus.

Tempore habili, uel permiſſo fieri.

Fieri tẽpore habili, & conferri ad tempus habile, paria ſunt.] Vt notat Bart. in l. Alia. §. Eleganter, col. 2. uerſ. Non obſtat quod dicit. Sunt item paria; aliquid fieri certo tempore, et aliquid conferri in certum tempus. ff. ſolut. matr. Et Fulgo. ad l. Verum eſt. § Labeo autem, nu. 5. Pro ſocio, potiſſimum quando non requiritur certa habilitas in tempore quo actus fit, ſi enim tempore quo fit actus requiratur certa habilitas, tunc ipſa eo interuenire debet tempore, quo requiritur, et fieri debet. Nec ſufficit quod confertur ad tempus habile, nam ſicut is qui alienare cupit, debet eo alienationis tẽpore eſſe habilis (ea enim habilitas non pro futuro tempore, ſed pro præſenti alienandi tempore conſiderãda eſt) ita quoque neceſſaria eſt ad quemuis actum habilitas in præſenti tempore, qui præſentem habilitatẽ requirit, ut l. Si alienum ſeruum. §. In extraneis. ff. de hæred. inſtituend. Et l. Si minor. ff. de ſeruis expor. Et D. Carol. Rui. in ſuis conſilijs, conſ. 90. incipiente. Ad ea quæ, nu. 6. uol. conſiliorum. 4. Et idem in conſ. 192. incipiente. Quæritur quis ſuccedat, nu. 16. 2, uol. conſiliorum. Et Pet. Pau. Pariſius, in ſuis conſilijs, conſ. 110. nu. 35. 36. & 37. in ſua 4. par. conſiliorum, ubi reperies quomodo, & in quibus caſibus procedat præfata paritas.

Territorium.

Extra territoriũ eſſe, & eſſe in territorio, ſed in loco exẽpto, paria ſunt.] Qui. n. eſt in loco territorij, ſed exẽpto, is & extra territoriũ eſſe cenſetur, c. Cum epiſcopus, & ibi gl. De offi. ordina. in 6. Et Ioan. Andr. in 2. & ibi Gemi. in 5. colu. de conſtit. lib. 6. Vbi dicunt, quòd ſicut ſtatutum epiſcopi nõ ligat delinquentem extra territoriũ, ita nec delinquentem in territorio in loco exempto. Idẽ quoque tenet Pet. de Anch. in repetitione c. Si propter tua debita, in 31. colum. de reſcript. lib. 6. Et Calderi. in conſilio. 13. in titu. de foro competen. quem refert Geminia. in c. 1. in ultima colum. de priuileg. 6. ubi æquiparat exiſtentem in loco exempto, & exiſtẽtem extra diœceſim. Et idem confirmat D. Iaſon in l. Extra territoriũ, num. 5. ff. de iuriſdic. omnium iudic. Et Gaſpar Calderinus, in ſuis conſilijs, conſ. 13. de foro competen. Reliqua uide ſupra, Forum.

Teſtari.

Testari falſum, & ueritatem ſupprimere, paria ſunt.] Bal. in l. Presbyteri. C. de epiſco. & cleri. Gl. Angel. in Auth. de teſtib. in principio. ideoque qui recuſat apertam dicere ueritatem, ſed eam maliciosè, uel obſcurè deponit, is tenetur ut falſarius, Bald. in l. Ea quæ commendandi. ff. de contrahend. empt. in l. Præſcriptione in ſi. C. ſi contra ius &c. Officium enim teſtis eſt deponere ſuper integro ſuper q. toto facto, & non ſuper aliqua rei parte, ſed plenam rei ueritatem ſine ſuco deponere, gloſſa & Doctores in l. Lucius. ff. de inſa, quam gloſſam allegat Bal. in l. peremptorias, circa finem. C. de ſent. reſcin. non poſ. Ita tenet D. Franciſ. Curti. in ſuo inſigni tractatu, de teſtib. 35. concluſione.

Teſtes, inſtrumenta.

Testes & inſtrumẽta æquiparantur in exercendis litib.] Videte ſupra, in uerbo, Inſtrumenta.

Teſtes impedire.

Notarium uel teſtes impedire ne ad teſtatorem teſtamẽtarium adeant, & notarium uel teſtes coram teſtatore exiſtens reuocare, & præcipere ne ad ipſum reuertãtur, paria ſunt.] Vel aliter, Prohibere teſtes ad teſtatorem accedere, & teſtes ad teſtatorem adductos, aut reuocare, aut oſtium ipſis claudere, ne introire ad teſtatorem poſſint, paria ſunt, uti notatur in l. 1. & 2. ff. Si quis aliq. teſta. prohibuerit. In l. Marcellus. §. ſi. ff. Ad Trebelli. Et idem habet Petr. Pau. Pariſius, in ſuis conſilijs, conſi. 67. nu. 46. in 3. parte. Et quod hic probatur de teſtib. impeditis accedere ad teſtatorẽ, idem quoq; de quibuſuis alijs teſtibus impeditis intelligi poteſt.

Teſtamentarij.

TESTAMENTARIVS & Tutor in cautione præſtáda, & in quibusdá alijs, æquiparantur.] Argumento eius quod notatur in l. Diuus. ff. Si cui pluſquá per leg. Falci. Vbi dr, q ſicut executor teſtaméto deſignatus (quem Accurſius ibi Fideicommiſſarium eſſe putat) non cauet, nec tutor quí teſtamento datus, uel conſtitutus eſt, cauere debet. Et quibus caſibus tutor non poteſt emere res pupilli, quas ipſe cum decreto uendit, iiſdem caſibus executores nó poſſunt emere res, quas ex officio uédunt. l. Si in emptione. §. Tutor. & ibi Bar. ff. de contrahen. emptio. & Bald. ad l. Cum ipſe. C. eodem tit. Et ſicut tutor poteſt ſe excuſare propter numerum liberorum, propter adminiſtrationem fiſci, propter abſentiam futuram, propter poteſtatem publicam, &c. ita & executor teſtamenti, ſecundum Io. á Canibus in tractatu de Executio. ult. uolút. §. Quæro. n. 14. Et ſicut morte tutoris finitur officium ipſius tutoris, & etiam officium ab ipſo tutore cóſtituti, iuxta l. Si per epiſtolam. ff. de acquir. hæred. ita quoque mortuo executore finitur officium ipſius executoris, & etiam officium ſubexecutoris ab executore conſtituti, excepto executore ad pias cauſas deſignato, uti confirmat D. Io. á Canibus loco iá citato nu. 16. & l. Si quis pro redéptione. C. de donat. coniuncta gloſſa in l. Vxori. ff. ad l. Cor. de falſ. Quæ quidem gloſſa apertè Fideicommiſſariú & Tutorem æquiparat. Quam æquiparantiam, & ipſe tenui in meo Pupillorum patrocinio, titulo, de tutorum & curatorum rationis iuſtificatione c. 1. fol. 84. nu. 38. in poſtrema editione.

Teſtamentum ui codicillorum.

DICERE: Si non ualet iure teſtamenti, ualeat iure codicillorú,] & dicere. [Habeat hoc pro donatione inter uiuos, uel habeat tanquam ab inteſtato, paria ſunt.] Vt notatur in l. Ex teſtaméto. C. de fideicómiſ. & l. Qui aút, in princ. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſta. Et per Dinú, in l. Codicillis, í ſi. ff. de le. 2. & Bar. ad l. 1. n. 9. ff. de iure codicillorú.

Teſtamentum inualidum.

TESTAMENTVM inualidú, & teſtamentú nullú, paria ſunt.] Vel ſic, Teſtamentum nullum fuit factum, & teſtamentú fuit factum, ſed ipſum eſt inualidú, paria ſunt. Teſte Capra, conſi. 64. nu. 3. Teſtamentum autem uocamus inualidum, quod non eſt legitimum, hoc eſt, quod non eſt factum á debita ac legitima perſona, quæ teſtari poſſet, aut pro ea perſona cui teſtari liceat, aut pro tali re cui utiliter teſtari non debeat: nempe reclamantib. iuribus, aut naturæ legibus, l. Non putauit. §. Non quæuis. ff. de bono. poſſe. contra tabulas, & ibi Bar. Et in l. 2. ff. Quemadmod. teſta. aper. Et l. 4. §. Condemnatum. ff. de re iudi. Sic tenet Philippus Probus in addi. ad D. Ioannem Monachi. in c. ſi tibi conceſſo, nu. 22. De præben. & dignita. lib. 6.

Teſtamentum relatiuum.

DE teſtamento expreſſo, & relatiuo.] Vide ſupra, ſub tit. Sententia cum quantitate, circa medium.

Teſtatoris mors dubia.

TESTATOREM uiuere, & dubitare d' ei' morte, ſunt paria.] Gl. magna in l. 1. C. de pact. Atque paritas iſthæc in hoc conſiſtit, ut quod de neutrius bonis paciſci liceat: ſicut. n. de bonis uiuentis paciſci non licet, ita neque de bonis illius, cuius mors nódum certo conſtat, quia is uiuere adhuc creditur, cuius mors certo probata non fuerit, l. Sed ſi mors. ff. de donat. inter uir. & uxor. ibi. Quia & mors eius expectanda eſt, l. Nec nos præterijt. C. de poſtlimi. Et l. Vxor quæ. C. de repud. Nouel. de diuerſ. ca. §. Cæterum, & in conſtitu. 117. Quod autem de bonis adhuc ſuperſtitis paciſci non liceat, ratio eſt, quia tale pactum cótra bonos eſſet mores, odioſum, & plenum triſtiſsimi & periculoſi euentus, l. ſi. C. eodem tit. de pact. Et quia eadem ratio cócurrit in pacto de bonis eius de cuius morte dubitatur, ideo nec d' huius bonis paciſci licet, donec certa mors ipſius probata fuerit, quod diligenter eſt notandum. Et hác opinionem quoque ſuſtinuit Louanij inſignis ac præclarus uir. I. V. Doctor. D. Nicol. de Capella, aliás Heems á Bruxella, quondam meus obſeruádus præceptor, in ſuis lecturis, d. l. ſi. C. de pact. & in d. l. 1. C. eod. tit. de pactis.

Teſtimonij data ratio.

EXPRIMERE cauſam impertinentem, & non ſatis digná, & exprimere cám nullá, paria ſunt.] Vehř in c. Præterea, extra de teſtib. ar. in c. 2. extra de tranſac. Vbi in d. c. Præterea, dicitur: Si teſtes dicant ſe eſſe cóſcios carnalis copulæ, quam tamen non uiderunt, neque ſic teſtando certa ulla ſigna copulæ uicina deſignant, quia cauſam nó ſatis iuſtam teſtantur, uidétur nullam cauſam expreſsiſſe, ut ibidem etiam not. D. Antonius. Et ratio eſt, quòd iſthæc iam dicta cauſa in tali teſtimonio prorſus eſt neceſſaria: nempe quæ ſit talis quæ limitet & conſtringat uniuerſum teſtimoniú, adeo ut in hoc teſtimonio magis attendatur cá, quàm dictú ipſum, ut plené notatur per doctores in l. Solam. C. de teſtib. & in l. cum hi. §. Nihil. ff. de tranſact. & in c. cú cám de teſtib. unde ſi teſtis interrogatus, quid ſciat de contentis in tali articulo, reſpódeat uera eſſe in eo contenta: & ſi mox interrogatus, quomodo & qualiter ea ſciat, reſpondeat, quia ſic audiui dici á plurib. perſonis, iſta cá, & reſponſio inſufficiens confundit, & annullat dictum præcedens, quia eſt cauſa non iuſta, inſufficiens, & perinde habéda, ac ſi nullam, ſuæ ſciétiæ cauſam depoſuiſſet, ut notatur in c. licet ex quadam, extra de teſtib. Et ad l. Teſtium. C. de teſtib. Sic quoque paria ſunt: Nullam cauſam exprimere, & impertinentem uel iniuſtá declarare, teſte Ioan. Pet. Ferr. in forma oppo. contra teſtes poſt publica. ad uerbum, Reddunt rationem, circa medium. Et idem notatur in c. 2. de tranſactio. Cauſa teſtimonij depoſiti prorſus debet eſſe talis, quæ neceſſarió concludat dictum ſuum eſſe uerum, alioqui teſtimonium eſſet nullum.

Titulus poſſeſsionis.

NON habere titulú, & habere titulú, ſed eú nó poſſe oſtendere, aut probare eú eſſe legitimú, paria ſunt.] Ita uult expreſsè gl. in uerbo, Prætor. n. io ſi. ibi. §. quidé probat bene eſt, ſi uerò nó probat præſumitur, quod pro poſſeſſore poſsideat, in l. Cogi. C. de petitio. hæredita.

Tortura.

TORTVRA ſiue tormenta, & mors in iure æquiparantur.] Prout latius meminimus ſupra, ſub liter. M. & themate. Mors & Tortura &c. Vbi uide.

Totum, omne.

TOTVM & omne æquipollent.] Per gloſſam, Inſt. de ſocieta. in princ. Bart. in l. Serui electione. §. ſi. ff. de lega. 1. ea quę tota haberi dicuntur, quæ integra habentur. l. Decem, in uerb. tota decerni, de fideicommiſſa. libert. Vbi tota decem pro integris decem accipiuntur, Spec. in ti. de loca. §. nunc aliqua, uerſ. 69. Et perfectum et plenú id

dicitur

dicitur cui nihil deeſt.l.1.in primo ibi glo.de origi.iur. gloſ.Clemēt.1.ibi Card.de re iudica.gloſ in l.Iulianus in fine,& ibi Bald.cū concord.& Barbat.in addit.l.Mater.C.de rei uēdica. Vide latius per D.Vdalr.Zaſ.in ſuis conſilijs,ſecundi li.conſilio 18.pagi.337.nu.6.

Tradere.

TRADERE [& cedere,quam inter ſe affinitatem habeant.] Vide ſupra, Cedere.

Tranſactio.

TRANSACTIO cum ſnia parē effectū obtinet.] quæ quidē paritas intelligenda eſt quantum ad decidendas lites & ad parandas exceptiones,argumēto l.Poſt rē ff.de trāſact.& l.Non minorem.C.illo titulo.Et ibi Cynus,Alexander,& Iaſon.Nam ſicut ſententia retractari non poteſt,ita nec tranſactio l.1.C.de condict.indeb.D.Vdalricus Zaſius,in l.diuus Adrianus.ff.de re iudica. Ad hæc facit, quod ſicut per ſententiam receditur à lite, & lis ipſa finitur,ita & per tranſactionem recedit à lite, & lis ipſa finitur: ſic ut ob nullam allegandam deceptionē ea litis tranſactio reſcindi debeat. Parem enim hanc cū ſententia efficaciam tranſactionibus iura tribuunt propter odium litium, quas iurā ita exoſa habent,ut ijs quoquo iuſto modo finem conſtitutū uelint. & optent l. Fratris C.de trāſactio.Idem tenet gloſſa.in c.Cum cauſa,extra de empt.& uendit. Et allegat pro argumento optimum textum in c.Conſtitutus,de religioſ.domib.ibi enim Epiſcopus per tranſactionem remiſit omnia iura ſua pro ſolis octo denarijs pro penſione ſibi reſeruatis,& ualida fuit trāſactio,& optima cū hac ratione cōfirmatur. quia quamuis exiguū per eam tranſactionem cōſecutus fuit commodum,eo ipſo tamen,& reſpectus eius quod p ea tranſactionem à lite receſsit, & a litis molestijs liberatus fuerat,per magnū cenſebatur cōſecutus commodū, quamuis prima facie enormiter deceptus uidebatur. Quare is qui pro externo damno commutat, & cōſequitur gratum commodum,internum ſcilicet aut corporale aut ſpirituale,is de exceptione ſibi facta conqueri nō debet, ſed potius de acceſsione ingentis lucri ex animo ipſi gaudendum eſt. Vnde nec ipſius tranſactio, quæ cū moleſtæ litis liberatione cōtingit,reſcindi debet,neque tranſactor ob id incommodum prætenſum deceptus dici poteſt,quod à lite receſſerit,quum pro eo lōge maius conſecutus ſit commodum,nempe quietum animum,& à neſatrice lite liberationem feliciſsimam l.2.C.de trāſact.& l.In ſumma.ff.de condict.indeb.quæ ad hoc allegatur. Vnde ex horum conſideratione dici uulgo ſolet tritiſsimo prouerbio.Si quis à me peteret pallium & tunicam,litis redimendæ gratia, dimitterē ipſi potius pallium,& tenerem tunicā:& in Gallico dicit,[Il gaingne aſſez qui ſemect hors proces.] Atq; ita in l.2.C de reſcīden.uenditio.tenēt Dinus,Iacobus de aretio,Rey.Cy. & Bal.ita etiā ſuſtinuit D. Nicolaus Nicolai I.C.in ſua inſigni repetitione d.l.2.Louanij me præſente & audiēte.anno(ſi bene memini) 1527.

Tutela diuiſa.

TVTELAM nō eſſe diuiſam per aliquē, & eſſe diuiſam à ſolis tutorib.inter ſe,ſunt paria] (quia hæc tutelæ diuiſio, & ēt in aliū tranſlatio, per ſolū magiſtratū fieri debet) Et hanc paritatem notat Barto.ad l.1.§.uſque adeo,nu.2.ff.de tutel.& rationib.diſtrahēd.Et hanc legem explicat & cōfirmat gloſſa ipſa quæ duobus modis dictū textū intelligit, ex quibus etiā aperte colligit, quod pares ſint & eędem habeātur: Tutela diuiſa,& tutela indiuiſa, eo quod contutores,in quos tranſlata eſt tutelæ diuiſio, ſiue einſdē tutelę adminiſtrationem habeāt,ſiue nō habeāt,ſemper ad omnia tutelæ onera & ad debitas rationes reddendas per leges non minus obligati teneantur, quam primi tutores. Nec his obſtat,quod ibidem textus diſputet,& aſſerere uideatur, quod quamuis tutelæ actio prius in ipſum magiſtratum,(ne in cōtutorem nō gerentem uertenda uideatur) eſt tamen nihilominus eadem actio contra utrunque,ſcilicet tutorem & cōtutorem uertenda,ſiue hic gerat,ſiue non gerat,quia expreſſe lex ambos ſimul teneri uoluit l.1.§.Planè ſi ff.de tut.& ratio.diſtrahēd. Vnde ſatis apparet(ut dictū eſt) nihil differre diuiſam,ſiue indiuiſam eſſe tutelam.

Tutor ultra commiſsionem agens.

ALIQVID fieri per uerū tutorē in reb. quarū adminiſtratio nō eſt cōmiſſa,& illud fieri per ſurreptitiū,uel falſū tutorē,in iure ſunt paria.] l.Si duo.ff.de adminiſtra.& peri cu.tuto.& cura.& Raphael Cumanus,in l.huius editi.§.uerbis nu.1.ff.quod falſo tuto.& curato.geſt.eſt.

Tutoribus qui ſint comparandi.

TVTORES, Curatores,Reipublicæ rectores,Hoſpitaliū rectores,eccleſiæ plati,Fabricæ magiſtri,proviſores bonorū pauperū(quales in primis Eccleſijs fuerūt diaconi)& ſimiles piorū locorū adminiſtrationē habētes,in iure paſſim æquiparauit,ſimilitudinēq; inter ſeſe hāt.] Vti latius memini in meo Pupillorū patrocinio,titulo,de tutorū & curatorū munere.ca.7.folio.31.numeris 55.& 56.ad quē locū breuitatis gratia lectorem remitto, ubi abūde multas allegatiōes cōperiet. Vide de his ēt ſupra: Fidei commiſſarius,& etiam, Teſtamentarij.

Vacare.

SEDEM, uel dignitatē aliquā uacare, & habere prælatū q impediat, uel occupet in ſede adipiſcenda paria ſunt.] Per optimū textum in c.Cū ueniſſent,extra de in integ.reſtitu.qui textus eſt notatu digniſsimus ſecundū Ioan.And.in c.Olim,& in c.1.de reb.Eccleſ.nō alienā.in 6.Et idem ēt citat ibi per Dñicum in 1. col. Et per Butrig. in c.Cum deportati,extra de iudic. & per D.Carolum Ruinum,in ſuis conſilijs conſilio.63.incip. Videndum eſt, nu.2.uolu.5. conſiliorum.

Vendere iniquo precio.

NON uēdere,immodico precio uēdere, in iure paria ſunt] l.Non dubiū,in fine.ff.de leg.3.Sed ſi cui(inquit Caius) legatum relictū eſt,ut alienā rem redimat uel præſtet, ſi redimere non poſsit quod dominus nō uenderet, uel immodico precio uendat,iuſtam æſtimationem inferat iuncta gloſſa,in uerbo, Immodico: quæ notat,quod non uendere,uel immoderato precio uendere æquipollent, uel uendere precio minimo,iniquo,& infra,uel ſupra iuſtum precium,& non uendere æquipollent, & ibi Bart. etiam notat paria eſſe: nolle,uēdere & non iuſto precio uelle uendere,unde de eo qui rem ſuam nimio indicat, uulgo dicimus,hic rem ſuam uendere non uult, quia ipſam nimio licetur. quod indicium eſt ſe nolle uēdere, niſi exceſsiuum, & nō condignum precium pro ea habeat. Iuſta enim, & regularis quæuis uenditio omnem deceptionem excludit,æquo,ac cōdigno precio contenta eſſe debet,quod precium ſi uenditio aut excedat,aut ſit inferius,ea uenditio iniqua,& nulla cenſeri debet.

Venefica, Incantatrix.

VENEFICAE,& artis amatoriæ magiſtri,ī iure ciuili æqpa-

rantur.] Vt & uidere licet ſupra, in litera, A, ſub capite, Amatorius.

Venire ad iudicium.

Non uenire ad iudiciom, & nenire, ſed non perſeuerare uſque ad finẽ, paria ſunt.] c. Cũ nobis, & ibi Panor. nu. 10. extra de electio. & in c. 1. de iudic.

Veritas, Fictio.

Veritas & fictio, qnãtum ad obligationem ęquiparanſ.] Vt notatur in l. Si filius. ff. Si cer. pe. Nam ſicut uera uolũtas, & uerus conſenſus inducũt obligationẽ, ita & ficta uoluntas debet inducere obligationem, dummodo ipſa apertis uerbis eſt expreſſa, tunc enim non tam internus conſenſus, quam uerba ligare dicontur. Bart. in l. Licet, §. Idem ſcribit. 4. colum. nu. 12. in uerſicu. Et ſi tu dicis, Veritas & fictio ęquiparãtur. ff. de peculio. & Bertachi. in ſuo repertorio, in uerbo Veritas.

Veritatem cælans.

Veritatem cælans falſidico comparandus eſt. De qua cõparatione uidete in mea Praxi rerum ciuilium, ca. 172. nu. 4. Vide item in hoc libro ſupra, ſub titulo, Teſtari.

Vincula carcerum.

Sub uinculis eſſe, & eſſe ſub cuſtodia cũ datis fideiuſſorib. in iure paria ſunt.] Lucas de pen. in l. Si grauius. C. de dignita. li. 12. & in l. ſeq. eodẽ libro. De hac paritate ipſe quoq; memini ĩ praxi mea rerũ criminaliũ recognita, titulo, De priuatis carcerib. faciẽdis, nu. 3. pagina 161.

Viduus.

Viduus quando uxoris bonis priuandus fuerit.] Vide ſuperius Medicus.

Violentia.

Violentia, Clandeſtinitas, & Precaria poſſeſsio, ſub unam copulatiuam æquiparantur.] Ita D. Vdalri. Zaſ. in l. Põponius. §. cũ quis, nu. 18. ff. de acqu. uel amitten. poſſeſ. quia dicit ibidẽ textus. Denique addimus &c. quem uidere poteritis.

Vita humana.

Vita noſtra humana, ſimilis eſt nauigãti.] Qua ſicut is q̃ nauigat, ſiue ſtet, ſiue ſedeat, ſiue iaceat, ſiue incedat, nauis ductu, impulſuq; ſemper regiẽ, ita & nos miſeri mortales, ſiue uigilemus, ſiue dormiamus, ſiue iacemus, ſiue ambulemus, ſiue edamus, aut bibamus, coacti, uolentes, nolẽteſque per momenta temporum quotidie ad finem uitæ rapimur: ut nõ temerè dixerit Seneca, nos mori quotidie, quia quotidie nobis aliqua pars uitæ clam ſuccidiẽ, uti & Horatius teſtaẽ, cũ ait. [Tacitis ſeneſcimus annis.] Porro uitam humanã, tum in multis locis, tũ præcipue ca. 9. graphicè depingit diuinus ille propheta Iob. Dies mei (inquit) ueloeiores fuerũt curſore, fugerunt, & non uidebunt bonum, pertranſierunt quaſi naues poma portantes, & ſicut aquila uolãs ad eſcam. Plura, eademque clariora uidere licet apud eundẽ prophetam. ca. 14. Homo natus (inquit) de muliere breui uiuẽs tempore, repeletur multis miſerijs, qui quaſi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. &c. Similiter Sapientiæ. ca. 5. impij ſic loquuntur: Quid nobis profuit ſuperbia, aut diuitiarũ iactantia? quid contulit nobis? tranſierunt omnia illa tanquam umbra, & tãquam nuncius præcurrẽs, & tanquam nauis quę tranſit fluctuantem aquam, cuius cum pertranſijt non eſt ueſtigium inuenire neque ſemitam carinæ illius in fluctibus, aut tãquam auis quæ trãſuolat in aere, cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius, ſed tantum ſonitus alarum uerberans leuem uentum. &c. ſic & nos nati continuò deſinimus eſſe, & uirtutis quidem nullum ſignum ualuimus oſtẽndere. In malignitate autem noſtra cõſumpti ſumus. Quin & D. Iacob. ca. 4. uitam noſtram comparat uapori uel fumo, Vita (inquit) noſtra uapor eſt, ad modicum apparens, & deinceps exterminabitur.

Vitioſa cautio.

De cautionibus uitioſis.] uide ſupra, Rector inutilis.

Vocatus non auditus.

Vocari, ſed non audiri.] Itẽ. [Audiri, ſed nõ uocari, & non admitti, hæc tria in iure paria ſunt.] l. Qui crimẽ & ibi Bal. nu. 25. C. de his qui accuſa. nõ poſsũt, c. Obeſſibus. 63. diſtinc. iuncta gloſſa ibidẽ in uerbo, Excludãt.

Voluntas.

Voluntas, negligẽtia, & mors æquiparantur, quantũ ad effectũ deuolutionis, ſeu ad ſubleuationẽ obſtaculi prioris, habẽtis alias melius ius ut notatur in l. Vnica C. Qñ nõ petẽ. par. petẽtib. accreſcũt. In l. Meminimus. §. fi. C. de legiti. §. hæredib. & in §. penulti. inſti. de bonor. poſſeſ. & Pet. Pau. Pariſ. in ſuis conſilijs, cõſilio 119. nu. 27. in ſua quarta parte conſiliorum. De uoluntate uera & ficta, uide paulò antè, Veritas.

Vſurarius.

Vſurarius ſimilis eſt uermiculo ligni.] Sicuti. n. uermiculi lignorũ aut fructuum totum lignum totoſque fructus paulatim corrumpunt, exedunt, emolunt, & carie ſua tandẽ abſumunt, ita & uſurarij, & fœneratores uniuerſam Rempublicam ſua edacitate paulatim abſumunt, & tandem deuorant, quod quibuſuis per exempla, & euentus rerum notius eſſe doleo, quam ut multis authoritatibus confirmetur. Si enim quis roget quomodo multi ciues, quomodo multi mercatores, multi principes ad egeſtatem redacti ſint, imò quomodo multæ Reſpublicæ, atque adeo quomodo multæ ditiones corruerint, ac planè collapſæ ſint, in prõptu erit uera reſpõſio. In cauſa fuiſſe harum miſeriarum unicam ac fere ſolam uſurariam illam edacitatem, quę uelori uermis nunquam moritur, ſed aſsiduè priuatas quaſque perſonas, & etiam reſpublicas permolendo exedit, & abſumit, ſic ut tandem ex ijs nihil relinquat reliquũ. Quocirca optarem quibuſuis principibus acutiorem eſſe mentem, & oculum in iſtos fœneratores & uſurarios (uulgo finantiarios) eſſe intentiorem, ut certius cognoſcerẽt quid agãt, quomodo ſuis finãtijs, & uoraginibus Reſpublicas perdãt, & abſorbendo deglutiant, ne ſcilicet ijs malis cognitis diutius habenas laxẽt ſed ut ipſorũ edacibus (ut ita loquar) charybdibus forte excogitent, & adhibeant, remediũ: ſic ut ipſorum uorãdi libidinẽ, aut cohibeant, aut ipſos uſurarios planè exterminent, aut tollãt, qui tam licenter hactenus contrà omnia iura, tam diuina, quàm humana, plus æquo liberius omnes hominum ſtatus perdiderunt, & adhuc (quantũ in ipſis eſt) annihilare

lare

lare pergit. Deinde optarem ut principes paſsim in ſuis ciuitatibus curent habere doctos & cordatos paſtores, qui diuitibus ex uerbo Dei perſuadeant, ſuas opes non tam eſſe ſuas, quam Dei, (utpote cuius eſt terra, & pleni tudo eius) & præterea ipſos non tam eſſe bonorum Dei poſſeſſores, quam diſpenſatores, qui in neceſsitate ſuis copijs fraternæ inopiæ ſuccurrere debeant, mutuent, & opem præſtent neceſſariam, non tam ſpe lucri temporalis, quam ſpe lucri æterni, & præcipuè quia Chriſtus hoc ipſum ita iuſsit, & hoc unicum mandatum nobis pridie paſsionis reliquit, & commēdauit, dicens: (Mandatū nouum do uobis. & c. Ibi: hoc cognoſcēt omnes quod mei eſtis diſcipuli, ſi charitatē habueritis ad inuicē.) & c. Hæc charitas Chriſtiana quid exigat, nemo non nouit, qui ſi det ueritatē, non tā uerbis, quā guſtu præſenſit. Hæc charitas ſi inter Chriſtianos, ſolitè iculcaretī, ut diuites opē benignam præſtarēt miſeris, & miſeri uiciſsim ſine fraude grati eſſent benefactoribus, profectò non opus eſſent in republica uſurarij, fœneratores aut financiarij, qui ob defectū Chriſtianæ charitatis cū magno multorū incōmodo, ac pene cū multorum pernicie in republica nūc tolerantur, ob quā lēcunque opem exper itam, & præſtitam, nempe poſtquam mandata charitatis nō tantū inter Chriſtianos refrixit, ſed prorſus emortua cōſpicitur, ſic ut omnes quæ ſua ſunt quærant, & ex omnium mētibus eraſum ſit illud Pauli: Vnicuiq; mandauit Deus de proximo. Siquis certiorē ſimilitudinē uſurarij cū tinea aut alio ligni uermiculo cognoſcere uelit, is leg. Bal. in ſuis conſilijs, conſilio 449. in 5. parte, ubi etiam comparatur ſcorpioni. Itē legat repertorium Bertachini, in 3. parte ſub litera V. Legat poſtremò huius materiæ ſtudioſus D. Carolum Molinæum, in tractatu cōmerciorū & uſurarū, ubi latiſsimè quid uſura ſit definit, eādem diuidit, & naturam ipſius p comparationes ad beluam argenti paratam, ad morſum aſpidis, ad ignem, & ad latronē legalem explicat, & quomodo iure tum humano, tum diuino ſit prohibita monſtrat, quantumq; diſpendium in Rēpublicam inferat, multis documentis exponit. Lege quæſo lector hunc librum, in eo enim & uaria, & grauia cōperies.

Vti malè proprijs.

Male uti rebus proprijs, & aliena poſsidere paria ſunt, ut habet uulgare axioma iuridicorū, & c. Ius dictū, & ibi Do. Pet. de Anchar. extra de uerb. ſigni. Sed iſtud axioma uidetur tantum habere locū de prodigis alieno ære multum grauatis, qui ſua profundunt & creditoribus non perſoluunt. Sicut enim illud malè poſsidetur, quod poſſeſſum alienum eſt, ita is quoque malè ſua poſsidet, qui alieno ære grauis, ſuis interim male utitur, & nulli exoluere curat. Id enim eſt ac ſi aliena inuaderet, alienaque ſibi uſurparet. Et uerè talis aliena poſsidet. Aliena enim ſunt, non tua, quæ quis alteri iuſte debet; ideoq; is aliena poſsidet, & alienis uerius abutitur, quàm ſuis: quæ enim quis debet, ea propriè non ſua, ſed uerius aliena eſſe cenſentur. Atque in hoc duntaxat ſenſu locum habet prædicta paritas, nō autē ſimpliciter in omnibus. Quiſquis enim nulli debens, ſua tantum profundit, is nec aliena poſsidere, nec aliena profundere putādus eſt. Si enim aliena poſsideret, ea alteri reſtituere teneretur, quod in malè ſuis utente, nulliqué debente locum habere nō poteſt. Quocirca ex iſtorum conſideratione notandum eſt, quod duob. modis male poſsidemus. Primò habito reſpectu ad iniuſtam cauſam poſsidendi, & tunc propriiſsime dicimur male poſsidere, quia detinemus alienum. Secūdò reſpectiuè, habito ſcilicet reſpectu ad ipſam rē quam tractamus, & qua utimur, nempe ſi eam tractemus, & utamur, nō ut oportet, & ſicuti debemus, tunc enim eam rem quodam modo ut alienam, & ob id etiā male poſsidere dicimur. Et ad hunc ſenſum, ſi auārus nō expendat propria, quando & ubi debet, tunc is dicitur malè poſsidere ſua, & eo modo & ſenſu detinet aliena, nempe a lijs debita. Et pro hoc facit c. Sicut hi 47. diſtinct. & ideo gloſſa, in uerbo, Malè autem, in d. c. Ius dictū, ubi allegat hi uerſus. (Qui ſunt qui rebus nunquā potiunt? Auari. Qui ſunt q mihil ſua nō patiunt? Auari.) quin & hæc quoque intelligenda ſunt non tantū de auaro, ſed etiam de prodigo. c. Penultimo, iūcta gloſſa, in uerbo prodigalitas uitio. & c. extra, de Cōſuetudine. de quo prodigo ibidem habentur hi uerſus. (Prodigus eſt animi uitio retinenda profundēs. Qui retinet cupidè res depoſcit auarus.

Largus qui ſumptum facit ex ratione libenter.

Vulnerans lethaliter, die feſto.

De uulnerāte uſq; ad mortē. Vide titulū, Mortuus. de uulnerante ſacro die, uide ſuperius, ſub titulo, Poſthumus.

Vxor mala.

Vxor mala, diabolo eſt conferenda, & ideo dicit gloſſa ſingularis, in c. Ieſus 50. diſtinctione, ibi: Diabolus ſtes a dextris eius, id eſt, uxor, pro quo optime facit textus, Eccle. 25. Vbi de muliere ſic loquitur. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri: & non eſt ira ſuper irā mulieris. Atque hæc confirmat Chryſoſt. in ſermone de decollatione Ioannis Baptiſtæ, ubi inquit: Ego quidem exiſtimo nullam eſſe in hoc mundo beſtiam mulieri malæ comparabilem. Inter quadrupedia enim animantia leone nihil eſt ſæuius: iſtius tamen ſæuitiam & ferociam mala mulier ſuperat. Inter ſerpentes nihil eſt dracone acrius: ſed huius uirus cum muliere mala conferri non poteſt. Quocirca leo & draco in malo, muliere mala, inferiores ſunt, quæ his exemplis aperciora fient. Danielem enim in lacu leones ſunt ueriti. iuſtum uerò illum Nabor peſsima Iezabel interfectum curauit. Cœtus Ionā prophetam in uentre conſeruauit. Verum Dalida Sāſonem illecebris & ſucis circumuentum, & capite raſo deformatum alienigenis capiendum & occidēdum tradidit. Ioannem Baptiſtam uiuentem in deſerto dracones & aſpides cornutæ ſubdita feritate extimuerūt. Vna Herodias uero, eidem caput abſcidit, & tanti uiri mortem pro precio ſaltationis accepit: ò malum ſummum, & acutiſsimum telum diaboli: & c. Sed hic candide Lector, nolo putes nos de bonis mulieribus iſthæc loqui, ſed de malis tantum. Vt enim mala muliere nihil nocentius, nihilq; pernicioſius, ita bona muliere nihil beatius, adeo ut mulieris bonæ uir ipſe etiam dicatur beatus, & numerus annorum ipſius duplex cenſeatur. Eccleſ. 26. Has tamē bonas mulieres raras eſſe dicit gloſſa in l. Ex his, ff. de legib. imo tā raras ut pro bonis mulieribus nulla lex ferri poſsit. Et iō bonas mulieres ueris Philoſophis cōparare ſolemus, qui rari ſunt, iuxta l. Sed & reprobari, ff. de excuſatio. tuto. ita & bonæ mulieres multo ſunt rariores. Imo phœnice rariores, teſte Diuo Hieronymo, in epiſtola cēteſima uigeſima quinta ad Ruffinū, ne uxorem ducat, diſſuaſoria, ante medium. Et ſi quis horum plura huic materiæ conuenientia deſideret ad ſatietatē, uidere poterit Ioannem de Terra Rubea, contra rebelles ſuorum regū, in ampliſsima gloſſa, ſuper uerbo, Meretricibus: neque enim conſtitui omnia omnium ſcriptorum loca huc trāsferre, ne in immenſū hic liber abeat.

Vxoratus.

Vxorem habens, aut matrimonium contrahens cū eo, qui in periculis nauigat, comparari ſolet. Nam qui in matrimonium intrauit, contrahit, is tāquam iactus aleā ſortu-

exponat. Quod tametſi planè cóſecutus non fuero, neq; me præſtitiſſe arrogãtius exiſtimem, hoc ipſum tamẽ argumentum, pro mea tenuitate excolendum, multis ex cauſis libenter aſſumpſi. Primum ut rudioribus uiã qualemcunq; ad diiudicationes per ſimilia præſtruerem, ad abſolutiora in eodem ſimilium argumento excitarem, & nõnullis amiculis, meam hac in re operam ſuo quodam iure flagitantibus facerem ſatis. Deinde ut meorũ qualiumcunque ſtudiorum, rationem ipſe expoſcens, ea candide cuius alteri communicarẽ potius quam ſupprimerem. ad hæc, ut (nè ullo ocio plane torpeſcerem) in hoc præclaro argumẽto ingenij uires ſubinde excolerẽ, ſatius eſſe ducens in re clara ocioſum eſſe, quam nihil agere, in iure præclaros muſicos aut ſtrenuos imitãs milites. Illi enim aſsiduo cantandi uſu ad ſummã muſices artem feliciter perueniunt, hi quotidianis luctis ac prælijs gnari ſtrenuiq; euadunt milites. Itidem in iure me quoque conſecuturum ſperaui ut longa aſsiduaq; iuris exculcatione, meipſum ab ocio uendicarem, meipſum exercerem, alijsque prodeſſe ſtuderem. Nam ut in omni diſciplina, ita quoque in iure aſsiduo exercitio, non minus opus eſſe putaui, ſi quæ lõgo labore didiceris, tenere, augereque uolueris. Ut enim ferrum ſi non utaris obducitur rubigine, ſic & ingenij uigor, quod niſi ſtudijs tractandis exerceas, aut perit, aut plane flacceſcit. Et certe (ut Plinius ait lib. 8.) quotuſquiſque laboris tam eſt patiens, ut multis cum ſudoribus diſcere uelit, quod aliquando in uſu, & aſsiduo exercitio ad cõmodũ Reipub. nõ ſit habiturus? Poſtremò eo libẽtius hoc ſimiliũ argumentum, expromendum aſſumpſi, quod id plurimum utilitatis iurium candidatis allaturum eſſe confiderem: in quo certe longe plura potuiſſem ſimilium congerere themata, niſi breuitatis ratio me cohibuiſſet, ne quæuis citra delectum in hunc libellum infarcirem, ſed tantum quæ præcipua uiſa ſunt, in hoc albo pro meo inſtituto, nunc referenda putarem. Hæc igitur quæ noſtro marte themata, qualicunque ordine, & forma propoſuimus, pro ſe quiſque acriter obſeruet, inque ea diligentem intendat animum, & quæ cuiuſque ſit uis ac proprietas, quoque pacto ijs quotidie utendum, & ex ijs ſimilia iudicia colligenda èrunt, exactè & diligenter exploret, & profectò nõ mediocrem, imò certiſsimam, ex uno alteram iudicandi rationem ſibi comparauerit. Attamen ſi Lectorũ uotis hic per omnia minus ſatisfecerimus, cogitandum erit ijs nemini unquã uitio uertẽdum eſſe, ſi in re præclara ſtudioſe quippiam audebit, & quadantenus prodeat, ſi non datur ultra. Ideoque hac in parte optarem mihi poſſe contingere, quod & mecũ (ut autor eſt Cicero. lib. de Oratore ſecundo) .C. Lucilius ſibi optare ſolebat, nempe ut ea quæ ſcriberet, neque ab indoctiſsimis, neq; a doctiſsimis legerẽtur, quod hi plus fortaſsis, illi prorſus nihil intelligerent. Hæc itaque quę de Paribus ac Similibus in iure, deque ipſorum utilitate hactenus collegimus, uelim ut candidus Lector boni conſulat, & ſuopte marte ad præſcriptam formã adijciat quicquid ad ſimilium rationẽ rectè pertinere cenſebit, factum ipſius exoſculabor, & mihi in hoc argumento etiam præuolantem, candidiſsime amplectar.

FINIS.

IODOCVS DAMHOVDERIVS

PRO POLITIA SVA BRVGENSI, BENEVOLO LECTORI S. D. P.

QVI in publico ædificium aliquod extruere conantur,idque pu-
blicis omnium oculis & obtutibus exhibẽt:hi quoq; omnium
iudicijs,& cenſuris ſeſe obnoxios reddunt. Alij enim id pręcla
rè, magnificè, & ex omni parte abſolutè extructum iudicant,
alijs idipſum ſumptuoſius, alijs parcius,alijs humilius,alijs ſub-
limius extructum uidetur. Sunt qui plures debere ineſſe fene-
ſtras clamitent, ſunt qui pauciores uelint: ſunt qui hoc nimis
hiulcum,iſtud nimis aſperum culpent:ſunt qui in eodem opere iſtud prodigioſum,
aut nimium extare, illud nimis contractum eſſe damnent: Alij hoc cubiculum ni-
mis luculentum,alij hoc nimis obſcurum prædicant. Quid multis? Quicquid extru-
xeris,id nunquam omnibus probari comperies. Nam quòd probabitur uni, idip-
ſum pertinaciter conuellens damnauerit alter: dum tot ſint hominum (ut eſt in pro
uerbio)iudicia, quot ſint hominum capita: & quot capita,tot ſenſus & cenſuræ ua
riæ. Quod in ciborum uarietate etiam uſuuenire conſpicimus, ubi nullus unquam
tantus fuit Apitius,qui eundem cibum quantumuis delicatulum,omnibus ex æquo
probari cenſuerit: ſed quem probat unus, eundẽ mox pro palati uarietate faſtidiet
alter. Quin & idipſum cum in alijs,tum etiam in ipſis librorum authoribus accidere
uidemus,qui ad ſtudioſorum lectionem aliquid edere tentant. Vt enim eadem ſtru
ctura(uti iam diximus) non ſemper probatur omnibus,nec idem cibus omnium pa
lato ex æquo perplacet,ſed de ijs uarij uariè iudicant:ſic quiſquis in uulgum aliquid
emittit,uulgi quoq; ſententiam,id eſt,uaria hominum iudicia ferat oportet:dum a-
lius damnabit,quod probauit alius,& contra. Quod profectò in meis lucubrationi-
bus pariter uſuueniſſe non dubito:potiſsimum in depingenda pridem Magnificen-
tia politiæ Brugenſis,ad quam ita deſcribendam me tria potiſsimum pertraxerunt.
Primum ocij tædium,& eiuſdem odiũ pertinax,ſtudium amorq; Patriæ, & eiuſdem
inſtitutionum forma,non minus utilis quã præclara,& ad alias quoq; nationes pro-
pagari dignißima: utpote per quam,ſi uſpiam terrarum, certè hic omnium Reſpu-
blica conſtituta eſt firmiſsimè,& præclariſsimè,non minus citra omnem ſuperſtitio
nem in ipſa religionis debita forma,quàm in politiæ debita præſtantia. Dum igitur
alij(quòd præter omnem arrogantiam,& citra ullius inculpationem dictum exiſti-
mes uelim)poſt ſeria grauiaq; negocia,à cæna aut prandio aleis iaciendis, aut pocu
lis extergendis libentius tempora terunt, ut animos moleſtijs grauatos relaxamen-
to quodam leuent, exonerent, uiresq; ingeniorum honeſto exercitiolo quopiam
reuocent,& ſtabiliant: ego quidem ab hoc exemplo natura alieniſsimus, me ad mu
ſæum confero,ubi aut memoria digna quædam lego,annoto,aut ad locos commu-
nes eadem fortaſsis relaturus,conſcribo. Superiori itaq; anno, dũ uaria meditabun
dus in muſæolo ſolus reſederam, de patrijs inſtitutis, legibus, & honeſtis moribus,
multa blandulè animo ſubrepſere meo, quæ dum diutius in animo pertracto, eaq;
omnia iterũ, iterumq; imo magis magiſq; perpenſo,ita animum meũ exhilararunt,

imo

imo potius accenderunt,ut me meo officio non omnino indignum factutum exiſtimauerim,ſi totam illam pulcherrimam Patriæ meæ politiam, ſcripto aliquando traderem. Ecquid quæſo me dignius efficere potero,quam ſi meum erga ſolum natale, teſtatiſsimum amorem quoquo modo oſtendero? Verum hic obſtabat, & diſſuadebat metus,ne eadē ſcripta pari candore à multis,præcipue ab ipſis conciuibus meis exciperentur,quàm quo a me ſcriberentur:dum iuxta uaticinium Chriſti ſicut nullus propheta acceptus eſt in patria ſua,ita quoq; nullius dictū aut factum æque probari a ſuis notis atq; conciuibus dignoſcitur, ſicut idem probatur ignotis, aut exteris. Sed quid uis dicam amplius? uicit tandem hunc metum dulcis amor Patriæ,& neglectis parum ſynceris iudicijs,me uero candidorum fauore conſolabar:adeo ut huius ſolatio fretus,me huic potiſsimum politiæ depingendę accingere placuerit. Eius itaq; ornamētā cuncta,mores,inſtituta,leges,magiſtratus, & ciuiles ordines omnes quam diſtinctiſsimè complecter,conſcribo,ac tandem in laudem ac gloriam Patriæ meæ prælo omnia excudenda omitto, partim quòd meis conciuibus hoc tanquam xeniolo quopiam me gratificaturum ſperarem,partim quod ad huius politiæ imitationē,alias quoq; ciuitates me ex huius animaduerſione inuitare poſſe conſiderem. Sed hæc euulgata tandem,uulgi quoq; omniumq́; hominū cenſuras ſtatim tulerunt. Verum (gratiæ ſint Chriſto)eadem placuere multis, diſplicuere paucis, atq; ijs fortaſſe potiſsimum,qui noſtrum ſtudium(ſi placuiſſet)uel omnium candidiſsime optimeq́; conſulere debuerant. Qui tamen non tā ipſo corpore,quàm ipſius tantum corporis quibuſdam næuulis ſunt offenſi:nempe impingentes ad uoculas tantum quaſdam, quas me æquo libetius confinxiſſe prædicant,quales ſunt Scultetus, Scabellettis, Ammanus,& ſimilia officiorum nomina plura alia,quæ omnia puriori latinitate, uel potius ueris Romaniſq; nominibus,& officiorum Romanorum nomenclaturis (ut dicunt)efferenda fuerant. His autem,hiſq́ue ſimilibus hoc loco reſponſum iri uolo,quod idem ipſum cum ipſis per omnia conſentiam,eorumq́; ſententiā approbem utroq; pollice. Atq; ideo hoc ipſum quoq; (quantum ratio, rerumq́; & officiorum cognoſcendorum perſpicuitas pati uidebantur) ſedulo effectum curaui, uerū quid facies ſicubi Romanis deſtituare uocabulis,aut ubi Romanorum officia nobiſcum non erunt paria: qualia ſunt { Schoutetten, Schepenen van partien, Schepenen vanden becommetden, Hooftmannen, Penſionariſſen, Stapelare, Schabeletters, Amman, Deelmannen, Clercken, Den clerck van tafelken, Den clerck vanden berecke, De Rame, De zvvaer dekens, Vyuders, Vvijnſcrhoyets, Rijckepijnders, Balen, Ghilden, Een bakeman, Cranekinders, Dobbeders, Seltendeel, } & ſimilia alia multa: quæ uocabula, cum his ſimilibus: uelim ut pius Lector quiſpiam mihi candide,priſco,proprio,Romanoq́; efferat uocabulo, & tantum aberit ut eius operam ægre ſim laturus, ut illi potius immenſas pro beneuolo officio acturus ſim gratias. Nam huiuſmodi propria Romanaq́; uocabula mihi non occurrebant. Et ſi maxime mihi fuiſſent obuia,qualia nobis abunde ſuppeditat Iacobus Lazius,multum tamen diſcriminis in ijs,& in noſtris comperire licuiſſet. Quocirca in ijs fingendis, communi nulliq́ue non permiſſa fingendi libertate uſi ſumus, adeo ut ad Germaniſmum libentius noua effingere (ut nunc ſunt in uſu) placuerit, quam uetera parumq́; nobis

propria,

propria,minusq́; nobis cognita per incertas,tum rerum,tum uocum origines meis cõciuibus obtrudere. Quæ quidem fingendi audacia cum nulli non in ponderibus, nummis, officijs, locis, menſuris, rebuſq́; omnibus priuatis permiſſa fuerit, cur quæſo mihi offenduntur nonnulli ob ſimilem a me uſurpatam fingendi licentiam? Ad hæc cur alij ſunt qui mihi probro uertant,quod ad tam humilia inutiliaq́; conſeribenda me conferam? ut qui rebus grauioribus ijsque magis ſerijs meam ſummam operam æquius impendere debeam? Verum hæc omnia libens, & ingenue cum ijs fateor, ideoq́ue & idipſum etiam nullo non tempore ſedulo curo. Sed (ut a me dictum eſt ante) hanc politiam tum ocij pellendi cauſa, tum Patriç ſtudio ad colligendas animi uires ſuccifiuis tantum horis contexere placuit, nihil minus ſuſpicans quam quod in huiuſmodi minutis aliquis tam ſubito offenderetur,potiſsimum etiam quod iſthæc præter exemplum a me facta eſſe non credam. Nam Bap. Aegnatius, Seb. Munſterus, Iac. Meyerus, Vadianus, Galateus, & Gilbertus Cognatus Nazerenus, cum pluribus alijs: nonne ad multo humiliora, & ad decuplo minutiora intermiſsis ſeriis ſeſe demiſerunt, dum in Patriæ moribus eiuſque inſtitutis extollendis libenter uerſati leguntur? Et tamen neminem eſſe puto qui ipſorum erga Patriæ laudes gratum ſtudium conuulſerit unquam, quod mihi tamen contingere cum dolore comperio. Deinde nonne hi in ijſdem ſuis lucubrationibus, in confingendis uocabulis (quorum ingentem aceruum hic expreſsius commemorare potuiſſem, niſi breuitatis ſtudium me repreſsiſſet) uſi ſunt pari audendi licentia? quam haud dubie unicuiq; pro regionum ac ciuitatum uarietate prorſus eſſe neceſſariam nemo non clariſsimè perſpicit. Quis enim in rerum nomenclaturis, hodie a Romanorum magiſtratuum uocabulis totus,ac in omnibus pendere cupiat? maxime cum apud Romanos ipſos nec omnia illa priſca officia forenſis in uſu comperiantur, neq; adhuc durent, nedum eorundem officiorum uocabula. Sed apud eos(ut & alibi)quotidie alia atque alia, ut officia, ita alia quoque atque alia eorundem officiorum inoleſcunt uocabula, priſcis quidem illis ſeculis incognita, noſtro uero ſeculo ad intelligentiam rerum neceſſario conficta, atque uſitata.Sed quid de Romanis,exterorumque tum officijs, tum uocabulis diutius perſiſto? Vertamus oculos ad noſtrates ciuitates. Quis non uidet in alijs,atque alijs ciuitatibus noſtris, alia quoque atque alia inſtituta eſſe ad gubernationem Reipub.officia, quæ in alijs ciuitatibus deſiderantur, aut certe in uſu non comperiuntur, & qualia qualia ſunt, profecto priſcis illis Romanis (iterum dico)fuerunt incognita? Ecquis igitur tandem tam ſeuerus nobis futurus eſt Ariſtarchus, qui huiuſmodi priuatis officijs, priuata quoque eaq; recens ad intelligentiam conficta uetabit indere uocabula? quando priſca illa Romanorum uocabula multa, tum apud ipſos tum apud nos cum ſuis officijs interciderint, & nunc introducta ſint noua. Sed de his plus ſatis ſuperque. Iſtud tantum ex enarratorum conſideratione conſequi, & a candidis quibuſque eiuſdem politiæ noſtræ Brugenſis lectotibus, quam poſſum amanter rogando, impetrare cupio, ut eam editionem cum ſuis qualibus qualibus uoculis boni conſulant, interpretentur candide, & ſeſe ab odioſa falſaque cauillandi prurigine moderatè temperent. Super hæc, ſi quid in ea, aut me, aut ea lectione indignum comperiant

periant, id ſcripto aliquando candidè indicent, gaudebo de beneuolo ipſorum mihi impenſo ſtudio, & gratias illis acturus ſum maximas, relaturus ſicubi potero. Ex dignioribus enim, magisq́ue propriis uocabulis, & doctior & prudentior factus, mea hæc ſcripta fortaſsis aliquando reſtituam, ut eadem digniori ornamento recognita, reueſtitaq́ue, lectorem omnium lautiſsimis iudiciis aliquando faciant ſatis. Sed interim tantiſper reliqui ea edita boni conſulant, à morſibus ſuperſedeant, ac feliciter ualeant.

EMANVEL SOAREZ,
A RIBEIRA I. V. C.

IACOBO A RIBEIRA
PRAESTANTISSIMO PHILOSOPHIAE, AC MEDICINAE DOCTORI,

& fratri ſuo chariſsimo. S. & animi tranquillitatem P.

CVM primum iuri Cæſareo cœpi operam dare, frater ultra quàm uerbis comprehendi posſit mihi charisſime, conſulendos præclaros quoſque uiros in ea facultate exiſtimaui, qua nam ratione ipſi ad nominis claritatem perueniſſent, & faciliori negocio me eodem aſpirare poſſe arbitrarentur. Sed illi, aut ex animo reſpondentes, aut commemorabile ipſorum compendium celantes, laborem unicam eſſe uiam affirmabant. Placuit conſilium, quoniam reuera nihil non labore à Deo optimo maximo uendi, nihil non eo duce ſeu ſequeſtre comparari ex bonis authoribus edidiceram, & te, frater charisſime atque eruditisſime (licèt enim etiam fratri de fratre eo liberè literis conſignata prædicare, quæ ita omnibus conſpicua, explorataque ſunt, ut nemini uel inuido atque adeo inimico in dubitationem uenire posſint) & te, inquam, frater charisſime atque eruditisſime, qui pleroſque omnes ſtudiorum tüorum commilitones ingenij ſubtilitate anteires, memoriæ promptitudine & tenacitate longè ſuperares, ingenita animi prudentia & bonarum literarum eruditione multum excelleres, ſic in laboribus eos uincere animaduertebam, ut ijs, qui te non noſſent, induſtria & labore uelle illos naturæ bonis ſuperiores prætergredi uidereris, ijs uero, qui mirificas animi tui dotes compertas haberent, nihil uelle ingenio, nec indulgentisſimæ naturæ liberalitati debere exiſtimareris. itaque & illorum conſilio ductus, & tuo exemplo propemodum coactus, non ualdè ſaluti couſulens, quàm te omnino negligere præ ſtudijs uidebam, nec parum faſtidij exhauriens in uarijs iuris auctoribus percurrendis longum tempus non negligentem operam poſui. quæque illis magis probata ſunt conſpicatus in locos communes digesſi. ut ſi quando maius aliquod ocium mihi effulſiſſet, & ætas atque eruditio eo perduceretur, ut non iam laboris, ſed elegantioris iudicij ſpecimina deberem edere, illa interpretum placita accurate ſelecta accuratius explorarem, atque excuterem, et poſtea, ſi uideretur, in uulgus darem. eaq; in re non ſolum mihi, ſed & alijs iuris ſtudioſis uſui forem. Nam cum fieri nequeat ut ars aliqua interpretes non requirat, & ſuccenturiata illorum auctoritate uti neceſſe habeat ijs omnibus in locis, in quibus primi ipſius authores uel non ſatis aperti uideantur uel pœnitus deſiderentur, nulla certè melior ueriorq; ratio in interpretum ſelectione ac probatione excogitari poteſt, quam quę in antiquisſimis Athenienſium, Lacedæmoniorum, Perſarum, Romanorũ, & totius deniq; ferè orbis terrarũ rebus publicis eſt obſeruata, hodieq; conſtanter obſeruatur, ut plures

numero nec iuri aperto apertè, nec euidenti iuris rationi refragantes paucioribus ſint potiores. quippe quia nec fas eſt credere improbabilem rem pluribus eſſe probatã, nec multos magis ac ſępius uel falli, uel fallere, quàm paucos. quam ob cauſam tametſi ſemper ac maxime noſtra hac tempeſtate identidem mecum recolam, probem, ac tenaciter amplectar diuinam illam uocem, Fuge, Tace, Quieſce, *quæ prudenter illam audituris Arſenij Patricij Romani auribus ab incerto authore miſſa olim fertur: placeatque mirum in modum illud alterius,* Bene uixit qui bene latuit, *& illud rurſus alterius,* Tibi & Muſis, *non leuiter ob uarios ætatis noſtrę tumultus cordi ſit, tamen non pœnitendum operæ precium fore putaui, ſi nauſeam impolitioris ſcripturę utilitati publicæ, ac meę priuatę poſtponerem, & receptas omnium principum iuris interpretum ſententias, è quibus omnibus potuiſſem locis quàm diligentiſsimè collectas in facilem ac promptum ordinem diſtribuere, & cùm opus foret, etiam cogerem, atque eas tandem omnibus communicarem. Cumqúe ſex iam abhinc annos librum unum obſeruationum iuris Lugduni excuſiſſem, uolui etiam frequentibus amicorum tum precibus, tum adhortationibus inductus, quod id temporis multis nec leuibus laboribus perſunctus eo in opere perfeceram, foras unà dare. Sed cœpit repentè ciuitas illa uarijs belli inteſtini fluctibus ita exagitari, ut nemini diuturnior commoratio illic tuta eſſe uideretur. quamobrem à propoſito uolens nolens ſtatim deſtiti, atque in has Italię oras omni humanitatis, ac bonarum literarum genere grauidas magnis itineribus contendi. Nec eam certè operis publicandi moram admodum grauatè tuli. quia illud eius generis eſſe intelligebam, ut non ſolum alijs atque alijs in dies inuentis & collectis, ſed & nouiter conditis atque effectis doctorum placitis posſit creſcere. Nunc uerò cum & illud non parum creuiſſe autumo, & amicorum precibus diutius non aſſentiri, ac ſtudioſorum expectationem longius remorari in honeſtum nefasqúe fermè duco, in hominum manus ipſum ſub lepidisſimis tui nominis auſpicijs, charisſime ac doctisſime frater, edere prorſus decreui. Sunt enim tot ac tanta tua in me merita, ut fœdisſimum ingrati crimen, à quo cum primis incredibiliter abhorreo, proculdubio ſuſcepturus ſim, ſemper quà posſim, quamquę maximam poſſum tibi gratiam habeam, ac referam. Tu animum, ac munus ęqui boniqúe conſule, & diutisſimè ac felicisſimè Vale. Patauij pridie Calendarum Nouemb. anno 1568.*

EMANVEL SOAREZ

A RIBEIRA I. V. C.

THEODOTO DARDERIO VIRO CVM PRIMIS GENERIS ANTIQVITATE NOBILI, ATQVE ERVDITIONE ET DOCTRINA EXCELLENTI P. P.

MVLTA ſunt, Theodote eruditiſsime, quæ mihi ſemper perſuaſerūt nullā penitus eſſe artem, cui iuris prudentia faſces ſubmittere, uel cedere ratione aliqua debeat, nullāque eſſe diſciplinam, quam uehementius appeti, ſtudioſius coli, ac uenerari deceat. quippe quia ſi antiquitatem rei contempleris, nulla prior, nulla antiquior excogitari poteſt. ſi quidem uel cum ipſo Deo optimo maximo ſimul nata eſt iuſtitia, quæ non magis ſine illo mente & cogitatione concipi, quàm ille ſine ipſa poteſt. huius interpres, ſequeſterque ius eſt. ut non de nihilo & Solomon poſt hominum memoriam prudētiſſimus ac ſapientiſſimus hanc iuſtitiæ ſapientiam ante rerum omnium creationem extitiſſe, atq; ipſum terrarum orbem, & quæ terrarum orbe continentur, per illam producta eſſe literis tradiderit, & ſtoicorum princeps Zeno naturalem legem Deum eſſe, ac Deum duntaxat eſſe arbitratus ſit: & Chryſippus eiuſdem ſectæ hominum acutiſsimus interpres legis perpetuæ & æternæ uim quæ quaſi dux uitæ, & magiſtra officiorum ſit, Iouem eſſe dicat: ac denique iſta de cauſa memoriæ prodiderit Cicero romanæ eloquentiæ fons, uim legis ad rectè facta uocandi, & à peccatis auocandi non modo ſeniorem eſſe, quàm ætatē populorum & ciuitatum, ſed & æqualem illius cælum atq; terras tuētis & regentis Dei. Nec ſanè credibile eſt aut ullam artem ante alicuius mortalium ſocietatis conſtitutionem reperiri potuiſſe, aut aliquam hominum ſocietatē ſine iuris uinculis conflatam fuiſſe. cum abſq; iuſto illius imperio non magis domus ulla, aut ciuitas, aut gens, aut deniq; genus hominum uniuerſum ſtare queat, quàm noſtra corpora ſine mente, ſine neruis, ſine ſanguine, ac ſine membris conſiſtere. quin etiam nec illi qui flagitijs & ſceleribus paſcuntur, ſine ſacroſancta ipſius iuſtitia uitam poſſint agere. quamobrem proculdubio iſthæc iuris prudentia cæteris omnibus artibus ac diſciplinis prior antiquiorq; cenſeri debet. quòd ſi materiam illius ſpectes, læta adeo, ſplendidaq; eſt, ut pro dignitate ſatis uerbis comprehendi, nedum pro meritis laudari nequeat. etenim cum duo potiſſimum iuris ac legum membra ſint, quorum alterum ad Deum ipſum rerum omnium auctorem ac parentem, & ad illius cultum ac ceremonias referatur, alterū ad mortalium ſocietates firmandas, ſtabiliendas, augendas, atq; ornandas, & in paratiſsimo ac feliciſſimo rerū omnium ſtatu ponendas & conſeruandas pertineat, uides planè, ni fallor, Theodote chariſſime & doctiſsime, quā difficile, arduumq; ſit huiuſce artis materiam uel ut par eſt laudare, uel ut fas ratioq; dictat explicare. quæ de cā dicam duntaxat totam illam in eo eſſe poſitam, ut quæ uerè bona ſint, non inanibus ac futilibus diſputationibus perquirat, ſed re ipſa doceat & commōſtret: quibus uirtutibus, & quo pacto tum erga Deum, tum aduerſus hominum genus noſter animus ornetur, & cohoneſtetur, non impeditiſsimis altercationum laqueis, ſed breuiſsima, ac facillima oſtendat uia: qua deniq; ratione & in perpetuam ac genuinam nos noſmet libertatem aſſerere, & cum Deo optimo maximo quàm propiſsime coniungere, & conſociare poſsimus, paucis ac certiſsimis definitionibus cōſtituat, quocirca nemo fermè uel priſcis ſeculis, uel maiorum noſtrorū ætate huius iuris materiæ tractationem humanis aſcripſit ingenijs. mitto ueras leges legum omnium principium ac fundumentum ab uno & uero Deo originem traxiſſe: tantum de illis loquor, quæ à nationibus ueræ religionis myſterijs haud initiatis uel latæ uel probatæ ferūtur. has enim etiam nemo mortalium niſi rebus alijs in omnibus impendio quàm arrogans ſibi uindicare, atq; attribuere auſus eſt. Nota ſunt Minois cum Ioue colloquia. Notæ Lycurgi cum Apolline confabulationes. Noti Numæ cum Aegeria congreſsus. Nota Solonis cum Pallade, Charundæ cum Saturno exputata conſilia. Nota denique aliorum legum latorum à diuis petita, ac deprompta fides, & authoritas. Nec profecto Ariſtotelem uirum magna multarum artium cognitione præditum hæc iuris materiæ dignitas latuit. Siquidem perſpicuè alicubi et ingenuè fatetur tum hanc artem κυριωτάτην καὶ ἀρχιτεκτονικὴν omnium eſſe, tum cæteras omnes præcipuas atq; ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων modis omnibus ὑπὸ ταύτην εἶναι, huiuſq; fine humanum bonum contineri. quamobrem non iam ſolum iuris diſciplina cæteras omnes artes temporis antiquitate præibit, ſed & exaggeratæ atq; excelſæ materiæ maieſtate longè eas poſt ſe relinquet. Sin uerò quæ ipſam adeptos præmia ſubſequantur quæras, non dubiū eſt, quin hæc etiam in re cæteris facultatibus antēſtet. quamuis enim iniuſtiſſimum eſſe arbitretur ille iuſtitiæ mercedem quærere, & alter ipſammet uirtutem luculentum ſibi precium eſſe cōcinat, tamen nihil profecto de ampliſ-

ſimo uirtutis gradu detrahi exiſtimo, nihil de ſublimiſſima rerũ honeſtarum dignitatẽ ac faſtigio demi reor, ſi ſtudioſis illarum ſectatoribus magnas ingentium præmiorum illecebras eſſe fateamur. quapropter & huic nobiliſſime, ac præclariſſimæ arti nobiliſſima, & præclariſſima propoſita ſemper eſſe præmia aſſirmo. quæ ut paulo altius repetam, conſtat ſanè nullam in rebus humanis aut maiorem, aut illuſtriorem unquam extitiſſe dignitatẽ quàm regalem. Hæc enim Dei optimi maximi perſonã, ac potentiam in terras, terrarumq; mortales induere, ac repræſentare merito uidetur. Eam altiſſimo loco poſitam dominationem illi primum conſequuti ſunt, ſi Herodoti, ac reliquorum priſcorum, & locupletum auctorum fidem ſequimur, qui benè morati ipſi benè uiuendi alijs, ac iuſtitiæ conſectandæ leges ferre, uiamq; ac modum ad id commodiorem poſſent oſtendere. ut non immeritò ſapientiſſimus ac luculentiſſimus teſtis Solomon per hanc legum & iuſtitiæ ſcientiam reges regnare, gubernatores ac principes imperare, & illuſtres eſſe totius terrarũ orbis præſides magnis uocibus teſtificetur. quin, quod longe maius ac præclarius eſt, non ſolum hæc una iuris facultas exaggeratam regni maieſtatem olim conſtituit, ſed & hodie quoſuis uel infimo loco natos homines uice reges ipſos creat ferme reges atq; imperatores. ac ſanè eo ipſis maiorem in illos tribuit potentatum, quanto magis illi ueri principes ac reges uirtutem colant, regni utilitatem procurẽt, ac iuſtorũ nomen (quo & noſtra ætas, & candidum priſcorum æuum uirtutum omnium clariſſimam comitatum indicare conſueuit) ſibi conciliare nituntur. quid hic præterea addam unam hanc iuris prudentiam præmiorum ac pœnarũ (quæ duo ſolum Deos eſſe Democritus apprimè philoſophiæ catus exiſtimauit) promam, & condam eſſe quid deinde adiungam ſic gentes omnes, ac gentium omnium conuentus a conſultis huius ſcientiæ interpretibus pendere, ut illos libertatis fundamentum, dignitatum omnium uinculum, & locorum, ubi degunt, mentem, atq; animũ arbitrentur? hæc igitur atq; alia quæ longiſſimũ ac difficilimum eſſet omnia percurrere, chariſſime & doctiſſime Theodote mihi a primis annis incredibilem iuris prudentiæ amorem ingenerarunt, quo illam tum ipſe colo, ueneror, ac pro uirili explicare, & ab ea ueterum interpretum balbutie aſſerere obnixe conor, quæ non mediocriter fœdata multum ſui primi ac genuini decoris, & ſplendoris amiſit, tum alios ſelectioribus bonarum literarum ornamentis conſpicuos ad idem maiorem in modum cohortor. quod & antea ſumma cum laude poſteris prælucentes nonnulli ſumma eruditione uiri præſtiterunt. quamuis etiam illorum aliquot ampliſſimam hanc iuris prudentiam grammatices, aut theorices inſtar tractantes non minori culpa, atq; adeo impietate, ſe in illam obſtrinxerũt, quàm ob miſerandam barbariem ueteres illi alij; quos non tàm homines, quàm laruas eſſe atq; umbras, & ſe ſe tamen non aliter uenditare quàm ſi Sibyllinorum oraculorum interpretes forent, appoſitè cenſet Ammianus Marcellinus. ſed de ijs latius opportuniuſque forſan alibi. inſtitutum igitur meum, atq; antiquum animi propoſitum inſiſtens Theſaurum receptarum ſententiarum iuris interpretum typis excudendum commiſi, in quo ueterum ac neotericorum ius enarrantium prudentiam frequentius placitam latinè ac non impolitè, ni me animi fallit, comprehenſam omnibus iuris ſtudioſis, tibiq; cum primis Theodote chariſſime & eruditiſſime propono. poſtquam enim mihi tecum amicitia interceſſit, non deſino rariſſimum tui animi candorem exoſculari, ſeriam eruditionem laudare, uariam ac ſolidam doctrinam celebrare, conſtantiſſimam morum integritatem admirari, & denique commemorabilem tuam in Deum optimum maximum pietatem uehementiſſimè ſuſpicere, atque amplexari. Tu librum diligenter identidem percurres, & una nobiſcum hanc iuris explicandi, atque exornandi prouinciam aliquando ſuſcipies. Vale quàm diutiſſimè, quàmque feliciſſimè mi Theodote cariſſime, & doctiſſime. Patauij prid. Calend. Nouemb. anno 1568.

EMANVEL SOAREZ
A RIBEIRA I. V. C.
Iuris vtriuſque Studioſis S. P.

NON dubito, ſtudioſi lectores, quin uariæ hominum ſententiæ de hoc meo labore futuræ ſint: alioſque aliud magis ingenioſum & acutum ſcribendi genus, ac totum ad ſubtilitates ſcholaſticas ſpectans deſideraturos eſſe, alios in hoc ipſo ſcribendi genere uberiores doctorum allegationes optaturos, alios uniuſcuiuſq; opinionis fundamenta, rationes, & accuratum examen flagitaturos, alios quibus iſthæc placita exceptionibus conſtringantur, quibus rurſum ampliationibus dilatentur, latius, & copioſius declarari requiſituros, alios denique nouum locubrationum argumentum excogitari, nō uiam ab alijs iamdudum factam inſiſti decere magnis contentionibus aſſerturos. quibus omnibus ſi minus in præſenti ſatisfecero, & inuidos atque iniquos illorum tumultus minus compeſcuero, contentus tamen ero æquiori doctiorum iudicio probari. cū uideam & de ſummis quibuſque rebus, atque adeò de ipſo Deo optimo maximo multas ac diuerſas olim fuiſſe, hodieque eſſe mortalium ſibi perperam ac nefariè applaudentium opiniones. nedum ut de me, ac de meo tenui tum ingenio tum induſtria ſibi quippiam deblaterandi licentiam aſciſcant. quod igitur attinet ad aliud acutius, ſubtilius, & ſcholarum diſputationibus accommodatius ſcribendi genus, & nos iam illud in iuris obſeruationibus, & in compluribus ad uarios iuris titulos commentarijs tractauimus: & ſanè ſi mera rerum ueritas ſpectetur, nunquam fuit permittendum, nunquam erit ferendum ut iuris diſciplina (quæ uera uerè philoſophia eſt moralis, & tota in moderandis utiliter hominum factis uerſatur, eoque à ſui inuentoribus relata eſt, atque ab eiuſdem cultoribus, & interpretibus referri prorſus debet) in uanis, inutilibus ac certè à rerum uſu alienis altercationibus ponatur. ut non immeritò quidam haud proletarius author conqueratur adoleſcentes illo rerum tumore, ſententiarum uaniſſimo ſtrepitu hoc tantum proficere, ut cùm in forum uenerint, putent ſe in alium terrarum orbē delatos. atque ideò exiſtimet illos in ſcholis ſtultiſſimos fieri, quia nihil ex ijs, quæ in uſu habemus, aut audiunt, aut uident. doctorum auctoritates accumulare prætermiſi, quia ipſa communis opinio illarum congeriem præ ſe fert, cum aliter communis dici nequierit, quàm ſi multi interpretes in eandem ſententiam conuenerint. deinde quia me ſemper piguit, quod alios pleroſque nec pudet, nec piget, authorem aliquem neotericum laudare uel non laudare, & eos, quos ipſe laudat, exſcribere. itaque ſatis, ſuperq; fore duxi ſi recentiorem quempiam antiquiores plenè allegantem citarem, tametſi & eos, quos ipſe, hincinde diligenter colligit, nominatim non referrem. rationibus uerò, & fundamentis ſuperſedi, tum quia repertu facilia eſſent apud eos, quos laudo, tum etiam quòd cùm præiudicata communium opinionum authoritas tanta ſit, ut fermè ſemper in praxi rerum omnium optima doctrice ab illis diſcedere nefas ducatur, ſuperfluus, ſaltem longus is labor futurus eſſet. Examen ad obſeruationum contra communes opiniones libellos reſeruaui, qui Deo dante paulo poſt in hominum manus uenient. obiter tamen quæ mihi opiniones etſi receptæ miniatula cera digniores uiſæ ſunt, indicaui. At ampliationes, & exceptiones, quæ communes dici adhuc non meruerunt, in regularum iuris theſaurum retuli, quem cum alio uerborum iuris theſauro propè diem, ſtudioſi lectores, nanciſcemini, ſi hunc uobis gratum eſſe luculenter oſtenderitis. quod alij porrò huiuſce generis argumentum pro uitili tractauerint, nihil mi-

hi officere debere, ſi quis rem diligentius, ac benignius conſiderauerit, arbitror. Si quidem non argumentorum nouitate, non titulorum inſolentia occupatis, & intricatis hominum animis ad famam graſſandum eſt, ſed magis utiliter ab alijs inuenta digerendo, poliendo, atque ampliando publicis mortalium uſibus conſulere oportet, & quod inde nominis decus ſubſequetur, par eſt appetere. quamuis complures uiri claſſici mihi teſtes eſſe poſſint, multos ante annos me id genus lucubrationes inſtituiſſe, & excuſurum fuiſſe, ni refragantibus temporum neceſſitatibus eſſem impeditus. Sed equidem non ita ambitioſus ſum, ut alter ille, qui ijs male precabatur, qui antea ab ipſo inuenta ante ſe publicaſſent: nec rurſum ita inuidus ut illis præmeritam laudem detrahere ratione aliqua affectem uel nitar. Argumentum eſt commune, materia non à multo ingenij acumine pendens, nec ab exquiſitis, & ſecretioribus libris promenda, ſed & à frequentiori interpretum caterua crebrò inculcata, & à uulgaribus & notioribus commentarijs repetenda. quamobrem ſi quis poſt hunc noſtrum laborem eadem eruditius & accuratius tractare, ac latioribus pomærijs proferre molietur (quemadmodum in pleriſque omnibus quà Græcę, quà Latinæ, quà Hebraicæ rei theſauris cum ſumma reipublicæ utilitate factitatum eſt) macte uirtute eſto interim his noſtris uigilijs ſtudioſi lectores æquis animis fruimini, & gratos uoſmet, vt dixi, erga illas atque illarum authorem oſtendentes duos illos alteros Regularum, ac uerborum uiris theſauros opprimini. Valete. Patauij prid. Calend. Nouemb. anno 1568.

THESAVRVS RECEPTARVM
SENTENTIARVM,
Quas vulgus Interpretum Communes Opiniones vocat.

AVTHORE EMANVEL SOAREZ A RIBEIRA PRAECLARISSIMO V. I. DOCT.

1 ABORTVS qui cãm præ
ſtitit,prægnantẽ percu
tiẽs,capite plectit,ſi fœ
tus aĩatus iã erat, aliàs
ſuppliciũ extra ordinẽ
luet.cõe interpretũ pla
citũ atteſtãtur Blãc. &
qui eũ laudat Iul. Clar.
in pract.§.ult.q.78.uer.
abortum procurãs.in fi.
Et ſi lõge uerius,æquius
ꝗue ſit,nunquam huic capitis pœnas infligendas eſſe,
ſeu animatus , ſeu inanimis fœtus abortu perierit ,
ſi modo prægnãs unà mortem non obierit,ut luculẽ
ter probat fons iuris iuſtitiæꝗue omnis ſacroſãcta di
uini Moſis lex Exod.21.cuius ſñia ab Accurſ. in l.Di
uus ff.de extr.crim. in aliud omnino contrariũ eius,
qđ præcipit,perperã accepta,nihil aliud uerè ſancit,
ꝗ, ut qui grauida muliere percuſſa abortũ intulerint,
mulcta arbitraria puniãtur, ni pernicies ipſius mulie-
ris inſequuta ſit.alioquin ſi nõ ſolũ ſpes hois , ſed ma-
ter uera,homo è medio auferatur,uitã pro uita,oculũ
pro oculo,dẽtem pro dente &c. pẽdi iubet. & hoc ẽt
ſi diligẽtius inſpiciatur iiſdem fermè uerbis , quo ad
mortis pœnã cõſtituit.l.ſi quis aliquid.§.q abortionis
ff.de pœ.ppõuit.l.ſi mulierẽ, ff.de ſica.d.l.Diuus.tra
dit elegãter,ac uerè Alex.poſt Bal.in l.qđ dr.nu.4.ff.
de lib.& poſthu. & qui ſeſe hac in qõne uarijs modis
induit Aegidius Boſſius in prac.tit.de bom.nu.6.qua
ẽt de re nos alibi latius,& cõmodius.ſiq̃dem in pſen
tia titulũ operis præoculis ſemper habebimus , ac re
ipſa Plin.Iunioris cõſilium ſequemur li.5.epiſt.6.in-
gentis:Primũ ego officiũ ſcriptoris exiſtimo, ut titu
lũ ſuum legat,atq; identidem interroget ſe,q̃d cœpe
rit ſcribere:ſciatq; ſi materiæ immoratur, non eſſe lõ
gum: longiſſimum ſi aliquid accerſit,atque attrahit.
2 Abſens lite non conteſtata ijs de criminibus nequit
iure ciuili condemnari,quibus corporis pœnæ indi-
cuntur. ut frequenter Doctoribus probatum inquiſit
Anto.Gomez meus olim iuris Doctor in l.76.Tau-
ri.nu.1.Boſſ.in tit.de requiren.reis num.1.in fi.idem-
3 que Pontificum iure receptum affirmat Abb. in cap.
ueritatis nu.20.& 27.de dolo,& contum.at in ijs,qui
4 bus pœnæ nomine uel relegatio, uel quidpiam rele-
gatione minus infligitur,ritè condemnabitur. cõmu
ne interpretum dogma aiunt Bal.in fi.Saly.nu.14.in
l.abſentem.C.de accuſa.& ij, quos laudat Clarus op
timè de utriuſque iuris ſtudioſis meritus in pract. §.
ult.quæſt.44.
5 Abſens quibus in criminũ cauſis iuxta ſtatuti formã
damnari poteſt,& procurator eius nomine interue-
nire poterit.commune axioma recenſet Ang. in l.pe.
§.ad crimen falle.9.ff.de pub.iud. & qui eum retulit
Auguſt.ad Ang.de maleſic.uer.qui iudex uidens , &
6 uberrimè hanc rem agens Iul.Clar.in pract.§. ulti.q.
33. quin & iiſdem in cauſis pro abſente iudex ſuamet
ſponte probationes inducet.ut frequenter iuris au-
ctoribus placitum aiunt Alex.nu.29.Rip.nu.74.& ſe
quen.in l.4 §.hoc autem iudicium.ff.de damno infec.
& qui id diligenter explicat Iul.Clar.in pract.§.ult.
q.61.uer.ſed hæc quidem.
7 Abſens,atque ignorans effecta,& acquiſitiones,quę
legi alicui accepto ferri debent, conſequitur ut com
mune aio ex Ange. & Anch.quos laudat,& ſequitur
Aymon.in rub.nu.77.ff.de leg.lib.1. & ex ijs,quos al
legat eruditus,& iuris apprimè catus Alcia.in c.cum
contingat.nu.231.uer.ſecundo quia de iur. iur.& ui
de infra uer.legis,lucra,& effecta.
8 Abſenti reip. cauſa reſtitutio ad appellandum con-
ceditur.ut communem eſſe opinionem ait Are.cõſil.
160.nu.7.late Tiraq.de retract.lign.§.35.gl.4. n.46.
amicus noſter Nic.Ant.Grau.ad Veſtrium lib.8.c.3.
9 nu.20.efficietque huiuſmodi reſtitutio ut abſentiæ ,
impedimenti uè tempus de medio ſubmoueatur. ut
receptum aſſerit Balb.de præſcr.par.6.q.1.caſu 11.n.
10 26. peti tamen ea debet infra quatuor annorum ſpa-
cium ab eo tempore auſpicaturum, quo uel læſio ma
iori in ætate complebitur, uel impedimẽtum euanue
rit,ut frequens doctorum enunciatum facit:idẽ Bal.
11 eod.in loco nu.27.nec oberit ſi longiſſima antea cu-
curreri t præſcriptio, ut communem ſententiam enũ
ciat Tiraque.d.§.35.glo.4.nu.47.
12 Abſentiæ cauſas propoſiturus non eget mandato.
ut commune placitum inſit Præpoſ.in c.ſi quando.2.
q.6.nu.21. & quia ea de re accuratè differit Iul. Clar.
13 in pract.§.ult. q. 33.uer.ſed nunquid.egebit tamen ſi
tanquam procurator uelit defendere,ut receptũ aſſe-
uerat Iaſ.in l.is qui nu.7.C.qui teſt.fac.poſ.
14 Acceptilatio uni ex pluribus correis expreſſim ſin
gulariter indulta alijs correis nec oberit, nec prode-
rit.ut magis frequenter placitum affirmat elegantis
doctrinę,atque eruditionis uir egregius,& mihi mul
tis nominibus obſeruandus Ioannes Ronchegallus
gioldus in l.2.nu.110.ff.de duob.reis.
15 Accreſcendi ius in hæreditatis emptorẽ , aut alium
non generatim ſuccedentem non tranſit,tametſi in le
gatis boneſtatos tranſeat.commune ponunt Iaſ.nu.
106.Rip.nu.90.Polit.nu.44.Crot.nu.44.in l.recon-
iuncti.ff.de ſeg.lib.3.
16 Accreſcendi iuri tum locus nullus eſt, cum portio
nis defectus hæredis culpæ, delicto uè aſcribitur. ut
communem opinionem eſſe renunciat Ant. Gomez
de teſtam.cap.10.nu.30.
17 Accreſcendi ius & in emphyteuſi , & in feudo ſi-

let.communia refero.infra uer.emphyteuſis. & uer.
feudum.

18 Accuſare nemo eum cogitur, à quo offenſus eſt.
ut commune inquit Didac. à Couarru. lib. 1. reſolut.
capit. 2. ad finem.

19 Accuſare plures tunc ſimul poſſunt, cum illorum
uel officij uel alterius utilitatis nomine intereſt. cōe
aiunt. Aret. in c. olim. nu. 10. de accuſat. Hieronym.
ad Ang. de malefic. uer. & ad querelam nū. 65. & qui
hac de re accuratè differit Iul. Clar. in pract. §. ult. q.
13. ubi etiā quando plures ſimul accuſari poſsint, uel
unus pluribus delictis unū in libellum congeſtis in-
feſtari queat, cū receptis ſententijs memoriæ prodit.

20 Accuſatio iudicis officium, non actio cenſetur. ut
commune inſit Berotus, in rub. n. 7. in fin. de accuſat.

21 Accuſatio nec iā hodie in ſcriptis fieri neceſſe ha-
bet, ut atteſtatur Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 12.
22 uer. quæro. nec honeſtiſsimæ, & iuſtiſsimæ ſubſcri-
ptionis metu retardatur. ut receptum ponunt G g.
de crimin. læſ. maieſt. q. 1. nu. 7. Did. à Couarru. lib. 2.
reſolut. capit. 9. nu. 3. Iul. Clar. d. q. uer. cæterum ho-
die. & ſi abſque ea accuſatorem talionis pœnis obnō
xium hodieque ſore affirmēt. Aret. & alij quos refert
23 idem Clarus eodem loco uer. de iure autem. quod ta-
men intellige de iure, nam & uſu id etiam improba-
tum eſt, ut atteſtatur late idem Clarus in eod. §. ult. q.
81. uer. ſed quæro.

24 Accuſationis libellus diem, menſem, ac locum cō-
tineat, neceſſe eſt. ut commune ponit late Viuius lib.
1. opi. 19. latius, & accuratius Iul. Clar. in pract. §. ul-
ti. q. 12. uer. dixi exprimendum cum ſequentibus, &
Ant. Gomez de delict. cap. 2. num. 15.

25 Accuſatio non impeditur quod reum criminis pœ-
nituerit. ut commune aſſeuerat Aret. in cap. accuſati
nume. 5. de accuſat. Iul. Clar. in pract. §. iniuria uer. ul
ti. & in §. ult. quæſt. 12. uer. item quæro. & quæſt. 60.
uer. fui quandoque.

26 Accuſatio priuati criminis cuilibet populari com-
petit ſi & duntaxat nummaria multa, & duntaxat ad
fiſcum peruentura infligatur. commune affirmare au-
ſim ex Imo. in l. 1. nu. 10. ff. de pub. iud. Hippol. in l. ſi
quis ne quæſtio nu. 125. ff. de quæſt. August. ad Ang.
de malefic. uer. nec non ad querelam num. 9. accuratè
27 Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 17. uer. pen. excipe cum
crimen præcipue aliquem tetigit: nam tunc ei ſoli da-
da eſt actio. commune inquiunt Bald. in rub. nu. 9. C.
qui accuſ. non poſſ. Roma. conſ. 152.

28 Accuſatio in eum eius criminis intētari nequit, qui
illius nomine, uel ſemel damnatus, uel ſemel abſolu
tus eſt. commune aiunt Mantua conſi. 251. lib. 1. Ioan.
de Amicis conſi. 37. & qui latè iſthancce regulam tra
ctat Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 57. per totam.

29 Accuſationis ius non ideo euanuiſſe cēſetur, quod
iniuriæ, uel offenſionis remiſsio in conſcientiæ foro
inde ita proponitur. commune effantur Igneus in l.
Diuus nu. 25. & ſeq. ff. ad Senatuſcon. Syll. Did. à Co-
uarru. lib. 2. reſolut. c. 10. nu. 6. Iul. Clar. in pract. §. ul-
ti. q. 58. uer. ſed in propoſito.

30 Accuſatio criminis quin fieri poſſit, atque unà rei
ablatæ reſtitutio, aut dāni illati ſatisfactio peti queat,
nihil uetat. commune enunciant Are. in c. qualiter, &
quando in 2. §. ad corrigendos nu. 139. de accuſatio.
Cur. Iu. in l. edita nu. 198. C. de eden. Iul. Clar. in pra
cti. § ult. q. 3. uer. & hæc quidem.

31 Accuſatio ne probetur, accuſatorem calumniæ ar-
guit. cōmune interpretū effatum renunciant Abb. in
c. calumnia nu. 2. de pœn. idem Abb. nu. 5. Marian. n.
7. Fel. nu. 6. in c. 2. de calum. Iul. Clar. in pract. §. ulti.
32 q. 62. uer. dixi ſupra. amplia ut hoc idem procedat, &
ſi de calumnia iuſiurandum ſit nuncupatum. ut com-
mune inquiunt Alex. in l. properandum. §. ſin autem
nu. 21. C. de iud. & alij, quos refert Clar. d. q. uer. ſed
quid. non tamen id ſufficiet, ut accuſator expenſarum
damnari poſsit: ut uere reſoluit idem Clar. eo. in lo-
co. uer. ſed nunquid.

33 Accuſatio omnium criminum generaliter, & indi-
ſtinctè uiginti annorum ſpacio terminatur. ut frequē
ter placitum aiunt Ab. in c. cum haberet nu. 4. de eo
qui duxe. in matrimon. Ant. Gomez in l. 76. Tauri nu
me. 5. & qui rem hanc accuratè agit Iul. Clar. in pra
cti. §. ult. quæſt. 51.

34 Accuſatus a quo bona petuntur, illorum inuentariū
facere cogetur. commune pronuncio ex Bar. in l. mā-
datis. ff. de requi. reis. Plat. in l. defenſionis, C. de iur.
fiſci. lib. 10. Boer. atque ijs, quos refert Afflict. deciſ.
61. nu. 21. in ſi. Guid. Papæ deciſ. 351. & Pico, qui li-
cet dubitet, praxi receptum profitetur in l. poſt cōtra
ctum. nu. 96. ff. de donat.

35 Acta omnia generaliter opem teſtium exigunt. cō-
mune ait cum Saly. Dec. in c. quoniam cōtra n. 76. &
36 ſeq. de probat. nullos tamen teſtes certarum acta re
quirunt. commune effantur Lanfran. in illud idem c.
nu. 24. Marant. de iudic. 6. par. 2. par. prin. nu. 51. quia
37 & regulariter id genus acta rem euidentem, ſeu, ut
doctores fantur, notoriam reddunt. commune renun
cio ex Socin. Sen. conſi. 38. col. 8. lib. 1. Soc. Iun. conſ.
15. num. 18. lib. 1. Pariſ. conſi. 111. nume. 6. libr. 4. Ne-
uiz. conſi. 70. numer. 3. atque ex Iacob. Menoch. uiro
multæ doctrinæ, & eruditionis de recup. poſſeſſ. re-
med. 1. num. 132.

38 Acta inter alios exarata non probationi, ſed alicui
argumento erunt. ut frequenter interpretibus proba
tum ait Rip. in l. is apud. nu. 36. C. de eden.

39 Acta unius inſtantiæ, ſic enim cum doctoribus lo-
quar, inter eaſdem perſonas in alia fidem facient. cō
mune fatur Curt. Iun. in l. 2. nu. 93. C. de eden. niſi ſi
40 teſtes non eſſent publicati, ut fandi mos eſt. commu-
ne inquiunt idem Cur. eod. in loco, & Fel. in c. cum
cauſa. de teſtib.

41 Acta ciuilis iudicij fidem in criminali non faciunt.
ut cōmune eſſe doctorum axioma literis prodiderūt
Fel. in c. at ſi clerici, nu. 22. de iud. Rip. in l. is apud, n.
40. C. de eden. Iul. Clar. in pract. §. ult. q. 54. uer. item
ſi ubi id etiam in uer. ſeq. diligenter explicat.

42 Acta eccleſiaſtici iudicij non tenetur iudex popula-
ris (cui damnatus plectendus remittitur) approbare,
ac ueritate re aliter non comperta exequi. ut cōmu-
ne affirmant Matth. de Afflict. in 1. par. conſti utio.
Reg. rub. 27. nu. 32. Cur. Inn. in l. magiſtratibus. nu. 4.
ff. de iuriſd. omn. iud. Menchaca in 1. par. de teſtamē.
§ 6. nu. 16. & qui accuratè diſtinguit Iul. Clar. in pra
43 cti. §. quæſt. 96. uer. quæro etiam ut nec popularis iu-
dicis actis eccleſiaſticus iudex neceſſariò fidem adiū
gat. quemadmodum frequentibus doctorum calculis
approbatum aiunt Grammat. conſi. crimin. 42. nu. 1.
Viuius lib. 1. opin. 162. & Iul. Clar. in pract. §. ulti. q.
36. uer. ultim.

44 Acta cauſæ corrumpens, atque in illis peruertēdis
falſi crimine ſeſe obſtringens cauſam totam amittit.
ut commune enunciatum efferunt Dec. in c. cum ue-
nerabilis nu. 21. de excep. cum Alex. Did. à Couarru.
in rep. c. quāmuis pactum. num. 6. de pact. Iul. Clar. in
pract. §. falſum. uer. item propter.

45 Acta iameſi præſumptione muniantur, contrarijs
nihilominus probationibus rectè, ac ritè impugnata
euertentur. commune aſſerit Did. à Couarru. lib. 1. re
ſolut. cap. 1. num. 9.

46 Actio ad uindictam dicitur quoties cōtra eum pœ
nalis datur actio, cuius delictum patrimonio agētis
damnum nullum attulit: alias ſi quid ex illius re fami-
liari

liari ob delinquentis factum abfuerit,ad rē familiarē
perſeqoēdā data,& dicetur,& cēſebitur, ut eſt nota-
bi.Accurtij ſententia,in l.cū emancipati.§.emancipa
tus filius.uer.magis.ff.de collat.bon. quā illic omnes
probarūt.& ipſe receptam aſſero ex Bar.in l.prætor
edixit.§.1.col.2.ff.de iniur.Bal.in l.rei iudicatæ.§.1.
ff.ſolut.matri. Salyc.in l.ſi quis ſepulchro. col.3. C.
de ſepul.uiol.Ang.in §.non autē nu.7.inſtit.de perp.
& tem.act.Alex.in l.pœnales nu.4. ff.ad leg. Falcid.
Imol.Aret.& Iaſ.nu.3.in l.pro hærede.§.ult.ff.de ac
quir.hær.Iaſ.in §.pœnales.nu.95.inſtit.de action.
47 Actio ubi ſtatuto alicui negatur,nec accuſationi,
nec querelæ,nec iudicis officio locus eſt. cōmune a-
iunt Claud.in repet.l.ut uim.nu.23.in fi. ff.de iuſt. &
iure.Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.50.uer.poſſet etiā.
& ſi Alex. quem idem Clar.refert, atque improbat,
non improbabiliter contrarium receptum cenſeat.
48 Actionis appellatione officium iudicis latè com-
prehēſum cenſetur. commune interpretum dogma
affantur Alex.& Dec.uterque.nu.23.in l.1.ff.de iuriſ
diction.omnium iudicum,Iaſ.in princip.num.54.cū
ſequen. inſtit.de action. Viuius lib.1.opin.12. & qui
ſupra proximo uer.
49 Actionis expreſſio in libello non exigitur,nec in-
eptè facta libellum euertet. commune placitum ef-
fert Iaſ.in l.edita actio.nu.3.C.de eden.
50 Actio ciuilis,& criminalis ſimul intentari poterūt
ſi hæc principaliter,illa minus principaliter propo-
nātur.ut receptū atteſtātur Cur.Iun.i l.edita. n.198.
C.de eden.Roland.conſi.30.nu.2.lib.2. & qui accu-
ratè id exponit Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.2.
51 Actio tū confeſſoria,tum negatoria non aliter cō-
petat,quām ſi cōtradictio interuenerit:ad quam uer
bis deuentum in iudicio ſufficiet,& ſi nulla illius mē
tio libello inſeratur.commune pronunciat Iaſ.in l. ſi
prius.nu.16.& 18.ff.de nou.oper.nunciat.
52 Actio cōfeſſoria,ac negatoria non mō ſeruitutum
nomine, ſed & ob quæcūque alia iura incorporea cō
petet.ut commune inſit Iaſ. in l.ſi prius.nu.4. in fi. ff.
53 de non.oper.nunciat.quin & aduerſum eos qui præ-
ſentationibus(ut doctores fantur)impedimento, ob
ſtaculo'uè ſunt, rectè intentabitur. commune profi-
tetur Roc.in uer.ius.de iure patron.nu.6.
54 Actio publiciana uero,ac directo domino compe-
tere nunquam poteſt,ſed ijs duntaxat opem fert, qui
cauſam bona fide etiam à malæfidei poſſeſſoribus a-
dipiſcuntur,ut cōmune ponūt Alex. nu.9. Rip.n.31.
in l.rem quæ nobis.ff.de acq.poſſ.Iaſ.in.§.ſed iſtę qui
55 dem.nu.59.cum ſequentib.inſtit.de action.non tamē
cuiquam illorum prorſus competet aliter,quam ſi ua
cuam prius rei poſſeſſionem ſit conſequutus.ut com
mune aſſeuerant Alex.ubi ſupra.nu.8.circa fi.Viuius
lib.1.opin 8.qui opin.6.ex recepta interpretum ſen-
tentia huius publicianæ actionis finitionem ponit,&
opin.11.modum libelli ſcribēdi,& compluſcula alia
ad illam attinentia memorat.
56 Actio ciuilis & ſi ex crimine originem trahat,non
minoris temporis intercapedine quām triginta an-
norum preſcribetur.commune ait Igneus in l.cogni
tione.nu.185.ff.ad S.C.Syllan.
57 Actio perſonalis nullo præſcribetur tēpore,ſi ma-
la fides intercedat.commune inquit Balb.de præſcr.
4.p.q.8.nu.2.
58 Actionem ad ſoli res extero cedens nō in eam pœ
nam incidit,quæ illas illi alienanti indicuntur. com-
mune ait Claud.in l.Gallus.§. uidendum num.10.ff.
de liber.& poſth.
59 Actionum plurium,& diſsimilium exaggeratio in
eodem libello licita eſt,ut commune dicit Gomez in
60 cap. diſpendia. nume.33.de reſcript. lib.6. intellige
niſi ſi ex eodem naſcantur fonte, & cauſa: tunc enim
nec ſi actiones non eodem,ſed ad diuerſa ſpectent,il-
larum cumulatio admittetur. ut commune aſſenerāt
Iaffred.deciſ.287. Viuius lib.1.opin.4
61 Actiones,& iura tertiam bonorum ſpeciē à bonis
mobilibus,& immobilibus diuerſam conſtituūt. ut
commune pronūciant Alex.in l.1.nu.9.ff.de uulg. &
pup.& idem alijs in locis, atq; alij appellati ab Aym.
conſ.213. ad fin. Guid. Pap. quæſt.291. Tiraq.de re-
tract.lign.§.1.gl.7.nu.9.Beroius cū multis in cap.nul
li.nu.73.de reb.eccleſ.& inſignis iuris anteceſſor, ac
magnum ætatis noſtræ ornamentum Arius Pinel.in
prim.part.rub.nu.24.C.de bon.mat.
62 Actiones,& iura nec rerum, nec bonorum appel-
latione ad certum aliquem locum relata comprehen
duntur,uti nec generaliter certo loco circunſcribi cē
ſentur. ut frequentet interpretibus placitum atteſtan
tur Iaſ.conſi.5.col.5.liber.3.Soci.conſi.101.lib. pri-
mo,Corn.conſ.49.nu.10.lib.3.Alciat.in l.ult.nu.80.
C.de pact.Tiraquel.in l.ſi unquam, uer. bona, nu.9.
C.de reuocan.donat.
63 Actiones,& iura nō ſolum ſub expreſſa,ſed & ſub
tacita bonorum hypotheca intelliguntur obligata.ut
frequentibus doctorum ſuffragijs exceptum inquiūt
Dec.conſi.349.nu.10.Neguzant.de pign.4.membro
2.par.nu.165.
64 Actiones ex contractu ſeu iuriſgentium, ſeu iuris
ciuilis enaſcentes tolli à principe nequeunt.ut propi
tijs doctorum calculis generaliter munitum efferunt
Pariſ.conſ.101.nu.70.lib.1.meus & doctor, & alter
parens Arius Pinel.in rubric.prim.par.ca.2.nu.9.C.
de reſcind.uenditio.
65 Actor ni liquido qua in ciuilibus,qua in criminali
bus cauſis probauerit,abſoluendus reus erit. commu
mune effatum pronunciat Ial.in l.non eſt nouum nu
me.5.C.de eden.& alij paſsim.
66 Actus quo ſit modo inualidus nō ualet,ut poteſt,
ſi obligationem à duorum uoluntate pendentem cō-
cinnet.cōmune aſſerit Did.à Couar.de ſpōſal.2.par.
cap.3.nu.2.ad fi.& ſeq.
67 Actus inualidus ut ſit,nō obſtat,quo minus id ua-
leat quod & ſub eo comprehēditur, & illo modo ge
ri poterat.ut commune ait idem Did.à Couar.in lau
dato ſuperius cap.3.nu.5.prope fin.
68 Adeundæ hæreditatis facultas ius cenſetur cōmu-
ne ait Aret.in l.3.col.2.ff.de acquir.hæred. affirmant
ibidem Iaſ.nu.10.& idem Iaſ.in l.cū filiofam.n.110.
ff.de leg.lib.1.& in l.licet col.2.C.de iur.deliber.De
ci.nu.3.poſt alios in l.3.C.de inſtit. & ſubſtitut. & ſi
Cuman.Riminal.& alij ad l.precia rerum.ff. ad leg.
Falcid.non leuiter ea in re hallucinentur.
69 Adeundæ hæreditatis iuri preſcribitur triginta an
norum ſpacio.ut cōmune teſtatur Balb. de præſcrip.
70 4.part.quartæ part. princip.29 quæſt. filij tamen ex
capite tantum,unde liberi ea triginta annorum exce
ptione excludētur,nō uero unde legitimi intra alios
triginta annos.ut commune dicit Alex.cōſ.80.lib.2.
& late Anton.Gomez.de teſtamen.cap.9.nu.29.quin
71 nec extraneis ex ignorantia reſtitutio negabitur. ut
commune aiunt Socin.in l.cum filius.§. in hac. ff. de
uerb.oblig.Dec.conſi.303.
72 Adeūdæ hæreditatis ius tunc ad fiſcum cum cæte-
ris proſcripti bonis defertur, cum ad hæredes extra-
neos tranſmitteretur.cōmune inquiūt Iaſ.in l.ſi quia
mihi bona §.ſeruus municipū ad fi. ff.de acq. hæredi.
Iul.Clar.in pract.§.ult.q.78.uer.ſæpe contingit.
73 Adiudicatio pignoris, uel cuiuslibet alterius rei
de debitoris fortunis facta iudicialiter(ut doctorum
ore loquar)nō periclitēt cōſtitutiōe.l.2.C.de reſcin.
uend.ut cōmune affirmant Rebuf. in 2. Thom.ad le-
ges

ges Gallic.tract.de reſcin.contract.nu.41. Arius Pi-
nel.in eand.l.prim.par.cap.4.nu.10.
74 Adminiſtratores negocia inſueta aggreſsi damnũ
omne etiam à fortuito caſu ortũ præſtant.ut frequẽ
ter interpretibus probatum enunciat Curt.Iun.con-
75 ſil.19.nu.5 nec lucrum ea in ſpecie cum damno com
penſant.commune dicit & idẽ Curt. & eodem loco.
76 Adminiſtratores omnes poſſunt tranſigere rem ſer-
uantes, & aliquid erogantes. commune inquit Arius
Pinel.præclarus iuris & interpres, & reſponſor in l.
1.3.par.nu.46.C.de bon.mater.
77 Adminiſtratores publici liquido debitũ nequeũt
pacto remittere, & ſi non curantia poſsint.ut cõmu-
ne profitetur Iaſ.in l.præſes.nu.15.C.de tranſact.
78 Aduena iuriſdictionẽ inter ſubditos exercẽtis iu-
re prorogat. commune ait Iaſ. in l. teſtamenta. nu.1.
C.de teſta.
79 Adulter quãdo,à quibus,& quomodo impune oc
cidi poſsit,cum mulieris receptis ſententijs tradit co
pioſe Iul.Clar.in pract.§.homicidium uer.dixi etiam
cum ſequentib. cuius induſtriam hac in re conſulant
ſtudioſi.
80 Adultera uxor ob ſuſceptum crimen,& dotem ,&
arrhas, & paraphernа marito adiudicanda amittit.
commune dicunt Fel.in cap.paſtoralis col.3.de iud.
Thomas in l.2.nu.23.ff.ſol.matr.Rip.in rub. colu.3.
ad fin.extra de iud. Iul. Clar. in pract.§. adulterium
81 uer.& ſcias,& uer.adde.Viuius lib.1.opi.447. quod
æquè in ea uxore quæ nomine,atque opinione tenus
uxor eſt atque in uera & iuſta coniuge procedet. cõ-
mune ait numeroſa interpretum phalanx recenſa à
Did.de Couarru.de ſponſal.2.par.cap.7.§.6.nu.1.
82 Adulterium mulieri dotem repetenti non potue
runt mariti hæredes obijcere. ut commune dicunt
Rip.in l.2.nu.10.ff.ſolu.matrim.Anton.Gomez. in l.
Tauri.80.nu.68.at in contrarium doctores crebrius
iuiſſe aiunt Are.& Alex.in l.rei iudicatæ.§.hæredi.ff.
ſolut.matr.Boer.deciſ.238.nu.7.& congeſti à Did. à
Couarru.de ſponſ.2.par.cap.7.§.nume.9.quibus nõ
iniuria acceſsit Coſtanus de dotibus cap.6. num.27.
cum ſequentib.
83 Adulteriũ non iode iuris pœnis minus plectitur,
quod mulier, quacum ſuſceptum eſt, proſcripta fue-
rit, ac necari impunè potuerit.ut commune docto-
rum placitum aſſeuerant Dec.in capit.quæ in eccle-
ſiarum nume.16.de conſtitutio.Gyg.de penſion.quæ
ſtio.18.nu.2.Iul.Clar.in pract.§.homicidium uer.ſed
an ſtante.
84 Adulterium ſæpè ſæpius cum eadem muliere ſu-
ſcipiens pœnas illi ſtatuto indictas ſemel tantũ luit.
ut commune affirmant Did.à Couarru.lib.2.reſolut.
cap.10.nu.8.ad fin. Iul. Clar.in pract.§. adulterium
uer.ſed pone.
85 Adulterium patratũ is indulſiſſe maritus uidetur,
qui illius gnarus rem poſtea cum uxore habuerit. ut
commune latè ait Didac. à Couarru.de ſponſ.2. par.
cap.7.nu.7.
86 Adulterium non is cõmittere intelligitur,qui alte
rius maritus cum alia cœlibe fœmina rem habet. ut
ex multis cõmune ponit Iul.Clar.in pract.§.adulte-
rium uer.tribus autem modis.
87 Adulterij cauſa ad utriuſque fori iudices æque ſpe
ctat,ut frequenter placitum teſtatur Alc.in ca.1.nu.
18.de offic.ordinar.Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.37.
uer.quæro.
88 Adulterij damnatio maſculis mortem infert.cõmu
ne aiunt Alex.conſ.13.nu.3. lib.7. Marquard. de iu-
dæ.2.par.cap.3.nu.12.ſed quæ olim fuerint, quæ eſſe
debeant,& quæ hodie adulterij pœnæ nullæ ſint,ex-
plicat diligenter ex receptis interpretũ ſentẽtijs Iul.
Clar.in d.§.adulterium uer.ſed quæro quæ ſit pœna.
89 Adulterij exceptio aduerſus mulierem repetẽtem
dotem nullo temporis curſu tollitur.ut commune in
quit Balb.de præſcrip.4.par.quæſt.5.nu.9.
90 Adulterij tranſactio & ſi improbetur,tamẽ & poſt
impoſitam pœnam admittetur, ut receptum ait Pur-
91 pur.in l.tranſigere.n.71.C. de tranſact. & hodie ſem
per rata,ac firma erit.ut atteſtatur Iul.Clar.in pract.
§.ult.q.58.uer.excipitur. eò iuſtiſsimæ iuris ſanctio
nes moribus,ac doctorum nugis deuenerunt.
92 Adulterij conuictus eius cum uxore patrati, quẽ
non offendere ſub pœna promiſerat, & ſi alias iure
pœnas luere debeat,pactam pœnam haud pendet.ut
commune inquiunt Catas inter conſil.crimen. con-
ſi.99.nume.13.lib.1. Auguſt. ad Ang. de maleſi. uer.
che hai adulterato.nu.60.
93 Aduocatus litigantibus cõſulere cogi poteſt, ſi po
ſtuletur.commune aiunt Felin.in cap.ſi pro debilita-
te colum. ult. de offic. delegat. Rip. de peſte in titu.
de remed. ad curandam peſtem. nu.89. Viuius lib.2.
opin.8.
94 Aduocatus pro ſcripto opem ferens non in eam
ſtatuti pœnã incidet,quæ fauorem, ſeu auxilium illi
præſtantibus infligitur.cõmune aiunt Taig. in pract.
crimin.cap.12.nu.25.Iul.Clar.in pract.§. ult. quæſt.
95 82. ſtatuto.2. non tamen impunè hæreſeos crimine
obſtrictis ſuppetias feret.ut commune inquiunt Af-
flict.in 1.par.conſt.regni rub.2.nu.43. & qui id rectè
explicat Iul.Clar.in d.pract.§. hæreſis uer. ulterius.
rius eſt, & receptius teſtatur Felin.in d.cap.quæ in
eccleſiarum n.43.atque inclytus Pinel.in rub.1.part.
22 cap.2.nume.30.uer.altera inſpectio.C.de reſcindēd.
uend.& nec ſine cauſa poſſe conferri mihi magis pro
batur:eaque de re alibi latius.
23 Benemerita ius agendi non præſtantia non gignūt
naturalem obligationem, ut commune ait meus iu-
ris doct.Arius Pinel.in l.1.par.3.pag. mihi 116 uer.
hæc autem C.de bon.mat.
24 Benemerita ſoluta per errorē repetendo non ſunt
impedimento, ut receptum aſſeuerāt Iaſ. in l. ex hoc
iure num.74.ff.de iuſtit.& iur.& in l.1.num.12. ff.de
condict.indebit.Dec.in ca.ad noſtram colum.ultim.
de probation.Did.à Couarru.in capi.cum in officijs
nume.10.de teſtament.& uir non pœnitendæ autho-
ritatis Arius Pinel.in l.1.part.3. pag.117.colum.4.
uer. probatur. 4. & pag. 123. uer. infertur 24. C. de
bon.mater.
25 Benemeritorum aſſertioni quatenus fides ſit adhi-
genda, uide ſupra uer.aſſertioni,& uer. donatio ob
cauſam,uel ob merita infra.
26 Blaſphemia (ut uulgus traiecto à Græcis nomine
loquitur) eſt omne,& quoduis conuitium, contume-
lia, uel maledictum in Dei nomen. uel eius ſanctos
prolatum,ut receptum dogma enunciant Auguſt.ad
Ange.de malefic.uerba iniurioſa nume.13. D.à Co-
uarru.in repetit.cap.quanuis pactum nu.8.de pactis.
Iul.Clar.latè,& eleganter cum receptis ſententijs de
hac βλασφημίας materia agens in prac.§.Blaſphemia
per totum.
27 Blaſphemia ab ebrio emiſſa ſemper mitius puniri
debet.ut commune aſſerunt Grammatic.in conſtitu-
tio.Regn.pagin.113.nume.6. & qui eum refert Iul.
Clar.in dicta practic.§.ultim.quæſt.40.uer.præterea
quæro in ſi.
28 Bona fides regulariter,ac generaliter in rei corpò-
reæ poſſeſſore ſemper præſumitur quouſque cōtra
riū iuſtis probationibus innoteſcat. commune dicit
Balb.in l.Celſus nu.104.ff.de uſucap.Boer.deci.42.
nu.35.Alc.reg.3.præſumpt.5.Porc.& ad eum Iaſ. in
prin.n.5.inſtit.de uſucap.latè Did.à Couar.de ſponſ.
2.par.c.3.§.1.n.4.& in reg.poſſeſſor.2.par. tit.6.§.8.
n.2.de reg.iur.uir ſingularis doctrinæ Menochius de
recup.poſſ.remed.13.nu.64.pag.122.
29 Bona fides contractu etiam nullo ex iuris errore
paritur, & ad fructus acquirendos ſufficit, ut rece-
ptum inſinuant Iaſ.in l.1.§. ſi uir uxori num.22. & in l.
3.§. ex contrario num.37. ff.de acquir. poſſeſſ. Curt.
Sen.conſil.71.num.14.col.5.& alij, quos cit. Did.à
Couarru.lib.1.reſolut.ca.3.nume.8. excipe in eccle-
30 ſiaſticis rebus; nam in illarum fructibus lucrifacien-
dis non ſatis eſt bona fides ex iuris errore profecta,
ut receptius dicunt Feli.in cap. cum cauſa. num.21.
31 de re iudi.Grammat.deciſ.79.Satis tamen erit ſi quis
alius præterea extrinſecus addatur color,ut commu-
ne pronunciat ex Imol.Molin.& alijs, inſignis iuris
interpres Arius Pinel.in l.2.par.2.c.4.nu.26.C.de re-
ſcind.uendit.
35 Bonæ fidei poſſeſſor fructus iam perceptos uſuca-
pit triennio.ut commune aſſeuerat Balb. de præſcri.
par.4.partis.4.princip.q.35.nu.1.
33 Bonitatem aut bonam famam pro ſuæ intentionis
fundamento allegans illam probare neceſſe habet.ut
commune aſſero ex Dec.in c.1.nu.20.de probat.Fel.
in cap.cum in iure.col.1.de offic.deleg. & in c.1. nu.
11.de præſumpt.Afflict.lib.1.conſtitu.rub.17. nu.23.
Hippoly.ſingu.187.& in rub.nu.44. C.de probation.
& uide infra uer.qualitas.
34 Bona ſua ac ſe dedicans eccleſiæ ſeculari nō ſoli
præſentia bona donauiſſe intelligitur.commune po-
nunt Soz.& qui eum refert Viuius lib.1. opin.68.
35 Bona in diuerſis locis ſita eius regni legibus,eiuſ-
que iudicis ſentētiæ ſunt obnoxia, cui actus à prima
origine iuris dicundi fecit copiam.commune effatur
Iaſ.& qui eum refert Did. à Couarru.de ſponſa.par.
cap.7.nu.9.
36 Bona alicuius nō eſſe in luendo probatur modo à
gl.docto.in l.cum de lege.ff.de probat.etiam cum ma
gni ponderis res uertitur,ut commune ait Rip.in l.ſi
conſtante.nu.18.ff.ſol.matr.
37 Bona non ſolum ſimpliciter prolata, ſed etiam cū
additamento pronominis, mea,tua, &c.comprehen-
dunt iura,& actiones.ut frequenter placitum atteſtā
tur Alc.in l.meorum n.1.ff.de uerb.ſign. Gulielm. in
c.Raynutius uer. cætera bona nu.15. de teſtam. Go-
mez in §.omnium nu.22.inſtit.de action. Segura, &
alij,quos appellat Arius Pinel.in rub.par.1.n.7.C.de
bon.mater.
38 Bona futura,& bona conditionalia ex ultimis uo-
luntatibus in donatione,aut alia quacunque aliena-
tione, uel publicatione bonorum non comprehen-
duntur.ut commune teſtificātur Cur. Iun. conſi.199.
nu.15.& ante eum Alex.atque alij,quos laudāt Arius
Pinel.in princi.rub.nu.3.C.de bon.mater.Iul. Clar.
in pract.§.ultim.quæſt.78.uer.item in fiſcum, & uer.
ſequen.
39 Bonorum appellatio non ſolum in obligationibus
expreſsis,ſed etiam tacitis iura,& actiones continet:
ut frequens interpretum axioma teſtantur Dec.conſ.
349.nu.10.Neguz.de pigno.4.memb.2.par. nu.165.
& qui ſupra uer.bona.
40 Bonorum cōfiſcatio nō alijs ex criminibus hodie
procedet,quàm uel ex hæreſeos, uel maieſtatis læſæ
damnatione,niſi ſi particularis aliqua cōſuetudo,uel
aliquando ſtatutum expreſsim aliud ſanciat,ut uber-
rimè oſtendit receptum Iul.Clar.in pract.§.ult.q.78.
ubi per totam quæſtionem complura ad hanc bono
rum confiſcationem pertinentia ex receptis ſentētijs
diligenter memorat.
41 Bonorum mobilium,& immobilium mentio, uel
in donatione,uel in legato,uel in obligatione,uel in
proſcriptione,uel in ſtatuto facta non cōplectitur iu-
ra,& actiones.ut cōmune aſſeuero ex Alex.in l. à di-
uo Pio.§.in uēditione.ff.de re iud.Dec.in l.1. lect.2.
nu.8.ff.ſi cer.pet.Corn.conſ.204.nu.19. lib.2. Capel.
Tholoſ.& Aufrer.quęſt.315.& magna iuris interpre
tum ſtrue quā componit Arius Pinel. in princ. rub.
42 nu.25.& 26.C.de bon.mater.ubi etiam receptū eſ-
ſe ex multis aſſerit idem futurum,ſi bona omnia, uel
uniuerſa mobilia,& immobilia prolata ſint. quod e-
tiam atteſtatur Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.78.uer.
ſucceſsiuè quæro.

43 Bonorum

43 Bonorum poſſeſsio non eſt mixti imperij, ac de-
legari poteſt. communia dicit Curt. Iun. in l. 1. n. 31.
ff. de iuriſdict. omn. iud.
44 Bonorum poſſeſsio, ſeu quæcunque à iure præto-
rio profecta ſucceſsio iam hodie (nã olim ſecus erat)
nõ agnita ad hæredes ex ſanguinis, uel iuris delibe-
randi ui tranſmittitur. commune aiunt Corn. Iaſ. Ia-
cobin. de ſanct. Georg. Phil. & Lancel. Dec. in l. emã-
cipata. C. qui admit. Ant. Gomez de teſta c. 1. nu. 14.
45 & cap. 12. nu. 45. quamuis contrarium dixerint cõmu-
ne Alex. in d. l. emancipata, & conſ. 20. lib. 1. & Io. Di
lect. de art. teſtan. tit. 11. caut. 14.
46 Bonorum poſſeſsio ante aditam hæreditatem ac
cepta iudicium teſtantis reſcindit, non uerò ipſum te-
ſtamentum. ut commune aiunt Alex. in l. 1. num. 5. C.
C. de bon. poſſ. contra tab. lib. Iaſ. in l. ut liberis, n. 15.
C. de colla. Emanuel à Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi
tantum par. 3. nu. 124. ff. de liber. & poſth.
47 Bonorum poſſeſsio contra tabulas ſucceſſorio edi
cto locum facit. commune aio ex Alex. nu. ult. Corn.
in fi. Dec. nu. 7. in rub. C. de ſucceſſ. edict. Aret. in l. in
ſuis. ff. de liber. & poſth. Alex. in l. ſi quis poſthumos.
§ ſi filium exhæredauero nu. 4. illo eod. tit. de liber. &
poſthum.
48 Bonorum poſſeſsio contra tabulas tantum hodie
procedet filio emancipato cum cauſa præterito. ut cõ
mune affirmo ex Pau. n. 7. Corn. nu. 21. Iaſ. nu. 8. Curt.
Iun. nu. 44. in auth. ex cauſa C. de liber. præt.
49 Bonorum poſſeſsio litis agnoſcendæ gratiam etiã
hodie emãcipato filio ritè exhæredato, ac tabulas pa
ternas centum uitali iudicio oppugnare uolenti ne-
ceſſaria eſt. commune pronuncio, ex Ang. de Periglis
in l. in ſuis. nu. 52. ff. de liber. & poſth. Alex. n. 8. Cor.
in fi. in l. certum. C. unde legi. Corn. in auth. ex cauſa,
nu. 30. C. de lib. præt. Iaſ. in l. 2. nu. 8. C. unde legit. Ga
leat. in l. Gallus §. & quid ſi tantum, nu. 49. ff. de lib.
& poſth. Anto. Gom. de teſtam. c. 1. nu. 34.

C

1 CADAVERA tam pauperum quàm diui-
tũ, ne ſepeliantur, impedire nequit cre-
ditor, & ſi perſpicuo liquidi debiti in-
ſtrumento muniatur. ut piè receptum
afferit Viuius lib. 2. opin. 78. cum Feli.
in c. ſicut Iudæi. col. 1. de Iudæis Hippol. ſingu. 199.
Grammat. deciſ. 82.
2 Caducorum pœna non ante domini uoluntatem
ſortitur locum. ut commune dicit Curt. Iun. conſil.
1 to. nu. 25. & uide infra uer. emphyteuſis.
3 Cæci teſtamentum ab hæredis inſtitutione non
auſpicatum nullius eſt ponderis. uide infra uer. teſta-
mentum cæci.
4 Calumniari uidetur qui non probat. ut receptum
effantur ij, quos ſupra retuli uer. Accuſationi pro-
betur.
5 Campiones. communem conſuetudinem non
egreſſæ licitæ ſunt commune ait Iaſon. in l. 1. nu. 39.
C. de ſumm. Trin.
6 Campſoris ſcriptura ſeu liber rationum contra
alium fidem non facit, tametſi contra ipſum faciat.
commune ponit Salic. in l. prima, nu. 9. C. de eden. &
uide infra uer. libris.
7 Canones cum legibus diſſentientes in terris d iu-
riſdictione ſeculari pontificibus ſubiectis ſeruandi
ſunt exploſis legibus. commune ait Hippol. in l. una.
nu. 194. C. de rapt.
8 Capitalis pœna cenſetur exilium perpetuum, ut
commune inquiunt Hipp. in pract. crim. §. opportu-
nè, nu. 4. & multos recenſens Did. à Couarr. de ſponſ.
2. par. c. 8. § 7. num. 16. ac plures referens Iul. Clar. in
pract. § ult. quæſt. 67. in princip.
9 Captatoria uolũtas quæ ab arbitrio alieno pẽdet,
uel in alterius arbitrium confertur, ſi ad pias cauſas
pertineat, ualet, ac firma eſt. ut commune affirmãt
Alex. conſi. 14. nu. 9. lib. 1. Deci. nume. 19. & 20. Iaſ.
nume. 12. in l. captatorias. C. de teſtame. milit. Pariſ.
conſilio 83 num. 29. lib. 2. Socy. conſi. 419. nume. 10.
libr. 4. & latiſsime cumulans Iul. Clar. de teſta. quæ-
20 ſti. 6. uer. quartò infertur. Amplia ut idem ſit ſi quis
ſimpliciter bona ſua committat alicuius diſpoſitioni,
nam & teſtamentum ualebit, & ad pias cauſas teſta
tus uidebitur. ut receptum affirmant Corn. conſ. 156.
lib. 2. & conſil. 302. lib. 4. Iul. Clar. ubi ſupra. uerſic.
21 quinimo & fortius. nam per ea uerba is inſtitutus hę
res uidetur, cuius diſpoſitioni bona committuntur,
& grauatus idem cenſetur, ut bona in pias cauſas di
ſtribuat. quemadmodum frequenter placitum teſtifi-
cantur. Imol. in cap. cum tibi. nume. 16. de teſtamen.
22 Iul. Clar. ubi ſupra uer. & per huiuſmodi uerba. Et ſi
propriè nec hãc nec illas inſtitutiones captatorias di
ci debere uerißimè tradiderint cõtra interpretũ uul
gus Criſtoph. Caſtel. in l. Senatus. §. legatũ. ff. de leg.
lib. 1. Raph. Cuman. in l. captatorias. ff. de hæred. in-
ſtit. Ludouic. Texeira in l. utrum. §. cum quidã col. 8.
ff. de reb. dub. Ant. Auguſt. emẽdat. lib. 4. ca. 15. Did.
à Couarru. in cap. cum tibi. nume. 2. extra de teſtam.
Emanuel à Coſta Select. interpret. lib. 1. cap. 21. nu.
7. Franciſ. Connan. lib. 10. ca. 6. & reliqui omnes eru
ditiores: quos alibi & refero latius & authoritatibus
ex bonis literis depromptis iuuo.
23 Carcer damnum irreparabile afferre cenſetur, ut
commune auſim aſſerere ex Bal. & Pau. in l. uni. C.
de in integr. reſti. Paul. & Alex. n. 29. in l. 4. §. cõdem
natum. ff. de re iudic. Panorm. in c. ſuſcitata. n. 8. uer.
ſed aduerte. de in integ. reſtitu. Rhoder. Soar. in pri-
mo lib. poſt l. quoniã in prioribus. in ll. Caſtellæ titu.
de los gouiernos. quæſt. 4. Boer. deciſ. 65. n. 9. Feli. in
c. cum ſuper. nu. 17. de re iudic. etſi Iaſ. nume. 24. ſub
Rip. nu. 22. in d. §. condemnatum, & Dec. cõſ. 73. per
peram reluctentur.
24 Carceri ſe ſe obligare nemo poteſt: ut cõmune di-
cunt aggregati Rip. in l. generali, nu. 24. ff. de pigno.
25 & à Viuio lib. 1. opin. 115. nec ea obligatio iureiurã-
do firmabitur. commune, ac magis commune pronũ
ciat Alc. in c. cum contingat. nu. 69. de iureiur.
26 Carceri addici nemo poteſt ob cauſas pecuniarias
ante exactam, ac plenam, ut loquendi mos eſt, execu-
tionem, & executionem bonorum. ut commune in-
quit cum aliquot luculẽtis teſtibus Rip. in l. generali,
nu. 20. ff. de pignor. Iaſ. in princ. nu. 90. inſtit. de acti.
Boer. deciſ. 349. nu. 7. Iaſ. in l. ſi arbitrio. ff. qui ſatiſd.
cog. Dec. conſ. 75. Feli. in ca. quo ad conſultationem,
nu. 10. de re iud.
27 Carceri mancipatus & tunc fideiuſſoribus præſti
tis exolui poteſt, cum pœna corporis infligẽda non
erit, & cũ innocens alioquin in carcerem cõditus ui
debitur. ut effert communia Iul. Clar. in pract. §. ulti
mo quæſtio. quadrageſima ſexta, uerſ. in hac autem
materia cum ſequentib. ubi multa ad hanc materiam
attinentia memorat.
28 Carceri & ſi nemo ex domo propria ob pecuniarũ
debitum ablatus tradi poſsit, tamẽ ſi illi iudicis præ
ceptum fiat, ut compareat ſub pœna fiſco applicãda,
& non comparuerit, & extrahi de domo poterit ob
prædictam pœnam, & ſemel in carcerem conditus à
creditore ob ſuum debitum iure retinebitur. ut com
mune aiunt latè Cotta in memorab. uerb. domus unicuique
29 cuique in 2. Viuius lib. 2. opinio. 36. quod & ſi utile
reip. arbiter, iuri contrarium aſſimo.
30 Carceri ß nec rectè, nec ritè traditus eſt, nõ re rela

xari debet, ſi deuno in carcerem trudi concedendum
erit. commune aiunt latè Curtius Iunior conſ. 127. n.
5. Crauet. conſil. 46. numero 7. & uide infra uerſi.
nullum.
21 Carceri in perpetuum deuotus, ac damnatus teſta-
ri nequit ſi ſit laicus, ut frequenti doctorum numero
probatum aſſerunt Bertrand. conſ. 194. num. 2. lib. 4.
& qui non de nihilo diſſentit Iul. Clar. de teſtament.
quæſt. 19.
22 Carcere detenti & ſi iure nullos ualidè contractus
gerant, ut ait receptum Hipp. in pract. §. attingam n.
23 2. tamen de conſuetudine, & procuratores rectè, ac
ritè cōſtituent, & fideiuſſores præſtabunt, & cæteros
contractus inient. ut atteſtantur Alber. in l. qui in car
cerem. ff. quod metus cauſa, & qui illum laudat Iul.
Clar. in pract. §. ultim. quæſt. 46. uerſic. plerunque ue-
rò, ad finem.
24 Carceris cuſtos ob fugam carcere detenti, qui ca-
pitis pœnas alioquin luiturus non eſſet, iudicis arbi-
trio ſolum plectitur. cōmune aiunt Bolſius in pract.
tit. de carcere n. 10. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 68.
uer. cuſtos carcerum.
25 Carnifex ſi publicitus nō ſuppetat, quiuis liber ho
mo ad ſententiam exequendam inuitus creabitur. ut
commune aiūt Gaſpar Valaſc. in l. imperium nu. 17.
ff. de iuriſd. omn. iud. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt.
26 99. uer. ſed pone. intellige perſonarum rationem eſſe
habendam, ut alibi uberius.
27 Caſuum fortuitorum generalis renunciatio nullo
eorum ſpeciatim expreſſo eiuſdem momenti, pondo
riſque eſt, cuius ſpecialis caſuum ſigillatim expreſſo-
rum renunciatio. ut commune aio ex Alex. n. 12. Iaſ.
n. 14. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. ff. ſi quis caut. Imol.
in c. 1. nu. 23. de commod. Corn. conſ. 128. nu. 13. lib.
2. Iaſ. conſ. 107. col. 3. lib. 1.
28 Caſuum fortuitorum renunciatio caſus inſolitos
non complectitur. commune aſſeuero ex Alex. con-
ſil. 28. num. 10. lib. 1. Socin. conſi. 123. num. 11. lib. 4.
Corn. conſil. 23. lib. 2. Iaſ. in l. ſed & ſi quis. §. quæſi-
tum num. 33. ff. ſi quis caution. eodem Iaſ. ad Porc. in
§. item is num. 4. litera S. inſtitu. quibus modis re con
trah. Rip. de peſte ſecunda part. num. 75. Feli. in cap.
ſedes nume. 3. de reſcrip. Turzan. opinione 143. uer.
29 aduertendum. & ſi cōtrarium commune dicant Dec.
conſil. 7. colum. 4. Iaſ. conſil. 107. lib. 1. & defendat
ab aduerſantium argumentis Ariua Pinel. in l. 2. par.
1. cap. 3. nu. 29. uer. ſed in eo, & num. 3. C. de reſcind.
uendit.
30 Cauſa credulitatis etiā iniuſta pœnas delicto alio
quin infligendas atterit, ut commune effantur Curt.
Iun. conſi. 132. num. 11. Ioan. de Amicia conſil. 84.
nu. 5. Latè Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 60. uer. & ge
neraliter.
31 Cauſa non præſumitur in principis diſpenſatione
contra ius gentium. ut commune profert Alc. de præ
ſumpt. reg. 3. præſump. 8.
32 Cauſæ minimæ quæ dicantur, iudicantis arbitrio
relinquitur, ut commune affirmat Iaſ. in l. imperium.
nu. 32. ff. de iuriſdict. omn. iudic. & uide ſupra uer.
Arbitrio.
33 Cauſæ inſtantia quo tēpore euaneſcat, uide infra
uer. inſtantia.
34 Cautionis uerbum à lege ciuili elatum ſignificat
nudam promiſsionem, at à lege prætoria expreſſum
promiſsionem uel pignore, uel fideiuſſore munitam
præſefert. commune ait Iaſ. in l. ſancimus. nu. 5. C. de
uerbor. ſignificat.
35 Cautio in uſufructu præſtanda non poteſt à teſta-
tore indulgeri, ut commune aſſerunt Iaſon conſi-
lio 40. lib. primo. & complures relati infra uer. uſu-
fructuario.
36 Cautio de non offendendo, & regulariter omni-
bus dari debet, ubi cauſa aliqua ſubeſt, & fideiuſſori-
bus muniri, & ad tantū tempus durare ducitur, quan-
tum iudicis arbitrium fuerit. ut latiſsimè communia
ait Iul. Clar. in pract. §. ult. q. 46. per totam.
37 Cautioni de non offendendo cum pœnæ adiectio
ne nōn ſit locus, cū is ex noua cauſa, ac noua rixa of-
fenditur, ut nec etiā locus erit, cum uter prius offen-
derit, haud liquet. commune atteſtatur Iul. Clar. in
practic. §. ultim. quæſt. 46. uerſic. quæro nunc, & uer-
ſic. ſequent.
38 Cedenti bonis nec ueſtes neceſſariæ, nec artis in-
ſtrumenta, quibus uictum comparat, auferri poſſunt,
cōmu. ponit D. d. à Couarru. lib. 2. reſolu. c. 1. n. 5. ad
fin. cui adde Fab. in §. ult. nu. 10. inſtit. de actiou. quæ
39 tamen ab illius hærede poſtea extorqueri poterunt,
ut decernit Bal. frequentius receptus in l. 1. nu. 29. C.
de iur. fiſ. lib. 10.
40 Ceſsio bonorum nec naturalem, nec ciuilem obli-
gationem tollit, ſed tantum exceptionem præſtat. cō
mune dicit Ant. de Tremor. ad Bonacur. in practic.
exception. in rub. de imped. & except. quæ contra. in
uer. fecerit nu. 10.
41 Ceſsioni bonorum nec cum iureiurādo utiliter re
nunciatur. quippè quia in id frequentius itum a do-
ctoribus author eſt Alc. in capit. cum contingat nu.
69 de iureiur.
42 Ceſsioni bonorum locus non eſt cùm bona à debi
tore fraude alienata reuocari nequeunt. ut commu-
ne autumo ex Iaſ. in §. ult. nu. 9. & 18. inſtitut. de acti.
Feli. nu. 67. Dec. nu. 3. in c. quæ in eccleſiarum de cō-
ſtit. Segura in uol. repeti. fol. 25. col. 2. Tiraquel. in l.
ſi unquam uer. bona num. 50. C. de reuoc. donat. Nec
43 cùm creditor iuri renunciat, quod habet debitoris in
carcerem detrudendi. ut commune ponit Viuius lib.
44 primo opin. 62. Nec cum debitor bonorum ſuorum
partem detexit, partem dolo texiſſe, ac celaſſe pro-
batur, ut aſſerit commune idem Viuius eodem in
45 libro opin. 63. Nec cum quia ob iniuriam in pecu-
niariam pœnam mulctatur, commune inſit Did. à Co-
46 uarru. lib. 2. reſolut. capit. 1. nume. 8. Nec generaliter
in obligationibus ex crimine deſcendentibus, ut fre-
quenter placitum affirmant Alber. in rubr. num. 14.
C. qui bon. ced. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 95. uer.
ſed pone.
47 Ceſsionarius (ut fantur interpretes) propriè cre-
ditor dicitur, ut commune aſſerunt Dec. lect. 1. in fi.
Niger circa fin. Rodulphus, & Bologn. ad finem in l.
1. ff. ſi cert. petat. latè Viuius lib. 1. opin. 34. quo circa
48 prærogatiuis, ac priuilegijs omnibus inſtrumenti,
quod illi ceſſum eſt, fruetur. cōmmune ait latè idè Vi
49 uius lib. 2. opin. 266. non tamen ijs potietur præro-
gatiuis, quæ cedenti ipſi competunt. ut commune
aſſero ex Bal. in l. per diuerſas nu. 21. C. mand. Alex.
in l. ſi poſt diuortium. ff. ſolut. matri. Iacob. à ſanct.
Georg. in l. una nume. 59. C. ne liceat poten. quibus
50 addo tex. in l. ex pluribus. ff. de adminiſtr. tut. Nec itē
ijs, quæ ipſimet ceſsionario alias competerent ratio
ne fori. ut commune ponunt Guid. Pap. deciſ. 273.
51 Iaffred. in prim. centur. deciſ. 87. niſi ſi is qui ceſsit, eſ-
ſet parens, ut receptum innuit Rebuf. in priuil. ſchol.
177. lib. 2. tract.
52 Ceſsio donationis cauſa facta ſi ſummam quingen
torum aureorum exceſſerit, non minus inſinuatione
egebit, quàm quælibet donatio. commune ait Curt.
Iun. conſ. 126. ad fi.
53 Citatio, ut doctorū uulgus, ſeu in ius uocatio, ut
felix iuris cōſultorum æuum loquitur, eſt fundamē-
tum ordinis iudiciarij cùm inſinuente litem ſententiæ
cùm

tùm in interlocutionibus damnũ alicui afferentibus.
ut cõmune dicit Ant.de Tremo.ad Bonacur.in prac.
exception.in rub.de imped.execut.nu.17.uer.alij ca-
ſus Nicol.Anton.Grauat.ad Veſtrium lib.5. cap.13.
53 nu.7.ideoque ni interueniat, omnes omnino ſenten-
tiæ nullæ erunt.cõmune ponit latè Viuius lib.1. opi.
203.& ſequen.& qui latè atque accuratè id proſequi
tur Iul.Clar.in pract.§.ultim.q.32.& amicus noſter,
atque probatioris doctrinæ uir Nic. Ant. Grauatus
ad Veſtrium.lib.5.c.2.nu.6.
54 Citatio illius, cuius intereſt, etiam in iuriurandi
abſolutione, & quauis ſimplici habilitatione exigi-
tur.ut receptius interpretũ placitum aſſeuerat Hip-
po.in l.de unoquoque nu.163.ff.de re iud.
55 Citatio eius,cuius in conſequentiam nõ uerò prin
cipaliter intereſt,neceſſaria nõ eſt.ut eſt Accur.autho
ritas in l.de unoquoque in gl.2.ff. de re iud. commu-
nis,ut latè oſtendit Didac.à couarru.in pract. quæſt.
ca.13.n.6.fauetque illi l.1.§.denunciari. ff.de uentr.
56 inſpic.quod tamen intelliges,ut ualeat quidẽ ſentẽ-
tia,ſed illi,cuius etiã uel generaliter non citati ſecũ
dariò intereſt,non præiudicet.ut eſt receptum inter-
pretum placitum iuxta Alexand.no.17.Hippo.n.57.
an d.l.de unoquoque.Iaſ.in l.decem, nume.41.ff. de
uerborum obligat.Felin.in cap.ult.nu.5.de maio. &
obed.Curt.Iun.conſi.23.num.8.& ſi Did.à couarru.
ubi ſupra non leuiter id controuertat.uerum ea de re
alibi uberius.
57 Citatio & in ijs,quæ liquidò innoteſcunt, ad ſentẽ
tiam exigitur.ut commune aiunt Aret.cõſ.163.n.7.
Boſsius in pract.tit.de denunciat.nu.9.in fi. & qui id
rectè,atque accuratè explicat Iul.Clar.in prac.§. ult.
quæſt.9.uer.quæro.
58 Citatio nec in ciuilibus,nec in criminalibus à prin
cipe tolli poteſt etiam de plenitudine poteſtatis, ut
ſcurrarum uerbis utar, commune ait latè inſignis do
ctrinæ Arius Pinelus in rub.part.1.c.1.n.21. C.de re
ſcind. uendit.receptius,& uerius affirmat Capic.dé-
59 ciſ.69.nu.16.quin nec citationis neceſsitas ſtatuto
euaneſcet,ut cõmune ponit late de materia differẽs
Viuius lib.1.opin.163.
60 Citatio non requiritur,ubi citato nulla futura eſt
defenſio.cõmune aio ex Hippo.in l.de uno quoque
nu.84.& nu.94.ff.de re iudic.& de probat. n.218. &
ſin.30.Boer.in l.conſentaneum nu.59. C.quomodo,
& quando iud. Afflict.deciſ.178.nu.6. Ant. de Burg.
in c.fuit.nu.76.de empt.& uend.Sebaſtian.de nullit.
61 ſent.pag.150.& nu.20.alias & ſi clarum, manifeſtũ,
atque,ut uulgo mos loquendi increbruit, notorium
delictum ſit,requiretur.ut cõmune fatetur Sal.in l.et
quidem.nu.86.C.de accuſa.Ant. Gomez de delict.c.
1.nu.43.& obſeruatum eſt ſuperius.
62 Citatio in cauſis quà ciuilibus, quà criminalibus
de iudicis cõmiſsione fieri debet,& facta aliter pro
nihilo eſt.commune pronuncio ex Iaſ.à nu.12. in §.
quadruplum, uer. ſed furti inſtitut. de action. Palat.
Run.in repet.c.per ueſtras notab.1.nu.2.& 3.de dona
tio.inter uirũ,& uxor.Feli.in c.1 in princi. de libel-
li oblat.Rebuf.ad ll.Gallicas.3.Thom.tit.de citatio
ne.Marant.de ordin.iudic.tit.de citatione nu.51.Se
63 baſt.de nullit.pag.253.n.35.& 33.Nec ex iudicis cõ-
miſsione facta præſumitur. ut commune inquiunt
Aret.conſ.33.Feli.in c.2.colum.1.de iudic.idem Fe-
lin.in c.quoniam contra colum.5. de probat. Nicol.
Ant.Grauatius,qui plures allegat,ad Veſtrium lib.4.
64 ca.4.num.23.quin & cum die profeſto committitur,
& die in Dei optimi maximi honorem feriato ſit,nul
lius eſt ponderis,ac momenti. ut cõmune aiunt Lan
franc.in ca.quoniam contra uer. citationes propè ſi.
uer.tandem quæritur de probatio.idem Nicol. Ant.
Grauatius ad Veſtrium lib.4.cap.3.num.13.licet plu
res contrarium affirmauerint.atque uſu receptum te
ſtati ſint, de quibus per Tiraquel.de utroque retrac.
§ 36.ad finem.nu.79. cum ſequen. & per Grauatium
ubi ſupra.
65 Citatio generaliter in perſonam fieri nõ debet,ni-
ſi uel cauſa celeritatem exigat,& quis abſit à iudicio
& ſi in urbe ſit,uel eam celeritatem cauſa non efflagi
tet,abſit tamen citandus ab urbe.nam utraque in hac
ſpecie ad ipſius domum citatio ſatis,ſuperq; erit. ut
commune ponit Turzan.opin.131. & qui hanc rẽ la
tius agit Iul.Clar.in pract.§ ultim.quæſt.31.uerſ.di
ctum eſt cum ſequentibus.cui addito Nicolaum An-
tonium Grauatium diligentis eruditionis uirum lib.
3.c.4.nu.15.ad Veſtrium.
66 Citatio quæ neceſſaria non eſt,ſi ritè facta non ſit,
nulli damno,fraudi uè eſt.commune ponit Ant.Ni-
cel.in concor.gl.52.in ſi.
67 Citatio non rite facta,ſi is,qui in ius uocatus eſt.ſe
ſe in iudicio ſtiterit,ab omni uitio expiatur.ut cõmu
ne aſſero ex Alexand.Iaſ.& Dec.in l.ult. C. de in ius
uoc.Hippo.in l. de unoquoque nu.43. ff. de re iudic.
Felin.in cap.illud num.8.de præſcript.& in cap.pri-
mo num.18.de iudic.& in cap.cum contingat nu.8.
præſcript.Balb.de præſcript.1.part.6.par.principal.
quæſt.1.in ſpecie 2
68 Citatio ualet nullo præfixo tempore.ut commune
inſit Iaſ.in l.liber homo.§.decem nu.4. ff. de uerbo.
oblig.Feli. in cap. conſuluit de offic. delegat. Boer.
deciſ.235. & qui plures laudat Nicolaus Antonius
Grauatius lib.4.cap.1.nu.10. ad Veſtrium.atque in-
69 telligitur,ut quam primum poſsit, citatus cõpareat.
quemadmodum communè affirmant Sebaſt. Vant.de
nullis.tit.de nullit.ex defectu citat.nu.77. & amicus
noſter Nicolaus Antonius Grauatius ubi ſupra lib.
7.c.ult.nu.30.
70 Citatio prima ad omnes actus,atque etiam ad ſen
tẽtiam finem impoſituram ſufficit. commune inquit
Iaffred.deciſ.45.
71 Citatio in ſententia illius mentionem faciente
præſumitur ut cõmune effatur Iaſ. in l.ſi ſe obtulit.§.
72 condemnatum num.8. ff.de re iudic. ſed contrarium
magis commune affirmat Alex.conſ.41. uiſo proceſ-
ſu in princ.lib.4.quod etiam magis iuris finitionibus
conſentaneum eſt.
73 Citationis defectus executionem ſententiæ nul-
lam reddit,ut commune affirmat Marant. de indi.6.
part.in 3.act.num.16. & ſequen. quem refert Viuius
lib.1.opin.35.
74 Citationis defectus ſentẽtiam arbitrorum nullam
reddit,etiam ſi in compromiſſo dicatur, quòd parti-
bus abſentibus ſententiam arbitri ferre poſsint.ut cõ
mune aiunt Boer.deciſ.283.nu.38. Viuius lib.primo
75 opin.36. ſecus autem erit ſi dicatur quod ſententia
ferri poſsit partibus non citatis, ut commune effan-
tur ijdem ibidem.
76 Citandus,ſeu in ius uocandus procurator eſt,non
ipſe litis dominus,ſi procurator duntaxat litem cõte
ſtatus ſit,nec ſe ſe comparitururum iam renunciauerit.
ut commune doctorum effatum teſtificantur Feli. in
c.in nomine domini.n.33.de teſtib. Turzan. opi.121.
cum Boer.quæſt.285.col.3.
77 Citato haud comparenti, niſi impeditus propalã
eſt,& impedimentum,& ſe præſto eſſe conantem im
pedimẽto deſtitiſſe opus eſt probare commune dicit
Boer.deciſ.49.nu.5.amicus noſter Nic.Ant.Grauat.
ad Veſtrium lib.6.c.ult.nu.24.
78 Ciuis nouus non confert collectas ob uetera debi
ta indictas.commune ait Brun.de augment. concluſ.
5.limitat.10.

79 Ciuilium argumentum ad criminalia procedit. Vide ſupra uer. argumentum.

80 Clauſula codicillaris efficit, ut ſucceſſor ab inteſtato cenſeatur obnoxius reſtituendo ſcriptis hæredibus in codicillis. ut commune dicunt Alex. conſ. 19. lib. 6. Ioan. Dilect. de art. teſtam. tit. 3. caut. 1. nu. 4. & tit. 11. caut. 1.

81 Clauſula codicillaris nõ facit, quin agnitione poſthumi teſtamentum rumpatur. commune ait Ant. rub. conſ. 112.

82 Clauſula codicillaris efficit ut quod iure recto ualere nequit, iure fideicommiſsi ualeat, & ſi aliquo tẽpore iure recto ualere potuerit. commune enunciat Rip. in l. centurio nu. 79. ff. de uulg.

83 Clauſula codicillaris habet locum cum ex præteritionis cauſa teſtamentum euertitur, ut frequenter doctoribus probari miſerunt in literas Paul. nume. 35. Iaſ. num. 22. in auth. ex cauſa. C. de lib. præt. Ang. in §. inſtit. de codic. Iaſ. in auth. nouiſsima num. 24. C. de inoffi. teſt. Dec. conſ. 490. nu. 10. uer. ſimile non obſtat. Io. Dilec. de art. teſtam. tit. 3. caut. 1. nu. 4. Ant. Gomez in l. 3. tauri. n. 78. & uide infra in materia præteritionis.

84 Clauſula conſtituti omnino liberat uenditorem à uenditione, ut commune aſſerit Iaſ. in l. ab emptione
85 nu. 13. ff. de pact. contrariam tamen ſententiam, imò quod adhuc ſeu ad poſſeſsionem, ſeu detentionem reapſe tradendam ſit uenditor obligatus, dicunt recapiam multi apud Tiraquell. de conſtit. 1. par. num. 20. & hanc probo.

86 Clauſula cõſtituti ob incertitudinem nullarũ erit uitium. commune ait Cur. Iun. conſ. 120. nu. 5.

87 Clauſula non ideò appoſita cenſetur, quia ſit conſueta ut uerum & magis receptum aſſero ex ijs, quos laudant Didac. à Couarru. lib. 1. reſolut. c. 15. nu. 9. Rip. in c. cum M. nu. 42. de conſtitutio. Carol. Molin. ad Alex. conſ. 28. lib. 2. Soci. in l. Gallus. §. idem credendum ad fin. ff. de liber. & poſth. Tiraquel. in tract. de conſtitut. ult. par. & ſi perperam contrariam effutiuerint Bald. in l. ult. C. de fideiuſſ. ad fi. & Iaſ. in l. ut liberis. C. de collat. & in l. certi conditio. §. ſi num mos. ff. ſi certum petat. Felin. in ca. ex literis de fide inſtrumen. unde neque clauſula codicillaris appoſita cenſebitur, ſi omittatur, ut rectè memoriæ prodidit Vigl. in §. maſculo inſtitut. de pupillar. ſubſtitutio. nec ſtipulatio in inſtrumẽtis ſubaudietur, ut poſt Bal. Nouell. in literas miſit Iacob. de Nig. in rub. nu. 20. ff. de uerb. oblig.

88 Clauſula ex certa principis ſcientia non expreſsim poſita ſat eſt, ſi tacite comprehendatur. ut commune atteſtatur Felin. in cap. ſi quoniam de ſentent. excommunicat.

89 Clauſula etiam principalis recuſationem à procedendo demẽs refertur duntaxat a friuolam. ut commune loquitur Antonius de Tremo. ad Bonacur. in pract. except. in rub. de impedimen. & excep. num. 8. uer. libellum.

90 Clauſula non obſtante in principis diplomate addita efficit, ut diplomate contenta contra ius cõmune ualeat, atque etiam ius alicui auferant. ut frequenter placitum effert Cur. Iun. conſ. 157. nu. 23.

91 Clauſula, & quorum omnium atque aliorum formæ & tenores habeantur pro expreſsis, & ſi de illis mentio expreſſa facienda eſſet, &c. eiuſdem eſt roboris, ac ſi illa omnia de uerbo ad uerbum exprimerentur: ut cõmune ponunt Did. à couarru. in rub. 2. par. nu. 20. de teſta. Viuius lib. 1. opin. 40.

92 Clauſula quælibet, quæ principis cõceſsionem retardare poſsit, exprimi in diſpenſatione debet. commune inſit Curt. Iun. conſ. 83.

93 Clauſula ſaluo iure addendi, uel minuendi, nõ eſt eius momenti, ut poſt conteſtatam litem, uel quid addi, uel quid imminui in libello poſsit. cõmune enunciat Iaſ. in l. edita actio. nu. 42. C. de edend.

94 Clericus. ſeu ſacris initiatus uſque adeò profanæ iuriſdictioni obnoxius non eſt, ut conſtitutiones ipſum ab illa eximentes magis ius uetus enarrẽt, quàm quidpiam noui ferant. commune dicunt Cardin. in repetit. cap. perpendimus de ſenten. excommunica. Alc. in cap. cum non ab homine num. 2. de iudic. Viuius latè lib. 1. opin. 37. & qui accuratiſsimè de hac materia diſſerit cum receptis ſententijs Iul. Clar. in prac. §. ult. quæſtio. 36. per totam. ubi complures ampliationes, atque exceptiones memoriæ prodit. Intellige autem hæc, atque illa omnia quæ infra de ijs, qui ſacris imbuuntur, uel ad ſacra, quoquomodo ſpectãt ſcribo, eò prorſus referri debere, quo ius Gentiũ, & fas, ac ratio dictant: quamuis enim compitalia nomina uſurpemus, & multa ad religionem pertinentia ſimpliciter, atq; ut uulgo inter Cæſarei, Pontificijque iuris commẽtatores tractantur, interſeramus, tamen illorum ueritatem ac probationẽ, uel improbationem ab illis omnino hauriẽdam cen ſemus, qui feriæ illorum doctrinæ ſe ſe à primis annis addixerunt.

95 Clericus de bonis ab eccleſiæ reditu comparatis teſtamenti iure poterit diſponere, ſi ad id à Pontifice illi fiat copia. cõmune inquit Io. Dilect. de caut. te
96 ſtan. caut. 9. uel ſi cõſuetudo illius teſtamento fauens eo loci uiguerit, ut commune affirmant Bellon. conſil. 3. nu. 10. & nu. 12. Did. à couarru. in c. cum in officijs nu. 9. de teſtamen. ubi contrariam tamen opinio
97 nem conſtituit magis communem. alias autem nunquam poterit teſtari de eiuſce generis bonis, ut cõmune interpretum placitum atteſtantur latè ea de re agentes Iul. Clar. de teſta. q. 17. uer. dixi quod clerici. Viuius lib. 1. opin. 42.

98 Clericus patrimonio luculento præditus non impeditur, quo minus ab eius eccleſiæ, cui ſeruit, bonis uitæ neceſſaria decerpat, & in ſuos uſus conferat. ut frequẽter placitum memorat Præpoſ. in c. illi autem. 12. q. 5. ac latè Viuius lib. 2. opin. 44.

99 Clericus filiusfamilias licet teſtari poſsit, tamẽ de uſufructu bonorum quaſi aduentitiorum, quæ maternorum patri quæſito non teſtabitur. ut crebro doctoribus probati teſtes ſunt Antonius Gomez in l. 48. Tauri num. 7. Arius Pinel. in l. 1. par. 1. num. 43. C. de bonis mater.

100 Clericus nepotes ex filio, quem iam ſacris initiatus ſuſcepit, natos non prohibetur hæredes inſtituere. ut receptum ait Did. à couarru. de ſponſ. 2. par. ca. 8. §. 5. nu. 14.

101 Clericus in bonis patrimonialibus non fruitur prærogatiuis eccleſiæ conceſsis præterquam in caſibus à iure expreſsis. commune inquit Balb. de præſcript. 5. par. quæſt. 5. nu. 2. Ioan. de amicis conſ. 146. nu. 1. Vi-
102 uius lib. 1. opin. 40. alias & priuilegijs omnibus armatæ militię indultis potitur. commune dicit Iaſ. in l. miles. nu. 21. ff. de re iudic.

103 Clericus in beneficij fructibus uſufructuarius, nõ uſuarius cenſetur. commune inquit Aret. in c. ex literis de probat. Palat. in rub. col. 355. de donat. inter uirum, & uxo. & qui declarant Bellon. conſ. 3. Viuius lib. 1. opin. 41.

104 Clericus in cœptũ iudicium coram populi iudice ab eo, cui ipſe ſucceſsit perſequi apud eundem iudicem cogitur. ut frequenti doctorũ ſententia probari miſerunt in literas Bocc. deciſ. 69. n. 32. & ſequentib. ac latè contra Marantam contrarium receptius aſſerentem meritò inuectus Viuius lib. 1. opin. 48.

105 Clericus

105 Clericus abſque decenti habitu captus in homici
dij tempore, nec fori priuilegio potitur, nec ad ſuum
iudicem remittitur. commune inquit Boer. deciſ. 63.
num. 16.
106 Clericus concubinam habens beneficio excludē-
dus eſt, & ad fructus perceptos reſtituendos adigen-
dus. cōmune inquiunt Bellon. conſ. 56. latè Iul. Clar.
in pract. §. fornicatio uer. & in primis: Viuius lib. 2.
107 opin 55. at ſi matrimoniū contrahat, iure ipſo labitur
beneficijs. commune dogma ſcribunt Petr. Rauen. in
compend. cleri. coniug. Iul. clar. in pract. §. ult. quæſt.
108 73. uerſic. clericus. quod tamen ius non ertetu contra
hentes ſponſalia, ut commune fatur Panorm. in c. 1.
109 de cler. coniug. nec etiam in cōtrahentes inualidum.
alioquin matrimonium, ut commune atteſtatur Iul.
clar. ubi ſupra ad finem.
110 Clericus adulterij damnatus deponitur, ac totum
uitæ tempus in monaſterio degere cogitur, ut com-
mune interpretum effatum affirmant Bernard. Diaz,
& qui eum laudat Duennas reg. 101. limit. 1. Grillan.
de diuer. crimin. lib. 3. quæſtio. 2. num. 1. & ſequen. &
quæſtio. 6. num. 11. Villalob. quem cum alijs late re-
fert Iulius Clar. in practic. §. adulterium uerſic. ſed
quæro.
111 Clericus quatenus facere poteſt ſolum conueniri,
& condemnari poteſt. commune axioma teſtantur
Dec. in c. reprehenſibilis. nu. 18. & ſeq. de appella. Iaſ.
col. 3. Rip. nu. 7. in l. miles. ff de re iud. & qui benè ex-
plicat Viuius lib. 2. opin. 45.
112 Clericus in fragranti delicto. & à publicis appari
toribus capi poteſt, & priuatis fauore reipublicæ. ut
frequenter placitum enunciant Felin. in c. ſi uerò nu.
1. de ſentent. excommunicationis. Iul. Clar. in pract. §.
113 ult. quæſt. 77. uer. ſed hic quæro. quin & fugitiuus cle
ricus à creditore etiam non initiato impunè capi po
teſt. ut commune ait Alc. in c. cum non ab homine.
nu. 74. de iudic.
114 Clericus non ſacris imbutum coram iudice popu
lari conueniens intentam ab eodem aliam litem co-
ram eodē iusdicente cogitur excipere. ut commune
inquiunt Feli. in c. & ſi clerici nu. 8. de iudi. Curt. Iun.
in l. 2. nu. 48. ff. de iuriſd. omn. iud.
115 Clericus ob aſſaſſini crimen ab ordinario populi
iudice, & capi, & plecti poteſt. cōmune aiūt Bernar.
Diaz in pract. crimin. c. 91. Viuius lib. 1. opin. 163.
116 Clericus beneficijs labitur, & cum per annum fue-
rit excommunicatus, & cum nomen militiæ dederit.
ut communia teſtatur Iul. Blar. in pract. §. ult. quæſt.
73. uer. item clericus.
117 Clericus in teſtimonio apud ordinarium populi
iudicem dicto falſi ſe obſtringens ad ſuum iudicem
remittendus eſt: quippè quia ab eo populi iudice pu
niri nequit. communè fatur Marant. de iudic. 6. par.
2. part. princip. ſuper 12. actu. nu. 4. & ſequen. Viuius
lib. 2. opin 47.
118 Clericus quanuis torqueri poſsit, ut receptum teſta-
tur Panorm. in ca. cum in contemplatione de reg.
119 iur. tamen neceſſe eſt indicijs, aut cōfeſsioni accedat
diffamatio, ſeu fama præpoſtera, ac ſiniſtra. ut com-
mune aſſeuerant Dec. in c. at ſi clerici nu. 19. de iudi.
120 Hippol. ſing. 55. Duennas reg. 190. nu. 3. amplia & ſi
ciuiliter contra clericum agatur. commune effantur
Bernard. Diaz in pract. uer. tortura c. 117. Viuius lib.
3. opin. 42. Iul. clar. in pract. §. ult. quæſt. 64. uerſ. ſed
an clerici.
121 Clericus ordine, ac loco motus, ſeu degradatus
(ut uulgus garrit) à iudice populari abſque ulla tra-
ditione plectetur. commune ſcribit Alc. in c. cum nō
ab homine nu. 108. de iudic.
122 Clericus poſt patratū delictū in fraudem effectus
non euadet ordinarios populi iudices, ut cōmune af-
firmant Boſsius in pract. ti. de pœn. n. 18. Viuius lib.
123 1. opin. 38. niſi ante delictum concepiſſet uotum, id
que iureiurando ſuo affirmauerit, ut commune po-
nit Viuius ubi ſupra. quamuis id & iuri contrariū,
& reip. utilitati aduerſum prorſus affirmare auſim.
124 Clerici primæ tonſuræ (ut fandi mos increbruit)
exempti ſunt ordinarijs popularū iuriſdictionibus,
ut commune latè aſſerit Viuius lib. 1. opin. 37.
125 Clericorum nomen in fauoribus canonicos cōple
ctitur, & ſi in odioſis non tam latè pateat. commune
126 dicit Alc. in l. 2. n. 9. ff. de uerb. obli. generaliter tamē
minoribus etiam ordinibus initiatos comprehēdet,
ut commune ait Viuius lib. 2. opin. 47.
127 Clericorum cauſas delegare nullis ſacris imbutis
poſſunt epiſcopi, ſeu præſules. ut commune atteſta-
tur Curtius Iunior in rubri. nu. 20. ff. de offic. eius, cui
mandat. eſt iuriſdict.
128 Clericorum familiares, ac famuli ſacris non imbu
129 ti clericali foro non potiuntur, & ſi epiſcoporū famu
li potiantur. commune aiunt Capic. deciſ. 12. nu. 1. &
3. & 2. Iul. Clar. in practic. §. ultim. quæſtin. 35. uerſi.
quæro.
130 Clericorum filij natalibus poſſunt reſtitui à comi-
te Palatino facultatem natalibus reſtituendi de Im-
peratore adepto. ut commune pronunciant Soc. cōſ.
65. Curt. Iun. conſ. 84. nu. 7.
131 Clericorum confeſsio coram populari iudice fa-
cta nec indiciū architectatur. commune inquit Marc.
Ant. de iudic. nu. 214 & uide ſupra uer. acta.
132 Clericorum coitus etiam cum cœlibe fœmina di
citur, ac ducitur inceſtus, ut communem ſententiam
aſſerit Grillan. de diuerſ. crimin. lib. 3 quæſt. ult. & cō
munem regulam affirmat pract. Conrad. fol. 341. nu.
133 13. & ſi eum duntaxat adulterinum eſſe teſtatur recē
ptum Did. à Couarrū. de ſponſal. 2. par. c. 8. §. 5. n. 17.
134 placet tamen ſolum ſimplicis fornicationis loco eſſe
habendum, ut ex alia non minus recepta ſententia aſ
ſeuerat Iul. Clar. in pract. §. fornicatio uer. cū præsby
tero, & §. inceſtus uerſ. ſed nunquid.
135 Clericis immunitas non eſt à collectis reficiendo-
rum murorū, pontium, ac uiarum, ut frequenter pla-
citum enunciant Rip. de peſte. tit. de remed. preſer-
uat. nu. 234. Viuius lib. 2. opin. 42.
136 Clericos ſua cum ſponſa de præſenti (ut doctores
fantur) coeuntes quiuis impunè percutiet. quippè in
id frequētius itum à doctoribus author eſt Did. à Co
uarru. de ſponſal. 1. par. c. 1. nu. 12.
137 Clericos periurij reos non dignitate, ac beneficijs
ius ipſum euertit, ſed exuendos, ac priuandos conſti
tuit, & ſi ſtatim incapaces nouæ inſtitutionis, ac di-
gnitatis reddat, ut commonia ubertimè affirmat Iul.
Clar. in pract. §. periurium, uer. item clericus.
138 Codicillis nō dempta ideò ſolennitas cenſebitur,
quia ſtatuto, uel conſuetudine teſtamentis dempta
ſit. commune ponit Viuius lib. 1. opin. 306. colum. 2.
cum Rip. de peſte in tit. de priuileg. ult. uolunt. cau-
ſa peſtis. num. 47.
139 Cognati iam hodie ad decimum uſque gradum
ſuccedunt. commune inquit Porc. in ſi. inſtit. de co-
gnat. ſucceſſ.
140 Coitus damnatus dicitur, quicunque lege aliqua
humana punitur. commune ponit latè Did. à Couar
ru. de ſponſal. 2. par. c. 8. §. 5. nu. 15. ubi quoque. n. 16.
141 receptius autumat ob uiri matrimonij iugum paſsi
coitus cum cœlibe muliere damnatus cenſeatur, &
qui latiſsime hanc damnati coitus materiam ex rece-
ptis ſententijs illuſtrat Iul. Clar. in pract. §. fornicatio
uer. frequenter cum ſequentib.
142 Collegij ius permanet in uno. commune inſit Pa-
b 4 norm.

norm.in cap.2.de poſtul.prælat.
143 Collegij cuiuſuis bona ſi alienentur,aliquid uè ar-
duum, ac magni momenti ad collegium attinens aga-
tur,ſingulorum nomina de collegio exprimi neceſſe
eſt,ut alienatio,actus uè ille iure ſubſiſtat.ut commu-
nem interpretum ſententiam atteſtatur Alexand.
conſil.1. colum.3. lib.4. Turzan. opin.53. & ruſſus
opin.65.
144 Coloni teſtimonium pro domino non admittitur.
commune ait Lanfranc.de depoſit.teſtium nu.85.lib.
5.tract.
145 Commodatum dici nõ poteſt,ubi dominium trãſ-
fertur,licet idem ſit reddendum, ut eſt Bar. doctrina
communiter recepta in l.2.nu.4.in fin.ff.ſi cert. peta.
quod diſſentientes etiam non immeritò atteſtãtur il
l.c.Rip.n.23.Alc.nu.2.cum ſequentib.idem Alc.lib.
2.paradox.cap.19.& pro reſolutione uidendus Bel-
lon.lib.1.ſupput.cap.7.
146 Communio perpetua,& ab eo iure infringitur,qui
iuſiurandum aliter concepit.commune ponit Viuius
lib.1.opin.205.
147 Compenſatio in omnibus contractibus præter de-
poſitum admittitur, ſi facilè quod in compenſationẽ
deducitur, & liquidò, pro iudicis arbitrio, probari
poſsit.commune ait Iaſ.in §.in bonæfidei.nu.72.inſt.
148 de act. in depoſito autem de expenſis in eodem factis
non improbatur,receptum pronunciat Fulgoſ.in l.ſi
149 plures.ff.depoſ.at in commodato generaliter compẽ
ſationi locum fore inquit placitũ uulgo Panorm. in
150 c.2.de depoſ.quemadmodũ de pecunia ad pecuniam
in ſpecie debitam commune teſtificãtur Alex. & Iaſ.
in l.ſi fundus.§.ſi ſeruus.ff.ſi cer.pet.
151 Compenſatio tunc planè locum non habet, cum
quid ſolutum iri iuratò promittitur. ut frequenter in
terpretibus probatum memorant Gozad.conſil.35.
num.15.& ſequen.Viuius cum alijs lib.1.opin.43.&
opin.199.
152 Compenſatio fieri nõ poteſt ex priori ſolutione ad
ſecundam ex iudicis ſentẽtia faciendam, ut commu-
ne ait Eman.à Coſta,cõtrarium cum aliquam multis
uerius opinatus i l.ſi ex cautione pag.234.uer. ex his
153 infero.C.de non nu.pecu.ut nec abs legato rei certæ
ad debitũ etiam neceſſarium compenſatio procedet,
niſi aliud teſtator declararit.commune ponunt Cor.
cõſ.242.lib.2.Io. dilect.de art.teſtã.tit.6.cau.5.nu.3.
154 Compromiſſum,& tranſactio æquiparantur.commu
ne aio ex Alex.conſ.22.nu.3.lib.1. & conſ.119. nu.3.
lib.2.Lanfranc.de arbitr.3.par.n.3.lib.3.tract.Alc.in
in l.cum te nu.4.C.de tranſact.
155 Compromiſſum ſi ut in arbitrum,& arbitratorem
factum proponitur,res uti ab arbitratore deciſa in du
bio præſumitur.commune ait Alc.de præſump.reg.
3.præſump.36.in fi.
156 Compromiſſum inordinarium tanquam arbitrato
rum iure,riteque fiet. commune inquit Præpoſ. in c.
infantes.3.q.7.
157 Compromiſſum quũ affines cogente ſtatuto inire
adiguntur, ad quos id ſpectet,uide ſupra uer.affines.
158 Compromiſſum alterutrius compromittentes pro
ſcriptione euaneſcit.commune aiunt Baptiſ.de ſan-
cto Blaſ.de arbitr.quæſt.53.Blanc.de cõpromiſſ.quæ
ſtio.7.nume.6.
159 Compromiſſum eccleſiaſticæ, atque adeò ſpirita-
lis cauſæ quin in ſacris non initiatum fiat,nihil uetat.
commune dicunt Dec.in c.2.nu.4.de iudic.Grat.cõ-
ſil.87.nu.10.lib.1.
160 Compromittendi ius non eſt, quibus alienandi fa-
cultas non eſt.commune aſſero ex Iaſ.in l.ult. n.119.
C.de iur.emphyt.Dec.conſ.39.& conſ.44.Capic.de-
ciſ.93.num.3.Soc.Nep.conſ.77.num.77.lib.1.Marc.
Blanc.de compromiſſ.4.par.num.58.Pariſ.conſi.85.
nu.15.lib.3.Tiraq.de iur.marit.glo.5.num.502. cum
161 ſeq.unde illud haud erit rectori, ſeu præſidi eccleſiæ
ſuper eiuſdem eccleſiæ rebus abſque capituli conſen
ſu,ut commune affirmant Soc.cõſ.18.col.4.in fi. Tur
zan.opin.77.& opin.161.
162 Computationis error,& poſt ſubductas ſæpius ra-
tiones allegari poteſt. ut receptum aſſerere auſim ex
Soci.conſi.92.num.8.lib.4.Pariſ.conſi. ult. num.16.
163 & 27.lib.1.quin & uſque ad triginta annos rectè pro
ponetur, ut commune pronuncio ex Iaſ.conſil.214.
164 lib.2.Didaco à Caſtillo in l.27.tauri col.3.& iure ip
ſo computationẽ nullam reddit, ut eſt gl. communi-
ter recepta in l.2.C.de iure fiſci lib.10.
165 Conatus an, & quando puniri debeat, uide infra
uer.uoluntatem.
166 Concubinatus licet iure canonum improbetur,ta
men iure Cæſareo etiã hodie nullis pœnis plectitur.
ut commune atteſtantur Bermond. de concubi.fol.
391.col.2.ac latiſsimè Iul.Clar.in prac.§.fornicatio
167 uer.& in primis.ubi nonnullos contrarium hodie re-
ceptum aſſerentes,& refert,& meritò refellit.
168 Condemnandi facultas cui non eſt,abſoluendi po
teſtas haud eſt.commune affirmat Feli. in ca.3. col.2.
169 de re iud.& ſi contrarium crebrius receptum aſſeue-
rent Claud.de Seyſell.in rub.ff.de acq.poſſeſſ.Viuius
lib.1.opin.160.
170 Cõdemnatus in cauſis ciuilibus & ſi quadrimeſtre
tempus ad ſoluendũ impetret, ut eſt cõmunis reſolu-
tio contra Accur.in l.debitoribus.ff.de re iud.de qua
ter illic ſcribentes atteſtantur Iacobin.in l.ſi debito-
ri nu.18.ff. de iudic.Feli.in c.quærenti col.1.& ſeq.de
offic.deleg. Boer.deciſ.45.Græcus Harmenop. lib.
1.tit.4.Iacob.Cuiacius uir multæ eruditionis. ac do-
171 ctrinæ lib.3.obſeruat.c.39.tamen cõdemnatus in cri-
minalibus ſtatim ſoluere cogetur.in id enim frequen
ter iuiſſe doctores memorant Boſsius in pract.tit.de
ſenten.num.100.Iul.Clar.in pract.§ ult. quæſt.99.in
pr in.Viuius lib.2.opin.57.
172.Condemnatus ab eccleſiaſtico iudice ob mixtum fla-
gitium poteſt iterum pœnas dare apud populi iudi-
cem ut commune affirmat Alc.in c. pernicioſam.nu.
228.de offic.ordin.
173 Condemnatus delicti nomine ad pecuniariam pœ
nam,ſi uel in minima ſumma relinquetur, pœnã cor
poris ſubibit. ut commune aiunt Boer.deciſ. 349.&
qui latè explicat Iul.Clar.in pract.§.ult.q.94.uer.ſed
quid cum ſequentib.
174 Conditio ſuaptè natura ſemper ea, quibus adiun-
gitur,ſuſpendit,& tranſmiſsionem etiam à iure con-
ceſſam impedit. ut frequenter interpretibus placitũ
inſit. Anton.Gomez de teſtam.ca.3.num.25. uer.pro
hac ſententia.
175 Cõditio,quæ tacitè ineſt,ſic eſt impedimento, quo
minus obligatio naſcatur,atque expreſſa. commune
inquit Dec.conſ.5.nu.4.
176 Conditio,quæ potuit contingere,& nunc iam ne-
quit,ſi cõferatur in tempus præteritum,aut præſens,
explcatur neceſſe eſt,at ſi in futurum apponatur,tan-
quam ἀδύνατα,ſeu impoſsibilis reijcietur.ut ſi uirgo
eſt,ſi Titius uiuit,illa corrupta,hoc mortuo,ac,ſi Ti-
tius uiuet,qui iam deceſſiſſet. ut receptũ ſcribit Did.
à Couarru.de ſponſ.2.par.c.3.§.2.nu.3.
177 Conditio pecuniæ in mare proijciendæ obſeruari
debet.ut commune aſſeuerat Eman.à Coſta in cõtra
riam ſententiam rectè abiẽs in l.Gallus.§. & quid ſi
tantum.5.par.nu.20.ff.de liber.& poſth.
178 Conditionis euentus non conſtituit debitorem in
mora.ut receptum teſtificatur Dec.conſ.2.nu.4.
179 Cõditioni ſatisfaciendi cũ nummos incapaci da-
tos

tis fiſcus aufert,non qui dedit,licet dominium tranſ-
latum non fuerit. commune loquit Eman. a Coſta in
l.Gallus.§. & quid ſi tantum.5.par.num.15.ff.de lib.
& poſthum. quamuis uerius opinioni aduerſæ nomẽ
dederit Cuman.in l.Mœuius ff. de cond. & demon.
& ipſe alibi eam latiſſime iuris magis conſentaneam
oſtendam.
180 Conditioni ſatiſfactum eſſe debet probare, qui ex
conditionali contractu agit.commune ait Bellon.cõ
ſi.50.nu.3.& uide infra uer.qualitas.
181 Conditione appoſita ſi quæ alicui relinquantur,&
deinde illi relictorum reſtitutio poſt mortem iniun
gatur,ac partium conditione non ſit,ſtatim ij, qui de
ficiente conditione in rem uenerunt,reſtituere cogen
tur nullo tempore amplius expectato. ut commune
profitentur Iaſ.in l.Gallus §.& quid ſi tantum nu.28.
& in l.Lucius col.2.ff de lib.& poſth. & Iacobin. de
ſanct.Georg.in l.ſi pater ff.de iur.doc.
182 Conditione comprehenſi filij eius,qui & hæres
inſtitutus & grauatus eſt, non dicuntur ad hæredita-
tem uocati,ſed ſubſtitutum dumtaxat excludũt,ut nec
adiectæ conditioni ſine liberis decedendi tacitè inſti
tuti hæredes putantur.ut receptum ait Anto.Gomez
de teſtam.cap.1.num.24.uer.tertio ſatis.& latius ca.
5.nu 42.uer.& in expreſſo. exemplum autem eſto,fi-
lium meum inſtituo hæredem, & iubeo ut ſi liberis
orbatus animam ediderit, Titio bona mea reſtituat.
hinc ij nepotes nõ cenſebuntur ex conditione uocati
183 tacitè,nec inſtituti. nec quicquam illis proderit, ſi
aliquid ſimul ab eiſdem mandatum proponatur, aut
aliquo modo onus aliquod ipſius una ſit iniunctum.
cuius rei extat exemplum:fili mi hæres eſto, & ſi in-
ops a liberis cõmune naturæ debitum exolueris Ti-
tio amico noſtro hæreditatem reſtitue.uolo autem ut
qui tibi ſuperſtites liberi fuerint, liberto meo damæ
quinquaginta aureos annuatim ſuggerant, uel quid
ſimile.nam nec hi a eius filij uocati honeſtati ue uide-
buntur.ut commune aiunt Alexander numer.49.Ia-
ſon numer.56.in l.centurio ff.de uulgar. & pupillari.
Deci.in l.prima numer. 15.C.de pact.& affatim An-
ton.Gomez de teſtamen.cap.5.nume.43.uerſi.2.& in
ſpecie.
184 Conditione cuiuſcunque ſubſtitutionis complexi
quicunq; illi ſint nec uocati, nec tacitè inſtituti cen-
ſentur.commune aiunt Iaſ.in l.Gallus in princ. & in
§.in omnibus ff.de libe.& poſthum. & in l.cohæredi
§.ult.ff.de uulg.latè Ant.Gomez de teſtamen.Cap.3.
185 nu.24.ad fi.& c.5.nu.42.uer.8.facit.ut nec in fideicõ-
miſſi conditione ſcripti ad hæredis emolumentum a
teſtatore memorati putabuntur commune dicit Ale.
conſi.105.lib.1.
186 Conditiones quibuſcunq; relictis adiectæ, atq; in
unum conceptæ caſum ex uoluntate ad ſimiles dilatã
tur.ut commune ait latiſsime doctor meus Emanuel
a Coſta in l.Gallus in §.& quid ſi tamen 3. par. nu.1.
cum ſequen.ff.de lib.& poſthum.
187 Conditiones in caſum poſitæ,& conditiones mix-
tæ quæ iure digeſtorum filij inſtitutionem demolie-
bantur,hodie ex l.quoniam in prioribus C.de inoff.
teſta.expunguntur,& inſtitutio firma, ac pura ſubſi-
ſtit,ut receptum produnt Paul.in l.ſuua quoque col.
2.ff.de libe.& poſthum.Lancelot in ſi.Iacob nu.14.
Dec.colum.pen.in l.ſi pater C.de inſt.& ſubſti.Rho
deric. Soarez in illam l.quoniam in prioribus am-
pliat.1.Guilielm.in cap.Raynutius uer.reliquit num.
188 28.de teſtam.At conditiones turpes tam olim, quam
hodie labem,ac perniciem inſtitutioni afferent.ut fre
quenter placitum eſſatur Alber.in d.l.ſi pater nume
ro.193.Guilhelm.in laudato uer.nu. 33.& receptiua
aſſeuerat Eman.a Coſta magni ingenij uir in l. Gal-
lus.§.& quid ſi tantum 3.par.num.106.ff. de liber. &
poſthum.
189 Conditionalis creditor,creditor propriè non dici
tur.commune eſſantur Dec.lect.1.num.29. & lect. 2.
in ſi.in l.1.ff.ſi certum petat.& qui eum refert Viuius
lib.1.opin.58.
190 Conductio ab emptione diſcernetur,ac dijudicabi
tur ex precij, mercedisue quantitate,ut eſt Accur.o-
pinio in l.1.§.1.uer.in agendo ff de ſuperfic.quam cõ
muniter receptam teſtatur Rip.nu.33.Purpu. n.53.
in l.2.ff.ſi cer.pet. Dec.in l.ſemper in ſtipulationibus
nu.1.ff.de reg.iur.
191 Conductio mentione certæ mercedis haud facta
ualet.& id precij,ſeu mercedis dandum eſt,quod præ
ſtari adſolet. ut frequentibus interpretũ ſuffragijs ex
ceptũ pronunciant Ant.Gomez de contract.c.2.nu.9
& c.3.nu.4. & uir quamuis laudatione maior Arrius
Pinel.meritò in diuerſa omnia abiens in rub.2.par.c.
3.nu.4.cum ſeq.C.de reſcin uend.
192 Conductio ad longum tempus dicitur alienatio at
que ideo quãdo & ubi alienatio interdicitur,& illa pro
hibita cenſetur. commune aio ex Ang. poſt Fab.in §.
adeo in fi.num.1.inſti.de loca. Alexan.conſi.17.lib.4.
Boer.deciſi.234. Did.a Cauorra. lib. 2. reſolur.cap.
16.colum.1.Plotto conſi.108.nu.59.lib.1. conſi.cri-
193 min.quin & emphyteuſi conſertur, atque æquipara-
tur ut commune profiteor ex Iaſ. in l.naturaliter nu-
me.15 ff de acq.poſſ.Felin.conſi.22.& 135,quos copio
sè laudant inclytus Pinel.in par.3.num.66.C.de bo-
nis matr.
194 Conductio ad longum tempus a maioratus,ut fau
di mos eſt,ſucceſſore non neceſſario ſeruari debet.cõ
mune effatum pono ex Iaſ.conſi.19.& conſi 94.libr.
1.Cur.de feud.quæſt.14.ad medium.Anton. Gomez
in l.40.tauri nu.84.Artio Pinelo in l.1.part.2. n.65.
C.de bon.mater.
195 Conductio ultra licitum,iuſtumque tempus facta,
in tempore iuris facultatem progreſſo tantum labeta
ctator.commune ait Iaſ.in auth.qui rem nu.21. C. de
ſacroſ.eccle.
196 Conductionis,& locationis inſtrumento non pro-
batur dominium,& ſi contra ipſum conductorem rei
uindicatione agatur.commune affirmat Alex. conſi.
21.nu.4.lib.4.
197 Conductor ad longum tempus is eſt,qui uel ad tẽ-
pus decem annorum,uel longius conducit.ut cõmu-
ne aſſeuero ex Alex.conſi.17.col.1.lib.4.Iaſ.conſ.24.
& 94.lib.1.Dec.conſi.192.nu.1. Soc.Nep. conſi.66.
nu.5.lib.2.Pariſ.conſi.98.lib. 4. & qui ad nouem an-
198 nos ita conducit, ut poſtea denuo noua alia incipiat
conductio ad tantum temporis,quantum ſuperet de-
cennij ſpatium ſi cum ſuperiori coniungatur, & qui
uel ad ſuam,uel ad locantis uitam conducit, & deni-
que qui quo ad ipſe uel locator uoluerit,rem condu-
cit. ut commonia copioſè atteſtatur Arrius Pinel. in
199 l.1.par.3.nu.63.C.de bon.mater.habet autem huiuſ-
modi conductor utile dominium, & in rem actionẽ.
ut frequenter placitum enunciare auſim ex Aret.con
ſi.55.Fel.conſi.25.Iaſ.in l.naturaliter nu.15.ff.de acq.
poſſ.& in l.1.nu.34.& in l.2.nu.39.& in l.ult.nu.2.C.
de iur.emphyteu.
200 Conductor ad longum tempus tributis, ac rerum
oneribus eſt obnoxius. ut commune aſſeuero ex Ale
xan.conſi.1.nu.10.lib.4 Syl.conſi.47.nu.4.Paſpal.in
l.placet nu.48.C.de ſacroſ.ecc.Ar. Pinel. ubi ſupra.
201 ut & quinia alius conductor,qui rei fructus percipit,
ut inferius obſeruaui.
202 Conductor ad longum tempus ab emptore nõ abi
getur,ut commune renuncio ex Alexãdro in l.ſi filio,
§.ſi uir ff.ſoluto matri.& Artio Pinel, non de nihilo
diſſentiente,

diſſentienti in l.1.par.3.nume.68.uer.infertur.5.C.
de bon.mater.
203 Conductor iterum uel rei, uel operarum non ex-
preſſa mercede intelligitur eandem, quam prius mer
cedem dependiſſe, uel quem loci conſuetudo fert. com
mune atteſtantur duo mihi non pœnitendi iuris præ
ceptores Ant.Gomez de contrac.cap.2.nu.9. in fi. &
cap.3.nu.4. Arius Pinel.in rub.2.part.cap.3.nu.4.&
nu.8.C.de reſcind.uendi.
204 Conductor rei propriæ ſcienter dominij iure non
labitur. commune effatur Alex. in l.ſi aliquam nume,
205 in.ff.de acq.poſ. ignoranter uerò rei poſſeſſionē
exuit.ut commune aiunt Cart.Sen.conſi.70.nu.2.&
206 7.& Cagnol.in l.nec pignus nu.8.ff.de reg.iur.quam
perdit, & acquirit locator re ſcienter conducta, ut
frequenter placitum inſit Rip.in laudata l. ſi ali-
quam rem numer.19.& numer.22. ff. de acquiren.
poſſeſſ.
207 Conductor rerum fractu aut perdito facilium præ
ſtare debet exactiſſimam diligentiam.ut receptius di
cit Porc.in §.item quæritur nu.2.inſti.de loca.
208 Conductor non tenetur etiam modicè expendere
in ea, quæ ultra conductionis tempus ſunt duratura.
ut commune pronuncio ex Bald.nu.5. Iaſ.num.25.
& num.27.in l.1.C.de iure emphyteu. Alex.conſi.4,
nu.7.lib.5.
209 Conductor quin poſſeſſionis à ſe ante conductio-
nem obtentæ exceptionem locatoris rem repetenti
opponat nihil impedit. com nune aiunt Pariſ.conſil.
59.nu.30.lib.1. Iacob.Menochius uir elegantioris
doctrinæ in trac.recup.poſ.remed.11.nu.4.quod in-
tellige iuxta ſuper ius obſeruata.
210 Conductor ius in rem habens non expellitur à
particulari ſucceſſore.ut commune proferunt Grat.
conſi.95.nu.12.lib.1.Did.à Couarru.lib.2.reſolut.
cap.15.nu.13. Ioan.de Amicis conſil.113. aſſerunt
Pau.Alex.& alii in l.ſi filio §.ſi uir, ff. ſol.mat.Porc.
nu.ult.in fi.inſti.loca. & omnes ſcribentes in l.empto
211 rē.C.loca excipe niſi ſi cùm nulla alienationis prohi
bitio præceſſit, id, quod intereſt, aut pœnam ſuc-
ceſſor offerat.ut commune enunciant Anto.de Fano
de pign.2.par.memb.1.nu.7.& Neguzant.de pigno.
2.par.col.3.
212 Conductor, ſeu colonus etiam ad tempus modicū
non poteſt à particulari fiſci ſucceſſore expelli.ut cō
mune aio ex Plat.in l.ſi tempora in fi.C.de fide inſtr.
& iur.haſt.fiſc Pau.nu.4.Roma.nu.10.Alex.nu.5.in
l.ſi filio, § ſi uir ff.ſol.ma. Iaſ.in l.diuortio nu.36. ff.
illo eod.tit. Guid.Papæ deciſ.480. quemadmodum
213 nec eccleſiæ conductor à ſingulari illius ſucceſſore
detrudetur.ut frequenter interpretibus placere af-
firmo ex Roma.in d.§.ſi uir, nu.13.Grat.conſi.95.nu.
23.lib.1. Ario Pinel. uiro cum primis & cordato,&
diligēti in l.1.par.3.nu.68.uer.infertur.11.C.de bo.
214 mater.expelletur tamen is, qui ab eccleſiæ prælato
conduxit, ſi illius prælati ſucceſſor uelit.ut commune
teſtatur Soci.conſi.34.lib.3.
215 Conductor rerum dotalium ab uxore expelli im-
punè poteſt poſt uiri locantis mortem. ut receptum
ponit Did.à Couarru.lib.2.reſol.cap.15.nu.4.
216 Conductor quicunque ſeu partiarius, ſeu pecuniā
pendens uectigalibus,& rei oneribus eſt obnoxius,
ſi fructus ex illa percipiat.commune autumo ex Pau
lo conſi.442.in fi.lib.1. Iaſ.conſi.109. ad fin.lib.1. &
late, ac luculenter agente Ario Pinel.in l.1.par.2.nu
me.72.uer.20.ampliatur, & uer.limita.2.C.de bon.
mater.
217 Conductoris etiam minoris res in conductam do
mum abſque tutoris authoritate illatæ pro penſione
tacitè inſtar aliorum obligantur. commune ponunt
contra aliquam multos non poſtremos iuris profeſ
ſores Iaſ.nu.57.Gomez nu.25.Bellon.nu.31.in §.itē
Seruiana inſti.de act. Neguzant.de pig.3.par.memb.
4.nu.154.
218 Conductori non locatori malo eſt fructuum à ſo-
lo ſublatorum, & à militibus diſſipatorum calami-
tas.ut commune inqui: Cur.Iun.conſi.85.nu.2.
219 Conductori ingens, atque intolerabile damnum
iuxta uulgi opinionem perpeſſo remiſſio indulgeri
debet. ut commune doctorum placitum teſtificatur
Tuſzan.opinio.107.cum Soc.conſi.100 in cauſa Ba
220 priſtæ in prin.lib.1. uerius tamen, magiſque receptū
eſt in agrorum conductore, ut tum demum illi remit
tendum de mercede ſit, cum deducto ſemine, atque
habita expenſarum ratione tam paucos ipſe collegit
fructus, ut ſi pacta penſio ſoluatur, ultra dimidium iu
ſti precij lædatur.ut conſtat ex Alex.conſ.107.nu.18.
lib.7.Cor.conſi.128.nu.26.lib.2.Capic.deciſ.88.nu.
1.Pariſ.conſi.88.nu.23.lib.1.Soci.Nep.conſi.68.nu
me.9.lib.2.Gyg.de penſion.q.66.nu.17.Ant.Gomez
de contrac.cap.3.nu.1.8.& magis commune dogma
atteſtantur Aret.conſi 52.nu.2, Arius Pinel.in l.2.1.
par.cap.3.nu.22.C.de reſcind.uendi.
221 Conductori penſio, merces uè tum demum auge-
tur, cùm & eius lucrum eſt ingens, & id nec ipſius di
ligentiæ, atque induſtriæ, nec fructuum indicationi,
ſed illorum quantitati caſu quodam prouenienti ac-
ceptum referri debet. ut commune tantur Soci.Iun.
conſi.68.nu.6.& 10.lib.2.Ant.Gomez de contrac.ca
pit.3.nu.19.Ariu.Pinel.meritò cum nonnullis à iota
hac opinione diſſentiens in l.2.par.1.cap.3.nu.34.
& ſeq.C.de reſcind.uendi.
222 Confeſſio non eſt probatio.commune efferunt Fe
lin.in rub.nu 6.de probat.Hyppol.in rub.nu.74.Cal
lo tit.Alc.de præſump.1.par.nu.6.in fi.& in l.cum te
223 ner, neceſſaria, C. de tranſac. quamuis longè uerius
ſit contrarium, ut cenſuit Salic.in rub.nu.4.de proba
tio.conſentiunt Iaſ.nu.11.Dec.numer.8.in d.l.cum
te: defendit Aret.in rub.nu.18.de proba.quia & pro
batio probata eſt, atque alijs uerior, & potentior iux
ta Soci.Iun.conſi.39.num.18.lib.1.Gramma.deciſ.
36.num.66.& maior quouis publico inſtrumento, ut
uerò tradunt Aymon Crauet.conſi.66.num.3.& con-
ſil.172.num.4.Zaſ.conſil.1.num.4.& 5.lib.1.& uir
magnæ doctrinæ Iacob. Menoch.de recup.poſſeſſ.
pag.mihi 18.num.217.& ſequentib.ubi multa de a-
lius uiribus utiliter, & diſertè contexit, & qui pluries
eleganter laudat Nicolaus, Antonius Grauat us lib.
5.cap.16.nu.9.& ſeq.ſed hac de quæſtione copioſius
nos alibi.
224 Confeſſio contra iuris, & iure præſumptionem ad
mittitur. commune inquiunt Panorm.in cap.is qui
fidem de ſponſ.Alc.de præſumptis par.nu.6.
225 Confeſſio extraiudicialis (licet enim doctorum
uerbis uti in placitis illorum recenſendis) nullius eſt
ponderis.commune inquit Felin.in cap.ſ. ne ſi clerici
226 de iudi.ſed fallitur, nam huiuſmodi confeſſio etiam
abſente parte facta applenè probat iure pontificum.
ut commune reſtatur idem Felin.in cap.ſi cautio de
fide inſtrum.Dec.conſil.63.Alc.in rub.nume.8.ff.de
227 uerb.oblig.Curt.Iun.conſi.68.num.2.de iure autem
Cæſareo parte abſente facta indicium, ut frequens
placitum affirmant Alci.in cap.cum non ab homine
228 nu.98.de iudi.Marc.Ant.de indi.nu.204.ſeu potius,
ſemiplenam probationem gignit, ut receptum aſſe-
uerant idem Marc.Ant.in illo met tracta.num.108.
Crauet.de antiquit.par.1.uerſi. propoſitum noſtrum
nu.30.Iul.clar.in prac.§ ultim.quæſt.22.uer.confeſ-
229 ſio.& quæſt.55. At parte præſente, atque expreſſim
accipiēte ſi huiuſmodi confeſſio extraiudicialis fiat,
uel

uel etiam coram iudice incompetenti, integram, &
perfectam fidem concinnabit ut commune inquiunt
Berous in ca.at ſi clerici nu.142.de iudic. Iul.clar.d.
quæſt.55.uerſi.unum tamen ſcias.
230 Confeſſio facta eo, cuius intereſt, præſente, & non
expreſſim accipiente, non perfecte probat. ut rece-
ptum dogma eſſatur Iaſ.in l.error nu.3.C.de iur.&
fact.ignor.Rip.num.22.Alc.nu.3. in rub.ff.de uerb.
231 obli.ueritus tamen multi contrarium cenſent. quos
expiſcaberis ex Alex.in l.ſuus hæres num.3.C.de re-
pud.hæred.Caccialup.in repe. l.admonendi nu.146.
ff.de iureiuran.Socin.conſil.128.num.6.lib.2. Clau.
nu.29.Dec.num.8.in l.poſtquam liti C.de pact.Dec.
rurſus in cap.at ſi clerici num.18. de iudic. & Duen-
232 nas, qui iam id commune aſſerit reg.119. at confeſ-
ſio parte abſente facta ſemiplenam abſque dubio pro
bationem inducit. ut ſequenter placitum inquiunt
Crauet.de antiquit.1.par.arg.3. num.30. Viuius lib.
2.opin.49.
233 Confeſſio propria in uno iudicio facta nocet in
alio. commune ait Panor. in cap.per inquiſitionem
nu.12.de electio.& qui late hanc rem agit Iul.clar.in
234 prac.§.ult.quæſt.54. uer.pen. intellige autem quod
ut & hæc confeſſio in iudicio facta applenè probet,
exigitur partis aduerſæ præſentia, ut luculenter pro
bant l.certum, §.ſi quis abſente, ff.de confeſ.l.ult.ff.de
interrog.act. & eſt commune illic axioma. cuius ra-
tionem ſcribit Paul.in l.generaliter col.2.ad finem.
C.de non num.pecu.& ſi hac in re non leuiter cæcu
tierint Feli.in cap.1.num.5.de lit.conteſ.Rebuf.in ll.
Galliæ.tit.de chyrographis nu.68.
235 Confeſſio quæ uel in articulis, uel in ſcriptura alia
fit, nec partis aduerſæ acceptionem, nec præſentiam
deſiderat, ut applenè probet. quemadmodum frequẽ
ter interpretibus placere auſim aſſerere ex Bart.in l.
certum, §.ſi quis abſente, ff.de confeſ.& in l.Lucia co.
1.ff.de donat.Paul.& reliqui in l.publia, §.ult.ff.de
poſ.Felin.in cap.ſi cautio.nume.25.de fide inſtr.& ſi
ea in re obdormierit Dec.in l.2.nume.8.C.de inſtit.
& ſubſti.
236 Confeſſio facta in tormentis, quam nulla, uel non
legitima indicia præceſſerunt, nullius eſt momenti,
tametſi in ea confeſſus perſtet. commune aiunt Iaſ.
conſi.188.num.2.lib.2.Cap.deciſ.95.nu.3.Ant.Go-
mez de delict.cap.13.nu.25.Ceph. l. uir elegantioris
doctrinæ inter conſil.crim.conſi.102.nu.6.lib.1.Boſ
ſius in pract.tit. de confeſſis per torturam nu.6.Iul.
237 clar.in prac.§.ult.q.55.uer.ſi uerò. at ſi ſine tormen-
tis fiat, & ſi tormentorum metu facta ſit ad condem-
nandum ſufficiet. ut commune ponunt Viuius lib.1.
opin.47.Iul.clar.in d.§.ult.quæſt.64.uer.nunc de gra
238 dibus. quæ uerò in tormentis rectè, ac ritè inflictis fit
confeſſio non aliter fidem faciet, quàm ſi poſt tormẽ
ta illam agnoſcat reus, & ratam habeat extra tormẽ
ta ad iuris tribunal, ut commune aſſerunt Boer.de-
ciſ.163.nu.18.& qui accuratè ex receptis ſententijs
id explicat Iulius clar.in d.§.ult. q.64. uer. cæterum,
cum ſequentib.
239 Confeſſio, quæ in ultimæ uoluntatis elogio fit, ſeu
mutui accepti, ſeu debiti ſibi ſoluti, ſeu alterius rei
perceptæ, parte præſente, aut eius nuncio, aut nota-
rio illius nomine accipiente, uſque adeò perfectam,
ac legitimam probationem ſuppetit, ut nullus exce-
ptioni non numeratæ pecuniæ locus ſit: ſin uerò ne-
que coràm parte, eiusve nuncio, aut ſcriba illius uice
accipiente fiat, magis legati, aut fideicommiſſi loco
cenſebitur, quam ullam probationis uim teneat. ut
frequens placitum affirmo ex Iaſo.in l.qui pecuniam
col.1.ff.ſi cer.pet.& in l.admonendi nu.158.ff.de iu-
reiur.Hippol.in l.1.§.præterea col.4.ff.de quæſt. Fe-
lin.in cap.ſi cautio nu.54. de fid.inſtr. & non exiguã
doctorum phalangem producente Eman. a Coſta in
l.ſi ex cautione fallen.12.nu.1.& 2.C.de non numer.
pecu.ac Viuio, qui ſe ſe magna non errantia intricat
lib.1.opi.414.
240 Confeſſio ſeu in iudicio, ſeu extra iudicium ab
uno ex pluribus correis debendi facta nec alijs nocet
nec prodeſt. ut frequenter interpretibus probari ſcri
pſit uir egregius, & mihi multis nominibus obſer-
uandus Ioan Ronchegallus Gioldus in l.ex duobus
36.nu.71.ff.de duob.reis.
241 Confeſſio liberationis, quæ parte abſente fit, & ua
let, & applenè probat. commune iuſit Bald. conſil.
242 466.lib.4.ſed melius, ac uerius ait contrar. eſu re-
ceptum Rip. in l.condictionis num. 21. C. de pactis.
à quo ſto.
243 Confeſſio cum aliquo adiuncto facta tunc ex par
te probari, ex parte improbari ab aduerſario poteſt,
cum adiunctum in ipſa rei confeſſæ geſtione non ſi-
244 mul interueniſſe dicitur: alioquin utrunque accipi,
aut utrunque eiurari neceſſe eſt. exemplum eſto il-
lius, confiteor centum mihi mutuo data, ſed intra an
num ſoluenda, uel cum Titius meus debitor me no-
mine liberarit: huius uerò adiuncti ſit exemplum, cũ
accepta quidem mutuò quinquaginta ſeſtertia confi
teor, ſed iam ſoluta aio, ut commune atteſtatur Boer.
245 deciſ.339.nu.3. quod in criminalibus etiam receptũ,
& teſtatur, & accuratè explicat Iul.clar. in practi.§.
ult.quæſt.55.uer.poſtet.
246 Confeſſio mera, alijsque deſtituta indicijs à ſocio
criminis edita, in iis etiam caſibus, quibus de compli
cibus interrogatio iure permittitur, non eſt ſufficiens
indicium. ut commune tradunt explicantes Boer.de
ciſ.319.Grammat.not.6.nu.2.
247 Confeſſio gemina in quocunque contractu, & in
quacunque cauſa exceptionem non numeratæ pecu-
niæ omnino circunducit. ut commune ex multis
enunciat Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione, fallen.14.
C.de non num.pecu.
248 Confeſſio minoris abſque ulla ullius curatoris au
thoritate emiſſa, ut illi noceat, praxi generali acce-
ptum eſt: quemadmodum atteſtantur Ang.de male-
fi.uer.comparuerunt, & confitentur totum.nu.8.Iul.
clar.in prac.§.ult.q.55.uer.ulterius.
249 Confeſſio pecuniæ, aut quarumuis rerum rece-
ptarum ex alia cauſa, quam ex mutuo, ſtatim nocet,
nec oppoſita nõ numeratæ pecuniæ exceptione onus
probandi in creditorem transfertur. commune aio
ex Aret.col.6.Alex.nu.35.in l.1.ff.ſol.ma.Iaſ.in l.le-
gitima.col.3.ff.de pac.& in l.1.col.4.ff.de condic.ex
leg.Felin.in cap.ſi cautio nu.54.uerſi.fallit.3. de fide
inſtrum.
250 Confeſſio recepti, ſi numeratum eſſe non conſtet.
facta ex cauſa donationis cenſebitur. ut frequenti
bus doctorum calculis receptum prodit Curt.Iun.
conſi.95.nu.3.
251 Confeſſio curatoris, tutoris, procuratoris, execu-
toris, & cuiuſuis alterius adminiſtratoris de facta nu
meratione, quam aliter factam eſſe non conſtat, in
damnum præiudiciumve pupilli, & cæterorum, quo
rum principaliter intereſt, fidem non facit. commune
aiunt Tiraquel.de retract.conuent.§.4.glo.6.nu.12.
& ſeq.Bolognet.in l.ij.§.ult.nu.44.cum ſequentib.ff.
ſi cer.pet. Conſtat uir doctiſſimus conſi.101.nu.18.&
ſeq. magis commune aſſerit Follerius in pragmat.de
cenſ.uer.quæ quidem executio nullæ falſitatis num.
252 52.& ſi contrarium abſque dubio uerius iure eſſe ali
bi latè oſtendo, quod praxi ſeruari atteſtatur Zaſ. in
dicto §.ultim.
253 Confeſſio quæ in inſtrumento fit, aliquem habuiſ
ſe,

ſe,& accepiſſe,tanti eſt momenti, ut interueniſſe numeratio in confeſſionis inſtrumenti tempore præſumatur.commune aio ea Alex.in l.ſtipulatus.§.Chryſogonus nu.14.ff.de uerb.oblig.Iaſ.in l.poſt dotem nume.
85.ff.ſol.mat.Camp.de dote par.3.quæſt.148.non ta
254 men agenti ex numeratione ſatis erit probare con-
feſsionem de recepto inſtrumenti literis contentam
ut commune latè affirmat uir egregiæ doctrinæ Ioã.
Cephal.conſi.101.nu.13.
255 Confeſsio ſacerdoti facta,ut doctores commentantur,ac per illum reuelata multum probat,ſi unà & ſacerdos fide dignus ſit, & palàm illam facere ſibi per ipſummet confitentem licere iuret: aliàs ſecus. ut commune teſtificantur Felin.in cap.teſtimonium nume.10.de teſtib.Cotta in memorab.uer.iuramentum probat difficultatem, Viuius lib.1.opi.50.
256 Confeſsionem errore omiſſam quiuis contrarijs probationibus poterit refellere.ut commune fatetur Boſsius in pract.tit.de confeſſ.nu.60.Iul.clar.in practi.§.ult.q.55.uer.ult.
257 Confeſſus coram iudice incompetenti torqueri poteſt à competenti,& cogi in confeſsione permanere.ut receptum effantur Iaffred.deciſio.104. Viuius lib.1.opi.48.Iul.clar.in prac.§.ult.q.55.uer. 2.
258 Confeſſus homicidium, & defenſionis cauſa ſe il-
lud patraſſe affirmans,niſi adductam cauſam probet,
pœnas alias quàm corporis luet. commune inquit
Iaſ.in l.ut uim n.3. ff.de iuſ.& iur.Iul.clar.in prac.§.
ult.q.55.uer.poſſet quoque.
259 Confeſſus delictum & ſi ad id iudicis blanditijs,
ac promiſsionibus pellectus fuerit, plecti poteſt,ac
debet. commune inquit Chuchalon ad Dec. in l.ea
260 eſt natura.ff.de reg.iur.intellige ſi in confeſsione per
ſtiterit,ut latè tradit Viuius ita diſsidentium inter-
pretum dogmata concilians lib.1.opin.172.& uide
261 infra uer.index.amplia ut unica confeſsio ſufficiat.ut
cum multis receptum teſtatur Iul.cla.in prac. §.ulti.
q.65.uer.ult.
262 Confeſſo ſi pœna imminui ratione aliqua debet,
& ei,qui poſtquam ſemel negauit,confeſſus eſt,immi
nuetur.ut contra communem opinionem aſſerit mi-
tius,& magis commune Iul.clar.in prac.§.ulti. q.82.
ſtat.9.uer. ult.
263 Confiſcatio bonorum non proſcribit bona futura
uel conditionalia. commune aiunt latè Iaſ. in l.ſi ſti
pulatus fuerim,§.cum ſtipulamur nu.6.ff.de uer.obl.
Ant.Gomez de delict.cap.ult.nu.1.& 2. inſignis Pi-
nelus in rubricæ princip.num.3.C.de bon.mater.ubi
264 ijdem frequenter receptum aiunt. ſecus omnino fu-
turum in bonis ex conditionali contractu peruentu
265 ris. quo ea ſolum defert in fiſcum hæc bonorum con
fiſcatio,quæ in hæredes extraneos alioquin tranſitu-
ra erant.commune aiunt Alc.conſ.552.nu.6.Iul.cla.
qui hac de materia latisſimè diſſerit in prac. §.ult.q.
78.uer.nunc uideamus cum ſequentib. & uide ſupra
uer.bonorum confiſcatio.
266 Confiſcatio bonorum contra filium fami. decreta
nec bona profectitia, nec aduentitia, nec caſtrenſia
inanit.ut communia atteſtatur Iul.clar.in prac. §.ul
ti.q.78.uer.prætereà quæro,cum ſequentib.
267 Confiſcatio bonorum,& bona in alia ditione poſi
ta diuexat.ut frequenter interpretibus placitum effa
tur,ac rectè explicat Iul.clar.in præd.q.78.uerſi.ſed
hic quæro poſt Brun.conſi.feud.32.nu.1 Roland.à
Valle conſi.78.nu.24.lib.2.
268 Confiſcatis uxoris bonis, & ipſius dos proſcribi-
tur,at confiſcatis mariti bonis ſecus longe eſt. ut re-
cepta axiomata effantur Aegid. Boſsius in pract. in
tit.de bonorum publi.nu.73.& nu.75.ac Iul.clar. in
pract.q.78.uer.quæro ſi bona.

269 Coniuges ſibi mutuò ſuccedunt in quartam hære
ditatis partem, ſi ſuperſtites liberi numerum terna-
rium non egrediantur: aliàs in uirilem portionem
uel teſtato,uel inteſtato,uel defuncti ſponte, uel eius
in gratijs admittentur.commune inquiunt Corn.con
270 ſi.4.col.2.& 3.lib.4.Soci.conſi.121.col.4.lib.4. intel
lige tamen hoc proceſſurum,ſi aut nulla dos dicta eo
rum matrimonio ſit,aut tam exigua,ut inde ſeſe uxor
alere non poſſet.commune ponit Viuius lib.1.opin.
ult. cum Barba.conſi.74.lib.4.
271 Coniuncti ſanguine,differentia agnatorum,& co-
gnatorum, ſuſque deque habita, ad decimum uſque
gradum inter ſe ſuccedent. commune inquit latè Di-
dac.à Couarru.in epitom.de ſucceſsione ab inteſtato
272 col.11.coniunctorum tamen appellatione quo ad a-
gendi effectum, ad quartum duntaxat gradum tranſ-
uerſales admittentur: ut omnibus probari dixit Ale
xan.conſi.146.uideretur col.3.lib.2.
273 Conſilium uiri doctisſimi liberat expenſarum one
re.ut receptum ait Curt.iun.conſi.19.nu.4.
274 Conſilium uiri in dignitate poſiti ubicunque exi-
gitur,conſenſus eius, uel authoritas omnino neceſſa-
ria eſt.commune inquit Soci.in l.2.§.uoluntate n.3.
275 in fi.ff.ſol.mat.quamuis qui conſilium ab aliquo pete
re tenetur: generaliter illud ſequi non cogi dicatur:
ut frequenter placitum ponit latè Did. à Couarru.
de ſponſ.2.par.cap.3.§.8.nu.3. & Eman.à Coſta in l.
cum tale §.ſi arbitratu.in limit.11.à nu.1.ff.de cond.
& demon.Crauet.conſi.1.
276 Conſulens in delictis alioquin nõ facturo pares de
linquenti ipſi pœnas indiſtinctè dat. commune dicit
Dec.in l.conſilij non fraudulenti nu.4. ff. de reg. iur.
ubi Cagnol.nu.3.frequenter receptum ſcribit, ut is,
qui alias non facturo conſulit,æquè, atque ipſe delin
quens puniatur, qui uerò & alioquin facturo conſu-
lit, mitius plectatur. quod etiam uerius,& magis re-
277 ceptum oſtendit latè Iul.clar. in prac. §.ult. q.88. &
ſi conſulentem alias facturo non teneri de delicto po
ſtea admiſſo profiteantur frequenter placitum docto
ribus Panormit.in cap. nuper de ſentent. excommu-
nic.Imol.in cap.1.de offi.delegat.Felin. in cap.ſicut
dignum num.7.de homicid.
278 Conſuetudo inducitur ex duobus actibus iudicia-
rijs.commune refert Fulgoſ.in l.de quibus num.10.
279 ff.de legib.ut etiam percurſo decem annorum ſpatio
inualeſcat. commune aiunt Iaſ. in eandem l. nu.47.
280 Turzan.opi.66.in fi.intellige cum huiuſmodi conſue
tudo eſt præter ius.commune ponit Menoch. de iure
281 patron.lib.1.nu.17.uel legi ſolum derogat, ut com-
282 mune fatur Fulgoſ.ubi ſupra. nec requiritur,ut in iu
dicio oppugnata,atque approbata ſit,uel in aliquam
contentionem uenerit.commune pronunciant Abb.
in cap.cum tanto col.9.de conſue.Soc.conſ.99.col.
2.lib.1.Turzan.opi.153.Viuius lib.1.opi.56.
283 Conſuetudo licet ſcriptum ius aboleat, tamen cõ
ſuetudinis ſimilitudo quæ uel à maiori ratione pro-
cedet,illud non uincet. commune affirmat latè Tur-
zan.opi.98.
284 Conſuetudo quæ ſit, quæque conſuetudo, rationi
conſentanea cenſeri debeat, iudicis arbitrio decidi-
tur. commune aſſerit Ioan.Nicol. in flor.iur.patron.
lib.1.num.15.
285 Conſuetudo à lege antiquata non poterit in ean-
dem ſpeciem denuo induci. quippe quia non ſolum
de præterito,ſed in futurum,atque adeò in ſecula ab
rogari credatur.commune effatum atteſtantur Imo.
in l.cum ab omni num. 3.de uit.& honeſt.cleric. Iaſ.
in l.cunctos populos num.74.de ſumma Trinit.Tur-
286 zan.opi.99.Viuius lib.1.opinio.53. & 54.poterit ta-
men ex noua cauſa induci. ut commune ponit idem
Viuius

Viuius d.lib.1.opi.55.

287 Conſuetudo etiam iniuſta excuſat à pœna.ut cõmune renunciant Gomez in cap.1.nu.131.de conſtitutio.lib.6. Turzan.opinio.96. Villalob.in ſua collecta.

288 Conſuetudo non probatur teſtibus ſingularibus.cõ-
289 mune ait Dec.conſi.215. quin & probari debet teſtibus de actuum uiſu,frequentia,diuturnitate deponentibus,ut tacitus populi conſenſus acceſsiſſe uideatur. commune aſſeuerat idem Dec.conſi.489.num.25.ſa-
290 tiſque ſuperque erit duobus teſtibus ea omnia probari.receptum ait Rochus in 4.ſect.repet.cap.ult.nume.66.de conſuetu.& uide infra uer.teſtes ſingula-
291 res.quin & illam uigere celebri iuris doctori ſcriptis prodenti credetur.ut commune effantur Porc.in §.apum nu.10.inſti.de rer.diui. Alex.in l.poſt dotem nu.29.ff.ſol.mat.Dec.in l.2.§.mutui datio lectu.2.nume.13.cum ſeq.ff.ſi cer.pet.& conſi.540.nu.10. Viuius lib.1.opi.88.

292 Conſuetudo non facit ſupplementum in ſubſtantialibus,ut loquar doctorum more. commune enunciat Arius Pinel in rub.2.par.cap.3.nu.3.in fi.& nume.5.etiam in fi.C de reſcind.uendi.

293 Continuatio,ſeu concatenatio titulorum ad titulos fieri neceſſario debet,ut communem eſſe opinionem aſſerit Ang.in prin.procem.inſtit.col.antepen.& in rub.in prin.inſtitut.de actio.ubi Iaſ.ex nome.3.multos ab ea ſtantes refert.quod etiam copioſè facit Ioan.de Garron.in rub.C.de ſecun.nup.Hierony.Bu-
294 trig.in rub.ff.de uerb.oblig.non tamen libri ad librũ continuatio neceſſaria eſt ex glo.rub.ff.de conditio.furt. in ultimis uerbis, cuius ſententiam frequenter receptam aſſero ex allegatione Alex.in rubr.nu.24.ff.de nou.oper.nunciatio.Iaſ.in rubric.nume.6.in fi.inſtit.de action.Iacob.de Nigris in repetitio.rubri.nume.1.ff.ſi certum petat.ubi Lodouicus Gomez communem etiam teſtificatur. magis tamen, ac ma-
295 gis mihi probatur Raphaelis Cuman. ſententia in rubric.ff.de noui operis nunciatio.ut nihil aliud unquam deſideretur, quàm materiarum ſubordinatio. quæ etiam opinio Angel.& Iaſ.ſupra allegatis arriſit.& Alexand.num.1.Rip.num.16.in rub.ff.ſolut.matrimo.& rurſus Angel.in princip.inſtitut.de legat.& cæteris neotericis interpretibus communiter probatur.

296 Contractus loco etiam tunc agi poteſt,cum ad illius reſciſsionem diſceptatur. commune aſſerit Did. à Couarru.lib.1.reſolut.cap.4.nu.1.per tex.in l.in cõtractibus §.in omni.ff.de non num.pecun.licet contrarium non præpoſtero genio affirmauerint Bald.& Paul.in l.2.C.ubi,& apud quem,ducti eodem tex.& qui illos ſequuntur Iaſ.in l.qui loco col.2.ff.de cõdi.indebit.Dec.in rub.lect.1.col.3.in prin.de iudic.ſed ea de re alibi latius.

297 Contractus ad arbitrium alicuius relatus ſubiuncto illius arbitrio ualebit, alias neutiquam. commune ponit Curt.Iun.conſi.126.nu.13.

298 Contractus circumuentionem nullam à ſciente factam in animi foro admittit, ut nec ab ignorante, ſi bona fides in id genus contractu exactior requiratur atque ea res æquius & melius iudicari iubeatur.cõmune lubenter pronuncio ex Forn.de ult.fin.iuris.nu.275.Tiraq.de iur.marit.lege 9.à nu.7.Ario Pinel.in l.2.cap.1.nu.35.C.de reſcind.uendi.

299 Contractus ſi ab alterutra parte aut reſcindi, aut nullus dici poteſt,integrum,ac liberum eſt parti alteri petere ab illa num contractui uelit ſtare,nec ne.cõmune aio ex Iaſ.in §.actionum num.42.inſtitu.de actiõ.& in l.tranſactione finita ad fin.C.de tranſac.

300 Ant.Gomez de contract.cap.2.nu.21. non tamen id in pupillo procedet,ut nec facta declaratio reſtitutionem illius in integrum impediet.commune dicit Pinelus meus,& doctor,& alter parens in l.1.par.3.nume.35.36.C.de bon.mater.

301 Contractus qui cum cœnobio initur,ut certa nummorum quantitate præſtita,is,qui contrahit, per uitam alatur,nulla re impeditur, aut infirmatur. commune ait Iaſ.in l.cunctos populos lect.1.nu.63.C.de ſumma Trinit.

302 Contractus nominatus ob implementum non ſubſequutum tum demum reſcinditur,cùm id, cuius expletio defecit,contractui cauſam dedit.commune interpretum placitum atteſtantur Alex.nu.8.Iaſ.col.ult.in l.ult.ff.de condi.ob cauſ.Alex.in l.petens nu.13.& ibi plenius Curt.nu.27.C.de pact.latiſsimè Arius Pinel.in 2.par.rub.cap.2.num.19.C.de reſcind.uendi.quibus adde Corn.conſi.101.col.2.& conſil.221.col.1.n.2.lib.1.& conſ.102.col.4.n.22.lib.2.Bal.Nouell.de dote 6.par.priuil.50.Soci.conſi.26.col.ulti.lib.4.Matth.de Afflict.deciſ.280.

303 Contractus in re dubia nomen, formam, ac iuris effectus ex mente,& propoſito contrahentium aſſumit.ut commune doctorum effatum eſſe conſtat ex iis,quos laudat Tiraquel.de retract.lign.§.30.glo.1.num.2.Abb.& reliquis in cap.ad quæſtiones de rer.permuta.Rip.in l.2.nu.36.ff.ſi cer.pet.Exea de pac.nu.513.uer.1.Didac.à Couarru.lib.2.reſolut.cap.4.
304 num.9.nec aliunde melius, & luculentius mens, ac propoſitum contrahentium illuceſcet, quam ex nomine,quod contractui expreſsim ipſimet contrahentes indiderunt.ut frequenter placitum pono ex Pau.in l.Ariſto nu.4.in fi.& nu.5.ff.de dona.Panormi.in d.cap.ad quæſtiones nu.4.Rip.nu.30.Alciat.nu.24.Purpur.nu.51.in l.2.ff.ſi certum petat. Exea ubi ſupra, & uberius Tiraquel.in laudato ſuperius loco nume.7.Loriot.de pac.axiom.116.Carol.Molin.in conſue.Pariſienſ.§.13.nu.53.

305 Contractus, conuentiove de hæreditate uiuentis etiam iureiurando accedente non aliter ualet, quàm, ſi ille,de cuius hæreditate agitur,& conſenſerit,& in conſenſu uſque ad mortem perſtiterit. commune ait Curtius Iunior conſi.98.num.3.& uide infra uer.hæreditas.

306 Contractus ab excommunicatis ritè, rectèq; geruntur.commune ait Panor.in cap.ſi uerò de ſent.ex
307 commu.& uide infra uer.excommunicatio.ut etiam ab iis,qui carcere detinentur, geri poterunt non obſtãte iure ipſo aliud uolẽti.ut ſup.obſerua uer.carce.

308 Contractus principum obligant eorum ſucceſſores.commune ait Iaſ.conſ.10.lib.3.& uide infra uer.princeps.

309 Contractus quin in ultimis uoluntatibus ritè gerantur,ac rectè geſti ſint irretractabiles, dubium eſſe non debet,cùm id communi interpretum ſententia receptum affirment Dec.conſi.196.& 293. Boer.de-
310 ciſ.353.nu.4. duobuſque teſtibus appoſitè, ac ſufficienter illi probantur.commune inquiunt Dec.d.cõſil.293.col.2.Rip.in l.nemo poteſt.nu.32.ff.de leg.
311 lib.1.Cepol.caut.129.intellige tamen ut id procedat ſi contractus,qui geruntur, non multum à teſtamento abhorrent.commune pronunciant Alci.in l.1.§.qui præſens nu.21.ff.de uerb.oblig.Iul.clar.de teſta.q.77.ad fi.

312 Contractuum qualitates,accidentia, & rerum illis comprehenſarum probatio,improbatiove in alterum contrahentium conferri poſſunt. commune inquiunt Iaſ.in l.centeſimis §.ſi ita nu.11.ff.de uer.obl.& in l.ſi ſic.ff.de leg.lib.1.Fabian.de empt.& uendit.q.5.prin.nu.72.cum ſequentib.Ant.Gomez de contrac.& cap.2.nu.19.ad fin.

313 Contra-

313 Cōtractum diem memoria non tenentes teſtes nihilo minus probant,tametſi dies in libello expreſſim adiecta ſit : ſi tamen & aſſueta elauſula acturem à ſuperflua probatione liberans inſerta fuerit.commune ait Aret.in c.qualiter,& quando § debet nu.130. de accuſa.

314 Contrahentes in dubio ad ſtatuta , & conſuetudines ſe ſa referre exiſtimandi ſunt,commune interpretum placitum ait Curt.Iun.conſi.86.nu.6.& conſilio 171.nu.1.& iactatur temerè inter doctores.

315 Contrariorum cùm ſit eadem diſciplina,à contrarijs ſummo iure procedet argumentum, ut communi interpretum ſuffragio receptum affirmare auſim cum Accurſ.in rub.ff. de acq. & amit.poſſeſſ. & inibi Aret.Alex.Soci.Iaſ.Alci.Crot.& alijs cum Bar.in l. inter ſtipulantem,§.ſacram. ff.de uerbo.oblig. Bald. conſi.142.nu.3.lib.2.& conſi.398.nu.3. lib.3. Cagn. poſt Dec.in l.ſecundum naturam,& in l.nihil tam naturale.ff. de reg iur. Euerard. in topicis loco.75. Stepha.Bod.poſt alios , quos citat,in §.uideamus igitur. uerſi.ſimul intelligemus pagin 19.inſtitut. de ijs, qui ſunt ſui, uel alieni iuris.Sanì aren.de ſponſin.3.part. nume.77.

316 Contumax non manifeſtus abſque citatione mulctari nequit . commune inquit Aret.in cap.1.num.6t. de iudic.

317 Conueniri poterit debitor, qui certo aliquo in loco certa die ſoluere promiſit,ubicunque locorum fuerit repertus.commune ait Iaſ.in §.plus autem nu.27.
318 & ſeq inſti de actio.ut & is,qui promiſit ſoluere ubicunque fuiſſet petitum,ſecus uerò ſi aliquo in loco,& ubique locorum conueniſſet eum poſſe conueniri. commune ponit Viuius lib.1.opi.64.

319 Conueniendi uerbum non præſefert ſtipulationē. commune aiunt Rip.in l.lecta nu.16. ff. ſi cert.petat & in rub.nu.26.ff.de uerb.obli. & alij.quos refert Viuius lib.1.opi.437.qui & cùm hoc uerbum apud acta ſcriptum eſt, & cùm poſt interrogationem ſubiungitur,communem opinionem limitat.

320 Copula,ſeu coitus probatur iureiurando uiri , uel mulieris matrimonium intendentis.commune ait eleganter declarans Did.à Gouar.de ſponſ.2.par.cap.3. §.1.nu.14.latius Iacob.Menoch.de arbit.iudic.q.21. cum ſeq.

321 Copulandi dictio inter ea,quæ alternis ſibi aduerſantur. poſita in alternatim enunciantem conuertitur.commune inſit Ant.Gomez de teſtam.cap.5.nume.31.

322 Correlatiuorum iudicium idem prorſus eſt,etiam in pœnarum cauſis.commune ait Ioan.Nic. in l.generaliter num.26.C.de ſecund.nupt. Arius Pinel.in l.2.1.par.cap.2.num.1.C.de reſcinden.uendi. Viuius lib.1.opi.284.

323 Creditor nec dicitur is, cui à legato , nec is , cui à delicto debetur. commune dicit Rip.in rub.nu.92. ff.ſi cer.petat.

324 Creditor ex mercium uenditione cæteris creditoribus in illiſmet mercibus iam traditis non præfertur.commune eſſantur uterque Imol.in l.ſi cum dotē §.ult.ff.ſol.ma.Fan.de pignor.par.5. membr.2. nu.8.
325 amplia ad mutui creditorem iuxta eundem Fan.eod.
326 lib.2.par.memb.1.nu.13.excipe ſi pecunia ad rei illius emptionem mutuo data eſt.commune teſtatur.et
327 idem Fan.& eod.memb.nu.8. excipe rurſus in re ex ſacri,uel pij alicuius loci pecunijs empta. commune ſcribit Rip. in l.iuriſconſulto nu.6. ff.in quib.cau.pigno.uel hypo.

328 Creditor poſterior præfertur dotis confeſſioni , quam fraude factam aliqua conſtet coniectura. ut eſt receptum placitum in authen. ſed iam neceſſe. C. de dona.ante nup.deque Alex.ad Bar.in l.1.n.11.C. de iur.fiſc.lib.10.Roger.de dote.§.5.n.30.Iaſ.in §. item ſi quis in fraudem nume.62.inſtit.de action.conſtare poteſt.

329 Creditori probanti duobus teſtibus nihil de forma deponentibus pecuniæ numerationem alicui factam, & alijs præterea teſtibus probanti debitorem ab ipſo centum mutua petijſſe , iuſiurandum deferetur. commune aio ex Alex. in l.admonendi num 47. ff.de iur.iur. Dec.in l.ult.nu.4.C.de eden.H p.notab. 322.uide infra uer.teſtes.

330 Credulitas,uel quæuis etiam iniuſta cauſa pœnas delicto alioquin infligendas imminuit.cōmune aiunt Ioan de Amicis conſi.84.nu.5.latè Iul.clar.in pract. §.ult.quæſt.60.uer. & generaliter: & uide ſupra uer. cauſa.

331 Criminalis cauſa dicitur, cum fiſco multa addicitur, at ciuilis cùm par.commune dicunt Panorm.in rub. nu.2.de iudic.Io.Cephal.conſi.141.nu.12.lib.1.& uide infra uer.pœna.

332 Criminalibus iudicijs fidem non faciunt acta in iudicijs ciuilibus.commune fantur Felin. in c.at ſi clerici nu.12.de iudi.Rip.in l.is apud n.40. C.de eden. & uide ſupra uer.acta.

333 Criminales cauſę ciuilium definitionibus regulariter metiuntur.commune aio ſupra uer.argumentum.

334 Criminis uel ciuiliter damnatus fit infamis.commune ait Imol.in l.infamem.ff.de publi.iudi.

335 Culpa lata dolo haud æquiparatur , cum de mortis,aut membri diſſecandi ſupplicio quęſtio uertitur. commune dicit Cagnolus in l.contractus num.10.ff. de reg.iur.

336 Culpa leuis,uel leuiſſima in omittendo ſuſcepta ad reſarciendum damnum datum non obligat,quam
uis in faciendo admiſſa ad id obſtringat . commune
ait prolixè Did.à Couarru.de ſponſ.2.par.cap.6.§.8.
337 nu.13.non tamen unquam animum huiuſcemodi cul
pa obligat,ut cum Corſet.in ſing.uer.forum conſciē
tiæ.tradit receptum idem Did.à Couarru. in laudato §.8.nu.12.

338 Curatoris authoritas non neceſſaria eſt,ut naturalis obligationis uinculis irretiatur adultus contrahens.commune ait Porc.in §.is quoque nu.9.inſtitu. quib.mod.re contrah.oblig.& ſi ea de re non leuis inter ipſos iuriſconſultos diſſenſio eſſe uideatur, ut alibi latius & prolixius oſtendo.

D

1 DAMNVM paſſis ſi iuriſiurandum ſtatuto defertur,non idcircò illi delatum cenſebitur cui ſua.um factum eſt.ut frequēter placitum literis prodiderunt Plotus in repet.l.ſi quando,n.823. ad fi.C.
2 unde ui. Viuius lib.1.opi.292.nec ea etiam de cauſa ſi reus petat ut ad ipſum locum iudex proficiſcatur inſpecturus nullum damnum datum eſſe, minus audietur.ut crebro receptum atteſtantur Cur.Iun. in l. admonendi nu.352.ff.de iur.iur. Viuius ubi ſupra.

3 Debitor etiam nulla de nouo contingente cauſa compelli poterit , ut cautionem rei probandæ ergo præſtet.commune inquit Rip.in l.2.nu.48.ff.ſol.mat. & Stracha de mercat.2.par.nu.32. Anto.Gomez de contrac.cap.11.nu.ult.Arius Pinel.in l.2 part.2. cap. 1.nu.20.ad fi C.de reſcind.uendi.

4 Debitor ſimpliciter ſoluens nec cautionis, nec dati chyrographi fidem uidetur agnoſcere . ut ait receptius Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione lenit.8 .nu.4. & 5.C.de non num.pec.

5 Debitor ſolutione partis tum demum liberatur, cùm numerationi creditor aſſentitur . commune dicit Alc.in l.2.§.& harum.ff.de uerb.oblig.

Debitor

6 Debitor ſi debiti partem confiteatur, partẽ neget, confeſſam ſummam cogetur creditor inuitus accipere. commune ait Porc. in prin. nu. 12. ad fi. inſti. quib. mod. toll. oblig.

7 Debitor ſpeciei licet ob eius interitum ante ipſius moram liberetur, tamen condictioni ob cauſam eſt obnoxius. ut commune latè ponit, ac bene exponit Viuius lib. 1. opi. 67.

8 Debitor certæ pecuniarum ſummæ non ſatisfacit ſoluendo uel pecuniam eiuſdem conditionis ad pondus, uel pecuniam eiuſdem ualoris publicè conſtituti ad numerum. ut communia effatur Arius Pinel. in rub. 1. par. cap. 3. nu. 9. C. de reſcind. uendi. & uide inferius uer. moneta.

9 Debitor pecuniæ, uel maſſæ certi metalli non ſatiſfacit pecunia alterius metalli ſoluenda. commune ait in contrarium ſententiam cordatè abiens Arius Pinel. in rub. 1. par. cap. 3. nu. 16. C. de reſcind. uendit. quin & in alia diuerſa omnia iam antea meritò diſceſſerant Fulg. nu. 6. Soci. nu. 14. Alc. nu. 11. Purpur. nu. 31. in l. 2. §. mutui datio, ff. ſi cer. pet.

10 Debitor non certæ, liquidoque conſtantis ſummæ poteſt certam quantitatem offerre ſatiſdans de reliquis, quæ deberi amplius apparuerit. commune ponit Curt. Iun. conſi. 122. nu. 2.

11 Debitor quantitatis neceſſarius, ſi leget ſpeciem non uidetur compenſandi animo legare. ut commune pronuncio ex Alex. conſi. 12. nu. 5. lib. 2. & conſ. 7. nu. 17. lib. 6. Soci. conſi. 43. nu. 23. lib. 1. Iaſ. in l. huiuſmodi §. cum pater nu 12. ff. de leg. lib. 1. & in §. fuerat nu. 67. inſti. de act. Roderic. Soarez in tit. de las arras fo. 27. Riminal. in auth. præterea col. ult. C. unde uir & uxor. Did. a Couar. in cap. officij nu. 2. de teſta. à qua tamen ſententia uidentur rectè defeciſſe Imol. & Alex. nu. 7. in l. ſi cum dotem §. ſi pater ff. ſolut. matrimo. Roma. & Aret. colum. 2. Alex. numer. 13. Iaſ. nume. 26. Dec. nume. 10 in laudata nouel. præterea. Soci. reg. 282. in princip. Matth. ab Afflict. deci. 134. num. 4.

12 Debitor in diem ſi per errorem ante diem ſoluat, non repetit medij temporis uſum. commune interpretum dogma conſtituere auſim ex Alex. in l. 1. nu. 17. ff. de condict. indeb. Iaſ. & in l. in diem ff. illo eo. tit. & in l. cum quis col. ult. C. de iur. & fact ignorantia.

13 Debitor intra biennium, & ſuam cautionem rectè ac iure condicet, & creditorem, qui pecuniæ numerationem non probat, ad perfectam liberationem adiget. commune ſcribit Eman. a Coſt. in l. ſi ex cautione pag. 259. cum ſeq. C. de non num. pecu.

14 Debitori, qui debitum confitetur, decem dierum ſpacium de more ad ſoluendam indulgetur. commune inquit Porc. in §. omnis ſtipulatio nu. 6. inſtitu. de uerb. oblig.

15 Debitum duntaxat ciuiliter ex literarum obligatione, ſi quocunque errore ſoluatur, repeti poterit. commune inquiunt Alex. nu. 30. & recentiores in l. 1. ff. de condict. indeb. Iaſ. in l. cum quis nu. 5. C. de iur. & facti ignoran.

16 Debitorum remiſſio generalis non profertur ad res teſtatori debitas, aut actiones in res illi competentes. commune dicit Ant. Gomez de teſta. cap. ult. nu. 82. uer. item adde quod in facta.

17 Decipere ſe inuicem contrahentes in conſcientiæ foro nequeant. commune ait Arius Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 1. num. 35. C. de reſcind. uendi. quod intelliges atque conſtringes ex ſcrip. ... à Rip. in l. ſi unquam. q. 9. C. de reuoc. dona.

18 Decretum & ſolenniter, & ex cauſa iuſta, ac uera factum præſumitur. commune renunciat Alc. de præ
19 ſumpt. regul. 3. præſump. 10. quin & cauſa cognita latum eſſe ex iudicia affirmatione cenſebitur. commune dicit Aymon de antiquit. tempor. 2. part. uer. ſed iſta limitatio, nu. 15.

20 Decretum ubi in alienatione exigitur, & ſubhaſtatio regulariter deſideratur. ut commune aio ex copioſa allegatione Pinel. in l. 2. par. 2. cap. 2. nu. 25. ad fi. C. de reſcind. uendi.

21 Decretum iudicis aditum obſtruit l. 2. C. de reſcin. uendi. ut magis commune aſſeris Dec. conſ. 210. nu.
22 8. uer. 3. ſed contrarium uerius arbitror, & illud frequentibus interpretum ſententijs probari, ac magis, magisq́; recipi atteſtantur Ant. Gomez de contrac. cap. 2. nu. 23. Cagnol. nu. 158. quæſt. 23. Arius Pinel. 2. par. cap. 2. nu. 18. & ſequentib. in eandem l. 2. C. de reſcind. uendi.

23 Defendere alium a ui, quæ infertur, nemo tenetur nec iure Cæſarum, nec iure Pontificum in foris agitando. commune teſtificantur Dec. nu. 4. & Chuchalon ad illum in l. culpa caret, ff. de reg. iur. & qui limitant, ac latè agunt Viuius lib. 1. opin. 66. Iul. clar. in pract. §. ult. q. 87. uer. dictum eſt cum ſeq.

24 Defenſio in cauſis criminalibus à principo tolli nequit, ut eſt commune interpretum placitum teſte Soci. cum alijs relato ab Hyppol. in l. una nu. 170. C. de rapt. uirg.

25 Defenſio non adimitur propalam delinquenti. cõmune ponunt Salic. in l. ea quidem nu. 86. C. de accuſa. & Anto. Gomez de delict. cap. 1. nu. 43. Iul. clar. in pract. §. ult. q. 49. uer. & hoc adeò ac uide ſupra uerſi. citatio.

26 Defenſionis propriæ iuſtum modum egreſſus, & alterius læſor non ſtatuta, ſed mitiori pœna plectitur. commune aſſero ex magna doctorum phalange in ordines digeſta ab Anto. Gomez de delict. capi. 3. num. 24.

27 Defenſioni ſui nec in proprij ſtatus cauſis, nec in criminalibus quis poteſt renunciare. commune aio iuata Hippol. in l. 1. nu. 91. & ſeq. C. de rap. uirg. Ant. Gomez de delict. cap. 1. nu. 65. ſuiè Dida. a Couarru. de ſponſal. 2 par. cap. ult. §. ult. nu. 16. & qui rectè declarat Iul. Cla. in pract. §. ult. quæſt. 49. uerſicul. quæro nunc.

28 Defenſionem de iure, deque facto pollicitus non tenetur armis defendere. commune inquit Cagnol. in l. non uidetur nu. 6 ff. de reg. iur.

29 Delegatus iuri dicundo locum poteſt eligere, ut commune dogma ait Curt. Iun. in rub. nu. 22. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſd.

30 Delegatus ab eo, qui infra principem ſit, non exequitur ſuam ſententiam, quamuis admonitionis, & excommunicationis ius habeat. commune autumat
31 Feli. in cap. ſignificaſti. de offi. deleg. at delegatus à principe, & exequendæ ſententiæ copiam habet. cõmune inata Iaſ. in l. ult. nu. 5. C. de iudic. poſt Alex. in l. 2. nu. 10. ff. de iuriſdom. ind. Feli. nu. 1. Dec. nu. 1. in laudato cap. ſignificaſti. Ant. de Tremor. ad Bonacur. in prag. excep. 10 rub. de reſti. nu. 4.

32 Delegatus à principe ſubdelegát (ut interpretum ore loquar) illa etiam, quæ meri imperij ſunt. commune iuxta Felinum nu. 82. Alciat. nu. 81. in ca. quod
33 ſedem de offi ordina. excipe. 1. cum commiſſio uerbo præcipimus facta eſt. commune dicunt Felin. in c. ſi pro debilitate de offi. deleg. & in cap. cam te de reſcrip. Curt. Iun. in l. 1. nume. 80. ff. de offic. eius, cui
34 mandat. excipe. 2. ſi delegati conſcientia onuſta ſit.
35 commune teſtatur Soci. conſi. 95. colum. 3. lib. 1. excipe 3. ut id in criminum cauſis haud procedat. com
36 mune inquit Alb. in d. l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. ubi in contrarium ab interpretibus itum frequentius ſcribit Iaſ. quos conciliat uidendus Boer. deciſ. 6.

33 Delega-

37 Delegatus duntaxat à principe ſeu ante, ſeu poſt
litis conteſtationem ius perſonalis citationis habet.
ut frequenter placitum ſcriptis prodont Iaſ. in l. cui
iuriſdictio nu.52.Cort Iun.in l.2.nu.18.& nu.39. ff.
de iuriſd.om.iud.

38 Delegatus meri imperij iure conſtitutus ad ultimum
ſupplicium rectè progredietur: commune ait
Alciat.in cap.quod ſedem nu.83.de offi.ordi.ac Villalob.in
ſua collecta.

39 Delegatus ſubdelegandi, ac ſubcenturiandi ius
non habet,ſi eius induſtria ſit electa. commune fatur
40 Soci.conſi.95. lib.1. alioqnin conteſtata lite delegatus
ab inferiore etiã quam principe id ius habet quà
in ciuilibus,quà in criminalibus cauſis. ut commune
ait Pet.Nun.de execut.mand. regum cap.1. colu.4.
uidebis tamen quæ ſupra uer. delegatus à principe
obſeruantur.

41 Delegati cognitio lata ſententia terminatur. com
42 mune ait Felin.in capit.in literis de offi.deleg.excipe
cum mandati formam non ſeruauit:nam tunc & acta
circunducere, & denuo cognitionem ordiri poterit.
commune ponunt Felin.in c.qualiter, & quando
de accuſ. Rip. in l. quod iuſſit, nume.66. ff.de re
iudic.

43 Delegati non ueri ſententia nulla eſt, licet is, qui
delegare potuit,eam ratam habeat. commune effero
ex Pau.in l.licet ff.de iudic.Felin.in cap.nonnulli,§.
ſunt & alij nu.49.de reſcrip.Barb.in clem.j. col.3. de
ſequeſtr.poſſeſ.Guid.Pap.deciſ.286.nu.5.

44 Delegato nec minuendi, nec augendi quadrimeſtris
temporis indicatis conceſſi copia eſt.commune
ait Iaſ.in l.qui tribunali nu.5.ff.de re iud.

45 Delinquens,qui iuris Cæſarei, ac pontificij pœnis
eſt obnoxius non expeditur pœnis à legibus Cæſarũ
ſtatutis,quòd accuſatus, ac punitus apud iudices eccleſiaſticos
in ijs atrocioribus delictis fuerit.commune
inſit Ant.Gomez de delict.cap.1.n.4.& uide infra
uer.pœna.

46 Delinquens & in loco delicti, & in loco originis
pœnas dare cogitur, quas eius loci ſtatuta infligunt,
ubi delictum perpetratum eſt. commune ait Ale. in
cap.perniciosam nu.67.de offi.ordin. & qui copioſè
hac de materia agit Iul.Clar.in pract.§.ult.q.85.uer.
tertius eſt caſus.

47 Delinquens alibi agens ad delicti locum tunc omnino
remitti nequit,cum uterque locus, & in quo agit,&
ad quem remitti poſtulatur,in eiuſdem principis
ditione non eſt.ut communem praxim latè teſtãtur
Didac.Couarru.in pract.quæſt.11.nu.11. Iul.cla.
in pract.§.ultim.quæſt.38.uer.ſed certè,& uerſic.hoc
tamen.quem ſemper in materia conſule,ac V inium,
qui praxis rerum magiſtræ,ac gubernatricis non ad
modum memor doctorum commenta tractat. lib.1.
opi.177.

48 Delicta quæ grauia dicantur,iudicis arbitrio præcidiεur.commune
inqnit Alci.in c.cum non ab homine
num.28.de iudic.& multum laudatus,ac multum
laudandus Iul.Clar.qui uarias hac in re communes
ſententias memorat in pract.§.1. uer. ſunt etiam delictorum.

49 Denunciatio extraiudicialis emptori ante alienationem
facta, ne rem emat non pertinentem ad eius
uenditorem,conſtituit emptorem in mala fide: ſecus
ſi poſt tranſactam alienationem, & traditam poſſeſſionem
fiat.quippe quia tunc nihil nocet. commune
aio ex Alex.in l.de pupillo §.nunciationem num.12.
ff.de noui oper.nuncia.Felin.in capit.5.nu.5.de præſcrip.
Matth.de Afflic.deciſ.369. ac Balb.in l.Celſus
§.par.nu.13.ff.de uſucap.

50 Denunciatores publicitus conſtituti,& omnia crimina
etiam quæ pœnas non merentur,denunciare tenentur,&
fidem plenam, atque exactam in grauibus
non faciunt.communia ponit illorum materiam.cum
receptis ſententijs diligenter proſequutus Iul.Clar.
in pract.§.ult.queſt.7.

51 Deportationis pœna, & uſu antiquata eſt, & uel
bannum perpetuum, uel mors eius loco ſucceſſit, ut
cum multis receptum oſtendit Iul.Cla.in pract.§.ult.
q.67.uer.deportatio.

52 Deportatus durante deportatione eligere poteſt.
commune ait Eman. a Coſta in l.Gallus §.& quid ſi
53 tantum 2.par.nu.14.ff.de lib.& poſth.& ſi illius inſtitutio
pro non ſcripta habeatur, ut commune ait
idem Coſta eodem in loco pagin.43.nume.14.& magis
commune teſtatur Alexand.conſil.26.in princip.
lib.1.

54 Deportato hærede intra deliberandi annum, non
ad legitimos illius,aut teſtatoris hæredes,ſed ad fiſcũ
redit hæreditas.commune iuxta Alex.in l.ſi quis mihi
bona §.ſi quis planè nu.pen.& ult. ff.de acq.hære.
Eman.à Coſta in d.§.& quid ſi tantum pagin.77.nume.178.

55 Depoſitum pecuniæ numeratæ cenſeri debet iuxta
mutui regulas,tametſi magis depoſitum,quàm mutuum
ſit.communia pronunciat Eman.à Coſta in l.ſi
ex cautione limi.2.nume.4. C.de non num.pecunia,
56 non tamen admittet exceptionem non numeratæ pecuniæ.ut
commune ponit & idem Coſta,& eodem in
loco.

57 Depoſitum accipientis gratia duntaxat celebratũ
ſic eius periculo eſt,ut de leuiſſima culpa teneatur,nõ
uerò ut & caſus fortuitos ipſe præſtet, quemadmodũ
commune interpretum dogma conſtituere autim iuxta
Iaſ.nu.25.Purpu.nu.20.in l.cum quid ff.ſi certum
pet.Purpur.rurſus à nu.17. in l.rogaſti ff. illo eodem
tit.Panorm.in cap.2.nu.3.de depoſ. & ſi Accurſ.aliter
cenſuerit in d.l.cum quid in uer.periculo. atque
eum inibi ſequantur Aret.in fin.Dec.col.2.Alc.à nume.14.
Zaſ.lib.1.ſingul.intellect.cap.1.num.23.à quibus
ſum.

58 Depoſiti ſuſceptor, qui ſe illi obtulit, leuiſſimam
culpam præſtat.commune ait Barba.in cap.bona fi-
59 des de poſ.at qui ob illud ſeruandum mercedula aliqua
fruitur,leuis culpę nomine tenebitur.ut commu
60 ne idem refert in eod.cap.bona fides nu.3.alij autem
depoſiti cuſtodes alias de dolo, uel lata culpa modò
tenebuntur, ut ſunt iura, & aſſerit receptum Vinius
lib.1.opi.70.

61 Deſcendentes in aui uita nec nati, nec concepti
quamuis auo non ſuccedant quo ad hæreditatem,ſuccedent
tamen quo ad dignitatem,& honores. commune
dicit Ant.Gomez de teſtam.cap.3.nu.15.uer.
62 limi.2.& ex parentum perſona iure tranſmiſſionis à
ſtirpe (ut doctorum uerba uſurpem) à ſanguine, à
iure deliberandi etiam quoad hæreditatem ſuccedẽt.
commune inſit idem Ant.Gomez eod.nu.12.& cap.
9.num.44.

63 Deſcendentibus alicuius per lineam maſculinam
conceſſa non conceduntur eiuſdem filiabus.quoniam
ramis(ut doctorum ore in colligendis doctorum opinionibus
loquar) fœmineæ lineæ excluſis, & caput
ipſum excluditur.commune ponunt Ioan. Croc.nu.
20.Loazes nu.67.in l.filius familias §.Diui ff.de leg.
lib.1. Pariſ.conſ.22. nu.44. lib.3. late doctor meus
64 Arius Pinel.in l.3.num.29. C.de bon.mater.at quæ
ſimpliciter priuilegia alicuius deſcendentibus elargiuntur,
ſi in reip.perniciem non uergant, & per lineam
fœmineam deſcendentibus tributa, atque indulta
cenſebuntur. commune ponit idem Arius Pinel.
diligenter,& copioſè in eandem l.3.num.32.

63 Deſcen-

65 Deſcendentibus etiam fœminis conceſſa priuile-
gia,ſi reipub.grauia ſint, nuptis fœminis non tribuē-
66 tur.commune ait Soci.Nep.conſi.40. nu.16.ſed con-
trariam ſententiam magis communem fantur Dec.
conſi. 223.col.2.Cagnol.in l.cum quæ eam puella. ff.
de iuriſom.iud.uerumenimuerò ut hanc poſtremam
ueriorem,ita doctorum numero inferiorem recenſet
accuratè,ac prolixè Arius Pinel.in l.3.nu.34. C. de
bonis mater.
67 Dies tacita & ſi actionem naſci impediat, tamen
obligationis natales non remoratur.commune aſſe-
uerant Alex.in l.interdum nu.3.ff. de uerborum obli
gatio.ac Dec.& Cagnol.quos refert Viuius lib.1.opi
nio.13.
68 Diem ſub certam ſi qui ſunt concepti contractus,
aut legata relicta,eorum omnium ſtatim & obliga-
tio,& actio cedit,quamuis competat exceptio. ut cō
mune ait Ant.Gomez de teſtam.cap.ult.nu.57. uerſi.
aliquando & 2.
69 Difficultas ſuperueniens excuſat à pœna,ut eſt Bar
tol.ſumma communiter recepta ad l.ult. §. idem iu-
ris ff.ad l.Rhod.de iact.tradit idem Bar. in l.quod te
mihi nu.14.ff.ſi cer.per.receptus frequenter ut cōſtat
illic ex Alex.nu.9.& Dec.in l.impoſsibilium nu.4.ff.
70 de reg.iur. & conſi.314.num.2.amplia licet debeatur
quantitas, ut in d.l. quod te mihi aſſeuerant Salicet.
Fulg.Rom.Curt.Iun.Dec.nu.ult.Purpur.num.64.&
qui commune dogma atteſtatur Sabolet.nu.93.quā-
71 uis contrarium illic cenſuerit Bar.nu.14. quem ibi Ia
ſon.nu.32.& in l.unum nu.16.ff.eod.tit.aſſeruit cō-
72 muniter receptum. limitabis tamen cum iam contra
ctus tempore inerat difficultas, quia tunc non excuſa
bit.ut eſt recepta Bar.opinio in l.alia.§.eleganter in
6.ff.ſol.mat.à qua ſunt Iaſ.in l.Titia,nu.13.ff.de uer-
bo.obli.Pariſ.conſi.76.nume.15.lib.3.Bellon. lib.3.
ſupputat.cap.13.
73 Dignitati relicta uelut præſuli, aut eccleſiæ recto-
ri,tum demum ad ſucceſſorem tranſeunt,cum ab ex-
traneo relinquuntur.commune fatur Imo.in cap. re-
quiſiſti de teſtam.
74 Dilatio,quæ confeſſis,uel condemnatis indulgeatur,
uide ſupra in utrorumque uer.
75 Dilatio à iudice indulta ab eodem & contrahi, &
mutari, & reuocari poteſt. commune inquit Beluiſ.
deciſ.233.
76 Dilatio,quæ ab alterutro reorum impetratur,alte
ri quoque ita prodeſt,ut in illius præiudicium renun-
ciari nequeat.commune inquiunt Iaſ.in l.1. nu.51. ff.
de adopt. & qui multa hincinde adducunt Tiraq.de
utroque retract.§.36.nu.27 Nic.Ant.Grauat.ad Ve-
ſtrium lib.5.cap.4.nu.6.
77 Dilatio,quæ a lege præſcribitur ſiue opera iudicis
interueniente,ſeu ſecus, ſi lex aliud expreſsim non ca
ueat,nec amplificari,nec in anguſtias redigi à iudice
poterit.commune dicit Iaſ. in l.pro tribunali nu. 22.
ff.de re iudic.
78 Diœceſis appellatio in larga materia ciuitatem cō
prehendit,in ſtricta non eò uſque profertur. commu
ne ait Alc.in c.pernicioſam nu.3.de offi.ordin.
79 Diſpenſatio (ut doctorum principibus blandien-
tium commenta loquar) ad fratrum,& ſororum ma-
trimonium, uel ut neptis patruo, aut auunculo nu-
bat, nulla ab ullo indulgeri poteſt. commune dicit
Por.in §.ult.nu.14.inſti.de gradib.
80 Diſpenſatio Pontificis crimen remittentis, & in-
quiſitionem,& accuſationem tollit.comune loquitur
Dec.conſi.136.col.1.quamuis aliud uerius,æquiusq;
ſit,ut alibi demonſtratur.
81 Diſpenſatio Pontificis ſine cauſa etiam ſi tantū ſit
contra ius ab hominibus commentum tuta animo nō
eſt.commune teſtatur Didac.à Couar. de ſponſali. 2.
82 par.cap.6.§.8.nu.9.at contra ius diuinum, uel cano-
nes,ſeu lege diuina,ſeu naturali ratione innitentes ſi
ne cauſa expreſſa non ualet.commune ait Rip.in c.2.
nu.19.de reſti.ſpol.quin nec cum cauſa temerè admit
tendam alibi latè,& diligenter oſtendo.
83 Diſpenſatio principis quin,& abſque cauſa ualeat,
nemo dubitat.ſi eam tamen princeps alij committat,
cauſa deſiderabitur. commune inſit Curtius Iunior
conſi.75.
84 Diſpenſatio tunc ex Pontificis diſſimulatione gi-
gnitur, cùm ipſe ſe diſſimulare dicit, non uerò cùm
tantum conniuet.commune enunciant Feli. in cap.1.
col.6.de treug.& pac.Did.à Couar.de ſponſ.2.par.c.
6.§.10.nu.15.tametſi alij alibi non de nihilo in diuer
ſa omnia abeant.
85 Diſpenſationi filij à principe impetrandæ neceſſa-
ria eſt illorum citatio,ad quos inde damnum aliquod
redundare poteſt. commune inquit accuratè Did. à
Couarru.de ſponſa.2.par.cap.8.§.8.nu.15.uer. quar-
to infero.
86 Diſponendi uerbum in re dubia ad ultimas uolun
tates referri debet.commune aiunt Pariſ.conſi.33. li.
2.Viuius lib.1.opi.442.
87 Diſtributionis quodlibet uerbum aſcribit actum
cuilibet inſolidum.ut commune inquit Bellon.conſi.
39.nu.2.
88 Diſtributionis,quam alicuius ſummæ inter paupe
res fieri teſtator iniunxit hæredi,tempus, ac locus hæ
redis ipſius uoluntate non metitur. uide infra uer.hæ
res & uer.pauperes.
89 Diuiſio prohiberi à teſtatore nequit. commune di
90 cit Curt.Iun.conſi.112.nu.1.quod intellige,ut ſimpli
citer facta ea prohibitio procedere non poſſit: nam
ad certum uſque tempus,uel ad alicuius perſonæ ui-
tam,prohiberi,atque interdici poterit. commune af-
firmant Grat.conſi.66.nu.24.lib.2.Iul.Cla. de teſt.q.
97.uer.quæro an teſtator.
91 Diuiſio inter fratres,ſi ius ciuile ſpectetur,ſorte ab
ſolui debet.ut commune ponunt Speluncanus in pra
cti. artis notariæ in totam, inſtrument. duorum fratr.
ſol.par.283.& copioſè Iaſ.in l.1.nu.39.ff.ſi cer.pet.&
in l.ſi duobus nu.7.C.commu.de leg.Rip.in l.1.n.70.
92 ff.ſi cer.pet.at ſi ad Pontificum æquitatem te uertas,
maior diuidet, minor eliget, ut commune uidetur
ex Vbal,& ijs,quos refert in tracta.de duob.frat.par.
11.q.12.num.13.Afflict.in trac.de iur.prothomiſ.in
prin.nu.45.
93 Diuiſio facta inter fratres ex diuturna diuiſim ſer-
uata poſſeſsione præſumetur.commune effantur Rip.
in cap.ſæpe,num.2.in fi.de reſti ſpolia.Iaſ.conſi.137.
94 lib.1.Boer.deciſ.58.erit autem hac in ſpecie decen-
nij poſſeſsio diuturna.ut commune ſcribit Bertrand.
conſi.344.lib.1.
95 Diuiſio ſimplex cum clauſula non contrauenien di
non inducit fideicommiſſi renunciationem, ni aliud
de diuidentium mente conſtet.commune dicūt Dec.
conſi.243.nu.2.Cur.Iun.conſi.49.nu.12.
96 Diuiſio familiæ,in qua quis ultra dimidium captus
eſt,obnoxia ſit remedio l.2.C.de reſcind.uendit.& ſi
97 iuſti pretij explendi electio decipienti non conceda
tur. commune ait Fulgoſ. in l.maioribus. C.commu.
utriuſque iudic.& qui latè in utranque partem docto
rum ſcrinia exhauſit Arius Pinel.ad illam l.2.par.2.
cap.1.à nu.1.
98 Diuiſio cum reformari deſideratur,quòd alterutri
diuidentium minor portio addicta ſit,non uerò quia
fieri nequiuerit,non ea impetrata reformatione diſſue
tur diuiſio,ſed iudicis arbitratu reſarcietur læſio. ut
commune inquit Gozad.conſi.44.nu.15.

c Diuitiæ.

99 Diuitiæ, quę in intentionis fundamentum allegan-
tur, ab allegante probari debent. cōmune aio ex Rho
deri. Soarez in ll. regni tit. de las arras fol. 28. Tiraq.
de retract. lign. glo. una nu. 94. Didac. à Couarru. lib.
2. reſolutionum cap. 6. nume. 3. & uide infra uerſicul.
qualitas.
100 Doctor emeritis uiginti annorum ſtipendijs digni
tatem illuſtris conſequitur. commune dicunt Iaſ. in l.
quæcunque nu. 12. ff. de offic. eius cui mandat. Sylu.
101 nup. lib. 5. nu. 36. & ſeq. antea uerò in dignitate cenſe
tur. commune aiunt Felin. in cap. quanto nu. 1. de ma-
giſtr. Guid. Pap. deciſ. 388. nu. 9. amicus noſter Nico.
Ant. Grauatius ad Veſtrium lib. 6. cap. ult. num. 12. &
qui multa ad illius nobilitatem congerit Vinius lib. 5.
102 opi. 27. atque ideò torqueri non poterit. ut frequens
eſſe doctorum placitum miſerunt in literas Boſſius
in pract. tit. de indi. num. 51. Duennas regul. 196. am
pliat. 4. & Iul. Clar. in pract. §. ulti. quæſt 64. uerſicul.
quæro.
103 Doctor, qui publicè ad profitendum conductus eſt
non poteſt ſuas uices per alium ſupplere, ut magis cō
munem opinionem uerè arbitratur præclarus quà iu
ris profeſſor, quà aduocatus Io. Ronchegallus Giol-
dus in l. nemo eſt. ff. de duob. reis. quod tamen nō pro
ceſſurum intelliges, cùm ſontica aliqua cauſa interceſ
ſerit, ut alibi late probamus.
104 Doctorum auctoritas probabilis duntaxat, non &
neceſſaria haberi debet. commune dicit Cur. Iun. cō
ſil. 136. nu. 8. & conſi. 160. nu. 4. & uide inferius uer. cō
munis opinio.
105 Dolus præteritus & ſi remitti poſſit, tamē futurus
nequit. commune interpretum placitum inquit Ant.
Gomez de teſta. cap. ult. nu. pen.
106 Dolus ubi expreſſim ad pœnam exigitur, non il-
lius uices geret, ac ſufficiet lata culpa. commune ait
Iaſ. in l. in actionibus. nu. 23. ff. de in lit. iur. & copioſè
Didac. à Couar. de ſponſ. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 21.
107 Dolus ſi abſfuerit, & ſi lata culpa adfuerit, nunquā
corporeis pœnis locus erit. commune inquiunt Ca-
gnol. in l. contractus nu. 10. ff. de reg. iur. Hip. conſ. 67.
nume. 40. & qui latiſſimè id proſequitur Iul. Clar. in
pract. §. ult. q. 84.
108 Dolus ut cauſam contractui celebrando ſuggerens
illum nullius ponderis reddat, is eſſe debet, qui pru-
dentem, & cordatum hominem induceret. commu-
ne pronuncio ex Innocen. & ſcribentibus in cap. cum
dilectus, extra quod metus cauſa. Iaſ. in l. interpoſi-
tas. C. de tranſactio. & in l. ſi quis cum aliter. nu. 9. ff.
de uerborum obligatio. & in §. actionū. nu. 6. inſti. de
actio.
109 Dolus præſumitur ubi inſignis, &, ut fantur inter
pretes, enormiſſima læſio uertitur. commune dicit
110 Cur. Iun. conſi. 141. nu. 56. huiuſmodi autem præſum-
ptus dolus quin remitti poſſit, nihil uetat. commune
ait Cagnol. in l. contractus. numer. 101. ff. de regulis
iuris.
111 Dolus & ex cauſa minus colorata (ut doctorum
uerba emolliam) ceſſat. commune ponit Arius Pinel.
in l. 2. par. 2. cap. 3. num. 18. ad finem. C. de reſcinden.
uenditio.
112 Doli exceptio contra eum qui ex cautione, quam
quis ſpe numerandæ pecuniæ conſcripſit, agit, perpe-
tuò intentari poteſt, & ſi non numeratæ pecuniæ exce
ptio decurſo iam biennio euanuerit. ut commune au
tumo ex Hoſtienſ. Panormi. num. 18. Anchara. nu. 11.
in cap. ult. de ſolu. And. Sicu. conſ. 55. n. ult. lib. 1. Hip.
ſingul. 377. Florian. cum Butricar. Salic. Fab. Angel.
Aret. atque alij, quos laudat, & mirificè probat Ema.
à Coſta in l. ſi ex cautione pag. 569. uer. ſed tamen hæ
opiniones. C. de non num. pec. & ſi aduerſantium ſen
tentia reipub. litibus diuexatæ utilis uideatur, & βα-
σιλικῶν librorum authoritate inniti poſſit. quam ijs
uerbis Harmenop. libro ſecundo titulo ſecundo il-
linc promptis teſtatur; ὁδηγίαν ἔχει δικαιολογίας. ſed
hac de re uberius alibi.
113 Doli pœnam, uel fatua credulitas tollit. commune
ait Curt. Iun. conſi. 19. nu. 4. & uide ſupra uer. creduli
tas, & uer. cauſa.
114 Dolo in contractum incidente læſus non rem præ
ciſè, uel alternatim uindicat, ſed ad damnum reſarciē
dum duntaxat aget. commune ſcribit Arius Pinel. in
l. 2. par. 2. cap. 2. nu. 12. & nu. 13. cum duobus ſeq. & c.
4. nu. 6. in fin. contra plures eodem cap. nu. 11. recen-
ſos. C. de reſcind. uend.
115 Domicilium habitatione decennali paratur. com-
mune ait Pariſ. conſi. 52. nu. 10. & ſeq. lib. 2. intelliga
116 cum res ambigua eſt, & aliter non conſtat habitantē
de perpetua habitatione proteſtatum eſſe. alias enim
ſtatim domicilium quæreretur: ut rectè ponit com-
mune Alc. in l. pupillus §. incola. ff. de uerbo. ſignifi. &
117 nos conſulendo alibi oſtendimus. conſeruabitur au-
tem, ac retinebitur domicilij ius ad annum uſque,
non & ulterius. ut commune inquit Boer. deciſ. 13.
num. 8.
118 Domicilij iudex, & eum etiam abſentem, qui alibi
gentium deliquit, accuſante offenſo puniet, & inquiſi
tione ſuo ex officio contexta proſequi poterit. com-
mune latè, ac diligenter aſſeuerat Iul. Cla. in pract. §.
ult. q. 39. & uide infra uer. originis.
119 Dominium, uel communi opinione, uel fama pro-
babitur. ut commune inquit Caſſan. in conſuetu. Bur
120 gund. rub. 1. §. 2. gl. & la prouue nu. 15. non tamen in-
de probatur, quod rem ſibi traditam uacante poſſeſ-
ſione, ac precium à ſe numeratum quis oſtendat, niſi
& uenditorem fuiſſe dominum commonſtret. com-
mune affirmat Turzan. opi. 116.
121 Dominium ſine poſſeſſione quæri nihil uetat. ut cō
mune aio ex Aret. nu. 1. Iaſ. nu. 8. in rub. ff. de acq. poſſ.
Aret. rurſus. in l. certi condictio §. ſi nummos nu. 36.
ff. ſi cer. pet. Alex. in l. uenditor nu. 9. ff. de acquir. poſ-
ſeſſ. Iaſ. & Dec. in l. traditionibus ad fin. C. de pactis.
Anto. Gomez de contract. cap. ult. num. 29. pag. 119.
col. 2. in fi.
122 Dominium quibus caſibus ſine traditione transfer
tur, non ſolum utile, ſed & rectum transferri intelli-
gitur. commune autumo ex Aret. quamuis uario in l.
2. col. ult. ff. de leg. lib. 1. Iaſ. & in l. ult. nu. 26. C. de ſac.
ſan. eccl. & in l. 3. col. 1. in fi. C. commu. de leg. Gomez
in §. ſic itaque nu. 26. inſti. de actio.
123 Dominium & ſi nuda traditione non transferatur,
transferetur tamen, cum uel inutilis contractus præ-
ceſſit. ut eſt glo. opinio in l. contractum in uerſ. uel id
C. de fide inſtrum. recepta iuxta Salic. illic nu. 11. Ne
guſ. de pignor. 4. par. nu. 39. & ſi non immeritò ſicuti
aqua hærere iſthic poſſit ex l. ſi ego ff. ſi certum peta.
atque ex ijs, quæ ad illam illic tradunt Aug. Rom. Ia
ſon. & Alc. in prin.
124 Dominium & in incorporeis cenſetur. commune
elicio ex Alex. nu. 4. & nu. 6. Soci. nu. 1. Rip. num. 26.
Bereng. cap. 2. nu. 52. in l. naturaliter. §. nihil commu
ne ff. de acq. poſſeſſ. Rhoderic. Soarez in maioratus.
quæſt. 189.
125 Dominium non transfertur à ſimplici traditione, ſi
nec reapſe, nec ſpe titulus, aut cauſa ſubſit. commune
dicit Anto. Gomez in l. 45. Tauri, numer. 30. quod
& ij aſſerunt, quos ſupra retuli, uerſicul. dominium
& ſi nuda.
126 Dominium rei legatæ à morte teſtatoris fictè, ab
hæreditatis aditione uerè ad eum, cui res legatur, cō-
meat. commune ait Anto. Nicell. in con cord. glo. 92.

127 Dominium & per ſententiam transfertur.commu
ne ait Iaſ.in l.ex hoc iure nu.45.ff.de iuſt.& iur.
128 Dominium utile quà à iure prætorio, quà a ciuili
manat,non uerò & à natura proficiſcitur. commune
ponit Iaſ.in l.ex hoc iure nu.40.ff.de iuſti.& iur.
129 Dominij translatio contra uenditionis naturá eſt.
ut commune dicunt Alex.nu.3.Iaſ.nu.5. in l.ulti ff.
de condict.ſine cauſa.Soci.in l.certi condictio. n.22.
130 ff.ſi cer.pet.quod tamen perquam ridiculum eſſe ob-
ſeruat meritò cum multis Arius Pinel.in rub.2.part.
cap.4.nu.15.C.de reſcind.uendi.ubi etiam num.16.
multos ſubſannat, qui ſaltem de uenditionis natura
illud non eſſe receptum ſcripſerunt.
131 Dominij probatio ab eo exigi haud debet, qui uel
cum uenditore,uel cum illius hærede agit. commune
ponit Matth. de Afflict.deci.40.
132 Dominia iure gentium primo diſtincta non fue-
runt. commune fatetur Galeat. in rub. nu.168.ff. de
uerborum obligatio. Iaſ.in l.1.nu.43.ff. de acqui poſ
ſeſ.Arius Pinel.in rub.par.1.cap.1.nu.11.C.de reſcin
den.uendi.
133 Dominia etiam iure ciuili, atque etiam principum
conſtitutionibus quæſita princeps, uel ex plena pote
ſtate nequit auferre.ut commune ponit inſignis Pine.
134 in rub.par.1 cap.2.nu.9 C.de reſcind.uend.ea tamen
uel ex iuriſgentium contractu parta auferre poterit,
ſi publica utilitas ita exigat, uel iuſta cauſa ſubſit. ut
frequentius placitum ait Alex.conſi.361.nu.10.lib.2.
quem alicubi retulit Turzan.ac poſt eum latè Viuius
lib.1.opi.243.
135 Dominus etiam abſque cauſa intra modum ſeruos
uerberare impunè poteſt. commune enunciat Porc.
in §.ſed hoc tempore nu.6.inſti.de his,qui ſunt ſui uel
alie.iur.
136 Dominus nequit cogere in ipſius iuriſdictione po
ſitos ad ſuam fornacem, piſtrinumve, ſeu molendi-
num uenire illis uſuros: nec ſi id ſtatuto caueat,quid
piam efficiet.commune eſſe ait Did.à Couarru. in cap.
poſſeſſor.§.4.num.7.de reg.iur. lib.6. ac Villalob. in
ſua collecta.
137 Dominium qui ſe ſimpliciter affirmat ſi ſibi utile
dominium competere probet,non ſuccumbet. com-
mune aio ex Iaſ.in § ſed iſtæ quidem nu.141.inſti. de
actio.& in l.ſi domus §.ſi fundus nu.9.ff.de leg.lib.1.
& in l. ſed & ſi poſſeſſor §.item ſi iurauero ff.de iure-
iurand.Fælin.& in c.cæterum de iudic. & in rub. n.7.
138 de præſcrip.quod etiam proceſſurum arbitror,& ſi ſe
rei dominum dicat. quippe cum nullo modo alias do
minium aut proferri,aut intelligi ſoleat.tametſi in cõ
trarium doctores crebrius iuerint ſecundum Alex.
col.3.Bolog.num.11.Alc.nu.9.Horman.nu.19.Rip.
nu.27.Claud.Marmer. nu.46. in l.naturaliter §.nihil
commune ff.de acq.poſſ.ſed ea de re copioſius,& ac-
curatius in ſuo loco.
139 Domina, maſſaria, & uſufructuaria relicta à uiro
uxor filijs inſtitutis hæredibus nihil aliud conſeque-
tur,quàm honorificè alimenta ſibi pro dignitate con
uenientia.ut confirmant Soci.Iun. conſil.94. nu.2.&
140 conſi.96.lib.3.Dec.conſi.54.n.1.poterit autem iſthęc
alimenta ſumere ſua propria ſponte,atque authorita-
te.ut commune cum compluribus ponit Viuius lib.
141 1.opi.446.ubi idem proceſſurum ponit frequẽter pla
citum cum uel dominus maſſarius, & uſufructuarius
uir ab uxore relinquitur liberis ſuis hæredibus crea-
tis.ſed ſi filij præmoriantur uxor integrum uſumfru-
ctum excluſo etiam ſubſtituto nanciſcetur, ut magis
142 commune aſſeuerat Soci.d.conſi.94.nu.3.lib.2.quem
tamen non adipiſcetur ſi alter ex liberis præmoriatur,
atque alij alterius matrimonij ſuperſtites ſint,ut com
mune ponit Viuius ubi ſupra in fine.

143 Domus ſi uendatur,& hortus uẽditioni eius acce-
det,ad quem per illam aditus patet: aliter autem neu
tiquam.commune dicit Iaſ. in l.beneficium nu.14. ff.
de conſti.princip.Villalob.in ſua collecta.ſed ipſe cõ
trahentium mentem,uerba, ac reliquas rei præſentis
coniecturas inſpiciendas arbitror.
144 Domum inſultantis pœnas luit, qui inſultum ad
porticum domus fecit, receptum atteſtatur Iul.Cla.
alia ad hanc rem appoſita commemorans in pract.§.
ult.q.82.ſtatut.10.
145 Domo ex ſua quando quis ob pecuniæ debitum ex
trahi poſſit,uide ſupra uer.carceri.
146 Donatio pacto nudo effecta non ex ſe ſed ex con-
ſtitutione l.ſi quis argentum C.de donatio. condictio
nem gignit.commune teſtificatur Porc. in §.alter nu.
4.inſti.de dona.ac Viuius lib.1.opi.14.
147 Donatio uerbis de futuro concepta, dabo, uel do-
nabo uel promitto me donaturum aut dare, parit a-
ctionem.commune aiunt Rip.de donat.& gra.reuoc.
c.12.nu.2.Gomez in §.in perſonam nu.39.inſti.de a-
ctio.latè inſignis iuris & doctor, & patronus Arius
Pinelus in l.2.par.2.cap.3 nu.30.C.de reſcinden.uen
148 ditio.nec audiendus eſt Alciat.contrariam ſententiã
communem proponens in l.ſi pacto quo pœnam col.
2.C.de pac.nec Eman.à Coſta, qui me magis mouea-
tur, in l.ſi ex cautione pag.265.C. de non numerata
pecun.
149 Donatio præſumpta,cùm quis,uerbi gratia, ſcien-
ter ſine cauſa promiſit. etiam iam hodie actionem pa
rit.ut magis commune affirmat Viuius li.1. opi.14.
150 uer.tertio ampliatur.ſed neſcio certè quo ductus ge-
nio id protulerit, cum contrarium ſit longè receptius
ut conſtat ex Bald.Pau.Alex.& Iaſ.in l.iuriſgentium
§.ſed cum nulla ff de pac. & id latiſſime teſtantur Ti
raq.in l.ſi unquam uer.donatione largitus nu.128.C.
de reuoc.dona.Ant.Gomez de contrac.cap.11. nu.5.
uer.item adde.ubi citat Alex. in l.ſi aliquam rem co-
lum.ult.ff.de acq.poſſ.Iaſ.in d.l.iuriſgentium §.quin-
imo colum. ultim.numer.22. magis commune affir-
mantes.
151 Donatio ut per nuncium facta ualeat,neceſſe eſt eli
gatur eam in rem ſpecialiter nuncius. commune aiũt
Corn.conſi.254.lib.3. Hip.in l.ſi quis ne quæſtio,nu.
152 69.ff.de quæſt.Guid.Pap.deci.122.nu.2.alioquin di-
cetur pollicitatio,ut infra,uer.pollicitatio.
153 Donatio abſenti facta uſque adeò nulla eſt,ut nihil
ei,in quem collata eſt, proſit nanciſci poſtea rei dona
tæ poſſeſſionem.ut commune ait Capic.deciſ.180.nu
154 me.9.quod procedet & ſi donatio in eccleſiã, aut piã
aliquam cauſam conferatur,cuius nomine nemo præ
ſens illam accipiat.commune inquiunt Rui.conſ.13.
nu.10.& conſi.37.nu.14.lib.4.Iul.Clar.de dona.quæ
ſtio.12.in ſi.ſed certe hæc ampliatio, & falſa iure, &
minus recepta eſt,cum ea in ſpecie pollicitatio ſit,
quæ cauſis pijs actionem largitur,ut infra uerſi.polli-
citatio.
155 Donatio abſentis nomine à notario ſtipulata ius
ei in quem confertur,non tribuit,niſi poſt eiuſdem ab
eodem acceptionem.qua de cauſa poterit illam dona
tor reuocare ante huiuſcemodi acceptionẽ.ut cõmu-
ne aiunt Alciat.in cap.cum contingat.nu. 22.de iur.
iuran.Cagnol.in l.quò tutela §.nec paciſcendo in fin.
ff.de reg.iur.Tiraq.de conſti.30.limi.nu.9.Alba con-
ſil.36.nu.1.& plures,quos allegat uir doctiſſimus Io.
156 Ceph.conſi.13.nu.2.& ſi uerius contrarium ſit,quod
magis commune aſſerunt Gozad.conſil.87. ad finem.
Iul.Clar.eleganter,& copioſè de donatione.quæſtio.
43. uerſicul. primo ergo caſu cum ſequentib. Viuius
lib.1.opinio.77.& qui latè, atque eleganter ita con-
ſuluit Ioan.Cephal. d.conſi.33.nu.5.cum ſequentib.

157 ſi tamen non ſolum antea reuocauerit, ſed & in alium
rem ipſam donatam cum effectu contulerit, minor du
bitatio eſſe debebit, ut reuocata iure cenſeatur. atque
ita frequenter placitum aſſerit Cagnol. in l. ul. nu. 72.
158 C. de pac. & ſi & in hac etiam ſpecie contrarium uerè
aſſerant uerum, & magis receptum Soc. Iun. cōſ. 118.
n. 16. lib. 2. & conſ. 121. n. 8. lib. 3. Did. à Couar. in rub.
par. 3. nu. 1. de teſtam. Iul. Cla. ubi ſupra, uerſi. contra-
riam tamen ſententiam, ubi diſertè loquitur, ac Io.
159 Cephal. d. conſi. nu. 7. at ſi is cui donatum eſt, ante ac-
ceptionem donationis mortem obeat, eam amplius
non poterunt agnoſcere illius hæredes. ut æquius cer
tè uidetur, & commune atteſtatur Alciat. in l. 2. §. es his
nu. 2. ff. de uerborum obligation. quamuis ſi quis hanc
rem ad uiuum reſecarit, procuIdubio probaturus ſit
contrariam ſententiam Iulij Clari ubi ſupra, uer. ter-
tius caſus.

160 Donatio conſenſum, & uires ſumit à tacita illius
præſentia, cui fit. commune inquiunt Cagno. in l. ſem-
per qui non prohibet, nu. 5. ff. de reg. iur. Vigl. in prin.
nu. 11. & 12. inſti. quib. non eſt permiſ. Did. a Couarr.
in rub. par. 3. nu. 13. de teſtam.

161 Donatio & olim & hodie contractus nominatus
fuit, atque eſt. commune affirmant Ieſ. in l. iuriſgentiū
in prin. nu. 8. ff. de pac. Gomez in §. in perſonam num.
162 40. inſti. de actio. atque ideò ſemel perfecta pœniten-
tię locum non relinquit. ut commune aſſeuerant Imo.
in cap. ult. nu. 25. de dona. Iul. Clar. de dona. q. 1. Vi-
uius lib. 1. opi. 84.

163 Donatio poſtquam res promiſſa eſt, perfectæ dici-
tur, ut donator ad tradendum obligetur, iuxta glo. re-
ceptam in l. ult. §. Lucius ff. de donatio. & ut nec reuo
164 cari queat, nec quidquam ex ea immutari poſſit iuxta
textum, & glo. ibi in prima opinione receptam in l.
perfecta C. de donatio. quæ ſub mod. & atteſtantur ij,
165 quos uer. ſupra proximo retuli. at non dicetur ita per-
fecta, quouſque res donata tradatur, ut interim ne-
queat res illa alteri obligari. ut commune dogma eſſe
aſſeuero ex Bartolo. nu. 9. Plat. Rebuf. & alijs in l. 1.
C. de iure fiſci lib. decimo. Corſet. in notabil. uerſi. do
natio. 3. Dec. conſi. 251. num. 3. in fin. & conſil. 645. nu-
mer. 4.

166 Donatio aureos quingentos ſupergreſſa uſque adeò
inſinuatione eget, ut illius legibus non ſoluatur, ſi tot
167 fieri donationes in inſtrumento dicatur, quot ſummæ
quingentorum, aut quadringentorum aureorum ſunt.
commune fantur Thom. Ferret. caut. 33. Anto. Gomez
de contract. cap. 4. nu. 6. Iul. Clar. de dona. quæſt. 17. ad
finem. nec ſi inſinuationi expreſſim renuncietur. com-
mune efferunt Ant. de Can. de inſinuatio. 2. part. quæſt.
29. Anto. Gomez d. cap. 4. numer. 7. in fine. nec ſi iuſiu-
168 randum illam confirmet. ut frequenter placitum aſſe-
uerant Barb. conſi. 66. in fi. Calcan. conſi. 19. in fin. pro-
bat latè Ferret. d. caut. 33. colum. 2. ſed probabilius cō-
169 trariam ſententiam magis receptam effantur Alciat. in
cap. cum contingat. nume. 170. de iureiurand. Iul. Cla.
de donatio. quæſtio. 18. Viuius lib. 1. opinio. 78. uer. li-
mitatur. 4. latiſſimè Ioan. Cephal. conſi. 61. numer. 18.
170 quæ tamen ſententia tunc admittetur, cum, & inſinua-
tioni expreſſim renunciatum eſt, aliàs ſecus. ut docuit
Bald. in l. illud col. & quæſt. 5. C. de ſacroſanct. eccleſ.
ſequuntur Caſtrenſ. in l. ſi quis pro eo, colum. penul. ff.
de fideiuſſ. Roman. in l. Modeſtinus colum. 4. ff. de do-
natio. Cardin. in capit. cum contingat, de iureiurand.
Anton. de Can. de inſinuatio. par. 2. quæſtio. 30. & qui
receptum aſſerit Corne. conſil. 69. lib. 2. atque eo for-
ſan modo non incommode hæc, atque illa communis
171 in concordiam reducentur. intellige autem, atque ob-
ſerua ſummam illam priſcam quingentorum aureo-
rum reduci ad noſtratium ſcutorum ſeptingentorum
ſummam. ut commune aiunt Bellon. conſi. 74. nume.
22. Duennas, qui prolixius interpretatur, reg. 223. li-
mita. 19. in fi. Iul. Clar. de donatio. quæſt. 15. intellige
172 rurſus nec in hac ſeptingentorum ſcutorum ſumma do
nationem inſinuatione egere ſi fiat ſacro, piove alicui
loco. ut commune aſſerunt Felin in capit. eccleſia nu-
mer. 57. de conſtitutio. Iaſ. conſil. 169. col. 4. lib. 4. Iul.
Cla. ubi ſupra quæſtio. 17. Viuius qui multos contra-
rium aſſerentes laudat d. opinio. 78. nec item inſinua-
173 tione opus habebit, ſi alterius fiat, uel hincinde mu-
tua fit. ut commune pronunciant Curt. Iun. conſil. 81.
numer. 8. Viuius ubi ſupra uer. fallit 2. uel ſi iureiuran
174 do ſit uallata, atque illi expreſſim renuncietur, ut ſu-
175 pra poſui. uel ſi denique deducto uectigali ſola ſeptin
gentorum ſcutorum ſumma reſtet. ut frequenter pla-
citum teſtificatur Viuius d. opi. uer. fallit tertio. Anto.
Gomez de teſtamen. cap. 12. num. 25. uerſ. ſecundo in-
fertur.

176 Donatio generalis non comprehendit rem donato
ri debitam ex fideicommiſſo. ut commune ait Boer.
deciſ. 33. Villalob. in ſua collect.

177 Donatio omnium bonorum mobilium, & immobi
lium, præſentium, ac futurorum ualet, ac firma omni
no eſt, quia ſcilicet actiones, & iura non continentur.
ut complures allegant receptum aſſerit Tiraq. de re-
178 tract. lign. §. 1. glo. 7. nu. 9. ad finem, ſed & donatio om
nium bonorum ſimpliciter facta ualebit, ac rata proi
ſus erit. commune ait Iaſ. conſi. 5. lib. 3. quod ob ean-
179 dem rationem procedet, etiam ſi poſt n orteni confe-
ratur. ut commune teſtantur Alexand. in l. ult. col. 1.
in fin. C. de pact. Turzan. opi. 83. at donatio omnium
180 bonorum cùm præſentium, tum futurorum nullius
vis, ac momenti radicitus eſt. commune fantur Pa-
norm. conſi. 48. lib. 2. Bald. nu. 19. Curt. Iun. nume. 61.
Purpur. num. 247. in l. ult. C. de pactis Guid. Pap. con
ſil. 214. num. 5. Ioan. Dilect. de arte teſtan. tit. 10. caut. 2.
Iul. Clar. de dona. quæſt. 16. Viuius lib. 1. opinio. 73. ad
de relatos à Ioan. Cephal. conſil. 44. nume. 24. nec iu
181 reiurando confirmabitur. receptum teſtantur Curt.
Iun. conſil. 25. numer. 6. copioſè Iul. Clar. ubi ſupra
182 quæſtio. 20. ualebit tamen in pium, ſacrumve locum
aliquem collata. ut commune pronunciant Dec. nu-
me. 8. & num. 27. Berous nu. 81. in cap. in præſentia de
probation. idem Dec. in l. ult. num. 31. C. de pact. Ant.
Gomez in l. 69. Tauri num. 7. latius Iul. Clar. d. quæſt.
183 20. uer. ulterius quæro donantem tamen pius ille, ſa-
cerue locus neceſſario alet. receptum aiunt Dec. conſ.
184 488. num. 5. Viuius d. opi. 74. Valebit item iſthæc om
nium bonorum tum præſentium tum futurorum do-
natio, ſi ſibi donator fructus retinuerit, aut rem ali-
quam ſeruauerit, de qua teſtari queat. commune affir
mant Boer. deci. 204. num. 25. Iul. Clar. ac Viuius ubi
ſupra. quod tamen intelliges non ſuffecturum ſi ea fru
ctuum, uel cuiuſpiam alterius rei reſeruatio ad uitam
185 expreſſim fiat. nam & ea in ſpecie donatio penitus
corruet. commune affirmant Dida. à Couarru. lib. 3.
reſolut. cap. 12. nu. 3. Iul. Clar. d. quæſtio. 19. uerſi. ſed
pone quod donator. adde multos idem aſſerentes,
quos laudat Ioan. Cephal. conſi. 34. nume. 15. Valebit
186 tertio huiuſcemodi donatio cùm precatorium interuene
rit, ut commune ponunt Tiraquel. de conſti. par. 2. am
187 pliat. 30. Viuius ubi ſupra. Valebit quartò, ſi huiuſmo-
di effuſa donatio ſtipulationis formulis muniatur. ut
commune produnt Clarus, ac Viuius ubi ſupra, & ſi
ea tamen opinio cùm iuri, tum bono, atque æquo ad
uerſa ſit, ut alibi uberius diſſero.

188 Donatio uerbis generalibus, & aſſentatorijs conce
pta, nempe non ſolum eam rem, quā petis, ſed & meas
res omnes alias, ac quidquid tibi uidebitur, promiſſio
donatorem non obligat. commune aiunt Exea de pac.
par.

par.1.nu.271.Viuius lib.2.opi.142. & ſi facile contra
rium iure poſſit probari.
189 Donatio quæ à traditione initium ducit, non parit
euictionis obligationem. commune enunciat Curt.
190 iun.conſi.178.nu.27. amplia & ſi ficta ſit traditio per
conſtituti clauſulam. commune aſſeuerat Tiraq. de
191 conſti.3.par.nu.6. ſecus autem erit ſi a promiſſione
contexatur.communia ponunt Anto.Gomez de con-
tract.cap.2.nu.35. Viuius lib.1.opi.80. & ſi de iure ue
rius ſit nunquam euictioni locum fore. qua de re alibi
latius,& commodius.
192 Donatio in legatos, aut oratores collata non princi
pis, ſed ipſorummet contemplatione cenſetur facta,
ut commune dicit Alciat.reg.1.præſump.18.num.12.
Villalob.in ſua collect.
193 Donatio in clerici, militis, uel aduocati concubinā
ab ijs collata, qui cum illis rem habent, nullius eſt pon
deris, ac momenti, quamuis expreſſa meritorum nun-
cupatio ſubdatur, ſi merita ipſa non probentur. rece-
ptum inquit Io.Coraſ. in l. frater à fratre. §. quæritur.
nu.55.ff.de condict.indeb.
194 Donatio a patre in filium nondum ſuo mancipio,
ac poteſtati exemptum delata nihil omnino regulari-
ter ualet.commune teſtificantur Ioan Crot.in l.frater
à fratre ff.de condict.indebit.Iul.Clar.de dona.quæſt.
8. & Viuius lib.1. opi.74. producit tamen ſemper na-
195 turalem obligationem. ut commune effatur Ioan.Co
raſ.in l.frater a fratre §. quæſitum nu.46. ac ſi traditio
196 præceſſerit, patris morte confirmabitur, uires que ſum
mas naneiſcetur.commune fatur Iaſ. in d.l.frater à fra
tre nu.45.Valebit autem ſtatim, ac firma prorſus erit,
197 ſi iureiurando munietur.ut receptum pangunt Rip. in
l.ſi unquam nu.35.C.de reuocan.donatio.Alciat.con
ſil.45.nu.2.Pariſ.conſil.69.nu.128.lib.3.latiſſimè Iul.
Clar.ubi ſuprà quæſt.8.uerſic.ſed quæro. Viuius dicta
198 opinio.74.Valebit ſecundo ſi fiat ob merita, ut com-
mune affirmant Dec.in l.ſi donatione nu.10.C.de col
lat.Riminal.conſi.240.nu.3.Io.Cephal.conſil.61.nu.
23.Clar.ubi ſupra uerſi.hæc tamen concluſio. Viuius
laudata opi.uer.ſecundo fallit,& qui cum multis præ
ferendus multis contrarium meritò aſſerit Arius Pi-
nel.in l.1.par.3.nu.62.uerſic.infertur undecimo C.de
199 bon.mater.quin & in dubio ſi nulla donationi cauſa
adjciatur,& filius antea de patre præclarè meritus fue
rit, ualebit donatio,& ob merita cenſebitur facta. ut
commune aſſeuerant Crot.in dicta l.frater à fratre nu
me.79. Viuius ubi ſupra, uer. ampliatur dicta limita-
200 tio.& ſi minus hæc communis opinio quam illa, ut di
xi, iure ſubſiſtat præſertim ſi qua expreſſim ſanguinis
mentio fiat iuxta præcitatos.opus tamen ſemper erit,
ut benemerita probet filius, nec enim aſſertioni patris
etiam ſpeciali de illis fides habebitur. commune teſti
ficantur Ruinus in conſilio 96.num.2.lib.5. Cotta in
memorab.uer.donatio inter patrem & filium Iul.Cla.
ubi ſupra uer.hinc infertur. Viuius dicto loco.uerſi.&
201 in hoc non ſtandum eſſet. quin & poſtquam merita fi-
lius probauerit, catenus duntaxat donatio ualebit,
quatenus ipſa merebuntur.commune ait Dec.in l.pe-
202 tens.num.17.C.de pact.idque prudentis iudicis arbi-
trium metietur.ut receptum enunciat Iaſ.conſi.154.
nu.5.lib.2.Clarus, ac Viuius ubi ſupra. conferetur ta-
203 men poſt patris mortem huiuſmodi donatio, atque in
legitimam filij portionem imputabitur, ſi aliter non
ſit expreſſum, ut frequenter placitum inſit Alexan.con
ſil.8.col.2.lib.2.& uide infra uer. donatio quæ à patre
204 ualebit tertio iſthæc donatio, de qua agimus nec un-
quam poſtea conferetur, ſi ſit facta ſtudij cauſa. ut com
mune aſſerunt Iaſ.in l.1.nu.52.ff.ſolu.mat. Segur.in l.
unum ex familia §.ſed ſi fundum nu.131.ff. de leg.lib.
2.Iul.Clar.d.q.8.uer.3.infertur, & ſi perperam ma-
gis commune aſſerat contrarium Rip. ad laudatam l.
1.numer.104. quem parum iuuant rationes adductæ
a Iulio Clario. ubi ſupra, & à Viuio dicta opinio-
ne 74.in fine, ut alibi latius, & opportunius oſtendo.
206 Donatio quæ à patre in liberos eius ditioni adhuc
ſubiectos collata ſtatim ualet, non aliter poſt eiuſ-
dem mortem conferetur, quàm ſi legitimam ipſorum
portionem exceſſerit. quippe alioquin & ratione legi
timæ facta uidebitur,& magis legati naturam, quam
donationis induet.commune aiunt Ruin. in l.in quar
tam nu.18.& nu.23.ff.ad l.Falci.Soci. conſi.18.lib.2.
Ioan.Coraſ.in l.filium quem habentem nu.106. C.fa
mil.erciſ.
207 Donatio quæ à parentibus uel ab alijs in eos confer
tur, qui ipſis ab inteſtato alioquin ſucceſſuri ſunt, libe
ralis donatio nec dicitur, nec ducitur, nec donationis
definitionibus regitur.ut uoluit Bar.nu.1. Plat. nu.2.
in l.1.C.de impon.lucrat.deſcrip.lib.10. quem ſequi-
tur Aret.conſi.17.nu.3. Tiraq cum alijs de retract. li-
gn.gl.1.n.47. dicit receptum Arius Pinel.contrarium
euidenter uerius oſtendens in l.1.par.3.nu.62.uer.in-
fertur 19.C.de bonis mater.
208 Donatio inter coniuges ſi iureiurando uallata ſit,
firma ac rata prorſus erit.commune aſſeuerant Alci.
in c.cum contingat.nu.196.cum ſeq.de iureiur.Boer.
deciſ.92.nu.6.Ioan.Crot.in l.frater à fratre. nu.71. &
ſeq.ff.de condict.indeb. Cotta in memorab.uerſi. do-
nationes inter uirum & uxorem.Crauet.conſi.81. nu.
1.& conſi.102.nu.2.& latiſſime in propoſito conſulēs
Io.Cephal.uir doctiſſimus, atque erudiſſimus conſil.
61.nu.15.& nu.22.Iul.Clar.de donatio.quæſt.9.uerſ.
ſed & quid ſi in ipſa donatione, Viuius lib.1.opin.75.
209 & ſi non perperam contrarium cum aliquam multis
aſſerant perperam tamen id commune affirmantes
Cur.Sen.conſi.66.nu.3.cum trib.ſeq. Caſſan. in con-
210 ſuet.Burgund.tit.de iuribus ad matrimonium attinen
tibus.§.7.quorum contraria ſententia nunc proculdu-
bio admittetur, cum ſimulata donatio erit. ut aſſerunt
211 commune Iul.Cla.d.quæſt.uer. hæc tamen concluſio,
Viuius ubi ſupra.niſi tamen iuſiurandum in promiſſio
nem de non contraueniendo nuncupatum propona-
tur.quin tunc etiam ſimulata donatio ualebit,commu-
ne ponit cum Bal.de dote par. 10. col.5. & cum alijs,
212 Viuius ubi ſupra. Valebit item ſi alternis fiat, ut ſcili-
cet ſi alterutrum eorum mori contingat, ſuperſtes bo
na omnia, aut aliquam bonorum partem habeat. ut
cum Iaſ.in l.ſi pater puellæ, C.de inoffi.teſta.Soc.reg.
204.in primo uer.commune ponit Viuius d.opin.75.
213 uer.fallit tertio, adde latè Ioan.Cephal.conſi.43. nu.
7.ualebit rurſum huiuſmodi donatio, de qua differi-
mus ſi ob merita fiat.ut frequenter placitum atteſtan-
tur Soci.conſi.66.lib.1. Ant. Gomez de contract. cap.
4.nu.31.Viuius d.opin.uer.fallit 2.Ioan.Cephal. cum
multis conſi.61.nu.12.& qui in contraria omnia meri
214 tò abit Arius Pinel.in l.1.par.3.nu.61.C. de bon.ma
ter.unde & ea donatio ualebit, quæ à ſene uel popula
ri marito in uxorem iuuenem, ac bellam, uel nobilem
alioquin deferetur.ut receptum aiunt Cur.Iun.conſil.
6.nu.20.Bal.de dote par.10.nu.7.Iul.Cla.d.q.9. uerſi.
ſed pone, Viuius ubi ſupra in fine, ſed profecto qui à
Pineli ſententia erunt, ut omnes diligentius rem per-
pendentes erunt, hanc opinionem æque ac ſupra pro-
215 ximam omnino refellent, memineris tamen ſemper,
quod is merita probare tenebitur, cui donatum ob il-
la aſſeritur, ut commune aſſeuerant Soci.conſ.65.col.
2.& conſi.66.col.3.lib.1.Clarus, ac Viuius ubi ſupra.
216 memineris etiam perpetuò quod huius generis dona
tio alioquin inualida, ac nullius momenti, morte do-
nantis confirmabitur ſi uel ficta traditio interuene-
rit, ut uoluit glo. ulti.in fin.in l.2.C.de dot.caut. non

numer.communiter interpretibus placita, ut conſtat
ex Pariſ.conſi.90.nu.17.lib.3.Did.à Couarru.lib.1.re
ſolut.cap.7.num.4.& in rub.par.3.nu.3. de teſtam.&
217 intellige illam duntaxat confirmatũ iri donantis mor
te quatenus legitimam ſeptingentorum ſcutorũ ſum-
mam non excurrit, ſi alioquin inſinuatione caruerit.
ut commune ait Belloo. conſil. 4. numer.11. cui
adde multos, quos laudat Ioan.Cephal.conſi.91.nu-
me.3.
218 Donatio alternis facta, quam reciprocam doctores di
cunt, inſinuatione non eget, & inter coniuges fieri pô
teſt. uide ſupra uerſic. donatio aureos quingentos, &
219 uerſicul.donatio inter coniuges. nec enim donatio
proprie cenſetur. ut commune ait Curt. Iun. conſil.
82.nu.3.
220 Donatio in pium, ſacrumve locum aliquem collata
nec inſinuatione eget, ut ſupra obſeruatur uerſ.dona-
221 tio aureos quingentos, nec ob iuſtas ingratitudinis
cauſas a prælato, ac toto inſuper capitulo admiſſas re
uocatur.commune aſſeuerant Rip.lib.2.reſponſ.quæ-
ſtio.28.num.20 Iul.Clar.de dona.q.21.in fin. Viuius
lib.1.opi.79.in fi.
222 Donatio, quæ alicui confertur ea conditione, ut ca
ſu aliquo interueniente ad alium uel tota, uel eius pars
perueniat, & abſenti illi alij, & non agnoſcenti utilẽ
conditionem, ſi caſus aduenerit, abſque ulla ceſſione
pariet, non uerò etiam rei uindicationem ſuggeret. ut
probat aperte tex.in l.quoties C.de dona.quæ ſub mo
do.& eſt receptum ex Aleiat. in l.traditionibus ad fi.
C.de pac.& in c.cum contingat nu.239 de iureiuran.
Guid.Papæ, quem refert, & ſequitur Tiraq.de conſti.
par.2.amplia.18.Aym.Syuel.conſi.9 Ant. Gomez in
l.40.Tauri nu.25.Socin.conſi.125. nu. t. lib.4. Did.à
Couarru. lib 1. reſolu.capit.14.quamuis Dec.conſil.
239.& in l.traditionibus col.pen.Rip.lib.3. de reuo-
cand.donatio.cap.1.ad fi.contrarium negligenter, ac
perperam tradiderint. quod primo intellige in dona-
223 tione, & cauſa duntaxat penitus lucroſa ex illorum
omnium parte, qui id negocij agunt. ut commune re
ſoluit Alex.in l.ex facto §.ſi quis rogatus in 1.numer.
22.ff.ad Senatuſconſult.Trebel. & communiter tra-
dunt ij, quos ſtatim infra laudo. intellige ſecundo,
224 cum res eadem non alia danda eſt. ut commune aio
ex Bar. in l.ult. Iaſ. nu. 26.& ſeq.in l.ſtipulatio iſta §. ſi
[illegible] ff.de uerb.oblig. Paul.in eiuſdem l.§.alteri ad
finem Alc. in l.certi condictio §. ſi nummos numer.2.
ff.ſi certum petat.latè Exea de pact. nume.128. Anto.
Gomez in d.l.40.Tauri.nu.25. Did.à Couarru.ubi ſu
225 pra.uel etiam ubi pecunia loco rei elargienda erit.cõ-
mune affirmat Soci.conſi.236.nume.1.lib.2.intellige
226 tertiò, quod pendente uel caſu, uel tempore, & ante il
lius tertij acceptionem donator liberè pro animi ſui
ſententia pactum eiuſcemodi adiectum donationi, &
donationem ex illo emerſuram reuocare poſſit. ut eſt
frequens interpretum dogma cum Bar.in l.qui Romę
§.Flauius ff.de uerbo.oblig.& ibidem atteſtantur So-
cin.nu.16.Iaſ.nu.14.Cagnol.in l.id quod noſtrum nu
me.12.ff.de reg.iur.Exea de pact.num.143.Grat. con
ſil.25.nu.39.lib.1.Aymon d.conſi.9.num.11.& conſi.
135.nu.10.Did.à Couarru.d.cap.14.nu.17.Ant.Go-
mez in d.l.40.Tauri nu.29.ad fin. Duennas. reg.216.
Iul.Cla.de dona.qu.13.uer.difficultas eſt, ubi multos
227 contrarium aſſerentes commune refert. quibus acceſ-
ſerunt Did à Couarru.Aymon, & Ant.Gomez ubi ſu
pra, & ipſe alibi latius illorum ſententiam Deo nolen
228 te conſi. mabo non tamen donatoris hæredibus idem
uſquam licebit. ut commune profitentur Soci. in d. §.
flauius.nu.19.Did.à Couarru.d.cap.14.nume.17.Iul.
229 Clar.d.q.13.uer.ult. Amplia, ac perpetuò reminiſce-
re quod ſi ille tertius præmoriatur, ſpem ac ius, quod
habet, ad ipſius hæredes tranſmittet. ut commune
auſim pronunciare ex Old.conſi.224.nume.28.in fin.
Abb.conſi.85.col.2.lib.1. Paul. conſil.164. numer.7.
lib.2. Dec. conſi.443. col.ult.Afflict.in capitul.1.nu-
mer.20.uerſic.21.arguitur, de ſucceſſ.feud. in uſibus
feud.
230 Donatio, atque omnis generaliter lucroſus con-
tractus in liberum illius arbitrium, in quem confertur
recte referetur. commune loquitur Anto. Gomez de
contract.lib.cap.30.nu.19.
231 Donatio fundi trium iugerum nõ concutitur, quod
plura iugera fundo inſint, imò donatio in toto fundo
rata eſt.commune dicunt Alex.conſi.106.lib.6. Dec.
232 conſil.347.quod intellige cum donatio a fundo ipſo,
non ab illis iugeribus initium duxit: alioquin in iuge-
ribus nominatis donationi tantum robur erit. com-
mune loquit Curt.Iun.conſi.131.
233 Donatio non præſumitur, ſi quis alicui dicat, tolle
pecuniam, cum magna pecuniæ ſumma eſt, ſecus ſi par
ua ſit.commune ponit Ioan.Lup.in rub. col.30.§.11.
num.1. de dona.inter uir & uxo.hæc item præſumitur
234 cum debitor aliquid creditori ſimpliciter dedit. tunc
enim compenſatio potius cenſetur.commune aſſeue-
rat Ioan.Coral.in l.frater a fratre.nu.42.ff.de condic.
indeb.& uide infra uer.donata.ac memineris præſum
235 ptam ſeu tacitam donationem non minus inſinuatio-
ne egere, quàm expreſſam.ut frequenter placitum in-
ſit Cur.Iun.conſil.126. & potius errorem, ac fatuita-
236 tem præſumi, quàm donationem. ut commune pono
ex gl.Bal.& Aug.in l.generaliter.C.de non num.pe-
cun.Alex.conſil.13.col.2.lib.1.& conſil.19.col.2.lib.
2.Dec.conſi.350.col.3. Alciat.de præſump.pag.433.
ac uiro multæ doctrinæ Ioan. Cephal. conſil.39. nu-
mer.30.
237 Donatio ſub clauſula ſi donator caſu aliquo teſta-
mentum reuocarit, inutilis eſt, nec a iureiurando ui-
res mutuatur.commune ait Alex.conſi.156.lib.3.& ui
de infra uer.teſtamentum.
238 Donatio ob merita, ſeu cauſam non eget inſinua-
tione, ut receptum eſſe literis produnt Rip. in l. ſi un-
quam nu.35.C.de reuoc.dona.Iaſ.in l.ex hoc iure nu
me.53.ff.de iuſti.& iur. Tiraq.in d.l.ſi unquam uer.do
natione n.44.Aufrenad Capel.Tholoſ.q.381.Petrus
in l.1.nu.180.ff.de iureiur.latè Ioan.Cephal.uir mul
tæ doctrinæ, atque eruditionis conſi.61.nu.17.Nec re
239 uocatur ob ingratitudinem.ut commune aiunt Boer.
deciſ.27.Tiraq.d.uer.donatione.num.12.Roma.con
ſil.26.nu.8.Fortun.in l.1.§.ius naturale num.62.ff.de
iuſt.& iur.Gozad.conſi.50.nu.10.Curt.Sen.conſi.66.
num.2.Grammatic.deciſ.65.nume.24. multoque mi-
240 nus donatio, quam princeps ob præclara merita con-
fert, poterit ex cauſa reuocari. ut cenſuit Bald. in l. ſi
cum mihi ff.de dolo. cuius opinionem frequenter pla-
citam effero ex Iaſ.in d.l.ex hoc iure.nu.54. Felin.in
c.nouit col.6.de iudic. Tiraq.d.uer.donatione.nu.13.
Capic.deciſ.121.num.15.Afflict.in cap.1.nu.24.de na
tura feud.Ari.Pinel.in rub.par.1.cap.2.num.31.ad fi-
nem C.de reſcind.uend.quin nec ſubſequenti libero-
241 rum ſuſceptione retractabitur. ut comune ponit Rip.
in d.l.ſi unquam num.25. atque euictionis obligatio-
242 nem ſemper pariet, ſeu a promiſſione, ſeu à traditio-
ne ordiatur. commune aiunt Crauet.conſil.64.nume.
12.Boer.deciſ.67.colum.1. Viuius lib.1. opinion.80.
243 ad finem, ac denique, & ultra quàm facere poſſit,
donatorem obligabit. ut commune ponit idem Vi-
uius eodem libro, opinion 81. ſed enim & falſas iu-
re, & uſu pernicioſas reip.commemoratas omnes ſu-
perius opiniones cum multis aſſeuerat, atque oſten-
dit præclarus iuris interpres Arius Pinel. in l.1. par-
te tertia.nu.62.cum præcedenti C.de bon.mat. à quo
ſto.

ſto. an autem, & quando, & quomodo merita proba-
ri debeant, uide infra uer. merita.
245 Donatio ob merita, quæ remuneratoria dicitur, nu
do pacto haud hodie perficietur. commune ait Iaſ. in
l. iuriſgentium §. quinimo nu. 19. & ſeq. ff. de pac. quē
meritò improbat Iul. Clar. de dona. quæſt. 14. uerſic.
quæro an diſpoſitio.
246 Donatio ob merita in perſonas aut ſolidi non ca-
paces, aut omnino incapaces collata nullius eſt mo-
menti, quæ fine ſupergreditur merita. ut receptū pro
nuncio ex Alex. in l. ſi donatione num. 4. C. de colla.
Iaſ. & Dec. in l. petens. C. de pac. Caſſan. in conſuetu.
Burgun. rub. 7. §. 5. nu. 49. Tiraq. in l. ſi unquam uer. do
natione nu. 71. & ſeq. C. de reuoc. dona. & idem atte-
ſtantur notabiliter Soci. conſi. 91. nu. 9. lib. 1. Bertran.
247 conſi. 164. nu. 2. lib. 3. ſtabiturque ea in re iuſto iudi-
cis arbitrio. ut frequenter placitum eſſatur Iaſ con-
ſil. 154. nu. 5. lib. 2. Loazes in allega. pro marchione
pag. 193. nu 3.
248 Donatio quæ mero facto conſtat, ſi pacto nudo con-
ficiatur, obligationem non pariet, at ſi quid mixti ſe
cum habuerit, ſecus erit. ut cum quis donandi animo
Romam ſe iturum promittit, pacto nudo non obliga
bitur, cum alteri effodiendę cretæ in ſuo agro faculta
tem paciſcitur, obligabitur. communia ponit Viuius
lib. 1. opin. 14. uer. quarto loco.
249 Donatio locum non facit legi. 2. C. de reſcin. uen.
ut frequētiſsimis doctorum ſuffragijs ſancitum ponit
Arius Pinel. ad eandem l. 2. par. 1. c. 4. nu 4.
250 Donatio & inter uiuos, & à traditione etiam con-
cepta adiectis turpibus, aut impoſsibilibus conditio-
nibus euertitur. commune affirmat Eman. à Coſta in
l. cum tale §. ſi arbitratu limi. 2. n. 2. ff. de condi. & de-
monſtratio.
251 Donatio, quæ legitimam filiorum exhaurit, & re,
& conſilio inofficioſa eſt, ſi in extraneum conferatur
penitus reſcinditur, at quæ reapſe tantum inofficio-
ſa eſt, ad legitimam uſque liberorum portionem dun
taxat retractatur. commune aiunt Cur. Sen. conſil. 1.
nu. 39. Soci. Iun. conſi. 67. nu. 55. lib 2. Pariſ. conſ. 72.
nu. 18. & conſi 73. nu. 26. lib. 1. Iul. Clar. de donatio.
252 quæſt. 24. uer. aut uerò. Neque quidquam oberit, ſi
iuſiurandum huicce donationi acceſſerit. ut frequen-
ter placitum teſtatur Did. à Couarru. lib. 1. reſol. cap.
253 19. uer. cæterum non tamen iſthæc recepta ſententia
procedet, ut filius totam donationem re, & conſilio
inofficioſam reuocet, ubi pater illi aliquid teſtamen-
to reliquerit, quamuis ad ſuæ uſque legitimæ exple-
tionem poſſit eam reſcindere. ut receptum aſſirmat
254 Bertrand. conſi. 38. nu. 3. lib. 4. nec item ubi id genus
donatio non in extraneum, ſed in aliquem alium fi-
lium collata eſſet. quia & in hac ſpecie ad ſolam le-
gitimæ portionis ſummam donatio quocunque con-
ſilio facta reſcindi poterit. ut receptiſsimum eſſe ſcri-
bit Iul. Clar. ubi ſupra.
255 Donatio ob liberos poſtea natos uſque adeò iure
ipſo reuocatur, atque euaneſcit, ut nihil obſit ante il-
los natos dominij translatio, nec item obſit nihil ad-
huc à patre petitum eſſe. ut commune affirmat Rip.
in l. ſi unquam nu. 103. C. de reuocand. dona. reuoca-
256 tur autem, quia tacitam liberorum conditionem con
tinere cenſetur. ut receptum aſſeuerant Ioannes Ce-
phal. uir doctiſsimus, atque eruditiſsimus conſil. 94.
nu. 11. Iul. Clar. de dona. quæſt. 12. Viuius lib. 1. opi-
257 nio. 86. unde iuſiurandum ei additum nihil proderit.
quod frequenti interpretum ſuffragio receptum te-
ſtantur Ruin. conſi. 70. num. 13. Iul. Clar. d. quæſt. uer
ſic. ſtat ergo. Viuius ubi ſupra uerſic. item ampliatur.
258 quin & illud non proficiet, & ſi pars aliqua bonorum
tantum donata ſit. commune dogma ait Rip. in d. l. ſi
259 unquam quæſt. 3. num. 7. uel etiam ſi res aliqua ſingu-
laris, quæ minima non ſit, elargita fuerit. commune
inſit Io. Nicol. ad Alciat. reg. 1. præſump 13. & copio
sè Iul. Clar. d. quæſt. uer. quarto infertur. & uer. cæte-
260 rum. intellige tamen prædictam iuris definitionem
non procedere, cum donatio in ſacrum, piumve locū
aliquem collata proponitur. quia tūc illa ſolum, qua-
tenus legitimam ſuſceptorum filiorum portionē ex-
haurit, reuocatur. ut commune enunciant Rip. num.
115. Tiraquel. 66. in d. l. ſi unquam. Pariſ. conſi. 73. nu
261 me. 23. lib. 1. Iul. Cla. d. q. uer. quæro etiam intellige
ſecundo & cum in unum ex alijs liberis iam natis prę
dicta donatio delata eſt, non illam in totum, ſed tan-
quam inofficioſam uſque ad legitimam portionem
filijs poſtea natis debitam reſcindi. ut receptum ſan-
tur Rip. Clarus, ac Viulus ubi ſupra uer. ſed quid ſi pa
262 ter. & Did. à Couarru. lib. 1 reſolu. cap. 19. nu. 1. intel
lige tertiò non proceſſurum ſuperius. commune pla-
citum, cùm ob merita donatur. commune aſſerunt Ia
ſon. conſi. 171. nu. 1. lib. 4. Clarus ubi ſupra uerſi. item
quæro, Viuius d. opi. in fi. & ſi contrarium iure uerius
263 ſit, ac reip. utilius, ut alibi latè oſtenditur. intellige
quarto hanc omnem quæſtionem de medio ſublatum
iri, cùm illi l. ſi unquam, expreſſim renunciatur. com-
mune inquiunt Soci. conſi. 147. nu 17. lib. 1. Tiraquel.
in eandem l. in præfat. nu. 174 & qui multos contra-
riæ ſectæ authores refert Iul. Clar. d. q. uer. tertio in-
264 fertur. intellige quinto quod licet ipſo iure fiat iſthęc
huius donationis reuocatio, & filius naturalis ad illā
ſufficiat, tamen ſi donator ad extremum uitæ uſque
crepuſculum tacuerit, illius hæredes eam reuocare
non poterunt. ut communia latè, ac diligenter ponit
Iul. Cla. in laudata q. ad fi.
265 Donatio cùm ob pactam fidem non ſeruatam re-
uocatur, & ab hæredibus, & contra hæredes reſcindi
poteſt. commune teſtificantur Cur. Iun. conſi. 126. nu.
54. Iul. Cla. de dona. ad fi. Viuius lib. 1. opi. 79. uerſi.
declaratur ſecundo loco.
266 Donatio non tantum ob ingratitudinis cauſas iu-
re ſcriptas, ſed etiam ob alias ſimiles, aut maiores re-
uocabitur. commune ponunt Ant. Gomez de teſtam.
c. 11. nu. 25. uer. ſed ex his Iul. Clar. de dona. quæſtio.
267 21. Viuius lib. 1. opi. 79. intellige nihil ingrato profu
turum pactum, aut ſtipulationem de non reuocanda
donatione, quin poſtea donatio ob admiſſum ingra-
ti crimen reſcindi poſſit. ut commune ait An. Gomez
de teſtam. cap. ult. nu. pen. in fine intellige ſecundo,
268 idem futurum & ſi donator ſe donationem non reuo
caturum conceptis uerbis iurauerit. commune in-
quiunt Corn. conſi. 224. lib. 4. Alciat. in cap. cum con
tingat. num. 39. de iureiur. Cur. Iun. conſil. 33. nu. 21.
quod & ſummè pium, ac reip. utile arbitror. & ſi con
269 trarium magis probauerint, ac receptum deblatera-
uerint Alex. nu. 23. Aquenſ. col 4. in l. ſtipulatio hoc
modo ff. de uerb. oblig. Bauer. de uirt. iuramen. caſu
38. Rubeus conſi. 64. num. 3. Bolognet. in l. ult. nume.
97. & ſequen. C. de pactis. intellige tertio, idem om-
270 nino proceſſurum & ſi huic reuocationi ex ingrati-
tudinis cauſa expreſſim renuncietur, dum tamen &
donator, non eius hæres agat, & contra eum, cui
donatum eſt, non aduerſus eius ſucceſſorem agatur;
quia generaliter ad criminis nec ab hærede, nec ad-
uerſus hæredem iure intentabitur. communia eſſert
271 Anton. Gomez de contract. cap. 4. nu. 14. ſed & dona
toris hæres tunc ſemper admittetur, cùm uel cauſa
ingratitudinis donatori ipſi occulta fuit, uel donato
ri morte præuento tempus, & commoditas agendi
non fuit, commune aſſerunt Rip. in l. ulti. quæſt 61.
colum. 3. C. de reuocand. donation. Viuius lib. 1. opi-
nio. 79.

272 Donator egens ſi ab eo non alatur, cui donauit, col
latam donationem reuocare poteſt. commune ponũt
Iul Clar. de dona. q. 21. uerſi. quid ergo. Viuius lib. 1.
opi. 79. à quibus ſto.
273 Donata ſponſæ non præſumuntur, quæ maritus,
uel eius pater ad illam ſimpliciter mittit. commune
aiunt Cagnol. in l. contractus nu. 35. ff. de reg. iur. Iul.
Clar. late de dona. q. 10.
274 Donata ſponſæ à uiri conſanguineis, aut propin-
quis donata nlri contemplatione cenſentur: at illi do
nata ab ipſiuſmet neceſſarijs, ſua contemplatione ui-
dentur elargita. ut commune aiunt Iaſ. in l. ut liberis.
num. 17. C. de colla. Cagnol. in l. contractus nu. 38. ff.
de reg. iur.
275 Donatio propter nuptias ſi cõſtante matrimonio
conſtituta non eſt, eo ſoluto ut conſtituatur, nec peti,
nec obtineri debet. commune aiunt Afflic. deci. 242.
276 nu. 1. Grammat. deciſ. 94. num. 4. quin ut aliquo tem-
pore conſtituatur diſſuetum iam eſt. ut atteſtatur Iu
277 li. Cla. de dona. quæſt. 11. quamuis de iure uellet nol-
let adigi ad id maritus poſſet, ſi uxor conſtante ma-
trimonio condictione auth. dos data, C. de dona. an-
te nup. ageret. ut commune placitum pronunciant
Matth. ab Afflict. d. deciſ. 242. num. 1. Carol. Rui. con
ſil. 11. nu. 2. lib. 5. & qui quamuis probabiliter diſſen-
tiat, falsò contrarium aſſerit Iacob. Menoch. de recu
pe. poſ. pag. mihi 149. num. 165. cum ſeq. nec enim me
rendi uerbum in illa præiudicatæ iam authoritatis no
uella poſitum honeſtatem ſolùm, atque obligationẽ
naturalem modò præſefert, ut alibi latius, & commo
dius oſtendo.
278 Donatio cauſa mortis quo ad ſui contexturam cõ
tractui par habetur, quo ad ulres, & effecta ultimę uo
luntati confertur. commune aiunt Iaſ. nu. 11. Rip. nu.
15. in l. 2. ff. de leg. lib. 1. Alciat. in l. 2. in prin. nu. 10.
ff. de uerborum obligation. Iul. Clar. de donation.
279 quæſtio. 5. quin ſi abſenti in teſtamento fiat fideicom
miſſi loco erit, ac ſemper ualebit. ut frequenter pla-
citum teſtantur Dec. conſi. 196. nume. 11. Socin. Iun.
280 conſil. 75. nume. 17. lib. 3. & omnium bonorum tum
præſentium, tum futurorum rectè fiet. commune po
nit Ioan. Cephal. conſil. 43. nume. 9. poſt Socin. con-
ſil. 232. num. 1. propè finem, & conſil. 235. numer. 3.
lib. 2.
281 Donatio cauſa mortis nunquam facta cenſetur, niſi
expresſim mortis mentio fiat. ut commune latè aſſe-
uerant Did. à Couarru. in rub. par. 3. nu. 25. de teſtam.
Iul. Clar. de dona. q. 4. uerſi. cæterum ſi in donatione.
282 Viuius lib. 1. opi. 85. unde nec ſi ab infirmo aliter fiat,
mortis cauſa donatio iudicabitur. cõmune dicit Rip.
lib. 3. reſpon. de dona. cap. 9. nu. 7. Iul. Clar. d. quæſt. 4.
283 quin etiam requiritur, ut ſimul in mortis tempus con
feratur. commune effatur Sigiſmund. conſi. feud. nu.
4. & ſi mihi id exprimi neceſſarium omnino non ui-
deatur, ſed ea de re alibi opportunius.
284 Donatio cauſa mortis iam hodie mero, ac nudo
pacto perficitur. commune inquiunt Porc. in §. aliæ
autem nu. 7. inſti. de dona. Ang. Aret. col. 5. Iaſ. nu. 61.
in §. in perſonam. inſtitut. de action. Tiraq. in l. ſi un-
quam uer. donatione nu. 200. C. de reuoc. dona. Ant.
Gomez de contract. cap. 4. nu. 16. Iul. Cla. latè, & qui
eum citat Viuius lib. 1. opi. 14. uer. 2. loco, & opi. 85.
in fin.
285 Donatio mortis cauſa alioquin facta, ſi eam dona
tor ualidam ſemper futuram, ac ſtabilem promittit,
non cauſa mortis donatio, ſed inter uiuos cenſetur. ut
aperte probat l. ubi ita donatur ff. de dona. cauſ. mor.
quam ad id commendant de materia agentes Ferra-
rien. caut. 30. Boer. deci. 353. Dec. conſ. 305. Cur. Iun.
conſi. 56. à n. 2. Pari. conſ. 16. à n. 13. lib. 2. & cõplures
alij, quos laudat Did. à Couarru. in rub. part. 2. nu. 11.
& nu. 13. de teſta. Ant. Gomez de contrac. cap. 4. nu.
22. Io. Cephal. conſi. 44. nu. 26. & ſeq. & qui neminem
ea in re reluctari inquit Natta conſi. 104. nu. 6. & ſeq.
286 amplia ut idem iudicari debeat, & ſi donatio alio-
quin inualida futura ſit, ut in fine illemet text. lucu-
lenter probat, & aduertit contra Paulum Alexand.
in l. quæ dotis nu. 11. ff. ſol. mat. quem ſequitur Anto.
Gomez ubi ſupra. uerumque id proculdubio eſt, &
ſi cum Pau. hallucinetur Benedict. in cap. Raynutius
uer. teſtamentum. 4. nu. 25. de teſtamen. intellige ta-
287 men dummodo ea promisſio, uel pactum de non re-
uocando ponatur in diſpoſitionę principali, non ue-
rò in inſtrumenti fine, ubi ſimiles clauſulæ magis ex
notariorum ſtylo, quàm ex donantis uoluntate poſi-
tæ cenſentur. ut eleganter ſcripſit Dec. conſi. 305 nu.
7. & in l. ult. num. 21. C. de pact. & in l. non omnis nu.
31. ff. ſi cer. pet. commeodat Iacob. à Nigris in l. 1. §.
ſi quis ita nu. 44. ff. de uerb. oblig. Ant. Gomez, ac Di-
dac. à Couarru. ubi ſupra. quæ ſententia & ſi elegans,
ut dixi, uideatur, ac receptior certè ſit, tamen mihi
288 non admodum probatur. quia ſcio omnia inſtrumen
to contenta de conſenſu partium præſumi ſcripta, ex
l. iuriſgentium §. quod ferè ff. de pact. gloſſ. in l. ſcien-
dum ff. de uerborum obligatio. quam conſtat eſſe re-
ceptam ex Iaſone illic nu. 35. Curt. Sen. conſi. 49. nu-
me. 75.
289 Donatio cauſa mortis à filiofamilias fieri nequit
abſque ipſius patris conſenſu. ut commune effatum at
290 teſtatur Rubeus conſi. 46. nu. 4. quamobrem in patrẽ
ipſum illam conferre filius non poterit. commune ait
Io. Dilect. de teſtam. caut. 1. nu. 4. & uide infra uerſi.
filiusfamilias.
291 Donatio cauſa mortis inter coniuges nullius eſt mo-
menti. commune ait Did. à Couarru. in rub. par. 3. nu.
2. de teſtam.
292 Donationem cauſa mortis nequit illa mulier abſ-
que cognatorum authoritate concinnare, cui facul-
tas contrahendi abſque illorum cõſenſu adempta eſt.
commune dicit Iaſ. in l. 2. ff. de leg. lib. 1. & ſi uerius
contrariam opinionem ueriorem cenſeat Alciat. in l.
2. ff. de uerb. oblig.
293 Donatio cauſa mortis non exigit hæreditatis adi-
tionem, ut confirmetur, ſed morte ipſa donantis perfe
ctum robur nanciſcitur. commune aiunt Rubeus con
ſi. 11. nu. 6. latè Did. à Couarru. in rub. par. 3. nu. 22. de
teſtamen. Iul. Cla. de dona. quæſt. 5. uerſi. ſcias tamen.
294 Reuocatur autem tacita etiam uoluntate, ut commu-
ne inquiunt Alciat. in l. non omnis. ff. ſi cer. pet. Did. à
295 Couarru. d. par. 3. nu. 18. & ipſa donantis conualeſcen
tia, cùm donatio inſtanti mortis periculo facta eſt,
aliàs enim ſecus. ut commune inſiunt idem Alc. d. l.
296 Couaſ. d. loco. nu. 23. ſi tamen donator abſque hærede
deceſſerit, & ſi donatio ob mutatam donantis uolun-
tatem reuocata ſit, ſuſtinebitur. quemadmodum
frequenter placitum inquiunt contrarium de iure ue
rè uerius affirmantes Didac. à Couarru. d. par. 3. nu.
24. Iul. Clar. ad finem tract. de donatio. uerſic. in hoc
tamen.
297 Donatio cauſa mortis conditionibus imposſibili-
bus, aut turpibus non uitiatur. commune fatur Rip.
in l. 2. num. 6. ff. de legib. lib. 1. Vigl. in §. imposſibilis.
nu. 2. inſtit. de hæred. inſti. Eman. à Coſta meus iuris
doctor, in l. cum tale §. ſi arbitratu limita. 2. nu. 2. ff. de
conditio. & demon. Ant. Gomez de contract. c. 4. nu.
17. uer. 7. infero.
298 Dos uniuerſale, atque incorporeum ius dicitur. cõ
mune dicit Rip. in rub. nu. 43. ff. ſolut. matrimo. & ex
299 eo tempore cenſeri incipit, ex quo nuptiæ celebratæ
ſunt, & ſi nec matrimonium adhuc copula conſum-
matum

matum fuerit,nec uxor ad uiri domum deducta ſit:lo
cumque ſtatutis iode faciet, quæ ipſius partẽ aliquã
mortua abſque liberis uxore marito addicunt. rece-
ptum effantur Corn.in l.nõ ſine.C.de bon.quæ lib.&
conſil.84.lib.3.Bald. Nouell. de dote part.6. priuil.
38. Roland.in tractat.de lucro dotis quæſt.16. nu.
300 9. Viuius lib.1. opin.319.tametſi contrarium rece-
ptum aſſerant Socin. in l. cum fuerit. ff.de condit. &
demonſtr.Dec.conſil.67.col.ult.Felin.io rub.col.11.
& ſeq.de ſponſal.Rip.io rub.num.68.ff.ſolut.matr.&
ante eos ſibi aduerſus Corn. conſil.248.lib.2. è quo-
rum ſcriptis poſteriorem opinionem frequentius do
ctoribus probari,priorem uerius efferri duco.& uide
infra uer.maritus.
301 Dotis nomen & antequam numeretur, poſtquàm
dicta eſt,auſpicatur,commune ponunt Rip. in rub.n.
58. & ſequen. ff.ſolut. matrim. Tiraquell.de retract.
302 lign.§.ult.nu.31.& matrimonio ſoluto propriè etiã
adhuc perſtat,commune inquit Rip.in d.rub.nu.71.
303 & nume.72. intellige tameo ſi nondum reſtituta ſit,
uel ſit quidem iam reſtituta,& adhuc alij reſtituenda
ut frequens placitum inſit Iaſ.in l.maritus n.9.C.un-
de uir & uxor.
304 Dotis cauſa quo ad mulierem lucroſa cẽſetur,quo
ad maritum ſemper in onerosis ponitur. commune
inquiunt Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem num.30. in-
ſtit.de act.prolixè inſignis Pinelus in l.1. par.3. pag.
225.C.de bon.mat.ac Did.à Couarr.de ſponſ.2. par.
cap.8.§.6.nu.12.
305 Dotis cauſa & à generali diſpoſitione nõ cõprehẽ
ditur,ut commune dicit Neguzant.de pigno.1.part.
306 8.part.princ.nu.3.ad fin. & minoris bona etiam nul-
lo decreto iudicis inſerto oblig.quemadmodũ rece-
ptum pronunciant Curt.Iun.conſil.198.nume.2.Fa-
nus de pignor.2.part.membr.4. nu.79. cumque alijs
307 Viuius lib.1.opin.209.& fiſco antefertur.commune
ait Alciat.de præſumpt.reg.3.præſump.41.nume.4.
308 Gozad.conſ.97.num.2. tametſi creditoribus expreſ-
ſam hypothecam antiquiorem habentibus poſtpona
tur.commune fantur Rip.in l.quæſitum num.7. ff.de
priuileg.credit.Ioan.Coraſ.in l. qui liberos nu.118.
309 ff.de ritu nup.quibus etiam tunc poſtponetur, cũ ex
preſſam quoq; hypothecã ipſa habuerit,ſed poſterio
rem.ut commune ponunt Rip.nu.2.Ioan.Crot.num.
310 69.in l.1.ff.ſolut.matr.& ſi cõtrarium utraque in ſpe
cie multi probabiliter aſſeruerint, quos referunt ſu-
perius relati,& magna contentione nõ de nihilo pro
bant Anton.Conſtan.de dotibus c.7.à n.6.Balduin.
in Iuſtin.pag.380.Iacob.Ciuac.inſtitut.de actio. pa-
gin.66.uer. in hypotheca. fauetque illis & Græcorũ
authoritas,teſte Harmenop.lib.1.tit.13.dag.76.in ſi.
cum ſeq.& lib.3.tit.3.pag.196.& pag.202.& praxis
generalis optima rerũ magiſtra, quã atteſtatur Fab.
311 in §.fuerat num.6.inſtitu.de action.hanc autem taci-
tam hypothecam dotis cauſa ab eo tempore ſorti-
tur,à quo dicta,ac promiſſa eſt,non à quo etiam ſolu
ta eſt.ut commune dicunt Boer.deciſ.331. nu.1. Ne-
guzan.de pignor.2.part.princip.4.membri. num.14.
312 Viuius lib.1. opi.210.illud tamen perpetuo memine
ris quod ſi fuerit dos extraneo reſtituenda, nec taci-
tam hypothecam, nec prælationem, nec aliquam a-
liam prærogatiuam habet.commune ponit Pau. Ca-
313 ſtrenſ.in l.2.nu.9.ff.ſolut.matrim. quin & tunc eius
actio ſtricti iuris eſt commune ait Rip.in l.1.n.23.&
314 in l.2.in princ.nu.32.ff.illo eod.tit.& annuam dila-
tionem patietur quemadmodum cùm mulieri ipſi re
ſtituenda eſt,tametſi extraneus ex ſtipulatione con-
tendat.cõmune ſcribit Paul.in d.l.2.n.10.& n.11. ff.
315 ſol.matr.& ſemper mariti hæres fructus intra id tem
poris perceptos lucrifaciet.cõmune affirmat Viuius
lib.1.opin.149.
316 Dotis cauſæ quæ tacita adiungitur hypotheca non
euaneſcit ob ſequutam illius expreſsionem.ut cõmu
317 ne ait Boer.deci.332.poteritq; debitori cedi. cõmu-
ne pronunciat idem Boer.deciſ.335.nu.3.
318 Dotis nomine legatum non antea debetur, quàm
matrimonium ſubſequatur. commune aiunt Corn.
conſil.229. lib.4. Nouell. de dote part.6. priuil.50.
319 Did.à Couarru.in cap.3.num.2.de teſtam. quidquid
dicat commune contrarium Imol.in l.Titio centum
§.Titio genero nume.7.& numero 10. ff. de condit.
& demonſtr.
320 Dotis in quantitatẽ ſi filia inſtituatur,firma,ac ua-
lida inſtitutio erit,& ſuis omnibus partibus teſtamẽ
tum conſtabit.uide infra uer.filia ſi in dote.
321 Dotis uel à patre,uel ab extraneo promiſſæ,ac nõ
ſolutæ nomine, poteſt maritus uxorẽ domo pellere.
commune inquit Didac. à Couarru.de ſpõſal.2. par.
cap.7.nume.2.
322 Dotis aduentitiæ fructus quærebantur mariti pa-
tri,qui & dotem penes ſe habebat,& ex ea filium, ac
nurum alebat.commune inquiunt Alexan.In l.ſi cum
dotem.§.transgrediamur nu.9.ff.ſolu.matrim. Ioan.
Crot.in 2.repetit.l.ſi conſtante nu.117.ff.illo eodem
titu.Arius Pinel.in l.prima part.2.nu.53. C. de bon.
mater.
323 Dotis dominus matrimonio cõſtante maritus eſt,
non uxor.ut frequens interpretum placitum eſſe mi-
ſerunt in literas.Salic.in l.in rebus n.5.C.de rei uen-
dicat.Alexand.conſi.106.lib.5.Bald.nouell.de dote
part.8.priuil.8.num.1.& in l.1.num.227.ff.ſol. matr.
copioſè, & accuratè Arius Pinel.in l.1.par.3.nu.13.
C.de bon.mater.
324 Dotis nomine mulier interueniens non iuuatur
Velleiano. ut commune renunciat. Ioan. Coraſ.in l.
qui liberos nu.122.ff.de rit.nupt.
325 Dotis promiſſor pater ſi decedens filiæ quidpiam
leget,compenſandi animo legere uidebitur. commu
ne pronuncio ex Alexand.num.3.Iaſ.num.8.in l. hu-
iuſmodi.§.cum pater.ff.de leg.lib.1.Iaſ.in l.ult.nu.2.
C.de leg.Soc.reg.232.Campeſ.de dote par.3.q.100.
Pariſ.conſ.95.nu.38.lib.2.
326 Dotis gratia,ſeu nomine ſi quidpiam pater filiæ re
liquerit,ac poſtea uiuus eãdem filiam collocauerit,
& dotauerit,nõ propterea impedietur poſtea filia re
lictum illud petere,quatenus excurrit, ac ſupergredi
tur dotẽ ſibi præſtitam.ut fuit celebris ac famigerata
ſententia Oldr. quem referunt & ſequuntur Bald. &
Ang.in l.Lucius.1.ff.de leg.lib.ij.Alex.nu.5. Iaſ.nu.
29.in l.huiuſmodi.§.cũ pater.ff.de leg.lib.1. Aret. in
l.continuus.§.cum ita colum.2.ff.de uerb. oblig. te-
ſtantur communem Alex.conſi.7. num.10 lib.1. Iaſ.
in l.filia nume.3.C.de leg.Soc.conſ.101.nu.3. lib.3.
Benedict.in cap.Raynutius uer. dotem nu.14. de te-
ſtam.Dec.conſi.81.nu.6.Pariſ.conſi.61. num.38.lib.
2.& ſi nihil amplius filiã poſſe petere aſſeruerit Dy-
nus, quem laudant,ac ſummopere probant Cuman.
num.7.Paul.num.4. Imol.ad ſi.in d.l. Lucius.rurſus
Imol.in d.§.cùm pater.col.2.Campeſ.de dote part.1.
327 q.36.Hippol.in l.una nu.27.C.de rapt.uirg.ſed certè
quidquid ſit ſuperior ſententia & uera omnino eſt,
indiſtinctè recepta, ſeu pater pro filia maritanda,ſeu
pro dote filiæ reliquerit. labunturque maximè qui
Bar.eam diſtinctionem in d.l.Lucius aſcribunt,inter
quos primas obtinet Paul.conſi.214.lib.1.& qui fal-
sò, ac perperam frequenter placitam illam ſcribit
Parit.Run.in repet.cap.3.notab.§.12.nu.8. ut aduer-
tit Did.à Couarru.ex aliorum mente in capit. officij
nu.10.de teſtament.
328 Dos ſi ob ſtatutũ aliquod filiabus à ſucceſsione ex-
cluſis

cluſis aſsignari propinquorum conſenſu debet, non
minor portione illarũ legiti ma aſsignari poterit. cõ-
mune aiunt Grammat. deciſ. 101. num. 20. & copioſe
Viuius lib. 1. opin. 313. & ſi contrarium mihi magis,
ac magis probetur. fruſtra enim ſtatutum alioquin cõ
ditum eſſet. fruſtra eius, & propoſitũ, & intentio ha-
bebitur. ſed ea de re alibi.
329 Dos ubi marito liberis nõ ſuperſtitibus, uel ſuper
ſtitibus ſtatuto defertur, quomodo, & quãdo, & qua-
tenus delata intelligatur, uide infra uer. maritus.
330 Dotis acceptæ alioquin non acceptæ cõfeſsio, ſi fa
cta animo donandi probatur, marito non nocet, ſed
eius obitu confirmatur. commune dicit Cur. Iun. cõ
331 ſil. 95. num. 6. quin nec, ſi ſit non numeratæ dotis ex-
ceptioni renunciatum, nocebit, damno uè ulli erit ip
ſi marito, & eius creditoribus. commune placitũ af-
firmant Alexand. conſil. 142. colu. 1. lib. 5. Aret. in §.
fuerat num. 14. uer. & ut breuiter inſtitut. de action.
Ioan. Crot. in l. ſi conſtante col. 52. uer. ſecunda con-
332 cluſio. ff. ſolut. matrim. quod ampliabis tum ad præ-
ſentes, tum ad futuros mariti creditores, quibus nec
iurata huiuſmodi confeſsio oberit. cõmune ponit Io.
Cephal. conſi. 102. numero 21. cum Crauet. conſ. 44.
333 nu. 1. Rub. conſil. 119. atque alijs. intellige tamen cre-
ditores intra iuris tempus exceptionem non numera
tæ dotis neceſſariò oppoſituros. ut commune inquit
334 Afflict. deciſ. 405. licet ineptè in cõtrariũ ierint rela
ti à Did. à Couarru. lib. 1 reſolut. cap. 7. num. 6. ac Ru
beus conſil. 78. nume. 10. & Io. Cephal. d. conſi. 102.
335 nu. 23. quæ autem dotis acceptæ confeſsio cõnſtante
matrimonio falſa ſit uana et inutilis prorſus eſt. ut cõ
mune fantur Iaſ. conſ. 32. l. lib. 3. Dec. conſi. 330. Bo-
336 er. deciſ. 330. Bellon. conſi. 47. nec iureiurando con-
firmatur. commune inquit Curt. Iun. conſi. 45. nu. 4.
337 & ſi & hæc confeſsio uires donationis habeat, quę &
morte confirmetur, & quingentorum aureorum ſum
mam prętergreſſa inſinuationem requirat. hoc magis
338 commune inſit Bellon conſi. 4. num. 11. illud cõmu-
ne atteſtantur Rip. in l. fœminæ nu. 37. C. de ſecund.
nupt. Curt. Iun. conſ. 45. nu. 6.
339 Doti omnia ſua bona mulier nubens dicere, ac dare
non præſumitur. ut receptum dogma conſtituũt De
ci. num. 6. Curt. Iun. nu. 12. in auth. præterea. C. unde
uir. & uxor. Curt. Iun. rurſus conſil. 168. nume. 4. latè
Did. à Couarru. de ſponſal. part. 1. c. 5. Turzan. opin.
340 119 Viuius lib. 1. opin. 111. in fin. præſumitur tamen
eiuſdem quantitatis dare mulier ſecundo nubẽs, cu-
ius prima dos primo marito dicta fuit. cõmune aiunt
Pariſ. conſil. 34. col. 1. lib. 3. Viuius lib. 1. opinio. 223.
341 quod ſingulariter intelliges, ut ſolum in ijs procedat.
quæ reapſe primo marito in dotem dedit, non uerò
& in ijs, quæ maritus ipſe in dotem accepiſſe confeſ-
ſus eſt. commune pono ex Alex. conſi. 122. col. 3. lib.
7. Io. Cephal. conſ. 101. num. 16. cum præcedent.
342 Dotem dare tam nuptæ filiæ, quàm nubenti tene-
tur pater. commune aiunt Alexan. conſil. 169. nu. 2.
lib. 7. Iaſ. in §. fuerat nu. 97. inſtitut. de action. Arius
Pinel. in l. 2. part. 1. cap 4. nu. ult. C. de reſcind. uend.
343 quod procedit & ſi ſine patris conſenſu nubat. com-
mune inſit prolixè Didac. à Couarru. de ſponſal. 2.
344 part. cap. 3. §. 7. nume. 7. & quamuis ante uigeſimum
quintum annum nubat, quando digno nubit. com-
mune prodit Curt. Iun. in authen. res quæ nume. 25.
345 C. commu. de leg. ſi tamen pater inops fuerit, coge-
tur ad id mater diues. ut commune ait Coraſ. in l. qui
346 liberos lect. 2. nu. 122. ff. de ritu. nupt. & hæc atque il-
le bona alioquin alienari prohibita ad huiuſmodi of
ficium rectè alienabit, commune inquiunt Boer. de-
347 ciſ. 159. num. 4 & ſequen. Viuius lib. 1. opinion. 211.
nec me fugit Alexand. ſibi aduerſum conſi. 61. num.
4. lib. 7. receptam opinionem dixiſſe, ut pater nuptã
filiam dotare non cogatur. quod & ſi mihi nõ admo
dum improbetur, tamen minus receptum & praxi in
348 ſolens exiſtimo. ſi tamen filia indigno nupta fuerit,
dotem illi dare pater non obſtringetur, quamuis eã
expreſsim filia promiſerit, ut frequenti doctorũ cal-
culo ſtabilitum teſtantur Rip. in l. 1. nu. 59. ff. ſol. ma-
trim. Pariſ. conſ. 29. nu. 65. lib. 3.
349 Dotem nepti non aliàs tenebitur auus dare, quàm
ſi filius pauper ſit. commune aiunt Soc. Sen. conſil.
33. col. ult. lib. 3. Soc. Iun. conſ. 79. nu. 15. lib. 3.
350 Dotem ſorori conſanguineæ fratres neceſſariò da
bunt. ut commune ponunt Palat. in repet. cap. per ue
ſtras col. 371 §. 57. num. 1. de donat. inter uir. & uxo.
ac diligẽter Pinel. in l. 1. par. 3. n. 101. C. de bon. mat.
Ant. Gomez in l. 40. tauri num 75.
351 Dos ſi infrà dimidium minor dicta, datauè eſt, tam
uiro, quam mulieri ipſi ſubuenietur ex remedio l. 2.
C. de reſcind. uendit. ut commune ait Arius Pinel. cõ
trarium in uxore meritò probans ad eandem l. part.
1. cap. 4. nu. 33.
352 Dotis ab auo, uel matre profectæ iudicium inirẽ
ac peragere filiafam. & abſque patris conſenſu po-
teſt. commune ponit Iaſ. in l. quod locum numer. 11.
de collat.
353 Dotis etiam profectitiæ actio inſolidum emãcipa
tæ filiæ quæritur. commune effatum conſtituit Rip.
in l. 2. §. quod ſi in patris num. 14. ff. ſol. matr.
354 Dotis repetendæ actio, ſi maritus ad pauperiẽ ver
gat, & conſtante adhuc matrimonio competit. com-
mune ponit Ludouic. Gomez in § fuerat num. 41. in
354 ſtitu. de action. amplia & ſi paupertas illa non ipſius
negligentiæ, aut culpæ, ſed fortunæ aſcribi debeat.
cõmune fatur Palat. Rub. in rep cap. §. 24. in princip.
356 de donat. inter uirum & uxorem. excipe cũ dos
ſoluto matrimonio reſtituẽda extraneo erit. quia tũc
357 agi non poterit. commune ait Gomez ubi ſupra alias
autẽ matrimonio conſtante nunquam dotis actio na-
ſcetur. commune inſit Io. Coraſ. in l. qui liberos nu.
358 41. ff. de ritu nupt. quod uerum erit etiam ſi uxor à ui
ro ſæuienti foras expellatur. ut commune aiũt Alex.
359 conſi. 78. lib. 2. Viuius lib. 1. opin. 222. quin nec alicui
etiam cum iuramento cedi poterit. commune inquit
Soc. Iun. conſi. 55. nu. 11. lib. 2.
360 Dotis actio filiæ non patri cõpetit, quando illius re
ſtituendæ filiæ ipſi ſtipulatio interpoſita eſt; tametſi
& dos profectitia ſit, & eius quã adminiſtratio, quã
uſusfructus penes patrem futurus ſit. cõmune dicit
361 Curt. Iun. conſil. 52. num. 1. & nu. 3. at dotis aduen-
titiæ uſusfructus matrimonio ſoluto ipſimet filiæ, nõ
eius patri quæretur. ut commune ponunt Iaſ. nu. 17.
Rip. num. 10. in l. ſecunda. §. quod ſi in patris. ff. ſolut.
matrimo.
362 Dotis reſtitutio de nihilo facta cõſtante matrimo
nio non obſtabit, quin maritus poſtea, atque eius hæ-
redes teneantur. commune ponit Ioan. Coraſ. in l. qui
liberos num. 114. ff. de rit. nupt.
363 Dotem redditurus ob matrimonium impedimen
to antea exiſtenti ſolutum maritus non habet priuile
gium, ne cõueniatur ſolùm, quatenus facere poteſt,
ſed & totam dotem cogitur refundere, & nullã tem-
poris dilationem impetrat. commune inquiunt Bald.
Nouell. de dote part. 2. num. 28. Did. à Couarru. de
ſponſal. 2. par. c. 6. §. 8. & nu. 24. & num. ult.
364 Dotis lucra non iure communi, non domicilij uxo
ris ſtatutis, ſed conſuetudinibus, ac ſtatutis maritalis
domicilij reguntur. commune aiunt Iaſ. in l. arroga-
tor num. 44. ff. de adoption. & in l. 1. lect. nume. 24. &
lect. 2. num. 60. C. de ſum. Trini. Curt. Iun. conſi. 129.
365 nume. 6. atque illa maritus non confert unquam. ut
receptum

receptū eſſantur Florian. in l. filia. §. ſi filius colu. 4. ff.
fam. erciſc. Bald. nouell. de dote par. 6. ſpecial. 37. Cā
peſ. de dote etiam par. 5. quæſt. 7.

366 Dotem ſi pater, ac filius accepiſſe ſimul confitean-
tur, præſumetur pars dimidiata ad filium perueniſſe,
& alteram partem dimidiatam accepiſſe. commune
inquiunt Crauet. conſil. 91. Viuius lib. 1. opin. 179. &
opin. 215.

367 Dotalium rerum æſtimatio emptionem in dubio
præſefert. commune aio ex Alexand. conſi. 79. lib. 5.
Ang. Aret. in princip. inſtitut. quibus alien. licet Frā-
ciſc. Aret. conſil. 94. Socin. conſil. 56. & ſeq. lib. 5. at-
368 que hæc quidem æſtimatio ſi alterutrum coniugem,
etiam citra dimidiū iuſti precij læſerit, emendabitur.
ut commune in utrâque partem diligenter, & copio-
sè recēſer meus iuris doctor Arius Pinel. in l. 2. par.
1. capit. 1. nu. 12. & 13. & cap. 4. num. 33. C. de reſcin-
den. uendit.

369 Dotales res etiam immobiles, quæ idcircò ſolum
æſtimatæ ſunt, ut earum precium innoteſceret, nō ut
& emptio contraheretur, maritus conſentiente uxo-
re rectè; hodieque alienabit. commune inquit Porc.
370 in princ. n. 6. inſtitut. quib. alien. licet. alioquin autem
res mobiles etiam conſentiente uxore ſi à ſeruante,
ſeruari poſſunt, maritus alienare nō poterit. ut rece-
371 ptum eſſatur idem Porc. eodem in loco num. 7. & res
immobiles conſentiente millies uxore diſtrahere ma
ritus multo minus poterit. ut frequenter placitum aſ-
ſeuerant Rip. in l. 1. nu. 106. ff. ſolu. matr. Bal. nouell.
& qui eum laudat Turzan. opin. 115.

372 Dotales res à uiro cōtra ius alienatas uir ipſe uin-
dicare poterit. commune pronuncio ex Ang. & Rimi
nald. in prin. inſtit. quib. alien. licēt. Bal. Nouel. de do
te par. 7. priuil. 1. limit. 12. Campeſ. de dote etiā part.
4. q. 20. Ant. Gomez in l. 50. tauri. nu. 63.

373 Dotalibus in rebus ſi quod ædificium æquis etiam
utriusq; coniugis expenſis cōſtruetur, ſolo nō cedet.
ut receptum dicit Boer. in conſuet. Bitur. reg. des co
ſtumes dos mariages. §. 2.

374 Dubius etiam atque incertus præſcribendi ius hā-
bet. commune ait Feli. in cap. ult. nu. 9. de præſcript.
375 excipe ut id non procedat, cum ante præſcriptionis
initiū orta dubitatio fuerit. ut receptū ſcribit Balb.
de præſcript. 2. par. 3. par. princ. quæſt. 5.

376 Duces, Marchiones, Comites, ac perpetui potentā
tus domini cenſentur principes, & omnia Imperato-
ris iura habent in urbes, atque homines urbibus illo
rum dominij contentos. commune teſtantur Curt.
Iun. conſi. 61. nu. 9. Bellon. conſ. 51. & conſ. 59. nu. 10.

377 Duellum iure omni prohibitum eſt, ut commune
dogma latiſsimè aſſerunt. Syluan. conſ. 52. num. 1. &
378 ſeq. Viuius lib. 1. opin. 90. quamobrem etiam ſemel ſu
ſceptum recuſari honeſtè poterit. ut cū Cotta in me-
morab. uer. perduellionis. Soc. conſ. 155. nu. 2. & ſeq.
ponit commune Viuius d. opin. in fi.

379 Duo rei credendi ſi ſint ex cauſa lucroſa, & alter
quidpiam exegerit, alteri illud, haud communicabit.
ut cōmune ponit Paul. in l. Titio, aut Seio poſt princ.
ff. de leg. lib. 2. qua in re inſigniter hallucinatur Man-
tu. in l. frater à fratre. nu. 199. ff. de condict. indeb.

E

1 EBrietas & ſi delictorum pœnas non
tollat, tamen infringit. ut aiunt commu
ne Menchiaca controuerſ. illuſtr. c. 96.
nu. 31. Iul. Clar. in prac. §. ult. quæſt. 60.
uer. præterea quæro.

2 Eccleſia, facetue, uel pius quiuis locus non debet
collectas pro rebus, ex quibus colligi aliquid ſolet,
cùm perſonis imponuntur. cōmune ait Bellon. cōſ.
3 40. num. 3. conferet tamen ad pontium, murorum, &
foſſarum refectionem, atque ad redimendam, ſeu ſa-
cerdotum, ſeu aliorum uexationem. communia ponit
Rip. lib. 2. de reſcript. cap. 20. nu. 6. & 7.

4 Eccleſia nō infert exilij pœnam, ſi propriè loqua-
mur. commune ſcribit Alciat. in capit. cum non ab
homine, numero. 108. de iudic. Villalob. in ſua col-
lecta.

5 Eccleſia ex pacto reuendendi obligatur. uerius, &
communius dicit inſignis Pinel. in l. 1. part. 3. nu. 53.
C. de bon. mater. æquius, & utilius affirmat idem Pi-
nel. in l. 2. part. 1. Cap. 4. num. 1. ad finem. C. de reſcin.
uendit.

6 Eccleſia iure minoris infra quadriennium ob mo-
dicum damnum non reſtituitur. commune, & fal-
ſum meritò ait Emanuel à Coſta in §. & quid ſi tan-
tum l. Gallus. 2. part. numero 78. ff. de liberis, &
poſthum. quod nos alibi latius, & enucleatius pro-
bamus.

7 Eccleſia aduerſus præſcriptionē infra quadrienniū
à læſionis tempore reſtituetur. cōmune inquit Iaſ. in
auth. quas actiones nu. 33. C. de ſacroſ. eccleſ.

8 Eccleſia exceptionē non numeratæ pecuniæ per
petuam habet. ut frequenter placitum aſſerit Rip. in
l. ſi is qui bona col. 13. nu. 11. ff. de pignor.

9 Eccleſia priuato ſuccedēs, cōtra quem præſcriptio
decem, uel uiginti annorum inita erat, nō ante, neo
aliter læditur, quàm præſcriptio iuxta eius ipſius prę
rogatiuas perficiatur. cōmune dicūt Iaſ. in auth. quas
actiones nu. 36. C. de ſacroſ. eccle. Balb. de præſcrip.
5. part. quæſt. 2.

10 Eccleſia declarare compellitur num ſtet cōtractui,
quem aut irritum, aut nullum poteſt dicere. cōmune
ait Arius Pinel. meus iuris doctor in l. 1. par. 3. n. 36.
C. de bon. mater.

11 Eccleſiæ familia nō potitur fori prærogatiua, ta-
met ſi præſulis familia potiatur. ut frequēter interpre
tibus probatur teſte Panorm. in capi. 2. nu. 6. de foro
competent.

12 Eccleſiæ immunitatibus non fruitur ex induſtria,
aut inſidijs homicida. commune ait latè Ant. Gomez
de delict. cap. 10. num. 2. uerſ. quinto limita. & qui la-
tiſsimè diſſerit qui illis potiantur, & qui ſecus, Iul.
Clar. in pract. §. ultim. q. 30. per totam.

13 Eccleſiæ legatum ad parochialē, ut fandi mos eſt,
pertinet. commune inquit Iaſ. in l. 1. n. 4. C. de ſacroſ.
eccleſ. Villalob. in ſua collect.

14 Eccleſia & ultra quadriennij tempus ob damnum
notabiliter inſigne conceditur reſtitutio. cōmune ait
Iaſ. conſi. 55. nu. 2. lib. 1. Emanuel à Coſt. in §. & quid
ſi tantum l. Gallus. 2. part. num. 80. ff. de liberis, & po-
ſthumis.

15 Eccleſiæ facta donatio cum pacto, modo, uel cōdi
tione donationem reſoluente non magis ualet, quàm
pactum, conditioque ualebit, ac ſeruabitur. receptum
ponit Arius Pinel. in l. 1. par. 3. pag. 115. col. 2. uer. in-
fertur nu. 21. C. de bon. mat.

16 Eccleſiæ abſque ſtatis ritibus etiam utiliter alienā
ti copia eſt dicendi nullum eiuſcemodi contractum.
ut frequenter receptum inquiunt Iaſ. in l. cum ij. §.
eam. ff. de tranſact. & in l. contra iuris. ff. de pact. Feli.
in cap. cauſam nu. 8. de iudic. copiosè Arius Pinel. in
l. 1. par. 3. num. 31. C. de bon. mat.

17 Eccleſiæ ipſi, uel illis ſubditis damnoſum ſtatutū
nec directè, nec indirectè condi poteſt. ut magis com
mune atteſtantur Iaſ. in l. quo metus, quæſt. 25. ff. de
flum. Boer. deci. 125. Viuius lib. 1. opi. 305. Villalob.
in ſua collect.

18 Eccleſiaſtica res quando in emphyteuſim concedi
poteſt.

poteſt,& filijs,& ſucceſſoribus,perpetuò dari poteſt.
commune effatum pronunciat Gozadio. conſil. 25.
nume.20.
19 Eccleſiaſticarum rerum alienationis abſque dili-
genti & cauſæ cognitione, & negocij tranſactione
irritæ,atque inutiles futuræ ſunt.cōmune aio ex Soc.
conſil.13.lib.1.Dec.conſi.141.Rebuf.in cap.ſine ex-
20 ceptione 1 ,quæſt.2.nec ſolennitates illis requiſitas
conſuetudo poterit antiquare,& ſi eas poſsit augere.
ut crebris exceptum ſuffragijs affirmant Petr.de Be-
nint.deciſ.13.nu.7.Roch.Curt.in c.ult.quæſt.5.num.
25.& ſeq.de conſuet.
21 Eccleſiaſticus iudex poteſt populi iudicem excom
municatione compellere,ut præſtet illi auxiliū:quā
uis popularis iudex eccleſiaſticum nō cogat.commu
ne dicit Alciat.in cap.pernicioſam nu.7.& 8.de offi.
ordi.amicus noſter Nico.Ant.Grauatius ad Veſtriū
lib.8.c.ult nu.40.
22 Eccleſiaſtico iudici non quis idcirco ſubijcitur,
quòd in eccleſia deliquerit. commune inquiunt Ro-
land.conſil.24.num.5.& 6.lib.2.Iul.Clar.in pract.§.
ultim.q.38.uer.uidi etiam.
23 Edere reus iura,& inſtrumenta in cauſis criminali
bus,nec fiſco tenetur.commune ait Dec. in l.2.n.42.
24 C.de eden. ſeu cauſa ſit capitalis, ſeu pecuniaria, ut
frequenter placitum teſtantur Rip.& Boſſ. quos lau
dat Iul.Clar.in pract.§.ult quæſt.27.uer. ſed hic inci
25 denter in cauſis autem ciuilibus generaliter, ac regu-
lariter edere inſtrumenta reus actori ad ſuæ intentio
nis inſtructionem non cogitur. commune dicit Rip.
26 in l.1.nu.11.& in l.is apud quem nu.21. C.de edend.
Excipe niſi uel pius, ſacet ue locus aliquis agat, uel
quiuis alius matrimonij cauſam tractet. communia
27 fatur idem Rip. in illam l.2.nume.13.excipe iterum
niſi reus uel mercator ſit,uel eius conditionis homo,
qui rationum librum neceſſariò non fecerit, cōficiat
28 uè.ut receptum ſcribit Iaſ.in laudatam l.1. nume.55.
C.de eden.excipe tertio,niſi de uſuris, uel cauſa uſu-
ras reſpiciente cōtra uſurarios agatur. commune ait
Dec.in cap.ex epiſtolæ nu.101.cum ſequent. de pro-
29 bat. actor uerò inſtrumenta, & rationes reo cogitur
edere ad fidem ſuis exceptionibus faciendam. ut cō-
mune ponit Iaſ.in l.& quæ à diuo.num.1.C.de eden.
30 intellige porrò,ac perpetuò memineris quod hæc in
ſtrumentorum editio fit iudicis officio, non actionis
iure, ut frequens dogma enunciat Rip. in allegatam
31 l.1.num.20.C.de eden.& quod edere eam duntaxat
inſtrumēti,teſtamenti,ſtatuti, alterius uè cuiuſpiam
ſcripturæ partem quis cogi poteſt, cùm cogi poteſt,
quæ ad cauſam ac ius petentis faciat: non uerò inte-
grum inſtrumentum,teſtamentum,uel aliud ſcriptu-
ræ genus,ut cū Boet.q.352.col.4. atq; alijs cōmune
ponit Franciſ.Turzan.opin.123.
32 Editur libellus reo ſuis non actori expenſis. com-
mune ait Rip.in l.edita nu.12.C.de eden.
33 Effectus ubi abeſt, affectus & conatus, qui adeſt,
haud punitur ex generali conſuetudine. ut frequen-
ter receptum aſſeuero ex ijs,quæ latiſsimè tradit Iaſ.
in l.3.§.hæc autem uerba à nu.16. ff. quod quiſq; iur.
Gand.in rub.de pœn.reor.col.1.& 2. Ang. in §. & ſi
credatur à nu.3.inſti.de oblig.quæ ex delict.notāter
Hipp.in l.una nu.144.cum ſequentib. & n.254. cum
ſeq.C.de rap.uirg. reſolutè Alciat. in l. ſæpe io fin.ff.
de uerb.ſign.pulchrè Did.à Couarru.in cap.ſi furio-
ſus 3.par.in princ.à nu.6.de homicid.& Mant.de ar
gument.ſoluend.pag.287.poſt med.atque alijs com-
pluribus,quos uberius infra refero uer. uoluntatem.
34 Electio & ſi in ultimis uoluntatibus facta propo-
natur,immutabilis habetur.commune ait Curt. Iun.
conſ.159.nu.1.Villalob.in ſua collect.

35 Electio legatum adepturi commiſſa hæredi,uel al
teri,& in uita & in morte,& tantum coram duobus
teſtibus etiam in electi abſentiam fieri poteſt. com-
munia pronunciat Ant. Gomez de teſtamēt. cap.ult.
nu.48.uerſic.item adde quod iſtam:& uerſi.item ad-
de quod talis.
36 Electio fideicommiſſum,aut legatum reſtitutionē
conſequuturi in ijs ponitur, quæ meri facti ſunt. com
mune dicit,ac defendit contra reluctantes Eman. à
Coſta in § ſi arbitratu.l.cum tale.2.par. nu.15. ff. de
condit.& demon.
37 Electus uel à iudicis mandato, uel agentium con-
ſenſu,ut iuxta artis peritiam deponat,non niſi iuratò
38 tatam reſponſionem,& contrariæ probationi nihilo
minus ſemper obnoxiam edet.illud commune fatur
Ioan.Crot.de teſtib.part.6. hoc uerò frequenter re-
ceptum teſtatur Alex. in l. qui bona.§. qui damnū ff.
39 de damn.infect.illius autem iuſiurādum non ideo mi
nus firmum erit, quod ad eius inſpectionem uterque
agens citatione uocatus non ſit.commune dicit Dec.
40 in cap.2.de teſtib.excipe niſi alterutra parte abſente
optio à iudice facta proponatur.commune inquit Fe
lin.in c.quia iudicante de præſcript.
41 Emancipatio quo ad quid fieri, quo ad quid haud
fieri nō permittitur. commune ait meus iuris doctor
Anto. Gomes. de teſtam. ca.3. num.21. & ante eum
Alciat.de præſumpt.reg.2.præſumpt.2.nu.4.quod ue
rum exiſtimo quo ad ipſam emancipationis formam,
ac ſubſtantiam,non uerò quo ad illa effecta,quæ ex il
la oriuntur. quia hæc quin expreſsim excipi,& coar-
ctari queant,nullis iuris rationibus impediri alibi u-
berrimè oſtendo.
42 Emancipatus iure antiquo aut cū cauſa, aut abſq;
cauſa præteritus, & ſi tantum bonorum poſſeſsionē
cōtra tabulas habuit,tamē hodie iure nouo ſine cau
ſa præteritus teſtamētum nullum dicit, cum cauſa in
uolutus ſilentio antiquam duntaxat bonorum poſſeſ
ſionem habet.commune ait Ant. Gomez de teſtamē.
c.11.n.34.poſt illos,quos latè infra refero uer. præ-
teritus.& uer.proximè ſequenti.
43 Emancipatus filius,& eius frater, qui nondum ſui
iuris,ac mancipij factus eſt,æquiparantur hodie cum
matris, tum lineæ maternæ reſpectu, ut præteriri cū
cauſa ſaltem debeant, aliàs teſtamentum ſit nullum,
ut commune interpretum dogma effero ex Bald.nu.
16.Paul.num.9.in auth.ex cauſa.C.de lib.præt. Ang.
in l.certum.§ ult.ff.de inuſt.rup.Imol.in l.1.col.3.ff.
de teſtament.& in l.filio præterito col.2.ff. de inuſt.
rupt.& in l.Gallus.§.& quid ſi tātum col.5.ff.de lib.
& poſthu.late Did. à Couarru.in capit.Raynutius in
princip.nu.3.& nu.4.de teſtament.Anto. Gomez de
teſtam.cap.11.nu.34.& ſi uerius de iure contrarium
arbitrentur Vigl.in rub.num.4.inſtitut de inoffi.teſta-
ment.idem Vigl.n 1.in fi.& Eguinar.Baro in uer. tu
nide ad §.mater, uel auus, inſtitut. de exhæredat. li-
ber.& ante eos Imol.in l 1.colum.2.ff. de teſtament.
ſed ea de re alibi latius,& opportunius.
44 Emancipatus filijs in poteſtate poſitis tantū ab in
teſtato recentis iuris conſtitutionibus æquiparatur;
nō uerò cum teſtamentum ex atatū proponitur.com-
mune inquit Ant.Gomez non pœnitendæ authorita
tis doctor de teſtam.c.11.nu.34.
45 Emphyteuſis cōtractus nominatus eſt,ut commu-
46 ne ait Iaſ.in prælud.feud. num.34. in 2. hodieque ex
communi loquendi uſu idem cum libellario cōtractu
habetur,atque ijſdem regulis uterque metitur.com-
mune inquiunt Dec.conſil.146. nu.2. Pariſ. conſ.77.
nume.12.lib.3.Tiraq.de retract.municip.§.34. gl.1.
47 num.1.& ſi propriè libellarius cōtractus tunc ſit,cùm
res emphyteutica ſit ab eo,qui directè dominus non
eſt,

eſt, emphyteuſis uero, cum à uero, & recto dominio
res in emphyteuſim conceditur, ut frequenter placi
48 tum ſcribit Iaſ. in l. 1. num. 29. C. de iur. emphyteut.
differt autem à cenſu, quia cenſus dominium quà uti-
le, quà directum confert, emphyteuſis utile dunta-
xat. commune renunciant Abb. in c. conſtitutus, nu.
29. de religioſ. domib. Iaſ. in dictam l. 1. nu. 39.
49 Emphyteuſis eccleſiaſtica quin alicui, & omnibus
eius deſcendentibus concedi poſsit, nemo iure ambi
get. commune inquiunt Alex. conſi. 110. col 5. lib. 3.
Gozadin. conſil. 25. num. 20. uer. ad decimũ. Iul. Clar.
de emphyteu. quæſt. 6. uerſic. quæro uſque ad quam.
50 ut & dubitatio nulla eſſe debet, quin ea alicui & extra
neis eius hæredibus expreſsim præſtari poſsit. cõmu
ne dogma atteſtantur Soc. conſil. 266. num. 33. lib. 2.
51 Crat. conſil. 128. num. 6. lib. 2. & ſi perperam aliud re-
ceptum aſſeruerint Alex. in l. etiam num. 3. ff. ſol ma-
tri. Rub. in l. Gallus. §. quidam rectè nu. 197. & n. 203.
ff. de lib. & poſthu. quos merito refutat Clar. d. q. 6.
uer. ſed nunquid.
52 Emphyteuſis alicui & eius filijs conceſſa non per-
tinet ad filias. commune aiunt Dec. conſi. 336. nu. 3.
Loazes in l. filius familias. §. diui num. 68. ff. de leg. li.
1. Ioannet. de reb. quotid. cap. 3. magis commune cen
ſent Alexand. in l. quod dicitur nu. 24. ff. de uerb. obli
ga. Iaſ. in l. 2. nu. 193. C. de iure emphyt. & in l. ſi quia
ad quod nu. 23. ff. de iuriſd. omnium iudi. Did. à Co-
uarru. lib. 2. reſolut. cap. 18. num. ſed falſum, atque ini
quum oſtendit meus iuris doctor Arius Pinel. in l. 2.
num. 9. C. de bon. mat. quem nos alibi multis argu-
mentis iuuamus.
53 Emphyteuſis alicui, & eius legitimis hæredibus in
dulta proximos tantum ab inteſtato, ſucceſſuros, non
& extraneos teſtamento inſtitutos admittit. commu-
ne aiunt Curt. Iun in l. una num. 11. C. quand. non pe-
tent part. late Pinel. in l. 2. nu. 9. C. de bon. maternis.
54 ut & illa emphyteuſis, quæ alicui & eius hæredibus
accepta ſimpliciter eſt, extraneos hęredes omnino re
ſpuit. quod receptum eſſe in literas miſerunt Alex.
conſil. 23. colum. 2. lib. 1. Pariſ. conſil. 84. & conſi. 85.
55 lib. 4. & qui multos cumulant, & contrarium rece-
ptius teſtatur Iul. Clar. de emphyt. q. 28. uerſi. tertius
eſt caſus. & Viuius lib. 1. opin. 99.
56 Emphyteuſis alicui, & eius hæredibus conceſſa ad
fœminas ſpectabit. cõmune ait Berous q. 18. in prin.
Iul. Clar. de emphyt. quæſt. 32. uerſi. hæc tamen con-
cluſio.
57 Emphyteuſis alicui, & eius liberis quà maſculis,
quà fœminis eo in loco conceſſa, ubi ſuperſtitibus
maſculis fœminæ excluduntur, ad maſculos tantum
perueniet, & in eorum defectum ad Fœminas atti-
nebit. commune inquiunt Curt. Iun. conſi. 171. num.
3. Brun. de ſtatuto exclud. fœmin. in articu. 8. q. 22.
col. 2.
58 Emphyteuſis alicui, & eius filijs recepta ad natura
les liberos non pertinet. commune affirmant Alex. in
l. ex facto. §. ſi quis rogatus col. 3. ff. ad Trebel. Viuius
lib. 1. opin. 100.
59 Emphyteuſis, quæ in aliquem collata eſt, atque in
eum deinde, qui ab ipſo nominabitur, ad omnes hæ-
redes tum teſtato, tum inteſtato ſuccedentes ſpectat,
ſi nemo nũcupatus reperiatur. commune pronuncio
ex Alexand. conſil. 232. num. 3. lib. 6. Dec. conſil. 543.
nu. 3. Soc. in l. 1. §. per procuratorem num. 5. ff. de ac-
quir. poſſ. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita num. 2. ff.
de uerbor. obligat. Hipp. ſingul. 580. atque id ſanè &
æquum & bonum eſt.
60 Emphyteuſis ab aliquo ſibi, & filijs, & hæredibus
excepta non pertinet ad filium non inſtitutum. ut cõ
mune aiunt Alex. conſil. 129. lib. 4. Ioan. Durant. de
art. teſtan. tit. 11. caut. 10. late Iul. Clar. de emphyteu.
61 quæſt. 37. Viuius lib. 1. opin. 132. ad finem. unde qui
talis emphyteuſis bona poſsidet, hæreditati patris
ſe ſe immiſcuiſſe cenſetur. ut rectè commune ponit
Viuius ubi ſupra.
62 Emphyteuſis in plures ſimpliciter collata ſingulis
quibuſque eorum pro uirili portione cenſetur elargi
ta, ut commune ponit atque accuratè declarat, uir ma
magna laude dignus, ac mihi chariſsimus Ioan. Ron
chegallus Gioldus in l. eandem nu. 128. cum ſequen.
ff. de duobus reis.
63 Emphyteuſis accreſcendi ius nõ admittit. ut frequẽ
tibus interpretum calculis cõprobatum refert Dec.
conſil. 326. nu. 1. & qui benè explicat Iul. Clarus de
emphyt. quæſt. 39.
64 Emphyteuſis eccleſiaſtica ſi perſonarum, aut legiti-
mum modum, aut conditionem iuſtam egreditur, ea
ſui, qua poteſt, ualet, illa, qua nequit, euertitur. com-
mune ponit Iaſ. in auth. quà rem aliquam nu. 21. C. de
ſacroſ. eccleſ. Tiraq. de retract. conuen. in fin. operis
nu. 114. late Iulius Clar. de emphyt. q. 6.
65 Emphyteuſis eccleſiaſtica indiſtinctè non tranſit
ad extraneos hæredes. commune placitum ait Dec.
conſ. 171. & Curt. Iun. conſi. 130. nu. 5. magis commu
ne affirmant Segura in l. cohæredi. §. cum filiæ num.
160. ff. de uulg. & pupill. Rub. in repet. §. quidam re-
ctè. l. Gallus colum. 69. ff. de liber. & poſthu. & ante
66 eos Alex. conſi. 151. uiſo themate colu. 3. in fin. lib. 2.
quod etiam procedet cum alicui, & eius hæredibus
conceſſa fuerit. receptum enunciant Soc. Iun. conſil.
51. num. 1. lib. 3. Gozad. conſ. 39. nu. 6. & ſeq. & qui la
tius hac de re agit Iulius Clarus de emphyteuſ. quæ-
ſti. 28. uer. tertius eſt caſus, cum ſequẽtib. ubi multos
ac multa in contrarium adducit, & tandem hoc ma-
67 gis commune aſſeuerat. limitatius tamen ut eſt hæc
non habeant locum cum emphyteuſis eccleſiaſtica
alicui, & quibuſuis eius hæredibus ritè conceſſa erit,
ut receptum ait Did. à Couarru. quę refert, ac merito
probat Iul. Clar. d. quæſt. uer. ſed quæro quid ſi ab ec
68 cleſia. limita. 2. cum alicui & eius hæredibus, & qui-
bus ipſe illam dederit, hæcce emphyteuſis eccleſia-
ſtica indulta erit. quemadmodum frequenter proba
ri author eſt Curt. Iun. conſi. 4. nume. 1. & conſi. 103.
nume. 2.
69 Emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ in aliquem & eius
filios confertur, uni ex filijs a patre nec donari nec aſ
ſignari poteſt. commune effantur Bertrand. cõſ. 138.
70 lib. 2. Alciat. de præſumpt. regu. 1. præſumpt. 31. quin
nec prælegari poterit, ut receptius affirmat Alex. cõſ.
71 24. lib. 4. amplia & ſi huiuſmodi emphyteuſis ob pe-
cuniæ interuentum data ſit. commune ſcribit Anto.
Rub. in repet. §. quidam rectè. l. Gallus. col. 67. in fin.
uerſ. quartus caſus. ff. de libe. & poſth.
72 Emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ filijs & nepotibus
conceſſa eſt, ad illos licet inſtitutione nõ honeſtatos a
73 redit. commune ponit Curt. Iun. conſi. 78. nu. 4. quin
& ad eos etiam tunc pertinebit cum hæreditatem re-
pudiaſſe proponentur. receptũ prodit Alciat. de prę-
ſumpt. reg. 1. præſumpt. 31. in princ.
74 Emphyteuſis eccleſiaſtica, quæ ad extraneos hæ-
redes nõ tranſit ad fiſcum cum alijs emphyteutæ bo-
nis confiſcatis nõ defertur. cõmune aſſeuerat Alex.
conſi. 23. prima conſideratione col. 2. in fi. & ſeq. lib.
1. & qui uberius hanc rem agit Iul. Clar. de emphyte.
quæſt. 29.
75 Emphyteuſis quibus in caſibus alienari poteſt, in
eos alienari nequit, qui ipſo emphyteuta potentio-
res habentur, ac ſunt. commune aiunt Iaſ. in l. ult. nu.
90. & nu. 97. C. de iur. emphyteut. Grat. conſi. 80. nu.
2. lib. 1. & qui potẽtiorum nomine clericos, curiales,
milites,

militer , & ſimiles comprehendi tradit Iul. Clar. de
emphyt.quæſt.22.
76 Emphyteuſis abſque domini conſenſu alienata ni
ſi & tradita ſit , non committitur.cõmune aio ex Iaſ.
in l.ult.num.132.C.de iur.emphyt.Tiraq. de retract.
lign.§.1.glo.2.nu.43.& idem teſtantur latius cumu-
lantes Iul.Clar.de emphyteuſ.quæſt.13.uer.ſed nun-
77 quid Vinius lib.1.opin.117.idemque erit tametſi cõ
ſtituti clauſula opponatur,ut uerius, & æquius arbi-
tror cum Alciat.in l.1.nu.27.& in §.ſi uir uxori nu.
60.in fin.ff.de acquirend.poſſeſ.Guid.Pap.deci.101.
Anton.Gomez in l.45.tauri nu.95. quamuis contra-
rium receptius eſſe agnoſcam ex Iaſ. ubi ſupra, & ex
78 Tiraquell.de conſtitutio.part.3.limit.26.Si uerò em
phyteuſim ſemel tradiderit, etiam ſi retrò eam cõſe
ſtim emat , atque accipiat , illius iure prorſus euerte-
tur.commune affirmant Iaſ.in l.cum dubitatur. num.
135. C. de iure emphyt. copioſius Iul. Clar. d.q.13.
uer.ſed quid ſi emphyteuta.
79 Emphyteuſis ſi alienetur non ideò minus fit cadu-
ca, quod ſola domini uoluntate dicatur alienata.ut
frequenter receptum teſtantur Iaſ. in .2.lect.rub.nu.
25.ff.ſolut.matrim.Rip.in cap.cum M nu 8. de con-
80 ſtit.& ſi mihi aliud æquius ac melius eſſe uideatur,pa
rumque differre arbitror num hocce modo alienatio
fiat,an ſaluo domini conſenſu.qua in ſpecie non com
mittitur emphyteuſis , ut commune dogma effatur.
Rip. ubi ſupra . quidquid Iul. Clar. tradat de em-
phyt. q.13. uerſi. item quæro . ſed hac de re alibi
copioſius.
81 Emphyteuſis,quæ alicui & quibus ipſe illam dede
rit, conceſſa eſt , rectè atque impune inſcio domino
82 alienabitur.commune ait Dec.conſi.164.n.3.ut & il
la abſque dubio impunè diſtrahetur , cuius uenditio
in ipſius contractu diſertè permittitur.commune re-
83 nunciat Torniel.in rub.nu.156. ff. de uerb. obliga.&
illa etiam alienata non committetur. cuius alienatio
in emphyteuta maiorem ac potentiorem expreſsia
contractus uerbis interdicitur. quemadmodum cre-
bris doctorum ſuffragijs probatum ſcribit Ruin.con-
ſil. 203.nu.6.lib.1.
84 Emphyteuſis non antea committitur,quàm domi-
nus illius directus id ſe uelle declarauerit. commune
aiunt Curt.Iun.conſil.119.nume.2.& conſil.149 nu-
mero.3.ac latius Iulius Clarus de emphyteuſ. quæ-
ſtio.9.
85 Emphyteuſis,quæ ſemel commiſſa eſt,non ideò mi
nus commiſſa intelligetur.quod dominus,poſtea ſciē
ter penſionem accipiat proteſtatus de commiſsione,
quam ſe indulgere nolle dicat.commune aiunt Corn.
conſil.40.litera 5.lib.4. Iaſ.in l.ſi poſt moram. nu.4.
86 ff.de eo quod cert.loc.intellige tamen ſi tranſacti tē-
poris ſolutionem duntaxat acceperit.nam ſi futuri e-
tiam temporis penſionem receperit,nihil oberit cō-
teſtatio quin culpa remiſſa uideatur . commune in-
quiunt Gig.de penſion.quæſt.73.in fin. Ruin. conſil.
87 110.num.4.& conſi.151.nu.12.lib.1. intellige ſecū-
do,quod ſi nulla proteſtatio interuenerit , ſola præ-
teriti temporis ſolutio admiſſa ſuſceptam culpam di
luet . ut receptum eſſe prodiderunt memoriæ Gyg.
88 d. quæſt. 73. numero 3. Iul. Clar. de emphyt. q.10.
uerſ. aut uerò ſumus . quamuis Salic. in l.2.nume.14.
C.de iur.emphyt. contrarium frequenter placitum
effecerit.
89 Emphyteuſis à maioratus , ſeu primigenij poſſeſſo
re cõſtituta non eſt ipſi ſuperſtes. commune pono ex
ijs quæ tradunt Ant.Gome.in l.40.tauri.n.84. & uir
elegantis ingenij , atque eruditionis Arius Pinel. in
l.1.par.3.nu.65.C.de bon.mat.
90 Emphyteuſis iiſdem finitionibus metienda eſt,qui
bus feudum , niſi uel aliter iure communi expreſsim
diſponatur,uel ſanctiones de feudo multùm, latèque
à iure communi abhorreant. ut frequenter placitum
affirmant Soc.conſi.167.nõ inutilis col.10.lib.2.Tur
zan.opin.46.Iul.Clar.de feud.q.3.uerſi. & hæc qui-
dem.ac Viuius lib.2.opin.29.
91 Emphyteuſis in re propria conſtitutæ cõfeſsio nõ
infert dominij iacturam.in id enim frequenter iuiſ-
ſe teſtatur Frãciſ.Rip.i l.cõductionis.n.23. C.de pac.
92 Emphyteuſis emptor in ſe expreſsim ad penſionē
obligauerit,non cogetur illam ſoluere. ut commune
recenſeo ex Iaſ.in l.2.num.150.& nu.154. C.de iur.
emphyt.ac Matth.de Afflict.deciſ.95.nu.3.
93 Emphyteuſis plurium annorum futurus canon in
alto domino ſolui nequit. commune ait Dec. in l.cū
tēpus n.8.ff.de reg.iur. Aret.in l. qui Romæ in prin.
ff.de uerbor.oblig.Iaſ.in l.2.n.66.& ſeq.C.de iur.em
phyteut.
94 Emphyteuſis ſine domini conſenſu facta renuncia
tio nullius eſt momēti.commune aſſero ex Iaſ.in l.2.
nu.24.C.de iur. emphyt. Matth. de Afflict.in cap.1.
nu.42.& n.48.de naſall.qui contra conſtitu. in 3.lib.
feud.ac Felyn.in c.quæ in eccleſiarum col. antepen.
de conſtitut.Curt.de feud.4.par.q.31. atque ante il-
los omnes Panorm.in cap.1.de feud.
95 Emphyteuſi,quam aliquis ſibi,ſuiſque liberis ſu-
ſcepit,renunciaſſe is uidetur,qui patris bonis ſimpli-
citer renunciauit.commune aſſerunt Iaſ.in l.ſi nõ ſor
tem.§.libertus n.34. & n.ſeq.ff.de condict.indeb.Vi
uius lib.1.opin.132.in fi.
96 Emphyteuta ius rei uindicandæ habet. ut frequēter
placitum enunciat uir acuti ingenij,ac magnæ dilīgē
tiæ Arius Pinel.in l.1.par.2.nu.18.C.de bon.mat.
97 Emphyteuta ſolutum canonem probare debet , ſi
agentis domini intentio negatione nitatur . commu-
ne pangit Iaſ.in l.in emphyteuticarijs. nu.132, C. de
iur.emphyteut.Suc.Iun.conſi.3.num.15. lib.2. Gyg.
de penſion.quæſt.76.in fi.
98 Emphyteuta penſionem ea pecunia ſoluere nõ co
getur,cuius æſtimatio poſt contractum aucta eſt , ac
priſtino illius pecuniæ ualore illam ſoluere ſatis,ſu-
perque erit.ut commune inquit additio Ang. in l.cū
quid.ff.ſi cer.petat.
99 Emphyteuta omnibus ante actis annis ſoluiſſe prę
ſumitur , ſi per tres continuos annos antea proximè
elapſos ſe ſoluiſſe canonem probet. commune affir-
mat Curt.Iun.conſi.45.nu.5.aſſerunt Iaſ.in l.2.num.
535.& num.137.C.de iur.emphyt.Duennas reg.54.
Guliel.Bened.in cap.Raynutius,uer.ſi abſque liberis
nu.187.de teſta.Franciſ.Luc.de fiſco.1.par. nume.9.
100 lib. 2. limita tamen cum una ſolutio facta eſt pro tri
bus annis : ut commune autumo ex Bal. & Alex.ad
Bart.in l.quicunque.C.de apoſchis lib.10. Iaſ.in d.l.
2.& in l.1.col.3.C.de fideicommiſ.& in l.1.n.33.ff.
de offic.eius.Alc.in l.ſi certis annis in uerb. annis.C.
101 de pact.Rebuf.in tit.de conſtit.redditum gl.15. pag.
quis ſcribentibus ad illam. l. ult. C. de uerb. ſigni. Caſ-
ſan. de Burg. in rub. 7. §. 22. num. 4. unde ubi uſus ali-
44 ter ſuaſerit, uel ubi propria uerborum interpretatio
tantum erit ſpectāda, ſolos agnatos includet. ut rece-
ptum pono ex ſupra laudatis ac Paul. in l. cum ita. §.
in fideicommiſſo. nu. 2. ff. de leg. lib. 2. Alexand. conſi.
160. num. 5. lib. 2. Soc conſil. 84. nu. 8 lib. 3. Pariſ. cō-
ſi. 91. nu. 12. lib. 2. Gulielm. in cap. Raynutius in uerb.
duas habens filias num. 173. de teſtam. quos ſic exau-
diendos arbitror.
45 Familiæ perſonis, aut ijs, qui in in familia ſunt fidei
commiſſum relictu ad illum primò totum pertinet,
qui primum familiæ locum habet. ut commune ait
Alex. conſi. 88. num. 12. lib. 1.

46 Familiæ totius conſenſu & ſi alienari poſsint, quæ
extra familiá alienari prohibentur, tamen eiuſce-
modi alienatio filijs cõſentiẽtium poſtea natis haud
nocebit, quippe quia poterunt illi iure ſuo alienata
reuocare ac ſibi ipſis illa uendicare: ut commune ef-
fero ex Fulgo Corn.col.2.in fi.& Iaſ.num.2.in l.quo
ties in t.C.de fideicommiſſ.Crot.in l.filiuſfam.§. di
ui.numero.146.Loazes numero 191. ff. de leg. lib.t.
Gulielm.in cap.Raynutius in uerſi.ſoboles quam ge-
ſtabat in utero num.48.de teſtament.& ante eos Bal.
in capit.1.§.hoc quoque numero.20.de ſucceſſ. feud.
Fulg.rurſus conſil.67.colu.2.ad fi.Dec. conſ.78. col.
3.ad finem, & conſil.468.numer.29. & conſil. 498.
num.20.& ijs, quos congeſſit Tiraq. de retract.prox.
47 §.1.gl.9.num.54.quanuis ſi rem ad uiuum reſecemus,
ac iuris rationes accuratius præſcrutemur, aliud pro
culdubio uerißimum ſit, ſed ea de re alibi & latius &
opportunius.
48 Famulus infirmus non conſequetur eius tempó-
ris ſalarium quo ægrotauerit. commune dicunt Pa-
norm.in c.1.num 6. de cleric. ægrotant. Curt.Sen.&
Cagnol.nu.111.at Bolognet.n.72.in l.diem functo.
49 ff de offic.aſſeſſ.Viuius lib.2.opin.108.& ſi contrariũ
magis ex pietate admittendum cenſeam cum multis,
de quibus alibi.
50 Famulus quidquid homini id ſcientis occaſione a-
git, ex illius uoluntate egiſſe creditur.commune ait
51 Curt.Sen.conſil.41.nu.10.& Grammat.conſ.crimin.
8.at ſi quæ delinquat domino inſcio, uel prohibere
nequeunti, dominum non obligabit.ut commune ef-
ferunt Cagnol.in l.culpa caret nu.13.ff.de reg.iur.&
qui iſthanc materiam rectè diſſeruit Iulius Clarus in
pract.§.ult.queſt.86.in princip.
52 Feudum & ſi nominatus contractus ſit, ut commu
ne aſſerit Curt.Iun.de feud.1.par.prin.queſt.9.Ioan.
Ronchegall.Gioldus mihi multis nominibus obſer-
uandus in l.reos.§.cum tabulis nume.37.ff.de duob.
53 reis, tamẽ bonæ fidei non eſt.ut frequenter placitum
enunciat Zaſ.de feud.1.part.ad finem.
54 Feudum quin pecunia interueniente cõſtitui poſ-
ſit, nihil uetat. commune aiunt Zaſ. de feu. 12. part.
uer.3.concluſio.
55 Feudum non præſumitur in re dubia, ni liquidò
probetur.ut frequenter placitum affirmant Cur.Iun.
conſil.184.nu.1.Belton.conſi.10.num.9.Iul.Clar.de
feud.q.18.Vinius lib.1.opin.113.
56 Feudum in re dubia potius præſumitur antiquum
quàm nouum. ut receptum ponit & ſi intricatè Vi-
uius lib.1.opin.114.
57 Feudũ hæreditarium dicitur, quod alicui, & eius hæ-
redibus, ac ſucceſſoribus conceſſum eſt.ut frequenti-
bus interpretum calculis ſuffultum aiunt Pariſ.conſ.
4.num.27.lib.1.Iul.Clar.de feud.quæſt.9.Viuius lib.
1.opin.112.in fi.
58 Feudum hæreditarium ad alios non tranſit, quàm
ad quos hæreditas peruenit. commune teſtificantur
Aleſand.conſi.10.ponderatis.lib.3.latè Iul.Clar.de
feud.q.9.uer.hoc præmiſſo.& uer. ſed quæro. Viuius
lib.1.opin.115.& opin.119.
59 Feudum hæreditarium fideicommiſſariæ reſtitu-
tioni ſit obnoxium. ut frequenter placere teſtis eſt
60 Curt.Iun.conſ.171.nu.10. quemadmodum erit etiam
feudum ſibi & ſuis hæredibus exceptum. ut cõmune
inquit idem Curt.conſ.183.nu.6.
61 Feudum hæreditarium poterit primus ſucceſſor
cum domini cõſenſu in ſucceſſorum perniciẽ aliena-
re, & ſi aliud in alio feudo inſit.ut cõmune renũcio
ex Alex.conſ.106.num.8.& conſ.ſequen.lib.4.& cõ-
ſil.13.num.11.lib.5.Matth.de Afflict.in cap.1. nu.74.
de prohib.feud.alien.Hieron.conſ.feud.136. num.6.
Syluan.conſ.15.nu.4.Curt.Iun. conſ.55. nu.8. Gof-
fred.conſi.feud.10.nume.24.
62 Feudum omne nouum iure antiquo conceſſum,
cum clauſula ut auiti & paterni feudi legibus cenſea
tur, omnibus prorſus in rebus antiqui feudi naturã
& qualitatem induit, atque inſtar paterni & auiti
cenſetur. commune inquiunt Iaſ.conſil.1.lib.3.& in
uſus feudorum numero.90. Dec.conſil.185.colum.
5. & conſil.194.colu.2. atque uberrimè Iulius Clar.
de feud.quæſt.8.uerſi. ſed hic occurrit Viuius lib.1.
opin.115.
63 Feudum ob præclara merita cõceſſum ex ingrati-
tudinis cauſa reuocari nequit, ut frequenter placitũ
inquit, à iure tamen alienũ uerißimè affirmans meus
iuris doctor Arius Pinelus in l.1.par.3.pag.122.col
4.uer.infertur.17.C.de bon.matern.
64 Feudum abſque domini conceſſu repudiari ne-
quit.ut commune enunciat Panorm. in ca.1.de feud.
Iaſ.in l.2.nu.24.C.de iur. emphyteut. Arius Pinelus
in l.1.part.2.pag.74.colu.3.uerſi.limita.8. C.de bon.
matern.& in l.2.part.1.cap.4.nume.2.ad fi. C.de re-
ſcind.uendi.
65 Feudum à fœmina originem adeptum fœmineũ
cenſetur.commune inquit Rip.lib.1. de leg.c.1.nu.
74.Villalob.in ſua collect.
66 Feudum ſi cauſa aliqua iuſta non adſit, nec ex pote-
ſtatis plenitudine Princeps auferre poteſt. ut com-
mune aiunt Curt.Iun.de feud.2.par.quæſt.12. Viuius
lib.1.opin.116.
67 Feudum eius, qui ob læſæ maieſtatis crimen bonis
exutus eſt, non fiſco, ſed domino deferrur.ut frequen
ter placitum renunciat Boer.deciſ.264.nu.7.Gyg.de
crim.læſ.maieſt.quæſt.5.nu.1.
68 Feudum uel à Principe conceſſum non admittit
ad creſcendi ius, ut magis commune ponunt Iul.
69 Clar.de feud.quæſt.70.& ſi Iaſ.contrarium commu-
ne perperam effutierit in l.ſi mihi & Titio.ff.de uerb.
obliga.
70 Feudi dominus, ſi feudum hæreditarium non ſit,
de eo teſtari nequit, ut frequenti doctorum ſentẽtia
comprobatum teſtificantur Iul.Clar.de feud.quæſt.
40.Viuius lib.1.opin.117.
71 Feudi alienatio abſque patroni conſenſu nõ aliter
nec antea damno eſt, quàm poſtquam traditio ſubſe-
quuta eſt.ut commune effecunt Iaſ.in l.ult.colu. pen.
C.de iur. emphyteut. Tiraq. de retract. conſang.§.1.
gl.2.num.45.Iul.Clar.de feud.quæſt.13. Viuius lib.
2.opin.97.in fine.
72 Feudi ſucceſſori etiam nõ citato præiudicat ſentẽ
tia contra eiuſdem poſſeſſorem lata.ut cõmune placi
tum uerè aſſerunt Did.à Couarru. practic. quæſtion.
cap.13.num.5.Arius Pinel.in l.1.par.3.num.48.uer.
73 ſed contraria.C.de bon.mater.tametſi Dec.perperã,
contrarium commune effutierit conſi.445. numero.
29.& Soci. Nep. conſil.151. numero 93.lib.2.atque
Aymon Crauet.conſil.197.numero. 7.cuius opinio
tunc admitti poterit, ac debebit, cum uicti poſſeſ-
ſoris culpa probabiliter arguatur.argumento tex. in
l. ſi ſeruus plurium.§.1. de leg. lib.1. tradit Socin.in
l.Gallus.§. & quid ſi tantum colum. pen.ff.de lib. &
poſthum.conſeruat ſcripta à Rhoderico Soarez al-
legat. 3.
74 Feudi poſſeſſor nec ſuam ſalutem domini uitæ
poſtponere tenetur, ut ait receptum Loazes in alle
75 gat. pro Marchione Velez fol. 174. numero.35.nec
eum egenum alere obligatur. commune renun-
ciat Aluar. in capit. licet numero.6. ſi de feud. fuer.
controuerſ. quem refert Loazes ubi ſupra fol.172.
nume.25.
76 Feudi poſſeſſorũ ius in alium trãsferre atque alie-
nare

nare nequit domus illis inuitis. ut frequenter placi
tum aiunt Curt.Iun.de feud.6.part.princip.2.quæſt.
77 Grat.conſil.147.numer.5. & ſequentib. lib. ſecun-
do excipe niſi ſi ditionem ſuam uniuerſam unâ alie-
net.commune effatur latius Iulius Clar.de feud.quæ
ſtio.28.
78 Feudo non excidit indebitis officijs præſtandis
duos,tresuè annos deſes.ut frequenter placere tradit
79 Zaſ.in uſus feud.num.62.feudo tamen priuari pote-
rit ſi amicitiam cum domini inimico contrahat.com-
80 mune ait Grat.conſil.1.nume.81.lib.1. ac præſertim
ſi eâ iniiſſe proponatur in domini perniciem, ut aſſe-
rit receptum Curt. Iun. de feu. 4. part. in cauſa.15.
81 priuationis feudi, quia & ille feudo euerti poterit,
qui cùm noſſet periculum uel honori, uel bonis do-
mini impendere,illum eius rei præmonere poſſet,nõ
præmonuerit.commune renunciat Curt.ubi ſupra in
57.cauſa.
82 Feuda etiam antiqua ad agnatos ex latere intra ſe
ptimum duntaxat gradum ſucceſsione redibunt. ut
commune aſſerit Iaſ.in l.certum.nu.6. C.und.legit.
83 excipe cû & deſcendentes cõceſsio admittit. quippe
quia tunc decimi gradus ratio ſubducetur.ut frequen
ter placitum atteſtatur Didac.à Couarru.lib.2.reſo-
lut.c.5.nu.4.
84 Feuda,ad quæ adoptiuus ſucceſsione aſpirat,non
recipiunt diſtinctionem uetuſtatis, aut nouitatis quo
ad illam adoptato factam ſuccedendi copiam. ut cõ-
mune profert Curt.Iun.conſ.138.nu.7.
85 Feuda ad eccleſiam reuerſa non modo extraneis,
ſed & honeſtis antiſtitum conſanguineis concedi ius
faſque eſt ut cõmune effert Zaſ.de feud.part.5.n.51.
86 Feuda ſingularia regni Apuliæ non ideo minus in
dominio regis directo ponuntur. quòd regnû ipſum
ſit feudum.ut commune prodit Dec.conſ.117.in fin.
87 Feuda illa mutus ac ſurdus & fœmina aliorû alias
incapaces conſequêtur,quæ facinus aliquod patranti
ſtatutû detulerit,quod ipſi peregerint. cõe aiunt Iaſ.
in l.filiusfam.n.3.ff.ſi cert.pet. Viuius lib.1. opi.325.
88 Feuda eiſdem regulis cenſentur, quibus emphy-
teuſes,ut ſuperius late receptum poſui in uer.emphy
teuſis.ubi ſcriptis addes Ioan.Ronchegall.uirum ma
gna eruditione, ac doctrina in l.reos.§. cum tabulis
nu.37.ff.de duob.reis.
89 Feuda ſubijciuntur conſtitutioni l.2.C.de reſcind.
uendit.ut frequentius placitum ponit meus & iuris
doctor,& commemorabilis interpres Arius Pinelus
ad illam eandem l.par.2.c.ult.nu.23.
90 Feudorum liber ſummam & fidem & authoritatê
in feudorû cauſis habet. commune aſſerunt Rip. in l.
ult.nume.699. & ſequen.C.de reuocan. donat. uber-
rimè Iul.Clar.de feud.q.3.Viuius lib.1.opinio.211.
91 non tamê eandem authoritatem in alijs cauſis præter
feuda obtinebit,ut affirmat receptum Curt.Iun.cõſ.
64.nu.15.
92 Feudorum conſuetudinibus obnoxia eſt eccleſia,
obnoxijque prorſus ſunt eccleſiaſtici. ut frequenter
placere literis prodiderunt Curt.Iun.conſ.177. n.10.
Marant.in Specul.3.par.nu.93.
93 Feudorû bona nec ſpecialem,nec generalem obli-
gationem ferunt.commune aiunt Anton. de Fan. de
pignor.2.part.membr.2.nume.43.latius Iul. Clar.de
84 feud.quæſt.30.extraordinariam tamen, hoc eſt lon-
giſsimam, præſcriptionem admittunt. ut frequenter
placitum affirmant Iaſ.in l.1.nu.43.C. de ſeru.fugit.
Caſſan.in conſuetud.Burgund. Rub.3.§.1. nu.16. &
conſil.4.nume.9.Curt.Sen.conſil.82. colum.3. uerſi.
quia Arius Pinelus in authen. niſi tricennale nume.
95 19.& pag.178.colum.1.C.de bon.mater. quæ tamen
longiſsima præſcriptio tantum oberit poſſeſſori,con
tra quem inita ac perfecta eſt,non uerò etiam alijs iu
re poſtea ſucceſſuris nocebit.ut commune ex multis
affatim tradit idem inſignis Pinelus in eodem loco
96 nu.49. cum ſequentib. licet ibidem nume.55. uerius
nec minus receptum affirmet contrarium.
98 Feudorum fructus ultra nouem annos nec ritè,nec
rectè locabuntur.cõmune dicit Zaſ.in epit.feud.par.
9.nu.12.
98 Feudorû poſſeſſores tributa, atq; onera pro rebus
debita,ex fructibus,quos percipiût, ſoluere tenêtur.
ut commune pronuncio ex Iaſ.in l.1.n.25. C.de iur.
emphyt.Caſſan.in conſuet.Burgund.rubr.4.§. 6. fol.
154.col.2.Ioan.de Amicis conſ.8.nu.61. & num.62.
99 Feudorum,quæ alicui & quibuſcunq; illius hære-
dibus conceſſa ſunt, ſucceſsione fœminæ potiêtur.
commune ponit Carol.Molin.ad Alex.conſ.30. uer.
quibuſcunque lib.1.
100 Feudorum poſſeſſores feudis nequeunt renûciare
abſque dominorû conſenſu.ut receptum ait inſignis
Pinelus in l.1.2.par.pag.74.uer.limitatur.8.& in l.2.
in 1.par.c.4.nu.1.ad finem.C.de reſcind.uendit.
101 Feudorum poſſeſſores ſeruitutem & uſumfructû
licet in dominorum præiudicium nequeant conſti-
tuere, tamen eatenus duraturum, quatenus ipſis ius
feudorum durauerit,rectè conſtituent. ut commune
ponit Arius Pinelus hac in re omnino uidendus in l.
1.par.3.nu.70.C.de bon.matern.
102 Fictio & extremû à quò,& extremum ad quod de-
ſiderat aptum atque appoſitum. ut frequenter place-
re renunciat Did.à Couarru.de ſponſal.2. par. c.8.
§.2.nu.19.
103 Fictio duplex circa eandem rem non poteſt cõtin
gere.ut commune dicit Ant.Gomez in l.48. tauri n.
92.ſed nos alibi id falſum atque adeo abſurdum latè
oſtendimus.
104 Fideicômiſſum ex ſola teſtatoris uolûtate cõiectu
ris collecta exoritur, etiam ſi uerba nulla in id ſpe-
ctantia proponantur.commune ait Curtius Iun.cõſ.
121.nu.10.
105 Fideicomiſſum, quo pater hæreditatem ſuam ad
aliquem pertinere, aut peruenire ſimpliciter conſti-
tuit,ſi eius filius ſine liberis deceſſerit, à filiæ hærede
non ab ipſo filio relictum cenſetur, quamobrem om-
nis prorſus hæreditas debebitur,ac pleniori iure eiu-
ſcemodi fideicommiſſum ualebit.commune inquiunt
Pariſ.conſ.41.n.44.& conſ.71.n.9.& ſeq.lib.2.Grat.
conſi.134.num.45.lib.1.& conſi.103.num.13. lib.2.
ac latiſsimè Iul. Clarus de teſtament.q.72. uer. ter-
106 tius eſt caſus.& ſi contrarium magis commune aſſe-
ueret Galeaul.in l.centurio nu.409.ff.de uulg.quem
meritò carpit Iul.Clarus ubi ſupra.
107 Fideicommiſſum conditionale nullo modo tranſ-
mittitur.commune proferunt Curt.Iun.conſi.79.nu.
1.& conſi.135.nume.5. atque Anton. Gomez de te-
108 ſtament. capit.5.numero.9. quod ampliabis, ut nec
huiuſmodi fideicommiſſum ab aſcendente in deſcen
dentem traijciatur.ut frequenter placitum renunciât
Dec conſil. 115. in princip. & conſil.574. colum.1.
Curt. Sen. conſil.75.numero 4.Curt.Iun.conſi.135.
nume.5.
109 Fideicommiſſum poſt impuberis mortê à nemine
expreſsim relictû,à filij hæredibus in dubio relinqui
uidetur.qua propter & ipſa legitima filij portio reſti
tui debebit.cõmune dicût Alex.in l.1.§.ult.n.3.ff. de
uulg.idem Alex.& Iaſ.num.16.in l.cohæredi.§.cû fi-
liæ.ff.illo tit.Rhodericus Suarez in l.quoniâ in prio
ribus limit.1.C.de inoffic.teſtament.Guilielm.in ca.
Raynutius uer. abſque liberis in 2.in tractatu cõpen-
110 dioſæ nu.45.de teſtamen. & ſi contrarium commune
eſſe miſerint in literas Rip.nu.156.Galeaul. nu.409.

In l. Centurio. ff. de uulg. quorum ſententiam non
probo. ac uidendos conſulo ſupra relatos uer. iſto
num.105.

511 Fideicommiſſum uniuerſale non ideo minus debe
tur, ac firmum ualidumque eſt, quòd teſtamentū uel
inofficioſi querela ruptum ſit, uel ob filij præteritio-
nem nullum declaretur. ut crebris doctorum ſuffra-
gijs exceptum inquiunt Alex.col.5. Iaſ. nu.11. Curt.
Iun.numero.53.in authen.ex cauſa. C.de lib.præter.
Dec.conſi.85.nume.3.Guliel.in cap. Raynutius uer.
eodem teſtamento in 1.nu.237.de teſtament. Anto.
Gomea in l.44.tauri.nu.5.

512 Fideicommiſſum uniuerſale tranſit in eccleſiam
uel ciuitatem abſque reſtitutione. ut commune dicit
513 Iaſ.in l.ut inter diuinum, nume.10.de ſacroſ. eccleſ.
& generaliter cuicunque illud ſit relictum ante ullā
reſtitutionem atque adeo ante aditam hæreditatem
in hæredes tranſmittetur. commune inquiunt Aret.
col.10.numer.8.Alex.nume.21.Iaſ.à nu.106. Marc.
Ant.nume.154.Bal.Nouel.num.46.& num.47. Soc.
Iun.numer.235.Aymon.in 1.par.num.16.& 2.part.
à nume.273.& antea Rip. numer.73. atque elegan-
ter Alciat.num.21.in l. cum filiofam. ff. de legat.lib.
1.Rip.in l.hæredes mei.§.cum ita,num.57.& in l.ubi
purè.nu.3.ff.ad Senatusconſult.Trebellian. Guiliel.
in cap.Raynutius,uerſi.ſi abſque liberis in 2 à nu.66.
& à num.70.de teſtam.Alciat.lib.4.paradox. cap 5.
in fin.Marian.Iun.conſi.141.nume.27.lib.2.Ant. Go
mea de teſtamen.cap.5.numer.9.& numero.14. uer.
item quæro.

514 Fideicommiſsi reſtituendi onere preſsi aſcenden-
tes non fruuntur beneficio l.cum acutiſsimi. C.de fi-
515 deicommiſſ.ut nec deſcendentes, ſi uel purè in uita,
uel poſt certum tempus reſtitutio fieri iubeatur.com
munia fatur Ant.Gomez de teſta.c.5.nu.35. uer.imo
quod magis eſt,& nu.37.

516 Fideicommiſſo ab ultimo morienti relicto alterna
inter inſtitutos inſtitutio facta cenſetur. commune
dicit Cur.Iun.conſ.111.nu.4.Villalob.in ſua collect.

517 Fideicommiſſarius, cui facienda reſtitutio in alium
ab eodem iuſſa eſt, ſic omnes actiones accepti & ex-
penſi, quas actiuas & paſsiuas nominant, transfert, ut
nullæ ullo modo apud illum remaneant. commune
dicit Ant.Gomez de teſtam.c.5.nu.5.

518 Fideicommiſſarius, qui fideicommiſſum in uita re
ſtituit, non reſtituere, ſed donare dici ac duci debet.
cōmune inquit Rhoderi.Soarez in l.quoniā in prio-
ribus, fol.3.col.1.C.de inoffi.teſtam.

519 Fideicommiſſarius tunc duntaxat detrahendæ tre
bellianæ ius habet, cum illam hæres antea non detra
xit.commune ait Soc.& qui eum refert Ioan.Dilect.
de art.teſtan.tit.5.caut.8.

520 Fideicommiſſarius uniuerſalis etiam non citatus
lata contra hæredes ſententia læditur.commune aſſe
rit Rip.in l.filiusfam.§.diui.num.59. ff.de leg.1.pro-
bant Paul.& Alex.nume.2. in l. ſi patroni.§.ult.ff.ad
Trebell.Alex.in l.ſæpe nume.15. ff.de re iudic.Dec.
conſ.342.col.ult.

521 Fideicommiſſarius uniuerſalis beneficio inuenta-
rij ab hærede facti uſq; adeo fruitur, ut nec aliud fa-
cere ipſe teneatur, nec opus ſit, ut ei illud hæres ce-
dat. commune eſſantur Alex.in l.centurio col.7.ff.de
uulg.& pupil.Ant.Gomea de teſtam.cap.5.num.12.
522 uer.ſi autem hęres. at ſi inuentarium ab hærede factū
non ſit, quin illud fideicommiſſarius facere poſsit, ut
illius prærogatiuis potiatur, nihil prohibet. cōmune
ait Alex.in l.in ratione.§.quod uulgo col.pen.quæſt.
8.nu.19.ff.ad leg.Falcid.

523 Fideiuſſor in duriorem cauſam cum iureiurando
acceptus inſtar debitoris principalis tenetur, non
amiſſo tamen epiſtolæ Adrian, aut excuſsionis bene-
ficio. ut commune pronunciat Alciat.in ca.cum cō-
tingat.nu.174.de iureiur.

524 Fideiuſſor in pecuniam acceptus, cùm principa-
lis rem debet nullo modo ac nulla uia tenetur.com-
mune ponit Arius Pinel.in diuerſa omnia abiens in
rub.par.1.cap.3.numer.18. cum ſequentib. C. de re-
ſcind.uend.

525 Fideiuſſor de iudicato ſoluendo obnoxius execu-
tioni eſt abſque alio nouo proceſſu, ut commune in-
quiunt Cagnol.in l.nemo alienæ. in fin.ff.de reg.iur.
526 Iul.Clar.in pract.§.ult.q.95.ad fin.princ. at qui fide-
iuſſor ex contractu eſt ſententiæ contra principalem
latæ executioni non item ſubiectus eſt. ut commune
affirmant Imol.in cap.peruenit col.3.de fideiuſſ. Tur
zan.opin.140.

527 Fideiuſſor ex conuentione acceptus ſi fiat non ſol
uēdo, nō poterit idcirco creditor aliū idoneū poſtu-
lare. ut commune teſtatur Alex.conſi.60.colum. ult.
in princ.lib.5.

528 Fideiuſſor in id, quod intereſt, rectè accipitur, cùm
principalis factum debet.commune pono ex Aret.in
l.in illa ſtipulatione in 1, num.3.ff.de uerb.obl. Alex.
in l.ſi inſulam, nume.42. ff.illo eod. tit. Iaſ. in l.non
amplius.§.ult.nume.15. ff.de leg.lib.1.Dec.in l.certi
condictio nume.7.ff.ſi cert.pet.& in cap.s. lect.1.nu.
22.de iudic.

529 Fideiuſſor in maiorem ſummam acceptus nec ul-
lo modo, nec aliqua in quantitate obligatur.commu
ne aiunt Fulgoſ.in l.hactenus.§.1.ff.de conſtit. pecu.
530 Alex.& Iaſ.nu.9.in l.1.§.ſi ſtipulanti.ff. de uerb.obli.
ſed aduerſa opinio, quæ fideiuſſorem in pari ſumma
ipſi debitori obligatum iri cenſet, & uerior mihi uide
tur, & æquè recepta eſt. quippe quia ab ea ſtant Azo
in ſumma de fideiuſſ.nu.7. Cyn. & Alber.in l.ult. C.
de fideiuſſ.Dec.& ad eū Carol.Molin.in l.in eo quod
plus nume.13.ff.de reg.iur.Galeaul.Alciat.Coraſ.&
Duaren.in allegatum.§.ſi ſtipulāti mihi, ac Balduin.
Colla & Stephanus Bodeus in §. fideiuſſores inſti-
tut. de fideius. nos alibi eam uberrimè compro-
bamus.

531 Fideiuſſor cum debitore rectè iureque paciſcetur,
ut pro ea quantitate, quæ debetur, emptum ſibi pi-
gnus ſit, ſi intra certum tempus non liberetur, ac uō
liberatus ipſe ſoluerit. nullusque erit conſequenter
in fideiuſſore locus cōſtitutioni. l.ult.C.de pact.pign.
ut commune inquit ex multis contrarium cordate ip
ſe probans Arius Pinel.in rub.2.par.c.1.nu.31.C.de
reſcind.uend.

532 Fideiuſſor ſoli bona non habens non aliter nec a-
liàs dicetur idoneus quàm ſi pro diuite ſpondet. ut
533 commune dicit Hipp.in rub.num.228. ff. de fideiuſſ.
ut nec qui caſtrum munitiſsimum habet uel alia ra-
tione difficile conueniri poteſt idoneus fideiuſſor du
cetur.ut uerius cum Ang.utque Angeli ſectatoribus
534 in l.2.ff.qui ſatiſd.cogant.pono.quamuis contrarium
commune pronunciet Boer.quæſt.538. colum.pe. &
qui eum laudat Iacob.Menoch.pag.mihi.38. numer.
315.nec item procurator litigioſus aut cauillosus fi-
535 deiuſſor idoneus habebitur. ut receptum ponit Vi-
uius lib.2.opin.112.nec rurſus idoneus fideiuſſor cen
ſebitur qui patrimonium non habuerit, & ſi ſumma
fide dignus habeatur ac uitæ honeſtate excellat. ut
commune pronuncio ex Alb.Soc.numer.3.& alijs in
l.2.ff. qui ſatiſd. cogant. Alex. Aret. & reliquis in l. ſi
quis ſtipulatus.§. ſi quis ita.ff.de uerb. obligat. quid-
quid Iaſ. in l.1.nu.19.ff.qui ſatiſd.cogant.Hippol. in
rub.nume.180.ff.de fideiuſſ.ſcripturiant.

536 Fideiuſſor ordinis uel excuſsionis exceptionem ſo
lum ante litem conteſtatam allegare poteſt. ut com-
mune

mune placitum eſſe arbitratur Raphael Cuman. ad
fin. Soci. nu. 9. Zaſ. nu. 17. in l. 1. ff. de excep. Iaſ. in l. de-
cem nu. 6. ff. de uerb. oblig. Felin. in cap. exceptionem
nu. 42. de exception. Ang. in §. appellatur col. ult. nu.
52. in ſti. de excep. Boer. deciſ. 221. nu. 16. ſed ego con
trarium æquius melius exiſtimo, ac non minus rece-
ptum affirmare auſim. nam id docet gloſſ. in l. 3. ff. de
excep. ad finem, quam illic ſequitur Alb. & Ang. Spe
culat. idem affirmantem laudant: & probant Bal. nu-
me. 3. Salicet. nume. 6. uer. ſed caue. Paul. nu. 3. in l. 2.
C. communia diuid. Benedict. de Plumb. in tract. de
137 diſcuſ. nume. 18. additio ad Iacob. de Aren. in tract. de
excuſsion. nume. 32. Anto. de Trem. in pract. ad Bona
cur. fol. 54. uer. aduerte & antea Paul. Caſtrenſ. in d.
l. decem, nume. 6. & in l. ult. nume. 9. ad finem ff. ſi cer
tum petat. Montan. in ſua pract. capitul. de exceptio.
Aymon Crauet. conſil. 263. nnmer. 5. fauentque ma-
xime iuris rationes, de quibus alibi & latius & op-
portunius.
138 Fideiuſſor indemnitatis (ut doctores loquuntur)
& ſi omnibus fideiuſſorem beneficijs ac legum auxi-
lijs renunciet, non tamen poterit ante principalem
debitorem conueniri. ut commune dogma aſſero in
trepidè ex Bart. & Plat. in l. 1. C. de conueniend. fiſc.
debit. lib. 11. Ang. Alexan. Iaſ. Dec. Alciat. in l. ult. ff ſi
cer. pet. Bal. l. 1. C de ijs quæ in fraud. cred. Salic. in l.
j. C. quod cum eo. Alex. conſi. 29. nu. 22. lib. 7. Rhode
139 ric. Soarez in tit. de los emplalamentos fol. 174. col.
2. amplia ut idem proceſſurum ſit, & ſi huiuſmodi fi
deiuſſor iureiurando ſe obſtrinxerit. ut frequentius re
ceptum arbitror ex Alex. Iaſ. Dec. & Alciat. in allega
tã l. ult. ff. ſi cer. pet. Felin. in cap. ex reſcripto de iure-
iuran. conferunt ea, quæ tradunt Tiraq. in l. ſi unquam
nu. 147. C. de reuoc. dona. Did. à Couarru. in c. quam
140 uis pactum in 1. par. §. 4. de pac. lib. 6. memineriſque
ſemper quod abſque dubio huius generis fideiuſſor
excuſsionis exceptionem poterit opponere poſt litẽ
conteſtatam, & ſi alios fideiuſſorea non poſſe conce-
damus, ut frequenter placitum opinor, ac ueriſſimum
aſſeuero cum Bald. in cap. ex reſcripto de iur. iur. Iaſ.
nu. 1. Alc. nu. 35. in l. ult. ff. ſi cer. pet. Aret. in l. decem
col. 3. Hippo. in rub. nu. 314. ff. de fideiuſſ. qua in re la
bitur Alex. conſi. 29. nu. 24. lib. 4.
141 Fideiuſſor pater ante liberorum executionem, pro
quibus promiſit. aut interuenit, conueniri inſolidum
poteſt. ut commune aiunt Pirrhus in l. 2. C. de decur.
lib. 10. Viuius lib. 3. opi. 239.
142 Fideiuſſor, mercator, uel campſor, conueniri atq;
exigi ante debitoris ipſius executionem poteſt. ut cõ
mune pronunciare non uerebor ex Bal. & Salic. in l.
fruſtra C. de non num. pec. Ang. in §. itẽ ſi quis in frau
dem col. 7. inſti. de actio. Iaſ. in l. ſingularia nu. 39. ff.
ſi cer. pet. Cur. Sen. conſi. 6. Dec. in l. ult. nu. 23. ff. ſi cer
tum pet. Hippol. de fideiuſſ. nu. 8. Caſſan. in conſuetu.
Burgund. rub. 1. §. 5. col. 3. Ant. Gomez de contract. c.
13. nu. 4. uer. quartò limita. Emanuel à Coſta in l. ſi ex
cautione limit. 18. nu. 2. C. de non nume. pecun. quod
placet, & ſi apertè reluctetur text. in Iuſtin. nouella
36. de argentar. contract. §. 1. ſed hac de re uberius
alibi.
143 Fideiuſſor à debitore ſolutionem diu remoranti,
ut ſe ſe fideiuſsione expediat, rectè ac iure exiget, eaq;
144 in ſpecie iudicis arbitratus temporis ſpacium metie-
tur. ut commune inquit Ant. de Trem. in addi. ad Bo-
nacur. in prac. excep. in rub. quib. mod. ſuo no. num. 3.
uer. diu ſtetit. Villalob. in ſua collect.
145 Fideiuſſor ad corporis pœnam propter alterius de
lictum ſubeundam interuenire nequit. ut commune
aiunt Didac. à Couarru. lib. 2. reſolut. cap. 8. nu. 8. Iul.
Cla. in pract. §. ult. q. 49. uer. ſed nunquid.

146 Fideiuſſor non quis inde conſtituetur, quod etiam
apud iudicij acta præſens, gnarus ac tacitus fuerit, cũ
alter illum pro ſe fideiubere diceret, niſi ſi & expreſ-
ſim conſenſerit. commune ait Boer. deciſ. 314. nu. 5.
147 Fideiuſſor de aliquo ſiſtendo totiens, quotiens, ſi
eum requiſitus non ſtiterit, non ſolum ad pœnam fi-
ſco tenebitur, ſed & parti ad id, quod eius intereſt, o-
bligabitur. commune inquiuot Afflict. deciſ. 234. Fal-
ler. in practicæ criminalis fragment. in rub. de fideiuſ.
nu. 260.
148 Fideiuſſor ex remedio l. 2. C. de reſcin. uend. abſq;
dubio iuuari poterit, ut commune ponunt Alex. & Ia
cob. in l. j. C. de fideiuſ. minor.
149 Fideiuſſor ita pauper, ut de ſuo nequeat ſoluere, ne
in carcerem alioquin tradatur, poterit de principalis
debitoris bonis ſoluere. ut frequenter placitum affir-
mat Hip. in rub. nu. 429. ff. de fideiuſ.
150 Fideiuſſor, cum reus principalis ſoluendo eſt, & ip
151 ſe executionis beneficio non renunciauit, & teſtis, &
iudex pro principali eſſe poterit. communia inquit la
tè Viuius lib. 1. opi. 399. poſt iuris utriuſque apprimè
earum Ioan. Ronchegall. in l. reos. nu. 53. ff. de duob.
reis.
152 Fideiuſſor ſimpliciter datus, atque acceptus in pri
ma inſtantia, ſi appellatio interuenerit, & deſerta non
ſit, non amplius in euentum ullum tenebitur. commu
ne ponunt Viuius lib. 2. opi. 98. ac Iul. Clar. in prac. §.
ult q. 45. uer. ſis tamen cautus.
153 Fideiuſſorem dare obligatus, ſi locuples manifeſtè
ſit, ſatisfaciet ſuorum bonorum obligatione. ut com-
mune placitum eſſe conſtat ex Soci. & Iaſ in l. j. ff. qui
ſatiſd. cog. Dec. in l. plus cautionis in ſi. ff. de reg. iur.
Feli. in cap. ad noſtram nu. 10. de iur. iur. & in cap. ad
hæc de ſenten. excommunic. Hipp. in rub. nu. 178. ff.
de fideiuſſ. Palat. Ruu. in repet. Rub. §. 38. nu. 1. de do
na. inter uir. & uxor. contra quos & iur & bonum atq;
æquum eſſe alibi oſtendo. ſed & is, qui fideiuſſorẽ da
154 re promiſit; ſi pignora præſtet, promisſioni ſatisfa-
ciet. ut receptum affirmat Dec. in d. l. plus cautionis,
nu. 3. ex gl. ult. in l. j. ff. qui ſatiſd. cogan. quam ita inibi.
quamuis perperam, doctores communiter poſt Bar.
intelligunt, ac ſequuntur. eritque hęc opinio a fortio-
ri iiſdem authoribus recepta, quibus ſuperior. ſed &
155 ſuperior ut dixi, falſa eſt, atque id ita eſſe efficaciter
oſtendunt Alex. & Aret. in l. diuortio §. interdum ff.
ſol. mat. Aret. rurſum in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ.
§. ult. ff. de uerb. oblig. & hæc ultima opinio falſa etiã
eſt & compluribus improbata. nam contra eam tena
citer contendunt Alex. n. 6. Iaſ. n. 12. d. l. j. ff. qui ſatiſd.
cogan Rip. in rub. nu. 8. ff. de pignor. idem Rip. n. 22.
Alciat. nu. 10. in l. ij. §. mutui datio ff. ſi certum petat.
Cagnol. in d. l. plus cautionis. num. 7. & Neguzant. de
pignor. 5. parte princip. numer. quinto qui, ut dixi, à
fortiori primam quoque opinionem de propriæ fa-
cultatis obligatione, reijciant & confutent, neceſ-
ſe eſt.
156 Fideiuſſorem ſemel promiſſum creditor dimitte-
re, atque alium æquè idoneum accipere cogi poteſt,
commune aiunt Hippol. de fideiuſſ. à nu. 213. Anto.
Gomez de contract. cap. 13. nu. 2. Arius Pinel. in l. ij.
175 par. 2. ca. 1. nu. 23. C. de reſcind uend. at ſi non ſolum.
promiſſus, ſed & datus iam ſit, illum liberare credi-
tor non cogetur, & ſi alius fideiuſſor magis idoneus
offeratur. commune renuncio ex ſuperius laudatis, &
ex Iaſ. in l. ij. nu. 2. ff. ſol. mat. & in l. ſi domus §. ſi fun-
dum nu. 31. ff. de leg. lib. 1. & in l. debitorum nu. 5. C.
pact. ubi etiam Alciat. ac Matth. de Afflict. lib. 3. con-
ſti. rub. 15. nu. 5. Cagnol. in l. plus cautionis nu. 7. ff.
de reg. iur.
158 Fideiuſſorem qui dare uel promiſit, uel tenetur,
non

nou, poteſt eum alio in loco, nec alijs ex hominibus
dare, quàm ubi contraxit, uel promiſit, atque ex eiuſ
dem met loci hominibus. ut commune ponunt Alex.
nu.3. Iaſ. nu.2. & nu.8. in l. ſi fideiuſſor §. ſi neceſſaria
ff. qui ſatiſd. cog. Hip. in rub. nu.307. cum ſequentib.
ff. de fideiuſſ. Affli&. in 2. par. conſti. regni rub.10. nu.
6. & qui eum refert Iul. Clar. in prac. §. ult. q.46. uerſi.
pone quod.

159 Fideiuſſores non impropriè debitorum nomine
comprehenduntur. ut frequenter placitum enunciant
Alex. in l.j. nu.48. ff. ſi cer. pet. Ang. Aret. in §.1. nu.7.
inſti. de oblig. Viuius lib.1. opi.140.

160 Fideiuſſores date ſe non poſſe probabit unuſquiſ-
que ſuomet cum iureiurando: quod receptum inquiūt
Soci. conſi.79. col. uer. tertio confirmatur, & qui eum
laudat Iul. Clar. in prac. §. ulti. quæſt.46. uerſicul. ſed
quomodo.

161 Fideiuſſores ob temporis prorogationem abſque
illorum conſenſu à creditore indultam debitori prin
cipali non liberantur. commune renuncio ex Iaſ. in l.
ſi unus §.1. ff. de pac. & in l. lecta nu.9. ff. ſi cert. pet. &
in l.j. § & poſt operis ff. de nou. ope. nunci. & in l.j. C.
de iudic. atque ex Beroo in cap. de cauſis nu.37. & ſe
quen. de offi. iudic. deleg.

162 Fideiuſſores inſtrumentum publicum, uel priua-
tum de ſolutione oſtendentes, quamuis ipſam ſolutio
nem reapſe planam non faciant, contra debitorē au-
dientur, ac ſummam debiti, pro qua fideiuſſerunt, ab
eo exigent. ut commune, ac magis commune dicunt
Iaſ. in l. duobus §.1. ff. de iureiuran. Feli. in c. ſi cautio,
col. ult. de fide inſtrum. Hip. in rub. nu.265. ff. de fide-
iuſſor. Ant. de Tremo. in addit. ad Bon. in prac. excep.
in rub. quib. mod. ſu. no. nu.39. uer. ſub iudicibus ſecu
laribus, uerb. fallit. & Ant. Gomez de contrac. cap.13.
163 nu.3. Non tamen idem erit ſi fideiuſſores in iudicium
uocati iureiurando ſibi à creditoribus delato ſe li-
berauerunt debitorem non teneri ſimpliciter iuran-
tes. ut eſt Acurt. ſententia in l. duobus §.1. in uer. ſolu
tionis ff. de iureiurando. quę communiter recepta eſt,
ut conſtat ex Alexand. numer.3. Iaſon. numer.5. illic
ex Iaſon. rurſus in §. item ſi quis poſtulante numer.8.
164 inſtitutio. de actio. quamuis Matth. de Affli&. deciſ.
150. nume.35. dicat eam communiter improbari cu-
ius opinio tunc erit admittenda, cum fideiuſſores ſe
ſoluiſſe iurauerint iuxta Alexand. in d. §.1. nu.3. quin
165 præterea fideiuſſores ſemper contra principalem de-
bitorem agere poterunt, ubi creditor confiteatur ſibi
ab illis ſatisfactum eſſe, ut frequenter placitum aſſe-
uerant Matth. de Affli&. deciſ.94. nu.3. Hipp. ubi ſu-
pra, ac latiſsimè Viuius multos in contraria euntes
recenſens lib.1. opin.139. & lib.2. opin.113. atque ita
conſuluit Pau. Caſtrenſ. cōſ.64. lib.1. in nouis & Bar.
atque Alex. quos cum Iaſ. refert Io. Cephal. conſ.101.
nume.5.

166 Fideiuſſores ut à debitore conueniri queant, neceſ-
ſaria eſt iudicis debitorem non ſoluendo eſſe pronun
ciantis ſententia: nec in actis poſita nuncij delatio ad
id ſufficiet. cōmune dicit Iaſ. in l. ſtipulatio. §. habet
autem. num.7. ff. de nou. oper. nunciat.

167 Fideiuſſores indemnitatis, hoc eſt qui ſe ſe obligāt,
ad id quod creditor à debitore ſeruare nequierit, eo
ipſo liberabuntur, quod probabūt creditorem in cul
pa, ac negligentia fuiſſe, quo minus debitum ſuum exi
geret, ac præſertim ſi etiam ab illis ad id fuit præmo
168 nitus ac requiſitus. at fideiuſſores cæteri qui ſe hodie
ſimplici fideiuſſione obſtrinxerint, ſi etiam executio-
nis ordini renunciarint, nec præmonitionibus, nec in
terpelationibus culpæ, & negligentiæ creditoris ad-
169 iunctis quidquam ad ſe liberandum efficient, ſi uero
nō item executionis beneficio renunciauerint, ſed tan

tum ſimpliciter fideiuſſerint, & deſidem ac negligen-
tem creditorem præmonuerint, ac requiſierint, ut de
bitum ſuum exigeret, liberabuntur, ſi non requiſierint
quantumcunque piger, ac negligens in debito ſeruan
do creditor proponatur, non item liberabuntur. ut
communia ponit, ac meritò ualde commendat meus
olim iuris doctor Ant. Gomez de contract. cap.13. nu
mer.9.

170 Fideiuſſores qui in ius uocati non fuerunt, princi-
palis debitoris actis non læduntur. commune dicit
171 Rip. in l. apud quem nu.34. C. de eden. ut nec quouis
periculo ex fortuitis caſibus prouenienti offenden-
tur. commune ponit Alex. conſi.365. col. ult. lib.2.

172 Fideiuſſores, qui pro aliquo abſente aut ignorante
fideiuſſerunt, actione negociorum geſtorum, quod ſol
uerint, recuperabunt, qui uerò pro aliquo inuito aut
173 contradicente fideiuſſerint, nullam omnino actionem
ad id, quod de ſuo ſoluerint, conſequendum habent.
commune ponit Anton. Gomez de contract. cap.13.
nu.11. ex glo. Odofred. Bar. Bal. Ang. & Salic. in l. ul
ti. C. de negoc. geſt. atque alijs alibi.

174 Fideiuſſores conuentos principalis debitor poterit
defendere, & ob id quod eius intereſt, exceptiones
etiam eas proponere, quæ fideiuſſoribus non commu
nicantur. ut commune pono ex ijs, quæ latè atque ele
ganter ſcribit meus & iuris doctor & alter parens
Arius Pinel. in l.2. par.2. cap.3. num.44. C. de reſcind.
uendit.

175 Fideiuſſores, qui ſe euictionis nomine obligaue-
rint, aut nullam moleſtiam illatum iri alicuius rei em
ptori ſub pœna promiſerint, nullam pœnam omni-
no incurrent ſi contractus & oppugnatus & reſciſſus
176 fuerit remedio l.2. C. de reſcind. uendi. & ſi illam in-
curſuri ſint, ſi contractus & remedio reſtitutionis in
integrum ratione ætatis, aut aliquo alio ſpeciali bene
ficio impugnatus ſit. ut frequenter placita ponit inſi
gnis Pinelus ad illam eandem l.2. par.2. cap.3. n.43.
cum ſeq.

177 Fides, quam priuatus hoſti dedit, ſeruanda neceſſa
riò non eſt. commune ait Zaſ. relatus à Did. à Couar-
ru. in contrarium, cum rei publicæ damnum non uer
titur, bono exemplo abiens in tract. de ſponſal.2. par.
cap.3. §.4. nu.14. cum præced. quam in rem nos alibi
multas hincinde authoritates colligimus, multa ex
præclaris rei Romanæ monumentis exempla aduo-
camus.

178 Fidem, quæ à iudicibus de impunitate reis idcirco
datur, quo facilius ac luculentius flagitiorum ueritas
innoteſcat, ſeruari non eſt neceſſe, & ſi ordinarius pœ
nis locus tunc nullus ſit. commune aiunt latè & elegā
ter id pertractantes Ant. Gomez de delict. c.12. nu.6.
& nu.7. Did. à Couarru. lib.1. reſolut. cap.2. nu.16. Iul.
Clar. in ſua pract. crimin. §. ult. quæſt.55. uer. circa ſe-
cundum. & uide quæ latius infra obſeruamus uerſic.
Iudices.

179 Filius ex eo quis probabitur quòd inſtar filij à pa-
rentibus tractatus fuerit, ſiue poſſeſſorio iudicio ſiue
petitorio agatur. commune ponunt Dec. conſi.54. co.
3. Boſſius in pract. crimin. in tit. de par. ſuppoſ. nu.9.
nu.11. & 27. cum ſequentib. & qui illud uerè ac præ-
clarè conſtringit Did. à Couarru. de ſponſal.2. par. c.
180 8. nume.6. quamuis Alciat. & alij aliud receptum per
peram aſſeruerint, quorum de errore alicubi co-
pioſius.

181 Filius non ſe filium à ſola nominatione efficaciter
probabit, niſi ſi adminicula etiam alia accedant. ut cō
mune inquiunt Dec. in cap. per tuas col.3. de probat.
Did. à Couarru. de ſponſal.2. par. cap.8. §.3. nu.7. Duē
nas reg.342.

182 Filius nec probabitur, nec præſumetur adulteri-
nus,

nus, inceſtuoſus, uel illegitimus ex matris aſſertione
in ipſius mortis crepuſculo uel ipſi filio, uel alijs circũ
ſtantibus facta. ut commune affirmant Boer. q.299.
183 col.5.par.2. Turzan.opi.150.quin nec idcirco illegiti
mus cenſebitur quòd mater adulterij conuicta fuerit,
niſi illud liquidò aliunde probetur. commune aſſeue-
rat Did. à Couarru.in tract.de ſponſal.2.par.cap.8.§.
3.nu.8.

184 Filius à domo patris alibi ſumptus eidem ſuggere
re uolentis propelli non poteſt. ut commune renun-
cio ex Paul.& Iaſ.num.6.in l.quidam cum filius.ff.de
185 uerb.oblig.ſi tamen filius ipſe alibi habitare uelit, ac
pater nolit, non aliter alimenta conſequetur, quàm ſi
patri aſſenſus uel ſuis in gratijs in eius domo habitet.
commune effatur Arius Pinel.in l.1.part.1.nu.53.&
ſeq.C.de bon.mater.

186 Filius inuito patre atque ad expenſas obligato ope
ram litis nauabit.ut frequenter placitum affirmare au
ſim ex Felin.in cap.2.de magiſt.Bald.Nouell.de dote
part.6.priuil.46.in prin.Rebuf.de priuil.ſcho.priuil.
53.& ex ijs, quos ipſi laudant.

187 Filius contra alienata à patre admittetur, atque il-
la reuocabit, niſi probentur uere ex non gratuito con
tractu alienata: nec quidquam ea in re patris aſſeuera
tio etiam iureiurando circunſepta proderit. ut com-
mune pono ex Iaſ.in l.1.col.1.ff. de eo per quem fact.
erit.& in l.ſi arrogator.nu.25.ff.de adoptio.& in au-
th.unde ſi parens C.de inof.teſtam.atque ex alijs cõ-
pluribus, quos laudat Tiraq.de retract.lign.§ 1.gloſ.
188 18.nu.8. at contra illa, quæ contractu non gratuito
alienata proponuntur, nulla uia, ac nulla ratione ad-
mittetur.commune aiunt latè gloſſ.tertia.nume.81.
Did. à Couarru. in capitul. Raynutius §. 10. nume.
9.de teſtamen. Arius Pinel. in l.prima. parte tertia.
189 numer.76. C. de bon.mater. amplia commemorabi-
liter ut idem prorſus ius futurum ſit quamuis pater in
fraudem alienauerit, & emptor fraudis particeps fue
rit, ſi modo precium uerè numeratum oſtendatur. ut
commune aio ex Iaſ.in d.l.ſi arrogator num.23.ff.de
adoption. Rub. in l.Titia §. Imperator numer.33.ff.
de legib. libro ſecundo. atque Ario Pinelo ubi
ſupra.

190 Filius qui patris conſentientis negocia geſſit, patre
mortuo rationem geſtorum reddere fratribus coge-
tur. ut frequenter placitum renuncio ex Dec. conſil.
255.& conſi.469. Hip.ſing.493. atque ex aliquã mul-
tis alijs, quos laudat multum laudandus Pinel. in l.1.
par.2.nu.39.C.de bon.mater.

191 Filiusfam.teſtamenti faciendi ius non conſequitur
quod eius pater in hoſtium manum ac poteſtatem re
dactus ſit.ut receptum aſſero ex Ang. in l.ulti. C. de
ſent.paſſ. Corn.conſi.204.nu.pen.lib.4.Alexã.nu.10.
Iaſ.nu.9.in l.lex Cornelia ff.de uulg.& pup.Imol.col.
8.uer.& plus dicit.Iaſ.nu.243.Ioan.Crot.num.18.&
num.19. in l.ſi quis pro emptore ff. de uſucapion. &
192 idem teſtatur ex alijs Viuius lib.1.opi.121.exemptus
tamen patriæ poteſtatis uinculis ducitur. ut commu-
ne ait, contrarium ipſe probans Eman. à Coſta in l.
Gallus §.& quid ſi tantum 2.par.pag.57.nu.94.ff. de
lib.& poſth.

193 Filiusfamilias patri, cuius authoritas requiritur, do
nare mortis cauſa nequit.ut commune efferunt Cor.
conſi.294.lib.1. Ioan.Duran. de arte teſtand. caut. 1.
nu.4.ac lariſſimè Iul.Cla.de dona.quæſt.6.uer.quæ-
ro etiam, ubi multos contrarium non de nihilo aſſe-
194 rentes citat.Nec item generaliter, ac regulariter alia
alij donare poterit, quàm quæ pleno iure ipſe poſſi-
deat. commune inquit Crauet.conſi.84.nu.9.& con-
195 ſil.92.num.1. ſed & hæc, quæ pleno iure poſſidet, non
aliter cuiquam cauſa mortis donare poterit, quàm ſi
pater conſentiat. ut commune eſſe literis tradide-
runt Rob.conſil.46.numer.2.Socin.conſil.172.lib.2.
& Vberius Iulius Clarus de donatio.quæſtio.6. uer.
aut uerò quæris. quamuis contrarium iure probabi-
196 lius ſit, ut alibi luculenter oſtendo. non autem ſuf-
ficiet tacitus patris conſenſus (ſi doctores ſequamur)
ſed expreſſo opus erit. ut frequenter placitum co-
pioſe inquit Tiraq.de legibus connubial.gloſſ.7.nu-
mer.9.

197 Filiusfam.ſi teſtamento (quod patris uoluntate cõ
didit) aliquid alicui relinquat, & clauſulam codicil-
larem ſubiungat, atque ille, cui illud relinquit, uel ex-
preſſim teſtamenti tempore relictum agnouerit, uel
ſaltem præſens fuerit, ſuſtinebitur relictum illud tan
198 quam mortis cauſa donatio: ſi uerò nec agnouerit,
nec præſens fuerit nullius ponderis momentiq; erit.
ut commune inquiunt Soci.conſ.125.lib.3. Iul.Clar.
de dona.quæſt.ad finem.

199 Filiusfam.nec patre conſentiente de ijs bonis teſta
ri poteſt, quorum dominium atque uſusfructus plenè
ad ipſum ſpectat.ut commune pono infra uer.teſtari,
200 poterit tamen abſque dubio tunc de huiuſmodi bo-
nis teſtamentum exarare, cum ad pias cauſas illud fa
ciet.ut receptum aiunt Vaſq. de ſucceſſ. lib.1.tit.qui
teſtari poſſ.§.1.nume.50.latè Viuius lib.1.opin.121.
col.2.latius Iul.Clar.de teſtam.quæſt.5.uer.ſed nun-
quid filiusfam.

201 Filiusfam. nõn magis poteſt legare patre conſen-
tiente, quàm teſtari. ut commune affirmant Iaſ. in l.
ſenium nu.8.C.qui teſtam.facer.poſſ. Gomez in cap.
ſi pater col.1. de teſtam. lib.6. Viuius cum alijs lib.1.
202 opi.121.col.4.ad inter uiuos de bonis, quorum uſuſ-
fructus patri non quæritur, pro animi ſui ſententia iu-
re diſponet.ut frequenter placitum renunciat Aymõ
Crauet.conſi.80.nu.9 & conſi.92.nu.1.ac Viuius lib.
1.opi.121.col.4.

203 Filiusfam.patrem bona diſſipantem compellet. ut
eam bonorum partem, quæ ſuis alimentis par ſit, quæ
que debitæ ſibi portioni conueniat, reponat, ac ſegre
get.ut communius ait ac rectè exponit doctor meus
Arius Pinelus in l.1.par.3.nu.76.de bon.mater.

204 Filiusfam. abſque parentum conſenſu matrimo-
nium iure Pontificum ualiturum contrahet, & ſi Cæ-
ſarum leges refragentur.commune aſſerũt Curt.Iun.
conſi.136.num.3. Emanuel à Coſta non pœnitendus
mihi iuris doctor in l.cum tale §. ſi arbitratu amplia.
9.nu.5.ff.de condi.& demon.Did.à Couarru.in trac.
de ſponſa.2. par.cap.3.§.8.nu.1.& nu.2.ac Viuius li.
1.opi.124.

205 Filiusfam.ut alterius procurator, tutor, uel curator
iudicio ſupereſſe abſque ſui parentis conſenſu ritè re
ctéque poteſt. ut frequenter placitum enunciant An
to.de Tremo.in pract.excep.in rub.quib.mo.ſun no.
nu.14.uer.ſine conſenſu patris. Villalob.in ſua colle-
cta.& Viuius lib.1.opi.122.

206 Filiusfamil. ſi debitum ſoluerit, contra quod S.C.
Macedoniani exceptio illi competebat, eam ad ſolu-
tionem facti errore ductus fuerit, in debiti condictio
ne id omne repetet, quod ſoluit.ut commune renun-
cio ex Alex.in l.qui exceptionem.ff.de condic.indeb.
& in l.filiusfam.ff.ſi cert.peta.tametſi contrarium ue-
rius alibi oſtendam.

207 Filiusfami.ſi patris debitum ſoluat non præſume-
tur in dubio id animo donandi feciſſe. ut frequenter
placitum ait Turzan.opi.89.

208 Filiusfam.quidquid patris occaſione, ac parte ſciẽ
te agit, de illius uoluntate egiſſe creditur. commune
pronunciant Cur.Sen.conſil.41.nume.7.Iul.Clar. in
pract.§.ult.quæſtione.86. uerſic. ſecundò infertur ad
finem.

Filius

209 Filiusfam. monaſterium ingreſſus à patriæ poteſta
tis uinculis eximitur. ut frequenter placitum aiunt
Iaſ. in l. in pupillari. nu. 9. de uulg. & pup. Anto. Go-
mez de teſtam. cap. 3. num. 20. ad fi. Arius Pinel. in l. j.
par. 1. nu. 46. C. de bon. mater. quod alibi cum nõ nul
lis in ordinem redigimus.
210 Filiusfam. generaliter ac regulariter ex omnibus
contractibus à ſe geſtis præterquam ex mutuo, effica
citer obligatur, ac ni ſoluerit, in carcerem detrudi, ut
quiuis alius, poteſt. commune ait latè & extricatè
meus iuris doctor Ant. Gomez de contrac. c. ult. nu.
11. cum ſequentib.
211 Filiusfam. patris ſui curator non minus rationes
reddere cogetur, quàm quiuis alius extraneus, qui eo
officio fungetur. commune ponit poſt Firmian. de
epiſc. nu. 64. præclarus iuris anteceſſor Arius Pinelus
in l. j. par. 2. nu. 39. C. de bon. mater.
212 Filiusfam. de caſtrenſi peculio ſine patris conſen-
ſu aget, de aduentitio, ſi præſens in iudicio pater ſit, il
lius uel inuiti conſenſum habet. at ſi ab urbis finibus
pater abſit, ante illius reditum, atque ante illius uel
expreſſum uel tacitum conſenſum non poterit litem
conteſtari. ut frequenter placitum ſcribit Ant. de Tre
mor. in addi. ad Bonac. in prac. excep. in rub. quibus
mod. ſuo. nu. num. 3. uer. generaliter. Villalob. in ſua
collecta.
213 Filiusfam. ſolus atque ignorante patre hæredita-
tem, qua ipſe ab alio cohoneſtatus eſt, adire poteſt. cõ
mune dicit Iaſ. in l. bonorum num. 17. C. qui admitti.
214 quam ſi repudiet, ſubſtituto cuiuis alij præferetur ip
ſius pater. commune inquit Rip. in l. j. numer. 142. ff.
de uulg.
215 Filius ſuus hæres pro hærede non uſucapiet. ut cõ
mune aiunt complures, quos diligenter congerunt,
ac diligentius refutant Ant. Gomez de teſtam. cap. 3.
nu. 20. & cap. 10. num. 19. atque Arius Pinelus in ru-
bric. 2. par. pag. 24 col. 2. cum ſequentib. C. de bon.
mater.
216 Filius & ſi iuſta exhæredationis cauſa nuncupatim
expreſſa prætereatur, teſtamentum nihilominus nul-
lum prorſus erit, quia ſcilicet uerum eſt eum nec eſſe
inſtitutum, nec exhæredatum. ut commune conſtituo
ex Iaſ. in l. ſicut. nu. 1. C. de teſtamen. milit. & in auth.
ex cauſa col. 3. C. de lib. præt. & in l. in arenam C. de
inoffi. teſtam. & ex accuratis nomenclatoribus Gu-
liel. in cap. Raynutius uer. in eodem teſtamento in 2.
nu. 46. de teſtam. Did. à Couarru. ad illud idem cap.
Raynutius nu. 1. Anto. Gomez de teſtam. cap. 11. nu-
me. 2. Eman. à Coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tantum
217 par. 3. nume. 164. ff. de lib. & poſthum. reddit autem
hæc & quæuis alia filij præteritio ſic teſtamentum
nullum, ut opus non ſit illud nullum dici. ut commu-
ne pono ex Alexan. conſi. 27. num. 1. & 3. lib. 6. Iaſ. in
l. poſthumo nato à nume. 23. C. de bon. poſſeſſ. contra
tab. Guliel. in d. cap. Raynutius uer. in eodem teſta-
mento in 1. nume. 96. Boer. deciſ. 95. & ex ijs, quos ſu
perius laudaui, atque inferius laudo uerſicul. præ-
teritio.
218 Filius non idcirco inſtitutus cenſetur quominus te
ſtamentum euertatur, quod eius pater illud teſtamen
tum condens Titium hæredem inſtituit, ſi hic ipſum
filius hæres eſſe noluiſſet, ſed perinde ac ſi huiuſmodi
filius præteritus omnino fuerit, quæcunque teſtamen
to clauduntur inania ſunt. commune inquiunt Are. in
l. j. col. 3. ff. de uulg. & pup. idem Aret. & Alex. ac Iaſ.
in l. Gallus in prin. ff. de lib. & poſth. ijdem in l. ſi quis
§. ult. ff. de uulg. & pup.
219 Filius ſi aliqua in re certa tantum inſtituatur, teſta-
mentum ualidum ac ratum erit. ut commune aſſero
ex Paul nu. 3. & nu. 4. Iaſ. nu. 15. Fabian. nu. 159. ac re
liquis interpretibus in auth. nouiſſima. C. de inof. te-
ſta. Paulo Pico in l. in quartam nu 6. ff. ad leg. Falci.
atque alijs alibi paſſim.
220 Filius ſub conditione ex aſſe inſtitutus, ſi ſubſtitu-
tum in conditionis defectum non habeat, expuncta
221 ſtatim conditione omnia bona conſequitur: ſed ſi uel
ſubſtitutum, uel cohæredem habeat, circunducetur
conditio quo ad legitimam ipſius portionem, & quo
222 ad reliqua alia hæreditatis bona expectabitur. tan-
demque ſi conditio defecerit, bona cætera uel ad ſub
ſtitutũ inſolidum peruenient, uel ad cohæredem pro
parte ex iure accreſcendi ſpectabunt ſin conditio im-
plebitur, bonis omnibus filius potietur. ut frequen-
ter placita latè atteſtatur Anton. Gomez de teſtam.
cap. 9. num. 49. uerſi. quod tamen limita. & cap. 11. nu
mer. 32.
223 Filius, cui onus reſtituendę hęreditatis iniungitur,
& legitimam ſui ipſius portionem, & iuſtam S. C.
trebelleani quartam corradet. ut commune effatum
pronunciat Curt. Iun. conſi. 160. nume. 1 Villalob. in
ſua collect. teſtantur que idem alij, quos inferius re-
fero.
224 Filius, qui patris hæres eſt, bona ſua aduentitia uel
materna ab eodem patre alienata non poterit uindi
care, aut aliquo modo reuocare. commune ponit ele
gãter illud exponens quonam modo, quaque fini
intelligendum ſit, uir elegantis ingenij ac maturi iu
dicij Arius Pinelus in l. j. par. 2. numer. 79. C. de bon.
mater.
225 Filius non idcirco hæreditatem paternam agnouiſ
ſe cenſetur, quod pacem cum ipſius patris offenſore
inierit, & ſi auctoramẽtum aliquod inde nactus ſit. ut
receptum aiunt Ant. de Padilla in l. tranſigere n. 63.
226 C. de tranſact. Iul. Clar. in pract. §. ult. q. 58. uerſic. ſed
hic. nec enim neceſſe eſt ut patris hæreditatem agno-
ſcendo adeat, ut pacem cum illius offenſoribus poſſit
facere. quemadmodum frequenter placitum affirmat
Boer. deciſ. 121. nu. 4. Iul. Cla. in laudata quæſtio. 58.
uer. quæro nunc.
227 Filius nec quæ caſu aliquo nactus eſt, nec ea, quæ
ſua ſibi opera atque induſtria peperit, fratribus con-
feret. ut receptum ait Segur. in l. j §. ſi uir. nu. 69. ff. de
228 acq. poſſ. nec item illa alicui communicabit, aut con-
feret, quæ ex delicto comparauit, ueluti ex ludo aut
ex uſuris pecunia etiam paterna collectis. commune
inquiũt Claud. Aquenſ. in l. quod ſeruus ff. de acquir.
229 poſſeſſ. latè Viuius lib. 1. opi. 136. col. 2. ſed nec etiam
conferet libros ſibi à patre donatos, uel quæ in aſſe-
230 quenda doctoris dignitate conſumpſit, uel quæ ſi-
militer in equis, & re militari poſuit. ut latè ponit
communia Viuius lib. 2. opin. 126. quæ tamen ab ijs
pendent, quæ ſuperius de donatione ſtudij cauſa fa-
cta dixi.
231 Filius quæ ex paternis pecunijs ad negociandum
conceſſis quæſiuit, pro dimidiata parte ſibi in integre
retinet, pro altera dimidiata cæteris fratribus cõfert.
ut commune ponunt Rom. conſ. 469. Beltra. cõſ. 303.
lib. 3. ac Viu. uaria doctorum dogmata hac in re recẽ
232 ſens, & hoc tandem magis commune aſſeuerans lib.
1. opi. 136. idemque erit ſi ambigetur num illa filius
ſuamet induſtria quæſierit, num ex pecunia paterna
comparauerit. commune pronunciat Segur. in l. j. §. ſi
uir uxori. nu. 69. ff. de acq. poſ.
233 Filius ad iuſtæ portionis expletionem aget condi-
234 ctione ex lege. ut commune ait Anto. Rub. conſ. 115
agetque non ſolum contra uniuerſalem hæredem, ſed
& contra legatarios omnes pro uniuſcuiuſque rata
ut receptum pronunciant Corn. conſi. 148. lib. 4. Vi
uius lib. 1. opi. 133.
235 Filius de parentum hæreditate agens de lucro com

parando agere, non de damno declinando contende-
re cenſetur. commune dicit Aret. in l. Titia col. 3. ad
236 fin. ff. de uerbo. oblig. & ſi tum diuino, tum naturali,
tum humano iure debita illi paterna hæreditas exi-
ſtimetur. ut receptum ait Ant. Gomez de teſtam. cap.
1. nume. 2.
237 Filius & ſi inuentarium non confecerit, nihil pror
ſus de legitima ſui ipſius portione periclitabitur. com
mune ponunt Guid. Pap. deciſ. 63. Calcan. conſil. 36.
238 Ioan. Duran. de art. teſtan. titul. 5. caut. 27. non tamen
quartam Trebellianicam conſequetur. ut frequenter
placitum enunciant Corn. conſi. 164. col. 4. li. 3. Dec.
conſi. 481. nu. 16.
239 Filius in fideicom. parentis locum non uindicat,
ut nec in cæteris hominum diſpoſitionibus, quod fre
quenter interpretibus placuiſſe miſerunt in literas
Alex. conſi. 26. lib. 3. Dec. conſi. 1. & conſi. 217. & con
240 ſil. 480. nu. 10. Ioan. Duran. de art. teſtan. ti. 5. caut. 27.
& ſi mihi magis illorum opinio probetur, qui frequē
tius item in omnia diuerſa aſſerunt. è quorum nu. Iaſ.
conſi. 158. lib. 2. Bellon. conſi. 10. nu. 2.
241 Filius delictorum à ſe ipſo patratorum damnatus,
ut ſe à uitæ, honoris ve diſcrimine expediat, non pote
rit res reſtitutioni ſubiectas alienare. ut cōmune aiūt
Iaſ. in auth. res quæ, nu. 20. C. commu. de leg. Arius Pi
nelus in diuerſa humanè tranſiens ad auth. niſi triceo
nale nu. 46. C. de bon. mater.
242 Filius & uiuo patre, a cuius morte ad illius digni-
tatem aſpiraturus eſt comes, dux, & princeps, appella
ri poteſt. commune ait Ant. Gomez de teſtam. cap. 1.
num. 5.
243 Filius emancipatus ſi à patre ſine cauſa præterea-
tur iure nouo teſtamentum nullum dicit. ut frequen-
ter placitum renunciant Pau. nu. 7. Corn. nu. 29. Iaſ.
nu. 18. in auth. ex cauſa. C. de lib. præt. Imol. col. 13. in
l. filio præterito ff. de iniuſt. rup. Iaſ. lect. 1. numer. 55.
Emanuel a Coſta par. 3. nu. 164. ad §. & quid ſi tantū
l. Gallus ff. de lib. & poſth. Anto. Gomez de teſta. ca-
244 pit. 11. num. 34. & ſi contrariam opinionem, quæ emā
cipato tantum hodieque bonorum poſſeſſionem con
tra tabulas defert, neſcio quo ductus ſpiritu commu-
nem affirmet Porc. in §. ult. numer. 11. inſtit. de bon.
poſſeſſ. at ſi iuſtam ob cauſam filius emancipatus præ-
tereatur, auxilio tantum ipſi erit illa bonorum poſ-
ſeſſio contra tabulas. ut receptum ait uir & ingenio-
ſus & laborioſus Emanuel à Coſta in dicto §. & quid
ſi tantum, parte tertia numero 245. uerſicul. quinta &
ultima.
246 Filius emancipatus ritè a parente exhæredatus ſi
contra paternas tabulas inofficioſi querela uti uelit,
bonorum poſſeſſionem litis agnoſcendæ gratia & ho
die prius petat, neceſſe eſt. commune pono ex Ang.
de Perigl. in relect. l. in ſuis nu. 52. ff. de lib. & poſth.
Alex. nu. 8. Corn. in fi. ad l. certum. C. unde legi. Corn.
rurſus in auth. ex cauſa nu. 30. C. de lib. præt. Iaſ. in l.
2. nume. 8. C. de inoffi. teſtamen. Lancel. Galeaul. in l.
Gallus §. & quid ſi tantum nume. 49. ff. de lib. & poſt-
hum. à quo tamen recepto dogmate aliquando mul-
ti merito defecerunt, ut alibi commodius oſtendo.
247 Filius emancipatus ab inteſtato ad ſuorum ſimili-
tudinem hodie ſuccedet, & ſi nec ſuus ſit, nec eius fi-
lij, qui ſuus eſt, prærogatiuas ac dignitatem obtineat.
commune dicit Eman. a Coſta in l. Gallus §. & quid ſi
tantum par. 3. numer. 208. cum ſequentib. ff. de lib. &
poſthum.
248 Filij inſtitutio hodierno iure conditionibus à caſu
tantum, uel à caſu ſimul & poteſtate ſuſpenſis non of-
fenditur, & ſi iure antiquo offenderetur: ſed illis om-
nino deletis pura perſtat. ut frequenter placitum re-
nuncio ex Paul. in l. ſuus quoque columna 2. ff. de
hæredib. inſtituend. Dec. columna penul. Iacob. nu-
mer. 14. Lancel. in finem ad l. ſi pater. C. de conditio.
inſtit. Guliel. in cap. Raynutius. uerſi. reliquit. numer.
28. de teſtamen. Rhoderic. Soarez in l. quoniam in
prioribus, ampliat. 1. C. de inoffi. teſtam. & idem cō-
mune ponunt latius de materia agentes Iulius Cla-
249 rus de teſtamen. quæſt. 39. Viuius lib. 1. opinio. 205.
at turpes conditiones perinde hodie atque olim fi-
lij inſtitutionem depopulantur, ac prorſus labefa-
ctant. commune inquiunt Alberi. in l. ſi pater. nu-
me. 193. C. de condi. inſti. Guliel. in capit. Raynutius
uerſic. reliquit. numer. 33. de teſtamen. ac magis com-
mune effatur Emanuel à Coſta in l. Gallus §. & quid
ſi tantum parte 3. pag. 113. nume. 206. ff. de liberis &
poſthumis.
250 Filij inſtitutio ſi ſpeciali conuitio dehoneſtetur,
nulla eſt nullumque teſtamentum facit, ut commune
pronunciat in diuerſa omnia rectè abiens Emanuel
à Coſta lib. 1. ſelect. interpret. c. 3. nume. 7. & num. 8.
251 in quæ iam antea receſſerant Cuman. in l. quotiens
§. ſi quis hæres ff. de hæred. inſtit. & in l. turpia. nume.
3. ff. de leg. lib. 1. Soci. in l. iij. in prin. ff. de lib. & poſt-
hu. ac uir acuti ingenij Texera in l. Paulus 2. col. 4. ff.
de reb. dub.
252 Filij exhæredatio quando teſtamentum euertat,
quando ſecus uide ſupra uer. exhæredatio.
253 Filio legitima portio inſtitutionis titulo relinqui
omnino debet. commune aiunt Iaſ. in auth. noniſſima
col. 1. C. de inoffi. teſtam. Did. à Couarru. in cap. Ray
nutius in prin. nume. 1. de teſtam. Ant. Gomez de te-
ſtam. cap. 10. num. 1. uerſi. quod 1. extende. & cap. 24.
254 in fi. Viuius lib. 1. opin. 127. amplia ut idem iuris ſit,
quamuis teſtamentum inter liberos condatur, com-
mune affirmat Bertrand. conſi. 19. col. 1. lib. 6. Ioan.
Dilect. de art. teſtan. tit. 3. caut. 1. num. 7. latius Iulius
255 Clar. de teſtam. q. 38. intellige tamen ut non tota por
tio legitima inſtitutionis titulo relinqui neceſſario de
beat, ſed certam aliquam rem ſic relinqui ſatis ſuper
que futurum ſit. ut ſupra nume. 219. frequenter pla-
citum retuli.
256 Filiofam. hodieque à matre legitima portio relin-
qui poterit ſub conditione, ſi è manu patris mittatur,
ac ſui iuris fiat, & nihil ex bonis ipſi relictis pater eius
conſequatur. commūne aiunt Salic. in l. filijs matrem
in fi. C. de inof. teſtam. Boer. deciſ. 194. Io. Dilect. de
257 art. teſtan. tit. de leg. caut. 16. quamuis contrarium ue-
rius, & receptius arbitrentur Eman. à Coſta in l. Gal-
lus §. & quid ſi tantum par. ultim. numer. 8. ff. de lib. &
258 poſth. Anto. Gomez de teſtam. capitul. 11. nume. 27.
quin & exhæredari filius à matre poterit, ne ad eius
patrem diſſipatorem uſusfructus bonorum perue-
niat, dummodo inſtituatur is qui filio iam ſui iuris fa
cto bona illa reſtituat. ut commune aſſerit Guliel. in
cap. Raynutius uer. in eodem teſtamento in 2. nu. 27.
de teſtam.
259 Filiofam. quidquid à patre ob merita datur, eate-
nus ualet, quatenus meritis non præponderatur. com-
mune aio ex Alex. in l. ſi donatione nu. 4. C. de colla.
Iaſ. & Dec. nume. 17. in l. petens C. de pact. Caſſan. in
conſue. Burgund. rub. 7. §. 5. num. 49. Tiraq. in l. ſi un-
quam uer. donatione numer. 71. & nume. 72. C. de re-
uoc. dona. Cagnol. in l. 2. num. 196. C. de reſcind. uen-
di. atque ex alijs, quos ſupra retuli uer. donatio, ubi
obſeruata uide.
260 Filij, qui ſe legitimos nondum mota lite aliqua pro
nunciari petunt, non temere audiri debent. ut frequē-
ter placitum inquit Did. à Couarru. in trac. de ſpon-
261 ſal. 2. par. cap. 8. §. 3. num. 2. cenſebuntur autem præ-
iudicato legitimi ex coniuncta uiuorum parentum
cohabitatione. ut commune pronunciat idem Did.
à Couarru.

à Couarru.eadem 2.part.cap.1.nu.5.
262 Filij non ideo inſtituti,aut uocati cẽſentur, quod
in conditione ponantur.commune dicunt Gui.Pap.
deciſ.39.Cur.Iun.cõſ.98.nu.1.& uide quæ ſuperius
obſeruaui uer.conditione comprehenſi.
263 Filij ſi ex capite unde liberi , uel unde agnati ob
triginta annorum pręſcriptionem à patris hæredita-
te repellantur, ad eandem nihilominus ex capite un-
de legitimi admittentur.commune aiunt , ac meritò
refellunt Alciat.lib.3.parad.cap.4.Vigl.in §.ult. ou.
4.inſtit.de exhęred.lib.
264 Filij ſeu fam.ſeu là è patris manu miſsi,ſi ſine cau-
ſa à matre prætereantur , iure,quo utimur, teſtamen
tum illius nullum dicunt. ut commune renuncio ex
Corn.in l.3.nu.30.C.de iur.delib. Ang.in §.1. inſtit.
de inoff.teſt.Did.à Couarru.in c.Rainutius in prin.
nu. 3.& nu.4.de teſta. Vigl.in §.mater uel auus nu.1.
ad fin.inſti.de exhæredat.liber.Anton. Gomez de te
265 ſtamen.cap.11.nu.34.& ſi ab hoc communiter placi
to non malè deſciuiſſe uideantur Imo.in l.1.col.2.ff.
de teſtamen.Vigl.& Eguinar.Baro in adducto §. ma
ter uel auus:idem Vigl.in rub.nu.4.inſtit.de inoffic.
teſt.Did.à Couarru.in reg.poſſeſſor.2.part.§.5.col.
6.uer.præſertim,de reg.iur.lib.6.
266 Filij ante delictum etiam læſę maieſtatis à parenti
bus conſtatum uel nati,uel concepti pœnis non ſunt
obnoxij, quibus delinquentium liberos plecti ius
ſancit.commune inquit Alciat.conſi.467.num.7. &
267 Iul.Clarus,qui alios contrarium receptum affirman
tes refert,ac meritò improbat.in pract.crimi.§.læſæ
maieſtatis uer.fuit etiam.
268 Filij patris iuſſu adulterum in eiuſdem parentis nu
ptias debacchantem impunè necant.ut commune re
fert aliò ipſe recedens Did. à Couarru. in tracta. de
ſponſa.2.par.cap.7.num.5.
269 Filij uel quicunque deſcendentes, quibus bonorũ
reſtitutio poſt mortẽ iniuncta eſt uſque adeo tacitè
ſub conditione ſi ſine liberis deceſſerint,ad eam reſti
tutionem faciendam iuſſi atque onuſti intelliguntur,
ut illis ſuſceptis piam quoque cauſam excludant.cõ-
mune fatentur Dec.conſi.391.in fin.Soc.Nep. conſil.
325. num.28.lib.7.Carol.Ruin.conſil.182.nume. 8.
lib.2.Tiraq. in l.ſi unquam , uer.liberis,nume.64.C.
de reuoc.donat. Anto.Gomez,de teſtamen.capit.5.
num.34.
270 Filij naturales,& ſpurii pœnis parenti ob delictũ
impoſitis æque ac legitimi liberi plectuntur.commu
ne inquit Ioan.Cora.in l.liberos nu.11.ff.de ſenat.ac
magis cõmune affirmat Claud. quem refert Iul. Cla
rus in pract.§.læſæ maieſt.uer. ſed nunquid.
271 Filij naturales tunc demum ſubſtitutum excludũt
cùm & conditio liberorum ab ipſo teſtatore expreſ-
ſim adiecta eſt,& teſtator nec eo ſanguinis ſplendore
clarus eſt,nec ea officij amplitudine prędi tus,nec ea-
denique uitæ cõditione aut honeſtate affectus , ut de
illis cogitare nequierit.cõmune dogma eſſe uidetur
ex gl.ult.Ray.Alb.Franciſ.de Ramp.Nic. de Neap.
Raph.Cum Claud.col.1.Rip.nu. 27. in l. ex facto §.
ſi quis rogatus in 1.ff.ad S C.Treb.ex gl.in uer.iuſta
ſobole in fine.& Odofred.Albe.Bal.Ang.Sal. Pau.
Iaſ.n.6.cõmunius id aſſerẽte in l.generaliter §. cum
autem.C.de inſtit.& ſubſtitu.Anto. Gomez de teſta
ment.capi.5.num.40.uerſi.ſed certè in puncto iuris.
272 quamuis uerius ac proculdubio iam receptius ſit , ut
idem omnino ius locũ habeat ſeu cõditio à teſtato-
re exprimatur,ſeu à lege præſumatur, tantũque ſem
per ratio ſtatus,& conditionis teſtatoris habeatur.
ut intrepide cõſtituo ex Bar.1.col.& quęſt. Imol.ac
Paul.Alex.num.11.Vincent.ab Hercul.col.14. qui
id receptius pronunciãt.in d.§.ſi quis rogatus.& Pe
tr.de Bella pert.Cyn.Aret.Corn.nu.4.in d.§.cum au
tem Soc.in l.cum auus,num.63.in fin.ff.de condit.&
demonſtrat.Aret.num.40.Dec.nu.37.Pariſ.nu.56.
in cap.in præſentia de proba.Eman.à Coſta , qui la-
tè & eleganter quæſtionem hanc excutit,in l.Gallus
§.& quid ſi tantum.ult.par.pag.212.num.769.cum
duob.ſequent.ff.de lib. & poſth.atque etiam Viuius
lib.1.opin.137.col.2.
273 Filij naturales quibus alijs receptis ſententijs re-
gantur.uide infra uer.Naturales.
274 Filiorum iuris atque,ut ita & clarè & barbarè lo-
quar filiationis controuerſia non euaneſcit quinquẽ-
nio à morte patris decurſo.ut commune inquit Did.
à Couarru.cum compluribus contra non paucos in
tract. de ſponſal.2.par.cap.8.§.3.nu.2.
275 Filiorum appellatio nepotes cõplectitur , & cùm
filios inſtitutione uel ſubſtitutione teſtator honorat.
276 ut commune ait Curt.Iun.conſi.128 nume.12.& cũ
277 aliter abſurdum inde proficiſceretur , & in caſibus,
quibus maſculino fœmineum genus comprehendi-
278 tur , & cùm teſtator uel ſe uelle dicit in agnatione
conſeruari bona , uel mentionem naſcituræ prolis fa
cit.quemadmodum frequenter placita aſſerit idem
279 Curt.Iun.conſi.111.num.8.& nu.9.& nu.11.ac ſeq.
Et deniq; cum fœminę ob maſculos excluduntur.ut
280 receptum ponit Viuius lib.1.opin.315. non tamẽ in
fideicommiſſo comprehendentur.commune pronun
ciat Bellon.conſi.50.nu.5.
281 Filiorũ conditio,quæ eſt ſi quis abſque liberis ani
282 mam exhalauerit , nepote ea filia ſuperſtite deficit.
ea cipe niſi ſi teſtator filijs & filiab. auctus alterum è
maſculis alteri reſtituere iubeat. tunc enim & ratio
agnationis ducta cenſebitur,& hic nepos ſuſque de-
que habebitur.communia ponit ſedulò Arius Pinel.
in l.3.nu.54.C.de bon.mat.
283 Filiorum conditio quando naturalibus liberis ex-
pleatur,uide ſupra uer.filij naturales.
284 Filijs ſeu deſcendentib. per maſculinam lineam
accepta emphyteuſis non pertinet ad accipientis fi-
lium,ut commune inquiunt Ioan.Crot.nu.10. in fi.
Loazes nu.67.in l.filiusfam.§.diui.ff.de legib.1.Pa-
285 riſ.conſi.22.num.44.lib.3. quin & filius ſimpliciter
& ſibi ſuſcepta ab aliquo emphyteuſis non admittet
filias.ut commune ponunt Loazes in d.§.diui nu. 68.
& congeſti à Tiraquell.de retract.ligu.§.1.gl.19.nu.
581. ac magis commune renunciant Alea.Iaſ.& alij,
quos allegat Arius Pinel.meus non pœnitendus iu-
ris præceptor contrarium uerius ipſe docens in l.3.
nu.33.C.de bon.matern.
286 Filiafam.(decet enim ut ſequioris ſemper generis
fœminas maſculis ſubiungamus) abſque patris con-
ſenſu matrimonium contrahens non idcirco iuſtè ex
hæredabitur.commune inquiunt Petr. Rauen.in cõ
pend.tit.de ſponſal.col.5.Feli. nu.59.Dec.nu. 36.in
cap.eccleſia de cõſtit.Iaſ.in auth.ſed ſi poſt,col.1.C.
de inoff.teſtam.Did.à Couarru.in tract. de ſponſ. 2.
par.cap.3.§.8.nu.5.& 6.
287 Filia, quæ impudicitię notam ſibi inuſsit, nõ ſo-
lũ à patre etiã inhoneſtè uiuentre exhæredari poteſt,
ſed & alimentis deſtitui.ut commune latè ponit Vi-
288 uius lib.1.opin.130.non tamen ob illam eandem cau
ſam à matre meretrice exheredari poterit.ut idẽ Vi-
uius eodem in loco frequenter placitum renunciat.
289 quin ſi ſe hæc filia correxerit,& ad bonam frugem re
dierit,nec à matre,nec a patre, & ſi uterque ſumma
honeſtiſsimæ uitæ laude polleat, exhæredari poteſt.
cõmune aſſeuerãt Rip.in l.ult.nu.223.& ſequent.C.
de reuocat.donation. Viuius ubi ſupra, ac magna in
terpretum caterua,quam ſupra retuli uer. exhæreda
290 tionis cauſæ pœnitentia abolẽtur. quãuis certè hac
in ſpe-

in ſpecie contrarium omnino aſſeueranter cenſeam.
ſed ea de re alibi.
291 Filia, cui pater mille ſeſtertia teſtamento reliquit,
ſi poſtea nuptum cū dote collocetur, non amplius ex
illo legato conſequetur, quā quatenus dotis ſumma
ipſo præponderatur. commune fatetur Alexā. & Iaſ.
in l. huiuſmodi. §. 1. ff. de leg. lib. 1. Io. Dilect. de art.
teſtā. ti. 6. caut. 36. ſed tu per leges quæ copioſius hac
de re obſeruaui ſupra uer. dos.
292 Filia ſubſtitutum excludet, ubicunque illa condi-
tio ſi abſq; filijs adiecta proponitur ; cōmune inquit
Dec. conſi. 520. num. 3. & num. 5. ſed uide quæ ſupe-
rius alicubi ea de re ubarius ſcribo.
293 Filia ſi in dote, quam iam penes maritum habet,
inſtituatur, non præterita cenſetur, nec teſtamentum
aliqua ratiōe inde periclitatur. cōmune affirmāt Ale
xand. conſi. 168. nume. 11. lib. 5. Iaſ. in authent. nouiſ-
ſima, num. 46. C. de inoffic. teſtament. Guid. Pap. con
ſil. 63. nume. 3. Turzan. opin. 38. Iul. Clar. de teſtam.
294 ubi etiam receptam illam ſententiam aſſerit, quæ ad
maiorem cautelam iubet, ut præterea in duodecim
imperialibus inſtituatur.
295 Filia dotata ſi maſculis ſuperſtitibus ſtatuto exclu
datur, atque illi maſculi mortem obeāt, ſic ad ius ſuc
cedendi patri redit, ac ſi nunquam excluſa eſſet. ut fre
quenter placitū teſtificantur Soci. conſi. 63. in cauſa
col. 2. circa fin. lib. 2. Turzan. opin. 162.
296 Filia dotata ſi ſtatuto excludatur, cuius in ſtatuti
rubrica ſit, ut filia dotem adepta in aſcendentium bo
nis non ſuccedit, ab omni omnium aſcendentium ſuc
ceſſione excludetur: & ſi in ipſamet ſtatuti conſtitu-
tione non alterius deinde fiat mentio, quàm matris
uel auiæ. ut commune latiſsimè ponit Viuius lib. 1.
opin. 314.
297 Filia emancipata abſq; patris cōſenſu ritè & olim
potuit, hodieque poteſt inte etiā ciuili matrimoniū
contrahere. ut commune ponunt Eman. à Coſta in
l. cum tale, §. ſi arbitratu, ampliat. 9. num. 1. ff. de con
dit. & demonſtr. Did. à Couarru. de ſponſal. 2. part.
cap. 3. §. 8. num. 5.
298 Filiæ tum uirgines, tum uiduæ ijs priuilegijs fru-
untur, quæ illarum maioribus tum maſculis, tum fœ
minis conceſſa ſunt: at quę iam matrimonio aliquo
rū coniunctæ ſunt, non itidem ijs priuilegijs potien-
tur. commune aiunt Chuchalon ad Dec. in l. fœminę
nu. 95. ff. de reg. iur. Viuius lib. 1. opin. 156. magis cō
mune pronunciat Soc. Neap. conſi. 168. nu. 57. lib. 2:
299 ſed contrarium proculdubio ſemper ęquius, ac ue-
rius eſt. quod etiā magis cōmune aſſeruerunt Dec. cō
ſil. 223. col. 2. Cagnol. in l. cum quędā puella. ff. de iu
riſd. omn. iudi. & affirmāt complures laudati à Tira
quell. in l. 1. connub. 37. & qui copioſiſsimè allegan-
tur ab Ario Pinelo (qui cōtrarium crebrius quidem
fatetur, ſed falſum omnino probat) in l. 3. nu. 34. C.
de bon. mater.
300 Filiæ, ſi paternis bonis cum iureiurando renun-
ciēt, iuramenti abſolutionē impetrare poterunt, ac
deinde ſuum ius ſolenniter proſequētur. quia ſcilicet
eo ipſo enormiſsime læſæ cenſeantur. ut frequentib.
doctorum ſuffragijs probatum inquiunt Dec. conſil.
203. nu. 5. Viuius lib. 1. opin. 221.
301 Filiæ, quæ ſuperſtitibus maſculis ſtatuto excludun
tur, ſi in paternis teſtamentis prætereantur, ac maſcu
li ijs hæredes inſtituantur, non poterunt ratione ali
qua eiuſcemodi teſtamēta idcirco impugnare. ut cō
mune affirmant Alex. nu. 6. Dec. nu. 4. in l. filiæ dotē.
C. de collat. idem. Alexand. num. 16. Iaſ. nu. 58. Clau.
num. 21. Crot. num. 109. in l. Gallus §. & quid ſi tan-
tum ff. de libe. & poſthum. copioſius Iul. Clar. de te-
302 ſtam. quæſt. 42. uer. quæ quidem concluſio. ſi autem
extranei homines hæredes ſcribantur, aliud prorſus
erit. ut receptum aſſeuerant Berous in cap. Raynu-
tius nu. 237. de teſtamen. Viuius lib. 1. opin. 315. col.
5. & ſi ualde atque immeritò dubitet Iul. Clar. ubi ſu
pra, uer. ſecundus eſt caſus.
303 Filiæ ob parentum crimina etiā læſæ maieſtatis,
& ob quæ filij plectuntur, nullam omnino pœnam in
currunt. ut receptum interpretum dogma effert Gy-
gas de crimin. læſæ maieſt. fol. 150. quæſt. 14. nu. 15.
quid enim mali de hoc ſexu uel ſuſpicari, uel in futu
rum timeri fas eſt?
304 Filiæfam. eū ex cōſuetudine ob cōtractas nuptias
à patriæ poteſtatis uinculis eximuntur, mortuo mari
to redeunt rurſus ad priſtinam parētum poteſtatem:
ut ubique ſeruari teſtantur Boer. deciſ. 197. nume. 4.
Grammat. deciſ. 54 nu. 9. & ponit commune Viuius
lib. 1. opin. 121. col. 3. quanuis mihi contrarium pro-
bari poſſe non de nihilo uideatur.
305 Filiabus relictū non participant regulariter poſt-
humæ. ut frequenter placitum affirmat omni laude
dignus Arius Pinel. in l. tertia. numer. 7. C. de bon.
matern.
306 Fiſcus in ambiguis uel quæſtionibus, uel doctorū
opinionibus, uel probationibus, ſi aut de lucro, aut
de pœna exigenda agat, cōdemnari debet. commu-
ne aio ex Iaſ. in l. de die col. ult. ff. qui ſatiſda. cogant.
Rip. in rub. num. 4. de indic. Hipp. in rub. nu. 393. C.
de probat. Sylueſt. in §. res fiſci, inſtitut. de uſucap.
Fan. de pigno. 2. part. memb. 4. nu. 118. Did. à Couar.
lib. 1. reſolut. cap. 16. col. 2.
307 Fiſcus in damnati bonis locum hæredis ſubiens
plus iuris, quàm ipſemet iudicatus habere nec po-
308 teſt nec debet. cōmune inquit Curt. Iun. conſ. 120. &
ad omnia illius debita prorſus tenetur, cuius bona a-
bſtulit. ut receptū latè atteſtatur, ac diligenter expli-
cat Iulius Clarus in practi. §. ult. quæſt. 78. uer. ſed an
tenetur, cum ſequent.
309 Flagranti in delicto deprehenſi, & abſq; ſenten-
tia puniri poſſunt. ut frequenter placitū copioſè po-
nit, atque accuratè declarat Iulius Clarus in practic.
§. ultim. quæſt. 8. poſt Aegid. Boſſium in practi. tit.
de denunciat. num. 10.
310 Feminæ atque earum liberi priuilegijs omnibus
fruuntur, quæ cōceſſa ſunt illarū maiorib. atque ipſo
rum deſcendentibus, uel poſteris, uel liberis, uel deni
que filijs. ut commune oſtendit, ac latiſsimè, & dili-
gentiſsimè contra nonnullos commonſtrat meus o-
lim iuris præceptor Arius Pinelus in l. 3. nu. 32. cum
duobus ſequentib. C. de bon. mater. quò te conferes
de materia acturus.
311 Feminarum, quæ excluſæ ſunt, liberi non admittē
tur. commune dicunt And. Tiraq. de primoge. q. 11.
Didac. à Couarru. in tract. de ſponſ. 2. part. cap. ulti.
§. 1. nu. 5. uer. 4. & ample ac fructuoſè Arius Pinelus
in l. 3. nume. 19. C. de bon. mat. Viuius etiam lib. 1. o-
pin. 315. col. 4.
312 Feminas ſtatuta ob maſculos excludentia rem fa-
uore dignam tractare cenſentur. commune ait Curt.
313 Iun. conſi. 57. num. 8. & ſi contrarium magis commu
ne aſſeueret Soc. Iun. conſi. 1. nu. 46. & 108. lib. 1. quē
meritò carpit Viuius complura notatu digna ad hu
iuſmodi ſtatutorum materiā aggregans lib. 1. opin.
314 315. ſiquidem feminas maſculis ſuperſtitibus ab hæ
reditate abigi, & legi ſacroſanctę, & antiquis 12. ta-
bularū ſanctionib. conſentaneum eſt. Sed ea de re la-
315 tius alibi. utentur autē hac ſtatuti prærogatiua, & cle
rici: ut frequenter placitum enunciant Pariſ. conſil.
47. num. 62. lib. 3. Brun. in tract. quod ſtantib. maſc.
316 12. art. princi. q. 11 & item Iudæi priuilegio hoc fruē
tur, ac feminas ſuæ religionis omni hæreditate inter
cipient.

cipient. quemadmodum frequenter placitum inſit
317 Marquard.de iudæis,2.part.cap.2.num.4. Sed & le-
gitimati uel ſubſequenti parentum matrimonio, uel
a principe eadē prærogatiua potiētur. cōmune po-
318 nit Viuius in d.opin.315.col.1.& col.5.quanuis legi
timati ab alio quàm à principe idē iuris cōſequuturi
nō ſint:ſic enim frequenter interpretib. probari atte
ſtantur Dec.in l.liberos ad fi.C.de collat.Curt.Sen.
319 cōſ.16.num.5.Brun.ubi ſupra quæſt.12.artic.4. ſuffi
cient autē hac in ſpecie,cū feminæ ſimpliciter maſcu-
lis ſuperſtitibus excluduntur,ut uel per aliquod tem
poris momētum filius ſuperuiuat, quanuis ante agni
tam ſucceſsionem occumbat, ac uitam cum morte
commutet.ut commune aſſeuerat Viuius in eadem
opinione colum.penult cum Alexand.conſil. 20.lib.
2.Socin.conſi.143.lib.1.& conſi.296.lib.2.Brun.ubi
ſupra.art.12.princ.quæſt.6. Tiraquell. in tractat. res
320 inter alios acta limit.42.& ſequent. Sed ſi uerba ſta-
tuti ita concepta fuerint,ut donec maſculi ſuperſint,
fœmineum genus excludatur, & poſt quadraginta
annos deficientib.maſculis fœminæ admittentur. que
madmodum pronunciant receptum Soc. conſil. 63.
colū.1.Soci.Nep. conſ.110.nu.4.& nu.16.lib.3. Ioā.
321 Dilect.de arte teſtan.caut.6.tit. 11.num. 5. ubi autē
maſculi non extiterint, fœminæ abſque omni dubio
rem prorſus omnem indiſtinctè adipiſcentur. quod
aſſerit commune Soc.Nep.conſil.80.nume.6. lib.2.
322 quin imo & ubi excluſæ erunt,ad legitimæ ſuæ por-
tionis expletionem agere poterunt. commune ſcri-
323 bit Grammat.deciſ.101.nu.46. quod intellige niſi ſi
non ſolum ſimpliciter excludantur, ſed & dote con-
tentæ eſſe iubeantur.commune ponit Viuius dicta o-
pin.col.antepen.
324 Fœminas excludentia ob ſuperſtites maſculos ſta
tuta ad bona alijs in locis ſita nō proferentur. ut fre
quentius placuiſſe teſtificatur Alex.con.16.uiſo titu-
lo lib.1.
325 Fœneratores criminaliter puniri poſſunt.ut rece-
ptum dicit Straccha de mercat.par.1.num.37. de qui
bus ac de fœnore illorum merce, uidebis quæ infe-
rius obſeruo uer.uſura.
326 Forenſes,ut doctores fantur, ſeu exteri mortales
non fruuntur ſtatutis, quæ aliquem inhabilē alias ad
aliquid habilem reddunt. commune aiunt Ruin.cō-
ſil.120.colum. ulti. & conſil. 201.lib.1.Viuius lib. 1.
opin.318.
327 Forenſes non reguntur conſuetudine,ſeu ſtilo,qui
ad cauſæ deciſionem ſpectat,& ſi ea conſuetudine ob
ſtringantur, quæ ad iudicij ordinem pertinet. com-
mune efferunt,relati à Viuio lib.1.opin. 510.
328 Forum quin patrati delicti ratione omnes ſortian
tur,nulla eſt dubitatio ut latè cum receptis ſentent.ijs
explicant Duennas reg.378.Iul.Clar.in pract.§.ulti.
quæſt.38.per totam.
329 Fornicatio ſimplex & ſi iure ciuili nullas pœnas
330 det,tamen & peccatum mortale proculdubio eſt,&
tum ſacris initiatum arbitrariæ pœnæ iure canonum
331 ſubijcit,tum clericum ſuſpenſionis damno obnoxiū
facit. ut communia ponit latiſsime de materia ſcri-
bens Iulius Clarus in pract. crimin.§. fornicatio in
princ.& in primo.uer.
332 Fortuitorum caſuum generalis renunciatio con-
tractib.addita non,ac tacaſu uires habet,ut ſpecialis ne
ceſſaria non ſit.commune pono ex Alex. nu. 12. Iaſ.
nu.24.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum ff.ſi quis caution.
Imol.in cap.1.nu.23.commod.Corn.conſi.128.nu-
333 me.43.lib.2. Iaſ.conſi.107.col.3.lib.1.ſi autem unus
caſus peculiariter exprimatur, ac generalia deinde
uerba ſubiungantur,perinde erit,ac ſi omnes ſigilla-
tim expreſſi ſint.ut magis commune atteſtantur Ale
xan.conſi.3.uiſo inſtrumento colu.2.in fin.lib.1.Tur
334 zan.opin.143.quin autem huiuſmodi renunciatio ua
lere debeat,dubitare nemo poteſt.ut frequenter pla-
citum inquit Straccha de merca.part.3.num.77.& 4.
par.num.6.
335 Frater non idcirco ſororis ſucceſsione excluditur
quòd ſoror fratris hæreditatem ob ſtatutum non cō
ſequatur.commune ait Cagnol.in l.ſecundum natu-
ram,nu.30 ff.de reg.iur.
336 Frater à fratre turpem aliquam perſonam hæredē
inſtituente præteritus totum penitus fratris teſtamen
tum querela inofficioſi rumpet:& ſi aliquo legato ibi
dem cohoneſtatus ſit.commune aiunt Iaſ. conſil.71.
nu.3.lib.1.& in l.fratres nu.9.C.de inoffic.teſtamen.
337 Dec.conſi.530.nu. 13. quamuis uerius proculdubio
ſit ut frater hic præteritus ſolum ad legitimæ portio
nis explementum poſsit agere.ac reliqua omnia de
ſuo loco non moueantur.quod etiam magis commu
ne cū Pariſ.ſcripſit Iul.Clar.de teſt.q.50.uer.pone er
go,& uer.ſed quæro tu ſcis.
338 Frater contra fratrem inuitus nec in ciuilib.nec in
criminalib.teſtificari cogetur.commune eſſert Iaco.
de San.Geor.in l.lege Iulia,nu.2.ff. de teſtib.
339 Frater germanus,aut eodem patre natus ſororem
inopem de ſuo dotare cogetur. ut frequenter placitū
inquiunt Fulg.conſi.224.Rip.in l.1.num.83.ff. ſolu.
matri.Palat.Ruu.in repet.cap.per ueſtras.§.76.nu.3.
de dona.inter uirum & uxorem. ac diligenter Arius
Pinelus in l.1.part.3.nume.101. C. de bon mat.Ute
340 rinus autem frater ad alimenta duntaxat, non etiam
ad dotem adigetur.commune auſim affirmare ex An
gel.& Alexand. in l.à filio.ff.ad Trebell.Fulgoſ.cō-
ſil.224.Iaſ.ac Rip.nume.83.in laudatam l.1.ff. ſolu-
to matrimo.
341 Fratris homicida,eiuſque hæredes ad fratris mor
tui ſucceſsionem incapaces habentur. commune in-
quit Boer.deciſ.25.nu.8.
342 Fratres,qui poſt patris mortē bonis in diuiſis,in
lucris cōmunicatis ac nec petita, nec data ratione ui
uunt,iniiſſe ſocietatem cenſentur.commune ait Alc.
reg.1.præſum.25.in princ.
343 Fratrum filij in patrui hæreditate,ſi nullus alius pa
truus ſuperſit, pro ſtirpib, non pro capitum ratione
ſuccedunt.commune aiunt Nicol.de Vbald. in tract.
de ſucceſ.ab inteſtato par.3.colu.1. & innumeri alij,
quos cōgerit And. Tiraq. optimus nomenclator de
344 retract.ligna.§.11.gloſſ.12.nu.5. licet aliquam multò
ac perperam mea quidem ſententia contrarium atte
ſtentur, quos refert idem Tiraq.eod.loci num. 4.ac
Didac.à Couarru.in ſuis epit. titu. de ſucceſſ. ab in-
teſtat.nu.8.qua de re nos alibi latiſsimam contexi-
mus diſputationem.
345 Fratribus ſi quid legetur, uel fideicōmiſſo relin-
quatur,uel aliquod feudum concedatur, uel quodpiā
ſtatutum ſeu faueat,ſeu ſuccenſeat, de primis fratri-
bus,&,ut uocant,uterinis intelligi debet. commune
dicit Tiraq.in l.boues §.hoc ſermone nu.83.ff.de uer
bo.ſignifica.
346 Fructus ijſce rebus conſtantes,quæ ſeruando ſerua
ri nequeunt,ultra triennium durare non præſumun-
tur.commune ait Corn.conſi.104.nu.25.lib.2.
347 Fructus ante uel poſt aditam hæreditatem bona fi
de perceptos hæres legatario reſtituere nō compelli
tur.cōe effantur Alex.in l.ſi tibi §.cū ſeruus.ff.de leg.
lib.1.Io.Dilect.de art.teſtan.tit.6.caut.11.
348 Fructus naturales reſtituere non cogetur bonæ fi-
dei poſſeſſor,niſi qua ſint rē ſuā illis auxit,quaque te
nus locupletior ob illos euaſit.ut frequenter placitū
dicunt Alex.in l.Neſennius.§.ult.num.7.ff.de rei ud.
Soc.Nep.conſil.ult.num.21.lib.2.Carol. Ruin.con
ſil.24.

fil.24.in fin lib.2.Syluan.conſi.79.num.48.Match.de
349 Afflict.deciſ.240.num.2.quod tamen in fructib.iam
conſumptis exaudiri duntaxat oportet.nam extantes
adhuc fructus omnes indiſtinctè reſtituet. ut receptũ
conſtituo ex Ange.in §.ſi quis à non domino inſtitu.
de rerum diuiſio. Alex.conſi.24.lib.4.Felin.in c.ſigni
ficauerunt,nu.6.de teſtib.Dec.in l.ſi me & Titium.ff.
ſi cert.peta.
350 Fructus extante triennio præſcribet bonæ fidei poſ
ſeſſor. commune inquit Balb.de præſcriptio. par. 4.
quæſt 35.
351 Fructus poſt id crimen admiſſum perceptos,cuius
damnatorum bona non ipſo iure, ſed per ſententiam
proſcribuntur,adiudicari fiſco cum cæteris bonis o-
portet.commune ait Ioan.Bernardin.in practic. cri-
352 mina.can.capit.123.multo autem magis & indiſtin-
ctè fructus eos fiſcus non uindicabit, quos poſt illud
crimen collectos eſſe conſtiterit,cuius cauſa bonis ip
ſo iure delinquens exuitur. ut laté ait receptum Di-
dac.à Couar.ii.in tractat.de ſponſa.2 part.capitu.6.
§.8.nume.8.
353 Fructus non reſtituuntur ab emptore,qui rem red
dit adactus remedio l.2.C.de reſcindend. uendit.cõ
mune pronunciat copioſè, & accuratè contra mul-
tos differens Arius Pinel.in eandem l.2.part.3. cap.
354 ult.num.1.cum ſequentib.quod tamen intelliges,ni-
ſi ipſemet emptor agat,ut reſoluit idem Pinel. ibidẽ,
num. 28.
355 Fructus induſtriales,ſeu quos induſtriæ,ac diligẽ-
tiæ acceptos ferri oportet,eatenus bonæ fidei poſſeſ
ſor reſtituet, quatenus ditior illis factus reperietur.
ut commune inquiunt Panor.in cap. grauis. num.6.
de reſtit.ſpolia.Fulgoſ.in l.ſed & ſi lege.§. quod au-
tem,num.1.ff.de peti.hæred. Alex.in l.Neſennius. §.
ultim.nume.7.ff.de re iudic.Cur.Senior.conſi.7.col.
356 penul.& ſi nullos huius generis fructus à bonæ fidei
poſſeſſore,quamuis illis locupletatus luculenter ſit,re
ſtitui debere,frequentius placitũ teſtentur plerique
omnes interpretes in l.inſulam.§.fructus.ff.ſolut.ma
tri.ac prolixè Arius Pinel.in l.2.par.1.capit. ulti.nu.
47.C.de reſcind.uendit.
357 Fructus naturales magni momẽti,ac ualoris, quos
ex bonis paraphernis uolentis uxoris maritus perce-
pit,tunc demum uel uxori,uel eius hæredib. reſtitui
par erit,cum maritus illis rem ſuam locupletauit, at
358 induſtriales quoſuis uel naturales paruæ indicatio-
nis,ac precij nullos indiſtinctè reſtituere maritus co
getur.ut communia ex multis affatim enunciat Did.
à Couarru.in tractat.de ſponſal.2.part.capitu.7.§.1.
nume.2.
359 Fructus minoris & ſine decreto alienari poſſunt,
& non ultra trium annorum ſpacium durare præſum
ptio eſt.commune renuncio ex Alexand.conſi.49.co
lum.2.lib.1.Dec.in authen.qui rem.C.de ſacroſanc.
eccleſ.& ex alijs compluribus quos laudat Andr.Tira
quel.de retract.lign.§.1.gl.7.nu.51.
360 Fructus, quorum mentio à lege,uel ſtatuto fit, ij
demum eſſe intelliguntur, quia deductis omnib. ex
penſis,ac ſumptib.ſuperſunt. commune ponit Viuius
lib.1.opinio.301. ſequuntur aliquam multi, quos
allegat Tiraquel.de retract.lib.1.§.15.gloſſ.1.nume.
3.& ſequent.
361 Fructuum reſtitutione non remoratur bona fides
ex errore iuris profecta,cum contractus de rebus ec
cleſiaſticis iuris nullus declaratur. ut commune eſſe
conſtat ex Felin.in cap.cum cauſa,num.27.de re iud.
362 Grammar.deciſ 79.Curt.Sen.conſi.70 colum.7.& ſi
generaliter,ac regulariter ubi eccl. ſit fauor non uer
titur,ſecus ſit.ut frequenter placitum aſſerere auſim
ex Iaſ.in l.1.§.ſi uir uxori,num.22.& in l.3.§.ex con-
tractu,nu.27.ff.de acquirend.poſſeſ.Felin. & in loco
ſuperius laudato, & in cap.de quarta, numé.29. de
præſcr.Curt.Sen.ubi ſupra,atq; alijs quos refert Di-
363 da à Couarru.lib.1.reſolut.cap.3.nu.28.quin & in re
bus eccleſiaſticis ſi præter bonam fidem ex errore iu
ris ortam color aliquis,ac prætextus nõ omnino im
probabilis acceſſerit,fructuum reſtitutio impedietur.
commune ponit ex Imol.Felin.& alijs inſignis Pine
lus ad l.2.part.2.cap.ultim nume.26.C. de reſcindẽ.
uenditio.
364 Frumentum ſi extra aliquem locum exportari pro
hibeatur, & farina prohibita cenſebitur. commune
aiunt Rip.in tract.de peſte.tit.de remed. ad conſeru.
365 ubert.nu.75.Viuius lib.1.opin.286.nec opus erit, ut
apprehendatur,qui illud exportauerit.ſed ſatis ſuper
que erit,ſi teſtibus conuincatur, & ſi expreſsim in ap
prehenſus pœna irrogetur. commune teſtificantur
Rip ubi ſupra nu.104.& nu.105.Viuius d. opin.col.
366 2.quamuis reuera aliud magis conſentaneum iuri ſit.
quod etiam frequẽter placitũ agnoſcit idẽ Rip.& ob
ſeruat accurate Iul.Clar.in pract.§.ult.q.82.ſtat.7.
376 Intellige porro, ac memoriæ inſcribe talibus hu
ius ſtatuti pœnis eos nõ irretiri,qui frumentum ſui-
met ſua cauſa exportauerit. commune pronunciat Ia
ſo.in l.cætera.§.ſed & ſi quis ad opus,nu.7. ff. de leg.
368 lib.1.itẽ nec eos his pœnis eſſe obnoxios recordare,
qui frumentum per tranſitum duntaxat tranſtulerint,
ut ait receptum Viuius d.opinion.276. col. 3. & Iul.
369 Clar.qui hanc materiam luculentius tractat, & con-
trarium conſuetudine ſeruari atteſtatur in laudata
q.82.ſtatut 7.
370 Fuga famæ inditio adiũcta ad infligendum tormen
tum ſufficiet.commune ait Marc.Anton. in tracta.de
371 Indit.nu.177.& ſequent. quod tamen non procedet,
ubi quis poſt inſtitutam accuſationem, ac poſt in-
quiſitionem delatus fugerit.commune inquiunt idẽ
Marc.Anton.ubi ſupra,num.179 uer.hæc concluſio,
Boer.deciſ.215.nu 10.Viuius lib.1.opin.120. col.2.
372 qui etiam eodem lib.1.opin.120.fugam ſolam ſuffice
re ad torquendum latiſsime receptum ponit.quod aſ
ſerit quoque frequenter placitum Iul. Clar. in pract.
373 §.ult.q.21.uer fuga delinquentis. ſed inditium præte
rea aliquod requiri,& uerius & receptius mihi uide
374 tur.cùm fuga nec plenam, nec ſemiplenam ſed qua
lem qualem ſuſpitionem præſeferat.ut frequenter in
terpretibus probatum affirmat Curt.Sen.in l.admo-
nendi,nu.155.ff.de iureiu. Viuius copioſe ubi ſupra.
375 Memineris autem quòd inditium ex fuga natum re
uerſione purgari poteſt.ut receptum pronunciant Ri
pa.in d.l.admonendi,nu.65.Boer.deciſ.215.nu.17.&
qui de materia ubertimè agunt Viuius ubi ſupra col.
3.Iul.Clar.d.uerſi.cum ſequentib.
376 Fuga famuli tum plenam probationem facit, ut cõ
mune aſſeuerat Curt.Sen.contrarium ipſe teſtans in
377 l.admonendi,num.171.ff.de iureiur. & de bonis ſub-
tractis præſumptionem inducit.commune ponit Vi-
uius lib.1.opin.120.col.6.
378 Fugæ ſuſpitionem non iureiurando, ſed breui co-
gnitione de plano,ac duob.ſaltem teſtibus de legiti-
ma illaqua ſuſpitionis cauſa allegata teſtificantib.pro
bari oportet,ut debitor capi poſsit. commune aiunt
Iaſ.in l.apertiſsimi.C.de iudic.Anto. de Tremor. in
addit.ad Bon.ſu in pract.excep.rub.de recuſ.nu. 3.aſ
ſerunt Rip.in ſuis ſing.reſpon.r.c.de legib.& long.cõ
ſuetu.cap.13.nu.28.Paril.conſi.101.nu.5.lib.3. Tho
379 mas Parpaira in repet.l.2.col.21.ff ſolu.matrim.& ſi
perperam ac licentioſe ſcripſerint eũ iureiurando cre
ditorum appoſite probari Paul.Caſtrenſ.conſi.474.
nume.1.lib.1.Caccia.up.in tract.de debit.ſuſpect. &
380 fugit.quæſt.6.nume.18. poterit autem ſeriatis etiam

diebus hac de re agi,& in illis facultatem capiẽdi de-
bitoris indulgeri. commune ponit Viuius lib.1.opi
nion.59. atque ante illum Alciat. in cap. cum non ab
homine.nu.71. de iudic.
381 Fugere non tenetur inuaſus, ut ſequutæ cædis cri-
mine liberetur commune effantur Iaſ. in l.ut uim,nu.
38.ff.de iuſtit.& iur.& qui accuratè declarat Ant.Go
mez de delict.c.3. nume. 23.
382 Fugiens iudex, uel quiſpiam alius magiſtratus,uel
cum iam officio functus eſſet, uel cùm nondum ad
eius finem perueniſſet, obſtringitur læſæ maieſtatis
crimine. ut commune latè ponit Viuius lib. 1. opin.
120.col. penult.
383 Fugientes è carcere pro confeſsis habentur.com-
mune atteſtãtur Boer.deciſ.215. numer. 9.uberrimè
Viuius lib.1.opin.119.& opi.120.Iul.Cla.in pract.§.
384 ultim.q.21.uer.tertio autem modo.ſi autem ij è carce
re fugientes ſtatuto puniãtur, non illi comprehen-
dentur,qui reuertendi animo diſceſſerunt. ut uoluit
Bal.in l.1.C.de ſeru.fugit.cuius ſententiam ponit cõ
385 munem Viuius.d.opin.120.col.3.& ſi contrarium iu
re uerius proculdubio ſit.ut alibi oſtendo.
386 Fur ubicunque cum furto reperitur,accuſari,ac pu
niri poteſt.commune ait Did. à Couarru.lib. 3. reſo-
lut.cap.20.nume.15.& in pract.quæſt.cap.11.nume.
9.Viuius lib.1.opin.Iudex domicilij,in finem. & qui
multos in utranque partem refert, ac latè ea de re
agens immeritò tandem in contrariam partem cõtra
publicam utilitatem diſcedit Iulius Clarus in pract.
§.ult.q.38.uer.tu ſcis.
387 Fures ita conditione conueniri poterunt, ut & cõ-
cluſio,& cõdemnatio ad dandum fiat. commune pro
nunciant Iaſ.col.2.Alcia.nu.1.in l.ſi quis nec cauſam
388 § ult.ff. ſi cert.pet.& ſi illic.Bar.tantum concludi poſ-
ſe ſentiat,ut poſſeſsio reſtituatur.ſlentq; ab illo Pau.
Caſtren.Aret.& Soc.in fin.commune id aſſerens, ac
389 Purpur. nume. 3. cuius ſanè controuerſiæ ea mi-
hi probabilior concordia uidetur, quam eodem in lo
co ſcripſit Iaſ.num.34 & Alex.num.3.Iaſ.col.2.in l.
ſtire debemus.§.ult.ff.de uerb.oblig.ut libello id ui-
tio non uertatur,ſententiæ uertatur.
390 Fures iuramento in litem ſunt obnoxij.ut frequen
ter placitum aſſerunt Pariſ.conſ.109.nu.30.li.3. Iul.
Clar.in pract.§.furtum.uer.item contra furem.
391 Fures non ideo minus furti pœnis plectẽtur, quod
dominus rerum furto euerſarum proteſtetur furtum
illud ſua ipſius uoluntate,atque authoritate fuiſſe pa
tratum.ut communiter interpretibus probari renun
ciant Curt.Iun.in l. 1. nu. 5.C. de fur. Iulius Clarus
in pract.§.furtum.uer.item excuſatur. Ant. Gomez
de delict.cap.5.num. 2.
392 Fures ob defenſionem rerum, quæ aliter recupe-
rari nequeunt necari impunè poſſunt. commune in-
quit Iaſ.in l.ut uim,nume.25.ff.de iuſti.& iur.& qui
complures authores laudat hac de re copioſe tractãs
Iulius Clarus in pract.§. homicidium uer. ultima eſt
defenſio.
393 Fures furtis committendis aſſueti,& famoſi fiunt,
& furca plectuntur.commune aſſerit Cepol.in auth.
394 ſed nouo iure,nu.19.C.de ſeru.fug.habebitur autem
& famoſus & furca dignus, qui uel tribus tantum ui
cibus furtum admiſerit.commune pronũciant idem
Cepol.ubi ſupra,nu.84.Iul.Clar.in Pract. §. furtum
395 uer.ſcias tamen.Cæteri autem fures nuſquam crucis
pœnas dabunt.ut communiter probatum teſtifican-
tur Gomez in.§.ex maleficijs,nu.2.& num.3.de inſt.
396 de act.Aoan.in c.ex litteris poſt nu.9.de furt.amplia
& ſi furtũ immenſæ quãtitatis ſuſceperint.ut frequen
ter placitũ effantur Ant.de Vbal.conſi.crim.diuerſ.
cõl.71.num.22.lib.2.& alij,quos accuratè refert Iul.
Clar.in d.§.furtum,uer.ſed an pro uno.
397 Furibus pœnam quadrupli iure impoſitã conſue-
tudo iam antiquauit,atq; aboleuit,acſi alicubi in uſu
ad huc eſt, ad illam fures in conſcientiæ foro non te-
nẽtur. commune aſſerunt Gomez in.§.ex maleficijs.
nu.14.inſtitu.de action.Hippol.in pract.crimin.§.ex
398 maleficijs.nu.14.inſti.de action.Iul.Clar.in pract.cri
min §.furtum uer.pœna autem quadrupli.quod ta-
men & à iure tum diuino tum humano abhorret, &
utilitati iuris parenti maximè reluctatur.ſed ea de re
alibi latius, atque opportunius agemus.
399 Furtum eius ſummæ, quæ alioquin liquidò debe-
tur & aliter exigi nequeat,licitum unicuique eſt.cõ-
mune aiunt Did.à Couarru.lib.1.reſolu.ca. 2.nu.15.
uer.4.eodem iure, & latè Viuius li.2.opin. 133. ubi
alias ſpecies recenſet,in quibus furtum aut licet,aut
non punitur.
400 Furtum ſi ab eo uel famulo,uel ſeruo fiat, qui rem
deferendam ad aliquem ſuſcepit, ſiue famulus ſer-
uusuè rem illam mittentis ſit, ſeu rem accepturi,ſi e-
tus tamen fuit conditionis, ut ſimilia negotia tranſi-
gere ſoleret, furti damnum ille patietur, ad quem
res mittebatur, non uerò qui rem mittebat. ut com-
401 mune ponit Ant.Gomez de contract.cap.7.nume.3.
excipe niſi res illa, quæ reportanda committitur, ac
furto intercipitur, pecunia ſit, aut res aliqua, quam
in genere deberet eius miſſor. ut frequenter placi
tum duco ex Paul.Caſtrenſ & Alexand.ad Bartol.in
l.argentum.ff.cõmod.Bal.& Salic. in l.ſi is cui.C.de
402 furt.Iaſ.in l.1.ff.de eo per quem fact.erit.Anton.Go-
mez.d.cap.7.col.pen.& ſi æquitas, atque ipſa utilitas
403 iuſti propè mater & æqui refragari uideatur. uerum
ea de re alibi.uberius excipe. 2.niſi ſi expreſsim con-
uentum eſſet, ut aliquis nominatim declaratus, uel
ipſemet debitor rem apportaret.ut probat luculẽter
tex.in l.eum qui §.ult.cum l.ſequ.ff.cõmod.& ponit
receptum Gomez,ubi ſupra.
404 Furti actio etiam pro re minima ueluti pro ſub-
tracta gallina atque etiam ouo intercepto dabitur.ut
receptum teſtificantur Tiraquel. in tract.de iudic.in
reb.min.exigend.fol.50.col. 2.uer. 10. Did.à Couar-
ru.li.1.reſolut.ca.53.nu.12. & qui uſu id ſeruari ſcri
bit, licet pœnam imminui ob rei furto ablatæ exigui
tatem affirmet Iul.Cla.in pract. crim. §.furtum.uer.
405 pariter etiam. quãuis Didaci à communi placito diſ-
ſentientis opinio mi i magis arrideat, eamque alibi
probare multum, lateq; adnitar.
406 Furto ſublatam rem qui bona fide emit, ſi res ex-
tat,illam reſtituere tenebitur,ſi uerò euanuit, quate-
nus locupletior factus eſt,rei precium domino illius
refundet ut frequentiſsimis qua Theologorũ, quã
Canoniſtarum calculis ſanctum aſſeuerat Did.à Co
uarru.in cap.peccatum fol.303.de reg.iur.lib.6.
407 Furto res amotæ, atque apud aliquem ſpectatæ fi-
408 dei hominem repertæ illum furti non arguent, ſecus
ſi uilis, atque improbatæ uitæ homo ſit. commune
affirmat Auguſt.ad Angel.de malefic.in uer.& ueſtẽ
cœleſtem,poſt nu.19.ac latius.Iul. Clar. in pract. §.
ult.quæſt.21.uer.ult.
409 Furto res ſibi ſubtractas unuſquiſque in alterius
domo poterit inueſtigare,ſi facultatem prius à iudi-
ce adipiſcatur, ut commune doctorum placitum re-
nunciant Auguſt. ad Ang. de malefic. in uer. & ueſtẽ
cœleſtem nu.54.practica Conradi.fol. 366. poſt nu-
410 mer. 14. quamuis huiuſmodi copiam non eſſe a iudi-
cibus faciendam aſſerat receptum Abb.in cap.qui cũ
fure. nu. de furt. quem refert accurate de materia a-
gens Iul.Clar.in pract.§.furtum.uer.quæro nunquid.
411 Furor poſtea ſuperueniens pœnam corporis deli-
cto antea patrato infligendam extinguit. commune
aiunt

aſunt Iaſ.in l.furioſo col.pen.C. qui teſtame.fac.poſ. & in l.ea facto,nu.30.ff.de uulg.& pupil.Rip. in l.ul tim.nu.229.C.de inoffic.teſtamẽ. Cnuchalon ad Decium in l in negocijs ner.delicto.ff.de reg.iur.Anton. Blanc.in pract.crimin.in cap.quod incipit imbecillitate,num.11.latè Did.à Couarru.in repet.clem.ſi furioſus fol.316.nu.2.de homicid.Anto.Gomez de delict.cap.3.nu.72.Duenas reg.259.Viuius lib.1.opinion.318.Iulius Clarus in pract.§.ult.q.60.uer. item quæro,cum ſequent.

452 Furioſus omnibus ijs prærogatiuis fruetur, quib. minor ob ætatis imbecillitatem potitur. ut frequenter placitum conſtituo ex Alex.& Iaſ.in l. Imperatores ff.de re iudic.Alex.in l.centurio. nume. 13. ff. de uulg.& pupill.Iaſ.in l.is cui bonis, col.3. ff. de uerb. oblig.Felin.in cap.paſtoralis col.2.de iudic.Ant.Gomez de contract cap.14.nu.3.

453 Furioſus ſi per aperta interualla furore corripiatur,furoris tẽpore contraxiſſe in dubio præſumetur. commune eſſerunt Præpoſ.in c.dilectus in 1. de ſpõſal.Iaſ.in l.patre furioſo,nu.1.ff.de ijs qui ſunt ſui uel alie.iur.Curt.Ion.conſi.151.nu.7.

454 Furioſus nec ad pias cauſas ualidè teſtabitur.commune inquiunt Grat.conſi.30.num.33.lib.1. Viuius lib.1.opin.373.col.2.

455 Furioſi citatio ad curatorem illi aſsignandum neceſſaria nõ eſt.cõmune ponit Cagnol. in l. furioſo in fin.ff.de reg.iur.

G

1 GABELLA, ut fari increbruit, aſportanti usbaliquid ſtatuto impoſita non ab eo debebitur,qui res in ſuummet uſum auehit.commune effatur Iaſ.in l.certa §. ſed ſi quis ad opus,nume.7. ff. de legat.

2 lib.1.nec item ab eo reſoluenda eſt,qui aliunde per illum locum res aliò transfert. ut receptum inſit idẽ Iaſ.eod.in loco,nu.71.

3 Gabella quæ caſu de contractib.ſoluenda eſt,de illo duntaxat precio ſoluetur, quod deductis omnibus ſumptibus in ſubſtitutiones,tabelliones,proxenetas, & alia id genus collatis penes uenditorem reſtat.ut

4 etiam gabella legatis indicta de ea tantum legati parte ſoluetur , quæ onere completo ſuperfuerit. communia atteſtatur Anto.Gomez de teſtam.cap.11.nume.25.uer.3.infertur.

5 Gabella & ſi non debeatur,cum res ex reuendendi pacto uenditur, tamen ſi ſoluatur , non repetitur. commune pronunciat meus iuris doctor Arius Pinelus in l.2.par.2.cap.3.nu.36.C.de reſcind.uend.

6 Gabella ab eccleſiaſticæ rei emptore ſoluenda neceſſario eſt,& ſi ab ipſa eccleſia non ſit ſoluenda. ut frequenter placitum affirmat And.Tiraq. de retract. lign.§.1.glo.13.nu.12.

7 Gabella ſi ab illo indicta ſit , qui eius imponendę poteſtatem habeat,etiam ab animo,ſeu, ut doctores loquuntur,in conſcientiæ foro debetur.commune ponit Firmian.de gabell.par.9.quęſt.1.

9 Gabella nec uni ex gabellarijs ſoluta debitorẽ eius liberat,nec ab uno ex gabellarijs in ſolidum peti

10 poteſt.commune ponunt Iaſ.in l.ſi unus,num.2.ff.de

11 pact.Firmian.de gabell.4.part.nume.19. & ſi contrarium tum conſuetudine legibus maiori ſeruetur,tum iuxta uerã legũ doctrinã probabilius , uerius que ſit. quemadmodum aſſeruit Paul.perperam à Iaſ. intellectus in d.l.ſi unus ad fin.princip.& luculenter probat ſingularis Accurt.doctrina in l. nemo ex ſocijs in uerb.alienare.ff.pro ſoc.ubi docet Accurt.ſocios ſibi ad ea mandatũ in uicem dediſſe uideri, quæ ſocietati expediunt.quod extollunt Alex. in l. de pupillo. §.ſi plurium,nu.3.ff.de nou.ope.nunc.& cõplures laudati à Iaſ.in l.ſtipulationes non diuiduntur, nu. 9. ff. de uer.obli Dec.in l.ſi ſocius,num.2.& ſeq. ff.ſi cert. pet.nec Bart.authoritas,quam Iaſ.in contrarium adducit, de gabellarijs uerba facit.nec Bart. rurſus authoritas quã Firmian.ex illius commentarijs ad l. ulti.ad ſi.ff.uti poſ.promit,gabellarijs conuenit. ſi quidẽ loquitur illic Bart.de duobus aduerſarijs contendentib.de pedagij recipiendi iure.quod inquit Bart. non poſſe duob.inſolidum cõpetere , ut de dominio cenſet Iul.Clar.in l.ſi ut certo.§. ſi duob. ff. commodat.at non loquitur Bart.de ſocijs mutuò negocia ſocietatis transigentib.iuuat porrò quod ſupra cũ Pau. propoſuimus,tex.in l.iuſtiſsimè.§.proponitur, uerſi. æquum enim. & uer.id genus. ff.de ædil. edict.iuuat præterea quod ſcribit Bal.in l.cum te ad fin.uer.caue tamen.C.ſi cer.pet.ſed hæc atque alia latius,& accuratius alibi.

22 Galli ſua in poteſtate ac mancipio liberos non habent : atque idcirco illis pupillariter nõ ſubſtituent. commune inquit Rip.in l.2.nu.21.ff.de uulgar.& pupilla.quanuis contrarium alibi latiſsimè oſtendã uerius,atque æquius.

23 Geminatio ex interuallo maiorem uim habet. cõmune ait Alciat.lib.4.de uerb.ſignificatio. pagi. 41.

24 quas autem uires illa regulariter,ac generaliter, & ſigillatim habeat,diſces ex Iaſ.nu.10.Rip.nu.16. Zaſ. nu.20.in l.quod iuſsit.ff.de re iud.Felin.in cap. ſi cautio,num.43.de fide inſtrument.& in cap. ſi quãdo colum.15.uerſi.reſcripti geminatio de reſcript.Hippo. in l.1.§.quæſtioni.nu.5.ff.de quæſtion.Corſer. in tract.de uerb.geminat.nu.17.lib.1.tractat. Nicum.in cap.quoniam contra fol.139.col.2.nume.14. de probat.Euerar.in Topicis cap.91.Eman.à Coſta in rep. l.ſi ex cautione fallent.14.per totam à pag.131.C.de non nu.pecu.Ario Pinelo in rub.part.1.nu.14. uerſi. inde etiam.& nu.43.C.de bon.matern.& in l.2.part. 2.capitu.2.nume.22.& capit.4.num.32.C.de reſcin. uenditio.

25 Generalis deciſio non comprehẽdit caſus priuilegiatos.ut commune ponit Neguſan.de pign. memb. 1.part.8.qua de re adito ſemper Iaſ.à num. 9. Alcia. à num.6.in l.1.ff.ſolut.matr.Dec.in l.3.in fin.C.unde liberi.Ar.Pinel.in auth niſi tricennale, pag. 182. colu.4.ad fin.C.de bon.mater.Viui.lib.1. opin. 321.

26 ex quibus omnibus colliges id procedere cũ priuilegiatus caſus prærogatiuam expreſsim ea in re atque ſpecie habet,de qua deciſio generalis concepta eſt,alias ſecus.ut etiam eleganter docet Accurt.in l.à diuo Pio.ff.de re iudic.cuius ſententiam multum commẽdat ibidem Paul.& optimam reputat Arius Pinel.in rub.2.par.cap.1.num.15.C.de reſcind.uendi.tradunt Iaſ.in l.ult.nu.14.C.de edict.diu.Adr.toll. Dec.nu. 8.Cagno.ad fi.in l.1 .ff.de reg.iur.idem Dec. conſi.5. Straccha de mercatura pag.476.nu.5.

27 Generandi facultas cui abeſt , matrimonij contrahendi copia non adeſt.cõmune ait Sylu.de nupt.par. 2.fol.39. Villalob.in ſus collect.

27 Graduum diſtinctio quoad cõſanguineos uel propinquos ex latere cẽſendos,ſi matrimonij cauſa agatur,ex iure Pontificio peti debet,ſi ſucceſsionis materia tractet,ex iuris ciuilis cõſtitutionib. in utroq; foro promeetur:ſi uerò de cõtractib.& alijs cauſis diſſeratur,iuris Põtificij regulis in eccleſiaſtico foro, Cæſareis definitionib.in laicorũ iudicijs metiet. ut magis cõe aſſeuerat ,pluriè hac de re agẽs Did.à Couarru.in tract.de ſponſ. 2.par.c.6.§.6.nu.8.& ubi de horũ gradib.in ſtatuto aliquo mentio ſiet , ſemper iuris ciuilis ſupputatio inietur.cõe inquiunt Cotta in me-

e 2 mor.

mor. uer. graduum computatio, ac Viuius libr. 1.
opin. 329.

H

1 HAbitaturum qui ſe in aliquo certo lo-
co promittit, non in eo habitare præ-
ciſè cogetur, & ſi ad illud quod inte-
reſt agentis teneatur. commune dicit
Dida. à Couarru. in tracta. de ſponſ. 2.
part. cap. 7. nu. 5.
2 Hæreditas parentum non debita filijs, ſed quaſi
debita cenſetur. quo circa ſi de ea illi agant de conſe
quendo lucro, non de damno declinando agere du-
centur. commune ponunt Aret. in l. Titia, nu. 3. colu.
2. ad fi. ff. de uerb. oblig. Palat. Ruu. in repe. c. per ue-
ſtras. §. 21. nu. 5. de donat. inter uir. & uxo.
3 Hæreditas iacēs nec dicitur, nec eſt, cùm quis ſuus
hæres in rerum natura eſt. cōmune ait Anto. Gomez
4 de teſtament. cap. 10. nu. 17. quin & poſtquam ſemel
adita eſt, amplius hæreditas non eſt. commune ſcri-
bunt Iaſ. in l. poſſeſsio. §. ueteres, nu. 18. ff. de acquir.
poſſeſ. Viuius lib. 1. opin. 143. ad fin.
5 Hęreditas adeatur, neceſſe eſt, ſeu ab inſtitutis, ſeu
à iuſtis hæredib. ut uel teſtamento, uel ab inteſtato re
licta deberi incipiant. commune inquiunt Corn. con
ſil. 97. colum. 1. lib. 3. Did. à Couarru. in cap. 3. num.
6 3. de teſtament. Anton. Gomez de teſtament. cap. 12.
nume. 11. uer. item etiam in tantum. aliàs nec ad
pias cauſas legata debebuntur. commune aſſerit Ale
xand. conſi. 354. ſtatutis, num. 17. lib. 2. excipe tamen
ut hæc non procedant cùm ſuus aliquis hæres eſt. ut
receptum ait ex Dec. conſi. 245. & conſi. 250. & con-
ſil. 331. ex Iaſ. conſi. 130. colum. 3. lib. 1. Viuius lib. 1.
opin. 143. & eſt text. expreſſus in l. in ſuis. ff. de lib. &
poſthum.
8 Hæreditas ſi in aliquem caſum ſimpliciter hæredi
adimatur, quo caſu adimetur, peruentura intellige-
tur uel ad cohæredes, uel ad ſubſtitutos, ſi adſint, alio
quin ad iuſtos hæredes ſpectabit. commune fantur
Iaſ. in l. ult. §. ult. nu. 3. ff. ſi cert. peta. Iul. Clar. de teſt.
q. 69. uer. ult.
9 Hæreditas ui uel metu alicuius eidem relicta tum
fiſco addicetur, cum qui metu uel ui inſtitutus eſt, te
ſtatori proximior erit: alias ſecus. ut frequenter placi
tum atteſtatur Iulius Clarus in pract. §. ult. quęſt. 69.
uerſi. ſi teſtator.
10 Hæreditatis aditio animi tota eſt. commune inqui
unt Corn. conſi. 312. lib. 4. Ioan. Dilect. de art. teſtan.
11 ti. 11. caut. 1. nō tamē idcirco aliunde quàm ex aliquo
exteriori actu probabitur. commune pronunciat Ni
cet. in gl. concot. 90. Villalob. in ſua collecta.
12 Hæreditas quin mutuis pactis inter aliquos uiuen
tes adhuc initis diſtribui, dari uè tota ſuperſtiti illo-
rum poſsit, nihil impedit. commune aio ex Oldr. cō
ſil. 139. Alber. & Sali. ac Iaſ. col. 3. in l. ulti. C. de pac.
Ange. in l. ſancimus. C. de donat. & in l. hæreditariã.
ff. de bon. aut. iud. poſſ. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo.
colu. 9. ff. de uerb. oblig. Dec. conſi. 63. nu. 4. Soc. Iun.
conſi. 143. num. 28. cum ſequentib. lib. 1. Hipp. ſing.
333. late Io. Cephal. conſi. 43. nu. 4.
13 Hæreditatis adeundæ iuri per triginta annos præ-
ſcribitur. commune ait Balb. de præſcrip. par. 4. quar
14 tæ pat. prim. q. 19. & ſi enim nondum aditæ hæredita
tis ius in bonis alicuius nona ponatur ut receptum
eſſe uidetur ex Alex. num. 1. atque alijs in l. precia re
rum. ff. ad l. Falc. ex Paul. num. 3. Iaſ. colu. 1. in l. 3. C.
de fideicommiſſ. ex Iaſ. rurſus in l. cum filiofam. num.
112. de leg. lib. 1. & in l. 1. §. ueteres, nume. 27. ff. de
acq. poſſ. & in l. gallus. §. & quid ſi tantum num. 123.
ff. de lib. & poſthum. & in l. ſi arrogator, numer. 13.
ff. de adopt. & in l. emancipata, numer. 15. C. qui ad-
mit. atque inibi cæteris recentioribus interpreti-
bus: ex Iacob. etiam in l. qui ſe patris, nume. 55. C.
und. lib. ac Rebuf. in l. una, pag. 88. nume. 22. & ſeq.
C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. tamen quo ad
præſcriptionem in conſideratione eſt. l. licet, cum
gloſſ. C. de iur. delib. tradit latè And. Tiraq. in l. ſi un
quam, uer. reuertatur, num. 312. C. de reuoc. donat.
Balb. ubi ſupra.
15 Hæreditatis immixtioni æque atque illius aditio-
ni per triginta annos præſcribetur. commune aſſero
ex Aret. in l. quandiu in 1. col. 2. ff. de acquir. hæredit.
Cor. & Alex. in l. licet. C. de iur. delibe. Dec. ac Iaco.
de Sanct. Georg. utroque, num. 8. in l. una. C. quand.
nō pet. part. Tiraq. in l. ſi unquam, uer. reuertatur, nu.
312. C. de reuoc. donat, Balb. de præſcrip. par. 4. par-
tis. 4. princ. q. 19. col. 2. uer. & pariter iure immiſcēdi.
Viuius lib. 1. opin. 146. pro quib. ſtat aperta Græco-
rum auctoritas apud Harmenop. lib. 5. titu. 8. §. ἡ τῆς
κληρονομίας ἀναίτησις, ut contra ſentientium opi-
16 nio explodenda omnino ſit. dabitur tamen reſtitutio
ex illa generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uide
bitur. ut receptum effantur Soci. in l. cum filius. §. 2.
col. 1. ff. de uerb. oblig. Dec. conſi. 303. col. 2. Viui. d.
17 opin. 146. & lib. 2. opin. 127. quin & filij decurſo eo
temporis ſpatio poterunt ex alio capite abſque ulla
reſtitutionis ope ad hæreditatem aſpirare, ut alibi la
tè ſcribo.
18 Hæreditatis immixtio à creditorib. cōtra ſuos hę
redes agentib. probanda eſt, ut illorum intentio iuſto
innixa fundamento procedat. commune dicit contra
multos Anton. Gomez de teſtament. capit. 9. numer.
19 25. uer. ſed his non obſtantib. probabitur autem effi-
caciter ſi oſtendetur filium dixiſſe ſe retinere domũ
aliquam paternam pro legitima. ut contra Bal. & An
gel. aſſerit frequenter placitũ Vigl. in §. ulti. nume. 3.
inſti. de hæred. qual. & different.
20 Hæreditatis petitio & cēſetur, & eſt realis actio. ut
arbitratur Bar. in l. ſed ſi lege. §. petitio. ff. de petit. hę
reditat. cuius doctrinam communiter receptam pro
nunciant Iaſ. nu. 13. Rip. nu. 7. Purpur. n. 14. Iacob.
de Nigris, num. 3. in rub. ff. ſi cer. peta. Ange. in §. ſed
iſtæ col. 3. inſtit. de action. Iaſ. in §. quædam nu. 42. in
21 finem, inſtitut. illo eodem titu. quanuis meo quidem
iudicio inter mixtas actiones ponenda ſit. ut rectè cō
tendunt Curt. Iun. nu. 13. & Hieronym. Butrig. num.
etiam 13. ad allegatam rub. ff. ſi cert. pet. uerum ea de
22 re alibi uberius. obſeruabis autem quod hæc hæredi-
tatis petitio æquè ſuis hæredibus conceditur, atque
alijs quibuſuis hæredib. ut luculenter probat l. 1. &
l. 3. ff. de acquiren. hæredi. & nemo huc uſque reper-
tus eſt, qui ea in re controuerſiam citet. unde etiam
titulus pro hærede eiſdem ſuis hæredibus neceſſariò
concedetur, cum hæreditatis petitio fundamentum
omne habeat in titulo pro hærede, ut docet receptus
Bart. in l. pro hærede. ff. de acquirend. hæred. quamo
brem, ut dixi, titulus pro hærede ſuis hæredibus cō-
23 petet, quibus hæreditatis petitio nemine refragante
cōpetit, ut ueriſsimè contra commune interpretum
placitum alijs argumētis ducti tentarunt Fulg. in l. ni
hil. C. pro hærede. & Cuman. in l. 2. §. filium quoque.
ff. pro hæred. Vigl. in §. ſui autem inſtitut. de hæred.
qualit. & differt. Anto. Ruber. in repe. l. pater filium,
nu. 100. ff. de inof. teſta. atque alij quos infra refero
uer. hęredis titulus, ſeu pro hærede titulus.
24 Hæreditatem non aditam iure ſuitatis non tranſ-
mittent emancipati filij. ut commune pono ex Corn.
nu. 4. Alex. colum. 2. Iaſ. colum. 1. Iacob. de Sancto
Geor. col. 2. in fi. ad l. 3. C. de iur. delib. Corn. rurſus

nu. 10.

num. 10. Alex. col. pen. Iaſ. col. ult. in l. emancipati. C.
de collat. Iaſ. in l. emancipata lect. 1. num. 6. C. qui ad
mitt. & Ang. Aret. in §. emancipati col. 1. & col. 3. in
ſti. de hæred. quæ ab inteſt.
25 Hæreditatem aliquis ſimpliciter repudiâs, aut re
nunciatione à ſe remouens hæreditate exclusiſſe ſe-
tum ex teſtamento, tum ab inteſtato cenſetur. ut eſt
gloſſæ doctrina. in l. 1. §. ſed uidendum in uer. ſucce-
dat. ff. de ſucceſſ. edict. quam frequenter placitam cō
ſtituo ea Bar. & reliquis interpretibus in l. nec is §. ul.
ff. de acq. hæredita. Bal. in rub. quæſ. 6. C. qui admitti.
Paul. in l. 3. ad fin. C. de iur. & fact. ignorant. Paul.
Aret. & cæteris commentatoribus ad l. 3. ff. de acqui-
rēd. hæredit. Paul. rurſus, num. 6. Iaſ. num. 7. ac reli-
quis in l. 1. C. qui admitti.
26 Hæreditatem qui ex parte repudiauit, cum illi plu
res eius hæreditatis partes deferrentur, nihil egiſſe ui
detur, & ideò hæreditatem rurſus pro animi ſui arbi
tratu adire poterit. commune aſſero ex gloſ. ad fin.
Bart. numer. 3. Bald. Paul. Cuman. & Aret. in l. a. ff. de
acquirend. hæred. ex Paul. in l. ſi ſolus. ff. illo eodem
tit. Alexand. Ful. numer. 3. Corn. ante. numer. 4. Alex.
27 & Iaſ. num. 1. l. quidam elogio. C. de iur. delib. &
ſi non de nihilo contrarium moliantur Iacob. Raue.
Alb. Ang. Salic. Ioá. de Imol. Alexand. & Iaſ. in d. l. 2.
quam legunt ſimul cum l. 1. ff. de acquir. hæred. ſed
hac de re alibi copioſius Deo fauente agemus.
28 Hæreditatem uiuentis in pactum deducentes ni-
hil agunt, & ſi filij ſint. commune dicit Iaſ. in l. de quę
29 ſtione, numer. 5. de pact. nec iuſiurandum uires huic
pacto ullas adder. ut commune ponit latè de materia
agens Viuius lib. primo opinione 233.
30 Hæreditate hæredem teſtator priuare poteſt, ſi
quid ille ab ipſo iniunctū aut fecerit, aut non fecerit.
31 commune affirmat Aymon Crauet. cōſi. 1. nu. 3. ualet
bitque huiuſcemodi priuatio in fideicommiſſi uim.
ut frequenter placitum aſſerit Beltrand. conſi. 191.
nu. n. 5. lib. 6. idem Crauet. ubi ſupra. nu. 6.
32 Hæreditate non adita minor uiginti quinque an-
nis decedens tanquā eo ipſo læſus reſtitutionis bene
ficiū ad hæredes tranſmittit, ut & maior annis ex iu-
ſta aliqua cauſa tranſmiſiſſe intelligitur. commune
pono ea Corn. col. 3. Alexand. col. 4. Iaſ. col. ult. Ia-
cob. de ſancto Georg. nume. 13. in l. infanti. C. de
iur. d. lib. Iaſ. in l. cum antiquioribus. col. 2. C. illo
eod. tit. atque ex alijs, quos laudat Viuius lib. 1. opin.
203. poſt princ.
33 Hęreditate non adita ſi quis hæres eo in teſtamen
to inſcriptus deceſsit, cui clauſula codicillaris inſerta
erat, quanuis ipſius hæredes ad petendam hæredita-
tem ius non habeant, tamen fideicommiſſum totius
hæreditatis rectè poſcent, quia ſcilicet ad illius tranſ
miſsionem reſtitutio nulla requiratur. commune in-
quiunt Alexand. in l. cum filio. ff. de legib. li. 1. Io. Di
lect. de art. teſtand. tit. 11. caut. 1.
34 Hæręditate aui priuatur nepos ob commiſſum à
patre homicidium, ut frequenter placitum renunciat
Boer. deciſ. 28. num. 8. Villalobus in ſua collecta.
35 Hæres ex a in parte, in qua hæres eſt, defunctum red
dit, ac repræſentat, in cæteris hæreditatis partibus ex
traneí loco eſt. commune aiunt Ioa. Nic. in l. genera
liter. num. 120. C. de ſecund. nupt. & lacisſima allega
tione uſi Anton. Gomez. de contract. cap. 10. nume. 3.
uerſi. confirmatur, atque Arius Pinelus in l. 1. par. 3.
pag. 14. col. 3. & col. 4. pag. 141. & pag. 158. col. 2. ad
fin. C. de bon. matern.
36 Hæres ex a minus ſolenni uoluntate, minuſque ritè
ac ſolenniter conſcripto teſtamento naturaliter tene
tur, ut frequenter placitum eſſantur Alexand. num. 2.
in l. non dubium. C. de teſtamen. Iaſ. in l. cum quis à

numer. 9. C. de iur. & fact. ignorant. idem Iaſ. in l. 1. à
num. 16. ff. de condict. indebit. idem Iaſ. nu. 70. Rip.
num. 96. in l. nemo poteſt. ff. de legib. 1. idem Iaſ. cōſi.
82. num. 3. lib. 3. Decius conſi. 348. nume. 1. Alciat. in
cap. nouit num. 30. de iudic. quam ſententiam mirí-
ficè confirmat commemorabilis Plinij Iunioris au-
thoritas. lib. 4. epiſt. 10. ad Sabinum in hęc uerba ſcri
bentis: Confido accurſurum te ſententiæ meæ, cum
religioſiſsimè ſoleas cuſtodire defunctorum uolūta-
tem, quam bonis hæredibus intellexiſſe pro iure eſt.
Neque enim minus apud nos honeſtas, quàm apud
alios neceſsitas ualet. Moretur ergo libertatem ſinen
tibus nobis fruatur l. g tto quaſi omnia diligentiſsi-
mè cauerit. cauit enim, quæ hæredes bene elegit. Cō
firmat alia non minus etiam luculenta eiuſdem pru-
dentiſsimi Plinij ſententia. lib. 5. epiſt. 7. ſubſequētia
uerba literis conſignata cum Caluitio ſuo conferen-
tis: hoc, inquit, ſi ius aſpicias, irritum: ſi defuncti uo
luntatem, ratum & firmum eſt. Mihi autem defuncti
uoluntas, (ut reor quam in partem iuriſconſulti,
quod ſum dicturus accipiant) antiquior iure eſt.
quam ob rem non temerè ſcripſiſſe Angel. duco in l.
quidam. §. illo. C. de neceſſ. ſeru. peccare hæredem,
qui uoluntatem teſtatoris & ſi minus ſolenniter exa
rat factam non ſeruet. nec multum memorantur q
contra æquum adeo honeſtum atque utile frequen-
ter placitum ſe ſe ſubtiles oſtendere nituntur. quos te
ferunt non inculpatè ſequuti Alciat. lib. 5. paradox.
37 cap. 17. Did. à Couarru. in cap. cum eſſes. nume. 9. de
teſtamen. quinimo ſi huiuſmodi tabulis minus ſo-
lēniter exaratis relicta hæres uel ſtipulatione uel nu
do dumtaxat pacto promiſerit, ad ea ſoluenda effica-
citer obligabitur, & ſi quis ſimpliciter illa relicta ſo-
lum agnouerit, obligationis eiuſdem uinculis non irre
tiatur. ut magis commune dogma aſſero ex ijs, quos
referunt Corn. ad fin. Alexand. colum. 1. & colum. 2.
Iaſ. nume. 1. poſt Saliect. ac Fulgoſ. in l. non dubium
C. de teſtamen. Iaſ. rurſum conſi. 82. colum. ult. lib. 3.
38 quod amplíabis ut idem futurum prorſus ſit, ſi hæc
hæredis promiſsio teſtatori ipſi, antequam ille mor
tem obiret, facta proponatur. ut probat text. in l. ult.
C. de fideicommiſſ. iuxta unam Bart. interpretatio-
nem. quam ualde commendant, & amplectuntur
Imol. & Alexand. nume. 9. in l. nemo poteſt. ff. de leg.
lib. 1. affirmant alij, quos ſequutus refert Gulielm.
Benedict. in cap. Raynutius in uerb. ſi abſque libe-
ris. in 2. nume. 172. de teſtament. quidquid negli-
39 genter reluctetur Iaſ. d. conſi. 82. col. ult. in fin. Me-
mineris porrò, ac memoriæ perpetuo commenda-
bis, quod huiuſmodi promiſsiones non ſolum ad
præſtationes tranſacti temporis, ſed & ad poſtea de-
curſuras promittentem hæredem obligabunt. ut
commune pono ea gloſ. ac reliquis commentatori-
bus in l. 2. C. de dot. promiſſ. Iaſ. in l. 1. nu. 5. C. de fi-
deicommiſ. Dec. in l. ſi certis annis. nu. 12. C. de pact.
Gul. Bened. ubi ſupra. nu. 174. & nu. 178. & nu. 190.
40 Hæres certa in re inſtitutus, ſi cohæres non adiun
gatur, hæres ex aſſe prorſus erit. cōmune pronunciat
Alex. in l. quotiens. C. de hæred. inſtit. Mayner. in l.
41 ius noſtrum, nume. 6. ff. de regul. iur. quod adeo ue-
rum eſt, ut & ſi expreſsim à teſtatore plus capere pro
hibeatur, totam hæreditatem nihilominus capturus
ſit, quemadmodum magis commune cenſent Ale-
xand. in l. ſi quis priore col. ult. ff. ad ſenatuſconſult.
Trebell. Viuius latè lib. 1. opin. 134. poſt princ. latius
Iulius Clarus de teſtament. quæſt. 73. uer. punctum
42 eſt. quamuis complures ex a in ſpecie & nullum eſſe
teſtamentum aſſerant, & rem totam ad inteſtati cau-
ſam reduci obnixè contendant, quorum dogma ma-
gis commune ponunt Philipp. Cor. in l. quotiens

Col.penult.C.de hæred.inſtituend.& ij, quos laudat
43 Iulius Clarus ubi ſupra uer.contrariam autem. mihi
autem ſummopere illud placet, ut tanquam inutile
fuerit teſtamentum iuſti hæredes hæreditatem om-
nem conſequantur,ſed rem tamen illam, in quâ quis
particulariter illo modo inſtitutus fuit, ueluti fidei-
commiſſo obligati eidem reſtituant.quod etiam cô-
muniter placere enunciant meus iuris doctor Ant.
Gomez de teſta.cap.10.num.10.& num.11.

44 Hæres certa in re inſtitutus ſi adiúgatur uel uni-
uerſalis,uel ex parte cohæres,nihil amplius re illa,in
qua inſtituitur capiet:ſi tamen adiunctus hæres adi-
re noluit, ſeu non potuit,totam hæreditatem iure ac
creſcendi uindicabit. commune renuncio ex Imol.
in l.1.§.ſi ex fundo,col.1.uer.3.Fallit.& col.8.
uer.item intellige.ff.de hæred.inſtituend. Salic.col.
2.quæſt.3.princip. Paul. Caſtrenſ. nume.2 Corn.
numer.5.Alexan. & Iaſ.col.1.in l. quotiens.C.de
45 hæred.inſtituend.ſin autem adiunctus cohæres adie-
rit, & nihil amplius, ut dixi, iſte in re certa inſtitu-
tus adipiſcetur & legatarij numero habebitur. com-
mune ait Antun.Gomez de teſta.cap.2.col.pen. ad
46 fin.& cap.10.nu.12.quamuis uerius longè arbitror,
quod frequenter placitum affirmat Curt. Iun. conſ.
190.num.3.huiuſmodi inſtitutum hæredem nec ſim
pliciter legatarium, nec omnino hæredem eſſe cen-
ſendum, ſed in ſpecie utrinque communicante po-
nendum fore.

47 Hæres ex aſſe non ſolum ſi partem adeat, & de alia
taceat,ſed etiam ſi partem aliquam adeat,& aliam ex
preſsim repudiet,hæres in ſolidum efficitur. ut com-
mune ex compluribus pronunciat Ant.Gomez de te
ſtament.cap.10.nume.19.

48 Hæres ſi quis inſtituatur à teſtatore, qui ab eodem
met inſtituto poſtea hærede uel à notario,uel ab alio
quoniam rogatus fuit, quem uellet hæredem facere;
& ille eum ſibi hæredem eſſe uelle reſponderit, hæ-
res iure haud controuerſo erit.commune ponunt, &
accuratè declarant Iul.Clar.de teſtament.quæſt.37.
Viuius.lib.1.opin.145.

49 Hæres ut à iudice in poſſeſsionem hæreditatis mit
tatur,ſatis ſuperque eſt, ſi teſtamentum oſtendat, ac
50 ſe dicat eum eſſe, qui illic inſtituatur: quanuis aliud
lóge diuerſum futurum ſit, ſi ab inteſtato ad illú re-
deat hæreditas. ut frequenter placitum conſtituunt
Dec.conſi.84.Gozad.conſi.21.Matth.de Afflic.dec.
51 119.nu.6.Viuius lib.1.opin.179.antequam uerbo bo
norum poſſeſsionem naturaliter apprehendat, eam
non habebit. commune dicit latè Tiraq. in tractat.
mort.ſaiſsit.in 3.præfa.declar.num.2.& num.3.

52 Hæres inſtitui ſpurius non prohibetur ſub condi
tione,ſi natalibus reſtituatur. commune pronunciat
Curt.Iun.conſi.84.num.3.Villalob.in ſua collecta.

53 Hæres conſtitutione habitus filius & ſi reuera non
inſtitutus ſit,tamé poſſeſſorio diui Adriani beneficio
potietur.cómune inquit meus olim iuris doctor atq;
acutiſsimi ingenij uir Emanuel à Coſta in l.Gallus.§.
& quid ſi tantum par.1.nu.51.ff. de lib. & poſthu.

54 Hæres ex tempore, uel ex die ſui ipſius mortis in-
ſtitutus ſubducto tempore inſtitutus purè cenſebi-
tur, quamuis ex tempore uel die mortis alterius ali-
cuius ſub conditione inſtitutus uideatur. commune
aio ex Bart.colu.1.oppoſ.4.Imol.num.1.ac reliquis
interpretibus in l.hæreditas ex die.ff.de hæred.inſti-
tuen.ex Bar.Cin.Alb.Bal Paul.& cæteris comméta
toribus in l.extraneum.C.de hæred.inſtit. Ang.in §.
hæres.col 1.in fin.inſtit.de hæred. inſtit.

55 Hæres intra luctus annum teſtatoris uita functi
uxorem neceſſario alet.commune fatur Iaſ.in §.fue-
rat.num.28.inſtitu.de action. & uide quæ infra ſcri-
bo uerſi.uxor.

56 Hæres ſententia damnatus repertorij beneficio lu
atur.commune pronunciant Alex.in l.ex diuerſo.§.
ult.ff.ſolut. matr. ſi autem inuentarium uel reperto-
57 rium antea non confecerit,quanuis in exteriori foro
obligari poſsit,in conſcientiæ tamen iudicio nec cre
ditoribus nec legatarijs tenebitur ut frequenter pla-
citum aiunt Aret.in rub.colum.2 ff.de acquiren.hæ-
red. Carol. Ruin. conſi. 50.lib. 4. Alciat. in cap. no-
uit,nume.34.de iudic. Vigil.in §.extraneis.num.5.in
ſtitu.de hæred.qualit.& differét. Did. à Couarru.in
cap.1.nume.16.de teſtamen. & in tract.de ſponſal.2.
par.cap.6.§.8.num.10.

58 Hæres qui defuncti factum ob legem reſiſtentem
alioquin nullum impugnare atque euertere prorſus
ualet, impunè admittetur.commune renúcio ex Soc.
conſi.79.num.47.lib.4.Grat.conſi.91.num.25.lib.1.
Curt.Iun.conſi.175.num.10.in fin. Grammat.deciſ.
93.nume.8.& num.9.Matth.de Afflict.lib.3.conſtit.
Neap.rub.5.num.7.& in cap.2.§. ſi Titius,num.15.ſi
de feud.fuerit controu.& deciſ.240.num.8.

59 Hæres in re grauari à teſtatore poteſt,quam dona-
tione antea ab eodem conſequutus eſt.ut commune
cum Pariſ.atteſtantur Iulius Clarus de teſtam. quæ-
ſti.71.uerſi.ult.

60 Hæres grauatus reſtituere ſi abſque liberis è uita
migret, non uidetur ipſis liberis ſuſceptis & ſuper-
ſtitibus reſtituere iuſſus, ut frequenter placitum re-
nuncio ex Rip. in l.centurio. num.159.ff.de uulg.&
61 pupil.Boer.in deciſ.155.quod ampliabis ad ſingula-
rium rerum quà legata, quà fideicommiſſa ex
Curti. Sen. in rep. l.1.num.5.C. de pact. Claud.
in l. ex facto §. ex facto, col. 2. in princ. ff. ad S.C.
trebel. Galeaul. in laudatam l. centurio. nume.98
ad fin. Alciat. in l.1.§ quis ita, nume.1. ff.de uerb.
oblig. atque ex alijs innumeris quos diligenter cu-
mulat hanc quæſtionem copioſiſsimè pertractans Iu
lius Clarus de teſtamen.q.77.& quæſt.78.ac 79.

62 Hæres hæreditatis uniuerſæ reſtituendæ oneri ob
noxius niſi inuentarium concinnarit non minus
63 quartam trebellianicam perdit, quàm de legatis
particularibus falcidiam amittit. cômune repeio ex
Imol.in fin.503.col.ult.in l.Marcellus.ff.ad S.C.tre-
bell.Roman.in auth.ſimiliter, nume.104.ff.ad l.fal
cid.Angel.de Peruſ.in l.1.§.hæc ſtipulatio colum.2.
ff.ſi cui plus quam per l.falci.Ang.Aret.& in §.extra
neis colum.2.inſtitu.de hæred.qualit.& differen.&
in §. ſed quia ſtipulationes, col. ult. inſtit. de fidei-
64 commiſſ.hæred.Dec.conſ.436.col.5.in princip.aſſe
rit coproſè Viuius amplians in liberis, ac limitans
ubi uenia non conficiendi inuentarij à teſtatore data
65 eſt.lib.1.opin.141. quanuis generaliter contrariam
ſententiam frequenter doctoribus probatam enun-
ciet.Iaſ.in appellata ſuperius.l. Marcellus.nu.50.&
magis communem affirmet Iacob. de Sanct. Georg.
in l.ult.§.licêtia.C.de iure delib. ſed quidquid ij lite
ris prodiderint ſuperius dogma & frequentius & ue
rius arbitror.

66 Hæres,qui & ipſe teſtatoris agnatus,aut cognatus
poſt mortê ſuam reſtituere quidpiam, aut totam hæ-
reditatem proximioribus agnatis uel cognatis iube-
tur,ad proximiores ſui met ipſius hæredis agnatos.
uel cognatos,non uerò ad teſtatori proximiores per
uenturam fideicommiſſo hæreditatem obtinet.ut cô
mune interpretum dogma efferunt Soc. Iun. conſi.
526.nume.56.lib.1.Gozad.conſi.4.nume.31.Iul.Cla
67 rus de teſtam.q.76.reg.6.uer. ſed hic occurrit. quan-
uis non admodum mihi improbetur contrarium.
quod frequenter placitum ſcribit Ioan.Dilect.de art.
teſtã.tit.5.caut.21.nu.3.ſed hac de re alibi uberius ex

ueris

meris iuris principijs agemur.
68 Hæres rem ſoli extero homini ſeu foreſti,ut docto-
res fantur,contra ſtatuti formam uendens non ideir-
co ab indictis pœnis excuſabitur,quia id illi onus te-
ſtator impoſuerit.commune aſſerit Viuius lib. 1.opi
nion.282.
69 Hæres, cui bonorum diſtributio poſt ſuam mor-
tem iniuncta eſt,nõ poterit in ipſius uita eo ſe onere
expedire in pauperum illorum necem,qui poſt illius
mortem futuri ſunt.commune ait cum Alexād.Dec.
in l.cum tempus,numer.2.ff.de regul.iur.ubi contra-
rium uerius arbitratur. quod ante eum affirmauit
Bald.numer.10.Fulg.& Corn.col.2.in l.poſt mortē.
C.de fideicommiſſ.Paul.in l.filiusfam.§.diui.col.ul.
ff.de leg.lib.1.Anton. Gomez.in l. 17.tauri.nume.7.
cum quibus ipſe etiam in contraria omnia diſcedo.
quamuis communem ſententiam multis comproba-
re nitātur Iaſ.in l.poſt mortem.C.de fideicommiſ.in
conſtans Dec.conſ.416.num.20.& 22.ac ſequen.Pa
70 rıl.conſ.23.nu.20.ac 22.lib.3.Ruin.cõſ.24.nu.2.lib.
2.poterit tamen hæres qui inter pauperes aliquid di-
ſtribuere iubetur,id totum & in unum pauperem cõ
ferre.ut commune pronunciat Claud.Aquenſ.in l.in
quartam.§ 1.ff.de legat.1. contra quod multa effutit
Viuius lib.1.opinion.337.
71 Hæres ſuus cõprehenſa teſtamento ignorare præ
72 ſumitur. commune inquit Curt.Iun.conſ.8.at extra
neus neutiquam præſumetur,ſi ſe hæreditati miſcue-
rit.commune affirmat Cagno.in l.qui in alteriua,nu.
22.ff.de reg.iur.
73 Hæres ſuus pro hærede non uſucapiet.commune
ponũt contrarium uerè affirmantes Ant. Gomez de
teſtament.cap.3.nu.20. & cap. 10.num.19.atque ac-
curatius,& elegantius Arius Pine.in rub.2.par.pag.
24.col.2.cum ſequentib.à uer.ſed omiſsis.C.de bon.
mat.qua de re etiā uide quæ ſuperius obſeruaui.uer.
hæreditatis petitio.
74 Hæres ſuus quando ſui iura amittat, quādo ſecus,
quæ illa ſint iura obſeruo inferius uer.ſuus.
75 Hæredis appellatio in feudorum materia ad filios
ſolum refertur.commune ait Dec.conſi. 310.nu.10.
76 alias autem regulariter nec eum unquam compre-
hendet, cui hæreditas fideicommiſſo reſtituenda
eſt.ut frequenter placitum ſcribit Bellon. conſi.43.
nume.13.
77 Hæredis inſtitutio aut præſumpta,aut tacita,quan
uis generaliter ac regulariter pro nihilo prorſus ſit,
tamen in quibuſdam formis rectè collecta proce-
det.quas ſpecies latè recenſent commune placitum
in unaquaque ponentes Anton. Gomez de teſta-
ment. cap. 5. numer. 23. & ſeq. Iul. Clar. de teſta.q.
35.uer. in primis. qui etiam q. 36. cum compluri-
bus ſequentib. uberrimè ex receptis ſententijs tra-
ctat ut fieri debeat hæredis inſtitutio, & qui facta
ualeat,uel ſecus.
78 Hæredis ex aſſe inſtitutio,quæ uerbis directis con
cepta in codicillis, aut imperfecto teſtamento eſt, ſi
codicillaris clauſula adiungatur, in fideicommiſſum
conuertetur. quo legitimi hæredes cogantur hæredi
illi nõ ritè inſtituto hęreditatis bona reſtituere.ut fre
quēter placitum renuntio ex Accurt.Bar.Ang.Imo.
& cæteris interpretibus in l.ex ea ſcriptura. §.1.ff.de
teſtam.ex eiſdem Accurt.Bar. Bal. ac reliquis com-
mentatoribus in authen.ex cauſa.C.de lib.præter.ex
Accurt.rurſus & plerique omnibus ſcribentibus in
l.ſi ijdem codicilli. C.de codicill.
79 Hæredis bona non minus diſpoſitionibus teſtantis
ſubiecta ſunt,quàm ſua ipſius teſtatoris bona quippe
quæ de illis atque de his teſtator diſpoſuerit, hæres
adita hæreditate æqualiter obſeruare atque explere
omnino tenetur. commune effantur Aymon Crauet.
conſi.174.nume.9.Iulius clarus de teſtament.quæſt.
80 71.non tamen hæredi alienatione ſuorum bonorum
interdicere teſtator poterit. ut frequēter placitum te
ſtificatur Rip.in l.filiusfam.§.diui.numer. 54. & ſeq.
ff.de leg.lib.1.
81 Hæredis bona ſi expreſsim teſtator obligauerit na
ſcebit obligatio, & competet hypothecaria actio, ſi
82 obligatio hæredis ipſius nomine facta fuerit,alias ge
neraliter pignoratitiæ cõtrariæ locus erit,ut pignus,
à defuncto conſtitutum tradatur,uel ſi iam traditum
fuerit, exceptio contra hæredem repetentem dabi-
tur.commune aſſerunt Neguſant.de pignor. 2.mem-
br.2.par.num.57. in fin. Iulius Clarus de teſtament.
quæſt.61.uer.ſed nunquid.
83 Hæredi cuicunque ſub quacunque conditione in
ſtituto competit bonorum poſſeſsio ſecundum tabu-
84 las, interea quam quo ad conditio pendebit, bonis cura
tor conſtituetur,& cum fuerit expleta conditio, non
85 egebit alia bonorum poſſeſsione. poſcetque iure il-
lam ac proculdubio impetrabit, cùm uel ſubſtituto
uel iuſtis teſtatoris hæredibus cauerit ſe alioquin con
ditione defectum bona hæreditatis omnia cum fru-
ctibus eſſe reſtituturum, ut communia inquit proli-
xè Ant.Gomez de teſtament.cap.2.nu. 13.& nu.14.
86 Hæredi cēſetur ſemper teſtator minus onus impo
nere uoluiſſe,quàm fieri poteſt,ac potuit.quemadmo
dum cõmune axioma inquit Soc.Iun.conſi.9.nume.4.
lib.4.& cæteri utriuſq; iuris interpretes cateruatim.
87 Hæredi obligatio iure pontificio faceſsitur ut dā-
num etiam illud à defuncto ortum,cuius nihil pror-
ſus ad teſtatorem, uel ad ipſum peruenerit, reſar-
ciat.commune dicit Panor. in cap. patrochialis, de
ſepult.& copioſè Iul.Clar.in pract.§.ult.q. 51.uer.al
tarius quæro.
88 Hæredes & ſi in obligationes omnes quibus & alij
teſtatoribus uita functis tenebantur & ipſi teſtatores
alijs obnoxij erāt, generaliter ac regulariter ueniāt,
89 tamē illas haud induent,uel ſuſcipient, quarum cõ
tractibus taxatiuam dictionem alterutra pars addi-
derit. uerbi gratia,tantū promitto,ego ſolus pollice
or,uel tibi duntaxat.ut communia latè ait Anto.Go-
mez de contract.cap.11.nume.12. & ſeq.
90 Hæredes plures inſtituti,in quibus naturæ & cha-
ritatis ordo ſit,non omnes ſimul inſtituti intelligun-
tur,ſed ſucceſsiuo ordine alij ante alios. ut ſi inſti-
tuam meum filium atque eius filios, mortuo demum
meo filio eius filij hæredes erunt. commune ex mul-
91 tis pronunciat Anton. Gomez de teſtament. cap. 2.
num.3.col.4.uer quinto limita,& cap.5.nu. 54. uer.
infero.27.& ca.10.nu.31.uer.ex quo infero.excipies
tamen ut hoc procedere nequeat, cùm inſtitutio fa-
cta proponitur per dictionem coniunctionis,ſimul,
uel unà.quoniam ea in ſpecie omnes coniunctim hæ-
reditate potiētur commune teſtatur idem Anto. Go
92 mez.d.cap.2.nu.3.col.4. excipe deinde, ut id locum
generaliter ac regulariter in alijs nõ habeat,quàm in
ijs,quorum utrunque inſtituere uel ratio ſuadet, uel
neceſsitas cogit,ne alias teſtamentum ruinam faciat,
93 ut in filio ac nepote contingit.In alijs etenim præter
hos,ſecus longè erit.quippe quia ſi quis fratrem ſuū,
aut quemuis alium & eiuſdem liberos inſtituerit hæ
redes,tunc omnes admittentur,hic in dimidiatā par-
tem,illi omnes in alterā dimidiatā partē,ut frequēter
placita inquiunt Alex.conſ.22. lib.3. l o.dilect.de arr.
teſtād.ti.4.caut.6.nu.1.Ant.Gomez.d.c.2.col.4.uer.
ſexto & finaliter limita.& qui latiſsimè circa hāc quę
ſtionem, & eius diſtinctiones diuagatur Iulius Cla-
rus de teſtament.quæſt.80.
94 Hæredes uerbis coniuncti in accreſcendi iure illis

præferuntur, qui re tantum coniuncti ſunt. ut magis
commune placitum renuncio ex Iaſ.nu.125.Lancel.
polit.col.23.in l.re coniuncti.ff.de leg.lib.3.ex eodē
Iaſ.in addit.ad proc.in §.ſi eadem res col.6. inſtitut.
95 de legat. quamuis neutrum illorum prærogatiuam ha
bere, ſed utrunque æquo iure ſuccedere frequentius
dogma affirment Petrus de Beluiſ. col.4. in finem.
Io.Crot. num.47.in d. l.re coniuncti,& Anton.Go-
mez.de teſtamen.cap.10.num. 32.

96 Hæredes ab inteſtato primi duntaxat gradus non
uerò & ulteriores tacito teſtatoris iudicio uocati cē-
ſentur. ut frequenter placitum pronunciant Iaſ.in l.li
cet imperator. num.40.ff.de leg. lib.1. & in auth. ex
cauſa.col.ult.C.de lib.præter.Anto.Gomez de teſta
ment.cap.10.num.27.uer. ſed aduertendum.quod e-
leganter declarat Arius Pinelus in l.2.par.5.nu.73.
C.de bon.matern.

97 Hæredes & ſi ex defunctorum delictis iure ciuili
98 non teneantur, tamen pontificio iure tenentur. com-
mune renunciant.Anton.Gomez de delict.cap.5.nu.
99 85.Did.à Couarru.lib.3.reſolut.cap.3.nu.7.non ta-
men ultra hæreditarias uires ea obligatio unquam di
latabitur, ſeu inuentarium illi confecerint, ſeu neuti-
quam illud exarauerint.commune effetūt Did.à Co-
uarru.d.cap.3.num.8. Boſsius in pract.tit.de pœnis.
num.34.Iulius Clarus in pract §.ultim. quæſt.51.uer
ſic.ſcias tamen.

100 Hæredes quorum nomina teſtator deleuerit, & ſi
hæredes eſſe non deſinant, tamen indigni habebun-
tur, atque illis alioquin obuentura hæreditas ad fi-
ſcum deferetur.commune ponit Iulius Clarus de te-
ſtament.quæſt 93.in finem.

101 Hæredum appellatio quæ in contractu pro ſe & fi-
lijs & hæredibus geſto inſeritur, ad hæredes extra-
102 neos non dilatatur.commune dicit Ale.conſ.56.nu.
2.lib.2.eadem porro hæredum nuncupatio ſi in mate
ria ad hęredes non tranſmeabili fiat ad poſteros ſeu
liberos relata cenſebitur ut receptum ſcribit Arius
Pinelus in l.3.numer.35, uer. infertur 9. C. de bon.
matern.

103 Hęredum pars maior ſi pacem cum defuncti offen
ſore inierit, ſatis ſuperque eſt, ut offenſor ueniam de
licti poſsit impetrare. quemadmodum frequēter pla
citum aſſeuerant Aret.in l.pro hærede,in pract. §.ul.
num.11.ff.de acquir.hæred. Ioā. Crot.repe.1.n.151.
& rep.2.nume.82.Hieron.Butigella. nu.175.Bolog.
num.599.in l.4.§.cato.ff.de uerb.obliga. Alciat.cōſ.
477.num.2.Ioan. de amicis conſi.88.num.6.& uber-
rimè Iulius Clarus in pract.ultim.quæſt.58.uer.fre-
104 quenter quanquam ab omnibus prorſus pacem obti
nendam eſſe neceſſario affirment communiter rece-
ptum Felin.in cap.cum omnes num.27. de conſtitut.
Iaſ.numer.57.Rip.numer. 503. Alciat.numer.172.
Soc.Iunior.nu.273.in d.§.cato. Did.à Couarru. li.2.
reſolut.capit.13.numer.8. Menchiaca controuerſ.u-
ſu frequent. cap. 30. numer. 39. placet tamen ſupe-
rior opinio ut humanitati magis conſentanea.nec e-
nim tanti eſſe debet ſuſpitio odij & maleuolētię, pijs
omnino ſponte eradicanda, ut cum quē deliquiſſe
pœnitet, benignior hæredum pars frequentibus ſuf-
fragijs iuuare nequeat. ubi tamen praxi optima re-
rum doctrice aliud receptum eſt, aliud prorſus & abſ
que dubio ſequendum erit.

105 Hæredibus alicuius & ipſi conceſſa emphyteuſis
ad quoſcunque hæredes ſeu teſtamento honeſtatos,
ſeu ab inteſtato tanquam proximiores ſuccedentes
ſpectabit, ac deferetur, commune renuncio ex Alex.
conſ.36.lib.5.& in l.quod dicitur, nume.56.ff.de uer
bo.oblig.Dec.in cap.in præſentia, nu.48. de probat.
Ario Pinel.in l.2.nu.12.C.de bo.mater.

106 Hæredibus illius, qui rem genericē debet, de ſolu
tione diſſentientibus iudex petente creditore diſcor-
diam illorum pro ſuo ipſius arbitratu dirimet.com-
mune dicunt Roman.numer.53.Alexand. nume.10.
107 Soc.col.2.Vincent. ab Hercul num.5.in l.2 §.ex his.
ff.de uerb.oblig.at ſi unus ipſorummet hæredum pe-
tat controuerſiam ea de re inter illos ſopiri, eā cæte
ri hæredes ſorte diſtrahere, atque extinguere cogen-
tur.ut frequēter interpretibus placere ſcripſerunt ad
illum eundem.§.Ang.col.1.Imol.col.2.Aret.3.Ro-
man.5.Alex.3.ac Iaſ.7.

108 Hæreſeos crimen quoad fidem Chriſtianām, in al
terius quām eiuſdem fidei homines non cadit. ut fre-
quentibus doctorum ſuffragijs probatum affirmant
Simancas de hæreticis cap.31.num.3. Iulius Clar.in
109 pract.§. hæreſis uer. ad hoc autem. quemadmodum
nec in eos cadere intelligitur qui nō ſcienter, ac per
tinaciter contra generales eccleſię Romanę traditio
nes quippiam frendent.cōmune pronūciant Simanc.
d.cap.num.5.ac Iul.Clar. ubi ſupra.

110 Hæreſeos conuictos licet nec Epiſcopi abſque in-
quiſitorib. nec inquiſitores abſq; epiſcopis poſsint
condemnare, tamen alteri abſque alteris rectè, ritè-
que abſoluent. commune ait pract. Caret. fol. 601.
numer.72.

111 Hæreſeos nemo accuſari, nemo damnari poteſt, ne
dum ut ullas iure ſanctas pœnas incurriſſe uideri de
beat, ſi animi ſui concepta multum quidem à religio
ne abhorrentia nec dicto, nec facto eliminauerit, ac-
foras dederit, ſed intra ſui pectoris ſinum continue-
rit. ut receptiſsimam Theologorum omnium ſenten
tiam aſſeuerant Simanc.de hæreticis capit. 30.nu.9.
Iulius Clarus in practic.§.hæreſis uerſi.quæro an oc
cultus. atque alinubi in ſacris literis luculētiſsimè di
ſertis uerbis probatur.

112 Hæreſeos admiſſæ ſi quem pœniteat, nullas ille im
poſitas à iure pœnas ſubibit & ſi carceri perpetuo de
douēdus ſit. commune affirmat Igneus in l.1 §.cum
dominus numer. 33. ff.ad Senatuſconſult.Syllania-
113 num. nec etiam bonis ſuis labetur, ut magis commu
ne aſſeuerat Pariſ.conſi.2.numer.185.& ſequen. lib.
114 quarto. eritque & poſt condemnationem æque libe-
rum atque utile ſuſcepti criminis pœnitere. quemad
modum frequentius doctoribus probari miſerunt in
literas. Boer.deciſ.343.num.3.& ſeq. Iul. Clar.in pra
cti.§.hæreſis, uer. ſed uſque ad quod tempus.

115 Hæreſeos cauſa ab eccleſiaſtico iudice damnatus
non in aliud periculum ob eandem patrati criminis
culpam uocabitur. receptum dicit Iaſ.in l.magiſtrati
bus, numer. 10.ff.ſi cert. petat.

116 Hæreſeos condemnati bona fiſco addicuntur, nec
ratio ſuperſtitum liberorum habetur, quamuis nul-
lius culpæ ipſi arguātur. commune aſſerunt pract.Ca
ret.fol.635.numer.140.Simanc.de hæret.cap.9. nu.
117 2.Iul.Cla.in pract.§ hæreſis.uer & ſcias quin ipſimet
illius liberi tam poſt crimen ſuſceptum, quā ante ul-
lam illius culpam nati pœnis in hæreticorū liberos
ſancitis plectentur. ut commune affirmat cum Ga-
lind.& Simanc.Iul.Clar. in d.§.hæreſis, uer. quæro,
nunc. qui tamen probabili humanitate cum eodem
Simanc.& ab eo relatis in cōtrarium conticeſcet. cur
enim in legis diuinæ cauſis lex diuina ſuſque deque
habebitur, ac prorſus conticeſcet? Deu.24.cur in con
trouerſijs, quę ad pietatem Dei optimi maximi refe-
runtur, Dei optimi maxime iuſiurandum arguetur?
Ezech.18.ſed hæc forſan alibi copioſius.

118 Hæreſi infectis fidem ſeruari neceſſe non eſt. com
mune inquiunt Simanc. de hæreticis capit.45.nu-
mer.14.Placa.lib.1.delict.capit.37.nume.15.quan-
uis ſint qui diſtinguant nunc cum ea daretur fides hæ-
reſeos.

reſeos crimine euidenter polluti eſſent, num ſecus, uerum ea de re alibi.

519 Homicidium abſque dolo, & lata culpa admiſſum criminaliter puniri nec poteſt, nec debet, ut cómune doctorum effatum pronunciant. Iaſ. in l. 1. num. 70. ff. de legib. Boſsius in pract. ti. quomodo proced. per actionem. num. 38. Iulius Clarus in pract. §. homici-
520 dium uer. culpa dicitur cum ſequentib. tametſi Viuius nec latam culpam corporeis pœnis locum facere ſcribat receptum lib. 1. opin. 325. quæ ſententia ue-
521 rior & æquior eſt, ut alibi copioſè oſtendo. quin leuis etiam quauis cauſa à dolo excuſabilt, ut capitis pœnis ob homicidium nullus locus relinquatur, commune pono ex Iaſ. in l. 1. numer. 24. ff. de eo per quem factum erit, & in l. qui iuraſſe, numer. 6. ff. de iureiur. Soc. Iun. conſi. 117. numer. 23. lib. 3. Afflict. deciſ. 36. numer. 6. Grammat. deciſ. 29. nu. 16. Iacob. Menoch. multæ doctrinæ uir de recup. poſſeſſ. remed. 5.
522 Homicidium qui perpetrauit ob ſui ipſius defen-
523 ſionem, uel ob ſuarum rerum tutelam, uel ob ſui de-
524 coris, atque honoris repugnationem, uel denique ob tuendos ſibi ſanguine coniunctos nullis pœnis plectitur, ut communia placita efferunt de materia ſemper conſulend. Did. à Conarru. in clemé. ſi furioſus fol. 133. à numer. 1. de homicid. An. Gomez de delict. cap. 3. à numer. 20. Placa. lib. 1. delict. cap. 28. nu. 31. Iulius Clarus in pract. §. homicidium uer. excuſatur. cum uer. ſequentib. Viuius lib. 2. opin. 85. Nec illi
525 poterit imputari quod fugere potuerit, ac uoluerit nullam dedecoris maculam inde contracturus, ut receptum inquiunt Alexan. conſi. 109. num. 4. lib. 1. Felin. in cap. ſuſcepimus de homicid. Iaſ. num. 38. Dec. num. 35. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iure. Ioan. de Amicis conſi. 77. num. 5. Tiraq. de nobilit. cap. 20. numer. 64. & omnes ſupra proxime laudati. qui etiam quibus probationibus ſatis ſuperque ſit hác excuſationis obtentionem probari, & alia huic materiæ affinia cum receptis interpretum dogmatis accuratè memoriæ
526 produnt. quin & (quod diligenter menti inſculpes) ſi ſolæ minæ ab eo præceſsiſſe dicãtur, qui illas exequi ſoleat homicidium incontinenti factum impune erit, quemadmodum latè afferunt cómune Duennas reg. 182. nu. 4. Io. de Amicis conſ. 116. nu. 4. & ſeq.
527 Homicidium qui Chriſtiani hominis perpetrandum ſeu Chriſtiano ſeu alterius religionis homini mandat de pacto eam in rem precio & dicitur & cēſetur aſſaſsinus, ut uulgus fatur, atque omnes aſſaſsini pœnas luit, commune axioma affirmant Aret. conſi. 63. nume. 17. cap. 15. deciſ. 155. & qui latiſsimè in materia cum receptis ſententijs ſe ſe diffundit Iulius Clarus in pract. §. Aſſaſsinus.
528 Hoſpes, cui capſa, uel mantica, uel aliqua alia ſarcinularum ſpecies clauſa conſignataque non oſtenſis aliter rebus ibi cótentis traditur, ſi eam apertam, aut reſignatã reddat, etiam ſi ignoretur quis eam aperuerit, aut reſignauerit, tenebitur domino in litem iuraturo de rerum illic clauſarum tum quantitate, tum ualore, ut commune aiunt Pariſ. conſi. 74. lib. 1. Ioã. Bapt. Plot. latè hanc rem agens in repe. l. ſi quando. num. 391. & num. 400. cum ſequentib. C. unde ui. Viuius lib. 1. opin. 192. Iul. Clar. in pract. §. furtum. uer.
529 pro complemento, quamuis Iaſ. in l. in actionibus. n. 41. ff. de lit. iur. Bernard. Diaz reg. 186. atque alij contrarium receptum cenſeant, quos citat & merito improbat Iul. Clarus ubi ſupra. utilitas enim publica, quæ uera & ſuprema lex omni iure eſſe debet, aſtutiſsimis hoſpitum cauponantium malitijs ac fraudibus obuiam iri dictat.
530 Hoſti fides, quam priuatus quiſpiam illi dedit, ſeruanda neceſſario non eſt, ut commune interpretum dogma refert, ac meritò cum nonnullis uilipendit Did. à Conarru. in tract. de ſponſal. 2. par. cap. 3. §. 4. num. 14. cum præced. quid enim turpius factu, quid fœdius & abſurdius dictu, quam fidem alicui ſponte præſtitam uiolare? quid frigidius & ineptius quàm quia cæteri fidem alicui nec dederint, nec ſeruare idcirco tenentur, te, quia illam obſtrinxeris, poſſe frangere affirmare? ſed hac de re latius alibi.
531 Hypotheca bonorum generalis cũ clauſula conſtituti ad bona futura dilatatur. commune inſinuat Fanẽ. de pignor. & qui eum laudat Turzan. opin. 146.
532 Hypotheca prior præſentium, & futurorum bonorum tacita uel expreſſa potior atque antiquior habetur, quam hypotheca æquè generalis, ſed poſterior etiam in ijs bonis, quę poſt utranque obligationem quæruntur. commune ponit Neguſant. de pignor. 2. memb. 5. part. princ. num. 59. quanuis Salic. in l. aſsiduis nu. 4. C. qui potior in pign. hab. & in l. licet, nu. 4. eodem tit. ac Ioan. Crot. in repet. l. 1. num. 72. ff. ſolut. matr. de nihilo reluctentur.
533 Hypotheca cuiuſuis priuati prior ſeu tacita, ſeu expreſſa ſit, potior & dignior erit, quam poſterior fiſci tum tacita, tum expreſſa hypotheca. ut cenſent Accurt. Dyn. & Alb. ac Bart. numer. 1. in l. ſi is qui. ff. de iur. fiſc. & cum aliquammultis receptum ponit Did.
534 à Couar. lib. 1. reſolut. ca. 16. col. 3. idemque ius erit in tacita atque expreſſa dotis hypotheca, ut commune autumant Neguſant. de pign. membr. 1. 5. part. num. 100. & num. 102. Rip. in l. quæſitum, num. 7. ff.
535 de priuil. credit. Ioan. Coraſ. in l. qui liberos nu. 118. ff. de ritu nupt. quamuis contrarium hac in ſecunda ſpecie uerius ſit, ut ſuprà uer. dos obſeruatur.
536 Hypotheca in ijs bonis poſita, quæ diſpoſitione l. 2. C. de reſcin. uendi. reuocantur, nõ ob eam reſtitutionem extinguetur, commune ait Boer. deciſ. 181.
537 numer. 10. tametſi contrarium uerius, & receptius ſit ut aſſerit Soc. Nep. conſi. 219. num. 16. lib. 2. ac defendit rectè Arius Pinel. ad illam l. 2. C. de reſcind. uend. par. 2. cap. 3. num. 11. cum ſequentib.
538 Hypotheca tum generalis, tum ſpecialis alienationem rei illa conſtrictæ non impedit. ut frequẽter placitum affirmat Neguſant. de pignor. par. 2. col. 2.
539 Hypothecæ argumentum ad rei totius alienationem non procedet. ut communiter ab interpretibus definitum ſcribit Arius Pinel. in l. part. 2. nu. 19. C. de reſcind. uendit.

I

1 IDonevm ſe quis probet, non neceſſe eſt. tametſi in reſcripto ſub opportunitatis atque aptitudinis conditione ratio eius habita ſit. commune efferr Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 3 Villalob. in ſua collect.
2 Ignorantia illorum, quæ paterno teſtamento cauẽtur, in filio hærede præſumitur. quanuis in extraneis hæredibus poſtquam hæreditatẽ creuerunt, nõ præſu-
3 matur. commune pronũciat Cagnol. in l. qui alterius, nu. 20. ff. de reg. iur. Ignorans iura, leges, uel proclamationes & ſi lata culpa uacare non cẽſeatur, cũ doli argui nequit. ut frequenter placitũ inquiunt Alcia. de præſumpt. regul. 3. præſump. 31. nu. 6. latè Viuius li. 1. opin. 153. ac Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 60. uer-
5 ſic. quæro. ubi etiam tractat, quæ in hunc pœna cõueniat quanuis ignorantem generaliter, nec delinquere nec puniri docent, gloſ. in l. ex maleficijs. §. 1. uerſi. lõgè minus in uerb. ignorans. ff. de action. & obligat. quam cum multis ualde commendant. Felin. in cap. cum uigeſimum, in princ. de offic. delegat. & in

cap. a

cap.à nobis numer.1.de except.Dec.in cap.2.de con
ſtitut.Iaſ.in l.ſi quis id quod a numer.31.ff.de iuriſ.
omn.iud.Hipp. in l qui falſam à numer.73.ff.ad leg.
Corne.de falſ.& in l.una nume.205.C.de rap.uirg.
Mant.de ſoluen.argu.pag.308.& ante eos Roman.in
l.ſi uerò § de uiro,fallent.51.ff.ſol.matr.

6 Immunitas alicui ab omnibus oneribus, & colle-
ctis ordinarijs, & extraordinarijs, ſolitis & inſuetis
ampliſsimè indulta non extendit ad ea onera uel col-
lectas,quæ peſtis nomine,aut belli cauſa,aut alterius
publicæ neceſsitatis aliàs inopinatæ gratia inducun
tur.ut frequenter placitum aſſeuerant Rip.in tractat.
de peſte in titul.de remedijs ad conſeruand.ubert.
num.131.Curt.Iun.conſ.61.col.6.Iaſ.latè col.3.nu.
8.& nu.12.Rip.num.17.in l.ſi ex toto.ff.de leg.lib.1.
7 Viuius lib.1.opi.149.quin eam illic reſtringit,ubi cō-
ceſsio huiuſmodi ab omnibus & quibuſcunque one-
ribus cōceſſa fuerit.Sed certè quidquid ille dicat,ue-
rius & æquius eſt ſemper inopinatos alioquin caſus
exceptos in id genus immunitatibus uideri. ut alibi
commodius differimus.

8 Immunitas quæ paupertatis nomine indulgetur ob
diuitias ſuperuenientes euaneſcet. commune pro-
dunt Iaſ.in l.ſciendum.§.ſi fundum num.6.& ſeq.ff.
qui ſatid.cogant.Viuius lib.1.opin.150.

9 Immunitas & exemptio, ſi titulus ac bona fides
concurrant, per quadraginta annorum curriculum
præſcriberur. commune eſſantur Bald. de præſcript.
fol.55.num.19.& ſequen.Grammat.deciſ.200.num.
55.Viuius lib.1.opinion.151.

10 Impedimentum etiam propria impediti ipſius cul
pa,natum,ſi culpa tamen non ideo admiſſa arguatur,
ut id impedimenti oriretur, impeditum excuſabit
quemadmodum frequenter placitum renuncio ex
Bald.de præſcrip.par.1.ſextæ par.cap.2.nu.21.Caſ-
ſan.in conſuet.Burgund.rub.1.§.5.nu.38.Aymon
Crauet.conſi.201.numer.29.& conſi.247.ad finem
Did.à Couarru.in tractat.de ſponſal.2.part.ca.3.§.1.
num.7.Ario Pinelo in auth.niſi triennale.num.46.C.
de bon.matern.

11 Impedimentum iureiurando ipſiuſmet impediti
probabitur,ſi pro illius honeſtate ita iudex arbitrabi
tur.cōmune aiunt Iaſ.in l.quod dicimus.nu.1 ff.ſi quis
caut.Bauer.de Curt.iurament.deciſ.53.limit.4.

12 Impeditus impedimento iuris aut facti in cauſis ar
13 duis non tenetur procuratorem mittere:quamuis præ
peditus facti impedimento in cauſis nō arduis illum
mittere teneatur.commune pono ex Matth.de Af-
flict.deciſ.29.Rebuf.in 3.Tom.conſtit.Gall.tit.de
excuſat.pag.188 cum ſeq.Ario Pinelo in auth.niſi
triennale.num.43.uer.ampliatur.3.C.de bon.ma-
14 tern.intellige autem ac memoriæ perpetuo inde,
quod neceſſaria proteſtatio eſt ut impedito ius ſuum
ſaluum ſit.commune ait rectè explicans Myſing.cēt.
3.obſeruat.59 Nicol.Anto.Graua.ad Veſtrium li.6.
cap.ultim.num.54.

15 Impedito ad agendum non interlabitur præſcri-
16 ptionis tempus ſi iuris impedimentum illud ſit quod
ſi facti ſit,neceſſaria erit cum cæſareo tum pōtificio
iure reſtitutio. ut frequenter placitum conſtituunt.
Iaſ.in § rurſus,nu.24.inſtit.de action.Boer.deciſ.40.
num.3.Bald.de præſcrip.par.1 ſextæ partis caſu 22.à
num.16.Chaſſan.in conſuet.Burgund.rub.1.§.8.nu.
26.Ario Pinelo in auth.niſi triennale, numer 42.&
num.43.& 47.C.de bon.matern.

17 Imperator & ante adeptam coronam omnia gere
re rectè ac ritè poteſt, quæ poſt illam poſſet, com-
mune affirmāt Cotta in memorab.uer.Imperator in
2 poſt princip.Reſtaur.in tract.de Imperat.quæ.46.
nu.1.& ſeq & qui cōpluſcula de Imperatoris poteſta
te inculcat Viuius lib.1.opin.148.col.2.

18 Impubes doli capax cauſam exhæredatione dignā
19 poteſt committere:& ſi doli incapax illā ſuſcipere ne
queat. commune ait Anton. Gomez. de teſtamen.
cap.4.nume.3.

20 Incendium committi non intelligitur abſque cul-
pa leuiſsima.ut commune teſtificantur. Iaſ.in l.do-
21 mos hereditarias.ff.de leg.li.1.Ferret.caut.36.uerſa-
bitur autem huiuſmodi leuiſsima culpa in omittēdos
quocirca nullis pœnis erit obnoxia: commune in-
quit Did.à Couarru. in tract. de ſponſali.2.par.c.6.
§ 8.nume.14.

22 Incertitudo ex re generice relicta, quæ nullos ſta-
tos,certoſq; fines habeat, ſuboriens tum contractū,
tum ultimā uoluntatem peruertit:quamuis eiuſce rei
plurima copia penes teſtatorem eſſe proponatur.cō
mune ponūt Imol.in l.ita ſtipulatus col.5.ff.de uerb.
oblig.Iaſ.in l.legato generaliter col.pen.ff.de leg.li.
23 1.quamuis uerius longe ſit nō ex incertitudine legatū
uitiari,ſed rem mediocrem eſſe præſtādam. quod e-
tiam frequentius cenſent Iaſ.in l.ſi domus,colū.pen.
ff.de leg.lib.1.Rip.in d.l.ita ſtipulatus,nu.31.

24 Incertitudo, quæ ad certitudinem reduci poteſt,
rerum cōſtitutionem haud uitiat. commune inquit
uir excellentis doctrinæ Ioā. Roncheg allus Gioldus
in l.14.nu.6.ff.de duob.reis.

25 Inceſtum qui abſque matrimonio committit,adul-
terij pœnas iure cæſareo dat. commune ait Did. à
26 Couarru.in tract.de ſponſal.2 par. cap.6.§.8.nume.
5.& qui diuerſas hac in re communes opiniones re-
cenſet Iulius Clarus in pract.§. inceſtus, uer. ſed
quæro.

27 Inceſtarum nuptiarum pœnas non illi incurrunt,
qui matrimonium bona fide cōtraxerunt,ac poſt im-
28 pedimentum detectum in eo conſtanter nihilominus
perſeuerant:ut nec illi eas dabunt,qui matrimonium
inceſtum contraxerunt quidem, ſed coitu nondum
abſoluerunt.communia ponunt Did. à Couarru. in
tracta.de ſponſal.2.par.cap.6.§ 8.num.19.& nu.20.
ac Iulius Clarus in pract.§.inceſtus uer.hæc autē pœ
29 na.& uerſi.ſed pone.quin nec illi pœnas ullas eo no-
mine dabunt,qui nuptias iure Canonum inceſtas,&
iure ciuili non inceſtas contraxerint. ut magis com-
mune humaniter & diligēter oſtendit Foller.in pra
cti.crimi.Canon.fol.63.nu.95.quem refert & ſequi
30 tur Iulius Clarus in d.§.inceſtus,uerſ.quæro.Nec illi
denique ex de cauſa plectantur qui nuptias non re-
uera in inceſtas conſanguinitatis ratione inierint.cō-
mune teſtificatur Boet.deciſ.264.num.13.Iulius Cla
rus in d.§.uerſ.item quæro.

31 Inceſtas nuptias contrahētes à rei familiaris amiſ-
ſione iuris uel facti error, etiā ex craſſa ac lata culpa
profectus excuſat,quamuis à lucri lactura non excu-
ſet.commune inquiunt Bal. Nouell. in tract.de dote
part.15.col 8.& qui eam optimè declarat Did.a Co
uarru.in tract.de ſponſal.2.par.cap.6.§.8.num.12.Iu
32 lius Clarus in pract.§. inceſtus uer. excuſatur, in fin.
licet mulierem à dotis amiſsione ob huiuſmodi con-
tractas nuptias non excuſare iuris errorem ſcribāt re
ceptum Abb. in cap.etſi neceſſe, nu. 7.de donat.in-
ter uir.& uxor. Bellon.conſi.84.nu.3, quos refert &
immerito uidetur probare Iulius Clarus in pract.§.
ult.quæſt.80 uer.dos mulieris.ſi quidem in infligen-
dis pœnis quæuis cauſa etiam alioquin improbabi-
lis probanda eſt,ut alibi copioſius oſtendo.

33 Inceſtis ex nuptijs,quarum impedimentum paren
tum alter ignorauit, ſuſcepti liberi quoad parentes
ipſos legitimi habentur.commune aſſerit Viuius lib.
2.opin.212.

34 Inceſtis nuptijs pœna cōfiſcandorū bonorum im-
poſita

poſita per auth.inceſtas.C. de nupt. etiam hodie du-
rat ipſo iure abſq; ullius declarationis interuētu. ui-
de infra uer.nuptijs.
35 Inceſtuoſi filij liberos ac ſui ipſius nepotes non po
teſt auus hæredes instituere, nec relicto aliquo hone
ſtare,ut commune inquiunt Curſet.in ſing.uer.forni
catio.quem laudat Did.à Couarru.in tract.de ſpon-
ſal.2.par.cap.8.§.5.num.13.in finem.
36 Incorporalium rerum dominus quin aliquis dici,
cenſerique poſsit, nihil omnino uetat.ut frequenter
placitum constituo ex Bar.1.oppoſit. Paul.nu.5.Ale
xand.col.2.nu.4.& col.3.num.6.Soc.nume. 20.Rip.
num.26.Berengar.ca.2.num.12.in l.naturaliter. §. ni
hil commune.ff.de acquir.poſſeſſ.ex Paul.rurſus.in l.
ſi quis ui.§.differentia.ff.illo tit.de acqui.poſſ. atque
ea Angel.in l.ult.ff.uti poſsidet.& Rhod. Soarez. in
quæſt.maioratus fol.189.col.3.
37 Indebiti inſolutio nō per errorem facta tūc demū
donationem inducit, cùm & is,cui ſolutū eſt, ut in-
debitum accepit cōmune ait ex Bar.in l.1.num. 2.ff.
de donat.Paul.nu.5.Ial.nu.2.in l.ſi ego.ff. ſi cer.pet.
Iaſ.in l.1.nu.12.ff de cō dict.indeb. Dec.in l.cuius per
errorē in prin.ff.de reg.iur.Galeaul.in rub.nu.39.ff.
de uerb.obli.obſtabit tamen ſēper repetēti exceptio
doli mali.ut per Paul.Alex.& Alciat.ad finem in d.l.
ſi ego.
38 Indefinita oratio in materia probationis non par
eſt orationi uniuerſali.ut commune ait Curt.Iun.cō
ſil.17.nu.13.alias autē regulariter ac generaliter illi
ex benigna interpretatione æquipollebit,& ſi ex pro
pria uerborum ſignificatione nūquam indefinita hæc
oratio æquales uniuerſali ſermoni uires habitura ſit.
ex Bar.doctrina in l.ſi pluribus.nu.4. ff.de leg.lib.2.
quam communiter placitā eſſe liquet ex Dec. in l.1.
num.16.ff.de reg.iur.Ioan.Cror.in l.omnes populi.
nu.167.ff.de iuſtit.& iur.Gomez in rub.enium. 2.de
actio.latiſsimè Did.à Couarru.lib.1.uariarū reſolut.
ca.13.nu.5.mouētur oēs per tex.in l.ſi ſeruitus. ff.de
ſeruit.urb.præd.quē nos aliud uelle alibi oſtēdimus.
39 Indicare delictum & minis,& præmijs allicietur,
qui nouerint, & cum ab ipſo delinquente nouerint,
40 indicare non tenebuntur:nec eiuſmet delicti partici
pes præmijs pollicitis fruentur,imo puniri etiam po
terunt.quemadmodum & illi,qui delinquentem non
conuicerint.communia ponit accurate & copioſe Iu
lius Clarus in pract.§.ult.quæſt. 27.
41 Indicium omne præſertim cum à facto ipſo eſt re
motum duobus teſtibus probari debet. commune
aiunt Soc.conſi.54.num.2.lib.4.Ioan.de Amicis cō
ſil.127.numer. 10. ac latius Iulius clarus in pract.§.
ultim.quæſtio. 22.
42 Indicium quæſtioni ſeu tormentis idoneum abun
de ſuggerit delinquendi conſuetudo. ut frequenter
43 placitum inquit Marc.Ant.de indic.nu.148.quanuis
uerius contrariam affirmet cum Hipp. Iulius Clarus
in pract.§.ult.quæſt.64.uer.ſed pone.
44 Indiciorum copia reo facienda eſt.commune pro
nunciant Rip.in l.2.nu.8. C. de eden. & quid accu-
ratè & copioſè declarat Iulius Clarus in pract.§.ul-
tim.quæſt 49. cum ſeq.
45 Indignitas ab hæredis culpa proficiſcēs fiſco locū
46 facit, ut quæ à teſtatoris errore nata eſt,uenientibus
ab inteſtato aditum præbet.communia inquit Iaſ. in
l.ſi pater tuus.nu.10.C.de hæred.inſtit.
47 Indignitatis oppoſitio ſeu exceptio à fiſco dunta-
xat hæredibus intentari poteſt,ut docuit glo.in l.his
conſequenter. §. 1. in uerbum pertinere ad fin ff.fa-
mil.erciſcun.quam ſemper allegari teſtatur Paul. in
l.ſororem, numer. 2. C.de ijs quibus,ut indig. rece-
ptam affirmant. Corn. conſi.150. lib.2.latè Did.à
Couarru.in tract.de ſponſal.2.par.cap.6.§.8. nu. 25.
Viuius.lib.1.opin.106.
48 Inducias uiolāti induciæ impunè uiolantur.ut cre
brius uſu receptum, & iure uerius meritò atteſtatur
Iulius Clarus in pract.§. ult. quæſt. 46. uer. ſed hic.
49 Infamia rectè ritèque à quouis populo, qui ſupe-
50 riorem agnoſcat,abolebitur,ut & illa infamiæ nota,
quæ alicuius populi ſtatuti iniuſta eſt, eiuſdē popu-
li indulgētia eluetur,tametſi ſubiectus alteri is popu
lus ſit.communia ponit Franciſ.Turzan.opin. 18.
51 Infamis de facto,hoc ē præditus leuioribus & im
probatis moribus teſtis idoneus in ciuilibus cauſis
eſt,& ſi non tanta fide dignus habeatur,quanta alius
integræ uitæ,ſcelerisque purus, ut commune effatur
Did.à Couarru.in tract.de ſponſal.2.par.cap.8.§.ul.
52 num.8.quamobrem ubi teſtis omni exceptione ma-
ior exigetur, eius teſtimonium non admittetur. ut
53 ea doctorum ſententia aſſeuerat idem Didacus eo-
dem in loco.unde in cauſis criminalibus regulariter
ac generaliter teſtimonium non dicet. commune in-
quiunt Alb.de teſtib.lib.1.§.conſequenter.numer.7.
54 & ſeq.Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſtio.24.uerſ.quæro
modo.accuſare autem alterum is facti infamia nota-
55 tus iure cæſareo non prohibetur, quanuis pontifi-
cum decretis prohibeatur.commune fatur Hieron.
Chuchalon in additio.ad Angel.de malefic.in uerb.
ad querelam Titij ſuper uer.accuſare non poteſt, nu.
23.ac Viuius lib.1.opin.17.
56 Infamis iuris infamia maculatus teſtimonij dicen
di ius non habet.commune inquiunt Iaſ.in l.1.num.
57 43.C.de ſum.Trini.Viuius.lib.1.opin.357.intellige
cum euidente infamis eſt alioquin à teſtimonio non
repelletur.commune ponit idem Viuius lib. 1. opin.
58 396.nec item is accuſare quenquam poterit. ut fre-
quenter placitum enunciant Chuchalon in addit. ad
Angel.de malefic.in uerſi.ad querelā Titij ſuper uer
ſi.accuſare non poteſt num.23.Viuius lib.1.opin.17.
59 teſtari uero ac ſuis de bonis pro animi arbitratu di-
ſponere ob famoſum elogium condens non prohibetur.
ſi ob famoſum libellum infamiā illam non incurre
rit.commune dicunt Abb.in rub. nu. 8.de teſtamen.
Iulius Clarus de reſtament.quæſt.25.
60 Infirmos in infirmitate deliteſcere non eſt præiudi
cium,niſi morbo caduco prehenſi ſint.commune ait
Alciat.de præſumpt.reg.2.præſumpt. 29. in fin.
61 Ingrati culpa, quæ præterita iam ſit, indulgeri po
teſt,quæ uerò in futurum incurri poteſt, remitti ne-
quit.commune aiunt Cagnol. in l.contractus nume.
104.ff.de reg.iur. Anton.Gomez de teſtamen.cap.ul.
62 num. pen. utraque tamen pacto iuriſiurandi uiribus
uallato rectè condonabitur. ut frequenter placitum
inquit Anton.Rub.conſi.114. num. 31. tametſi con-
63 trarium uerius & utilius mihi eſſe uideatur, ſi qui-
dem propoſita delicti impunitate & ampla ad delin-
quendum feneſtra pateſcet & natura humana ad id
alloquin ſuapte ſponte prona præceps feretur, ac
ruet, qua licentia illam uocat & inuitat.Sed hac de
re alibi uberius.
64 Inhabilitas perſonæ iudiciū ſubeūtis a iudice ipſo
ultrò opponi poteſt.commune fatur Dec. in ca.cau-
ſam quæ, nu. 1.& nu.13.de iudic.rip.in l.dies.§.hoc
autem iudicium. nu.49.ff.de damn.infect.& Viuius,
qui reluctantes recenſet,lib.1.opin.175.col. 2. & ſeq.
65 Inimicitia leuis non oppoſitum iudicium ſufficit
cōtra inimicum,ſecus uerò ſi grauis ſit.commune in-
66 quit Marc.Ant.de indic. nu. 175.relinqueturque iu-
dicis arbitrio quæ capitalis inimicitia cēſeri debeat,
quæ neutiquam debeat.ut receptum ait Felin.in cap.
67 repellantur,num.3. de accuſat.nulla tamen inimici-
tia aptum ad tormenta indicium præbebit. quemad-
modum

modum frequenter placitum renunciant Anton.Go
mez de delict.cap.13.numero.11.Iul. Clar.in pract.
§.ult.q.21.uer.inimicitia.& q.24.uer.item quæro.
68 Inimicitia inſtiſsimam cauſam ſuppeditat ad iudi
cis & teſtium reiectionem,tametſi qui reijcit & cau-
ſa,& caput inimicitiæ extiterit.cõmune inquit latiſ-
ſimè Did.à Couarru.in tract.de ſponſal.2.par.cap.3.
69 §.5.nu.7.& qui ampliat ad eum, qui paulo ante in
gratiam redierit, & copioſè de materia agit Viuius
lib.2.opin.303.Iul.Clar.in prac. §.ult.q.24. uer. ſed
quid ſi ſequuta ſit reconciliatio.
70 Iniuriarum actio,niſi quis ſe pulſatum, uerberatũ
uè dicat, uel irruptionem factam in ipſius domum
conqueratur,omnis & prætoria eſt, & unius anni ſpa
cio cõcluditur.commune inquit Cepol.conſ.70.col.
71 3.num.4.illis autem in caſibus ciuilis,& conſequen-
ter perpetua eſt. commune aiunt Bald. de præſcript.
72 4.par.q.1.num.30.Iul.Clar.in pract.§.iniuriam uer.
tollitur aũt.& licet hæc iniuriarum actio tranſmitti
nequeat,alij cedi poteſt. commune dicit Paul. in l.
ult.nu.4.C.de hæred.uel action.uendit.
73 Iniuriarum actione ſe ſe obſtringit, qui menda-
cium alij exprobrat,tametſi & uere & prouocatus il
lum mentiri inquiat.ut frequẽs dogma teſtatur Boer.
74 poſt conſuet.Bitur.conſ.1.amplia quamuis in iudi-
cio ad excludendam accuſationem uel ad exceptio-
nis alicuius opem crimen mendacij improperatum
ſit.commune effatur Alexan.in l.3.ff.de lib.& poſth.
laudatus ab eodem Boer.ubi ſupra.punietur tamen
75 longè mitius ſi mendacium probauerit. ut commu-
ne aſſerit idem Boer.eod.in loco.
76 Iniuriarum nec actio, nec accuſatio exinanitur,
quod qui iniuriam intulit non ſe animo affectũ fuiſ-
ſe affirmet, ut iniuriam inferret, niſi id liquido pro-
bet.commune teſtantur Pariſ.conſ.149. numer.19.
77 lib.4.Soc.conſ.149.num.7.lib.1. nec quod antea ſit
proteſtatus ſe nolle iniuriam facere.ut commune po
nit Iul. Clar. uerè perſonarum diſtinctionem cum
Soc.conſiderãdum aſſeuerans in pract.§.iniuria,uer.
ſed pone.
78 Iniuriarum in libello & annus ac menſis, & locus
neceſſariò ponẽdus eſt.commune inquiunt Alex.con
ſi.212.nu.5.li.1.Iulius Clarus in pract.§.iniuria uer.
ulterius quæro.ubi alias ſpectantes ad hoc iniuriarũ
crimen receptas ſententias accuratè tradit.
79 Iniuriarum etiam non atrocium damnatio infa-
miam irrogat.commune teſtificantur Felin.in ca.cũ
te,num.9.de re iud.Corſet.de minimis in 2.part.nu.
26.Iul.Clar.d.§.iniuria uer.item condemnatus.quin
80 ſi quis iniuriarum damnatus pecuniam, in qua cam
ob cauſam mulctatus eſt, applenè ſoluere nequierit,
luet in corpore,ac bonis cedere non poterit.cõmune
inquiunt Gomez in §.pœnales,nume.38. inſtitut.de
action.Viuius lib.1.opinio.33.
81 Iniuriarum,quæ adulti,uel pupilli parentibus illa
tæ fuerunt,actionem remittere,& pacem cum eo in-
ire,qui illas intulit,tum curator, tum tutor indiſtin-
ctè poterit, ſi id magis è re pupilli, adulti ue fuerit,
quàm uindictam proſequi,ut commune effatum po-
nit Turzan.opin. 32.
82 Iniurias remittere, ac pacem facere nemo uel à iu
dice uel à totius prouinciæ gubernatore cogi poteſt.
commune inquiunt Hipp.conſ.98.in 6.Iulius Clarus
83 in pract.§.ult.quæſt.88.uer.ult. ſi eas tamẽ in cõſcien
tię foro,uel alibi ſimpliciter remiſerit,ac pacem quo
modocunque ſimpliciter fecerit,non idcirco damna
etiam,nec id quod intereſt, ac generaliter ad rem pe
cuniariam pertinet,remiſiſſe intelligetur. commune
aiunt Ioan.de Amicis conſ.88.nume.14.Iul.Clar.d.
quæſt.88.uer.quæro quo modo,& uer.ſeq.uidebitur
84 autem iniuriã condonaſſe, qui poſt illam illatam à
conuerſatione eius non abſtinuerit,qui in ipſum fuit
iniurioſus, ut frequenter placitum affirmant Placa,
& qui eum refert Iulius Clar.in pract. §. iniuria,uer.
item tollitur.
85 Iniuriam qui in aliquem infert,quæ uera ſit,cuiuſ-
que enunciatio & utilis reip.ſit & poſtea ab inferen-
86 te probetur,iniuriarũ non tenebitur. quarum procul
dubio tenebitur,ſi uel iniuriam non probet,uel eius
cognitio uſui reipublicæ non ſit,tametſi ueriſsima ac
certiſsima habeatur.commune pronũciãt Boer.poſt
conſuet.Bitur.cõſi.1.Placa.lib.1.de delict.cap.1.nu.
3.Iulius Clarus in pract.§.iniuria.uer.item quæro.
87 Innominatus cõtractus & ante implementum alĩ
quod naturalem obligationem gignit. commune di-
cunt Soc.col.3.Rip.num.41.in rub.ff.de uerb.oblig.
Dec.in l.petens,num.20.C.de pact.
88 Inofficioſi teſtamenti querela ſolum hodie filijs
competit.cum adiecta cauſa exhæredatur & adiecta
cauſa ab hæredibus non probatur. commune ponit
Vigl.in princip.num.2.& num.3.inſti. de inoffic.te-
89 ſtamẽ.licet ipſe poſt Imol.in l.1.colum.2.ff.de teſta
men.ab eo frequenti dogmate deſciſcat.habebit præ
terea locum hæc inofficioſi teſtamenti querela corre
cto digeſtorum iure in teſtamentis,quæ hodie uel fi
lijfam.uel patresfam.de bonis caſtrenſibus,aut quaſi
caſtrenſibus exarauerint.commune affirmat Iaſ.in l.
ult. num. 5. C. de inofficio. teſta.quin ſi illa filio le-
90 gitimè exhæredato non competierit, uel quod cauſa
ſit probata,uel quod tẽporis lapſu præſcripta ſit,eiuſ-
dem tamen filij liberis ac teſtatoris ipſius nepotibus
competet.ut commune ſtatuo ex Alex.col.3.Iaſ.nu.
18.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.ff.de l.b.& poſt-
hu.eodem Iaſ.In l.ſi quis filium.C.de inoffic.teſtam.
& in l.in ſuis,num.48.ff.de lib.& poſthu.
91 Inofficioſi teſtamenti querela contra ipſum inſti-
tutum hæredẽ intentari debet:qui ſi reſtituendæ hæ-
reditatis onere grauatus ſit atque ante factam reſtitu
92 tionem ſuccubuerit, ſententia contra illum lata fidei
commiſſario nocebit:ſi uerò pendente lite reſtituat,
93 iudicium ad fideicommiſſarium tranſibit. at ſi ante-
quam conueniretur,reſtituit, inofficioſi hæc teſtamẽ
ti querela in eum,cui reſtitutio facta eſt, ſtatim diri-
getur.quippe quia ea in ſpecie ſi feratur contra hære
dem ſententia alteri non oberit. quod etiam proce-
94 det,cùm reſtitutio pro parte tantum facta propone-
tur.communia inquit Anton.Gomez de teſtamen.ca.
11.num. 15.
95 Inquilinus ſi re locata frui ob peſtis cauſam impe
diatur pro temporis rata penſionem attõdet.cõmune
dicit Rip.de peſte par.3.nu.15. alia complura de In
quilino uide ſupra uer. conductio,& uer. conductor.
96 Inquiſitio tum iure cęſarum tum iure pontificum
modus eſt procedendi extraordinarius.ut commune
inquiunt Panor.& Dec.nu.7.in rub. de iudi. Alciat.
in cap.1.num.14.de offi.ordinar. & Boſsius in prac.
crimin.titu.de inquiſit. num.8. ac late Iulius Clarus
in pract. etiam. §. ult. quæſtio.3. uerſic. debes au-
tem ſcire.
97 Inquiſitio & ſi iure ciuili regulariter à iudicis of-
ficio inſtitui ac formari nequeat, ut frequenter placi
tum enunciant Cuman.conſi.136.ad fin.pract.Con-
98 rad.pagin.248.nu.1.tamen pontificum iure in omnia
crimina indifferenter ab illius officio concipi, texi-
que poteſt ad publicam utilitatem,ut receptum affir
mant Marian.in cap.qualiter & quando num.108.de
accuſat.Iulius Clarus in pract.§.ult.quæſt.3.uer.de-
bes autem ſcire quin & hodie ex conſuetudine gene
99 rali licet iam iudicibus per ius etiam ciuile,ut ſuo ex
officio in quemlibet caſum inquirant, atque animad
uertant.

ue rtant.quemadmodum atteſtantur Bal.in l. ea qui-
dem,numer.44.C.de accuſat. Boſsius in d. tit. de in-
quiſit.num.8,Blanc.de indic.oum.5. Anton. Gomez
meus olim iuris doctor de delict.cap.1. num.49. Iu-
lius Clarus in d.quæſt.3.uer.ſed certe & quæſt.5.uer.
100 quæro.intellige tamen ſemper aliquod indicium præ
ire,atque antecedere debere, ut ſpecialis contra ali
quem inquiſitio procedat,quanuis generalis inquiſi-
tio certitudine criminis ſola ſit contenta, ut cõe ſcri-
bunt Alciat.in cap.pernicioſam,n.34.& 47.de off.or
din.& qui id diligenter ac latè explicat Iulius Clarus
101 in d.§.ult.q.5. & quæſt.6.ultra quem id limitabis cũ
uel princeps inquirit, uel motu proprio inquiſitionẽ
alteri cõmittit nulla habita iodiciorum uel diffama-
tionis cognitione. ut frequenter placitum inquiunt
Hipp.in pract.§.conſtante.nu.22.ac Iacob. Menoch.
de arbitr.iudic.lib.1.q.78.nu.4.

102 Inquiſitoni nullus locus eſt,cum actionis ſeu
accuſatione,ſeu querela ius uel p̃ſcriptione euanoit,
uel quacunque alia ratione ſublatum eſt. commune
pronunciant Balb. de præſcript.4. par. quartæ part.
quæſtio.2.num. 2.Iaffredus deciſ.486.& alij.quos lau
dat Iulius clarus in pract.§.ult.quæſt.51.uerſ.& hæc
quidem.

103 Inquiſitionis uia condemnatus de publico crimi-
ne non minus infamis redditur, quàm accuſationis
formulis de eodem iudicatus,ut frequenter placitum
inquiũt Angel.in l.ea quidem numer.58.C.de accu-
ſat. Iulius Clarus in pract.§.ult. quæſtio.72.uerſic.
damnatus.

104 Inquiſitio etſi à iudice patriæ uel domicilij inſtitui
poſsit, tamen damnatio illius loci, io quo delictum
patratum fuit, ſtatutis regetur. commune aſſirmat
Auguſt.in additio.ad Angel.de maleſic.uerſi. hæc eſt
quædam inquiſitio.& uide quæ infra obſeruo uer.iu-
dex,& uer.pœna.

105 Inſidias præuenire,atque idcirco illarum ſtructorẽ
anticipata nec intercipere licet unicuiq;. ut frequẽs
doctorum placitum aſſeuerant Placa lib.1. delict.c.
21.nu.12. Iulius Clarus optimè declarans in pract.
§.homicidium uer.poteſt etiam homicida.

106 Inſinuatio in donationibus maioris ſummæ deſide
rata noo opus habet iudicis decreto.ut commune in-
terpretum dogma eſſe miſerunt in literas Rogerius
in l.Modeſtinus.ff.de donat.copioſe Tiraq.de legib.
connubial.gl.5.num.32.Iulius Clarus de dona.q.15.
in fin.Viuius lib.1.opin.78.uerſ.& prædictis accedit.
107 quin hæc donationum inſinuatio fieri poteſt coram
quocũque iudice.quanuis illius iuriſdictioni nec do-
natot,nec res ſubijciantur.quemadmodum frequen-
ter interpretibus placere memoriæ prodiderũt Ant.
de Can.in tract.de inſinuat.q.12.& alij quos laudant
Iulius Clarus d.q.15.uerſ. alterius quæro. Viuius d.
opin.78. prope fin. Anton. Gomez in tract. de con-
108 tract.cap.4.num.6.nec denique aliud inſinuatio eſt,
quàm donationis in ſcripturam coram quocunque iu
dice redactio, ut tradunt receptum Soci.Iun.conſil.
67.nu.19.lib.2.Iulius clarus,Viuius, & Anton. Go-
mez ubi ſupra.

109 Inſinuatio non ſolum in expreſsis donationibus
ſtatam ſummam ſupergreſsis exigitur, ut late ſcripſi
ſupra uer.donatio,ſed & in debiti quingentos aureos
100 excedentis remiſsione interueniat, neceſſe eſt. com-
mune dicũt Alex.Iaſ.& alij in l.creditori.C.de pact.
Curt.Iun.conſi.126.ad fin.Tiraq.in l.ſi unquam uer.
donatione.num.144.C.de reuoc.donat. Iulius Cla-
rus de donat. quæſt.16. & hanc quæſtionem Peruſij
in praxi agitatam, & hocce modo deciſam teſtatur
Angel.in l.pacta quæ contra. C. de pact. ut & Vallis
oleti Senatus iudicio determinatum quoque fuiſſe

111 ſcribit Ant.Gomez.de contract.cap.4.nume.9.intel-
lige tamen id proceſſurum ſi deliberato donandi an
mo remiſsio fiat.etnim ſi non eo contrahentiũ mens
tendat, longè ſecus erit ut commune renuncio ex
Boer. deciſ.14. Tiraqu. in laudato loco à numer. 2.
de retract.lignag.§.1. gloſ.18.nu.15. Did. à Couar-
ru.lib.2.uariarum reſolut. cap.4. Ario Pinelo in l.2.
par.1.cap.2.nume.24.& nume.25.& nume.27.C.de
reſcind.uendit.

112 Inſinuatio quæ ab aliquo ſtatuto in teſtamentis re-
quiritur,non poterit prohiberi, aut excuſari per teſta
torem. ut commune aſſerunt Iaſ.lect.2.numero.41.
Rip.num.57.Ioan.Annibal.nume.272.in l.nemo po
teſt.ff.de leg.lib.1.

113 Inſtantia cauſæ tametſi iure Cæſarum temporaria
ſit, tamen pontificum iure perpetua eſt, ac nullius
temporis lapſu euaneſcit. commune aiunt Abb. in
cap.uenerabilis de indic.Barb.ac Fel.in prin.in c. de
cauſis,de offic. deleg. & uir mihi multis nominibus
chariſsimus Nicol.Antoo.Grauat.ad Veſtrium, lib.
3.c.5.nu.6.

114 Inſtrumentũ, in quo numinis inuocatio prætermit
titur,nullo prorſus uitio afficitur, ut frequenter pla-
citum efferũt Dec.in cap.ſi ſcripturam de fide inſtru-
ment.latè Did.à Couarru.in pract.quæſt. cap.20. nu.
115 2.quod intellige niſi ſi conſuetudo aliter ſe habeat, ut
in tota ferme Italia.quippe quia tunc ex non implo-
rata numinis ope inſtrumentum etiam de indæorum
contractibus exaratum labefactabitur.commune po
nit Marquard.de indæis cap.8.partis.1.nume.cum ſe
116 quentib.ut etiam illud inſtrumentum, quod in locis
Imperio ſubditis conſcriptum Imperatoris mentio-
nem non habet, uel in pontificia ditione exaratum
pontificis memoriã non præfert,nullius erit ponde
ris ac momenti quemadmodum commune ponit Vi
uius lib.1.opin.155.cuius tamen contrarium uerius
& æquius alibi ubertimè oſtendo.

117 Inſtrumentum loci ac domus, ubi fit, meminiſſe
prorſus ac diſertè debet,alioqnin fidẽ nullam faciet.
commune inquiunt Ruin.conſ.154. nu.4. & nu.10.
lib.3.Boer.deciſ.37.nu.27. non tamen illud domus
118 cubiculum,in quo conſcribitur exprimere ſeu enun-
ciare neceſſariò debet. commune ponunt Ruin. ubi
ſupra. Viuius lib. 1.opin.154.in fi.

119 Inſtrumentum publicum ut fidem aliquam facere
poſsit,neceſſariò notarij ipſius ſignum habere debet.
commune aſſerunt Boer.deciſ.36.num.8. Viuius lib.
1.opin.155. quanquam eiuſcemodi ſubſignationem
120 de iure non exigi ſcribat receptum Alex.in rubr.nu.
14.ff.de nou.oper.nunciat.quod magis probo: ſi ali-
121 ter de rei ueritate potuerit conſtare, debebit tamen
præterea liquidò innoteſcere rogatũ fuiſſe notariũ,
ut inſtrumento aliquod pondus ac robur inſit. quo-
niam & ob huius ſolemnitatis defectum inſtrumen-
to uires non erunt, & ea ſolennitas alias non præſu-
metur.commune ponit Turzan.opi.36.

122 Inſtrumentum ab eo factum notario, qui cum no
tarius eſſe nõ poſſet,notarius per errorem creatus ab
aliquo eorum fuit, qui id officij elargiri idoneis poſ
ſunt,firmum,ac ratum prorſus eſt etiam poſtquã de
123 tectus creationis error eſt,ac notarius ille officio lap
ſus: quanquam inſtrumentum ab illo exaratum, qui
uulgo notarius reputatur,ſed nullo priuilegio muni
tur,fide penitus omni careat.ut frequentioribus do-
ctorum ſuffragijs exceptum ponit Turzan. opin.91.
cum Alex.in l.teſtes col.5.in fin.C.de teſtamen.

124 Inſtrumentum alibi gentium conſcriptum nullam
fidem faciet, ſi eius conſcriptorem neget notarium
aduerſarius.ut frequenter placitũ aiunt Dec. in cap.
125 ſi ſcripturam,n.52.de fid.inſtru.Boer. deciſ.36.n.10.

niſi ſi uel literis magiſtratus illiuſmet loci, uel teſtib.
126 contrarium probetur.ut commune ponit Viuius lib.
2.opin.148 ſi quidem inſtrumentum ritè in loco uno
factum,ubique probat.commune effatur Aymon.de
antiquit.temp.par.1.uer.4.limit.nu.9.
127 Inſtrumentum publicum inter illos duntaxat pro-
bat,inter quos exaratur,commune pronunciant Iaſ.
in l.cum aliquis.nu.4. C.de iur.delib. Barbat.in cap.
128 ex literis in fin.de probat. Guid. Papæ quæſt.193. de
iuriſdictione tamen uel ditione antiqua mentionem
faciens & inter alios fide ſumma dignum habebitur.
commune aſſeſunt Syluan.conſ.57.nu.9. & ſeq.Ay-
mon Grauet.de antiquit.temp.par.1.nu.74.
129 Inſtrumentum qui producit, ſi interrogetur, utrũ
uelit eo uti,necnè,præciſè reſpondere uel aiens uel
130 negans tenetur.at ſi eo ſe uti uelle reſponderit, & fal
ſum ſit illud inſtrumentum,falſi generaliter atque in
diſtinctè tenebitur,commune aſſerunt Aegidius Boſ.
in tit.de fal.n.155.Iulius Clar.in pract.§. falſum uer.
utens falſo inſtrumento.
131 Inſtrumentum qui minus ſolenne in iudicio pro-
ducit,illud amplius improbare nequit. commune ait
132 Crauet.de antiquit.temp.1.par.nu.118.quod tamen
nõ procedet,ſi inſtrumentum plura capita cõplecte-
tur,uel ſi illius productor confeſtim atteſtetur ſe illa
eius parte tantum uſurum quæ cum ipſo faciat, cæ-
tera prorſus damnare,ut frequenter placitũ efferunt
Curt.Iun.conſi.166.nu.11.Aymõ Crauet. ubi ſupra
nu.134.Viuius,qui rectè declarat lib.1.opin.259. &
latius lib.2.opi.145.& 146.& ſi cõtrariũ complures
cenſeant,quos idem Viuius congerit opin.145.
139 Inſtrumentum ni deſideratas iure ſolennitates ha-
beat ,notarius,qui illud conſcripſit, falſi pœnis ob-
ſtringitur.ut magis communiter teneri a doctoribus
140 enunciat Corn.conſi.53.non tamen idcirco alias pu-
nietur,quam in caſibus iure expreſsis. ut aſſeuerant
Auguſt.ad Angel.& qui eum laudat Iulius Clarus in
pract.§.falſum.uerſi.pariter etiam. Sed meo quidem
iudicio ſemper his notarius damno rogantis erit ob
noxius . uerum ea de re alibi uberius.
141 Inſtrumentum ubi ſtatuto promptam, paratam-
que habet executionem, quamuis nondum liquida-
tum ſit (ut doctores ſantur) ſi in proceſſu tamen li-
quidò ſupputari queat,executioni committetur. cõ-
mune aiunt Did.à Couarru.lib.2.reſolut.cap.11. Vi
142 uius lib.1.opin.305.de iure autem communi nullum
inſtrumentum quamuis liquidum paratam executio
nem habebit.ut commune aio ex Alexan. in l.5.§.1.
col.1.ff.de re iud.& in l.ſi cum dotem.§. eo autẽ tem
pore.colum.2.ff.ſolut.matr.Iaſ.in l.2.nu.9. ff.de iure
iur.Iaſ.rurſus in l.ult.nu.6.C.de edict.diui Adri.tol.
Rhoder.Soarez in l.poſt rẽ iudicatã fol.120.colu.3.
ff.de re indic.Campeſ.de dote.5.par.q.11.allegãt &
commendant ad id text.in l.minor 25.annis.41.ff.de
minor.qui de publico inſtrumento nulla prorſus uer
ba facit.ſed ea de re latius alibi.
143 Inſtrumentum oſtendens & cautionem offerens
admittetur ſine mandato.ut frequenter placitum in-
quiunt Felin.in c.coram de offic. deleg.Iaſ. in l. cau-
tio nu.12.C.de procurat.Alciat.de præſumpt. reg.1.
præſumpt.33.& uide infra uer.mandatum.
144 Inſtrumentum qui abraſerit,uel expunxerit, falſi
pœnas dabit.commune ponunt Matth. de Afflict. de
ciſ.404.nu.4. Iulius clarus in pract.§. falſum uerſic.
abradens.
145 Inſtrumentum,quo continetur aliquem pecuniam
accepiſſe,& habuiſſe,ut uanũ ac falſum explodetur,
ſi nulla præſenti pecunia confectum probabitur. ut
frequẽter placitum ponit Emanuel à Coſta. in l.ſi ex
cautione limitat.19.pagi.258.C.de nõ nume. pecun.
146 quia & prætereà notarius ipſe falſi punietur, ſi uerbã
illa uel ſimilia pecuniæ numerationem repræſentãtiã
inſtrumento inſeruerit,ac nullam pecuniam præſen-
tem fuiſſe tunc temporis, cum inſtrumentum exara-
batur,liquidò conſtiterit, quemadmodum commune
pronunciat Iaſ.nume.48.Dec. numer.33. Curt. Iun.
nu.36.in l.ſingularia.ff.ſi cert. petat. Foller. in pract.
crimin.fol.162.nu.66.
147 Inſtrumenti præſumptio ac ſolennitas rectè proba
bitur teſtibus.ut commune aiunt Iaſ.in l.ſciendũ, nu.
10.ff.de uerb.oblig.Carol.Ruin. conſi.1.nu.2. & ſe-
148 quen.lib.2.quemadmodũ etiã illius ſimulatio, fraus
& falſitas,uel duobus teſtibus eidem inſtrumẽto ſub
ſcriptis uel quibuſcunque alijs duobus teſtibus dete-
gi,& conuinci poterit.commune dicit Curt.Iun.con
ſil.55.num.1.Dec.in cap.tertio loco de probatio.Ti-
raq.quem refert Viuius lib. 1.opin.346.Nicolaus An
149 to.Grauatius ad Veſtrium lib.6.cap.1.nu.123. intel-
lige tamẽ id non proceſſurum,cum duo alij teſtes in
ſtrumento adſtipulabuntur commune effatur Boer.
decis.118.nu.26.
150 Inſtrumenti amiſsi tenor ijs demum teſtibus pro-
bari poterit, qui & inſtrumenti defectus intelligant,
& notarij literas,qui illud confeciſſe dicitur,cogno-
ſcant . commune doctorum pronunciatum meritò
affirmant Dec.in authen.ſi quis in aliquo, nume.19.
C.de edend.Matth.de Afflict.deciſ.274.nu.3. & de-
ciſ.302.nu.3.& nu.5.
151 Inſtrumenta de nouo reperta.& poſt concluſionẽ
in cauſa, & poſt ipſas partes ad audiendam ſententiã
citatas allegari,ac produci poſſunt . commune aiunt
Rip.num.48.Curt.num.67.in l.admonendi.ff.de iur.
iuran.Rhoderic.Soarez allegat.4. Robert. Marãt.de
ord.iudi.6.par.act.2.nu.27.
152 Inſtrumentis non probantur delicta.ut frequenter
placitum inquiunt Berous in cap. at ſi clerici nu.14.
de iudic. & qui id rectè explicat Iul.Clar. in pract.§.
153 ult.quæſt.54.Nec item alia generaliter inſtrumentis
probabuntur, quam quæ inter plures partes geruntur.commune ponit Franciſc.Turzan.opin.58.& rur
ſum opin.69.
154 Intentionis ſuæ fundamentum ac baſim etiã qua-
cunque qualitate innitentem probare unuſquiſque
neceſſe habet . ut frequenter placitum conſtituo ex
Alexand.in l.non ſolum.§.ſed & probari a num.2. ff.
de nou.oper.nunciat.Iaſ.in rub.nu.6. C. qui admitt.
Dec.in cap.1.num.20.& in cap.in præſentia, num.5.
de probat.Felin.in cap.cum in iure,col. 1.de offi.de-
leg.& in cap.ult.nume.11.de præſumpt.Matth.de Af
flict.lib.1.conſtitut.rub.17.nu.23. Hipp. & in notab.
587.& in rub.de probat. nume.441. Rhoderic. Soa-
rez in leges Regni tit.de las arras fol.28. Curt. Iun.
conſi.124.nume.11. Tiraquell. de retract. lign.§.32.
gloſ.una nume.94.Pyrrh.Gleb. in l.1. C. de iur.fiſc.
lib.10.Did.à Couarru.lib.2.reſolut.cap.6. numer.3.
Viuius lib.1.opi.101.& opin.215.quorum aliquot ta
metſi ſigillatim circa aliquas tantum qualitates uer-
ba faciant, tamen rectè ex illis totius regulæ proba-
tio conflabitur.
155 Interdicto unde ui cõueniri poterit ſingularis ſuc
ceſſor, ſi principalis haud ſit ſoluendo. ut frequẽter
interpretibus placuiſſe refert Ioan. Coraſ. in l. natu-
raliter.§.nihil commune, nume.45.ff.de acquirend.
poſſ.
156 Intereſſe,ut doctores uulgo fantur,ſeu id quod in-
tereſt,creditoris arbitrio committi poteſt.ut commu
ne ponunt Iaſ.in l.iuſiurãdum.ff.de iureiur.Ioan. Di
lect.de art.teſtan.tit.6.caut.42.alia ad hoc propoſitũ
ſpectantia,uide infra uer.Mercatores.
157 Interloquutiones bis tantum ante executionem
reuocari

858 reuocari licet, quamuis poſt executionem nec un-
quam, nec ullo modo illas licebit reuocare. ut com
munia pronunciant Rip. in l. quod iuſſit, nu. 33. & n.
859 38. ff. de re iud. Auffret. ad deciſio. Capell. Toloſ. 181.
intellige tamen quòd nec illam interloquutionem,
qua ſe iudex iudicem pronunciat, ſemel retractari
860 liceat. commune ait Iaſ. in d. l. quod iuſſit, nume. 9.
nec item illam quæ iudicis ſordibus, turpitudine
ve aliqua prolata oſtenditur. commune inquiunt
Abb. in c. cum oporteat, nu. 6. de accuſa. amicus no
ſter Nic. Ant. Grauatius ad Veſtrium lib. 2. cap. 1. nu
me. 33.
861 Interpellatio etiam extra iudicium uerbis enun-
ciantibus facta moram conſtituit, ac gignit. commu
ne aiunt Iaſ. in l. ſi ex legato. ff. de uerb. oblig. Tiraq.
862 lib. 2. retract. §. 4. glo. 6. nu. 39. atque una tantum ad
id interpellatio ſatis ſuperque eſt. ut frequenter pla
citum renunciant Alex. in l. qui Romæ. §. cohæredes
nu. 2. ff. de uerb. oblig. Felin. in c. ex literis, num. 8. de
conſti. Purpur. in l. unum, nu. 42. ff. ſi cer. pet. Ioan.
863 Coraſ. lib. 2. Miſcell. cap. 6. à nu. 4. debebit tamen fie
ri congruo loco, ac tempore iuxta declarationem
Bar. communiter receptam in l. cum filius. §. ulti. nu. 2.
ff. de uerb. oblig. & uide quæ inferius obſeruo uerſi.
864 mora, ac memineris quod ſi obligatio iureiurando
ſcpta fuerit, nulla prorſus interpellatio deſiderabi-
tur, ut mora incurratur. commune eſſert Dec. in l.
quod te mihi. ff. ſi cer. pet.
865 Interrogandi copiam iudex habet ad fundamen-
tum cauſæ alterutrius reorum denuo pariendum,
quamuis iam in cauſa concluſum ſit. cõmune inquiũt
Alex. in l. 4. §. hoc iudicium. ff. de dam. infect. Dec. in
cap. 1. de iudi. tametſi contrarium non immeritò pro
bet Bellon. conſi. 59.
866 Inteſtatus mortem obijſſe, & ille dicitur, qui iure
teſtamentum condere non potuit. commune aiunt
Guliel. in capitul. Raynutius uer. & uxorem nomine
Adelaſiam col. 4. & ſeq. de teſtam. Oliuer. de ſucceſſ.
ab inteſtato pag. 209 nu. 8.
867 Inuentarium bonorum conſcribere quiuis coge-
tur, à quo bona petuntur, uel conuentione, uel ac-
cuſatione, ut commune cum multis refert Arius Pi
nel. non leuiter ipſe dubitans in l. 1. par. 2. nu. 23. &
nu. 24. C. de bon. mater. ut etiam fecit Iaſ. in l. ſi ſide-
iuſſor. §. ult. col. ult. nu. 18. ff. qui ſatiſ. cog. & quæ pra-
xi tamen receptum profitetur Picus in l. poſt contra
ctum. nu. 96. ff. de don.
868 Inuentarium facere hæres non tenebitur, cui bo-
869 norum reſtitutio demandata eſt, nec quia illud non
confecerit, quarta Trebellianica labetur. ut commu
870 ne dicit Alex. conſi. 67. lib. 4. tametſi contrarium lon
gè uerius, atque æquius ſit. quod frequenter placitum
affirmant Corn. conſi. 168. lib. 3. Ioan. Dilect. de art.
871 teſtan. tit. 5. caut. 37. ac magis commune etiam in fi-
872 lijs hæredibus aſſeuerat Dec. conſi. 480. Nec item in
uentarium exarare hæres tenebitur, ſi illius conficiẽ
di remiſſio a teſtatore indulta proponatur, ut habes
infra uer. inuentarij confectionem.
873 Inuentarium non ſolum prodeſt aduerſus obliga-
tiones merè hæreditarias, ſed & aduerſus mixtas à
propria hæredis promiſſione ortas iuncta hæredita
tis aditione, ſine qua alioquin cum effectu non gi-
gnerentur. commune ait Iaſ. in l. quæ dotis, nu. 52. ff.
ſol. mat.
874 Inuentarium, in quo unam, duas ne res hæres per
dolum non ſcripſit, nihilo minus ualet, quam ſi bona
fide fictet. ut frequenter placitum inquit Iaſ. in l. in
commutatione. §. licentia, nu. 4 C. de iure delib.
875 Inuentarij faciendi tempus ab adita hæreditate in
cipit, atque ab eius aditione infra triginta dies, nume
ratur, & intra triginta dies finem facit. commune
aiunt Roman. conſi. 84. Dec. conſi. 633. Bellon. con-
ſil. 68.
876 Inuentarij nondum confecti exceptio generaliter
impedit litis conteſtationem. ut cõmune ponit mul
tas exceptiones ſubtexens Viuius lib. 1. opi. 103.
877 Inuentarij cõfectio remitti tutori à teſtatore pro
ſui animi ſententia poterit. commune affirmant Io.
Crot. nu. 49. Io. Annibal. nu. 388. in l. nemo poteſt. ff.
878 de leg. lib. 1. erit tamen nihilo minus liberum, atque
integrum iudici tutorem cogere ad illud conſcribẽ
dum, ſi pupillo expedierit. commune aſſeuerát Did.
à Couarru. lib. 2. uariarum reſolut. cap. 14. nu. 4. Iul.
Cla. latè de materia agens de teſtamentis. q. 67. uer.
quo ad tertium cum uerſi. ſequentib. ac Viuius lib. 1.
879 opinio. 338. hæredi autem ipſi poterit abſque dubio
teſtator inuentarij non exarandi ueniam facere in
eorum omnium fraudem, ac præiudicium, qui uel
legato, uel fideicommiſſo, uel illius eiuſdem hære-
ditatis parte cohoneſtati ſunt. ut frequenter placi-
tum enunciant Pariſ. conſi. 61. num. 57. lib. 2. Did. à
880 Couarru. in cap. 1. nu. 17. de teſtamen. at in credito-
rum fraudem, damnumve eiuſcemodi uenia præſta-
ri nequit. commune eſſantur Io. Annibal. in l. nemo
poteſt. nu. 406. ff. de leg. lib. 1. Aymon Crauet. conſi.
174. nu. 11. Iul. Cla. de teſtam. quæſtio. uerſic. quo ad
primum.
881 Inuentario non confecto nec negabitur, nec attẽ-
detur legitima filiorum portio. ut frequenter placi-
tum ait in contrarium ipſe meritiſſimò abiens Vigl.
in §. extraneis, nu. 6. inſti. de hæred. quali. & differ. ut
882 nec quiuis alius hæres ad legata ultra ipſius hæredi-
tatis uires generaliter tenebitur. commune cũ Alex.
ponit Francil. Turzan. opi. 95.
883 Inuentario non confecto Trebellianicæ quartæ
ius perit. ut magis communem opinionem renuncio
ex Corn. conſi. 303. col. 2. lib. 1. & conſi. 22. col. 8. li.
2. & conſ. 168. co. 4. li. 3. Dec. conſ. 480. co. ul. & conſ.
495. Cur. Iun. conſi. 54. col. 3. Soci. in rub. ad finem. &
in l. Marcellus. §. quod autem col. pen. in fi. ff. ad Se-
natuſcon. Trebel. Capra conſi. 7. in fine. tametſi
884 contrarium magis arrideat cum Aymon. Crauet.
conſi. 17.
885 Inuentores rerum ab alijs deperditarum, ſi eas ce
lauerint, uel proclamationibus, aut alia ratione pa-
886 lam haud fecerint, furti obſtringentur. quod ſi cum
diligentem operam nauauerint in inueniendis illa-
rum dominis, eos tamen reperire nequiuerint, res in
uentas cogentur uendere, & earum precium inter
pauperes nomine dominorum diſtribuere. ut com
munia ponit Anto. Gomez in tract. de delict. cap. 5.
nume. 2.
887 Inuentus non cenſebitur qui reaple apprehenſus
non ſit, quamuis teſtibus conuinci queat. ut commu-
ne renuncio ex Alex. & Soci. in l. 3 § Neratius. ff. de
acq. poſſ. ex Iaſ. nume 27. Rip. nume. 54. in rub. ff. illo
eod. tit. ex Rip. rurſus in tract. de peſte, num. 134. Pa
lat. Rub. in repet. cap. per ueſtras. §. 70. nu. 12. de don.
inter uir. & uxor. Anto. Gomez in l. 45. tauri. nume.
48. & idem atteſtantur alios copioſè laudantes Vi-
uius lib. 1. opi. 283. Iulius Clarus in pract. § ultimo.
quæſt. 32.
888 Inuenta in mari tum demum capientium ſunt
cùm incompoſita, reſignata, atque incompacta à ne-
ris dominis iacta in illud ſunt, ſeu tempeſtas, ſeu alia
ſalutis ratio id coegerit. ut eſt gl. doctrina communi
ter, ac potius unanimiter recepta in l. qua ratione. §.
ult. ff. de acquir. poſſeſſ. in l. pen. ff. pro derelict. in §.
ult. inſti. de rer. diuiſ. teſtatur. Iaſ. nume. 9. poſt anti-
quiores in l. 1. ff. de acq. poſſ. tu tamen uideto quæ
nos

nos in contrarium obſeruamus infra uer. tempeſtas;
189 Ita atque iracundia cum pœnas delinquentis miti-
gabit, ac leniet, cum ex aliqua iuſta cauſa traxerit ori-
ginem. ut frequentiet placitum inquiunt Menchiaca
controuerſ. Illuſtrium cap. 18. nume. 29. Iul. Clar. in
pract. §. ult. q. 40. uer. eſt etiam.
190 Iudæus ſui ipſius liberos in poteſtate habet inſtar
cuiuſuis Chriſtiani. ut communem ſententiam uerè
aſſerunt Alex. conſi. 13. numer. 2. lib. 7. Soc. conſi. 62.
col. 4. uer. 2. pro hac parte lib. 1. Marquard. de Iudæis
2. part. cap. 1. nu. 10. & n. 11. & 3. par. cap. 4. nu. 10. Vi-
uius lib. 2. opin. 150.
191 Iudæus omnibus ſtatutorum uel immunitatibus,
uel odijs, uel priuilegijs in incolas illorum locorum,
ubi ipſi habitant, collatis potiuntur. ut commune
conſtituo ex Alexand. conſi. 75. lib. 5. & conſi. 99. lib.
6. & conſi. 13. lib. 7. Corn. conſ. 114. licet pro aſpectu
lib. 1. & conſi. 65. licet in hac. lib. 2. And. Sicul. conſi.
63. lib. 4. & conſi. 75. col. 2. lib. 5. Soc. conſi. 62. col. 3.
ad finem. & col. ſeq. lib. 1. Pariſ. conſi. 2. num. 9. lib. 4.
192 Hipp. conſi. 101. quod incipit in præmiſſa cauſa. un-
de proculdubio fœminas excludet, ubi Chriſtianus
illas abigere, atque agnatorum hæreditatem interci-
pere potuerit. quod etiam in ſpecie commune ponit
Marquard. de iudæis. 2. par. cap. 2. numer. 4. & nume.
5. & cap. 4. nume. 6. quanuis nonulli minorum gen-
tium interpretes abſque ulla iuris, ac iuſtitiæ ratione
193 contrarium cornicati ſint. quin & iudæus omnibus
æquitatibus ſcriptis contra quemlibet Chriſtia-
num fruetur prætermiſſo iuris rigore. ut ueriſsimum
aſſeuero, & magis commune arbitror ex Corn. conſi.
260. ad finem lib. 3. Tip. in l. ſi inſulam nume. 9. cum
ſequentib. ff. de uerbo. obli. Marquar. in d. tract. de iu-
194 dæis part. 2. cap. 5. nume. 7. cum enim iudæi ſuis om-
nibus in cauſis, ac litibus Romano iure regantur. l.
iudæi Romano. 1. l. nemo iudæorum. C. de iudæis &
eſt receptum ex doctoribus prædicta iura declaran-
tibus, atque ex Innocent. in cap. quod ſuper de uo-
to Ioan. Andr. in cap. gaudemus de diuort. Imol. in
clement. de iudæ. Domin. in cap. 1. §. ultim. ad fin. de
uſur. lib. 9. ex Felin. & alijs, quos laudat Marquard. in
195 d. tractat. par. 2. cap. 1. num. 1. & proculdubio ius Ro-
manum ſit, ut ſcripta æquitas uel ſubtilitati uel ſe-
ueritati iuris præferatur. l. placuit, cum ijs quæ ubi-
que copioſè ad hanc rem commentantur interpretes.
C. de iudic. hoc iure etiam utentur indiſtinctè ac ge-
neraliter Iudæi.
196 Iudæus in ſucceſsionibus tā ab inteſtato, quàm te-
ſtato delatis ſacroſanctas Moſis tabulas prorſus ſer-
uare debet, ſi quidē illarum ſanctionibus omnino ea
in materia gubernabitur iure alio penitus ſilente. ut
magis communem ſententiam aſſerit Marquard. in
tract. de iudæis. 2. par. cap. 4. numer. 8. qui multos an-
197 tea, numero. 5. in eādem ſententiam laudat. quanuis
in hæreditatis ipſius diuiſionibus ius commune ſer-
uari oporteat, ac nulla alicui fratrib. prærogatiua in-
dulgeri debeat: ut commune affirmant Iaſ. in l. ſi duo-
bus col. 1. C. commun. de legat. & in l. 1. col. 7. uerſi.
adde prædictis. ff. ſi cert. peta. Tir. de iure primogen.
quæſt. 60. nu. 10. uer. tamen communis. ac Marquard.
ubi ſupra, num. 12. ſi tamen rem ſuis ex principijs me-
198 tiri uis & in hac prærogatiuarum diſceptatione ius
commune prorſus obmuteſcet, ac diuinæ conſtitutio-
nes tenaciter cuſtodientur. Sed hac de re alibi tum
opportunius, tum uberius.
199 Iudæus qui uis ſigillatim ac ſeparatim ex chriſtia-
norum teſtamentis capere poteſt, etſi totum iudæo-
rum collegium non poſſe uulgo exiſtimetur. quemad-
modum frequentius placitum ſcribit Marquard. in
tract. de iudæis par. 2. cap. 5. nu. 24.

200 Iudæus ſi pontificis Romani facultatem impetra-
uerit, ac deinde principis & populi conſenſum obti-
nuerit, uſuras exercere poteſt. cōmune ait Marquard.
de iudæis. 1. par. cap. 11. nu. 14. uer. quid ergo dicen-
201 dum. unde etiam ſi publicus ſit uſurarius teſtari abſq;
dubio poterit, quanuis Chriſtianus nequeat. commu-
ne aio ex ijs quos laudat Marquard. in d. Tract. par.
202 par. 2. cap. 1. num. 2. ac Viuius lib. 1. opin. 443. colum.
pen. quanquā reuera contrarium hic atque illic pror-
ſus exiſtimem & ſummopere probem hac in re iudi-
cium Did. à Couarr. poſt aliquam multos, quos ipſe
laudat, lib. 3. reſolut. cap. 1. nu. 8.
203 Iudæus ſi id genus nuptias contraxerit, quæ cùm
iure Moſis diuino licitæ, conceſſæque ſint, iure alio
humano poſtea interdictæ fuerint, nullis pœnis de
204 cauſa fiet obnoxius. nec iam generaliter obſeruare co-
getur. l. nemo. 1. C. de iudæis. ut commune ponit Iu-
lius Clarus in pract. §. inceſtus uer. ult. poſt latè tradi-
ta à Marquard. in tract. de iudæis. 2. par. 4. nu. 9. & nu.
10. & cap. 5. nu. 3. & ſeq.
205 Iudæus ad chriſtianorum eccleſiā confugiens illa-
rum immunitatibus non potietur, tametſi animo de-
ſciſcendi à ſua religione ad fidem Criſtianam id fe-
cerit, ut frequentius placitum aſſerunt Hipp. & qui
eum refert Marquard. in tract. de iudæ. part. 1. cap. 8.
nume. 2. Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 30. uer. præte-
206 rea quæro: quanuis multi contrarium teneant, quos
laudat Did. à Couarru. lib. 2. reſolut. cap. 20. num. 2.
uer. 13. & hi etiam tunc loquentur cum deficiendi à
ſuorum maiorum religione animum non habet, qui-
bus uel in terminis uerior & æquior mihi illorū ſen-
tentia uidetur. nec enim quoad ipſas immunitates ra-
tio confugientium, ſed ipſorummet locorum, ad
quos cōfugitur, ineunda diligenter eſt. ut cum hac de
re alibi copioſius.
207 Iudæus nec ſi de nouo religione Chriſtiana initie-
tur cōtra Chriſtianum teſtis idoneus habebitur. com-
mune ait Soc. in l. ſi cum. §. ult. ff. qui ſatiſd. cogan.
208 quod intelliges in cauſis criminalibus duntaxat pro-
ceſſurum. quippe in ciuilibus cauſis, & in ultimis uo-
luntatibus, & quaſi contractibus, & quaſi maleficijs.
quiuis iudæus etiam qui nunquam à ſua religione
defecerit, contra Chriſtianum rectè, atque appoſitè
teſtificabitur. commune ponit Viuius lib. 1. opi. 385.
in finem.
209 Iudæus *blaſphemiæ* reus à iudice populi ordinario,
non ab eccleſiaſtico puniri poteſt. cōmune inquiunt
Alexan. & qui eum refert Soc. conſ. 119. num. 16. lib.
210 4. quin & generaliter iudæorum crimina iudex ſecula-
ris non eccleſiaſticus puniet. cōmune profert Ana.
in rub. nume. 9. de iudæis, & qui eum laudat Iulius
211 Clarus in pract. §. ult. quæſt. 35. uer. ult. ſi tamen id iu-
dex populi ordinarius ſuſque deque habuerit, iudex
eccleſiaſticus & de blaſphemia cognoſcet, & illius cō-
uicto ſtatam pœnam imponet. ut magis communem
interpretum ſententiam ponunt Alexand. conſil. 99.
num. 15. lib. 6. & qui eum allegat Iulius Clarus in d.
pract. §. Blaſphemia. uer. ſed pone.
212 Iudæus extra domum ſuam nutrices Chriſtianas
habere poteſt, etiam abſque ulla præſulum diſpenſa-
213 tione: quamuis domi nec cum illorum authorita-
te queat. ut communia interpretum placita autumat
214 Marquar. in tract. de iudæ. par. 1. cap. 4. numer. 18. &
nume. 19. ſi tamen iuris rationes intueamur ex perſo-
narum, ac locorum, & temporum conditionibus
rem hanc totam definiemus. quod alibi accuratè, &
copioſè oſtendo.
215 Iudæus non idcirco accuſationem, ac pœnas ob
delicta antea patrata merita euadet, quòd Chriſtianę
216 religionis baptiſmo ſe imbuerit, multoq; minus actio-
nibus

nibus liberabitur, quos in illum alij habebant. com-
mune atteſtantur Io. de Anan. in cap. de his de accuſ.
Dec. conſi. 130. Marquard. in tract. de iudæis. 3. part.
217 cap. 5. num. 1. & ſeq. quanuis quo ad criminum accu-
ſationes, ac pœnas immerito, & contra publicam
utilitatem contrarium cũ nonnullis aſtruant Viuius
lib. 1. opin. 16. ac Iul. Clar. in pract. §. ulti. q. 51. uerſi.
ult. ſi quidem religio per ſe ipſa nullis alijs propoſitis
illecebris, ac nulla præſertim licentioſa facinoroſorũ
hominũ impunitate oblata explorari debet. ſed hac
de re commodius alibi ac latius.

218 Iudæus qui cũ muliere baptiſmatis aquis luſtra-
ta nec ui, nec ſtupro, nec adulterio ſuſcepto, nec inito
matrimonio rem habuerit, pœnã mortis haud luet.
cõmune dicit Boer. deciſ. 316. Villalob. in ſua collec.
& latiſsimè hac de re ex receptis ſententijs agens Iu
219 lius Clar. in pract. §. fornicatio uer. cum iudæis. ſi au-
tẽ adulterium cũ illa cõmiſerit, ſtatutorum loci, ubi
habitat, non iuris communis pœnis ſit obnoxius, ut
quiuis alius incola. quemadmodum frequenter placi
tum teſtatur Bermond. de cõcub. fol. 40. n. 32. & qui
aliud probare immeritò affectat Iulius Clarus in d.
pract. §. adulterium uer. pone ſtatutum.

220 Iudæorum liberi paruuli ad fidẽ Chriſtianam co-
221 gi compelliue nequeunt, ut nec ipſi adulti parentes.
quod frequenter placitũ affirmant Felin in c. ſicut iu
dæis. Calde. conſi. 3. in tit. de iudæ. Pariſ. conſi. 2. col.
4. & col. 5. lib. 4. Marquar. de iudæ. par. 3. cap. 2. nu 6.
Viuius lib. 2. opi. 151. nec enim aliud eſt inuitis homi
nibus religionem obtrudere, quàm pulcherrimo pie-
tatis prætextu efficere, ut illi ſuæ religionis nexibus
exuti uiuant impij atq; exleges. ut reſcriptum in fidei
Chriſtianæ fauorem olim fuiſſe legitur.

222 Iudæorum uxores tacitæ hypothecæ prærogatiuã
pro ſua dote in ipſorum maritorũ bonis, inſtar Chri
ſtianarum, habent. ut frequens doctorum pronuncia
tum aſſeuerat Marquard. in tracta. de iudæis. 2. par. c.
2. num. 9. & cap. 5. nu. 22. & par. 3. capit. 6. num. 2. &
cap 8. num. 1.

223 Iudæorum iuſiurandum cõtractus alias inualidos
& pactum de non ſuccedendo nõ confirmabit. ut cõ
munem eſſe opinionem, & ab ea non recedendum aſ
ſeuerat Marquard. de iudæis. 2. par. cap. 8. nu. 7. & nu.
224 9. quanquam id nulla omnino probabili ratione in-
nitatur, atque ut impium, uanum prorſus & utilitati
publicæ aduerſum, illud praxis reijciat.

225 Iudex iuxta acta, & probata contra eorum cõſciẽ
tiam, quæ ipſe ut priuatus nouit, ſententiam ferat, ne
ceſſe eſt ut magis commune pronunciant Did. à Co-
uarru. lib. 1. uariarum reſolut. cap. 1. num. 6. Iul. Clar.
in pract. crimi. §. ult. q. 8. uer. ult & q. 66. uer. ſcias au-
tẽ. & uir multæ doctrinæ, atque eruditionis Nic. An-
to. Grauatius in annot. ad praxim Octauiani Veſtrij
lib. 3. cap. 1. nu. 7.

226 Iudex ſuum officium ad priuatam alicuius utilita
227 tem, ſi non poſtuletur impertiri nec debet, nec poteſt
228 niſi uel cauſa pia ſit, uel uertatur abſentium fauor,
229 uel litigantiũ inhabilitas intercedat, ut frequẽter pla-
230 citã oſtendit latè Viuius lib. 1. opin. 175.

231 Iudex in diem ſequentem ſententiæ ſuæ prolatio-
nem abſque noua citatione differre iure canonum po
teſt. ut commune teſtatur Bolog. in l. ſi finita. §. Iulia-
nus, num. 102. ff. de damn. infec. quin & iure Cæſarũ
idem procedet. ut frequentius placitum atteſtantur
232 Bolog. ubi ſupra, & qui contrariũ uerius meritò cen
ſet, & uſu ſeruari ait, Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib.
1. q. 63. nu. 2.

233 Iudex eccleſiaſticus ad quẽ ſuæ iuriſdictionis quiſ
piam à populari iudice remittitur, non tenetur fidẽ
habere proceſſui, quem iudex ille fecit. cõe aiunt

Grammat. conſi. crim. 42. Ruin. conſi. 7. lib. 1. Viuius
lib. 1. opin. 162. Iul. Clar. in prac. §. ulti. q. 36. uer. ult.

234 Iudex popularis ſeu laicus, ut loquendi mos eſt, in
crimine & omnino & merè eccleſiaſtico ſi ab eccle-
ſiaſtico iudice imploretur, non ſe cauſæ cognitioni,
obtrudet, ſed mandatum dumtaxat exhauriet. commu
235 ne ait iuxta iuris Pontificij interpretes, aliud ſore iux
ta Cæſarei iuris profeſſores aſſirmans Alciat. in ca-
pit pernicioſam, nu. 200 de offic. ordi. amicus noſter
Nic. Anton. Grauatius lib 8. capit ulti. nu. 41. ad Ve-
ſtrij praxim. & uide quæ ſuperius obſeruo, uerſ. acta.
memineriſque ſemper quod ſi iudicatus ual præiudi
cio, uel probabili præſumptione contra iudicis eccle
ſiaſtici ſententiam protegetur, non tenebitur illam
iudex laicus exequi, atque ad finem perducere. ut cõ-
mune effatur Alciat. in d. c. num. 122. & aſſirmant ij,
quos in laudato uer. refero.

237 Iudex in delicta extra ſuæ iuriſdictionis limites pa
trata inquirere nequit. commune pronunciant Soci.
in l. à diuo Pio. §. ſententiam Romæ, nu. 16 ff. de re iu
238 di. latè Viuius lib. 1. opin. 177. & qui latius hanc rem
agit, & in originis, ac domicilij iudice ſecus eſſe eum
receptis ſententijs oſtendit Iul. Clar. in pract. §. ult. q.
39. uer. ſed quæro.

239 Iudex alterum iudicem delinquẽtem, inter quem,
& illum diuiſa iuriſdictionis adminiſtratio, punire
nequit. commune pronunciant Felin. in c. prudentiã,
num. 4. de offic. dele. Nicol. Anto. Grauatius magnæ
eruditionis uir lib. 3. cap. 9. num. 20. ad Veſtrium. etſi
Rot. perperam aliud cenſuerit deciſ. 553. nunquid ſi
duo in nouis.

240 Iudex iniquæ ſententiæ lator, à qua non appella-
tum ſit, de damno illa ſententia illato conueniri po-
terit. commune inquiunt Alexan. in l. dies cautioni,
nu. 1. ff. de dam. infec. Did. a Couarru. in tract. de ſpon
241 ſal. 2. par. cap. 8. §. ulti. nu. 18. quin generaliter iudex
imperite iudicans, ei, cuius intererit, arbitrio alte-
rius cõpetentis iudicis tenebitur, ut frequenter pla
citum renunciant Aegidius Boſsius in pract. titu. de
official. corrup. nu. 22. Iulius Clarus in prac. §. ulti. q.
83. uer. iudex.

242 Iudex alterutri parti conſanguineus, ſi nulla illi iu
dicanti exceptio proponatur, firmam ac proculdubio
ualiturã ſententiam feret. ut commune interpretum
dogma affirmat Iaſ. in l. qui iuriſdictioni. nu. 6 ff. de
iuriſd. omn. iudi.

243 Iudex ſi cauſæ cognitionem interueniſſe, aut quid
piam aliud ſimile affirmet, fidem merebitur. commu
ne pronunciant Soc. conſi. 115. circa primam quæſtio
nem in 1. dubio lib. 1. Viuius latè lib. 1. opin. 184. ubi
244 aliquam multos contrariũ arbitratos memorat. quo
rum opinio ut uerior, atque utilior mihi magis pro-
batur. ſed de illa alibi oportunius, & uberius.

245 Iudex, ut ueritatem rerũ latitantium eruat, poteſt
pro animi ſui arbitratu inculpatè promittere impuni
tatem reo, & quæuis alia blandimenta ad id accom-
modata proponere: ut frequenter platitum aſſeuerat
additio ad Dec. in l. ea eſt natura nu. 7. ff. de reg. iur. &
qui eã refert, & nõ negligenter hãc rẽ agit Piaca lib.
246 1. de delic. c. 37. per totũ. non tamen ex confeſsione
ſic extorta reũ damnare poterit. quæ fuit ſententia
Imol. cõſi. 109. quã reputat unicã, & mirabilẽ Hipp.
in l. 1. §. quæſtioni. nu. 12. ff. de quæſt. & in l. ſi quis ob
repſerit n. 13. ff. ad leg. Corn. de falſ. & in prac. §. poſt
quã, n. 13. aſſerunt cõem Cagnol. in d. l. ea eſt natura,
nu. 18. Remig. de immunit. eccleſ. pag. 185. fallent.
26 & qui mordicus illam defendunt, atque alios con
traria ſentientes referunt, & meritiſsimo dãnant An
ton. Gomez de deli. cap. 12. nu. 6. & n. 7. Did. a Couar
ru. lib. 1. reſolut. cap. 2. num. 16. Iul. Clarus in practic.

§.ult.quæſt.55.uerſic.circa ſecundum.

247 Iudex pro animi ſui ſententia reum damnare,uel
non damnare poteſt ad ſumptus ante litis conteſta-
tionem expenſos refundendos,ſi nulla eam in rem pe
248 titio proponatur.quod longè ſecus eſt in erogatis à
lite conteſtata expenſis.quippe quia in illis nec ſup-
plicatio exigitur,nec iudicis arbitrio quidpiam per
mittitur.cómune ait Ant.de Tremo.in addi.ad Bnn.
in pract.de recuſat.nu.4. uer. rectificari. Villalob. in
ſua collecta.

249 Iudex ſi uel animam agens, atque in ultimo uitæ
crepuſculo iam conſtitutus aſſeueret ſe ſe iniquã tu
liſſe ſententiam,nihil prorſus fidei conſequetur , ni-
hilque omnino uel proficiet,uel officiet . communia
inquit Andr.Alciat.uir magno ingenio , atque inſi-
gni doctrina in tract.de præſum. regul. 3. præſumpt.
4.num. 7.

250 Iudicis decretum , quod ex falſa cauſa interpo-
ſitum probatur,nullius ponderis, ac momenti eſt.cõ
mune ait Cur.Iun.conſi.170.nu. 2. & uide quæ infe-
rius obſeruo uer.ſententia.

251 Iudicis decretum,ſeu authoritas non impedit,nec re
moratur auxilium l.2.C.de reſcin.uend. ut magis cõ
252 mune pronunciat Dec.conſ.210.nu.8.uer. 3. ſed ue-
rius atque æquius & utilitati publicæ magis coniun-
ctum contrarium eſt quod frequenter placitum aſſe-
runt Rebuf.in 2.thom.ad leges Gall.pagi.186.n 40.
Anton.Gomez de contract.cap.2.num.3.& magis cõ
mune recenſet Arius Pinelus meus olim iuris doctor
ad illam l.2.par.2.cap.2.num.18.

253 Iudicis eccleſiaſtici proceſſui fidem habere non
aſtringitur popularis, ſeu laicus iudex, ad quem quis
ab illo damnatus plectendus remittitur. uide ſupra
uer.acta.

254 Iudicẽ corrumpens ut pro ſe uel iniſtè, uel quo iu-
re,quaque iniuria ſententiam dicat, tum quidquid ea
cauſa dedit,tum litem ipſam amittit.commune inqui
unt Did.à Couarru in reg.peccatum pag.102. de re-
gu.iur.lib.6.Iulius Clarus in pract.§.ult.q.73. uer.iu
dex committens.

255 Iudices ordinarij quamuis niſi fama præcedat ad
256 inquiſitionem aggredi nequeunt,tamen qui non ſer-
uato ordine poterunt inquirere,ijdem & abſq; fama
rectè riteque inquirent.communia dicit Alciat. in c.
perniciosam nu.34.& nu.37.de offic. ordin.quod &
alij affirmant ſuperius relati uer. inquiſitio.

257 Iudices pacto eorum , qui agunt, prorogati etſi
pœnitentia reſpui poſsint , tamen qui fidem franget
258 ad id obligatus manet , quod illius intereſt , qui in fi-
de ſemel data conſtanter perſtat : eaque de re iidem
iudices cognoſcent.commune ponit Panorm. in ca.
ſi de iudic.

259 Iudices pecuniariæ corruptionis dãnati,& officiũ,
& ius ad officium amittunt,ac legis Iuliæ repetunda
rum tenentur,quadruplumque præterea eius , quod
acceperunt,euomere cogũtur . ut commune teſtatus
rectè explicat Iul.Clar.in prac.§.ult.q.73.uer. iudex
committens baratariam.

260 Iudices duo ex tribus electis ſi ſententiã tertio ab
ſente ferant , quamuis poſtea latam ab ipſis ſententiã
tertius ille ratam habeat , nihil omnino profuturum
egiſſe cẽſentur: ac nulla eiuſcemodi ſentẽtia prorſus
eſt.ut commune renſicio ex Ang.in l licet in fi. ff. de
iudic.Dec.conſ.434.ad fi.atq; ex alijs, quos citat Se
baſtian.in tract.de nullit.pag.155.nu.179.

261 Iudicij tractatio (inſtantiam interpretes fatur)
quamuis perimatur,ac ſententia à iudicij obſeruatio-
ne reum liberans ſubſequatur , non tamen effectus
per litis cõteſtationem inducti extinguũtur. commu
ne dicit Ant.Gomez de teſtam.cap.3.numer.32.uer.
quarto facit.

262 Iuramentum quas uires habeat, quas non habeat,
uide paulò inferius uer.iuſiurandum.

263 Iuriſdictio eſt poteſtas de publico introducta cũ
neceſsitate iuſdicendi , atque æquitatem ſtatuendi.
ut communiter placuiſſe interpretibus muſit in lite-
264 ras Alcia.in cap.quod ſedem nu. 34.de offic. ordina.
ac ſi generaliter illa alicui concedatur,uel demande-
tur,merum,& mixtum imperium conceſſum,ſeu de-
mandatũ exaudietur.commune profert idem Alcia.
265 eodẽ in loco n.38.nec illam demandantis morte iu
riſdictio abolebitur,ſi uel cõteſtatio litis,uel citatio,
uel ſaltem aliquod de citatione mandatum interuene
rat.quemadmodum frequenter placitum teſtificatur
Tarzan.opin.97.& opin.128.

266 Ius diuinum à iuſtiſsimo Moſe promulgatum &
dicitur & ducitur naturale ius,ſeu primarium gentiũ
ius.ut eſt communis ſcribentium omnium opinio cũ
267 Accurſ.in l.1.§.ius gentium.ff.de iuſt. & iu. quod ta-
men,ſi rem ad uiuum reſecemus, atque ampliſsimam
illius ſacroſancti iuris maieſtatem ſuis ex principijs
repetentes contemplemur,non parum à ueritate ab-
horret.ſi quidẽ magis ciuile,atq; unius gẽtis ius quã
naturale uel gentium omnium ius dici,generiſq; dẽt.
cũ nec ulla hucuſq; gẽs præter hebream ſe illius præ
ceptis obnoxiam præſtiterit, nec ulli alij genti, quã
Iſraelitæ in principio dictũ ac propoſitũ fuerit. quin
& de illo conſtituendo hebræorũ natio primũ roga
ta fuit,unde legũ rogandarũ morẽ quam ſanctiſsimũ
effluxiſſe non falſò quis aſſeret. & deinde iuſiurandi
religione , ac blandiſsimis fauſtarum precationum
illecebris,& horrendo terribilium dirarum metu ad
illud ſemel ſuſceptũ in mentis ipſius penetralibus in
ſcriptũ habendũ,ac rebus in omnibus ſeruãdum ada-
cta eſt.quæ omnia iuri ciuili , ſeu iuri gentis alicuius
formando maximè cõueniunt.Exod.c.19.Leuit.26.
Deuter.27.28.& 29.deniq; ius illud & latum & ſcri
ptum eſt,naturale autem ius à natura ipſa mortaliũ
animis inditur,nec promulgatore , nec ſcriptis opus
habet ſi tamen res ipſas illic contentas timemur &
quæ ex perfecta illius iuris cognitione, atq; obſerua-
tione utilitas uerbis omnib.maior iũ ad hanc huma-
nã,& nuſquã non caducã uitã,tum ad illã aliã animo-
rum immortalem,ac feliciſsimam redundat,præ ocu
lis habemus : ac deniq; quãuis uni genti ob ſuorum
maiorum merita dictum promulgatumque fateamur
cæteris tamen et omnibus mortalibus , modò illud
agnoſcant,& pro dignitate obſeruẽt,ut(profectò om
nes diuinioris illius ſcintillæ non expertes omnino te
nentur) æquè ſacroſanctos incomprehenſibilium a-
lioquin myſteriorum theſauros recludere,æquè uni-
uerſas incolarum & ciuium prærogatiuas elargiri a-
nimaduertamus,non multum aberit à præclaris illis.
iuriſgentiũ ſeu iuris naturalis conditionib. etſi pro-
priè ac preſsè germanum iuris naturalis uel gentium
nomen iuxta Iuriſconſultorum definitiones induere
nequeat.Sed hæc alibi commodius & uberius , quæ
omnia peritioribus ſacroſanctæ illius diſciplinæ pro
feſſoribus libenter atque omnino uel probanda, uel
improbanda ſubmittimus.

268 Ius gentium duplex eſt, aliud primarium,aliud ſe
cundarium , ut frequenter placitum teſtatur Iaſ. &
pleriq; alij interpretes in l.ſi id quod.ff.de condict.in
deb.Dec.in l.cũ amplius.§. is natura debet. ff. de re-
gu.iur.Cagnol.in rub.n.3.ff.de iuſt.& iur. Lancel.Ga
leaul.in rep.rub.nu.157.ff.de uer.oblig. ac Bellon. in
269 princip.nu.1.inſti.de teſtam. Sed ineptit hic ut non
rarò alibi doctorũ uulgus.ut ſuo in loco copioſè atq;
efficaciter demonſtramus , quod etiam ante nos ob-
ſeruarunt Aret.nu.16.Soc.nu.35.in l.1. ff. de acquir.
poſſeſ.

poſſeſ. Alciat. in l. paterfam. 182. in fin. ff. de uer. ſign.
Eguin. Baro. in §. item ea quæ ex hoſtib. inſtit. de re-
rum diui. Ioan. Coraſ. lib. 6. Miſcellan. cap. ulti. & di
ligentiſsimus iuris interpret Arius Pinellus in rubr.
par. 1. cap. 1. nu. 12. C. de reſcin. uendit.
270 Iuſiurandum tribus comitibus ac pediſſequis mu
niatur, neceſſe eſt ueritate ſcilicet, iuſtitia, & iudicio,
ut frequenter placitum renuntio ex Ange. in §. æquè
ſi debitor col. 4. inſtit. de excep. Iaſ. à nu. 68. Ludouic.
Gomez col. ult. in §. ſi quis poſtulante, inſtit. de actio.
Cur. Ion. col. 160. nu. 9.
271 Iuſiurandum in ipſamet ſpecie, in qua cóceptum
eſt, obſeruari debet, nec ſatis erit per æquipollens ex
pleri. ut commune proferunt Iaſ. conſi. 4. lib. 3. & qui
multos in contraria profectos recenſet Viuius lib. 1.
272 opin. 189. efficietque ſemper iuſiurãdum ut actua eo
omni modo ualeat, quo melius, ac perfectius po-
teſt. commune inquit Alciat. in capi. cum contingat.
273 num. 159. de iur. iur. nó tamẽ idcirco nudo pacto ui
ſtem ſuppetet, ut inde actio creetur. commune aiunt
Alex. & Iaſ. num. 23. Cagnol. & Curt. in l. ſi quis ma-
ior. C. de tranſact. Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex con-
uentione colum. ulti. de iur. iur. Fortun. in cap. 1. nu.
23. de pact. ac magis commune pronunciat Alcia. in
274 d. ca. cum contingat num. 142. Nec item propterea
iuſiurandum uel conſenſus defectum tollet. ut com-
275 mune effatur Cur. Iun. conſil. 24. num. 3. uel læſionem
oppidò enormem teget ac ſuſtinebit. commune effe-
runt Curt. Iun. conſi. 141. numer. 6. & cum alijs Vi-
uius lib. 1. opin. 221.
276 Iuſiurãdum omne regulariter ac generaliter, quod
peccato cauſam non ſuggerit, ſeruari debet. commu
277 ne ponis Alciat. in cap. cum contingat. nu. 101. de iur.
iur. nec ab eo etiam Pontifex ſine cauſa quempiã po
teſt abſoluere. ut commune teſtatur Abb. Panorm. in
278 cap. ſignificaſti. nu. 8. de elect. non tamen iuſiurandum
ſecundum primo alteri contrarium ſeruari debet. ut
receptum ſcribit Aret. in l. qui iuraſſe no. 28. ff. de iur.
279 iur. nec generaliter ac regulariter aliquod iuſiurandú
quod peccati cauſa uel anſa eſſe poſsit, ſeruari opor
tebit. quemadmodum frequenter placitum accuratè
ſcribit Andr. Alcia. in illud cap. cum contingat num.
101. de iureiuran.
280 Iuſiurandum tollere uel eius effectus ſuſpendere
uel remorari nec imperator, nec alius quiuis prin-
ceps poteſt. ut commune efferunt Alex. conſi. 59. col.
3. nu. 9. lib. 1. & conſi. 37. lib. 4. Grego. magol. in trac.
de ſecurit. pag. 11. uerſa ad finem, & pag. ſeq. Turzan.
opin. 136. uiuius lib. 1. opin. 297.
281 Iuſiurandum ſimulato contractui nec formam nec
uires addit. commune inquit Berous in cap. ad noſtrã
nu. 12. & ſeq. de emptio. & uendi. Rub. conſi. 120. Bel
282 lon. conſi. 48. nu. 4. quod etiã procedet, tametſi fictio-
ni ac ſimulationi quis iurato renunciarit. commune
effantur Rip. atq; alij, quos laudat Viuius lib. 1. opin.
283 185. quanuis longe ſecus futurum ſit ſi partes in con
tractu ſimpliciter iurauerint omnia in eo contenta
& uera eſſe, & ab illis oppugnatum non iri. ut frequẽ-
ter placitũ ponunt Car. Iun. conſi. 108. nu. 13. & cõſi.
284 110. nu. 115. Viuius ubi ſupra. qui idem etiã receptú
profitentur, cùm ſingula & omnia, quæ cótractus cõ
plectatur, uera eſſe quis iurauit.
285 Iuſiurandum promittentis ſi futuram non parit iu
286 re cæſareo actionem, tametſi iure pontificio illã pa-
riat. ut magis commune inquit Alciat. in cap. cum cõ-
tingat. n. 172. de iur. iur. & qui ſic debet intelligi, quã-
uis indiſtinctè loquatur, Ioan. de Selu. de iur. iur. 3.
par. col. 2.
287 Iuſiurandum de fidelitate patronia præſtanda per
procuratorem ſpeciali mãdato creatũ expediri tum
demum poteſt, cùm aliqua probabilis cauſa abſentiæ
ſubeſt. commune affirmant Curt. in l. admonendi. nu.
363. ff. de iur. iur. & copioſius Iulius Clarus de feu-
do q. 49. in fin. Viuius lib. 1. opin. 190. ubi nonnullos
alios caſus addit, in quib. procurator ad id ſpecialis
in animam conſtituentis iurare poteſt.
288 Iuſiurandum contractui ſtatutis prohibito uires
addit. commune enunciat Iaſ. in auth. ſacramenta pu.
289 nu. 53. C. ſi aduerſus uendit. amplia idẽ prorſus futu-
rum tametſi contractũ etiam incatú ſtatuta infirmẽt,
ac pœnam illis indicant, qui eo utentur. ut frequẽtio
ribus luculentiorum interpretum ſuffragijs uallatum
teſtificantur Alex. conſi. 59. col. 3. nu. 9. lib. 1. & conſi.
38. col. 3. lib. 4. Gregor. Magol. in trac. de ſecuri. pag.
uerſa ad finem & pag. ſequen. Turzan. opin. 136. ac
290 Viuius lib. 1. opin. 179. ubi tamen multos contrariã
ſententiam receptam affirmantes recenſet. quibus cũ
facit quod communiter receptum inquit idem Vi-
291 uius lib. 1. opin. 297. poſſe ſcilicet à principibus atq;
ab ſtatutis prohiberi, ne iuſiurandum contractibus
292 adhibeatur. Sed non dubito quin & uerius ſit ac re-
ceptius id interdici non poſſe, & longe tutius atque
etiam frequentius affirmo, ſi princeps uel ſtatutum
aliquod contractum iureiurando innixũ improbaue
rit, iuſiurandum nihilominus eſſe prorſus ſeruandũ.
293 quod tamen non procedet, ſi contractus fauore publi
294 co ac recta uia prohibeatur, uel illius prohibitio ad
perſonam ipſius geſtricem dirigatur, quauis nõ præ
cipue, ſed per quandam conſequutionem interdictus
ob reſp. fauore cenſeatur. communis effatur Andr.
Alciat. nu. 83. & nu. 92. & nu. 94. in cap. cum contin-
295 gat de iur. ior. ubi communiter receptum ponit ſecus
futurum, ſi prohibitio non in ipſam perſonam diriga-
tur, & non recta, ſed conſequenter ſolum interdictio
reip. conducere uideatur.
296 Iuſiurandum cótractui inſertum, qui ſolennitates
ſtatuto requiſitas nó habet, ut qui uel à minorib. uel
à mulieribus geſtus conſenſum propinquorum ſtatu
to deſideratum non præ ſe fert, uires roburque perfe
ctè illi impertitur. ut crebrius interpretib. placitum
ſcribit Socin. conſi. 167. colu. 4 lib. 1. quẽ laudat Tur-
297 zan. opin. 106. quod etiam procedet, quamuis aliter
diſerte atque ſpecialiter ſtatuto ſciſcitatur. ut cõmu-
ne ponit Viuius lib. 1. opin. 297. & uide quæ nu. pro-
298 ximè præcedẽti obſeruo. meminerisque ſẽper quod
iuſiurandum contractui uires impertiens actionem
procreare, dicitur, non uerò contractus ipſe qui ab il-
lo confirmatur atque ſtabilitur. commune inquit Al-
ciat. in cap. cum contingat nu. 113. de iur. iur.
299 Iuſiurandum donationes inter uirum & uxorem
ſtatim ualidas reddit. commune dicunt Alexan. cõ
ſil. 150. uiſis col. 1. in fin. lib. 2. Rip lib. 3. de dona. cap.
4. & cap. 17. nume. 1. Socin. regu. 104. uerſ. donatio.
Did. à Couarr. in rub. par. 2. nu. 20. de teſtament. com
mune & praxi receptum atteſtatur Ioan. Lup. de pal.
Ruu. in rubr. §. ult. nume. 1. de donat. inter uirum &
300 uxor. quamobrem contrarium malè inquit commu-
ne Cor. Sen. conſi. 66. nu. 6. etſi abſque dubio æquius
& utilius reipublicæ atque hominum uitæ illud ſit.
cum facili negocio alioquin ingens feneſtra uel ille-
cebroſis uxorum fraudibus, uel aſtutis maritorum in
ſidijs ac nefarijs & uiolentis nonnunquã rapinis pate
ſcat, & denique omnes iſthic rationes uerſentur, quæ
ſimplicibus donationibus inter coniuges interdici
ut iuſsimè ac ſanctiſsimè extorſerunt. ſed hac de re
alibi uberius. interim uideto etiam quæ ſuperius ad-
notaui uer. donatio.
301 Iuſiurandum donationem, quæ ſtatam ac iuſtã ſe-
ptingẽtorum ſcutorum ſummam excedit, inſinuatio
ne commune haud facit, ut frequẽter placitum inquit

Barb.conſi.66.inter conſil.Franc.Curt. incipit,ſapiē
302 ter & optime dixit Pſalmiſta.quanuis contrarium cō
mune afferant Cor.conſil.182.lib.2. Iaſ. conſi.112.
lib.2.Dec.conſi.239.Cur.Sen.conſi.59.num.2. Cur.
Iun.conſi.81.nu.6.tu uerò uideto quæ ſuperius obſer
uo uer.donatio.

303 Iuſiurandum Iudæorum contractus eorundē alio
quin inualidos, ac pactum de non ſuccedendo nō cō
firmat.commune aiunt Gulielm. in cap. Raynutius
uer.duas habens filias nu.189. de teſtam. Marquard.
304 de iudæis par.2.cap.8.nu.7.& nu. 9. contra quos ſto
ſuperius uer.iudæus.

305 Iuſiurandum in litem non inuitus ſubit,qui proba
306 re uult, ut nec illi amplius deferri debet ac poteſt,ſi
probationes poſtea afferre nequierit ob quas illud ſe
mel reiecerit.communia ponit Viuius lib.1.opi.191.

307 Iuſiurandum de ueritate detegenda ſuper crimini
bus,quorū nomine agitur, & accuſato ipſi uel inqui
ſito deferri oportet.commune inquiunt Bertrand.cō
ſil.321.num.3.lib.3.meus iuris doctor Anto. Gomez
de delict.cap.1.nu.65.& qui rectè ac merito immur
murat,Iulius Clarus in pract §.ulti.quæſtio.45. uer.
ſed quæro.

308 Iuſiurandum in cauſis ad famam attinentibus, ut
iuuetur uel suppleatur probatio,non defertur, com-
mune ait Marc.Anto.de indic. nu. 175. Villalob. in
309 ſua collecta.ut nec in matrimonij cauſa uel ſemiple-
310 nam probationem aliunde habenti deferretur, niſi ſi
311 aliquot prætereа coniecturæ, uel indicia accedant,
aut conditio perſonarum id ſuadeat. communia po-
nit accuratè Did.à Couarru.in tract.de ſponſal. par.
1.cap.4.num.5.uerſi.tunc etiam perpendi. nec item
312 iuſiurādum generaliter ac regulariter in criminalib.
cauſis probationem iuuabit uel explebit.ut frequen-
ter placitum enunciant Herculan. de proban. negat
nu.235.Iulius Clarus in prac.§.ult.quæſt.63.in prin.
ubi complures allegat.quod ampliabis ut etiam pro
313 cedat,tametſi eiuſce generis criminales cauſæ tracten
tur,in quib.non corporalis aliqua pœna, ſed pecu-
niaria duntaxat imponenda ſit, ut eleganter contra
Roman.& alios reſoluunt Alex.ac Iaſ.num. 21. in l.
314 ait prætor.ff.de iur.iur.cum enim uerū abſque dubio
ſit,ut in omnib.cauſis,in quibus apertiſsima proba-
tio exigitur,iureiurando probationem expleturo lo
cus non relinquatur ut cenſuit Accur. communiter
receptus in l.ult.in princip.in uerſic. præſumptioni.
ff.quod metus cauſa, atque extulit idem ille Roman.
ſing.197.& in cauſis criminalibus generaliter ſeu cor
315 poream pœnam ſeu pecuniariam irrogaturis aper-
tiſsima probatio deſideretur.l.ult.C.de proba.neceſ
ſario conſequitur in omnibus itidem criminalib.cau
ſis uel pœnam corpori,uel pœnam marſupio illæ in
316 fligāt,nullum locum iureiurando probationis uices
geſturo aſsignari poſſe. atque ita cenſeo. quanquam
Alex.ſibi aduerſus conſi.66.col.2.lib. 1. contrarium
tanquam uerius & communius obſerue.idemque ſen
317 tire uideatur Iulius Clar.ubi ſupra quin & in quibuſ
uis cauſis arduis iuſiurandum ad probationem iuuā-
318 dā non admittetur generaliter ac regulariter,ac ſi ali-
quando admiſſum fuerit,priuilegiariam probationē
gignere putabitur,& nouis documētis refutari, refel
lique permittetur.communia pronunciat Arius Pi-
nelus inſignis doctrinæ anteceſſori in l.2.par. 3. pag.
319 105.col.3.uer.ego ueriorem.C.de bon.mater.ac deni
que ubi probatio ſtatuto aliquo pro ſolennitate exi-
getur,illius defectus iureiurando nō ſupplebitur.cō-
mune ſcribit Alciat.in cap.cum contingat.num.149.
uer.ſextus caſus de iur.iur.

320 Iuſiurandum à legis ſanctione, uel ſtatuti conſtitu
tione delatum contraria probatione cōfutari poteſt.
commune eſſantur Tiraq.de utroque retract.§. 4. gl.
5.num.2.Did.à Couarru.in tract.de ſponſal.2.par.c.
321 3.§.1.nu.14.ac ſi damnum aliquod paſsis iuſiurandū
ſtatuto deferatur & illi credi iubeatur, iureiurando
exterorum ſeu forenſium non idcirco ſtabitur.cōmu
ne inquit Pariſ.conſi.12.nu.26.lib. 3.

322 Iuſiurandum metu cōſtantem uirum territuro præ
ſtitum non eſt nullum, ſed abſolutione opus habet.
commune ponit copioſè Did.à Couarru. in tract.de
ſponſal.2.par.cap.3.§.5.nu.2.

323 Iuſiurandum moræ purgationem tollit.ut frequen
ter placitum inquiunt Anto.Ruber.conſi. 13.Viuius
lib.1.opin.219.

324 Iuriſiurandi conditio non minus in contractibus,
325 quàm in ultimis uoluntatib. expungitur, atque utro
bique res tota pura manet ac ualet. commune renun
cio ex Alb.& Cuman.nu.1.in l.quæ ſub conditione.
ff.de condit.& demonſtra.Iaſ.in l. ſi quis cum debito
re col.2.ff.de iur.iur.Maria.Soc.in relect.l. ſciendum
nu.117.ff.de leg.lib.1.

326 Iuſiurandi,quod agere impedit, abſolutio ſine ci-
tatione alterius & rectè petetur, & rite dabitur. com
mune pronunciant Andr.Alciat.in cap.cum contin-
gat nume.124.de iur.iur.Matth.de Afflic.deciſ.210.
327 numer.10. quanquam meo quidem iudicio contra-
rium uerius ſit.quod etiam frequentius afferunt Hip
pol.in l.de unoquoque num.593.& ſeq.ff.de re iudi.
& qui cōpluſcula ad materiā apposita adiungit Vi-
uius lib.1.opin.1.

328 Iuriſiurandi religione offenſa quicunque actus e-
tiā ſpiritalis,& cuius uel capax,uel incapax laicus ſit
geſtus ualet,quamuis periuriū geſtor incurrat.ut fre-
quenter placitum latè affirmat Alciat.in cap. cum cō
tingat.nu.180.de iur.iur.Did.à Couarru. in tract. de
ſponſ.2.par.cap.7.num.2.

329 Iuriſiurando neceſſarius nō eſt ſcripturarū tactus.
ut commune inquiunt Andr.Alcia.in rubr.nu. 29.ff.
de iureiur. Viuius lib.1.opi.193.

330 Iureiurando facta probatio nec dicitur, nec duci-
tur legitima.ut cōmune renuncio ex Alex.conſi.519.
nu.9.lib.2.& in l.dixi Imperator col.1.ff.de leg. lib.
2.Iaſ.in §.quadrupli num.4.inſtitut.de action.Felin.
colum.3.Dec.num.51.in rub.extra de proba.Hipp.in
rub.nu.119.cum ſeq.C. illo eod. tit. idemq; atteſta-
tur Viuius lib.1.opin.188.

331 Iureiurando ſtabiliti contractus etiā quoad utriuſ
que contrahentiū hæredes rati, ſtatique ſunt. com-
mune ponit late Anton.Gomez de contract. cap.14.
nume.19.

332 Iureiurando confirmata inſtrumēta,hoc eſt,in qui
bus ſtipulator iureiurando delato deberi ſibi res in-
ſtrumento contentas affirmat,executionem paratam
habent.commune renuncio ex Iaſ.in l. qui pecuniam
nu.7.ff.ſi cer.petat.Felin.in cap.ſi cautio.num. 47. de
fid.inſtrument.Matth.de Afflict.in conſtitu.Neapol.
lib.1.rub.40.nu.10.& nu.14. Rhoder. Soarez in re-
lect.l.poſt rem iudicatam,fol.140.col.3.& col.4 ff.
de re iudi.Chaſſan.conſi.12.nume.10. atque ex aliis,
quos laudat Viuius lib.1.opin.188.

333 Iureiurando aſſeuerans ſe teſtamentum non am-
plius eſſe reuocaturum,contra bonos mores id iuſi-
334 randum concepiſſe intelligitur. Sed enim ſi contra-
faciat,quod facit, ualidum ac firmum eſt,quamuis ip
ſe periurio ſe obliget. commune ait Anto. de Tre-
mor.in addition.ad Bon.in pract.exceptio.rub.quib.
mo.ſuo.no.nu.22.uerſi.contra proprium factum.Vil
lalob.in ſua collecta.

335 Iureiurando ad factum obligatus, ad illud, quod
promiſit,faciendum omnino tenetur, nec liberatur,
ſi id ſoluat, quod intereſt, ut cōc interpretū dogma
conſtitue

conſtituo ex Panorm.in cap.ueniẽs de iureiur.Imol.
in l.2.§.ſed & ſi quis colum.ulti.de donat. & in cap.
1.de iudic.& in cap.per tuas dẽ arbitr.Corſet. de iu-
ramẽt.nu.26.cum ſequen.Alciat.in cap. cum contin-
gat.num.250.de iur.iur.Anton.Gomez de contract.
cap.2.nu.20.
336 Iureiurando nõ cõfirmabitur is contractus quem
impubes etiam intellectum & diſcretionem habens
337 geſſerit: quamuis ipſius iuriſiurandi abſolutio neceſ
ſaria ſit.cõmune effantur Alex.in l.qui iuraſſe in prin
cip.ff.de iur.iur.Alcia.in cap.cum contingat.nu.191.
de iur.iur.Did.à Couarru.in tract.de ſponſal. par.1.
338 cap.5.§.1.nu.4.tametſi Bar.ab eodem Did.relatus cõ
trarium commune dixerit.
339 Ius naturale quæcunque ſanxit, ea princeps labe-
factare nequit. ut frequenter placitum renuncio ex
Iaſ.in l.ex hoc iure nu.49.ff.de inſtit. & iur. & in l.ſi
teſtamentum numer.C.de teſtamen. Felin. num.48.
Dec.num.25.in cap.quæ in eccleſiarum de conſtitu-
tio.Tiraqu.de conſtitu.part.3.limitat.7. numer. 47.
Ario Pinel.in rub.part.1.cap.1.num.ult.C.de reſcin
dend.uend.
340 Ius offerendi præſcribi poſſe iure receptum eſt.ut
341 teſtatur Guido Papæ deciſ.906.ut & patronatus ius
præſcriptione quæri communiter placuiſſe interpre
tibus affirmat Dec.conſi.134.nu.4.
342 Ius patronatus liquidò in hæredem tranſit.com-
343 mune inquit Curt.Iun.conſil.87.nume.6. at in lega-
tarium tũm demum tranſmittitur,cùm leganti copiã
epiſcopus fecit illius patronatus iuris in alium tranſ
ferendi.ut commune ponunt Lambert.de iur. patro-
nat.lib.1.par.2.quæſtio.6.Ioan. dilect. de arte teſtan.
titu.6.caut.67.
344 Iuris quilibet error à mala fide errantem excuſat.
ut frequenter placitum ponit Arius Pinelus doctor
utriuſque iuris eminentiſsimus in auth. niſi tricenna
345 le nu.11.C.de bon.matern. quin & idem iuris error
ad fructuum acquiſitionem ſufficiet. ut cõe inquiunt
Curt.Sen.conſi.71.nu.14.colu. 5.Curt. Iun.conſi 6.
col.pen.late Dida.à Couarru.lib. 1.reſolu.cap.3. nu.
346 8.Viuius lib.1. opi.153.& qui aliter ſeſe rem habere
uerius ac latiſsimè docet,Arius Pinelus in l.2.par.2.
cap.4.num.31.cum ſequentib.C.de reſcinden. uen-
dit.à quo ſto.
347 Iure ipſo indicta pœna hæredem inſectatur. com-
mune pronunciant Iaſ.in l.3.§. quod autem. ff. quod
quiſque iur.Tiraq.in l.ſi unquam uerſi.reuertatur nu
me.241.C.de reuoc.donat.Hippol.in l.una num.65.
C.de rapt.uirg.Dida.à Couarru.de ſponſal.2. par.c.
6.§.8.num.6.
348 Iuuare alium nec iure cęſarum, nec iure pontificũ
in foris exercendo quiſpiam tenetur, ut frequenter
placitum affirmant Dec.nu. 4. & Chuchalon ad illã
in l.culpa caret.ff.de regul.iur.Franciſcus Conſcius,
& qui eum cum alijs refert, Viuius lib.primo opinio.
33.quam etiam in rem uideto quæ ſuperius obſeruo
uer.defendere.

L

1 LAESVS ultra iuſti precij dimidium
is emptor dicetur qui rẽ decem nume
ros ualentem pro decem ac ſex emerit
2 uel aliquid amplius erogauerit.at uen-
ditor tunc ultra dimidium iuſti precij
læſi exiſtimabitur,cũ rẽ illius ualoris atq; indicatio
nis pro quatuor nummis uel minoris eã uendiderit.
cõe ponunt Fabian.de emptio.& uendi. q.8. Anton.
Gomez de contract.c.2.n.22.Arius Pinelus omnino
hanc in rẽ uidendus ad l.2.C.de reſcind.uend.

3 Læſus ultra dimidium iuſti precij remedio.l.2.C.
de reſcin.uend.uti nõ poterit,ſi uerum rei preciũ nõ
ignoraſſe probabitur.cõe ponunt Pariſ.conſi.128.n.
36.lib.1.Marc.Mant.lib.1.locorum cap.6.Did.à Co
uarru.lib.2.reſolut.cap.4.nu.2. & numeroſa docto-
rum phalanx, quam in ſpeciem cenſet Arius Pinel.
ad illam eand.l.par.1.cap.2.num.10. ac Viuius lib. 1.
opin.430.& 431.licet Pinelus ubi ſupra cordatè in
4 contrarium diſcedat. nec item remedio illius legis
fruetur,qui illi expreſsim renunciauerit, uel iuraue-
5 rit contractui aduerſum non iri, ut inferius obſeruo
6 uer.l.2.nec item cum res iam ad tertium poſſeſſorem
deuenit,qui uel rẽ ex oneroſa cauſa adeptus ſit, uel
gratuitò ab illo conſequutus,qui ſit ſoluendo. ut fre-
quens doctorum placitum conſtituunt Did.à Couar
ru.lib.2.reſolut.cap.3.nu.10.Arius Pinelus ad eand.
l.par.2.cap.1.nu.30.
7 Læſus ultra iuſti precij dimidium remedio l.3.C.
de reſcin. uend. contra ipſum læſorem uti debet, ta
8 metſi ille rem prius in alium alienauerit.contra ter-
tium etenim poſſeſſorem non aliter nec alias actio-
nem ullam habebit,quam ſi tertius ille uel rem ex a-
liqua lucroſa cauſa conſequutus fuerit, uel precio ul
9 tra iuſti dimidium uiliori comparauerit, & læſor ſol
uendo non ſit. quippe quia ſi aut læſor ſoluendo ſit,
10 quamuis tertius rem donatione nactus proponatur,
læſo contra ipſum nulla erit actio.aut ſi ſoluendo qui
dem læſor non ſit, ſed tertius ex titulo aliquo onere
ſo,& iuſto precio rem quæſierit nullus item aditus re
medio illius l.2.pateſcet.cõmunia ponit copioſè &
eleganter in elucubratiſsimis commentarijs ad ean-
dem.l.2.doctor meus Arius Pinelus 2.par.cap.1.nu.
29.& nu.30.cum ſeq.
11 Læſus ultra iuſti precij dimidium eo in contractu,
quem non ipſe, ſed eius procurator ſuo nomine geſ
ſerit beneficio l.2.C.de reſcind.uendit.procul dubio
frui poterit, ut frequens interpretum placitum impi
grè oſtendit inſignis Pinel.ad eandem.l.ſecundã par.
12 2.cap.1.nu.15.& cap.2.nu.2.at ſi quis rem ſuam non
ipſe uendiderit,ſed alteri conſenſerit ut uendat, atq;
13 ultra ſtati precij dimidium læſus fuerit,remedium il-
lius l.ſecundæ intentare non poterit quãuis uenditor
ipſe, hoc eſt ille, cui uenditio commiſſa eſt, eo uti
abſque dubio poſsit. commune cum multis effa-
tur idem inſignis Pinelus dicta part.ſecunda capit.2.
nume. 2.
14 Læſus ultra ſtati precij dimidium non minus intẽ
tabit remedium l.ſecundæ.C.de reſcindend. uendi.
ſi rei in cuius contractu iacturam fecit, mobilis ſit,
quàm ſi immobilis.commune ait Pinel.ad eandem l.
15 ſecundam.part.2.cap.2.nume.17.ubi aliquot iuris in
terpretes allegat aliter conſuetudine ſeruari affir-
mantes.
16 Legatum eſt donatio quædam à teſtatore relicta
ab hærede præſtanda: ut luculenter probant tex. in l.
legatũ eſt.ff.de leg.lib.1.& in l.legatum eſt.ff. de leg.
lib.2.ponit commune Anton.Gomez in tract.de te-
17 ſtamen.cap.12.nu.3.quam ob rem ſi teſtator rem te-
ſtamento legatã Viuius adhuc in legatarium ſimpli-
citer contulerit,legatum ceſſabit,ac donatio inter ui
18 uos conſtabitur: ſi uero ex cauſa præcedentis legati
expreſsim rẽ legatam Viuius tradiderit legatario,le-
gatum ſuis omnibus cum qualitatibus firmum ac ra
tum permanebit, & conſequenter ut quoduis aliud
legatum pro teſtatoris arbitratu imminui, reuocari-
que poterit.ut ex Din.Bar.Albe.Paul.Caſtr.ac Ioã.
Imol.in d.l.legatum eſt, aſſerit frequenter placitum
Anto.Gomez.d.c.12.nu.4.
19 Legatum negociatio non eſt,ut ſi uectigal de qua
cunque negociatione ſolui iubeatur, de eo ſolui de-

beat.commune inquit Stracch. de mercat. part. pri-
20 ma,num.8.nec item pars teſtamenti exiſtimanda eſt,
ſed inter illius acceſſoria ponendum. ut frequenter
placitum ait Pontanus in rubri.nume.6. ff. de legat.
lib.primo.

21 Legatum ſibi ipſi in alterius teſtamento etiam nũ
cupatiuo aſcribens falſi pœnis ſit obnoxius.ut com-
mune inquiunt Bellon.conſi.80.nu.3.Aegid. Boſſ.in
22 tit.de his qui ſibi aſcribunt.nu. etiam.3. ſi tamen per
teſtes rei memores probare poterit ſibi reuera id à
teſtatore legatum fuiſſe non tenebitur.ut commune
ponit cum Anan.Iulius Clarus in practic.§. falſum.
uerſic.aſcribens.

23 Legatum in alterius uoluntate poſitum inutile cẽ
ſetur.commune ait Ioan.dilect.de art.teſtand.tit.6.
24 caut.8.quin & legatum,quod relinquitur,ſi hæres ar
bitrabitur,eo,cui relinquitur, è uiuis abeunte,ante-
quam hæres arbitrandi moræ argui poſsit,inutile ſit.
commune dicit Socin.in l.ſi arbitratu nume.25.ff.de
uerb.oblig.

25 Legatum expreſſo hæredis nomine relictum non
uidetur in ſubſtitutione repetitum.ut frequenter in-
terpretibus placere ſcribit Alcia.in tract.de præſum
ptio.reg.2.præſum.33.nu.3.

26 Legatum non inducetur per uerba grauamen enun
ciantia ueluti ſi quis ita teſtamento cauerit, ea cen-
tum aureis,quæ tibi legaui,dabis reſtituesúe Sempro
nio quinquaginta.ut commune ait Anton.Gomez in
tracta.de teſtament.cap.ulti.num.54.uerſic.item etiã
limita.

27 Legatum tacitè factum non iure ipſo abſque tradi
28 tione transfertur in eum,cui ſit:quanuis expreſſe re-
lictum transferatur.commune ponit cum Iaſ.ac Rip.
Viuius lib.1.opin.198.

29 Legatum hoc modo conceptum, lego Titio rem
meam,aut lego Theodato ius meum, id tantum ius
comprehendit, quod etiam morte periturum in re te
30 ſtator habet: quamuis res tota poſtea à teſtatore cõ
parata fuerit.at ſi legata res ſimpliciter proponatur,
longè ſecus erit.ut communia fatur Anton. Gomez
de teſtamen.cap.ult.numer.15.uerſic.quod tamen ul
timum.

31 Legatũ rei eccleſiaſticæ,uel rei fiſcalis,uel rei do-
talis ualet,ratumque eſt, ut ſaltem illius rei æſtima-
tio ei præſtetur,cui res ipſa relinquitur.cõmune pro
nunciat Curtius Iunior conſil. 30. Villalob. in ſua
collecta.

32 Legatum etiam in codicillis ab inteſtato relictum
non aliter debebitur, quàm ſi hæreditas ab hæredi-
bus iuſtis adeatur.commune aiunt Corn. conſil. 97.
colum.1.lib.3.Did.à Couarru.in cap.3.num.3.de te
ſtamen.Anton.Gomez in tract.de teſtamen. cap.12.
nu.11.uer.& in tantum aſſerunt Alex.ac Iaſ.nume.4.
Soc.colum.3.Rip.colum.3.in l.3.ff.de legat.lib.1.le
33 gatum tamen pium non idcirco euaneſcet, quia hæ-
reditas adita non ſit. commune efferunt Iaſ. in l. ha-
beat.nume.14.C.de ſacroſanc.eccleſ. Did. à Couar-
ru.ubi ſupra.

34 Legatum,quod in illum confertur, qui uoluntate
legantis antea creditor effectus eſt compenſandi ani
35 mo relictum non uidetur: tametſi quod in eum, qui
uel iure,uel conſuetudine creditor eſt,confertur,cõ-
penſandi animo relinqui cenſeatur.commune ait Io.
Cotaſ.lib.3.Miſcell.cap.1.num.9.ſi quod autem le-
36 gatum compenſandi animo relictum ſit,atque ea preſ
ſius adijciatur,ne quid amplius petatur,nõ quidquam
amplius is petere poterit,qui illud agnouit, quãquã
debitum multo maius quàm legatum ſit.ut frequen-
ter placitum renuncio ex Alexand.in l.ſi compenſan
di.C.de hære.inſti.& conſi.132.nu.2.lib.2.Matth.de
Afflict.deciſ.44.num.34.

37 Legatum rei pro eo precio pignoratæ,quod ipſius
ualorem æquet,ſeu teſtator rem pignoratam ſcierit,
ſeu neſcierit,optimo iure ualet,ac ſemper rem one-
re expeditam luet hæres.ut commune aiunt Porc. in
§.ſed nõ uſque,nu.ult.inſtitut.de legat. Anton. Go-
mez de teſtam.c.ult.nu.39.uerſi. quod tamen limita.
38 & ſi contrarium perperam commune afferat Soc. in
l.1.§.per ſeruum.nu.2.ff.de acqui.poſſ.

39 Legatum mobilium non comprehendit debitorũ
nomina.ut commune inquiunt Iaſ.conſi.5.lib.3.Ioã.
dilect.de art.teſtan.tit.6.caut.9.

40 Legatum annuum uel alicui reip. uel ciuitati reli-
ctum non ultra centum annos dilatabitur, ut com-
mune eſſe conſtat ex Alexand.conſi.60.lib.primo.ex
41 relatis à Rip.in l.2.colum.1.ff.ſolut.matrimo. quan-
uis contrariam ſententiam æternum illud fore aſen-
tem meritò amplexi ſint complures ueteres iuris in-
terpretes ab Alber.accerſiti in l.ſi uſufructus muni-
cipibus.ff.de uſufr.legat.& in l.an uſusfructus. ff. de
uſufruct.Cuman.in laudata l. ſi uſufructus. Socin.in
l.3.§.1.nume.6.ff.ad leg.falcid. Iaſ. in l. uideamus.§.
deferre.ff.de in lit.iurand.& in l.ſoluto matrimonio
nume.5.ff.ſolut.matrimon.Rip.ubi ſupra. atque alij,
quos laudant Anto.Gomez in tract.de contract. fol.
115.colu.4. ad fin.& Dida.à Couarru.lib.3. reſolut.
cap.9.nu.10.qua de re uidebis etiam quæ ſupra ob-
ſeruo uer.annuum.

42 Legatum in primo teſtamento ſub conditione, &
in ſecundo teſtamento ſimpliciter relictum, tanquã
reiecta conditio fuerit, purè debetur. commune in-
quit Curt.Iun.conſi.163.nu.14.

43 Legati, quod in diem certam relinquitur, & obli
44 gatio & actio cedit,quamuis & exceptio competat,
& dominium ſtatim non tranſeat. communia ponit
Anto.Gomez in tracta.de teſtament.cap.ulti.nu.57.
uer.aliquando & ij.

45 Legati illius æſtimatio, quod monachis minori-
bus,ut uulgus fatur,aut ſimilibus perſonis relinqui-
tur, eiſdem debebitur. commune pronunciat Curt.
Iun.conſi.30.nu.7.Villalob.in ſua collecta.

46 Legati nomine ne legatarius obligata hæredis bo
na habeat,diſponere,ac diſerte iubere teſtator, ſi ue-
lit poteſt.commune effantur Alex.nu.13.Crot.num.
45.in l.nemo poteſt.ff.de leg.lib.1.

47 Legati fructus ab adita hæreditate duntaxat, non
& à teſtatoris morte legatario debentur.ut magis fre
quenter receptum profitetur Anton.Gomez.in trac.
de teſtament.cap.12.nu.5. quanuis contrarium om-
48 nino uerius ſit, ut idem Gomez ibidem uerìſsimè
affirmat.

49 Legato non ea accreſcunt, quæ à re legata ante a-
ditam hæreditatem acquiſita fuerunt.ut commune di
cit Petr.Rauen.in Alphabet.aur.uer.legatum.

50 Legatam rem alienam à ſcienti ac prudenti teſta-
tore hæres ſoluere cogetur.commune aiunt Alex. in
l.qui alienam.C.de legat.Ioan.dilect.de art.teſtand.
caut.32.tit.6.

51 Legatam domum à teſtatore plures ædes haben-
ti ſic hæres elargiri tenebitur, ut uel minimam dare
52 poſsit.at ſi domus ſimpliciter ab eo teſtatore relin-
quatur,qui nullas ædes omnino poſsideat,uanum ac
ridiculum prorſus legatum erit. commune inquit
Mayner.in l.ſemper in obſcuris.num. 9. ff. de regul.
iuris.

53 Legata & fideicommiſſa ijs tantum caſibus hodie
exæquata ſunt, quib. illorum circuitus inutilis ha-
betur.commune dicit Porc. in §. ſed non uſque nu-
mero 7.inſtitut.de legat.qua de re uideto etiam ho-
ſpitem olim meum ac uirum recondita eruditione

prædicum

præditum Iacobum Cuiacium, inſtitu.de ſingu.reb.
per fideicommiſſ.relict.2.ſchol.pagin.quadrageſima
octaua.
54 Legata & tunc reuocata cenſebuntur, cùm res re-
lictæ poſtea uel inutiliter alteri donabuntur, quan-
55 uis non idem iuris ſit, ſi alteri inutiliter legentur.
commune inquit Did.à Couarru. in rubr. fol.16.co
56 lum.4.de teſtamen.tametſi utrobique atque utraque
uia adimi probet luculenter tex. in l.& ſi transferam.
ff.de adimend.legat. & nos id alibi copioſius oſten-
damus.
57 Legata inimicitijs poſtea ſubſequutis uſque adeo
reuocantur, ut ſatis ſuperque ſit inimicitias duob.te-
ſtibus probari.commune renuncio ex Aret. in l. Lu-
cius col.2.ff.de uulg. Iaſ.in l.fideicommiſſum.C.de fi
deicommiſſ. Did.à Couarru.in rub.fol.16. colum.3.
de teſtamen.
58 Legata in codicillis adempta iure ipſo extinguun
tur. ut frequens interpretum dogma aſſeuerat Porc.
in princ.nu.4.inſtitut. de adempt.legat.
59 Legata minus ſolenni teſtamento relicta tùm de-
mũ hæres ſoluere cogetur, cùm rerũ legatarũ poſſeſsio
nem adipiſci teſtator legatarijs conceſsit.commune
prouũciant Iaſ.in l.cum quis C.de iur. & fac.ignorā
60 lo.Dil.ſect.de art.teſtand.tit.2.caut.3. non autem du-
bium eſſe debet, quin teſtator eam copiam poſſeſsio
nis rerum legatarũ propria authoritate apprehendē
dæ legatarijs facere poſsit. ut frequenter placiũ aiũt
Iaſ.a lect.nu.48, Rip.nu.61. in l.nemo poteſt.ff.de le
61 ga.lib.1.quamuis illis ideirco nõ liceat rerum lega
tarũ poſſeſsionem, quã hæres iam ſuſcepit, per uim
renuente ac reluctante hærede aggredi. quemadmo-
dum receptum eſſe ſcribunt Rip.in l.centurio nu. 32.
ff.de uulgar. Iul.Clar.de teſtamen.q.68.
62 Legatarius (nemo enim uel hic uel alibi interpre-
tum uerbis uti ubi interpretum placita colligentium
re aliquo uitio uerterit) ſciens, prudensque rẽ ſibi le
gatam ab hærede emens uidetur. legato renunciaſ-
ſe. ut frequentius doctorib. probari teſtatur Alcia. in
l.labeo, & Sabinus in uer. ignoraſſe in finem. ff. de uer-
bor.ſignif.
63 Legitima filiorum portio non hæreditatis, ſed bo-
norum pars eſt. commune enunciant Sagur.in l.cum
patronus num.49.ff.de leg.lib.2. Boer. decis. 24. nu.
12. Viuius lib.2.opin.199.
64 Legitima portio filijs debita & uiuui ſtatutis, &
omnino tolli poteſt.commune pronũciant Alex. cõ
ſil.3.lib.7.quem laudat Gozad.conſil.43.numer.24.
Iaſ.in auth.nouiſsima. C.de inoffic.teſtament. Dec.
in l.iura ſanguinis nu. 3.à uer. contrarium tamen.ff.
de regul.iur. magis commune teſtatur Petr. Raue.in
alphab.aureo uer.legitima. Villalob. in ſua collecta.
65 quamuis eam tolli non poſſe, imminui uerò poſſe tũ
uerius meritò, tum receptius non de nihilo aſſeue-
rẽt Chuchal.ad Dec.ad illud uer. contrarium à uer.
contrariam tamen opinionem, & Cagnol.in eandẽ
l.nume.10.& latè agentes de materia Did. à Couar-
ru.in tract.de ſponſal.2.par.cap.8.§ 6.num.4.& ſeq.
Viuius lib.1.opin.316.nos alibi hac de diſcordia la-
66 tius, & oportunius. ſed & legitima parentibus debita
& ſtatutis & conſuetudine antiquari, ac tolli prorſ-
ſus poterit. ut commune affirmant Rip. de legat.re-
ſponſ.7.nu.ul.Pariſ.conſi.23.col.3. lib. 2. Viuius cũ
alijs d.opin.316.atque alij quos refert; & meritò im
pugnat Did.à Couarru d.§.6.nu.4.
67 Legitima liberis, quo ad illorum pater ſupereſt,
debita non cenſetur, ut commune cum multis ponit
68 Viuius lib.1.opin.199.unde eius aſsignatio uiuo pa-
tre peti nequit iuxta ea, quę obſeruaui ſupra uer.filius
69 nec de illa cogetur uiuus pater filij delictum expia-
re ut commune latè ait Duennas reg.356. Viuius ubi
70 ſupra & opin.291.colu. 2.cogi tamen poteſt ſtatuto
ad id rite promulgato. ut frequenter receptum inqui
unt Hippol.ſingul.362.& ſingul.481.idem Viuius d.
opin.291.in princip. Iulius Clarus qui hanc rem ac-
curatè tractat in pract.§.ulti.quæſt.86.uer.2.infertur.
71 & uer.ualebit igitur. ſi tamen pater religionem pro-
fiteatur, indiſtinctè legitima filijs debebitur.commu-
ne aiunt Didac.à Couarru.in cap.2. nu.7. de teſtam.
Vaſq.in tract.de ſucceſ.tit.qui teſtar. non poſſ. lib. 1.
§.1.num.47.
72 Legitima filiorũ portio nihil periclitatur, ſi patris
ipſorum bona proſcribuntur.commune inquiunt Ro
land.conſi.97.numer.19.lib. 2.Iul. Clar. in pract.§.
ult.q.78.uer.uidendum eſt etiam.
73 Legitima portio ſi in patris uita liberis aſsignetur
ac tradatur, iuxta diuitias id tẽporis à patre poſſeſ-
ſas ceſa, atque æſtimata, non idcirco poſtea augebi-
tur, quòd auctæ eiuſdem parẽtis facultatẽ fuerint fre-
quenter placitum affirmant Boer. decis. 62. Georg.
74 Natta in cap.quamuis col.2. de pact. tametſi contra-
riũ receptũ affirment Bal. nouell. de dote in 9. part.
25.ſpecial.poſt med. Did.à Couarru.in cap.Raynu-
tius §.3.n.8.de teſtam. Viuius lib.1.opin.200. quorũ
75 opinio tunc uera erit, atque omnino amplectenda,
cum nullũ iuſiurandum filiorum in cæterum renũ-
76 ciantium interuenerit. ut latè alibi oſtendo. memine
ris autem ſemper quod legitimam hanc liberorum
portionem in parentis ipſorum uita illis aſsignari ſa
tis nõ eſt, quin etiam propterea uel totam, uel ali-
quam illius partem teſtamento atque inſtitutionis ti
tulo ipſis poſtea relinqui neceſſe non ſit: ut commu-
ne interpretũ dogma affirmare auſim ex Iaſ.lect.1.co
lu.pen. Baptiſt.nu.112.in l.frater à fratre.ff.de cond.
indeb. Dec.cõſi.86.nu.8. Ferdi. Loazes in l.filiusfam.
§.diui.14.ff.de leg.lib.1. Segur.uolu. repetit. fol. 52.
col.1. Caſtell.& Ant.Gomez nu.5.in l.17.tauri. quo
rũ opinio Græcis etiam interpretibus probata eſt. ut
77 cõſtat ex Harmenop.lib.5.tit.9. §. ... etſi dog
ma contrarium recepimus dixerit Paul.in l.in ratio-
ne.2.nu.5.ff.ad leg.falcid.& illud tanquam uerisſimũ
ſequantur Alex.& Imol.in l.inter cætera col.1.ff.de
libe.& poſthum. Ange.in l.ſi non mortis.ff.de inoffi.
teſtamen. Roderic. Soarez in l.quoniam.in prioribus
78 fol.2.cum ſeq.C.de inoffi.teſtamen.quorum ſenten-
tia quamuis falſa ſit, ſi iuris definitionibus, authorum
que numero metiatur, tamen ob æquum, & bonum,
ac publicam utilitatem, cui maximè conſentanea
eſt, admittendam prorſus exiſtimo. uerum ea de re a-
libi uberius.
79 Legitima portio aut eius pars aliqua in liberos in-
ſtitutionis titulo conferri debet, ut uis, ac robur te-
ſtamento adſit. quemadmodum ſupra obſeruo num.
80 proxime præcedenti ad finem, & ſupra etiam uer. fi-
lij, quod ampliabis etiam iure Pontificio proceſſu-
rum, nam id commune proferunt Iaſ. in aut. nouiſsi-
ma.nu.31.C.de inoffic.teſtam.& in rub.nu.32.ff. ſo-
lu.mat. Vigl.in §.ult.nu.3.inſtitut. de inoffic. teſtam.
Iacob.de Nigris in rub.fol.9.col.1.in finem.ff. de le-
81 ga.lib.1.licet malè in contrariũ frequenter item autu
82 met Alex.in l.inter cętera.ff.de lib.& poſth. limita ta
men ut in teſtamento ad pias cauſas hęc inſtitutionis
neceſsitas infringatur, ac penitus de medio tollatur.
ut frequenter placitum enarrant Alex.in d.l.inter cę
tera nu.4. Iaſ.conſi.145.col.ult.lib.2. Iul.Clar.de te-
ſtam.q.6.uer.6.infertur.
83 Legitima filiorũ portio non patitur uulgarẽ ſub
ſtitutionẽ. commune aiunt Soc. in l. in condicioni-
bus pupillus col.3.ff.de condit.& demonſtra. Anto.
Gomez de teſtament.cap.3.num.17.uer.2. principa-

84 lis opinio,& cap.9.nu.40.patietur tamen atque ad-
mittet adiectum à patre onus,ne ad certam uſque li-
berorum ætatem alienetur. cõmune ait Boer. deciſ.
85 83.nu. 6. & generaliter, ac regulariter conditiones
omnes & onera in merum filiorum fauorem uergen
tia non reſpuet,nec auerſabitur.ut frequẽter placitũ
renuncio ex Salic.in l.filijs matrem in finem.C.de in
offic.teſtam. Boer.deciſ.194.Ioan.Dilect. de art.te-
86 ſtand.tit.de legat.caut. 16. quamuis contrarium ue-
rius.& iam receptius eſſe uideatur ex Alexand. in l.
mulier colum.1.in fi.ff.ad Trebel.Fabian.in auth.no
uiſsima nu.141.C.de inoffi.teſta.Segur.in rep.l. unũ
ex familia.§ ſed ſi fundum col.46.uerſi. ex his infer-
tur.ff.de leg.libr.2.Anto.Gomez de teſtam.capit.11.
nu.17.uer.& in terminis.Eman.à Coſt.in l.Gallus §.
& quid ſi tantum par.ult. nu. 90. cum ſequentib.ff. de
87 lib.& poſth.at quæ in illorum fauorem non ſpectant
omnia omnino abſq; dubio expurgentur . commune
aiunt Rip.nu.49.Galeaul.nu. 107. in l. centurio.ff.de
88 uulg.& pupil.Pariſ conſi.30.nu.3.lib. 3. quin & legi
timæ parentum, ac maiorũ portioni à filijs iniunctũ
onus,impoſita conditio,iniecta mora nõ minus eua
neſcent,atque eradentur , quam ſi à parentibus iuſtæ
liberorum parti indicerentur . commune inquit An
ton.Gomez de teſtament.cap.11.num.24.uerſi. quod
extende.

89 Legitima ijs non debetur,qui ab inteſtato ſuccede
re alioquin non poſſunt.commune ait Aymon Cra-
uet.conſi.2.nu. 13.

90 Legitimæ portionis explendæ actio ex lege & tri
ginta annos durat,& non præparata ad quoſcunque
hæredes tranſmittitur.commune profitentur Vigl.in
§.ſed hæc ita nu. 2.inſtitut.de inofficioſ.teſtamen.An
ton.Gomez de teſtament.cap. 11.num.23. uerſi. pul
chrum tamen.& ante eos Balb. de præſcrip. part. 4.
quæſt.19.

91 Legitimæ renunciatio, quam filia dotem adepta
facit, nocet illa uiua nepotibus. ut commune loquit
92 Bellon.conſi.15.nu.14.quod intellige ſi matris nomi
ne non ſuo ad aui hæreditatem illi aſpirent: ut idem
ibidem receptum effatur.

93 Legitimæ liberorum portioni adiectum onus , at-
que impoſita conditio cum legitima ipſa ad ſubſtitu-
tum, uel cohæredem defertur, ſi liberi hæreditatem
repudient , rectè procedet. ut frequenter receptum
renuncio ex Iaſ.colum.1.uer.3.not.limit.Rhoderic.
Soarez fol.52.colum.4.& limitat.4.ad l quoniam in
priorib.C.de inoffic.teſtament.Ioan. Dilect. de art.
teſtan.tit.5,caut.34.in fin.Anton.Gomez de teſtam.
94 cap.11.num.33.intellige tamen id proceſſurum quo
uſque filij ad eam ætatem peruenerint, qua teſtandi
ius conſequentur : quia tunc ſeu teſtatò , ſeu inteſta-
to decedãt,aliud erit.ut frequenter placitum ait Rui.
conſi.58.nu.9.lib.2.

95 Legitimam portionem ſibi expleri,& ij filij in mi
nori parte inſtituti iuſtè,atque utiliter poſcẽt, qui ex
preſſum teſtamento plus capere,plusue habere prohi
bentur.commune ponit Anto.Gomez in tract.de te-
ſta.cap.11.num.23.

96 Legitimam portionem modò accipere , & bona
cætera repudiare nequit filius aut ea ampliore ſum-
ma,aut ex aſſe inſtitutus.ut frequenter placitum con
ſtituo ex Alex.& Iaſ.colum.2.in l.1.ff.de acquir. hæ
red.Alex.rurſus in l.quia poterat in fin.ff. ad Senatuſ-
conſ.Trebell.Ange.in l.§.ulti.inſtitut.de hæred.qua
litat.& different.

97 Legitimam,ſeu iuſtã hæreditatem propriè,& ſtri-
ctè tantum dicemus , quæ ab inteſtato obuenit , latè
uero & illam eo nomine dignam ducemus, quæ ex te
ſtamento deferunt.commune inquiunt Bellon.lib.3.
ſupputat.cap. 7. latiſsimè, & eleganteſsimè doctor
meus Arius Pinelus in l.2.nu.2.uer.crebrius cum ſe-
quentib.C.de bon.mater.

98 Legitimatio ſeu natalium reſtitutio filiorum à pa
tre facta nõ opus habet cognatorum citatione. ut cõ
mune dicunt Curt.Iun.conſil.75.nu.1.& conſi. 157.
nu.3.Iaſ.conſi.10.lib.3.Boer.deciſ.121.Tiraquell.in
l.ſi unquam uer.ſuſceperit.num.53.C. de reuocand.
donatio.

99 Legitimatio quin per procuratorẽ expediri queat
nihil omnino prohibet. quemadmodum frequenter
placitum enunciat Petr.Rauen.in alphabet.aur. uer.
legitimatio.Villalob. in ſua collecta.

100 Legitimatio infantis à principe facta infantis ip-
ſius ratihabitionem nõ exigit.commune renuncio ex
Iaſ.conſi.125.col.4.lib.4.Curt.Iun.conſil. 19. nu.4.
Eman.à Coſta in l.Gallus §.& quid ſi tantum part.1.
nu.113.& ſeq.ff.de lib.& poſthum.

101 Legitimatio naturalis filij, aut ſpurij non minus
rumpet , ac prorſus euertet teſtamentum , quàm fi-
lij legitimi ortus . ut frequens interpretum dogma
102 ſcribunt Dec.conſilio 52.numero 1. Pariſ. conſi.7.
numer.2. lib. 2. latius Iulius Clarus de teſtamentis.
quæſt. 84.

103 Legitimatio ob ingratitudinem poſtea ſuſceptam
reuocari poteſt.ut commune axioma ponit latè dili
gens iuris utriuſque doctor Did.à Couarru. in tract.
de ſponſal.2.par.cap.8.§.2.nu.14.

104 Legitimare ſeu natalib. reſtituere ad eccleſiaſtica
105 munia nequit Imperator ditioni ſuæ ſubiectos:ut nec
Pontifex ad ciuilia officia , uel bona profana legiti-
106 mationis beneficium conferre poterit.debebuntq; id
circo clericorum filij quo ad patris hæreditatem & ci
uilia munera a principe non à pontifice natalibus re
ſtitui.ut frequenter placita affirmat Did. à Couarru.
in tract.de ſponſal.2.par.cap.8.§.8. nu.18.

107 Legitimare filium naturalem nulla patris diſpoſi-
tione adiutum nequit princeps, poſtquam hæreditas
à iuſtis hæredibus adita eſt, quamuis poſſeſsio ab eiſ
dem apprehenſa nondum ſit. ut commune conſtituo
ex Alex.num.29.Soc.num.24.Ruin.nu.ult.Galeaul.
ad finem in l.Gallus §.& quid ſi tantum ff.de liber.&
poſthum.Felin.in c. quæ in eccleſiarum num. 49. de
108 conſtitutio. etſi contrariam opinionem communem
dicat ineptè Curt.Iun.conſi.174.colu.4. nume.15.ſi
109 tamen nec adhuc adita ſit ab illis hæreditas, ſed ſolũ
delata , ſecus erit, commune dicunt Did.à Couarru.
de ſponſal.2.par.cap.8.§.9.nu. ult. Eman. à Coſta in
d.§.& quid ſi tantum par.2. nu. 177.

110 Legitimandi ampliſsimam poteſtatem adeptus ne
quit ſine cauſa legitimare. commune ponit Curtius
111 Iun.conſi.75.nu.4.ut nec is,qui legitimandi faculta-
tem ſimpliciter à principe fuit conſequutus , poterit
112 uel ſuos liberos natalibus reſtituere , uel alienos ad
feuda legitimos reddere.communia ait Didac.à Co
uarru.in tract.de ſponſal.2.par.cap.8.§.8.nu.6.& nu
me.ultim.

113 Legitimationis reſcriptum,quo mentionem legiti
morum liberorum non facit, ſubrepticium cẽſeri de
bet ex uoluntatis defectu.ut frequenter placitum re-
nuncio ex Iaſ.in l.Gallus,§.& quid ſi tantum nume.
102.ff.de liberis,& poſthu. Tiraquell. in l. ſi unquam
uer.donatione largitus nu.254.C.de reuoc.donat.at
que ex alijs,quos ipſi laudant.

114 Legitimatus ſeu natalib. reſtitutus quo ad quædã
legitimus propriè non eſt. commune inquit Curt.
115 Iun.conſi.75.nume.4. nam nec ſi principis reſcripto
legitimatus ſit ad emphyteuſim eccleſiaſticam , uel
quæcunque feuda admittetur. commune aiunt Cur.
Iun.conſi.137.num.1.Rub.in l.Gallus. §. quidam re

ctè

&c nume.160.ff.de lib.& poſthum. Did. à Couarru.
in tract.de ſponſal.2.pat.cap.8.§.2.nu.30.ad finem,
116 Iulius clar.de emphyteuſ. quæſt. 30. generaliter ue-
rò non ſolum ipſius parẽti,ſed & illius agnatis & co-
gnatis quo ad cætera legitimus redditur. commune
pronunciant Did.à Couarru.d. cap.8.§.8.nu.3. cum
117 ſeq.& §.10.num.2.& ſeq. Rub.atque alij ubi ſupra.
quin & filias excludet,ſi filijs ſuſceptis filias a ſucceſ-
ſione ſtatutum aliquod abigat. commune dicunt Iaſ.
in l.cùm acutiſsimi.C.de fideicommiſſ.Curt.Iun.cõ-
118 ſil.153.quamuis contrarium afferat commune, quod
non probo,Curt.Sen.conſ.16. & conſil.73. ſubſtitu-
119 tum tamen tum demum legitimatus excludet, cùm
illius ſubſtituti citatio præceſsit. commune eſſe aiunt
120 Curt.Iun.conſi.83.nu.8.& num.10.Did. à Couarru.
d.cap.8.§.9.nu.8.notabis porrò ac memoriæ perpe-
tuò inſcriptum geres;quòd legitimatus principis re-
ſcripto nequit plus teſtamẽto patris cõſequi,quàm
quiuis alius ex iuſtis liberis,ut commune inquit Dec.
conſil.393.n.2.& quòd is, qui abſque proximiorum,
121 uel legitimorum hæredum præiudicio natalibus re-
ſtituitur, nihil aliud adipiſci poterit,quam quod illi
expreſsim in teſtamento relinquitur.c commune eſſe-
runt Dec.conſi.393.nu.1.Maudellus conſi.7.num.1.
122 quamuis abſque ea clauſula legitimatus, ſi prætereã-
tur, & ius dicendi teſtamentum nullum, & petendi
123 bonorum poſſeſsionem contra tabulas habeat, ſi ex-
hæredetur abſque aliqua iuſta cauſa,querelam inof-
ficioſi teſtamenti intentare poſsit.communia dicunt
Alex.num.3.Iaſ.nu.5.& ſeq.in rub.ff.de lib.& poſth.
Socin.conſil.126.nume.3.lib.2. Iulius Clarus de te-
ſtamen.q.84.

124 Legitimatus ob matrimonium parentum poſtea
ſubſequutum,& omnes iuris effectus, quos legitimi
125 habent,ſortitur,& ad primogenia,feuda, aliaque om-
nia,quę expreſsim filijs ex iuſto matrimonio natis de-
feruntur,admittetur.ut frequenter placitũ aſſeuerant
Alexand. in l. ex facto.§. ſi quis rogatus nume.18.ff.
ad S.C.Trebell.Boer.deciſ.240.nu.16.Duennas, &
alij quos laudat Viuius lib.1.opi.123.copioſe Did.à
126 Couarru.in tracta.de ſponſal.2.part.cap.8.§.2.nu.3.
127 unde & reuocandę donationis idoneam cauſam ſup-
peditabit.& quamuis prius donatione natus ſit, legi-
timæ portionis fini illam reuocabit. cõmunia inquit
idem Did.poſt ſupra relatos d.§.2.num.29. quem cũ
128 alijs hac de re acturus ſemper conſules.atque intelli-
ges iſthæc omnia proceſſura,ſi filius ille ex concubi-
na ritè habita ſuſceptus fuerit,ut commune iure Cæ-
ſareum affirmat Curt.Iun.conſil.138.numer.9. quan-
129 uis iure pontificum nec id requiratur.commune aſſe-
uerant Aymon Crauet. conſi.166. nu.8. Viuius cum
alijs lib.primo opin.137.

130 Legitimi hęredes propriè,& expreſsè dicuntur ẽt
teſtamento inſtituti, ſi hæreditas alioquin ad eos ab
inteſtato reditura fuit.ut frequẽter placitum ex mul-
tis iuris interpretibus atteſtatur doctor meus Arius
131 Pinelus in l.2.numer.8.C.de bon.matern.unde cùm
emphyteuſis alicui, & legitimis illius hæredibus
conceſſa proponitur,atque idcirco ſolum hæredibus
propriè legitimis,hoc eſt ab inteſtato ſucceſſuris præ
ſtita intelligitur. ut commune fatetur Guiliel. in ca.
Raynutius uer.& uxorem nume.75.de teſtam.Curt.
Iun.in l.1.nu.11.ad fi.C.quand.non pet.part.Oliue.
in princ.nu.11.inſtitut.de ſucceſſ.ab inteſt. Arius Pi-
132 nel.ubi ſupra nume.9.& ij proculdubio admittentur
iuxta ſuperius laudatos.

133 Lenones ac lenæ etſi iure communi pœnas capitis
134 luere debeant,tamen uſu receptum eſt,ut uel mitrati
uapulent, uel alio iudicis arbitrio puniãtur. ut cum
multis atteſtatur Iul. Clar. in pract.§.ult. quæſt 68.
uer.lenones.

135 Lex de ſui ſubſtantia ſcriptis opus non habet, at-
que ideo clara populi uoluntate ferri poteſt.commu
ne inquit Fulgoſ.in l.de quibus numer.12.ff. de legi-
136 bus.& quamuis humana ſit, ſi tamen de certo aliquid
ex iuſta cauſa ſtatuat, in conſcientiæ foro ſeruanda
erit. commune aiunt Alciat. in cap.cum contingat.
nu.99.de iureiurand.Anton.Gomez de teſtament.ca
pit.ult.nu.46.in fi.Did.à Couarru.de ſponſal.2.part.
137 cap.6.§.8.numer.12. & latè capit.7.§.7. numer.8. at
enim ſi legis præceptorum tranſgreſsio ſuapte natu-
ra peccatum non gignat,contrariam ſententiam cõ-
mune dicit Alciat.cum quo facio, in cap. nouit num.
37.de iudic.

138 Lex tametſi contraria conſuetudine tollatur, nun-
139 quam tamen uel longiſsima diſſuetudine abrogabi-
tur, commune aiunt Iaſ.in l.de quibus nu.33.ff.de le
140 gib.Curt.Iun.conſi.129.nu.12.ac ſi expreſsim cõſue
tudinem aduerſam improbauerit,non modò præteri
tam conſuetudinem,ſed & futuram antiquare, ac de
medio tollere cẽſebitur.commune profitetur Iaſ. in
d.l.de quibus num.55.& in l.cunctos populos num.
74.C.de ſumma Trin.quam in rem uidebis etiã quæ
inferius obſeruo uer.mos.

141 Lex,quæ clericis quidquam diſponit,quatenus ca-
nonibus aduerſa non eſt, ſeruari debet. commune
ait Alciat.in cap.cum ab homine nu.1. de iud. & ui-
de quæ ſupra obſeruo uer.clericus.

142 Legis lucra atque effecta tum abſens,tùm ignotãs
143 cõſequitur,& abſq; ulla agnitione,ſi modo hęreditas
non ſit, tranſmittit. ut receptum pronunciant Chaſ-
ſan.in conſuet.Burgund.rub.4.§.14. ad finem. Arius
Pinel.in l.1.part.1.nu.36.uer.7.ampliatur. C.de bo-
nis matern.

144 Legi prohibenti non incaſſum cum iureiurando
renũciabitur.commune dicit Petr.Rauen.in alphab.
aureo uer.ne fideiuſſores. Vilalob.in ſua collecta.

145 L.2.C.de reſcindend.uendition.in omnibus bonæ
146 fidei contractibus locum habet, etſi in ſtricti iuris cõ
uentionibus ſileſcat. ut commune interpretum placi
tum eſſe conſtat ex Iaſ.in l.de quibus nume.29.ff. de
legibus,& in l.ſi quis cum aliter.nu.18.ff.de uerbor.
147 obligation. quanquam contrarium uerius, & rece-
ptius arbitretur Arius Pinelus, cum quo ſum,ad ean
148 dem l.ſecundam part.1.cap.3.num.5.& num.6.habet
item locum in uenditionibus ſub haſta,uel(ut inſana
uulgus balbutit)ad incantum factis. commune aſſe-
runt Rebuff.2.tomo pag.186.nu.38. latiſsimè Arius
Pinelus d.part.2.cap.2.cui adde Alexand.magis cõ-
mune id affirmantem conſil.127.num.8.lib.7. obmu
149 teſcet tamen ac nullum prorſus locum habebit hæc
l.2.C.de reſcind.uendi.cum eius remedio expreſsim
renunciatur, ut commune affirmant Carol. Ruin.
conſi.16.lib.4.Did.à Couarr. lib. 2.uariarum reſolu.
150 cap.4.uel cum iuſiurandum appoſitum eſt nullo mo-
do contractui contrauentum iri,uel omnino contra-
ctum ſeruatum iri: ut frequenter placitum inquiunt
Cremenſ.nume.175.Cagnol.quæſt.8.num.91.Arius
Pinelus part. 3.cap.1.num.1.ad hanc eãdem l.& idẽ
Cagnol.rurſus in l.ſi quis maior nu.36.C.de tranſac.
Aymon Crauet.conſi.138.nu.3.& uide quæ ſuperius
obſeruo uer.læſus.

151 L. ſi unquam.C.de reuocand. donation. tam in li-
bertis, quàm in alijs locum habet. commune inquit
152 Rip. ad eandem l. ſi unquam colum.2. nec iuſiuran-
dum oppoſitum humaniſsimam illius deciſionem re
153 morabitur, quin & æquè in qualibet bonorum par-
te, immo in re ſingulari, & in legatis à parente reli-
ctis procedet. communia ponit idem Rip. ad ean-
dem in l.n.7.& nu.15. & nu. 16. quæſt.19. colu.2.

L.quo-

154 L.quotiens.C.de rei uindic.in re dubia locum nõ
habet,hoc eſt,cum ſecundus emptor rem ſibi prius
traditam non liquidò probat.commune rennocio ex
Alexan.ac Iaſ.col.37.in l.1. C.de edict. diui Adrian.
tollen.eodem Iaſ.in l.ult.num.28.C.de ſacroſ.eccleſ.
155 nec item hæc lex procedet, ubi ſecundus ex aliqua lu
cri cauſa rem conſequutus proponitur. ut commune
cõſtituo ex Soc. quem refert, & probat Marc.Man.
non lenis doctrinæ uir de ſoluend.argume.pag.301.
uer.dicimus,ex Iaſ.in hanc.l.quotiens col.6.limit.10.
Ant.Gomez de cõtract cap.2.n.20.uer.ex quo dedu
156 citur.Nec itẽ huius legis deciſio ex iudicetur,ſi uel ec-
cleſia,aut ciuitas emptrix prima ſit,ut cõmune ponit
157 latè Viuius lib.1.opin.435.col.2.uel eccleſia,aut ali-
qua eccleſiaſtica perſona,aut princeps uẽdiderit.cõ-
mune inquiunt Alex.conſ.122.col.4.lib.5.Iaſ.ad hac
eandem l.quotiens nu.20.Patiſ.conſ.11.n.20.& nu.
158 58.lib.1. Nec rurſus huic legi locus ullus erit, cum
emptor ſecundus primi emptionem haud ignorauit.
tunc enim reuocatoria in factũ competet.& ut ponit
commune latè Viuius d.opin.435.col.3.& aſſerit re-
ceptum Anto.Gomez d.numer.20.uer.ſecundo prin
cipaliter. quamuis ipſe uere, ac fundate contrarium
oſtendat, etiam cum emptor iſte ſecundus fraudis
fuerit particeps.

159 Libellus cum clauſula, ſalua addendi, minuendi-
que iure, propoſitus nec minui, nec augeri, nec muta-
ri poteſt.commune inquit Iaſ.in l.edita actio nume.
160 43.C.de edend.quin & præterea ſi libellus aliquo er-
rore oblatus ſit,ut quia actor ex aliqua certa cauſa pè
tat,& eam non probet, licet aliam cauſam probet, ex
qua à principio deducta obtinere poſſet, eo in iudi-
cio prorſus ſuccumbet: ut eſt communis interpretũ
reſolutio in l.habebat.ff.de inſtit.Action & in c.exa-
minato de iudic.tradunt Bartol.in l.1.numer.32.ff.
de edend.Bald.in l.2.C.de probation.Alexand.in l.
diuus numer.16.ff.de re iudic.Iaſ.in l.1.nu.8.ad finẽ.
ff.de offic.aſſeſſ.idem Iaſ. in l.1.nu.3.ff. de edend. Ia-
161 cob.in l.non idcirco.§.8.illo eodẽ tit.non tamen præ
poſtero ordine libellus offendetur,ut commune ſcri-
162 bit Felin.in capit.qualiter,& quando num.3.de accu
ſation.nec in criminum cauſis concluſionem deſidera
163 bit.commune ait Zaſ.in §.1.numer.26.inſtitutio.de
actio.ſed & libello ipſo nullum opus eſt, ſufficitque
qualis petitio actis conſenta,& ſi ille in ſcriptis offer
ri exigatur.ut frequentius placitum affirmat Anton.
de Tremor.in addit.ad Bon. in pract. exception. de
impedim.execut.nu.17.uer.ſunt & alij.

165 Libellus & ſi ab eo,qui illum propoſuit declarari
poſsit,tamen ab ipſius hæredibus haud poterit. com-
mune inquiunt Bologn.in l.edita nu.80.C.de edend.
& eius diſcipulus uir multæ doctrinę,atque eruditio
nis Nicol.Anton.Grauat.ad Veſtrium lib.5. cap.ult.
nume.20.

165 Libelli famoſi lector ſi eum ſtatim haud lacerat,ea
dem prorſus pœna afficitur,qua eius conſcriptor. ut
frequenter placitum affirmant Placa de delict.ca.3.
numer.2. & qui de pœna etiam non nihil tradit Iu-
lius Clarus in practic.§.ultim.quæſt.68. uerſi. libelli
famoſi.

166 Libelli ineptitudo omnia prorſus uitiat, labefactat
atque euertit. commune aio ex Bartolo in quæſtion.
incip.lapſus colum.2.in finem.Alexand. conſil.2. nu.
9 lib.3.Dec.conſi.302.num.7.& conſ.483.col.8. la-
tiſsime Crauet.conſil.151.nume.2.Bellon.conſi.25.
nume.1.Roland.à Valle conſil.94.numer.32. & Bal.
qui poſt ſententiam rei iudicatæ uires nactam eius in
epti exceptionem opponi poſſe aſſerit, in auth.ſi quis
litigantium nor.2.C.de epiſco.audien. quem ample
xantur Crauet. ubi ſupra. Ioan.Cephal. conſi. 200.

167 num.15.attendetur autem omnino libelli ipſius con-
cluſio ut uel rectus, uel ineptus cenſeatur, ut frequen
ter placitum enuncio ex Bartolo in l.certi condictio
in princip.ff.ſi certum petat. Dec. in l. petens colum.
1.C.de pact.& in cap.1.not.1.de offi.delegat.& cõſ.
57.in princip.& conſil.62.nu.1.& conſil.136.col.1.
Ioan.Cephal.d.conſi.200.num.15.atque ex multis põ
tificij commentatoribus in cap. ex parte de foro cõ-
petent.

168 Libris mercatorum ubi fides integra ſtatuto habe-
tur (quæ proculdubio haberi diſcrete, ac prudenter
169 poteſt,ut receptum ait Crauet. de antiquitat.tempo.
par.1.num.17.) & extra ſtatuentium ditionem habe
ri debet. commune inquit Crauet.ubi ſupra numer.
170 9.non tamen id ſtatuti ad alia proferetur, quam ad il
la,quæ ad mercium genus, quas mercator libri con-
ſcriptor profitetur, ſpectauerint.ut aſſerunt commu-
ne Andr.Alciat.in l.lege.C.de tranſaction. Viuius nõ
nulla alia ad hanc eandem rem notabilia memorans
lib.1.opin.309.

171 Libertorum ſucceſsio etſi patronorum poſteris in
infinitum deferatur, tamen eorundem è latere cogna
tis uſque ad quintum gradum modo competit.com-
mune dicit Port.in §.ult.inſtit.de ſucceſſ.libert.

172 Licito tempore quiuis actus geſtus præſumetur, ſi
tùm licito, tùm illicito geri potuit. ut frequenter pla-
citum affirmant Alexand.num.2.Iaſ.nu.7.in l.nõ ſo-
lum.§.ſciendum ff.de nou.oper.nunciat. Dec. nu.52.
Berous num.133.in ca.in præſentia de probationib.
Bertrand.conſil.190.nume.4.lib.3. Anto.Gomez in
l.80.tauri num.97.& in tract.de de.lict.cap.1.nu.70.
Iulius Clarus in practic.§.ultim.quæſtion.56.uer.&
in hoc.

173 Lis non conteſtata tunc cenſebitur, cum reus uel
negans uel concedens quod petitur.expreſsim dicat
174 id non agere conteſtandi animo. poterit tamen à iu-
dice cogi, ut pure reſpondeat, alias contra illum, ut
contumacem iure procedetur. quemadmodum fre-
quentius interpretibus placere affirmat Turzan.o-
pin.137.

175 Litis conteſtatione inducti effectus nõ idcirco pe-
reunt,quòd iudicij agitatio perempta ſit, ac lata à iu-
dicij obſeruatione ſententia proponatur. commune,
inquit Ant. Gomez meus olim iuris doctor in tract.
de teſta.cap.3.nu.32.uerſi.quarto facit.

176 Litis ob conteſtationem non efficietur res litigio-
ſa,ſi in perſonam agatur. ut eſt recepta interpretum
opinio inata Roman. conſi.370. incip.pro deciſio-
ne. Crauet.conſi.279.ſcripſi aliàs col.1. Franciſ. Tur-
zan.opin.304.

177 Literæ, quibus rem aliquam mitti, uel ſolui ſcri-
ptum eſt, niſi & expreſsim rem illam, uel pecuniam
literarum latori tradi percipiatur, non efficient, quo
minus priſtina obligatio ſuo in ſtatu non reſtet, ſi res
literarum latori tradita, atque amiſſa, uel intercepta
fuerit.ut commune pono ex Bar.Paul. ac Salic. in l.
ſi mei cauſa. commod.Bal.Salic.& alijs in l.ſi is cui,
C.de furt.

178 Literarum comparatio ſi plenè adæquata ſit, in ci-
179 uilibus cauſis perfectè probabit, ſi uerò non per om-
nia ſimilis oſtẽdetur, uel in criminalibus cauſis ſemi
plenam probationem gignet. commune affirmo ex
ijs,quos laudat Viuius lib.1.opin.44.

180 Literis etiam Epiſcopi aliquid de iure, atteſtanti-
bus nulla fides adhibebitur,ſi de leuiſsimo, uel ſaltẽ
leui præiudicio agatur.commune aſſerit Franciſ.Tur
zan.opin.35.

181 Literas ad eum ſcribens, qui cum colloquium in-
terdictum eſt, nullo ſe crimine obſtringit, ac nullas
prorſus pœnas luet.cõmune inquiũt Alciat.in l.8.in
princ.

princip.nu.10.ff.de uerbor.oblig.& qui eum laudat
Iulius Clarus in pract.§.ult. quæſt.82. ſtatut.1. uerſi.
quæro ſi ſtatutum.
182 Literas alienas aperiẽs, ac reſignans, ut ſcribentis
aduerſario illarum copiam faciat, falſi crimẽ cõmit-
tere cenſetur.ut frequenter placitũ aſſeuerãt Auguſt.
ad Ang.de malef.uer.falſario.n.10. Iul.Clar. i prac.
§.falſum,uer.aperiens.
183 Loco ab aliquo diſertè expreſſo qui uxorem non
abductum iri in ipſo matrimonij contractu paciſci-
tur proculdubio obligabitur.cõmune ait Panorm.in
184 cap.1.qui matrimon.accuſ.poſſ.etſi nec is,nec quiuis
alius generaliter,qui ſe uno in loco habitaturum pro
mittit,in illo ſemp habitare cogatur, ſed ad quod ſti-
pulantis intereſt,aſtringatur.commune dicit Did. à
Couarru.in tract.de ſponſal.2.par.cap.7.nu.5.
185 Lucrati dicimur, cum quaſi debitum aſſequimur.
cõmune pronunciant Aret.in l.Titia.nu.3.ff.de uerb.
obl.Palat.Run.in relect. cap. per ueſtras.§.21.nu.5.
de donat.inter uir.& uxor.
186 Lucrum alicui alicuius contemplatione oblatũ il-
li eidem aſcribitur,cuius ratione aufertur. commune
inquit Curt.Iun.conſil.93.numer.6. Villalob. in ſua
collecta.
187 Lucrũ aliquod depaciſci creditor,cui pecunia ſol-
uenda,uel res aliqua reſtituenda eſt,non ante poteſt,
quàm mora à debitore commiſſa iam fuerit:quanuis
& ipſe negociari cõſuetus ſit,& eo loci,ubi debitum
contrahitur,uero ſimiliter idem lucri facturus eſſet.
commune doctorum enunciatum affirmant Aret. cõ
ſil.152.uiſo themate col.ult.& conſ.157.uiſis diligẽ-
188 ter ad fin.Aymon Crauet.conſil.87.incipit Sempro-
nius Turzan.opin.155.quanquam non iniuria aliud
moliantur Paul.Caſtren.in l.Iulianus.§. ex uendito.
ff.de action.empt.Dec.conſil.3 col.4.ad fin.& conſil.
211.col.ult. & in cap.cum uenerabilis nu.14. ad finẽ
de exceptio.Corn.Alex.Alciat.& Cagn.quos refert,
& meritiſsimò probat Did.a Couarru.lib.3. reſolut.
cap.4.nu.5.
189 Lucrum ceſſans is demum petere poteſt,qui nego
ciari adſolet.commune ſcribunt Soci. conſi.156.lib.
2.Dec.conſ.3.Rebuf.in l.una nu.601.C.de ſent. quæ
190 pro eo quod intereſt . quanuis aliud longe diuerſum
ſolida iuris ratio dictet , conſtituat,ac præcipiat ex l.
ſi ſterilis §.cum per uenditorem.ff.de actio. empt. ut
non de nihilo titubauerit Dec.d.conſ.& ęſtuet idem
Dec.in cap.cum uenerabilis num.14. de exception.
atque aliter omnino in emptore oculatius cenſue-
rit Andr. Alciat.in d.l.unica num.79. & nu.80. C. de
191 ſentent.quæ pro eo quod intereſt.uerum ea de re co-
pioſius alibi: intellige tñ ac perpetuò menti inſcul-
pe,ut huiuſmodi lucrum ceſſans peti poſsit, non ſo-
lum ſatis eſſe eum,qui illud poſcit,negociari conſue
uiſſe,ſed & neceſſariò probandum eſſe,tantundẽ ue-
roſimiliter lucrari alioquin potuiſſe,quantundem pe
tit.commune aſſerunt Iaſ.in l.3.§. ult. ff. de eo quod
certo loco:latè Did.à Couarru.lib.3.uariarum ca.4.
nume. 2.uer.primo deducitur , & qui copioſius pra-
xim tradit,atque id duntaxat ad primum lucrũ, quod
alias creditor facere potuiſſet,nõ & ad alia deinceps
quæ conſequi probabiliter poſſet, humaniter cum
multis cõſtringit Straccha de cõtract.mercat.5.par.
nu.3.& ſeq. quanuis Cagnol.non ſemel aliud uerius
eſſe.& nec uno anno lucro huiuſce generis petitionẽ
circunſcribi aſſeueranter contendat.
192 Lucrum nuptiale,quod maritus uel ſtatuto uel cõ-
ſuetudine ex demortuæ uxoris bonis conſequitur,
non idcirco amittet,quia ad ſecundas nuptias tranſie
193 rit,quanuis illud eiuſdem matrimonij liberis ſeruare
teneatur.commune aiunt Rip.in l.fœminæ.num.55.
quæſt.22.& numer.63. quæſt.23. C. de ſecund. nup
Ioan.à Garron.in auth.ex teſtamento. nu.83. illo tit.
Nicol.Arel.in l.generaliter.n.49.cũ ſeq.C.illo eod.
tit.large doctor meus Arius Pinelus ad l.4.nu.2. C.
de bon.mat.alia ad hoc lucrum ſpectantia uideto in-
ferius uer.maritus.
194 Ludus omnis generaliter iure interdictum cenſe-
tur.commune eſſert Maluet.de ludo taxill.quem lau-
dat pract. Conrad. fol.420.num. 1.in finem.quod in-
195 telliges ſiue ludus is, a fortuna totus pendeat , ſiue
in eo multum ingenij uis,multum experientia uerſe-
tur,ac polleat:quemadmodum in taxillorum, tabula
rum,chartarum,ac ſimilium ludis exploratum eſt, ut
uerum ac receptum teſtantur Imol.in cap. clerici in
2.nume.16.de uita & honeſt. cleric.Iulius Clarus in
196 pract.§. at ludus qui ſolo ingenij acumine regitur,ut
latruncularius etiam ludus,clericis licitus, inculpa-
tusque eſt,ut communiter receptum ſcribũt Abb. in
d.cap.clerici,nu.4.Bertach.de epiſcopo in 2.par. can
197 ſæ final.q.7.Iulius Clarus ubi ſupra.non tamen ultra
unum aureum eo etiam ludo quis periclitari poterit
iuxta ius receptum à conſuetudine abolitum , ut te-
ſtatur idem Iulius eodem loci.mihi tamen uel mini
mè omnium is latrunculorum ludus permittendus
uideretur,cum in illo plus temporis maiori animi an
xietate ponatur,quod & alicubi Robertus de re mi-
lit.obſeruat.
198 Ludo etiam alearum partum lucrum uictus à ui-
ctore hodie ob ludendi conſuetudinem non repe-
tet,dummodo nulla in ludo fraus uerſata probetur.
ut commune iuris interpretum placitum atteſtantur
Baib.conſi.66.num.7.lib.7.Roch.de conſuet.fol.23.
nu.6.Caccialup.de ludo.nu.79.Iulius Clarus in pra-
199 cti.§.ludus,uerſ.itẽ uincens.licet de iure longè aliud
uerius ſit ,ut affirmat gloſ.in ſcholio ult.l.ult.ff. de
aleæ luſ.& aleat.cuius ſententiam communem affir-
mat Auguſtin.ad Ange.de malefic. in uerſi. meretore
de mali dadi,num.23.Caccialup. ubi ſupra num.40.
atque ea proculdubio obtinebit,ubi & hodie aleæ lu-
ſu interdicitur.
200 Ludenti quidquid ad ludendum mutuò datur , &
201 ſi de iure repeti nequeat, de conſuetudine contra ius
ualitura condici ac repeti poteſt. commune affirmãt
idem etiam inter clericos proceſſurũ aſſerentes Did.
à Couarru. in reper. cap. peccatum fol.124.cum ſeq.
202 & qui eum laudat Iulius Clar.in pract §. ludus uerſi.
pen.quod tamen intelliges uerum fore , niſi ſi is qui
mutuò id ludenti dedit,uel ludentium aleas receptor
ſit,uel unà ludat . ut commune teſtificantur Caccia-
lup.de ludo q.8.in princip.& num.33.Grammat. de-
ciſ.40.nu.3.

M

1 MAGISTER & ſine cauſa diſcipulos intra
modũ impune uerberat.cõmune aiunt
Porc.in §.ſed hoc tẽpore ad gl.cognita
nu.6.inſtit.de ijs qui ſunt ſui uel alien.
iur.Ana.i rub.n.5.de magiſtr.quẽ refert
Iulius Clarus in pract.§.ulti.quæſtio.56.uerſi. poteſt
etiam.
2 Magna uel modica cauſa perſonarum qualitatibus
metitur.commune affirmant Ioan.Lup.in repet.rub.
§.11.n.12. Viuius latè de materia agens lib.1. opin.
31.& uide quæ ſuperius poſui uer.arbitrium.
3 Maieſtatis læſæ crimen & aduerſus quoſcunque
4 principes ſuperiorem non agnoſcentes , & aduerſus
5 quemcunque cardinalem committi intelligitur & cẽ
ſetur.ut communia interpretum dogmata ex multis
latiſsimè aſſeuerat Iulius Clarus in prac.§.læſæ maie
ſtatis

ſtatis uerſic.committitur.cum ſequentib. non tamen
6 unquam alias commiſſum iudicabitur, quam ſi ille,
qui eius criminis patrati inſimulatur,ei, quem flagi-
tioſè offendiſſe arguitur, uel ob domicilium, uel ob
originem ſubditus ſit. commune affirmant Gyg. de
crimen. læſæ maieſta. fol.54.quæſt.68.numer. 2. Iu-
lius Clarus ubi ſupra. uerſi. uidi quandoque. quin
7 & illi prætere a maieſtatis læſæ crimine irretiētur,qui
cum quid de illud affectantibus ſciant, non opportu
nè deferant. commune ait late Viuius lib.2. opinion.
8 246.quamuis contrarium & humanius & uerius mi-
hi profectò uideatur,quod nō pauci alij obuiae iam
9 contēderunt.memineris autem ſemper quod eorum
liberi, qui nefario hoc crimine obſtringuntur, tum
demum ſubeunt pœnas.l.quiſquis.C.ad l.Iuliam ma
ieſt.cùm id criminis contra ipſum Imperatorem, uel
romanam rempublicam patratum oſtēditur. commu
ne aſſerunt And.Alciat.conſi.467. nume.6. in finem.
Gyg.de crimin.læſæ maieſta.fol.161.q.23.n.9.Iulius
Clarus,ubi ſupra uer.unum tamen.

10 Maior decurionum pars conſilio interfuiſſe cenſe-
bitur,quando duæ partes ex tribus aderunt. commu
ne inquit Bellon.conſil.39.numer.1. Villalob. in ſua
collecta.

11 Maioratus, ut loquendi conſuetudo inualuit,ſuc-
ceſſor locationem ad longum tempus,aut emphyteu
ſim ab eo, cui ſucceſſit, conſtitutam non neceſſario
ſeruat.ut receptum ponit Arius Pinelus in l.1.par.3.
nu.65.C.de bon.matern.

12 Maioratus aut bonorum pari uinculo obſtricto-
rum ſucceſſor non offenditur præſcriptione aduerſus
antecedentem poſſeſſorem abſoluta.ut commune po
no ex Deci.conſil.445.nume.47.Rubr.conſil.84. nu-
mer.6.Grat.conſil.20. nume.37. & conſil.101. num.
42.lib.primo.Pariſ.conſil.23.numer.199. lib.2.& in
cap.cum non liceat nume.18. de præſcript. atque ex
alijs quos laudat liberaliter Arius Pinel. in auth. ni
ſi tricennale nu.49.C.de bon.matern.

13 Maioratus ſucceſſorem non damno afficit ſenten-
tia in anteceſſorem lata:commune inquit Soci. con-
ſi.181.num.93.lib.1.magis commune affirmat Dec.
conſil.445.numer.29.& Aymon Crauet. conſi.197.
14 num.7.ſed contrarium uerius & communis oſtendit
diligenter & operoſè Arius Pinelus in l.1.par.3.nu.
48.C.de bon.matern.

15 Mala fides quocunque tempore ex ſcientia rei alie
næ emergens præſcriptionem nondum perfectam di
ſturbat. commune ponit Balb. de præſcript.2. part.
16 tertiæ partis quæſt.7.& 8.non tamen mala fides poſ-
ſeſſoris à quo res comparata eſt illius præſcriptioni
impedimento erit, quia eam ab ipſo comparauit. Sic
enim reſtringi debet,authen.malæ fidei. ut frequen-
ter placitum inquiunt Balb. ubi ſupra quæſti.12. nu-
me.7.limit.7. Arius Pinelus in auth. niſi tricennale
17 nume.34.de bon.matern.diluet autem malam fidem
iuſtus iuris error atque iniuſta cauſa, ut commune ait
Rub.conſi.75.tum triginta annorum curſus, ut com-
18 mune ſcribit latè Viuius lib.2.opin.167.

19 Malæ fidei poſſeſſor cenſetur,qui a uero rei domi-
no admonitus rem illam ſuam non uerò diſtrahen-
tis eſſe, eam nihilo minus emit.commune pono ex
Felin.in cap.2.n.5.uer.fallit.5.de præſcrip.Matth. de
Afflict.deciſ.396.n.10.Balb.in ſelect.l. Celſus par.3.
nu.23.ff.de uſucap.& Ario Pinel.qui optimè decla-
rat,in authen.niſi tricennale nume.14.cum ſeq.C. de
bon.matern.

20 Maleficium & is commiſiſſe dicitur, qui uel iniu-
riam intulit, uel uerbis quidpiam aliud pœna dignū
21 effutijt.commune aſſeuerant Blanc.in pract. crimin.
fol.48.nu.52.Iulius Clarus in pract.§.1.uer.ſed quæ-
22 ro nunquid maleficium.quamuis contrarium affirmet
receptum Alciat.in l.uerbū facere.ff.de uerb. ſignifi.
cuius opinio magis explodenda uerbi ſubtilitate,
quam ſolidis iuris rationibus fulcitur.

23 Mandatum generale, quo quis procurator conſti
tuitur, ſi in eo caſus aliquis ſpeciale mandatum exi-
gens excipiatur, (ut uerbi gratia, ne iuſiurandū pro
curator præſtet) cæteros omnes caſus,in quibus ſpe
ciale mandatum requireretur, & qui alias cōprehē-
ſi non eſſent,comprehēdet.commune aiunt Cagnol.
in l.1.nu.30.& n.33.ff.de reg.iur.Euerard. in topicis
24 argumen.3. Viuius lib.1.opi.208.quin & alioquin re
gulariter mandatum generale complectetur id ſpe-
ciale,abſque quo fruſtra generale foret.commune in
quit Curt.Iunior in l.2.nume.43. ff.de iuriſdict. om-
nium iudicum.

25 Mandatum ab eis qui ſe procuratores dicunt,exhi
beri iudices ſuapte ſponte ac parte nō petente præci
pere nequeunt.commune ait Feli.in cap.cauſam, nu.
5.de iudic.& qui meritò cum nonnullis diſſentit Ni-
colaus Anton.Granat. lib.4. cap.5. nu.22. & 23. ad
26 Veſtrium. intellige tamen ac perpetuò memineris
quod is abſque mandato etiam rectè aget,penes quē
obligationis inſtrumenta erunt,ſi prætere a cautionē
de rato præſtet,ut frequenter placitum affirmāt Iaſ.
in l.cautio.numer.12.C.de procurat.Alciat. de præ-
ſumpt.reg.1.præſumpt.33.Nicol.Ant. Granatius. de
c.5.nu.30.& uide ſupra uer.cautio.

27 Mandatum à marito uxoris cauſam agente tum de
mum peti poteſt,cùm ſemel illud recepit. commune
28 dicit Iaſ.in l.maritus.nu.8.C. de procurat. ab amicis
uero amicorum cauſam acturis & ſi generaliter exi-
gatur,ut commune aſſeuerant Rip.in ca.cum M. nu-
mer.61.de conſtit.Blanc.in trac.de compromiſſ.in 3.
29 quæſt.numer.48.uer.amicus, tamen ſi de rato amici
cauerint,non exigetur. commune ponit Viuius lib.
30 1.opin.29.cuius contrarium uerius ac probabilius
alibi ipſe oſtendo. quin & filijs ex damnato coitu ſu-
ſceptis, ſi pro patre uelint agere,mandatum neceſſa-
rium eſt.ut commune effatur Iaſ.in l. exigendi nu.9.
C.de procurat.

31 Mandatum interueniſſe haud præſumitur decurſo
etiam mille annorum ſpatio.ut ait frequenter placi
32 tum Cagnol.in l.uelle n.16.18.& 19.ff.de reg.iur.ma
gis cōmune affirmat quā plurimos in id doctores cō
gerens Ioan.Ceph.Ferrar.conſ.65.nu.16. excipe niſi
cauſæ parui momenti uertantur.commune enunciat
33 Gozad.conſ.96.nu.10.ſed quod generaliter ſemper
tanto annorum curſu præter lapſo mandatum inter-
ueniſſe præſumatur,aſſerunt commune Bologn.in l.
5.nu.58.C.qui admit.Soc.Iun. conſi.139. nume.10.
lib.3.& alij, quos refert, atque immerito amplecti-
34 tur Viuius lib.1.opin.507.obſeruabis tamen ac me-
moriæ perpetuò commendabis, quòd ſi ſemel māda
tum interceſſit,illius uires geri præſumitur,quamuis
poſt magnum temporis interuallum geratur. com-
mune dicit Alciat.in tract. de præſumpt. reg.2. præ-
ſump.23.nu.12.

35 Mandatum qui ſuſcepit,mandati ob latam,leuem,
ac leuiſſimam culpam tenebitur.commune ait Porc.
36 in §.ult.nu.1.ad fi.inſtitu.mand.ſi autem formam ac
fines mādati ſciente & patiente domino egredietur,
illi proculdubio oberit. ut commune renuncio ex
Alex.in l.ſæpe nu.87. colum.4. ad fin.ff. de re iudic.
& conſi.84.lib.5. Iaſ. in l. ſi quis iniquum.§. ſi procu-
rator.nu.5.ff.quod quiſque iur.Felin.in ca.cum olim
de offi.delegat.& in c.4.num.12. ut lite non conteſt.
Dec.conſ.672.nu.2.

37 Mandatum ad matrimonium contrahendum teſti
bus probatur.commune dicunt Alex.conſi.129.col.
pen.

pen.uer.nec dicatur lib.5.Curt.in addit.ad Paul.in l.
38 1.col.2.uer.teſtes.C.de procura.ut & quoduis aliud
mandatum appoſitis teſtibus rite probabitur.cómu-
39 ne inquit Iaffred. deciſ.190. quin & eius reuocatio
uno teſte,ac iureiurando alterius teſtis defectum ex-
plenti probabitur.commune ponit Viuius lib.1.opi.
415.cum Corſet.in ſing.uer.mandatum.
40 Mandatũ non exigitur proponendis abſentiæ cau
ſis:ut commune placitum atteſtatur Præpoſ.in cap. ſi
41 quando ij.quæſt 6.nume.21.niſi ut procurator abſen
tem uelit quis defendere: quippe tunc ſecus eſt.com
mune pronunciat Iaſ.in l.ſi is qui,nume.7.C.qui te-
ſtam.fac.poſſ.
42 Mandati actione tenetur qui generaliter pecunias
mutuas dare, aut fœnerari, aut in rerum aliquarum
emptionem erogare aliter non facturo mandauit,aut
43 etiam qui alioquin facturo certam tamen rem eme-
re,aut certo alicui mutuari mandauit. ut communius
hac in re Ioãnis dogma aſſerit Porc. in §. ult. in finẽ
Inſtitut.mandat.
44 Mandator maleficij non ex eo quis probabitur,ut
torqueri ea de re poſsit quod ſibi illud perpetrãdum
mandaſſe aliquis affirmet,commune & praxi tritum
atteſtatur Iulius Clar.in pract.§.ult. quæſt.21. uerſi.
45 & ex hac.notabis autem,quod qui maleficij mandati
conuincitur,nó ſtatuto ſceleris admiſſorem puniẽti,
ſed ſtatuto in facinus,ſceluſque ipſum pœnas decer-
nenti comprehenditur. commune effatur Iaſ.in l. ſi
quis id quod num.36.ff.de iuriſdict.omn. iudic. & in
l.ſi is qui pro emptore nu.361.ff.de uſucap.Bologn.
46 conſi.34.col.4. quamuis generaliter ac perperam ex
præpoſterè accepta Iaſ.authoritate receptum,& pra
xi ſeruari aſſuetum ſcripſerit Turzan. opin. 130. ut
mandator ſtatutis de faciẽte loquentibus obligetur.
quod etiam magis commune atteſtatur Alber.3 par.
ſtatut.q.53.num.15. ſed ſuperior ſententia & uerior
proculdubio,& receptior eſt,ut facile collectu eſt ex
ijs,quos ſupra laudaui, atq; ex alijs,quos cumulatim
allegat Iulius Clarus in pract.§.ult.quæſt.89. uerſic.
47 ſed quæro. non tamen dubium eſt,quin ſceleris man
dator iure ciuili æquas patratori pœnas generaliter,
& indiſtinctè luat. ut commune inquiunt Curt.Iun.
conſil.137. nu.5. Cotta in memorab. uer. mandans,
48 & qui latè hac de re agit Iulius Clarus d.quæſt.89.
punietur autem ubi exequutum mandatum eſt, non
ubi iniunctum eſt,commune tradunt Duennas regu.
378.in 3.ampliat Iulius Clarus d.§.ult.quæſt.38.uer.
item quæro.
49 Mandans alicui alapas infligi, uel os alicuius uul-
nere deformari,ſi homicidium ſubſequatur,nó illius
50 tenebitur: atqui ſimpliciter uulnus alicui inferri iu-
bet,uel cùm offenſus eſſet,ſerio iniungit,ut ad ſe nõ
reuertatur, ante quàm nouum de offendenti audiat,
ſubſequuti poſteà homicidij tenebitur.ut commonia
copioſè ponit Iul.Clar.in prac.§.ult.q.89.uer.pone,
cum uer.ſequent.
51 Manus alicui ſi ſimpliciter amputari iubeatur, &
52 læua atque inutilior ſemper amputabitur,ac ſi una tã
tum manus iudicato ſit,non ea reſecabitur. quemad-
modum communia interpretum dogmata recenſet
Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.96.uer.pone quod ali-
quis,& uer.ſequent.
53 Maritus ubi dotẽ,uel dotis partem & alicuius ſta-
tuti conſtitutione lucrifacit, dotem uel dotis partem
ſolutam, non uerò duntaxat promiſſam lucrabitur.
commune inquiunt Berous deciſ.55.num.79. & 13.
& quia id dogma argumẽtis illi contrariis tutari niti-
54 tur Viuius lib.1.opin.319. col.2. & ſeq. mihi tamen
contrarium uerius & non minus receptum uidetur.
quod atteſtantur Alex.& Iaſ.in l.ſi donaturus.§.1.ff.
de condict.ob cauſ.Soc.conſ.32.in præſenti conſulta
tione col.pen.lib.3.& qui communem concluſionem
aſſeuerant Curt.Iun.conſ.129.præſupponitur.paulo
ante finem.Tiraq.in ſi.de retract. conuent. nume.33.
55 & ſeq.ubi ampliat idem fore, tametſi ſtatutum de do
te data,aut de dãte dotẽ expreſsim meminerit.quod
etiã abſque dubio probari debet,nec requiritur præ-
56 terea ut huiuſmodi ſtatutis locus ſit,ulla copula, aut
uxoris in uiri domum deductio. quemadmodum cõ-
mune ait Roland. à ualle in tract. de lucro dotis in
57 quæſt.16.numer.9.unde longe minus ambigi pote-
rit, cùm uel per unam noctem uir atque uxor ſimul
concubuerint.ut receptiſsimum affirmant Viuius ubi
ſupra,poſt Tiraqu.in tract.tes inter alios acta, limit.
44.& in l.ſi unquam,uerſic.donatione largitus.C. de
58 reuocat.donat.quin & cum poſt matrimoniũ de præ
ſentibus abſque copula cõtractum uxor religionem
profitebitur,maritus dotem,dotiſvè partem ex id ge-
nus ſtatuto lucrifaciet. commune pronunciant Iaſ.
59 conſil.135.colum.1.lib.2.& qui eum laudat Viuius
d.opin.col.4.non tamen maritus nomine tenus ac pu
tatiuus huiuſce ſtatuti prærogatiuis fruetur, ut rece-
ptum affirmat Roland.d.tract.quæſtio.98. num.1.6.
60 & 13.attendetur autem ſemper ac diligẽter obſerua
bitur in ijs quæſtionibus de dote lucranda ſtatutum,
quod in mariti domicilio uiguerit,non uerò quod in
ipſius uxoris uel patria uel domicilio conditum flo-
rebit.commune aſſeuerant Iaſ.lect.1.num.24.& lect.
2.numer.60.in l.cunctos populos. C. de ſumma Tri-
nit.Socin.Iun.conſ.14.lib.1.Curt.Iun.conſ.129. Vi
uius latiſsimè d.opin.colum.pen.ubi quam plurima
61 ad materiam utilia congerit.& hæc profectò ſenten-
tia mihi uerior & receptior uidetur,quidquid in cõ
62 trarium ſcribat Purpur.in d.l.cunctos populos.num.
120.memineris autem porrò quod huiuſmodi emo-
lumentum liberi prioris matrimonij ſuperſtites non
remorabuntur,nec impedient,ſi uel de illis ſtatutum
expreſsim meminit, uel meminiſſe coniecturis aſſe-
qui poſſumus:ut receptum interpretum dogma eſſe
literis prodiderunt Boer.deciſio.113.n.4.Berous in
64 famil.quæſtio.119.nume.1.Pariſ.conſil.91.colum.4.
lib.3.obſeruabis hac in re denique quod maritus ſe-
cundò nuptæ ac liberis prioris matrimonij præditæ
non maiorem dotis partem lucrifaciet,quàm ad unũ
ex illis liberis peruenerit, tametſi certam dotis par-
tem illi ſtatutum aliquod diſertè addicat. commune
64 ait Bertrand.in l.hac edictali.nume.50.C.de ſecund.
nupt.ſubducetur tamen & legitimæ illius filij portio
nis ratio.ut commune teſtificatur Aymon Crauet.
conſi.194.nu.15.
65 Maritus proprietate omnium bonorum, quæ ex
uxoris uita functæ facultatibus,cauſa gratuita nactus
eſt,labitur,ſi ſecundò matrimonij iugo caput ſubdat,
reponunturque bona omnia illa primi matrimonij li
beris, ut frequenter placitum pronunciat Ioan. Ni-
cel.in l.generaliter nu.8.& nu.58.C.de ſecund.nupt.
quam in rẽ uidebis etiam quæ ſuperius obſeruo uer.
lucrum nuptiale.
66 Maritus abſque mandato pro uxore rectè aget, ſi
nunquam ante illius mandatum recepit. commune
inquit Iaſ. in l. maritus. numer.8. C. de procurator.
67 quin & uxoris nomine non incaſſum aget ad uendi-
tionis à ſe ipſo factæ reſciſsionem. ut comune dicit
Antonius Nicellus in gloſſ.concordan.10.§. duode-
cimo adducitur.
68 Maritus & ſine cauſa uxori impunita uerbera mo-
dicè infligere poterit.ut frequenter doctoribus pro-
bari non admodum uxorij teſtantur Porc.in §. ſed
hoc tempore numer.6. inſtitut.de ijs qui ſunt ſui uel
alien.iuris. Alexand.conſil.115. numer.3. libr.5. &
qui

qui eum laudat Iulius Clarus in prac.§.ult.quæſt.56.
uer.poteſt etiam.
69 Maritus expenſas in exigendis dotis nominibus po-
ſitis de quantitate ipſa nominum exacta corradet. cō
mune ait cum Plumb.Corn.in l.t.C.de bon. matern.
Ioan.Grot.in l.frater à fratre numer.123. ff. de con-
70 dict.indeb. quanuis contraria opinio uerior ac rece-
ptior ſit, ut atteſtatur meus iuris doctor Pinelus in d.
71 l.1.par.2.num.7.C.de bon. mater.tributa uerò atque
onera pro rebus debita ſoluet abſque dubio maritus
ex ipſis bonorum dotalium fructibus. id enim uere
receptiſſimum affirmat idem Pinel. illa ead. part.2,
nu.72.uer.primo igitur ampliatur.
72 Maritus interim dum matrimoniū conſtat, dotis do
minus cēſetur.ut late obſeruaui ſuperius uer.dos.eius
73 autē bona etſi pro dote ipſa tacitæ hypothecæ ſubij-
ciantur, tamen pro uxoris alimentis non tacitè obli
gata ducuntur.commune dicit Rom.conſ.454.
74 Maſculorū nuncupatio tametſi nō ex propria uer-
75 bi notione fœminas cōcludat, tamē ex legis interpre
tatione illas complectitur, commune inquit Curt.Iu.
76 conſ.163.nu.3.quamobrem maſculorū nominatio in
fauoribus fœminas cōprehendet, ut frequenter pla-
77 citum enunciat idem Cur.Iun.conſi.153.nu.5.quan-
uis & in contractibus ſecus ſit.ut receptū ſcribit Iaſ.
78 in l.ſi quis id quod n.25.ff de iuriſd.omn.iud.& gene
raliter in odio dignis diuerſum omnino reſponden-
dum ſit.quemadmodum reſoluit Hipp.in l. una num.
224 & nu.225.C.de rapt.uirgin.
79 Mater a luctuoſa liberorū hæreditate in dubio ex
cludi nequaquam debet.commune ait Curt.Iun. cō-
80 ſil.134.numer.6.quin ſi à fil o ſine cauſa prætereatur
81 nullum teſtamentum dicet, ſi cum cauſa ſilentio in-
uoluatur, pro exhæredata habebitur. commune pro-
nunciat cum Gulielm. Iulius Clarus de teſtament.
quæſtio.49.idemque atteſtantur Ange. in §.mater in
ſtitut.de inoffic.teſtament. Bertrand.conſil.1.numer.
3.& conſil.23.numer.2.lib.5.Did.à Couarru in cap.
Raynutius nume.5.& ſeq.de teſtament. Anton.Go-
82 mez.de teſtament.cap.11.nume.34.ſi autem per ſub-
ſtitutionem pupillarem excluſa fuerit nunquam illi
legitima aliqua portio debebitur. commune affir-
mant Alexand.conſ.12.colum.4.lib.3.& qui eum lau
dat Viuius lib.1.opin.206.
83 Mater uel dotata uel indotata ſi legitimæ ſibi in
patris hæreditate competenturæ renunciet, nō oberit
ſui ipſius filijs ad aui hæreditatem aſpirantibus. ut
commune inquiunt Rip.in reſponſis tit.de legib. &
long.conſuet.cap.6.nume.3. Viuius lib.primo opin.
205.uidetn tamen quæ hanc in rem ſcripſi ſupra uer.
filius.
84 Matri filium ex alio quàm ſuo ex marito ſuſceptū
aſſerēti nulla fides habebitur, etſi multum diuque ua
gata fuerit.commune eſſert Boer deciſ.29.nu.6. aſſe-
runt & ij, quos ſupra laudaui uer.filius.
85 Matrem ad ſecundas nuptias conuolantem nec fi-
lius nec filia dotare tenetur. commune pronunciat
Rip.in l.1.nu.82.ff.ſol.matr.
86 Matris excluſæ proles non admittetur, ut commu
ne latè retuli ſupra uer.filius.
87 Matrimonium ſignis duntaxat etiam ab ijs, qui fa
ri poſſunt, rectè, ritèque contrahitur. commune di-
cunt Areti.conſi.13 colum.2.Syluestr.uerſi.matrimo
nium 17.§.7.& qui complures laudat Did. à Couarr.
in tract.de ſponſal.2.par.cap.4.numer.1. poteſt etiā
88 matrimonium uel ab eo contrahi, qui iam animam
agat. ut receptiſſimum inquit Emanuel à Coſta in l.
cum tale.§.ſi arbitratu.ampliat.4.nu.2.ff.de conditi.
& demonſtrat.
89 Matrimonium ſubſequentibus uerbis cōtrahitur,
non niſi te habebo uxorem, nō mutabo te pro melio-
ri uxore:ut frequenter placitum affirmant Præpoſ.in
cap.ex parte numer.7.& numer.8.de ſponſal.Dec. in
l.tranſactione colum.3.in princip.C.de trāſaction.&
qui non immeritò diſſentit Turzan. opinion. 115.
90 item ſi quis dixerit, habebo te in uxorem, iuro ſeu
promitto, quod te habebo in uxorem, matrimonij
iugo ſeſe alligaſſe uidebitur.communia ponit copio-
sè Did.à Couarru. de ſponſal.2.par.cap.4.§.1.nume.
91 4.ad finem.& ſequen. at non matrimonium ſed ſpon
ſalia tantum iniet, ſi uerba ſubſequentia fecerit, Volo
tecum contrahere matrimonium, uolo te in uxorem
ducere.commune aſſerit idem Did.à Couarru.dicto
92 §.1.numer.4. ſed ſi quis ſolennibus uerbis matrimo-
nium cum aliqua contrahat, ut ab illa ſui copiam cō
ſequatur, animo alioquin alienus à matrimonio con
trahendo, & cum illa conſuetudinem habeat eo ſem
per fornicandi propoſito, nullis matrimonij uinculis
irretietur:quanuis debeat ſub mortiferi peccati pœ-
na uel cœlebs illam uxorem ducere, uel iam maritus,
ſtupri damnum pecunia reſarcire.commune ait Did.
à Couarru.cum Hadrian. & alijs dicta ſecunda par.
cap.2.nu.4.
93 Matrimonium uerè contractum cenſebitur ſi parē
tibus filiorum nomine expreſſum coniugalem cōſen-
ſum præſtantibus ijdem filij præſentes tacuerint, ta-
metſi nullum aliud ſignum ediderint. commune ait
latè Did.à Couarru.in tract.de ſponſal. 2. par. cap.4.
94 num.4.longè autem diuerſum ius erit ſi extranei hūc
ce conſenſum exhibuerint. ut commune atteſtatur i-
dem Did.eodem in loco.
95 Matrimonium contractum antea præſumitur, ſi ij
illud ſe contraxiſſe dicant, qui in illicito alioquin coi
tu aut ſtupro deprehenduntur. ut commune renuncio
ex Hipp.in l.una.nu.69.C.de rapt.uirgin.Ioan. Co-
raſ.lib.3.Nicell.cap.9.n.8.Iacob.Menoc.alicubi de
arbitr.iudic.
96 Matrimonium nondū coitu perfectū parte una in
uita diuidi poteſt.commune ait Curt.Iun. conſi 170.
97 nu.1.quanuis promotione ad ſacros ordines nō diſſol
uatur.commune dicit Oliuer.de gradib.cognat. pag.
98 154.nu.18.diſſoluitur tamen diſpenſatione, ut frequē
ter placitum inquit Curt.Iun.d.conſ.170.nu.1.abſo
99 lutum autem nec ullo pōtificio diplomate de ſuo lo
co & gradu mouebitur.commune affirmant Cagnol.
in l.nuptias nu.5.ff.de reg.iur.
100 Matrimonium contractum iri cū pœna uel modi-
cæ quātitatis etiā ij promittere nequeūt, qui ipſos cō
101 tracturos iure ſanguinis cōtingunt.at enim arræ tum
102 in quātitate, tū in ſpecie rectè dabuntur:& ſi hæ quo-
que utrinque dari nequeāt. communia aſſerit hac in
materia cōueniēdus Did.à Couarru.in tract.de ſpō-
ſal.2.par.cap.3.§.7.nu.5.6.7.& 8.
103 Matrimonium, quod ſub conditione contrahitur ſi
Romanus Pontifex eius rei gratiam indulſerit, ualet
ac ratum eſt:ut receptum affirmant Did.à Couarr.&
qui eum cum alijs refert Iulius Clar.in pract.§.ince-
ſtus uer.ſed quid ſi aliquis.
104 Matrimoniū metu obſequiali, uel officioſo, uel re
uerentiali, ut ita dicam, cōtractum ualet.ac firmū, ra-
tumque eſt:niſi ſi is metus ſit, quo cæteri cōtractus re
105 ſcinderentur.quippe tunc matrimonium penitus nul
lum erit.communia ponit diligēter Did à Couar.de
106 ſponſal.2.part.cap.3.§.6.nu.3.& nu.5. ſi uerò matri-
monium alio metu contrahatur, pro iure nullū pror
ſus eſt.commune aiunt Panorm. in cap. cum locum
nu.6.de ſponſal.Bar.conſi 54.nu.10.lib.1.
107 Matrimonij ſecundi cauſa, quod uiuo marito,
quem iamdudum abſentem probabiliter mortuum
credebat, uxor contraxit, non punitur.commune pro
nunciat

nunciæ meus iuris doctor Anto. Gomez in l. 80. tauri. num. 31.

108 Matrimonij nomine, quod ſtatuto punitur, nõ alias
quis plectetur, quàm ſi coitu conſummatum oſtẽda-
109 tur. commune dicit Hipp. ſing. 156. quamuis contra-
rium affirment receptum Did. à Couarru. de ſponſa.
2. par. cap. 1. nu. 3. Viuius lib. 1. opin. 512. quod uerius
cum diſtinctione alibi oſtendo.

110 Matrimonij libertas nec ſtatuto nec lege aliqua im
111 minui poteſt, quam ob rem ſi alicuius conſilio matri
moniũ contrahi iubeatur, & ſecus facientibus pœna
imponatur, aut alicuius iuris uel beneficij priuatio in
dicatur, nullius ponderis omnino erit ſtatutũ uel lex,
qua id præcipietur. cõmune inquiunt Franciſ. Cur. in
addit. ad Paul. in l. 1. litera. G. ff. de iuſt. & iur. & qui a-
lios cumulatè laudãt Did. à Couar. de ſpõſal. 2. par. c.
3. §. 8. num. 6. Viuius lib. 1. opin. 124. colu. 2. Iul. Cla-
rus in pract. §. ult. quæſt. 82. ſtatu. 3. per totum, non ta
112 men matrimonium impediri dicetur, nec illius liber
tas imminui cenſebitur ex lucri alicuius alioquin pro
poſiti amiſsione: ut frequens interpretum dogma at-
teſtantur Aret. in l. Titia num. 3. ff. de uerbor. obliga.
meus iuris doctor Emanuel à Coſta in l. cùm tale. §.
ſi arbitratu, ampliat. 8. nu. 2. Did. à Couarru. d. 2. part.
c. 3. § 3. nu. 8.

113 Matrimonij probatio non erit nominatio, quamuis
illius præſumptio futura ſit. commune ait Ioan. Co-
114 raſ. lib. 3. Miſcell. cap. 3. num. 7. nec illud item proba-
bunt enunciationis, aut narrationis uerba in inſtru-
mento exarata ut frequenter placitum dicunt Felin.
115 in cap. illud. nu. 5. de præſumpt. Curt. Iun. conſil. 95.
nu. 5. nec præterea matrimonium probabit uel annu-
li delatio in etiam in locis, quibus id ſigni à mulieri-
bus paſsim circũferri ſolet, nec uel ſola fama, uel mu-
116 tuis pro uiro & uxore operationibus adiũcta. nec ſo-
117 la dotis, uel donationis propter nuptias nominatio,
118 nec denique ſola uiri ac mulieris cohabitatio. quead-
modum frequentibus calculis receptũ teſtantur Soc.
conſ. 39. uiſis & inſpectis col. 2. lib. 1. Turzan. opi. 19.
119 quinimo nec fama & cohabitatio cõiunctim idoneã
illius probationem ſuggerent, commune pronũciant
Soc. d. conſ. Turzan. opin. 108. ſi tamen ad quadragin
120 ta annos cohabitatio peruenerit, ſatis luculenter uel
ſola matrimonium probabit: commune effatur Præ
poſ. in cap. conſultationi de ſponſal.

121 Medicus cum ægroto nullam pactionem, nullam-
que conuentionem interim dum ille cum morbo con
flictatur, facere poteſt. ut uerius, ac receptius accura-
tè profitetur Arius Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 2. nu. 33.
122 cum præced. C. de bon. mater. nec ante præmium ul-
lum exiget, quàm ſanitas infirmo reſtituatur. commu
ne aiunt Rip. de peſte in tit. de remed. ad curand. pe-
ſtem nume. 127. & qui latè hac de re agit Viuius lib.
2. opin. 176.

123 Meliori rei reddendæ impẽſos ſumptus reſtituere
is tenebitur, qui l. 2. C. de reſcind. uend. rem ipſam uo
luerit abducere. ut frequenter placitum latè oſtendit do-
ctor meus Arius Pinelus ad illam eandem. l. part. 2.
cap. 3. nu. 1. cum ſeq.

124 Membrorũ appellatio ad ea ſolũ mẽbra refertur,
quibus diuerſo, ac proprio officio corpus mouetur.
commune inquiunt Did. à Couarru. in repe. clemen.
ſi furioſus pag. 321. num. 8. de homicid. Iulius Clarus
in pract. §. ult. q. 69. uer. item quæro.

125 Mẽdacium illius, qui alicuius criminis arceſsitur,
tũc demum aptum torquendo inditium ſuggeret, cũ
præterea re alia iuuabitur. commune affirmat Gram
mat. uoto 30. n. 15. in finẽ, & qui rectè id explicat Iu-
lius Clarus in pract. §. ult. queſtio. 21. uerſ. mendaciũ.

126 Mẽdacij improperatio & à prouocato, & à uerũ di
centi facta iniuriarum actionẽ in improperantem gi
gnit. cõmune dicunt Boer. poſt conſuetr. Biturig. cõl.
5. Iulius Clarus in pract. §. iniuria, uer. quæro etiam.
quamuis ea in re labaſcat Viuius lib. 2. opin. 5.

127 Meorum appellatio iura & actiones concludit. cõ
mune ponit late ac diligẽter inſignis Pinelus in rub.
par. 1. nu. 7. C. de bon. matern.

128 Mercatõres belli tẽpore nec merces licitas ad ho
ſtes deferre poſſunt. cõmune inquit Boer. deciſ. 172.
129 num. 10. at in pace ſeu in pactis inducijs impune non
uetitas merces ad illos aſportabunt. commune cum
multis pronunciant Straccha de mercat. 2. par. nu. 43.
& numer. 47. in finem, Iulius Clarus in pract. §. ult.
quæſtio. 77. uer. Chriſtiani.

130 Mercatores rationũ codicẽ poſtulantibus aduer-
ſarijs edere tenentur. ut frequentius placitum aſſeue-
rat Straccha de mercat. 2. par. nu. 70.

131 Mercatorum liber in magnis ſummis probationẽ
ipſis haud ſuppeditat. Cõe dicit Aymon Cranet. de
antiquit. temp. par. 1. uer. uidimus & abundè num. 3.
132 ſi tamen ea partium conſenſu confectus fuerit, & cõ-
tra tertium quẽlibet ſemiplenam probationem da-
bit. commune eſſert & idem, & ibidem nu. 29.

133 Mercatorum in cauſis, controuerſijs, ac diſcepta-
tionibus æquitas non iuris rigor inſpici, ac ſequi de-
bet. ut frequenter placitum conſtituo ex ijs, quos lau
dant. Dec. in l. in omnibus quidem. ff. de reg. iur. Ber-
trand. conſil. 149. lib. 3. Pariſ. conſi. 82. nu. 20. & con-
ſil. 88. num. 4. lib. 1. Straccha, qui id eleganter, ac ue-
rè explicat. de mercat. tit. quo modo in cauſis mercat.
nu. 1. cum ſequentib.

134 Merces licitæ cum illicitis deprehenſæ nõ una pro
ſcribuntur. commune aiunt Alber. in 2. par. ſtatut. q.
4. num. 5. Iul. Clarus in pract. §. ult. q. 82. ſtatut. 7. uer.
ultim.

135 Meretricis matrimoniũ à mortis pœna illũ excu-
ſat, atque eripit, qui ipſi merito addictus erat. cõmu-
ne ſtſerit Viuius lib. 1. opin. 45. uer. tertio etiam. quæ
ſentẽtia inſigniter mihi probatur. ea etenim ratione
rum multorũ barathrũ de medio aufertur, tùm non
136 leniter plectitur, qui tale ſibi conſortium aſciuit. etſi
illam uſu nõ ſeruari cum multis atteſtatur Iul. Clar.
in pract. §. ult. q. 98. uer. quæro etiam.

137 Meretricis raptor pœnas l. una. C. de rap. uirg. ſan-
ctas non incurrit. commune affirmant Hipp. ad ean-
dem uer l. num. 26. Ant. Gomez in l. 80. tauri nu. 45.
Iulius Clarus in pract. §. raptus uer. ſed quæro, Viui-
138 us lib. 1. opin. 257. quin nec is, qui meretricem ui co-
gerit, ut ſecum rem habeat, illi iniuriam tenebitur,
aut ullis alio ullo nomine pœnas dabit, commune
aiũt Atciar. conſ. 469. nu. 2. Iulius Clarus in d. pract.
139 §. fornicario in finem princip. amplia etſi meretrix ma
trimonij uinculis alij cõſtricta ſit. quippe quia & qui
hanc permoluerit, ac ſubagitauerit, nullis adulterij
pœnis irretietur, nullis alijs omnino ſupplicijs ple-
ctetur. cõmune effantur Riminal. conſ. 17. num. 2. Iu-
lius Clarus in d. prac. §. adulterium uer. quæro num-
140 quid. amplia ſecundo ut idem iuris prorſus futurum
ſit, quamuis uterque carcere concluſus tunc temporis
fuerit, cùm ſic ueneri Petulanter indultum eſt. com-
141 mune ait Boer. deciſ. 317. numer. 10. quod tamen non
procedet ſi ipſe carceris cuſtos illi uim intuliſſe argue-
tur. ut commune ponit Iulius Clarus d. §. fornicario
uer. cum carcerata.

142 Meretrices in criminalibus cauſis teſtimonij dicẽ
di ius non habent. commune pronunciant Iaſ. in l. cũ
ctos populos lect. 2. numer. 54. C. de ſumma Trini-
rat. Conrad. in tract. de decurion. lib. 1. capit. 9. §. 2.
num. 57.

143 Merces, quæ ius agendi non præſtat. nec obligatio-
nem

144 nem naturalem producunt. ut frequentius placere,
ac iuris rationibus magis conſonare diligenter oſtē
dit inſignis Pinelus in l.1.part.3.pag.116.col.4.C.de
bonis matern.

145 Merita alicuius, qui eo in actu ineſſe affirmat, qui
& alioquin abſque illis ualiturus eſſet, plenam fidem
faciet. commune inquiunt Curt.Iun.conſi.142.num.
3.Bellon.conſil.74.numer.17.Guido Papæ deciſ.95.
146 ſed ſi actus alias irritus, atque inualidus futurus ſit,
nulla fides huiuſmodi merita aſſerenti habebitur. ut
frequenter placitū renuncio ex Alexand.Iaſ.ac Dec.
in l.ſi donatione.C.de colla.Soc.conſi.65.& ſequen.
lib.1.Iaſ.conſ.154.libr.2.Crauet.de antiquit. tempo.
2.part.à nume.10. Bellon. d.conſ.74. numer.5.Ber-
trand.conſ.138.nume.22.lib.5.Iul. Clar.de donat.q.
3.uer. adhic occurrit. Ari.Pinel.in l.1.part.3.nu.23.
& pag.106.col.2.uer.nona limitatio. C. de bon. ma-
ter.quem circa iſthæc merita ſemper adi & Ioan.Ce-
phal.conſ.94.nu.16.& ſeq.

147 Metus qui in uirum grauem,& conſtantem cadere
poſsit,in arbitratu iudicis ponitur. commune effatur
accuratè Did. à Couarru.in tract.de ſponſal.2. part.
148 cap.3.§.4.nu.8. is autem & in perſonam propriam,
& in filium illatus matrimonium uitiat, atque euer-
tit.commune dicit Card.Alex.in ca.cum locum col.
149 ult. uer. ſuccedit quæſtio de ſponſ. ſed & huiuſmodi
metus à potētiori illatus a mortis pœna excuſabit il-
lius alioquin reum.ut frequenter placitum aſſeuerāt
Corſet.in ſing.uer.metus.Grammat.uoto.28. Viuius
lib.1.opin.45.ad finem.

150 Metus reuerentialis,hoc eſt,qui ex mariti, uel pa-
tris,uel domini obſeruatione, atque cultu proficiſci
tur, non eſt idoneus ad contractus reſciſsionem. ut
frequenter placitum pono ex Alex. in l. interpoſitas
numer.5.C.de tranſact.Alciat.in cap. cum contingat
nu.1.de iureiur.Did à Couarru.de ſponſ.2.part. cap.
151 3.§.6.à nu.3. Viuius lib.1.opin.213.excipe niſi ſi mi-
152 næ præceſſerint: cōmune ponit Soc.conſi.261.lib.2.
excipe. 2.niſi inſignis inde læſio emergat. commune
153 inquit Aret.conſi.24.quod iudicis arbitrio metietur.
quemadmodum ut commune ſcibit Viuius d. lib.1.
opin.57.in finem.

154 Metus contractum,qui illo geſtus,actusuè eſt,non
155 reddit nullum,etſi reſciſsioni obnoxium faciat. com-
mune aſſerit Martin. Nauar.in relect. capit. accepta
156 oppoſit.5.num.8.de reſtitut.ſpoliat.excipe niſi ſi do-
tis uel per ſtipulationem promiſſæ contractus ſit. cō-
mune effantur Bal. nouell. de dote.6.part. priuil.36.
Viuius lib.1.opin.57

157 Metum illatū eſſe uel interceſsiſſe aſſerētibus duo
bus teſtibus maior fides habetur,quàm mille alijs a-
liud affirmantibus. commune inquiunt Dec. in cap.
ult.de appel.Pariſ.conſ.538.n.8.lib.4.Did.a Couar.
de ſponſal.2.par.c.3.§.5.nu.50.

158 Minæ ab eo fuſæ,qui uel potētia polleat,uel uerba
ad rem conferre ſit aſſuetus, ſatis indicij ad quæſtio-
nem præbent.commune proferunt Anan. in capit.1.
num.10.de maledic.Marc.Anto.de indicijs nu.183.
Iulius Clarus in practic.§.ult.quæſt.21.uer.minæ ef-
156 fuſæ.quanuis Imol.in l.ult.num.10.ff.de hæred.inſti-
tuend.perperam ſcribat receptum,& ad infligendam
pœnam illas ſufficere.

160 Minimis in rebus nulla cura impenditur.commu-
nem regulam effatur Gomez in §. pœnas poſt nu.4.
inſtitut.de action.

161 Minor annis quin pro debito in carcerē detruda-
tur,nihil impedit.cōmune ait Caccialup. in tract. de
162 debit.ſuſpecto & fugit.q.5.nu.8.quod intelligo pro-
ceſſurum,quanuis ille ſit filiusfam. cùm ubiq; eadem
iuris ratio uerſetur. nec multum hac in re moror. Vi-
uium cum ijs,quos laudat,lib.1.opin 214.

163 Minor annis uiginti quinq; ac iam uiginti annis
maior accuſare gñraliter, ac regulariter quéuis pōt.
commune affirmāt Abb.in capi.1.de accuſat. Viuius
164 lib.1.opin.20. & quanuis regulariter in quauis iuris
165 ſui allegatione læſus reſtitutionem impetrare poſsit.
166 tamen ſi doctor aduocatusq; fuerit, ut uel minor 18.
annis eſſe poteſt,non reſtituetur.communia ſcribunt
Boer.deciſ.350. Viuius d.l.1.opin.86.

167 Minor qui ſe maiorem annis iurauit, etſi benefi-
cium reſtitutionis idcirco perdiderit, tamen contra
ctum non ideò minus nullum dicet,ſi conſenſus pro-
pinquorum ſtatuto loci requiſitus non interuenerit.
commune aiunt Petr.de Benintend. deciſ.47. Viui-
us lib.1.opin.196.

168 Minor annis ſi hæres ab aliquo inſtitutus hæredita
te non adita deceſſerit, tāquam eo ipſo læſus reſtitu
tionis beneficium ad hæredes tranſmittit. commune
dicit Ant.Gomez de teſtam.cap.9.nu.ult.

169 Minor,qui eum ſe enormiſsimè lædi noſſet, reſtitu
tioni nihilominus cum iureiurādo renunciauit, nec
abſolutionem à iuramēto,nec in integrum reſtitutio-
nem impetrabit.commune aiunt Curr.Iun.conſi.44.
col.pen. Viuius lib.1.opin.221.

170 Minores ob rem uilius uenditam nō ad ipſam rem
omnino aduocandam reſtituuntur,ſed ad reſarcien-
dū precij iacturā,fietq; ea in ſpecie aduerſario optio
num rem,num precij reliquum præſtare malit.ut fre
quenter placitū renūcio ex Gozad.conſ.44.n.14.Ar.
Pinel.in l.2.part.2.cap.3.nu.2. in finē. C. de reſcind.
uendit.atque ex ijs quos ipſi laudant.

171 Minores nec aduerſus pecuniam fortuitò perditā
reſtituuntur.ut commune inquit Ioan. Mauric.de re-
172 ſtitut.in integrum cap.175.nec aduerſus ordinariam
actionis redhibitoriç,& quanto minoris præſcriptio
173 nem,nec aduerſus triennalem inſtantiæ curſum, nec
174 denique in lapſum inuentarij conficiendi tempus re
ſtitutionem ullam obtinebunt.quemadmodum rece
175 ptum ponit Turzan.opin.125. nec item rurſus reſti-
tuentur,ſi ſe non aduerſum ituros contractui geſto,
uel generaliter iurauerint.commune aſſeuerant Ay-
mon Crauet.conſi.7.col.3.ad finem. Turzan.opinio.
176 132.& opin.159. etſi aliud auxilium præter reſtitu-
tionem nō obſtante eo iureiurando intentare queāt.
commune dicit Alciat.in cap.cum contingat numer.
177 162.de iureiura.alioquin & in minimis rebus implo
ratam reſtitutionis opem adipiſcentur. ut uerius ac
receptius contra aliquam multos merito profitentur
duo mihi non pœnitendi doctores Arius Pinelus
atq; Emanuel à Coſta, ille in l.2.par.1.cap.1.n.26.C.
de reſcindend.uendition. hic in l.Gallus.§.& quid ſi
tantum part.2.num.77.cum ſeq.ff.de liber.& poſthu.
178 quin & aduerſus fœneratores reſtituentur, ni mutuū
funebre in eorum rem uerſum probetur. ut frequens
eſſe interpretum dogma conſtituo ex Alex.in l. ciui-
tas nu.51.ff.ſi cert.pet.Dec.in l.ſingularia num.21.ff.
illo eod.tit.Rip.in l.1.§.ſi is qui bona n.12.ff.de pig.
Soc.conſ.515.lib.1.

179 Minores,qui ob delicta puniri poſſunt,de ſui ipſo
rum facti quæſtione & iuſiurandum dare, & reſpōde
re coguntur.commune renuncio ex Hippol.in l.pen.
nu.72.ff.de quæſt.& in pract.§. poſtquam nu.4.Anto.
Gomez de delict.cap.1.nu.65.

180 Minores quin ab anto ementes pacto rei uēdendæ
obligētur,nihil prohibet.ut receptius ait accuratè do
ctor meus Arius Pinelus in l.1.part.3. numer.53. C.
de bonis matern.cquius & utilius affirmant idem Pi
nelus in l.2.part.1.capit.3.nume.1.ad finem.C.de re
ſcind.uendit.

181 Minores cura uel tutela liberati nō poſſunt locatio

nem

nem ab ipſorum uel curatore, uel tutore factā impro
bare. ut commune aſſeuerare auſim ex Alex. in l ſi fi-
lio § ſi uir. ff. ſolut. matr. Soc. conſ. 125. nu. 6. li. 1. Did.
à Couarru. lib. 2. reſolu. cap. 15. num. 5. in med. & nu.
6. in princip.
282 Minores ſi quēpiam contractum ſibi utilem, & cō
ducibilem non ritè tamen nec ſolenniter geſſerint, ni
hil egiſſe uidebuntur. quippe quia nullus erit eiuſce-
modi contractus, quantūuis illis expediat. ut cōmune
renuncio ex Iaſ. in l. cum ij. §. eam nu. 2. ff. de tranſact.
& in l. contra iuris in fin. principij. ff. de pact. Felin. in
cap. cauſam num. 8. de iudic. Tiraquell. de iure marit.
283 gloſ. 8. num. 56. cum duobus ſequentib. poterunt ta-
men illum ijs etiam inuitis, quibus cū contraxerunt,
ſtatis ritibus circunſepire. ut frequenter placitum po
no ex Iaſ. ubi ſupra. Tiraquell. d. gloſ. 8. num. 92. Ar.
284 Pinel. in l. 1. par. 3. num. 32. C. de bon. matern. quāuis
perperam contractū id genus à principio ualere affir
mauerit Accurt. in d. §. eam, & illum complures ſint
ſequuti, ut conſtat ex Corſet. in ſingul. uerſi. pupillus
fol. 177. ex Iaſ. in §. actionum nu. 43. inſtit. de action.
Tiraq. ubi ſupra num. 62.
285 Minores non magis alienandi copiam habēt, cum
286 actio illis ad rem ſoli conuenit, quam cùm iam domi
nium rei aſſequuti ſunt. commune aiunt Tiraq. de re-
tract. §. 1. gloſ. 7. nu. 17. Ant. Gomez de contract. c. 10.
col. 5. Arius Pinel. & in rub. part. 1. num. 33. & in l. 1.
par. 3. pag 112. col. 2. C. de bon. matern.
287 Minorum tutores illorum nomine pacem cum ijs
inire poterunt, qui ipſorum parentes offenderunt. cō
mune aiunt Ioan. de Amicis conſ. 88. nu. 4. & qui dili
genter hanc rem agit Iul. Clar. in pract. §. ult. q. 58.
uer. quæro an tutor.
288 Mobilium legato pecuniam comprehendi rece-
ptum eſt, ut conſtat ex Dec. conſilio. 381. nume. 5. &
conſi. 470. col. 1 cum ſequent. Pariſ. conſi. 79. nume.
45. lib. 2. Ar. Pinel. in l. 1. part. 2. num. 45. C. de bonis
289 matern. quāuis Pauli iuriſconſulti authoritas non le-
uiter refragari uideatur lib. 3. ſententiarum titul. de
uſufruct. & Græcorū ſchola proculdubio reluctetur
apud Harmenop. lib. 5. tit. 10. de mobilibus legatis.
ſed ea de re alibi latius, & commodius agetur.
290 Molendinum qui antea ſeu in publico, ſeu in priua
to flumine ritè ac rectè fabricatus eſt, aliud aliũ ſtrue
re iure impediet, ſi ſuo nocebit. commune eſſerit Iaſ.
num. 21. Rip. num. 25. in l. quanuis. ff. de flumin. Curt.
Sen. conſ. 33. num. 2. cum ſeq. Ruin. conſ. 191. num. 3.
lib. 1. & conſ. 98. nu. 12. lib. 4.
291 Monetā cudere nemini alij quam principi ius faſq;
eſt. commune ponit Arius Pinelus alioquin principū
non aſſentator in rub. part. 1. cap. 3. nu. 4. C. de reſcin
292 dend. uendition. poterunt etiam liberæ quæuis ciuita
293 tes illam cudere, ut ubique receptum eſt. ſi autē quis
294 monetam Imperatoris nomine falſam cuderit, uel alī
295 ter adulterauit, ignis ſupplicium dabit, quāuis qui
cuiuſpiam ciuitatis monetam adulteraſſe probabi-
tur, non aliam, quàm deportationis pœnam luat. cō
munia affirmant Did. à Couarru. in pract. quæſtion.
fol. 339. nu. 3. Iulius Clarus in practic. §. falſum uerſi.
dixi etiam.
296 Monetam qui abraſerit, uel attonderit, ſi liber erit,
beſtijs ſubijcietur, ſi ſeruus, ultimo ſupplicio afficie-
tur. commune aſſerunt Did. à Couarru. in pract. quæ-
ſtion. fol. 339. num. 3. Iulius Clarus in pract. §. falſum
297 uer. radēs autem, ac Viuius lib. 1. opin. 217. at qui mo-
netam falſam expenderit, ſi nummi, quos expendit,
euidenter plumbei, uel ſtagnei ſint, pœnas legis Cor
298 neliæ de falſis luit, ſi id genus illos eſſe haud ſtatim
appareat, pœna duntaxat extraordinaria pro iudicis
arbitratu punitur. commune pronunciat Alex. con-
ſil. 121. numer. 3. libr. 7. quem refert, & probat Iulius
299 Clarus d. §. falſum uer. ſi. expendens. quanuis aliud in
praxi ſeruari teſtetur Marſil. in l. qui falſam numer.
200 64. ff. ad l. Cornel. de Falſ. contra quem æquitas pro-
fecto omnis eſt, & quod generaliter ubicunq; dolus
non uerſatur, falſi criminis locus nullus eſt. commu-
ne aiunt Soc. Iun. conſil. 39. nume. 83. libr. 2. Viuius
lib. 1. opin. 218.
201 Monetæ promiſſæ æſtimatio, quæ contractus tem
pore erat, debebitur, ſi poſtea uel omnino & in per-
202 petuum improbetur, uel ponderis imminutionem ra
tione aliqua patiatur. ut ſi non ipſa monetæ maſſa,
ſed ualor illius atque indicatio imminuatur, uel au-
geatur, eius ſeu intertrimentum, ſeu commodum ad
creditorem ſpectabit. communia inquiunt Boer. de-
ciſ. 327. num. 12. & nu. 13 Bologn. in l. cum quid, nu.
69. & 70. ac 74. ff. ſi cert. peta. Crauet. conſi. 47. num.
203 6. Petr. de Benintend. deciſ. 39. numer. 1. uerū enim
uero ſi quam moram debitor in ſolutione contraxe-
rit, monetæ æſtimatio quam plurimi ſubducetur.
commune ponit Boer. ac Petr. de Benintend. ubi ſu
204 pra. Monetæ porrò, quæ teſtamento relinquitur, is ua
lor in conſideratione eſt, qui ipſius teſtamenti tempo
re fuit, non qui tunc eſt, cum ſolui ipſa debet. com-
mune aio ex ijs quos laudant Soc. conſi. 6. li. 2. Arius
Pinelus in rub. par. 1. cap. 3. nume. 22. & ſeq. C. de re-
ſcind. uendit.
205 Monetam minutam pro aureis ſolui poſſe conſue
tudo iure potior atque antiquior admiſit, quāuis nul
lam mentionem de illa faciat obligatio. ut frequen-
ter placitum enunciant Rub. conſil. 148. numer. 5.
Curt. Iun. conſi. 24. nume. 5. Arius Pinelus, qui id ele
ganter declarat, in rub. 2. par. cap. 3. num. 16. & ſeq. C.
de reſcind. uendit.
206 Monetarum ualor atque indicatio uel à ſolo prin-
cipe abſq; populi conſenſu immutari poteſt. commu
207 ne aſſerit Boer. deciſ. 327. nu. 6. & ſeq. requiritur tamē
iuſta aliqua ad id cauſa ut alibi latiſsime probo.
208 Monendi alicuius atque inducendi præceptū non
præfefert coertionem. ut commune ait Felin. in cap.
tuam, de ſimon.
209 Monitione opus eſt, ut pœnæ locus fiat, quæ ſim-
pliciter ac nulla temporis mentione facta aliquid nō
agenti imponitur. commune inquit Præpoſ. in cap.
quidam 5. quæſt. 1.
210 Monialem qui ſubagitauerit, inceſtus crimine ob-
211 ſtringetur, quod eiuſce generis coitus generaliter in-
ceſtus ducatur. communiter receptum apud iuris Pō
tificij interpretes ait Bermond. de concub. fol. 75. nu
me. 2. in finem.
212 Moræ cōtrahēdæ ſufficit facta etiam extra iudiciū
interpellatio. ut eſt Accurſ. ſentētia in l. quis Romæ §.
cohæredes in uer. extra. ff. de uerb obl. cōmunis iuxta
213 Tiraq. lib. 2. retract. §. 4 gl. 6. n. 39. ac ſatis ſuperq; eſt
quibuslibet uerbis ea fieri, ut tradit Bart. cōmuniter
approbatus in l. ſi quis mihi. §. pater Seio. in princ. ff.
214 de acq. hæred. quin & unica tantum interpellatio ad
id exigitur. ut docet idem Bar. poſt gl. in l. Titia Seio.
§. uſuras. ff. de leg. lib. 2. & eſt cōmune interpretū pla-
citū teſte Alex. in d. §. cohæredes nu. 2. Fel. in cap. ex
literis n. 8. de cōſtit. Purpur. in l. uinū nu. 42. ff. ſi cer.
215 pet. Corat. lib. 2. Miscell. cap 6. a nu. 4. debebit tamen
fieri cōgruo & loco & tēpore. l. mora. ff. de uſur. iuxta
declarationem Bar. cōmuniter interpretibus probatā
216 in l. cum filius. §. ul. nu. 2. ff. de uerb. oblig. intellige ta
mē neceſſe eſſe præterea tranſeat poſt interpellationē
tempus aliquod. ut cenſet gl. in l. Aemilius in uer. re-
ſtitui. ff. de minorib. quam receptā ponit Alex. in l. 1.
217 §. ita, nu. 9. ff. ad l. Falcid. quib. autem in caſibus etiam
abſque ulla interpellatione incurratur mora, tradit

poſt Dec.copioſè Purpur.in l.quod te mihi à nu.90.
ff.ſi cert.petat.

218 Moræ expiatio ſeu purgatio quãdo celeriter ac ri
tè facta cenſeri debeat, iudicis arbitrium mettetur.
cõe inquiunt Dec.conſil.138.nummer.7.Rip.in l.ſi in-
ſulam nu.35.ff.de uerb.obl.Viuius libr. 1.opini.219.
219 quantuis Iaſ. in omnibus caſibus ante ſentẽtiam pur-
gari moram poſſe frequenter placitum affirmet in l.
220 pacto num.8.C.de pact.ſed uerior proculdubio ac re
ceptior ſuperior ſententia eſt.memineris tamẽ quod
nec moræ purgatio admittitur in ſpecie. l. ſi quis ma-
ior.C.de tranſact.ut cõmune ponit Dec.conſ.453.nu
221 me.12.nec moram generaliter ac regulariter in quan
titatis debitoribus difficultas ſoluendi excuſat.ut fre-
quenter interpretibus Alexandri ætate recentioribus
placuiſſe contra antiquoꝛ ſi dogma teſtificantur Dec.
col.5.Iaſ.num.33.Rip.53.Purpur.63.in l.quod te mĩ
hi.ff.ſi cert.pet.Ruin.conſi.150.nu.3.lib.1. Viuius li.
1.opin.61.& hanc etiam in rem uidero,quę ſuperius
obſeruo.uer.difficultas.

222 Moram qui ſemel contraxerit,nõ liberabitur,ſi res
poſtea perimatur, ſeu ſimiliter illa interitura apud
creditorem proponatur,ſeu ſecus. cõmune inquiunt
Alex.in l.nemo.ff.de uerb.obli.& in l.cum res. §.ult.
ff.de leg.lib.1.& Iaſ.n.27.Bolognet.nu.71.in l.quod
te mihi.ff.ſi cert.petat. Ioannes à Medina de reſtitut.
223 quæſt.6.quanuis ab hoc recepto dogmate non imme
ritò defeciſſe uideantur cum Mart.Fulgoſ.Iaſ.nu.27.
Dec.num.16.Curt.Iun.num.33.Rip.28. Bologn.71.
cum ſequentib.in d.l.quod te.ſed ea de re alibi Deo
dante uberius agemus.

224 Morientis aſſertioni in ſuimet ipſius damnum,non
225 & in alterius fraudem fides adiungitur. cõmune aiũt
Marc.Anton.de indicijs num.393.Iul.Clar.in pract.
§.ult.q.52.uer.poteſt etiam.

226 Mors ciuilis ijs duntaxat in caſibus naturali cõfer-
tur,atque exæquatur,quod ius expreſsim recenſet.cõ
mune pronunciat Boer.deciſ.323.nu.6.

227 Morti qui ſententia iudicis ex ſtatuti forma in cõ-
tumaciam addicitur, non ante ſeruus pœnæ efficitur
quàm reapſe capiatur,etſi iuxta iuris communis for-
mam iudicatus ſtatim pœnæ ſeruus efficeretur. com-
mune aiunt Boer.deciſi.268.numer. 8.Viuius libr.1.
opin.330.

228 Mors illius,qui accuſatus eſt,tunc demum accuſa-
tionem perimet,cum ob illud crimen bona fiſco non
addicuntur. quemadmodũ frequenter interpretibus
probari teſtantur Tiraq.in l.ſi unquã uer. reuertatur
nu.245.C.de reuoc.dona.Ant.Gomez de delict.c.1.
num.80.uer.ſextus caſus, & qui accuratè de materia
229 agit Iul.Cla.in pract.§.ult.quæſt.51.uer. ſcias etiam.
ſed & mortuorũ memoria & accuſari,& damnari ob
læſæ maieſtatis crimen poteſt,ſi cũ crimen ipſum con
230 tra principem,uel contra rempublicam Romanã di-
rectò ſuſceptum ſit, tum quinquennio præſcriptum
nondum fuerit.ut communia placita affirmant Gyg.
de crimin.læſ.maieſt.fol.74.nu.24. & fol.73.qõ.23.
231 nu.1.Iul.Clar.in practic.§.læſæ maieſtatis, uer.item
licet.uerum enimuero ipſa mortuorum cadauera pu
niri nec unquam poſſunt, nec unquam debent, ut eſt
Ang.poſt Cyn.ac Petr.doctrina i l.2.C.qui teſta.fac.
poſt quam receptã aio ex Bal.in l.una col.2.C.ne ex
delict.defunct.Ang.de malefic. uer. qui iudex uidens
232 col.6.Dec.& Cagnol.in l.pupillum §.hæredes. ff. de
reg.iur.non tamen idcirco ſepeliri illic poterũt, quo
uiuis cadauerum patronis ingredi non licuit, ut eſt
mirabilis Bar.ſententia à nemine hucuſq; improba-
ta in l.2.ff.de cadauer.punit.

233 Mortis ſupplicio qui damnantur,bonis etiã hodie
fiſco applicandis labuntur.cõmune ait Cephalus uir
non paruæ doctrinæ, atque eruditionis in conſil.69.
234 numer.4. Viuius lib.2.opin. 243. licet contrariũ uſu
ſeruetur,ut & ipſi atteſtantur. quia autem huic mor-
tis infelicis ſupplicio addicti factionem teſtamẽti ha-
beant, differit eleganter cum receptis ſententijs Iul.
Clar.de teſtament.quæſt. 21.

235 Mortem ubi cõſciſcere annixus nec unquam bono
rũ confiſcatione idcirco plectitur.ut cõmune ait Ber-
236 trand.conſi.134.nu.2.libr. 3. nec ullum omnino ſup-
plicium pendet, ſi non ductus ſceleris alicuius con-
ſcientia id molitus fuerit.quemadmodum commune
cum multis uerè atteſtatur Iul. Clar. in pract. §.ulti.
q.63.uer.ſe ipſum.

237 Mortui aduocati,quorum opera conducta erat,pẽ
dente locationis anno integrum nihilo minus ſtipen
dium ad ipſorum hæredes tranſmittent. cõmune ait
Curt.Iun.in l. diem functo nu.33. ff. de offic.aſſeſſ.ut
238 & prætores intra ſui officij tempus præmorientes an
toramentum ſuum ad illorum hæredes tranſeunt. cõ
mune inquiunt Iaſ.nu.38.Dec.nu.15.Curt.Iun.n.29.
239 in d.l.diẽ functo. idemq; iuris erit doctoribus ad pro
fitendum cõductis, atq; anticipata morte præreptis,
ut frequenter placitum teſtificantur Curt.Iun.ubi ſu-
pra,& Calefatus de Plumbin.in l.1.nu.265. cum ſeq.
240 ff.de off.eius.cui mand.eſt iuriſd. ac deniq; idem etiã
in medicia ſtipẽdio alicubi boneſtatis procedet,quia
& illorum hæredibus integrum inchoati anni ſalariũ
præſtabitur.cõmune cum Cephalo conſ.7.& ſeq.lib.
1.ponit Viuius lib.1.opin.87.in fin. & par abſque du
bio in omnibus ratio uerſatur.

241 Mortuos capones nequit ſoluere, qui ſimpliciter
par caponum præſtare obligatus eſt. ita enim cenſet
Bartol.in l.quod te in ultim.quæſt.ff.ſi cert.pet.cuius
doctrinam ponit communem Viuius lib.1. opin.66.
in finem.

242 Mulieres dotium hypothecis renunciare nequeũt,
ſi alia uiris bona non ſuperent, ex quibus dotes ſer-
uari poſsint.commune aiunt Paul.in l.Mæuia §.fun-
dus nu.8.ff.ſolut.matr.Panorm.in cap.peruenit nu.2.
de empt.& uendit.

243 Mulieres,quibus ſtatuto nõ licet abſq; duorũ pro-
pinquorum cõſenſu contrahere, non licebit itẽ abſq;
illo mortis cauſa donare.commune aiũt Tiraq.de le-
gib.connubialib.gl.3.quęſt.4.Pontan.in l.2.ff.de leg.
244 lib.1.ſed uerior eſt cõtraria ſententia, quam receptã
teſtificãtur Soc.& Iaſ.col.3.Alci.n.2.Cland. Aquen.
nu.7.Soc.Iun.nu.60.in d.l.2.Viuius libr. 1.opin.296.
245 nec is proderit cõſenſus, in eorundem propinquorũ
utilitatem accommodatus.ut receptũ inquiunt Dec.
conſi.612.ad finem.Ioan.Dilect.de art.teſtan.tit.12.
caut.1.num.2.Villalob.in ſua collecta. Viuius d.opi.
col.2.ubi multas exceptiones & declarationes ad hu
246 iuſce generis ſtatuta memorat. quibus adde quod
huiuſmodi ſolennitas non exigitur, ubi pater cum fi-
lia contrahit,& iam ſi contractus renũciatio in patris
fauorem fit.commune aiunt Alciat. de præſump.reg.
2.præſumpt.2.nume.6.Ioan.Cephal.conſil.109.nu-
mer.51.ubi cum num.ſequent.aliquot alias exceptio
247 nes utiliter ſubtexit.Memineris autem ſemper quod
ſi propinqui nulla probabili cauſa ducti conſentire
noluerint,cogi a ſuperiore poterunt.ut frequẽter pla
citum efferunt Plotus in l.ſi quando.num.352.C.un
248 de ui,ac Viuius ubi ſupra col. 2. in finem.memineris
porrò quod ſi iuſiurandũ adiungatur, defectus autho
ritatis propinquorum de medio tolletur, tametſi ſta-
tutum ſpecialiter id prohibeat. commune affirmant
Ferret.cant.6.latè Bolognet.in rep.l. omnes populi
249 nu.97.ff.de iuſti.& iur.ac Viuius,qui multos contra-
250 rium receptum pronunciantes allegat, libr.1. opin.
297.ſed mihi certè ea in diſcordia iuſiurandi religio
potior.

potior, atque omnino ſeruanda eſſe uidetur, ut ea de
re copioſius alibi agens oſtendo.
251 Mulieres libidinis ergò uirorum raptrices pœnis
l. una, C. de rapt. uirg. ſanctis obnoxiæ ſunt, commu-
ne ait Hippol. ad illam l. nu. 223.
252 Mulieres æquè ac uiri ſtatutis illis plectentur, quæ
iubent, ne quis de nocte cũ armis, uel ſine lumine in
253 cedat, uel pœnam aliquam indicunt genus aliquod
ueſtium ferenti, ut communia ponit Viuius lib. 1. opi
nion. 283.
254 Mulieres inhoneſtæ etiam ac meretrices, ſi nuptæ
ſint, pro pecuniarijs debitis in carcerem condi ne-
queunt. commune ait prolixè Did. à Couarr. in trac.
255 de ſponſal. 2. par. cap. ult. §. 11 n. ult. at pro criminib.
omnes regulariter in carcerem à uiris ſeiunctæ trudi
poſſunt. ut de cõſuetudine receptum latè teſtatur Iu-
lius Clar. in pract. §. ulti. quæſt. 28. uer. quæro igitur.
256 Mulieres, quæ inhoneſtè uixerunt, ſi ad frugem bo
nam redierint, non debent perſonæ turpes reputari,
uoluit Bal. in l. ſi filiam, C. de inoff. teſtamen. dicunt
257 receptum Rip. in l. ult. nu. 223. & ſeq. C. de reuoc. do
nat. Viuius l. 1. opin. 130. etſi non mediocriter illud
aduerſetur.

Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel.

& illud alterius,

Neque amiſſos colores
Lana refert medicata fuco:
Nec uera uirtus, cum uel excidit,
Curat reponi deterioribus.

Sed hæc alibi latius, & opportunius.
258 Mulieres generaliter, ac regulariter ĩ cauſis omni-
bus tum ciuilibus, tum criminalibus, præterquã in ul
timis uoluntatibus teſtimonij dicendi ius habent. cõ
mune inquiunt Panorm. in cap. quoniam nu. 2. de te-
ſtib. Aret. in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtamẽ.
coprosè Anton. Gomez de delict. cap. 12. num. 13. Vi
uius lib. 1. opin. 383. Iulius Clarus in pract. §. ult. quæ
259 ſt. o. 24. uer. quæro igitur. quin & in codicillis teſtes
eſſe poterunt. cõe dicit Porc. in §. ult. nume. 11. inſti-
260 tut. de codicill. & in teſtamento etiam ad pias cauſas
condito teſtes putabuntur ſolennes, ut frequenter
placitum enunciant Bellon. conſ. 14. num. 8. ac latiſſi
mè Iul. Clarus de teſtament. quæſt. 6. uer. 3. infertur.
261 ſed & tum in militari teſtamẽto locupletes teſtes ha
bebuntur. commune affirmat Bauer. in § plane nu. 5.
292 inſtitut. de teſtamen. milit. tum in teſtamento inter li
beros exarato a perhibendo teſtimonio haud arcebã
tur. commune cum multis aſſeuerat Iulius Cla. d. tra
ctat. de teſtamen. quæſt. 8. uer. ſecundo infertur. quæ
263 omnia intelliges ad Cæſarum ius referri debere. nam
iure Põtificio in cauſis criminalibus mulieres regula
riter teſtimonium non dicent. commune ſcribũt Dec.
in l. fœminæ nu. 34. & ſequent. ff. de regul. iur. Duen-
nas reg. 315. in princip. Iulius Clarus d. quæſt. 24 uer.
264 de iure autem. quamuis in teſtamẽtis generaliter eo-
dem pontificum iure idonei, atque aſsidui teſtes du-
cantur. ut frequens interpretum dogma eſſe miſerunt
in literas Pariſ. conſi. 51. num. 16. lib. 3. Did. à Couarr.
265 in cap. cum eſſes, nu. 14. de teſtament. cuius tamen cõ
trarium longe uerius mihi uidetur; quod etiã frequen
ter receptum memoriæ prodiderunt Alex. conſil. 70.
num. 13. lib. 2. Ioan. dilect. de art. teſtan. caut. 2. nu. 7.
& qui de materia diligenter diſſerit Iul. Clar. d. trac.
de teſtam. quæſt. 55. uer. ſed quid de iure canonico, ac
Viuius lib. 1. opin. 382.
266 Mulieribus utiles cõtractus ualebunt, ac rati erũt,
quamuis in illis propinquorũ conſenſus ſtatuto requi
ſitus nõ interponatur. cõmune aio ex Bal. in l. nec. C.
de cõtrah. & commut. ſtipu. Aug. & Imol. in l. mutum
§. ult. ff. de aequir. hæred. Viuio lib. 1. opin. 296. uerſi.
fallit undecimo, atque ex ijs iuris interpretibus, quos
inferius laudo uer. ſolennitas.
267 Mulieribus, quæ ſecundas nuptias inierint, pœnæ
in liberorum fauorem ſpectantes adhuc impendent.
commune pronunciant Dec. conſil. 83. & conſilio
230. Ioann. Nicol. conſil. 1. de ſecund. nupt. ac Ioan.
Dilect. de art. teſtand. tit. 6, caut. 18. & uide infra uer.
nuptias.
268 Muros qui alterius ciuitatis, quam Romæ, tráſcen
dit non alias pœnas luet, quàm quas iudicis arbi-
trium ſtatuerit. commune aiunt Roland. conſil. 34.
num. 25. lib. 2. Iulius Clarus in pract. §. ult. quæſt. 68.
269 uer. muros. quod magis humanitate pœnarum miti-
gatrice, quam ſolida aliqua iuris ratione innititur. ſed
hæc alibi uberius.
270 Mutuum non ideò minus mutuum erit, quod con-
trahentes paciſcuntur, ut illud in deteriori cõditione
reddatur. commune inquiunt Iaſ. lect. 1. n. 2. & lec. 2.
nu. 21. Purpur. num. 4. in l. cum quid. ff. ſi cert. perat.
defendit Zaſ. lib. 1. ſingular. intellect. cap. 2. nu. 5. Bel
271 lon. lib. 1. ſupputa. cap. 5. nec item mutuũ eſſe deſinet,
quod debitor eãdemmet pecuniam, quam mutuò ac
cepit, inuito etiã creditore, ac nulla inde tamen re læ
ſo ſoluat. commune affirmant Dec. in l. 2. lect. 1. nu. 8.
272 ff. ſi cert. pet. Viuius lib. 1. opin. 60. tum demum autẽ
mutuum repeti poteſt, cum uel longa ſolutionis mo-
ra interuenit, uel facilis atque commoda ſolutio eſt.
ut receptiſsimum ex Rip. & alijs ſcribit meus doctor
Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione limit. 2. nu. 6. C.
de non num. pecu.
273 Mutuanti pecuniam ad alicuius rei emptionẽ non
aliter in re illa ſui ipſius nummis empta quæretur hy
potheca, quam ſi expreſsim ita inter ipſum, ac debito
rem conuenit. commune inquit Bal. in auth. quo iu-
re in fin. C. qui pot. in pign. habean.

N

1 NATVRALES liberi etſi à parẽtibus ni
2 hil dono, nihil legato nanciſci poſsint,
poſſunt tamen ab eiſdẽ parentibus ſub
ſtitui alijs liberis impuberibus atq; om
nino illorũ facultatib. potiri, quibus ſub
ſtituentur. cõe aiunt Alex. ac Iaſ. num. 3. in l. ſi is qui ex
bonis. ff. de uulgar. Rip. in l. Lucius ff. illo eod. tit. Gu
3 liel. in c. Raynutius uer. & uxorem nu. 69. de teſtam.
matri autem cuicunque naturales liberi ex alio quo-
4 cunque coitu, quàm ex damnato ſuſcepti ſuccedent,
atq; auiã ẽt à legitima excludẽt. cõmune pronunciãt
Caſſado. in deciſ. una in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. Viuius
5 lib. 1. opi. 137. col. 3. quod uero ad generis ſtemma at
tinet, parentum nobilitate non cohoneſtãtur, nec ge-
neris ſplendore cenſentur. commune ponit Tiraq. de
nobilitate cap. 15. Duennas reg. 69.
6 Naturales liberi ex parẽtibus genere, & cẽſu diſpa-
ribus ſuſcepti, quãuis eorundẽ matrimonium poſtea
ſubſequutũ ſit, legitimi non efficiuntur. cõmune ſcri-
bit ex alijs iuris interpretib. aliud ipſe uerius, æquius
& receptius oſtendens Did. à Couar. in tract. de ſpon
7 ſal. 2. part. cap 8. §. 2. nu. 9. ut nec illi eam item ob ma-
trimonij ſubſequuti cauſã natalibus reſtituentur, qui
ex concubina non ritè habita procreabuntur. cõmu-
ne inquiunt Curt. Iun. conſi. 136. num. 9. Crauet. con-
ſil. 166. nu. 8. Viuius lib. 1. opinio. 137. ſed hanc in rem
tu uideto quæ ſuperius obſeruo uer. legitimatus.
8 Naturales uel ſpurij liberi inſtar legitimorũ ad ſuc
ceſsionem parentum admitti ſtatutis nequeunt. com
mune aiunt Ioan. Baptiſt. de Sanct Seuer. in l. omnes
populi colum. 14. ff. de iuſt. & iur. Viuius lib. 1. opin.

298.ſi tamen ius ſuccedendi cum fratribus iuſto ma-
trimonio ſuſceptis habuerint, ſubſtitutum indiſtinctè
excludent, commune ponunt Dec.in cap. in præſen-
tia num.43.de probat. Emanuel à coſta in l. Gallus.§.
& quid ſi tantum ult.pat.num.62.ff.de lib.& poſthu.
80 quem etiã excludent, tametſi teſtator in dignitate ali
qua poſitus ſit, ſi de illis alicubi in teſtamento memi-
nerit. commune aiunt ijdem ijſdem in locis Dec. nu.
81 39.Coſta num.71.quin & ijdem liberi naturales con
ditionẽ tùm tacitã, tùm expreſſam generaliter in du-
bio faciunt deficere, ac ſubſtituto potiores habẽtur.
commune pono ex Angel.Paul.& Alex.in l.ex facto
§.ſi quis rogatus nu.6.ff.ad S.C.Trebell.Alcia.in l.co
gnoſcere.§.liberorũ.ff.de uerb.ſign. Viuio lib.1.opi.
237.atque ex alijs, quos ſuperius laudo uerſi. filius,
quamuis nonnulli neglecto rationis naturalis ponde-
re in contrarium perperam abierint.
82 Naturales liberi ad eccleſiaſticã emphyteuſim, quæ
alicui & eius filijs cõceſſa eſt, nõ admittuntur cõmu-
ne aiunt Rip.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.in 2.num.
62.ff.ad S.C.Trebell.Pariſ.in cap.in præſentia num.
83 86.de probat.quamuis ad emphyteuſim ab alijs indul
tum generaliter, & indiſtinctè admitti debeant. cõe
inquiunt Rip.ubi ſupra num.58.Pariſ.d.cap.in præ-
ſentia, num.87.Rub.in l.Gallus.§.quidam rectè num.
254 & ſequen.ff.de lib.& poſthum.
84 Naturales inter liberos cõditum imperfectè à pa
tre teſtamentum nullius ponderis ac momenti eſt.cõ
mune aiunt Dec.conſi.610.num.2.in finem.Boer.de-
85 ciſ.240.num,13.latè Iulius Clarus de teſtamẽ.quæſt.
52.in princ.at conditum inter eos non ſolẽniter à ma
tre teſtamentum ualebit, ac ratum, firmumque prorſ-
ſus habebitur. commune affirmant Boer. ubi ſupra,
Gulielm.in repet.cap. Raynutius uer. teſtamentũ.1.
nu.84.de teſtamen.uberius Clarus d.q.15. uerſicu.&
hæc quidem concluſio.
86 Naturales filias pater iure pontificio ubiq; hac in
re ualituro dotare non cogitur. commune tradunt
Curt.Iun.conſi.ult.colu.3. & qui eum laudat Viuius
opin.238.
87 Neceſſitas extrema inculpatam furtis non petulã
tibus feneſtram aperit.ut frequentibus doctorũ ſuf-
fragijs clementer indultum conſtat ex Marian. in ca.
ſi quis propter n.12.de furt.Cagnol.in l.quæ propter
88 neceſſitatem n.3.ff.de reg.iur.nec quidquam reſtitue
re cogetur factus poſtea ditior, qui ea uſus eſt.cõmu-
ne aſſerit ſumma Syluestr.quam refert Did.à Couar.
89 in rep.cap.peccatum fol.70.& cum improbanda di-
ſtinctione probat Iulius Clarus in pract.§.furtũ, uer.
ſed uidi.uerius etenim indiſtinctè contrariũ eſt. quod
etiam commune effatur Marian.ubi ſupra.Sed ea de
re alibi copioſius.
90 Negati præceptũ de omni actu, deque omni uice
intelligi debet.commune proferunt Alciat.ac Tiraq.
limit.7.i l.boues.§.hoc ſermone.ff.de uerb.ſig.Marc.
Mant.de ſoluend.argumen.pag.313.poſt prin.Ema-
nuel à coſta in l.cum tale.§.ſi arbitratu limit. 5.nu.2.
ff.de condit.& demonſt.
91 Negatio probari ab illo debet, cui propoſiti funda
mentum eſt.commune dicit Iaſ. in l. qui ſe obtulit.§.
condemnatum.n.7.ff.de re iudic. & in l.in illa ſtipula
92 tione nu.14.ff.de uerb.oblig. erit autem probatu im-
93 poſſibilis, niſi loco & tempore coarctetur, qua in ſpe
cie æque atq; affirmatio quæuis probari poterit.com
mune aiunt Ruin. conſil. 97. ad finem libro 4. Iu-
lius Clarus in pract. §. ultim, quæſtio.52.uerſi.ſcias
autem.
94 Negocij geſti nulla hic actio oritur, cùm negociũ
quamuis utiliter domino tamen inuito geſtũ eſt. nec
95 quidquam proderit, quod eius negocij geſtor nõ re-
bus alicuius ſeſe immiſcuerit, ſed uel illius debita ſol
uerit, uel alia id genus fecerit, commune dicit Porc.
in §.1.nu.7.inſtit.de obligat.ex quaſi contract.
26 Nepos ex filio primum nato ac uita iam defuncto
ortus præfertur in ſucceſſione regni ac ſimilium bo-
norum patruo deinde genito. ut commune ponunt
Barb.conſi.4.lib.2.Dec.conſil.443. Ioann. d. lect. de
27 art.teſtand.tit.3 caut.8.quamuis contrarium commu-
ne dicat Alexan.conſi.51.lib.3.& conſi. 4. lib.4. latè
Viuius lib.1.opin.225.
28 Nepotes filiorum nomine etiã ad fœminas ob ſta-
tuti uim a parentum ſucceſſione excludẽdas cõpre-
henduntur, commune ait latè Viuius lib. 1.opin.315.
poſt Iaſ.in l.de quibus nume.16.ff.de legib. Soc.nep.
conſi.144.num.83.libr. 3. quam etiam in rem uidero
29 quæ ſupra obſeruo uer.filiorum, quin & idcirco nepo
tes ijſdem pœnis plectentur, quibus illorum filij de-
nouentur, qui læſæ maieſtatis crimine damnati ſunt,
dummodo tamen illos propriè intelligamus, atque
ultra primum gradum non proferamus.ut commune
effatum tradunt Did.à Couarru.lib.2.reſolut. cap.8.
num.2. Iulius Clarus in pract. §.læſæ maieſtatis uer.
præterea quæro.
30 Nepotes naturales materno ipſorum parte quin ab
auo natalibus reſtitui per reſcriptũ principis poſſint,
nihil omnino prohibet.commune ait Did. à Couar.
in tract.de ſponſal.2.par.cap.8.§.2.nu.20.
31 Nobilitas priuilegium non ſuppetit, ne nõ proce-
dat conuentio, ultra quã nobilis facere poſſit. cõmu
ne affirmat Did.à Couarru.libr.2. uariarum reſolut.
32 cap.1.nu,4.prærogatiuam tamẽ elargitur ne nobiles
uel ſuſpendantur, uel alias uiles pœnas luãt, ut gene-
rali uſu receptum aſſeuerant Marcus deciſ. 32. latius
Iul.Clar.in pract.§.ult.quæſt.60.uer.prodeſt.
33 Noctu commiſſum ſit delictum nec nè, iudicis ar-
bitrio definietur, ut commune ait latè Iulius Clarus
in pract.§.ult.quæſt.82.ſtat.9.uer.quæro.
34 Nomen quodcunque ſit nõ ſufficienter probat eũ
aliquo ex loco oriundum eſſe qui illo nuncupatur. ut
receptum aſſerit Alex.in rub.num.9.ff.ſolut.matrim.
Boer.deciſ.13.num.24.
35 Nominis expreſſio ſi uel à lege, uel ab ſtatuto pro
forma in actu aliquo exigatur, non ſufficit euidenti
demonſtratione illud indicari.commune inquit An-
ton.Gomez de teſtam.cap.2.num.17.
36 Nominis mutatio, ſi in alterius fraudem non fiat,
licita, ac permiſſa liberis hominibus eſt. cõmune di-
cunt Alexan.in rub.num.7.ff.ſolu.matri. Bonifacius
de Vit.in tract.malef.in rub.de pœna mutant. ſibi no
men.num.1.
37 Notarius & infamis eſſe poteſt, & uilis iure ipſo
habetur.cõe aiunt Boer.deciſ.225.num.7. & 9. Ber-
nard.Diaz.in pract.crimin.cap.53.Aymon Cra. con
ſil.163.nec in alijs fidem facit, quam in ijs, quæ à con
38 trahentibus rogatur, nec in alijs rogari poteſt, quam
39 in ijs, quæ de præſentibus geruntur. communia in-
quiunt Curt.Iun.conſi.166.numer.2.Soc.Iun.conſil.
40 178. numer.3.lib.2. nec item de alijs rogari poterit,
quam quæ inter aliquot partes conficiantur. commu
41 ne ponit Tuczan.opin.58.& rurſus opin.69.nec roga
tus aliter cenſebitur, quàm ſi ſe in ipſo inſtrumento
rogatum dicat.commune inquit Boer. deciſi.25, nu-
mer.7.
42 Notarius ex iudicis commiſſione expedire illa po
terit, quæ tametſi ab ipſius officio pendeat, plenã ta-
men cauſæ cognitionem non exigunt.commune aio
ex Bar.num.14.Plat.col.2.in finem Rebuf. nume.3.
atque ex Pyrrho poſt Lucam de penn. in l. 2. C. de
iure fiſci lib.10.ex Alex.in l.hac conſultiſſima.§.ult.
colum.2.& 3.C.de teſtament.Dec.in l.ult. numer.3.
C.qui

C.qui admitti.Hippol.in l.de minore.§. pluriũ à nu-
me.ff.de quæſtionibus.
33 Notarius alteri proculdubio quærit. cõmune dicit
34 Panorm.in procem.decret.nu. 22. non tamẽ abſenti
uel per ſtipulationem directas actiones,ſed utiles tã-
tum quæret. commune inquiunt Alciat. in cap. cum
contingat.nu.234.de iur.iur. Viuius lib. 2.opin.227.
35 quin nec ſi abſentis nomine ſtipuletur,illi quidpiã an-
tea acquiret, quam abſens ipſe rem totam agnoſcat,
atque accipiat.commune teſtificantur Alciat.in d.ca.
cum contingat numẽ.237.Tiraq.de conſti. poſſeſſ.3.
part.limit.30.num.10.& ſeq.Did.à Couarru. in rub.
36 par.3.nu.13.de teſtam.Viuius lib.1.opin.77.quamuis
contrarium commune affirment Alex.numer.11.Iaſ.
col.5,ver.2.uidẽdum in l.ſtipulatio iſta. §.ſi ſtipuler.
ff.de uerb.oblig.Pariſ.conſ.69.num.136.& 148.cum
ſeq.lib.3.Crauet.conſi.50.colum.3.lib.1. latè Ioann.
Cephal.conſil.33.numer.8.& ſequen. quamobrem ſi
37 prius quiuis abeat, quàm rẽ geſtam agnouerit, illius
hæres nihil ex illa ſtipulatione nanciſcetur, nec eam
aliquo modo approbare, ac ſibi ipſi conciliare pote-
rit.commune proferunt Alcia.in l.2.§.ex his nu. 3.ff.
de uerb.obligat. Did.à Couarru.lib.1.reſolu.cap.14.
num.11.& ſeq. Viuius lib.1.opin.227. & in locis ſupe
rius laudatis.
38 Notarius non aliter in teſtibus numerabitur,quàm
ſi à iudice exploretur,ac diligenter examinetur. com
mune inquiunt Matth.ab Afflict. deciſ. 25. Franciſc.
Marc.deciſ.144.
39 Notarius quin de re ſibi ipſi debita inſtrumentum
concinnare poſsit,nihil omnino uetat. commune po
no ex Ang.in §.idem iuris nu.32.inſti. de excep. Iaſ.
in l.ſciendum col.2.ff.de uerb.oblig.Felin.in cap.ſcri
pturam,nu.ult.de fide inſtrumen.
40 Notarius ſi eum ritum, uel ſolennitatem interue-
niſſe afferat,quæ inſtrumenti tẽpore interſeri non po-
tuit,nullam fidem merebitur. commune aio ex Iaſ. in
l.ſciendũ nu.12.ff.de uerb.oblig. & in l.nequicquam.
§.ubi decretum.col.pen.ff.de offic.proconſ.Felin. in
cap.ſicut num.27.de re iud.Ant.Burgen. in cap.cũ di
lecti col.2.ad finem de empt.& uend.Ferret.caut.ult.
Alciat.de præſumpt.reg.3.præſump.10.col.1.& ſeq.
41 quinimo ſi faciendi teſtamenti tempore illum, qui id
exarauit ſcribive iuſsit, mente conſtitiſſe affirmaue-
rit,nulla ipſi fides adiungetur. commune dicunt Iaſ.
in l.Senium,nu.6.C.qui teſtamen.face.poſſ. Ioan.di
loſt.de art.teſtand.caut.6.numer.3. Viuius latè lib.1.
opin.373.
42 Notarij ſignum inſtrumentis apponi neceſſe non
eſt,quamuis ad comparationem conducat.commune
43 inquit Alex.in rub.num.44.ff.de nou.oper.nunc.at il-
44 lius titulus & neceſſarius eſt,& niſi probetur, nõ præ
ſumitur.commune affirmant Boer.deciſ.36.nu.7.Al
ciat.in tract.de præſumpt.regu.3.præſum. 13.nu.15.
Crauet.de antiquit.temp.par.3.numer.18.late tradit
an idem in antiquis & antiquiſsimis inſtrumentis
proceſſurum ſit.
45 Notarij fides uacillat ac ruit,ſi in cauſis criminali-
bus aliter ſe depoſuiſſe teſtis iuret, quàm ab illo ſcri-
46 ptum fuerit,tametſi lõge aliud ius in cauſis ciuilibus
ſit.commune inquiunt Grammat.deciſ.60.nu.18.Io.
de Amicis conſi.119.nu.5.latè Viuius li. 2. opi.105.
& qui id rectè explicat Iulius Clarus in pract. §.ulti.
quæſt.53.quintus eſt caſus. at falſi notarius tenebitur
47 & cùm falſum inſtrumentum fabricatur, & cum ali-
48 quid inſtrumento inſerit, quod reapsè uerum nõ eſt,
49 & cum de re illicita inſtrumentum exarat, & cùm de
50 nique ſe rogatum de inſtrumento conficiẽdo negat,
de quo reuera rogatus fuit. ut frequenter placita co-
pioſè oſtendit, alia ad materiam appoſita ex receptis
interpretum ſententijs elegãter tractans Iulius Cla
rus in d.pract.§.falſum à uer.fabricaua falſum inſtru
mentũ, cum compluribus ſequentib. nõ tamen antea
51 Notarius officio priuatus cenſetur,quàm falſi dãna-
tus ſit.commune pronunciat Alex.in l.ſi quis ex argẽ
tarijs.§.1.nu.6.ff. de edendo.
52 Notorium,ut doctores fantur, dicetur crimen il-
lud,quod nulla tergiuerſatione celari poteſt.commu
ne ait latè & accuratè notorij materiam ex receptis
interpretum opinionibus explicans Iulius Clarus in
pract.§.ult.quæſt.9.
53 Nouatio etſi expreſsim non fiat, facta tamen cenſe
bitur,ſi uerus delegantis debitor delegetur,& inter il
lum met,& creditorem,cui ipſe delegatur,ſtipulatio
intercedat.commune ponunt Cagnol.nume.167.Bo
lognet.nu.93.in l.ſingularia.ff.ſi cert. petat. Mandel-
lus.conſi.20.num.10.& num.13.non tamen huiuſmo
54 di nouatio præcedentem obligationem tollet, ſed ex
ceptione tantum ſubmouebit. commune dicit Porc.
in §.præterea col.2.poſt med.& num.12. inſtit.quib.
mod.tollit.obligat.
55 Nouerca & in ius ſine uenia uocari, & famoſis
actionibus poſtulari à priuigno poteſt. commune in-
quit Andr.Alciat.in l.1.C.de in ius uocando.
56 Nullum ſi quidpiam eſt,& tamẽ illud idem denuo
fieri debere conſtat,retractari,ac reuocari nec debet,
nec poteſt.ut commune doctorum placitum renũcio
ex ijs,quos laudat Aymon Crauet. conſil. 65. incipit
Sorores,colum.2.& cõſi.140.in cauſa ſpolij ad finẽ.
& latius conſil.189.in cauſa appellationis colum.2.
numer.6.
57 Nuncio publico in ijs duntaxat rebus fides haben-
da eſt,quæ ad illius officium ſpectant. commune in-
quiunt Alciat.de præſumpt. reg.3. præſumpt.14.nu-
me.10.Marant.de iudic.par.7.prin.num.534.Viuius
lib.1.opin.228.
58 Nuptiæ ad certum aliquod tempus inhiberi cõdi-
tione poſſunt. ut frequenter placitum aſſerere auſim
ex Aret.conſil.67.Alex.ac Iaſ.in l.turpia §.1.ff.de le-
gat.lib.1.Iaſ.in authen.cui relictũ nu.3.C.de indict.
uiduit.tollen.Felin.in cap.ex parte col.2.de conſtitu
tio.Soc.in l.mulieri,& Titio nu.11.ff.de condi.& de
monſtr.& Dec.in l.nuptias nu.9.ff.de reg. iu.Rip.in
59 rub.num.21.C.de ſecund.nupt. quamuis aperta Papi
niani authoritas reluctari uideatur in l.cum tale,71.
§.reſcriptum.ff.de condi. & demonſt. in uerbis illis:
Ne quod omnino nuptijs impedimentum inferatur,
ſed ea de re latius alibi.
60 Nuptiarũ conditio intra trienniũ à teſtatoris mor-
te expleatur neceſſe eſt.ut frequens interpretum dog
ma conſtituo ex Iaſ.nu.6.Ioan.Baptiſt.de Sanct. Se-
uer.ac Lancel.Dec.in prin.ad l.2.C.de inſtitu.& ſub-
ſtitu.Guliel.in ca.Raynutius uer. cuidam Petro n.4.
de teſtamen.Caſſan.in conſuet. Burgun.rubr.7.§.22.
61 fol.27.col.2.tametſi cõtrarium dictare uideatur lucu
lenta Martiani doctrina in l.conditionum. 90. ad fin.
62 ff.de condit.& demonſt. cenſebitur autem religionis
ingreſſu nuptiarum conditioni ſatisfactum, quamuis
aliud expreſsim teſtator caueat. cõmune dicit Hipp.
in l.una num.45.C.de rapt.uirg.
63 Nuptias cũ alicuius conſilio contrahi iubẽs cõdi-
tio & honeſta habetur,& ſeruari omnino debet. com
mune fantur Aymon Sauil.conſ.1.nu.7.Guliel.in ca.
Raynutius, uer. qui cum alia matrimonium contra-
hens,nu.88.de teſtam.amplè Did.à Couarr. in tract.
de ſponſal.2.part.cap.3.§.8.nu.3.
64 Nuptias primas quæ cõditiones impedient, ſeu in
65 uirginibus, ſeu in ijs fœminis, quæ uel nuptæ qui-
66 dem,ſed non mulieres factæ ſunt, uel uirginitate o-
ptima mulierum dote, ſpoliatæ nunquam nupſerunt,

nihil prorſus ponderis,ac momenti habebũt. ut rece
ptiſsima interpretum placita dicit Eman. à Coſta in
l.cum tale §.ſi arbitratu limit.ultim.ff. de cond.& de
monſtratio.
67 Nuptias ſecundas,quæ mulier intra luctus annum
inierit, nullas hodie iuris cæſarei pœnas induet. cõe
aiunt Io.Coraſ.lib.3.Miſcell.cap.1.num. 6.latiſsime
68 Did.à Couarr.in tract.de ſponſal.2.par. cap. 3.§.ult.
nu.4.nõ tamen eas euadet pœnas, quæ in liberorum
gratiam ſanctæ ſunt.commune ponunt Dec. cõſi.83.
& conſ.230.& in cap.eccleſia nu.38.de conſti.Ioan.
de Garon.in l.1.nu.75.C.de ſecund.nupt.Ioã.Coraſ.
ubi ſupra.Did à Couar.d.cap.ult n.5. Ioan.dilect.de
art.teſtand.tit.6.caut.18.Franciſ.Viuius lib.1.opinio.
69 324.excipe ni uiri conſenſu matrimonii ſecundi iu-
gum ſubierit. commune inquiunt Dec.in appellato
ea.nu.35.Rip.in l.fœminæ nu.19.C.de ſecund.nupt.
70 quod tamen intellige tunc demum proceſſurũ, cum
mulier nullos liberos ſuperſtites habuerit. quippe
quia alioquin & illorũ cõſenſus exigetur.ut frequen
ter placitum affirmat Coraſ.in l.filium quem, nume.
30.cum ſequen.C.famil. ereiſcun. & qui idem ad ui-
rum profert Viuius ubi ſupra. quanuis in utro neuti-
quam id admittendum alibi latiſsime demonſtro. ue
71 rum tamen nihilominus certum eſt atque explora-
tum, quòd quà fœminæ quà uiri ſecundis nuptijs ſe-
ſe irretientes aſſeruare tenẽtur prioris matrimonij li
beris quæcunque commoda ex alterutris bonis con-
ſuetudine,lege,uel alia gratuita cauſa ob illud conn
gium ad illos effluxerunt. ut commune teſtantur ſu-
pra iſto eod.nu.laudati uer. non tamen eas & Rip.in
l.fœminæ numer.59.quæſt.22. & nume.63.quæſtio.
23.C.de ſecund.nupt.Nicol.Arelat. in l.generaliter
nume.49.cum ſequen.illo eod. tit. magis commune
affirmant Ioan.à Garon.in auth. ex teſtamento nu m.
83.& ſequ.illo ipſo tit.& copioſè ac diligẽter Arius
Pinel.in l.ult.nu.2.C.de bon.matern.
72 Nuptias ſecundas ſi uidua contraxerit cui,ſi caſtæ
uitæ modum ſeruarit, uel à marito, uel à filio, uel à
quopiam mariti neceſſario aliquid legatum eſt, lega-
73 to ſtatim eo prorſus excidet: quanuis longè ſecus fu-
turum ſit, ſi ab alijs ſub ea uitæ conditione illud ipſi
relictum proponatur.cõmunia aiunt Iaſ.in l. ulti. C.
de indict.uiduit.tollen.Ioan.dilect.de art.teſtan.tit.
74 6.caut.39.ac prolixè Did.à Couarr.de ſponſal.2.par.
cap.3.numer.ult.& ſi perperam indiſtinctè contrariũ
receptum aſſerat Claud.in l.mulier.§.cum propone-
retur.ff.ad S.C.Trebell.
75 Nuptijs abſtinenti uirgini ſi centum legentur,ac ſi
illas ea contraxerit, alicui cœnobio uel cuipiam piæ
cauſæ eadem centum relinquantur, contractis nu-
ptijs non uirgini nuptæ,ſed piæ illi cauſæ legata cen-
tum præſtabũtur.commune ait Emanuel à coſta in l.
cum tale.§.ſi arbitratu limit. 10. nume 8.ff.de condit.
& demonſtratio. quanuis non immeritò à qua cuiuis
hærere poſsit.
76 Nuptijs inceſtis impoſita confiſcandorum bono-
rum pœna per authen.inceſtas.C.de nupt.etiam ho-
die ipſo iure abſque ullius declarationis interuentu
infligitur.commune affirmat Bermon. de concubin.
77 fol.54.nu.11.cum ſeq. non tamen uel illam pœnam,
uel aliam eo loci indictam is luet, qui iure canonũ in
ceſtas nuptias, iure ciuili non inceſtas contraxerit.
quod magis cõe humaniter ac diligenter oſtẽdit Fol
ler.in pract.crimin.Canon.fol.63.nume.95.quem re
fert,ac ſequitur Iulius Clarus in pract.§.inceſtus uer.
quæro, tametſi contrarium frequentibus doctorum
78 calculis exceptum ſcripſerit Deci.conſi. 156.num.2.
ad finem.quem & ijdem cum alijs citant, & non im-
meritò damnant.

79 Nuptui elocandæ fœminæ ſi quidpiam relinqua-
tur, atque eam uiuus poſtea teſtator in uiri alicuius
manũ minori dote, quàm legati ſumma eſt, dederit,
nõ omnino extinguetur. Sed reſiduum quatenus do-
tem datam legatũ ſupergreditur, peti poterit,ut fre-
quenter placitum pono ex Alexan. conſi.7.num.10.
lib.1.Soci.conſ.101.nu.3.lib.3.Iaſ.in l.filia.nume.3.
C.de legat.& in l.huiuſmodi.§. cum pater nume.19.
ff.de legat.lib.primo Dec.conſi.81.num. 6. Gulielm.
in cap.Raynutius uer.dotem.numer.14.de teſtamen.
Pariſ.conſi.61.nu.38.li.2.tametſi complures non le-
80 nibus argumentis in diuerſa omnia abierint. quorũ
familiam ducunt Raph.Cuman.num.7. Paul.num.4.
Imol.ad fin.in l.Lucius.1.ff.de leg.lib.2.ceteros ſup-
peditabit Camp.de dote par.2.quæſt.39.& Hipp.in
l.una num.27.C.de rapt.uirg.

O

1 Oblatio uerborum tenus tunc demũ
offerentem iuuat, cùm uel uẽditor ſolu
tionẽ recipere uelle abnuit, uel aliquis
2 uenditionẽ pignoris retardare nititur.
aliàs nec rebus in alijs generaliter, nec
in emphyteuſi proderit.cõia ponit Viuius lib. 1.opi.
230.& opin.231. quanuis uerius receptiusq; ſit em-
3 phyteutam ab emphyteuſis commiſsione ob illam li
berari.ut atteſtantur Soc.conſi.118.in fi. lib.4.Iaſ.in
l.2.nu.182. C. de iur.emphyteu. nec enim ad pœnas
tantopere feſtinandum eſt.
4 Officiales ſeu qui aliquo in republica officio fun-
guntur,non aliàs ante finitum officium accuſari pote
runt,quam ſi ea delicta commiſerint, quorum nomi-
ne euerti officijs debeant. commune inquiunt Aegi-
dius Boſsius in pract.tit.de offic.corrup. pecu.num.
34.Iulius Clarus in pract.§.ult.quæſt.16.uerſi.præte
rea quæro.
5 Officiales ſi mandatum principis temere aliquem
ſuſpendi iubentis exhauſerint, nullam idcirco ani-
mi labem incurrent.commune dicit ultra modum ea
in re principibus obſequioſus Cagnol. in l. uelle.nu.
15.ff.de reg.iur.
6 Officiales & eas iniurias cognoſcẽt,ac puniẽt,quæ
7 uel ipſis, uel alicui ex ipſorum familia, ſeu in eorum
8 officij opprobrium, ſeu ſaltem illorum officij ratio-
9 ne illatæ ſunt, aliàs uerò neutiquam. cõe inquiunt
Alexan.conſi.13.nu.10.lib.6. Iul. Clarus in pract.§.
ult.quæſt.35.uerſi.ult.
10 Officiales quæ ſibi ipſis officij tẽpore pepererunt,
ni contrarium expreſsim probetur, non perperà nec
ſordidè comparaſſe cenſentur, quamuis ad ſummas di
uitias peruenerint.commune aiunt Bertrand. conſil.
115.nu.8.lib.2. & qui eum laudat Iulius Clarus in
pract.§.ult.q.68.uer.officialis.
11 Officia, iuriſdictiones, & dignitates abſque cau-
12 ſa etiam princeps auferre poterit, niſi ſi uel pecunijs
illa diſtraxerit, uel ob præclarè merita elargitus fue
13 rit. communia ex compluribus iuris interpretibus
accurate digeſtis ponit non pœnitendus, præceptor
meus Arius Pinelus in rub.par.1.cap.2.num. ult.C.
de reſcind.uendit.
14 Omnium meorum appellatio iura, & actiones no
tat: ut frequẽter placitum effert præclarus legum do
ctor Arius Pinelus in rub.par.prima numer.7. C.de
bon.matern.
15 Operæ, ſeu laboratores,ut fantur interpretes, qui-
bus ritè enunciatur,ne agrum colãt,ſi aliter fecerint,
& ad omne damnum,& ad pœnam tenebuntur.com
mune pronunciat Dec.in l.uelle, numer. 3.ff. de re-
gu.iur.

Operas

16 Operas ſuas in perpetuum nemo non iure locat.
commune inquiunt Porci. in princi. nume. 6. inſtitu.
de uſufruct. Angel. in §. uſusfructus, numer. 1. eod.
tit. Did. à Couarru. in tract. de ſponſal. 2. par. cap. 7.
nume. 5.

17 Opinio, quæ conſuetudini probatur, cæteris omni
bus confligentibus præferri debet. commune dicit
Remig. de chatit. ſubſid. in quæſt. an eccleſia & cleri-
ci ſint immunes, reg. 240.

18 Opinionibus receptis tunc ſemper adhæreſcendū
eſt, cum ſingularis opinio potiori ratione euidenter,
ac liquidò non innititur. ut frequens effatum ponunt
Dec. conſ. 481. nume. 12. Bellon. conſi. 59. num. etiam
19 12. uel cùm aliorum ſententia cõſuetudine nõ proba
tur. commune inquit Remig. laudatus, numer. ſupra
20 proximo. uel denique cum grauiorum iuris auctorū
iudicium aliò non tetendit. commune affirmat Tur-
21 zan. opin. 160. in finem. quàuis latiſsimè ac perperàm
meo quidem animo contendat Viuius lib. 1. opinio.
182. ſemper ac mordicus communes opiniones eſſe
arripiendas. qui etiam illic latius diuagatur circa na
rias doctorū opiniones, atque illarū cẽſum. qua de re
nos alibi alia trutina ac menſura copioſius, & uerius.

22 Ordinarius iudex ob ęgritudinis cauſam & ea quę
ſunt meri imperij delegat. commune ait Curtius Iu-
nior in l. 1. nume. 81. ff. de offic. eius cui mand. eſt iu-
riſdictio.

23 Origo non inde rectè colligitur, quod aliquis uel
Hiſpanus uel Lombardus nocitetur. commune aiunt
Alexand. in rub. num. 9. ff. ſolut. matrimo. Boer. de-
ciſ. 13. num. 24.

24 Originis iudex in alibi gentium delinquentem, &
ſuo met ex officio poterit inquirere. cõmune pronun
ciant Did. à Couarru. in pract. quæſt. 11. num. 6. uerſi.
ſexto in hoc Syluan. conſi. 103. & qui complures com
mune id dogma aſſeuerantes hincinde colligit & pra
xi receptiſsimum atteſtatur Iulius Clarus in pract. §.
ult. quæſtio. 39. uerſi. ſed quæro. non illū tamen alijs
25 pœnia plectet, quàm uel ijs, quas loci, ubi deliquit,
ſtatuta inducunt, uel iur cõmune inſligēdas ſancit. ut
cum aliquam multis receptum affirmat idem Clarus
copioſiſsimè hac de materia agens in d. §. ult. q. 85.
uer. tertius eſt caſus.

26 Originis in loco nemo conueniri poteſt illic non
repertus. commune inquiunt Alexand. ad Bar. in l. aſ-
ſumptio. §. filius. num. 2. ff. ad municip. in l. cum quæ-
dam puella, num. 5. ff. de iuriſdict. omn. iud. Aegidius
27 Boſsius in pract. tit. de citat. nume. 30. at accuſari &
puniri ob patrata alibi crimina etiam nõ inuẽtus po-
terit. commune profert Iulius Clarus in pract. §. ult.
28 quæſtio. 39. in princ. non tamen eo in originis foro la
ta alibi ſententia probabit, quanuis indicium non le
ue gignat. cõmune ponit Iulius Clarus dicto §. ulti.
quæſt. 54. uerſi. ult.

29 Originem loci ſortitur uel caſu illic natus, ubi ma
ter per ſtatuta non erat. commune ait Iaſ. in l. hu-
iuſmodi. §. legatum, nume. 14. ff. de lega. libr. primo.
30 quod tamen ſic procedet, ut non idcirco illius loci
oneribus ipſe irretiatur. commune inquiunt Auguſt.
de Arim. in eodem. §. legatū Rip. de peſte par. 2. uer-
31 ſi. 18. atque eo ſanè modo communem ſententiam in
telligendam arbitror, qua originarius loci quis non
cenſetur, ubi caſu ſeu per trãſennam naſcitur. de qua
atteſtantur Boer. deciſ. 13. num. 52. Viuius lib. primo
opin. 307.

32 Oſculum ſufficientem atque idoneam adulterij
probationem ſuggerit, ut uel ob illud & adultera mu
lier cenſebitur, & dotem amittat. commune affir-
mant Bellon. in rub. nume. 81. C. de edendo. Viuius
lib. 1. opin. 447. & qui meritiſsimò diſſentiunt Did. à
Couarru. in tracta. de ſponſal. 2. part. capit. 7. §. 6. nu-
mer. 3. Iulius Clarus in pract. §. adulterium uerſicu.
ſcias etiam.

P

1 PACTVM nudū iure pontificio actionē
2 gignet, quanuis cæſareo haud gignat.
cõe dicunt Baptiſt. de S. Blaſ. in rubri.
decret. quæſt. 22. diſtin. 3. Corn. conſ. 2.
litera B. lib. 1. Alciat. in cap. cum con
3 tingat, nu. 173. de iureiur. late Viuius li. 1. opin. 234.
ſed & cum geminatum eſt actionem Cæſaream iure
creat. commune affirmant Alciat. in rub. nu. 14. ff. de
uerb. obligat. Viuius lib. 1. opin. 235.

4 Pactum à contrahentibus initum ne aliter quàm
teſtibus probatio fiat ualet, ac ſeruari debet. commu
ne inquit Hipp. in rub. num. 33. de probat.

5 Pactum dominij tranſlationem impedire nequit.
commune ait Curt. Iun. conſi. 164. num. 19.

6 Pactū de futura alterius ſucceſsione cõceptum uſ-
que adeo nullius momẽti eſt, ut nec iureiurando con
firmetur. cõmune inquiunt Gulielm. in c. Raynutius,
uer. duas habẽs filias, nu. 194. de teſtamen. Curt. Iun.
7 conſ. 25. num. 7. excipe niſi ſi uel de certa hæreditatis
parte fiat, ut frequenter placitū enunciant Curt. Iun.
conſi. 81. nu. 4. Bellon. conſi. 60. nu. 2. Ioan. dilect. de
art. teſtand. tit. 2. caut. 10. uel ir conſentiat, cuius de hę
8 reditate paciſcitur. commune ponit cum compluri-
bus Franciſ. Viuius lib. 1. opin. 133.

9 Pactum de non petendo quod uel filijsfam. Mace
10 doniani exceptionem habẽtibus, uel mulieribus Vel
leiano tutis factum proponitur, obligationem iure
ipſo extinguit. commune ait doctor meus Emanuel à
coſta in l. ſi ex cautione pag. 260. ad fin. C. de non nu
me. pecun.

11 Paraphernalia bona ſi poſita ĩ mariti dominio fue
rint, ſoluto matrimonio cõdici poterunt, alias & ſem
per in uxoris bonis cenſeri debent, & rei uendicatio-
ne repetentur. commune dicit Curtius Iunior conſil.
93. nume. 12.

12 Parentes ac reliqui maiores non fruuntur cõſtitu-
tione l. cū acutiſsimi C. de fideicommiſ. ut cõe ac ma
gis cõmune late ponit doctor meus Ant. Gomez de
teſtam. cap. 5. num. 33. uer. imo quod magis eſt.

13 Parentū legitima portio tertiā bonorū filij partē
iure cæſareo aufert. commune pronunciat copioſè
Did. à Couarru. in tract. de ſponſal. 2. par. cap. 8. §. 4.
14 num. 12. & ea ſic illis inſtitutionis titulo relinquenda
eſt, quemadmodū ij ſi ſuam liberis relinquere cogun
tur. commune aſſerunt Bertrand. conſ. 34. nume. 6. &
nume. 7. libr. 4. latiſsimè Iulius Clarus de teſtamen.
quæſt. 38. uerſi. ſed quid in filiaſam. ac Francis. Viuius
lib. 1. opin. 135. & opin. 316.

15 Parricidij crimine ac pœnis etiam ij tū mares, tū
fœminæ ſeſe obſtringunt, qui uel naturalem patrem,
16 uel naturalem filium, uel aliquem alium ex aſcenden
17 tibus, ſeu ex deſcendentibus naturæ uinculis ſibi tan
18 tū cõiunctū necauerint: uel aliquē ex tranſuerſalibus
ſibi ad quartum uſq; propinquitatis gradum neceſſa
rium de medio ſuſtulerint. ut frequentia doctorū pla
cita aſſeuerant Placa, & alij, quos cum eo accuratè re
cenſet Iul. Clar. de materia eleganter diſſerens in
pract. §. parricidium uer. quæro cum ſequent.

19 Partem debiti non recipit inuitus creditor. ut cõ-
mune ponunt Neguzant. de pigno. 2. par. 3. memb. 5.
par. princ. à num. 17. Tiraq. lib. 2. retract. §. 4. gl. 4. no
tant omnes in l. quidam æſtimauerint. ff. ſi cert. pe-
20 tat. etſi illic perperam à communi interpretum placi
to deficiant. Fulg. num. 4. Dec. num. 6. Alciat. num. 8.

idem Alciat.in l.5.§.& harum,num. 10.& ex his nu.
55.ff.de verb.obligat.contra quos inter alia ſtat.l.ob
ſignatio.C.de ſolut.& ab ſpeciali.l.cum hæres.§.item
decem.ff.de ſtat.lib.

31 Pater & filijs in poteſtate ſua poſitis, & emãcipa-
tis ſtipulari poteſt. cõe ait Iaſ.in l. quod dicitur, nu-
32 me.18.& in l.quodcunque.§.1.num.2.ff.de uerb.ob-
lig.nec ſibi dominium rei in ſtipulationem deductę,
ſed filijs quæſiſſe cenſebitur. commune affirmant
Alexand. ac Iaſ. in d.l. quod dicitur. Viuius libr. 1.
opin.138.

33 Pater ſi filio ſuo in poteſtate adhuc poſito donaue
rit, naturaliter ad id re perficiendum, quod uerbis
concepit, obligabitur.commune ponit Ioan.Coraſ.
in l.frater à fratre. §. quæſitum.numer. 46.ff.de con-
dictio. indeb.& uide quæ uer. donatio ſuperius ob-
ſeruantur.

34 Pater ius filio ſemel quæſitum nec tollere, nec im
minuere potis eſt, quãuis uel ſtipulatione ab illo con
cepta ius illud filius pepererit. commune aiunt Iaſ.
cõſi.113.lib.1.Ioan.de lect.de art.teſtãd.tit. 1.caut.8.
35 num.2.tametſi contrariũ perperam multis arriſerit.
quod etiam commune ponunt Alexand. in l. adopti-
uum.§.patronum.ff.de in ius uocand.Iaſ. ſibi aduer-
ſus in l.2.quæſt.23. C. de iur. emphyteu.idem Iaſ.ac
Socin.uterque colum.6.in l.qui Romæ.§.Flauius. ff.
de uerb.obligat.Rip.in l.ult.quæſtio.65.C.de reuoc.
36 donat.Iniuriam tamen filio factam pater abſque du-
bio poterit remittere: ut commune renuncio ex Iaſ.
in l.contra iuris.§.ſi filius,nu.15.ff.de pact. Boer.de-
ciſ.120.Capel.Tholoſ.quæſtio.241.Catald.de ſynd.
num.128.Iulius Clarus in pract.§.ult. quæſt.58.uerſ.
37 quæro nũquid.Franciſ.Viuius lib.2.opin.216. quod
tamen nõ procedet,ſi huiuſmodi iniuria, de cuius re-
miſsione differitur,à coniuncta aliqua perſona fuerit
illata. ut frequenter placitum eſſe conſtat ex Iaſ. at-
que alijs ubi ſupra.ex Roman.ſing.573.& in l.diuus,
nume.2.ff.de ſicar. atteſtaturque utrunque commu-
ne interpretum dogma, quanuis utrunque cordatè,
ac diligenter improbet Arius Pinelus in l.1. part. 3.
num.105.C.de bon.matern.

38 Pater ſi pro filijs promiſerit,aut quouis modo in-
teruenerit,tum cõueniri, tum excuti ante illorum cõ
uentionem,atq; executionem poterit. commune aiũt
Pyrrh.Glebr.in l.2.C.de decur.lib.10. Viuius lib.1.
29 opin.239. quin & abſque ulla interuentione obliga-
ri ſtatuto pater poterit,tũ pro filij mercimonia exer-
centis contractibus, ut commune latè ponit idem Vi
30 uius eodem lib.1.opin. 299. tùm pro quibuſuis eiuſ-
dem filij delictis.quod frequenter interpretibus pro-
bari memoriæ tradiderunt Hipp.ſing.481.Iulius Cla
rus in pract.§.ult.q.86.uer.ualebit igitur. Viuius d.
lib.1.opin.291.

31 Pater tum aduentitijs,tũ maternis filij bonis,quã-
32 diu uiuet,utetur,ac fruetur: nec ſi uel filius commu-
33 ne interim naturæ debitum agnoſcẽs è uiuis migret,
34 uel clericus teſtamentum fecerit, uel denique liber
ratione aliqua euaſerit, uſu illo fructu propterea pa-
ter labetur.communia ait diligenter, atque appoſitè
meus iuris doctor Arius Pinelus in l.1.part.2.nu.39.
35 & ſequentib. C. de bon. matern. non tamen idcirco
quidquam prohibuerit,quin hodie mutuis ſe ſe obli-
gationibus pater, ac filius in aduẽtitijs hiſce bonis ir
retire poſsint.commune proferunt Iaſ.lect. 1.nume.
37.Caccialup.nume.39.in l.frater à fratre. ff.de con-
dict.indeb. Viuius lib. 2.opinion.219.

36 Pater filio conſenſum per epiſtolam rectè præſtat.
commune dicit Anton.de Tremor. in addit.ad Bon.
in pract.exception.in rub.qui.mo.ciui.num. 15.uer.
uerum non puto.Villalob.in ſua collect.

37 Pater ſi filius hæres ab alio inſtitutus hæreditatem
repudiet,illam iure adire poterit. commune dicit An
ton.de Tremor.in addit.ad Bon.in rub.quib.mo.ciu.
38 numer. 18. uer. pro mortuis reputantur. quod uſque
adeo uerum eſt, ut & uulgarem ſubſtitutum pater ex
cludat.commune pronũciat Iaſ. in l.cum proponas,
num.12.C.de hæred.inſtit.

39 Pater non ſolum pontificio, ſed etiam cæſareo iu-
re filios tùm naturales, tùm ſpurios alere cõpelletur.
commune inquiunt Alciat.in rub.nume. 2.ff.de uer-
40 bo.oblig.Viuius lib.1.opin. 238. non tamen uel eos,
uel etiam iuſto matrimonio ſuſceptos alere cogetur,
ſi ſibi ipſi alimenta comparare poſsint.commune ef-
fert Curt.Iun.conſi.148.num.5.

41 Pater filiorum tutor & cauere, & alia generaliter
tutorum onera neceſſariò ſubit. commune aio ex
Corn.in l.cum oportet.§.ſed cum tacitas.C.de bon.
quæ lib.Iaſ.in l.præſes,num.3.C.de tranſact. Firmia.
de epiſc.num.63.Crot.in l.frater à fratre, num.56.ff.
de condict.indebit.Caſſan. in conſuetud. Burgund.
42 fol.224.col.3.at ſi legitimus adminiſtrator fuerit, ſa
tiſdationi regulariter obnoxius non erit. commune
inquit diligenter diligens profectò iuris anteceſſor
Arius Pinelus in l.1.par.2.nu.67. C. de bon.matern.

43 Pater legitimus adminiſtrator & ante litis cõteſta
tionem rectè ac ritè procuratorem conſtituet. com-
mune faciunt Alexand.nume.6.Iaſ.num.4. in l.neque.
C.de procurat.Angel.in §.ſi autem,nume.7. inſtitu.
de ſatiſda.Curt.in l.præſes.nume. 14. in finem. C. de
tranſact.Tiraquell.in l.ſi unquam in princip. nu. 29.
44 C.de reuocand.donat.neceſſarius tamen eam in rem
filij conſenſus erit,ut frequentius interpretum placi-
tum oſtendit Arius Pinelus in l.1.part.2.num.66.C.
45 de bon.matern. quamuis contrarium commune pro-
nuncient Imol.nume.3.Aret.nume.5. in l.ulti.§.pu-
46 pillus.ff.de uerb.obl.Sed & præterea pater legitimus
adminiſtrator bona filij aduentitia ob neceſſariam
æris alieni cauſã ſine ullo decreto alienare poterit:
ut crebris doctorum ſuffragijs exceptum pono ex Ia
cob.in l.1.nume.5.C.ſi aduerſ.uendit.Tiraquell. in l.
ſi unquam in princ.nume.28.C. de reuoc.donat.Gu-
liel.in cap.Raynutius,uer.duas.num. 255.de teſtam.
Did.à Couarru.lib.1.uar.reſolut.capit.8.nume.6.po
47 terit item de eiſdem aduentitijs filij bonis ualidè ac
iure tranſigere, tametſi nullo ad id decreto muetur,
ac muniatur. commune dicunt Caccialup. de tran-
ſact. quæſt. 7. Arius Pinelus non ſine aliqua laudis
præfatione nominandus in d.l.1.par.3.num.46.C.de
bon.matern.

48 Pater legitimus adminiſtrator nec à filio emere,
nec filio uendere prohibetur, ſi tum bona fide, tum
palàm coram iudice,ac propinquis id faciat. commu
ne dicit Ant.Gomez de teſtam.cap.2.nu.2.in fin.

49 Patri priuilegia,quæ illi ob duodecim liberos con
ceduntur, liberorum morte haud ruunt. commune
proferunt Alciat.in tract.de præſump. reg. 2.præſum
pt.21.latè Viuius lib.1.opin.236. indulgetur autem
illi omnium munerum, & collectarum tùm perſona-
lium,tum patrimonialium immunitas. ut cum com-
muni latè proſequitur Viuius ubi ſupra.

50 Patria in filios poteſtas ob præcedentem illorũ ex
poſitionem non conuellitur.commune inquit Anto.
de Tremor.in addit.ad Bon.in pract. except.in rubr.
quib.mõ.ciui.num.13.uer.lex ſecunda.quin nec ordi
nibus præſulis dignitatem non conuenientibus eua-
neſcet. commune a Iaſ.in l.patre furioſo. nume.5.
51 ff.de his, qui ſunt ſui, uel alien. iur. Competit autem
æquè omnibus hebræis atque Chriſtianis, iuxta fre-
quens interpretum placitum, quod ſuperius retuli
uer.iudæus.

Patre-

52 Patronatus ius (de quo iam ſuperius uer. ius patro
natus) ſi uendatur, nec amplius priſtino patrono, nec
deinceps emptori competit, ſed prorſus intercidit.
53 commune ait Prępoſ. in cap. qui ſtudet. 1. q. 1. num. 3.
quamuis ad extraneos hæredes ritè tranſeat. commu-
ne ponit Abb. conſ. 54. uidetur, colum. 2. in finè lib. 1.
54 atque ideo etiam in fiſcum ob generalem bonorum
proſcriptionem transferatur. ut latè receptum teſta
tur accuratè id declarans Iul. Clar. in pract. §. ult. q.
55 78. uerſ. quæro modo. non tamen idem erit ſi ob læſæ
maieſtatis crimē bona fiſco addicātur. quia ea in ſpe
cie non fiſco cum bonis cæteris, ſed legitimis priſtini
poſſeſſoris hæredibus deferretur. commune pro-
nunciant Gygas in tractat. de crimin. læſ. maieſtat. in
rub. de pœnis committ. crim. læſ. maieſt. l. 2. quæſ. 4.
56 & Marc. Mant. conſi. 5. quin nec in fideicommiſſa-
rium transferetur, ſed penes ipſum hæredem re-
manebit. commune dicit Anton. Gomez de teſtam.
cap. 5. nume. 29.

57 Pauper ecquis ſit in iudicis arbitrio ponitur. com-
mune eſſatur Dec. in cap. ſedes, num. 25. de reſcrip.
Bellon. conſi. 15. Hippol. in l. quæſtionis modum, nu-
me. 8. ff. de quæſtion.

58 Pauper ſi uel præſumptione, ac præiudicio aliquo
polleat, uel aliqua ſententia uictor iam euaſerit,
tùm ex bonis, quæ petit, alimenta conſequetur, tùm
ad eam litem omnino perficiendam ſumptus, atque
expenſas a diuite aduerſario ſtatim excudet. ut fre-
quens interpretum placitum conſtituo ex Guid. Pa-
pæ deciſ. 561. in princ. Rip. in l. 2. num. 4. ff. de re iud.
Alciat. reg. 3. præſumpt. 2. num. 9. & num. 10. Rebuf.
tom. 1. ad conſtit. Gallic. tit. de ſenten. prouiſ. num.
103. Palat. Ruu. in rep. cap. per ueſtras. §. 39. de do-
nat. inter uir. & ux. Boer. deciſ. 324.

59 Pauperes ac leues aliæ perſonæ teſtimonium in cau
ſis criminalibus non dicent. commune aiunt Soc. re-
gul. 289. Ioan. de Amicis conſ. 79. nume. 9. Iulius Cla
rus in pract. §. ul. quæſt. 24. uer. quæro etiam.

60 Pauperibus ſi quod poſt eius mortem reſtituere fi
deicommiſſum aliquis debet, illud eiſdem in ſua ip-
ſius uitā non rectè reſtituet. commune inquit Dec. in
61 l. cum tempus, nume. 2. ff. de reg. iur. ubi tamen Ca-
gnol. num. 6. contrarium receptum aſſerit, tu hanc in
rem uideto, quæ ſuperius obſeruo uer. hæres.

62 Pax ſemel ab aliquibus inita nō ideo ſtatim rupta
cenſebitur, quod cauſa aliqua de nouo ſuperuenerit.
63 commune aiunt idem in inducijs procedere affirman
tes Alexand. in l. qui inſulam col. 1. & ſequent. ff. de
uerbo. obligat. Petr. de Beninted. deciſ. 65. Viuius li.
2. opinion. 223.

64 Pacem, qui cum alio facit, atque iniuriam, & uio-
lentiam remittit, non idcirco uel illatum damnum,
uel id quod intereſt, rem iſſe intelligitur. commune
ait Io. de Amicis conſi. 88. num. 14. & hanc eādem in
rem uideto quæ ſuperius obſeruo uer. iniuria.

65 Pacem cum patris occiſore cōtrahere, ac ueniam
illi indulgere tùm tutor, curatorque pupilli filij poſ-
ſunt, ut commune aiunt Turzan. opin. 32. Io. de Ami
66 cis conſi. 88. nume. 1. tum pars hæredum maior, tum
67 denique ipſe minor abſque ulla tutoris, curatoriſuè
authoritate poterit. communia inquiunt Ioan. de
Amicis ubi ſupra, ac Franciſc. Viuius lib. 1. opin. 203.
colum. 2.

68 Pacem ſemel ritè initam licet alter rumpat, alteri,
cui rupta eſt, infringere integrum nō erit. commune
ait neſcio quo ductus ſpiritu Franciſ. Viuius lib. 2. o-
69 pin. 224. ſi quidem contrarium uerius, æquius, ac me-
lius eſt, & proculdubio receptum, ut teſtificantur Ale
xand. conſi. 115. num. 7. lib. 4. idem Alexand. nume. 6.
Claud. nume. etiam 6. in l. cum proponas. C. de pact.
Corn. conſi. 42. litera F, lib. 2. Pariſ. conſi. 164. nu. 13.
lib. 4. Cephalus uir eruditionē, ac doctrina non pœni
tendā conſi. 35. nume. 27. lib. 1. ac Iul. Clarus in pract.
§. ult. quæſt. 47. uer. ſed quoniam.

70 Peculium caſtrenſe etiam hodie non adiudicabi-
tur fiſco ob filij delictum bonorū proſcriptione mul-
tandum ſed illius patri integrum, illibatumque ſer-
uabitur. commune pono ex Alexand. in l. ſi finita. §.
ſi de uectigalibus, nume. 49. de damn. infect. Iaſ. in l.
3. §. filius, col. 1. ff. quod quiſque iur. & in §. actio-
nes autem de peculio, nume. 62. inſtit. de act. Boer. de
ciſ. 7. num. 41.

71 Peculij ſeu de peculio actio perſonalis eſt. commu
ne aiunt Soc. col. ult. Iaſ. nume. 33. in l. frater à fratre.
ff. de condict. indeb. Iaſ. rurſus in §. actiones, num. 18.
inſtit. de action.

72 Pecunia quæ mutuo data eſt, ſolui alterius formæ
nummis poteſt, niſi ſi damnū ſibi inde conſtari cre-
ditor oſtenderit. commune aiunt Math. de Afflict. de
ciſ. 90. nume. 2. Purpur. in l. cum quid. nume. 164. ff.
73 ſi cert. petat. quin & præterea ſi quam mutationem in
intrinſeca bonitate patiatur, in ea prorſus forma ſolui
debebit, quæ tempore contractus erat. ut frequenter
placitum renuncio ex Purpur. ubi ſupra, nume. 170.
Curt. Iun. conſi. 24. per totum. Anton. Rub. cōſi. 17.
& conſi. 75. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. gloſ. 18. à nu.
26. Aym. Crauet. conſi. 47.

74 Pecunia ſi ſimpliciter detur, non animo donandi
data cenſebitur. cōmune dicit Soc. in l. cum quid.
75 ff. ſi cert. petat. imò potius data mutuo præſumetur.
76 commune illic ait Alexan. & pono inferius, nume.
80. excipe tamen ut ſecus ſit. ac donata credatur, ſi
paruæ ſumma conſtet. commune ſcribit Palat. Ruu.
in rep. rub. col. 30. §. 15. nume. 1. de donat. inter Vir.
& uxor.

77 Pecunia teſtamento legata eo ualore ſolui debet,
quo teſtamenti tempore, non quo ſolutionis tempe-
ſtate cenſebatur. commune inquit Arius Pinelus in
rub. part. 1. cap. 3. nume. 22. cum ſequen. C. de reſcio-
78 dend. uendit. quod idcircò obſeruandum eſt, quia
uel princeps ſolus abſque ullo populi conſenſu pecu
niam mutare poteſt. commune dicit Boer. deciſ. 227.
79 nume. 7. qua tamen in re ſemper cauſa aliqua proba-
bilis, uel reip. utilis uerſetur neceſſe eſt, ut alibi latiſ-
ſime oſtendo.

80 Pecunia ſi numerata, & nō obſignata alicui ſeruā
da tradatur, contrahi mutuum in re dubia non depo
ſitum uidebitur. commune pronunciant Alexan. nu.
6. Alciat. nume. 21. in l. 2. ff. ſi cert. petat. Purpur. num.
74. in §. mutui datio eiuſdem l. 2. Rip. in l. ſi uentri. §.
81 in bonis, num. 2. ff. de priuil. cred. Secus tamen erit ſi
uel expreſſim, uel per coniecturas probabiliter con
ſtare poſſit dominium huiuſce pecuniæ transferri cō
trahentes uoluiſſe. ut frequenter placitum affirmare
auſim ex Alexand. num. 13. Soc. nume. 36. Purpur. nu.
139 in l. cum quid. ff. ſi cert. peta. Rip. in d. l. 2. nume.
24. ff. illo eodem tit.

82 Pecunia in ijs rebus, quæ ſeruando ſeruari neque-
unt, generaliter numeratur. commune ponunt Iaſ. ac
Rip. in l. 1. §. tunc quæſitum. ff. ad Senatuſconſult. Tre
bel. Iaſ. in l. interdum, num. 3. ff. de condict. indeb. latè
Andr. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. gl. 7. nume. 103.
83 quamuis contrarium uerius longè ſit, ut eleganter &
efficaciter oſtendit doctor meus Arius Pinel. in l. 1.
84 par. 2. num. 42. C. de bon. matern. Sed non idcirco ta-
85 men pecunia in rebus immobilibus cenſebitur, quod
86 uel cambijs, ut ſermo eſt, tradita ſit, uel rerum immo-
bilium emptionibus deſtinata fuerit. ut communo
aiunt. Iaſ. in l. cætera. §. ſed ſi parauerit, nume. 2. &
ſeq. ff. de leg. lib. 1. Soc. Nep. conſi. 120. nume. 18. li. 1.

Boer.deciſ.109.
87 Pecuniarum debitor non ſatisfaciet ſi uel auri,uel
argenti maſſam quantitate, & qualitate parem ſol-
uat.commune effatur And.Alciat.in l.2. §. 1.nume.
12.ff.ſi cert.petat.
88 Pecuniaria mulcta damnatus,ſi uel minimam mul-
tæ portiunculam ſoluendo nō ſit, corporis ſupplicio
illam luet,atque explebit.commune inquit Boer.de-
ciſ.349.nume.8. quod & alij aſſerunt relati ſuperius
uer.corpus,& inferius uer.pœna,
89 Penſionem uel annuam,uel ſemeſtrem, uel men-
ſtruam,qui ſeu pacto,ſeu quacunque alia ratione de-
bet,ſi tres ante ſolutiones ſuis ſtatis temporibus con
tinuatis ſe ſoluiſſe probauerit, & omnes ante actas
exoluiſſe præſumetur. ut receptum pono ex Bart.
Pla.Luc. de Pen. Alexan. ad Bartolum in l.quicun-
que.C.de apoch.public.lib.10.Bald.in cap.literæ in
fin.de dilat.Salicet.colum.3.Iaſ.nume.135.& 137.in
l.2.C.de iur.emphyt.Cremenſ.ſing.78.Dec.nume.5.
Alcia.in uer.annis in l.ſi certis annis,C.de pactis Ale
xan.Iaſ.& alijs in l.1.C.de fideicommiſ. Alexā. rur-
ſus conſi.105.num.1.lib.3.Curt.Iun.conſi. 96.nume.
5.Gulielm.in cap.Raynutius uer.abſque liberis in 2.
nume.185.cum ſequentib.Franciſ.Lucan.de fiſc.par.
2.nume.9.lib.5.Duen.reg.54.An. Gomez in l.60.tau
ri,nume.5.& de contract.cap.3.num. 13. uer.item ad
de in quorum deciſionibus,ac ſententijs una, eadem-
que prorſus ratio eſt.
90 Periculum omne qui uel iuratò in ſe recepit, non
ideo magis caſum fortuitum præſtabit, commune in
quiunt Rip.in l.ſi unquam,nume.10.C.de reuoc. do-
nat.Benuenutus Straccha de mercat.4. par.nume.7.
atque alij quos ſuperius refero uer. caſus.
91 Periculum rei debitæ poſt debitoris moram perē
ptæ ad ipſum debitorē ſemper ſpectat. ut eſt Bartoli
doctrina in l.quod te mihi,num.10.ff.ſi cert. petatur.
quam frequenter placitam atteſtantur illic Alexand.
num.8.Alciat.nume.15.Purpur.nume.28.Alexand.
rurſus in l.nemo.§. 1.in finem. ff. de uerborum obli-
92 gat.Matth. de Afflict.deciſ. 150.a nume. 6.ſi tamen
liquidò conſtiterit eodem prorſus modo apud credi-
torem fuiſſe interituram,lōgè aliud ac diuerſum iuſ
erit. ut receptum iam ponere auſim ex Fulgoſ.co-
lum.1.Aret.colum.penult.Iaſ.nume.18. Dec. lect.2.
num.50.Rip.num.29.Curt.Iun.num.34.in d. l.quod
te mihi, atque ex ſumma Ang.uer.mora,nume.2.Syl
ueſtr.in uer.reſtitutio.7.ad finem,Palat. Ruu.in rep.
cap.per ueſtras.fol.70.num.10.de donat.inter uir. &
uxor.Did.a Couarru.in cap.peccatum.2.par.§.6.nu
me.1.de reg.iur.li.6.qui cum Palud.in 4.diſtinct.15.
quæſt. 2. concluſ.4.in conſcientiæ foro recipiendum
aſſerit.
93 Periti de rebus ipſorum peritię commiſsis non a-
liter, quam iurati referre debent, commune aiunt
Ioan.Crot.de teſtibus.7.par.Viuius.libr.primo opi-
nion.169.
94 Periurium nunquam aliàs infamiam ipſo iure irro
gat,quam cum ex promiſsione de futuro non imple-
ta incurſum eſt.commune aiunt Panorm.Imol.& Fe
lin.in cap.teſtimonium de teſtib.Iulius Clarus ea ue
re latè agens in pract.§.periurium. uer. 1.
95 Periurium ab eccleſiaſtico iudice non à iudice po-
puli ordinario puniri poteſt.commune pronunciant.
Boer.deciſ.305.num.2.4.& 5.Viuius lib.1. opi.150.
96 in finem.Si autem neminem damno affecerit,& peie
rātis libertatē ſolū reſpexit, nulla alia pœna, quam
Dei ultoris metu uindicatur. commune efferunt Iaſ.
in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerint in 2.num. 1.ad
finem ff.de iureiurand.Ioannes de Amicis conſ.109.
97 in finem.Berous quæſt.134. nume.9.ſi quis tamen id
eſſe peccatum mortale negauerit, hæreſeos crimine
obſtringetur.commune ſcribit Bellon.cōſ.76.nume.
98 6.quin & periurium ab eo commiſſum, cui aduerſa-
rius in iudicio iuſiurandum detulit, non alio ſuppli-
cio,quàm Dei omnipotentis proculdubio uindicatu
ri terrore plectitur. cōmune affirmant Boer. d. deciſ.
305.nu.4.uer.quid dicendum. Berous d. quæſt.134.
99 nume.3.Aegidius Boſſ.in pract.tit.de perior.num.3.
qui idem in illis proceſſurum communiter receptum
ponunt, qui ſuſcepto iureiurando ſuper detegenda
criminum ueritate, quorum accuſantur, illud ſuſce-
100 perint,ac uiolarint. quin & peierantis crimen ac pœ
na eleuantur,& exinaniuntur,uel ſi periurium abſque
dolo commiſſum oſtendatur, ut receptum interpre-
tum dogma eſſe literis prodiderūt Iaſ. in l. uideamus
in princip.num.7.de in lit.iurand.Cagnol. num.185.
101 & ſequent. Claud. nume.41.in l.ſi quis maior.C.de
tranſact.uel ſi difficultas in concepto prius iureiuran
do contigerit.commune pronunciant Gomez,& qui
eum laudat Iulius Clarus in d.§.periurium uer. item
excuſatur.
102 Periurij reus non efficitur, qui poſitionem par-
tim ueram, partim falſam iuratus ſimpliciter negat.
uelut qui cum quindecim debeat, uiginti, quorum
petitione infeſtatur, ſe non debere ſimpliciter eiu-
rat.commune interpretum dogma atteſtantur Iaſ. in
l.1.§.ſed etſi mihi,num.10 ff.de uerb.oblig.Nic.An.
Grauat.lib.5.cap.14.nu.24.ad ueſtri praxim.
103 Periurus à teſtimonio dicēdo in omni cauſa repel
litur.commune dicunt Alb.in l.Lucius,nu.3.ff.de ijs,
qui notan.infam.Gyg.de crim.læſ.maieſt.q.11.nu.1.
104 nec iuriſiurandi copiam impetrat,ut mancam proba
tionem expleat.commune ait Soc.conſi.136.num.9.
105 li.1.& conſi. 155. li. 2. nec quicquā hic uel illic pro-
derit,quod qui periurij conuictus fuit,emendatus po
ſtea ſit. commune ſcribit cum multis Franciſ. Viuius
106 li.1. opin.357.proderit tamen,ut illa nō procedant,
107 ſi quis uel temere peierauit, uel illicitum iuſiuran-
dum conceperit,ac uiolarit. commune dicunt Abb.
in cap.teſtimonium, nume.7.de teſtib.Iulius Clarus
in pract.§.periurium uer.repellitur.
108 Permutatio de ſpecie tantum ad ſpeciem contrahi
tur,ut eſt Accur.doctrina in l.1. C. de rer. permut.&
in l.1.uer.nomen in fin.ff.illo eod.tit.quam communi
ter receptam eſſe conſtat ex Iaſ.in §.actionum,num.
92.& 98.inſti.de act. Iaſ.rurſus,nu.8.Rip. nu.25.in l.
2.ff.ſi cer.pet.Iaſ.iterū in d.l.1.nu,10.ff. de rer.pmu.
Corn.conſi.73.col.1.li.4.Fabian.in tract.de empt.&
uend.in 2.q.nume.25.Arius Pinelus in 2. part. Rub.
109 cap.1.nume.9.C.de reſcindend.uendit.placet tamen
& de genere ad genus ad permutationem contrahi,
& hoc permutationis nomen cum ſuis omnibus iu-
ris effectibus ei contractui competiturum. quippe
110 quia nulla alia differentia inter contractum do ut des
& permutationem,de qua agimus,poni debet,quam
quod cōtractus do ut des uice generis ſit,ac reliquos
contractus ſub ſe contineat, permutatio illi ut ſpe-
cies ſubijciatur,quod ſi ratio emptionis, & uenditio
nis, atque huius utriuſque contractus permutationis
ſcilicet, & do,ut des ſubducatur, ac differentiæ,quæ
inter hunc,atque illos ſunt,ſpectentur, eodem pror-
ſus loco ac numero haberi debent contractus do ut
des de genere ad genus & permutatio de ſpecie ad
ſpeciem inita. quemadmodum uerisſimè & fortaſsis
tam æquè frequenter arbitrantur And. Sic.in rub.de
rer.permut.Dec.lect.1.num.14.& lect.2.num. 12.&
lect.ult.num.18.Hierony.Butig.num.34.Purp.num.
45.Curt.Iun.num.29.Zaſ.nu.28.Alciat.nume. 23.in
l.2.ff.ſi cert.pet.Fortun.in l.iuriſgentium in prin.col.
10.ff.de pact. Gomez in §. actionum, num. 26.& ſe-
quentib.

quentib.inſti.de act.Io.Coral.lib. 11.Miſcellan.cap. 15.cum quibus facit text.in l.pen. C.de rer. permut. ubi Salice.id ſecure adnotauit. Sed hac de re alibi co
111 pinſius diſceptabitur. non autem ideo minus permutatio erit, quia precium aliquod intercedat, ſi permutandi mens, ac propoſitum contrahentibus fuit. commune inquit Boer.deciſ. 144. num.1.

112 Permutatio quamuis regulariter pœnitentiam admittat, tamen cur res uenalis pro re alia datur, nullo modo illam admittet ob uicinitatem, quam huiuſmodi permutatio cum uenditionis contractu habet. cōmune & uerū aſſero ex Bal. in l.2. nume.8.C.de rer. permutat. Alexand. in l.ſi pecuniam, nu.21.ff.de condict.ob cauſ. Soc. in rub.col.pen.ff.de uerb. obli. Iaſ. in l.ult.num.8.ff.de condict.ob cauſ. Iacob.de Nigris
113 nu.174.poſt Iaſ. in rub.ff.de uerb. oblig. nec item eadem permutationis ſpecies locum cōdictioni ob cauſam dabit, tametſi ab alterutro contrahentium adimpletum non ſit. ut receptum quoque affirmare non uerebor ex uero intellectu l.1.C.de rer.permut. quē frequenter etiam interpretibus placuiſſe conſtabit ex Paul.in l.2.nu.10 ff.illo eo.tit.ex Rip.nu.26. Alciat. num.23.Purpur.num.42.in l.2.ff.ſi cert.pet.Iaſ.in d. l.ult. num. 8.ff.de condict. ob cauſ.& l.1.in fin. ff. de æſtimat.action.in l.ſi eum.§.qui iniuriarum,num.39. ff.ſi quis caut.& in l.rogaſti,num.2.ff.ſi cert.pet.& in §.actionum,num.102.inſtitut.de action.atque Ar.Pinel.in rub.2.par.cap.1.nu.54.C.de reſcind.uendit.

114 Permutari beneficia non competit auxilium l. 2. C.de reſcind.uendit. commune effantur Did. à Couarru.lib.1.uariarum reſolut.ca.5.Arius Pinelus ad illam eandem l.part.1,cap.3, num. 16.

115 Perſonæ digniores quæ ſint, quæq; haberi debeāt, iuſto iudicis arbitrio ſtatuitur. commune prounciat Dec.in cap.ſedes num.7.de reſtit.ſpoliat.

116 Pignus conuentione datum, atque acceptum non antè uendi poterit, quam poſt moram à debitore admiſſam biennium prætерlabatur. commune inquiunt Alexand.num.6.& num.27.Iaſ.num.5.& ſeq.in l.de
117 bitoribus.ff. de re iudic. at prætorium pignus ob rei non comparentis contumaciam captum tunc uendi poterit, cum iudex arbitrabitur, cōmune effatur Neguzant.de pignor.6.par.1,memb,nume. 8. nihil au-
118 tem uetat, quin pactio & ualeat, & iuſta habeatur, ut
119 pignus iuſto precio emptum ſit, uel ſimpliciter, ut diſtrahatur, ni intra certum, ſtatutūque tempus debito ſatisfiat. communia produnt Tiraq. de retract. conuen.in fin.nu.136.& nume. 138. Arius Pinel. in rub. par.2.cap.1.num.26.C.de reſcind.uendit.

120 Pignus liberare debitor inuito creditore poteſt, ſi aliud æquè idoneum offerat. ut eſt Accurſij opinio in l.ſi Titio.ff.de pignorib. ſic uulgo & intellecta, & magis communiter probata quemadmodum apparet ex Cremenſ.ſing.54.Dec.in l.plus cautionis, nume. 3.ff. de regul.iur.& in l.2.§.mutui datio lect.1.col.ul.ff.ſi cer.petat.& in l.ſi pater.C.de collat.Neguzant.de pi-
121 gnor.1.membr.3.part.num. 21. Sed cōtrarium tamē meo quidem iudicio uerius eſt, & forſan non minus iam receptum. nam illud probare luculenter uidetur tex.in l.ſi rem ff.omnis.ff.de pignor. actioo.& tex.iūcta communi interpretatione in l.ſi mandato meo.§. 2.ff.mandat.arguendo de fideiuſſoribus ad pignora: ut faciat I.C.in l.qui autem.§.1.ff.de conſtit.pecu.affirmant autem id in terminis Aret.col.ult. Iaſ. limit. 21.rip.num.21.purpur.nu.201. in d. §. mutui datio, Cagnol.in d.l.plus cautioni.nume.6. nec gloſſæ auctoritas accuratè perpenſa quidquam oberit. ſed hac tota de re alibi uberius.

122 Pignus minus idoneum ſi quis acceperit, uel pignus operoſum iam alias acceptum cum alio uiliſſimi precij pignore commutauerit, nō opem ullam illi feret.l.2.C.de reſcind.uendit. ut frequenter placitum diſertis literis prodit doctor meus Arius Pinelus ad illam eandem l.part.2.cap.1.num.20.

123 Pignus ſi tanto obligetur precio, ut nulla ſolutionis ſpes ſit potius alienatum, quam pigneratum cēſebitur. commune dicit Soc.& qui eum laudat Fanēſ.
124 de pignor. part.3.membr. 3. nume. 10. quin & cum pro ſumma ipſius ualorem æquanti pigneratur, alienati loco habetur, ac ſi alioquin alienari prohibitum ſit, eam ob cauſam pœnis alienationi impoſitis locus fiet. commune dicit Ant.Gomez de teſtament. cap. ult.nume.39. colum. 3.

125 Plus petere non uidebitur, qui intra legitimum tempus miſerationis cauſa à iudice indultum egerit. commune inquit Anton.Gomez de contract.ca. 11. nume.2.uer. ſecundo differt.

126 Pœna illic imponēda non eſt, ubi a iure non imponitur, ut eſt celebris gl.authoritas in ca.ult. uer.ex ui ad finem de iure patron. quam frequenter placitā renuncio ex Dec.conſi.19.nume.3. Iaſ.in l.illam, nu. 32.C.de collat. Tiraque. in l.ſi unquam uer. reuertatur, nume.106.C.de reuocand.donat. Arius Pinelus in l.1.par.3.pag.95.colum.4. uer. infertur etiam .C. de bon.matern.& in l.2.part.2.ca. ult.num.13.C.de
127 reſcindend.uendit. Franciſ. Vio. lib.1.opin. 108.nec unquā ex ipſius delinquentis cōſenſu impoſita cenſetur. quemadmodum ueriſsimum arbitror, & commune nio ex Iaſ.in l.ſi tibi decē.§.quædam.ff.de pact. Palat.Ruu.in repet. Rub.§.61.nu.24.de donat.inter uirum,& uxorem. Bald.de præſcript. par.1.quæſt.7. Fortun. in l.legitima.ff.de pact.riquet. in rub.nume. 218.ff.de uerb.obligat. Iulius Clarus in pract.§. ult. quæſt.80. uer.ult.etſi alicubi Socratis authoritas apud Platonem maximè refragetur. quin & nuſquam
128 in conſcientiæ foro pœna debebitur, quamuis iure ipſo illam uel lex aliqua, uel canon indicat. commune dicunt latiſsimè Did.à Couarr.in tractat.de ſponſ.2. par.cap.6.§.8.nume.10. Iulius Clarus in d.quæſt.80. & d.uer. ult.

129 Pœna, quæ iure ipſo imponitur, hæredes uexat, ut eſt Bart.doctrina communiter recepta in l.una, num. 6.C.ex Delict.defunct.ubi Angel.colu.1. ac Dec. in l.pupillum.§.in hæredes, nume.4.ff.de regul.iur. Hippol.in l.una, num.65.C.de rapt.uirgin.atque alij paſſim atteſtantur.

130 Pœna in actu legibus aduerſo appoſita nullius mo
131 menti eſt, quamuis ea, quæ actui præter legem geſto additur ſummas uires habeat. commune ait Iaſ.in l. non dubium, num.59.C.de legib.

132 Pœna etſi tantum pecuniariam pondatur, ſi tamen fiſco applicetur, cauſa criminalis appellabitur. ut eſt Accurſij ſententia in l.3.uer.centum aureorum. ff.de ſepulc.uiol. quam frequenter placitam renuncio ex Alexā.in l.diuo Pio.§.ſententiam Romæ ff.de re iudic.Iaſ.num.12. Gomez,num.18.in principi.inſtitut. de actio.Platan.l.a.C.de ijs, qui ex ratio. li.10.Dec. lect.1.& lect.2.num.9.Rip.num.95.poſt Abbat.col. 2.in rub.extra de iudi.Iaſ.ac Iacob.col.1.in rub.C.illo eod.tit.& Iulius Clarus cum alijs in pract. §. ult. uer.quarta igitur fuit opinio.

133 Pœna cōuentionl in quācunque ſummam apponi poteſt, ſi expreſsim illius quantitas taxata ſubiungatur. uerbi gratia ſi quis ita ſtipuletur, promittis te mihi librū ſcripturū, & ni id feceris, ais te pœnæ nomine illi nummos daturum: & ſtipulatio & adiecta
134 ſtipulationi pœna proculdubio ualebunt. at ſi pœna per multiplicationis nomē promittatur non poterit duplum excedere, ut ni librum ſcripſeris, promittis duplum, triplumve, ac deinceps. quemadmodum receptiua

cepeius ait Porc. in §. alteri, num. 7. inſtitut. de inutil.
135 ſtipulatio. quanuis mihi longè magis probetur, quod
inibi cum Azone Accurſius uoluit, quocunque mo-
do quancunq; pœnam ſtatui poſſe. pro qua etiam ſen
tentia ſtant Græci. ut ex ſcoliaſte Harmenop. conſtat
tit. περὶ σημασίας ὀνομάτων §. μεταξὺ δὲ τῶ προσώπου καὶ
136 τῆς ποινῆς. pag. 421. & ſequen. ad finem. nec huiuſmo-
di pœna in uſurarum fraudem adiecta unquam cen-
ſebitur ſi illi applicetur, qui fœnerari nõ ſoleat, & a-
lijs in conuentionibus, quam in mutuo apponatur.
137 commune affirmat latè Turzan. opin. 71. illam tamen
aliqua in quantitate nemo cautioni inſerere generali
ter, ac regulariter tenetur, qui ad cautionem ſimplici
ter obligatus eſt. commune interpretum enũciatum
138 ponit idem Turzan. opinion. ultim. quin & præterea
tameſi pœna aliqua expreſsim paciſcatur, neminem
regulariter obſtringet, quem principalis conuentio
nõ ligauerit. ut eſt inſignis gloſſæ ſentẽtia in l. 3. uer.
Fauiana. ff. ſi quid in fraud. patron. quam receptã aio
ex Socin. conſi. 91. li. 3. Iaſ. in l. 2. §. ſi uir uxori nu. 18.
ff. de acquirend. poſſeſſ. & in §. fuerat colum. 7. inſti-
tut. de action. ex eodem Iaſ. nume. 3. Dec. num. 5. in l.
principalibus ff. ſi cer. petat. eodem Iaſ. nu. 36. Dec.
num. 20. & alijs recentioribus in l. certi condict. §. ſi
nummos. ff. illo tit. Rip. qui trifariã excipit in l. ita ſti
pulatus nu. 36. cum ſequentib. ff. de uerbor obligat.
Tiraquell. de conſtit. 3. part. limit. 7. num. 27. inſigni
139 Pinel. in l. 2. part. 1. cap. 2. nu. 16. C. de reſcindend. uẽ-
dit. Sed & deniq; quanuis pœna adiecta tum ualeat,
tum proculdubio incurſa ſit, eam tamen is non luet,
qui damnum omne reſarciet, quod alter ob illius mo
ram paſſus eſt. ut eſt notabilis gloſſæ doctrina in l. uti
que. ff. de recep. arbitr. quam receptam eſſe teſtatur
Alexand. in l. ſi Inſulam nu. 9. ff. de uerb. obligat. quã-
140 quam contrarium uerius receptius, atque uſu tritum
mihi eſſe uideatur. ſed hac de re alibi uberius.
141 Pœna capitalis ducitur ac dicitur exiliũ perpetu-
um: ut frequenter placitum latè ponit Did. à Couar.
in tract. de ſponſal. ſecunda part. cap. 7. nume. 16. &
uide quæ hanc etiam in rem obſeruaui ſuperius uerſi.
capitalis.
142 Pœna ſi iure ſtatuta ac determinata nõ ſit, illam iu
dex uſque ad mortem pro ſui animi arbitratu profer
re poteſt. commune inquiunt Marãt. de iudic. 3. part.
princip. num. 43. cum ſequen. poſt Dec. cum Barb. in
cap. ex literis num. 14. de conſtitut. Alciat. conſi. 372.
in finem. Bolenc. in rep. l. capitalium. §. famoſos nu-
mer. 29. ff. de pœnis, Viuius. lib. 1. opin. 179. ſed con-
143 trarium tamen uerius, humanius ac magis receptum
profectò eſt, quod frequenter placitum atteſtantur
Matth. de afflict. deciſ. 276. nu. 6. Grammat. conſi. 48.
numer. 2. Chaſſan. in conſuet. Burgund. fol. 43. num.
2. Felin. & qui eum refert Villalpan. in rep. l. 22. cap.
9. num. 4. Carauita ſuper 41. ritu magnæ Curiæ. num.
25. in fin. & qui alios laudat, atque hanc opinionem
longè præferẽdam ſuperiori uerißimè cenſet Iulius
Clarus in pract. §. ult. q. 83. uer. ſed quæro.
144 Pœnam pecuniariam qui luere nequit, luet corpo
ream. ut frequens interpretum dogma pronunciant
laudati ſuperius uer. condemnatus.
145 Pœnam alius pro alio nuſquam dabit. communẽ
regulam ponit, & latè atque accuratè illam ex rece-
ptis ſententijs explicat Iulius Clarus in pract. §. ult.
quæſtio. 86.
146 Pœnæ interdictionis aquæ & ignis, damnationis
147 ad metallum, deportationis, ac relegationis iam du-
dum exoluerunt, ut cum multis atteſtatur Iulius Cla
rus ex receptis interpretum placitis ſubiungens quæ
in illarum locum ſucceſſerint, in pract. §. ult. quæſt.
67. à uer. non eſt.

148 Pœnæ uariæ ſi ſigillatim ac ſeparatim uarijs deli-
ctis ſeſe confundentibus imponantur, ut arma de no-
cte portanti, in alium irruenti, atque alium percutien
ti: non omnes ſed una illarum duntaxat pendi debet.
ut eſt Accurtij ſingularis doctrina in l. qui de crimi-
ne. C. de accuſat. quam frequenter placitum affirmãt
Hipp. in l. ſi in rixa nu. 15. ff. de ſicar. & in l. una. num.
38. & nu. 54. C. de rapt. uirg. Iaffred. deci. 95. Viuius
li. 1. opin. 281. Iulius Clarus in pract. §. ult. quæſt. 84.
149 uer. alius eſt caſus. Sed & cum diuerſæ pœnæ à diuer
ſis legibus uni alicui delicto indicuntur, ſi illius flagi
tij reus poſtulatus unam aliquam uel minimam illa-
rum legum pęnam luerit, non amplius de eodem cri
mine arceſsi poterit, nec quatenus legũ ceterarũ ſup
plicium excurrit, amplius puniri. ut commune inqui-
unt Salic. in l. ſepulchra nu. 8. C. de ſepulc. uiolat. latè
Anton. Gomez de delict. cap. 1. nu. 39. Viuius lib. pri
150 mo opin. 279. ſi tamen pœnæ aliquot diuerſæ pendi
omnes debebunt, ac ſimul omnes dari nequierint,
eam illarum reus luet, quam iudicis arbitrium ſele-
gerit. cõmune ponit, & accuratè exponit Iulius Cla-
151 rus d. §. ult. quæſt. 99. uer. ult. quin & cùm pœnę alter
natim imponuntur, & uel utraque corporea eſt, uel
ſanctionis uerba ad iudicem referuntur, illarum op-
tio ad ipſum iudicem ſpectabit. cõmune dicunt Io.
de Anan. in cap. ſicut iudæi nu. 17. de iudæis. Abb. Pa
norm. in cap. à crapula nu. 4. de uit. & honeſt. cleric.
& qui rectè id explicat Iulius Clarus dicto §. ult. quæ
ſti. 85. uerſi. ſolet etiam.
152 Pœnæ aliquot ſi noua lege aliqua imponantur nõ
idcirco ſupplicium in eandem criminis ſpeciem lege
ueteri indictum abrogari cenſebitur. Sed enim tum
legis nouæ, tùm ueteris pœnæ infligentur. commune
inquiunt Abb. in cap. de cauſis nu. 14. de offic. dele-
gat. Angel. ac Sali. nu. 6. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul
chr. uiolat. Caccialu. in rep. l. omnes populi. nu. 9. ff.
153 de iuſti. & iur. excipe niſi nouæ legis uel ſtatuti pœ
na legis antiquæ uel communis iuris pœnæ par ſit.
commune pronunciat Hipp. in pract. §. quæritur nu.
154 6. quanuis ſemper ac generaliter uerius, æquius ſit in
dicta lege ueteri aut communi iure ſupplicia prorſus
ſileſcere, ubi uel ſtatuto, uel lege aliqua noua pœnæ
aliæ eidem crimini infliguntur. quod etiam commu-
ne affirmãt Alciat. conſi. 453. nu. 5. Blanc. in pract. cri
min. fol. 72. nu. 61. & ſeq. Grammat. conſi. 35. nu. 56.
Roland. conſi. 35. nume. 48. lib. 2. Viuius lib. 1. opin.
277. ac latius Iulius Clarus in pract. §. ult. quæſt. 85.
uer. debet etiam.
155 Pœnis corporeis nũquam locus eſt, ubi dolus nõ
interuenit, quanuis maximè culpa lata arguatur. cõ-
mune inquiunt Cagnol. in l. contractus numer. 10. ff.
de reg. iur. Hippol. conſi. 67. numer. 40. & qui ube-
rius id proſequitur Iulius Clarus in pract. §. ultim.
quæſtio. 84.
156 Pœnas ſtatutarias exteri omnes luent nulla habita
differentia ſcierint nec nè ſtatuta, ſi id criminis, cuius
nomine plectuntur alias iure etiam communi prohi
bebatur. commune inquiunt Did. à Couarru. in cap.
alma mater fol. 493. colum. 2. de ſenten. excommu.
lib. 6. Aegidius Boſsius in pract. tit. de pœnis. nu. 18.
& qui alios laudat Iulius Clarus in pra. §. ult. quæſt.
85. uer. ſecundus eſt caſus.
157 Pœnas legibus ſanctas ex cauſa expreſsim appoſi
ta & immutare & immouere iudex poteſt. commu-
ne aiunt Dec. in cap. de cauſis nume. 94. & ſequen. de
offic. deleg. Paul. Girland. de relax. carcer. rub. 1. quæ
ſtio. 6. num. 1 & Tiraq. qui latißimè per limitationes
atque ampliationes de materia diſſerit in tract. de
158 pœn. temper. quod idem prorſus erit in pœnis ſtatu-
to aliquo indictis, ut frequenter placitum affirmant

Aret.

Aret.in cap.qualiter & quando in ij.nume. 24.de ac-
cuſat.Dec.ubi ſupra.num. 19.Girland.d.quæſt. 6.nu.
8 & ſequen.Did.à Couarru.lib.2.reſolu.cap.9.num.
8.Menchiaca controuer.illuſtr.cap.14. nu.4. Viuius
lib.1.opi.165.Iulius Clarus in pract.§.ult. quæſt.85.
159 uer. ulterius quæro . erunt autem cauſæ ad id idoneæ
uel delinquentis,ætas furor,ira,amor,ebrietas ,ſupe-
rioris mãdatum,metus uis,aduerſarij prouocatio,iu-
ſtus dolor,nobilitas uel ſimilia,ut diligẽter & copio
ſe tradit cum receptis interpretum ſententijs Iulius
Clarus d.§.ult.quæſtio.60.per totam.ac Viuius d.o-
pin.165.colum. 2.
160 Pollicitatio tunc tantum dicitur,cùm uel per epi
ſtolam,uel per nuncium ad id non electum abſenti a-
liquid promittitur.cõmune ait Iaſ.in rub.nu. 6. ff.de
uerb.oblig.& uide quę ſuperius obſeruantur uer.do
161 natio ut per nuncium,hæc autem pollicitatio nec iu-
re legum, nec iure canonum actioni dãdæ idonea ha
beatur.commune ponunt Alcia. in d.rub. num. 8.ac
162 Fortun.in cap.1.nu.12.de pact.lib.6.quinimo nec o-
bligationem naturalem parit,niſi cum pijs cauſis uſui
atque utilitati eſt. commune inquiunt Iaſ. ubi ſupra
num.6.Felin.in cap.1.colum.4.de pact. Alciat.in ca.
cum contingat,num.219. de iur. iur. Anton. Gomez
de contract.cap.9.nu. 1.
163 Poſſeſsio an unam ſpeciem habeat, an potius plu-
res , magna ſcribentium diſcordia eſt , ut memoriæ
prodidit Bal.in cap.cæterum colu. 3.ad fin.de iudic.
certum tamen eſt eam diſceptationem uerborum te-
nus conſiſtere : quia utriuſque ſectæ auctores diſtin-
cta utriuſq; poſſeſsionis effecta agnoſcat,ac probent,
ut eleganter animaduertit Alcia. in l.1.num.22.ff.de
acqui.poſſeſ.ſenſit Butrigar. relatus à Salic.in l.licet
164 num.9.in finem.C.eod. & certum deinde quoque eſt
longè receptius ac frequentius interpretum dogma
eſſe ut duas poſſeſsionis ſpecies conſtituamus,quarũ
altera naturalis,altera uero ciuilis ſit.quemadmodum
conſtat ex Alb.colum.4.Paul.colum.4. Alexand. nu.
23.& nume.53.Aret.nume.18.Iaſ.num.53. Crot.nu.
39.Aemil.Ferret.colum.3.in dicta l.1.ff. de acquirẽ.
poſſeſ. Dyn. in regula ſine poſſeſsione de regul. iur.
li. 6.aſſerit tutius ac receptius.Sali.in dicta l.licet nu.
9. ad fin. C.de acquiren. poſſe.& qui id accuratè tu-
tantur rub.num.19.& nu.29.Berengar.num. 68.in l.
naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren.poſſ.An
ton. Gomez in l.15.tauri.num.19.Rebuf.in 3.Tomo
ad leg.Gallic.tit.de mar.poſſeſ.in princ.confirmatur
autem in primis hæc opinio ex multis iuris locis , in
quibus non fruſtra uel coniunctim uel diſiunctim na
turalis & ciuilis poſſeſsionis mentio fit. confirmatur
deinde ex alijs iuris authoritatibus,ubi naturalis poſ
ſeſsio pro corporea ponitur,& econtrario. quaſi illa
ut ſpecies à iuſta,ac legitima poſſeſsione differat. 3.
ex alijs,in quibus naturalis poſſeſsio perſonis iuris in
capacibus adſcribitur,& ijs in caſibus conceditur, in
q̃bus titulus improbatur.4.ex alijs legum cõſtitutio-
nibus,in quibus is poſsidere negatur,qui alibi poſsi
dere naturaliter dicitur.ut de depoſiti cuſtode,de co-
lono , de commodati ſuſceptore nuſquam non uide
re licet . qui autem ſolos iuris effectus hic atque illic
hoccè diſcrimen conſtituere uociferantur , non ad-
modum certe animaduertere uidentur id duntaxat
accommodari poſſe iuſtæ poſsidendi cauſę bonæ uel
malæ fidei perſonæ iuris capaci, uel ſecus , non uero
& referri poſſe ad ſolam animi retentionem. Si quis
tamen in contraria profectos noſſe, ac percurrere ue
lit,adeat Cumanum nu.10.Iaſ.num.54.Soci. colum.
ult.Rip.numer. 27.& numer.30.Ruin.nume.14.Zaſ.
nume.15.atque Alciat.in dicta l.1.ff.de acquire.poſ-
ſeſ.Cuman.ruſus in l.ſed ſi nolit.ff.eodem ut.Zaſ.in
quæſt. 4. num. 4. Rip. nu. 113. Io. Crot. num. 140. Alci.

nu.47.Loazes nu.191.in l.filiusfam.§. diui.ff.de leg.
lib.1.& hanc etiam in rem uide quæ ſuperius notan
tur.uer.alienari.

339 Prohibitus ſine certa cauſa aliquid facere ſi cauſā
illam inietueniſſe aſſerat,fidem non merebitur, nec
actus idcirco ualebit.commune pono ex Alexan.Iaſ.
ac Decio in l.ſi donatione.C.de colla.Soc. conſi.65.
& conſi.66.lib.1.Aym.de antiquit.part.2.4 num.10.
cum ſequentib.Ferret.cant.33.colu.2. Rip.in l.ſi un-
quam quæſt.12.C.de reuocan.dona.Ar.Pinel. in l.s.
par.3.n.23.& pag.106.col.2.uerſ.9.limita. C.de bo.
matern.uideto etiam hac de re, quæ ſuperius ſcripſi
uer.aſſertio.

340 Promiſsio, quæ abſque cauſa fit, nullius eſt mo-
menti.commune dicit Alex.conſi.152,nume. 2.lib.2,
& conſ.157.num.1.lib.6.Io.Ceph. qui limitat conſi.
508. per totum, ſed tu uideto, quæ latius obſeruo
uer.ſtipulatione.

341 Promiſsio ob turpem cauſam,ne quis ſcilicet iniu
riā faciat,uel ut faciat,uel ſi iniuriā fecerit,uel ſi non
fecerit,nulla ipſo iure prorſus eſt.ut cenſet Accurſ.in
l.iurisgentium.§.ſi ob maleficiū.ff.de pact.cuius opi-
nionem receptam eſſe cōſtituo ex Bart.& cęteris ple
riſque omnibus iuris interpretibus in illo eodem §.
ex Bart.rurſus Salic.& Fulgoſ.in l.pen. ff. de condi.
ob turp.cauſ.ex Bar.deniq; Alex.Iaſ.ac reliquis ſcri-
bentibus in l.generaliter.ff.de uerb.oblig. ex Aret.ac
Rip.in l.ſi plagij.ff.illo eod. tit.

342 Promittendi uerbum tam publicæ, quàm priuatæ
ſcripturæ inſertū in re dubia ſtipulationē præſefert.
cōmune aiunt Marcell.Berrincut.in rub.ff.ſi cer.pet.
Caccialup.de pact.quæſt. 4. atque ita conſuluit Ale-
xand.conſil.68.colum.1.lib. 4.quem inaduertenter
carpit Aymon de antiquit.1.par.numer. 104.quin &
343 tūc ſemper præſentia partium præſumitur, nec aliter
probari neceſſe eſt.cōmune inquit Galeaul.in l.1.nu.
344 66.ff.de uerborum obligation. limitabis tamen ut id
neutiquam procedat,& cum id, quod actum eſt, ali-
345 ter ualere poteſt,& cum id uerbum in cōtractū inno-
minato reſpectiuo inſeritur.quemadmodum frequen
ter interpretib. placuiſſe uidetur ex iis, quos laudat
Eman.à Coſta in l.ſi ex cautione.3.declarat.num.12.
346 & ſequentib.C.de non numer. pecun. limita item ut
locus huic dogmati frequenter placito non ſit, cùm
priuata ſcriptura uel à mercatore,uel ab alioiuris im
perito exarata proponitur. commune tradit Viuius
347 lib.1.opi.438.Si autem iſthoc promittendi uerbū te-
ſtes in ſuis depoſitionibus proferant, non ſtipulatio
inde colligetur,nec ſignificata ducentur.ut frequens
placitum memoriæ prodiderunt Alexand. conſ.173.
nu.7.lib.7.Marcell. Berincut. in rub.ff.de uerborum
348 obliga.immo nec tunc ſuffecerit teſtes depoſuiſſe in-
terrogatione præcedente ſequutam fuiſſe promiſsio
nem, niſi etiam incontinenti id factum adiecerint.
quemadmodum commune affirmant Iaſ.num.44.Ia
cob.num.35.in l.ſi unus §.pactus ne peteret.ff.de pa-
ctis.idem Iaſ.numer.1.Alciat.nume.6.Iacob. de Ni-
griſà nu.3.in l.1.§.primo.ff.de uerborum obligatio.
349 quanuis huic ampliationi meritò reluctentur Areti.
in l.ſciendum num.7.ff.de uerborum obligation.Ga-
leaul.in dicto §.primo l.1.nu.6.ff. de uerborum obli
gation.Afflic.deciſi.120.ſed hac de re tota copioſius
alibi.

350 Promittens donare non tenetur donare, ut cōmu
ne dicit And.Alcia.in l.1.nu.16.ff.de uerborum obli
351 gation. quanuis contrarium malè aſſerat receptum
Franciſc.Rip.de donation.lib.3. capit. 52.tu uideto
quę hanc in rem copioſius obſeruantur ſuperius uer.
donatio.

352 Promittens ſeſe æſtimationi iniuriæ ſtatutum,quā
offenſus ipſe fecerit, ad arbitrium boni uiri confuge
re non prohibebitur. commune inquiunt Lanfranc.
de arbitr.col.11.Viuius lib.1.opin.256.

353 Proprietariū ſe dicens,aut proprietatem ad ſe ip-
ſum pertinere affirmans ſuccumbet,ſi dominium dū-
taxat utile ſibi competere probauerit. commune aio
ex multis,quos citat Ar.Pinel.in l,1.part.2.n.8.C.de
bo.mater.ex Marmet.nu.7.Coraſ.nu.39.in l. natura
354 liter §.nihil commune ff.de acquir.poſſ. quanuis con
trarium uerius, ac non minus receptum oſtendat
Arius Pinel.ubi ſupra.cum quo ſum.

355 Proteſtatio(ut uulgo fandi mos eſt)ſimpliciter fa-
cta nihil operabitur,niſi actus is,de quo fit, tunc tem
poris,cum fit,uel incontinenti explicetur, ſiue actus
ille ab unius uoluntate,ſiue à libero plurimum arbi-
trio pendeat.commune atteſtatur Feli. in ca. cum M.
col.24.de conſtitut.

356 Proxeneta non aliter quàm utroque reo cōſentien
te integer teſtis exiſtimabitur.commune aiunt Alex.
conſi.13.colum.4.lib.1.Cort.conſ.112.nu. 8. ac latè
Franciſc.Viuius lib.1.opin.358.cui adde Io. Cepha.
conſ.65.num.23.

357 Pubertati proximus mas cenſetur à decimo, & di-
midiato anno,fœmina à nono & alterius dimidio.cō
mune aiunt Dec.in l.pupillū in prin. ff. de regul.iur.
latiſsimè Did.à Couar.de ſponſa.2.par.cap.5.nu.ult.
Viuius lib.1.opin.254.

358 Publica delicta quando dici,ducique debeant, ex
multis receptis interpretum ſententiis ponit elegan
ter,& copioſè Iul.Clar.in pract.crimin.§.1.in princ.
ad quem ſemper hac in materia recurrito.

359 Publiciana in rem actio totiens in eum defertur,
qui rem à non domino adeptus eſt, quotiens in eun-
dem ſi à domino rem nactus eſſet, dominium transfe-
ret.cōe dicit Anton.Gomez de teſtament.ca.5.n.13.
360 uer.item adde & extende quin nec alij unquam dabi-
tur,quàm illi, qui & bona fide titulum à nō domino
cōſequutus ſit,& uacuam poſſeſsionem ſemel nactus
fuerit,ut frequenter placitum inquiunt Alex.in l.3.§.
ex contrario nume.40.ff.de acquir.poſſeſ. Præpoſ.in
cap.reintegranda.3.q.1.Ludoui.Gomez.in §.ſed iſtę
nu.30.inſtit.de action.

361 Pupillus infante etiam maior ſine tutore in ius uo
cari nequit.commune dicit Alex.in l. nec impuberes
ad fin. ff. de in ius uocand.magis commune pronun-
ciat meus iuris doctor Arius Pinel.in l.1.par. 2.pag.
67.col.2.& 3.C.de bon.mater.tradit de eo multa Vi
uius lib.1.opin.253.

362 Pupillus pubertati proximus iureiurando obliga-
tur.cōmune aiunt Dec.in l.pupillum.nu. 3.ff.de reg.
iur.Ioan.dilect.de art.teſtan.caut.5.nu.2.Anton.Go-
363 mez de contract.ca.14.nu.18.uer.quod extende.Sed
contrariam opinionem affirmat magis communem
Andr.Alciat.à quo ſto,in ca.cum contingat nu. 144.
de iur.iur.eaque de re latè alibi.

364 Pupillus inteſtatus mori haud propriè dicitur,quā
uis ex frequenti loquendi uſu dicatur. commune in-
quit Boer.in conſuet.Biturig.rub.des coſtumes con-
cernens les teſtamens.§.4.

Q

1 QVAESTIONIBVS nec locus eſt, ubi
pœna corporis imponenda nō eſt, nec
2 item cùm aliter probari delictū poteſt.
cōia inquiunt Did.à Couarru.in practi.
quæſt.23.col.3.& qui latiſsimè ex rece
ptis ſententijs ſcribit quando & ubi quæſtiones pro-
cedant, Iulius Clarus in pract.§.ult.quæſtio.64.per
3 totam. ſi quis autem iudex aliquem quæſtioni in-
iuſtè

ſit ſubiecerit, pœnam capitis luet. commune profe runt. B p. in l. quæſtionis modum, nu. 73. ff. de quæſtio. & in pract. § expedita, nu. 87. in finem. Iulius Clarus, qui plures refert, & rectè atque accuratè totam hanc rem explicat in d. quæſt. 64.

4 Qualitas, quæ alicui fundamentum intẽtionis eſt, ab eo neceſſo eſt probetur, nec ſatis erit ipſammet intentionem ſolam probari. commune dicit Curt. Iun.
5 Conſ. 224. nu. 11. quin & qualitas ſeu facto ſeu delicto in accuſationis libello adiuncta niſi manifeſtò probetur, quamuis delictum ipſum ſimpliciter probetur, condemnatio procedere nequit. commune aiunt Roman. conſi. 210. & conſi. 167. col. ult. Alex. conſi. 166. uidetur fortaſſe ad fin. lib. 7. Hipp. conſi. 7. col. pen. & qui rectiſsimè hoc explicant tunc demum proceſſurum, cum qualitas illa adiuncta delictum alterius generis reddit, Anton. Gomez de delict. ca. 11. num. 7. Iulius Clar. cum quamplurimis in pract. §. ult. quæſt. 66. uerſi. ſed quid ſi pro parte.

6 Quantitatis debitor quamuis ob incẽdium non liberetur, tamen ſi propter aliquam ſpeciem, quæ in cendio intercepta ſit, quantitatem debeat, liberabitur, ut eſt Bart. doctrina in l. quod te mihi, num. 4. ff. ſi cert. pet. quæ frequenter interpretibus placuit teſte Alexan. num. 4. Iaſ. num. 15. ad illam eandem l. ac teſte etiam Dec. cõſi. 7. & Did. à Couarru. lib. 2. reſolut.
7 cap. 4. num. 14. quod tamen exaudiri ac recipi ſolum debet, quando ſpecies illa creditore inuito ſolui quãtitatis loco poſsit. quemadmodum uere reſoluunt ad illammet l. quod te mihi, Paul. nume. 9. Alexand. nu. 5. Soc. num. 12. Iaſ. num. 15.

8 Quantitatẽ qui in diuerſis apochis ſe recepiſſe cõfitetur non de eadem, ſed de diuerſa quantitate exaudiri, intelligique debet. commune inquit Alex. conſi. 4. circa primum col. 2. uer. quin imò plus lib. 1.

R

1 RAPTOR is demum dicitur, qui & de loco ad locum libidinis cauſa mulierẽ abducit & abducendi animo nõ cõmodioris coitus gratia id patrat. commune ponunt latè Iulius clarus in pract. §. Raptus in prin. Franciſ. Viuius lib. 2. opin. 157. ſi aũt is
2 uere ac proprie raptor matrimonium cum rapta contraxerit, quod iuxta benignã iuris pontificij licentiã proculdubio inire poteſt, pœnas raptus euadet. cõe aſſeuerẽt Pariſ. cõſ. 170. nu. 6. li. 4. Ant. Gomez meus
3 iuris doctor in l. 83. tauri, nume. 43. quamuis bonis fiſco applicãdis nihilominus euertatur. cõmune aiunt Marcus deciſ. 2. nu. 3. & qui illũ refert, atque hoc memorabile cenſet Iulius Clarus. in d. §. raptus uer. pen.
4 quin & cùm raptor raptam carnaliter non cognouit, non luet pœnas. l. una. C. de rap. uirgi. ut frequenter placitum affirmant Boer. deci. 316. num. 4. Did. à Couarru. in clemen. ſi furioſus fol. 278. de homicid. & qui id cum matura diſtinctione probat Iulius Clarus
5 in d. § Raptus uer. ſed quid. tametſi Iaſ. atque Aegidius Boſsius, qui illum laudat, ſeuerè nimis contrarium amplectantur, ac receptum dicant.

6 Ratio legis uel ſtatuti ſi tantum una reddi poterit & ſi expreſſa nõ ſit, expreſſę loco habebitur. commune inquit Dec. conſi. 333. col. 3. Curt. Iun. conſi. 107. num. 6. aſſerunt idem Dec. conſi. 554. colum. 2. Ruin. conſi. 31. num. 3. lib. 2. Pariſ. conſi. 83. nume. 23. lib. 3. Bertrand. conſi. 300. nu. 3. lib. 1. Soc. Nep. conſi. 167. num. 21. lib. 2.

7 Ratio nec par, nec maior etiam in legum correctionibus, quidquam operabitur. commune aſſerunt Iaſ. in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. Turzan. opin. 98. & hanc quoque in rem uideto quæ ſuperius ſcribo uer. extenſio.

8 Rationes qui alicui reddere tenetur, illarum libros in primis ipſi reddere cogetur, ut eſt communis reſolutio Curabar. per illum tex. in l. ult. §. 1. ff. de lib. legat. docet idem Bar. ac Paul. in l. cum ſeruus in princ. ff. de condit. & demonſtra. idem Bar. in l. 1. §. quod de frumentaria. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pertinẽt. & in l. 1. §. offici. ff. de tut. & ration. diſtrah. latè Dec. conſi. 178. & conſi. 192. colu. 1. Chaſſan. in conſuet.
9 Burg. rub. 6. §. à nu. 1. fol. 232. procedetque illud nõ tantum in ſeruis uel inſtitoribus aut factoribus, ut Imol. & Cuma. exiſtimarunt in d. l. cum ſeruus, ſed & ĩ quibuſuis alijs perſonis, ut diligenter tradit Soci. in l. quamuis colũ. 2. uer. poſtremo. ff. de condit. & demõſtrat. ac Dec. ubi ſupra. ueriorque ac receptior ea eſt opinio, ſi qui rationes illas reddit nihil damni ex li-
10 bris penes ſe non retentis paſſurus uideatur. rationũ autem liber ex parte probari, ex parte improbari nõ poterit. quemadmodum frequenter placitum ponit Franciſ. Viuius lib. 1. opin. 259. cum Corn. conſi. 81. col. pen. lib. 4.

11 Ratum fieri, haberiuè aliquid in alterius damnum non poteſt. commune aiunt Dec. conſi. 247. nume. 5.
12 Curt. Iun. conſi. 76. nume. 6. ſed & nec illud, quod tuo nomine geſtum eſt, ratum eo tempore habere poteris, quo amplius geri ipſum non poterat. commune pronunciat Anton. Gomez. in l. 45. tauri, nume. 53. in
13 delictis præterea ut nullus ratihabitioni locus ſit, neceſſe eſt tum delictum eius nomine admiſſum eſſe, à quo ratum habeatur, ut commune inquit Aret. conſi. 163. nume. 3. circa primum, tum etiam ut eius generis delictum ſit, ut ad alterius offenſionem, non ad illud ſuſcipientis libidinem patratum intelligi debeat. commune affirmat Iulius Clarus in pract. §. ult. quæ
15 ſtio. 87. uerſi. ult. nihil autem ratihabitionem prohibet, aut remoratur illius abſentia, cui tanquam profuturus actus probatur. commune aiunt Crauet. de antiquit. tem por. par. 1. num. 123. uer. abſenti. Viuius lib. 1. opin. 3.

16 Rebellis impunè occidi poteſt, ac deinde fœdiſsimæ eius criminis labi obnoxius tum probari, tum declarari. cõmune aiũt Aegidius Boſsius in pract. tit. de hæret. nu. 29. & in tit. de crimine læſ. maieſt. nu. 119.
17 & qui meritò ea in re hæret Iul. Clar. in pract. §. læſæ maieſtatis uer. hinc infertur. cur enim inauditum quẽquam occidi licebit? cur tanta graſſandi feneſtra aperietur? uerum ea de re alibi uberius.

18 Reconuentioni ex cauſa plenè atque exactè excutienda locus non eſt ob cauſam ſummariam agitandã: atque id, quo ad ſpontanei proceſſus effectum. ut frequenter placitũ ponit Franciſ. Viuius li. 1. opin. 258.

18 Recuſatio iudicis non minus illius iuriſdictione ſuſpendit, quàm quæuis appellatio ritè interpoſita. cõmune inquit Ant. de Tremor. in addit. ad bon. in rub. de recuſat. in fin. Villalob. in ſua collect.

20 Reges originem à iure gentium trahunt. commune inquit Ant. Corſet. de poteſt. reg. quæſt. 1. Iouẽq;
21 in terris, hoc eſt deum optimum maximum proculdubio repræſentant, ut ubique tum omnis philoſophorum ſchola, tum multiſonus poetarum concentus, tum deniq; ſerium theologorum ſtudium profi-
22 tetur, meminiſſe tamen in primis uel illud maxime omnes ij debent, quod alicubi Horat.

Regum timendorum in proprios greges.
Reges in ipſo imperium eſt Iouis.
Clari gygantæo triumpho,
Cuncta ſupercilio mouentis.

23 Rei uindicatio pro ſingulis tantũ rebus cõpetere,

intêtarique poteſt.commune dicit Anto. Gomez de
24 teſtamen.ca.5. nu. 7. competet autem & contra me-
rum rei detentorem,ut commune ait Io. Coral. in l.
25 naturaliter.§.nihil commune nu.3.ff.de acqui.poſſeſſ.
non tamen aduerſus eum ritè intentabitur, qui cùm
rem nec poſsideat,nec teneat,eam poteſt reſtituere,ſi
26 uelit.commune inquit Alex.in l.Pōponius.§.ſi is qui
precario nu.22.ff.de acquir. poſſ.ac uon ſolum in do-
micilij loco,ſed ubi res ipſa ſita eſt, rei uendicatione
quis pulſari poterit.commune ſcribunt Panorm.in c.
ſanè de foro compet.Turzan.opin. 127.

27 Religionis profeſsio ſub ea conditione uel modo
ſuſcepta,qui uel continētiæ,uel paupertatis, uel obe
dientiæ uoto reluctetur,irrita prorſus eſt. commune
28 ait Did.à Couarru.de ſponſal.2.par.cap.3.§.1.nume.
18.quin.& ſi quocunque metu uel etiam reuerentia-
li,ut doctores effantur,uel obſequiali ſeu officioſo in
ducatur,nullius erit ponderis,ac momenti. commune
interpretum dogma pronunciat idem Did.à Couar.
d.cap.3.§.6.nu.ult.

29 Religionem ſi pater ingrediatur, liberi ipſius ſic
ſtatim ſui iuris ac mancipij efficiunt,ut & teſtari & cę
tera quænis ritè gerere poſsint. commune affirmant
Iaſ.in l.patre furioſo num.45.ff.de ijs qui ſunt ſui uel
alien.iur.Boer.decis.121,nu.2.& ſeq.Franciſ.Viuius
lib.1.opin.121.col.2. ſt præterea uſusfructus, quem
30 de liberorū bonis carpebat,nec penes ipſum manet,
nec monaſterio conciliatur,ſed ad liberos proprieta-
tum dominos reducitur. commune aiunt Salicet. in
auth.idem eſt.C.de bon.quæ lib. Did. à Couarru. in
31 cap.2.numer.8.de teſtamen.quanuis Alex. atque alij
apud Franciſ.Viuium lib.1.opin.220.cōtrarium per
32 peram receptum effutiant. Si uerò religionem filius
profiteatur patriæ poteſtatis uinculis exemptus ad
ea duntaxat cenſebitur, quæ ipſi commoda non e-
runt.cōmune dixit Anton.Gomez de teſtamen.ca.4.
33 nu 3.& cap.10.numer. 10. nec tamen proptérea bo-
norum ipſius uſufructu pater labetur. commune pro
nunciant Did.à Couarru. in cap. quia nos, numer. 2,
de teſtamen. Vaſquius in tract.de ſucceſſ. proceſſ.ne
qui teſtar.non poſſunt.lib.1.§.1.nume.41.ſemper au
34 tem cuiuſcunque teſtamentum ob religionis initia
rumpetur.commune ait Ioan dilect.de hæred. inſtit.
tit.3.caut. 9.

35 Religionis initiatio nō impedimento,moræuè eſſe
debet,quominus ob crimina antea cōmiſſa atque an-
tea in accuſationem deducta ſanctæ iure pœnæ luan-
tur. cōmune aſſerit Marquard.de iudæis par. 3. ca.5.
36 nu.3. nec quidem proderit ſi quis ſe ante patratum
delictum religionem nouiſſet iure.quippe nec is uel
eccleſiaſtici fori prærogatiuis potietur, uel ultrices
pœnas euadet. ut praxi uera rerum doctrina receptū
contra uulgares interpretum gerras atteſtatur Iulius
Clarus in pract.§.ult.q.98.uer.ſed quid.

37 Religionis profeſsio uicem filiorum ſubit quo ad
excludendum ſubſtitutum:ut frequenter placitum in
quiunt Fulgo.cōſi.53.Angel.conſi.80.incipit, quæ-
ſtio ſubtilis eſt,col.3.& uide quæ ad hanc etiam in rē
inferius obſeruo uer.ſubſtitutio in liberorū defectū.

38 Religionem profeſſuris,uel profeſsis ſi quæ ſtatu-
ta ſuccedendi ius adimant, nihil generaliter atque in
diſtincte ualebūt.commune inquiunt Alex. cōſ.139.
uiſo themate col.pen.lib.2.Bolognet.nu.105.Marc.
Mant.num.78.cum ſequēt.in l.ult.C.de pact. Viuius
39 lib.1.opin.312.an autem illi, & quando non ſolū hāc
ſed & aliam teſtamenti factionem hābeant,diſſerit la
tiſsimè ex receptis interpretum ſententijs Iulius Cla
rus de teſtamen. q. 28. cum duabus ſequen.ad quem
de materia acturus recurrito.

40 Religionem ingreſſa filia,cui,ſi ſacris imbueretur,
ducenta, ſi nuberet, mille nummum ſeſtertia ... ta
erant integra mille conſequetur. commune p... une
Hipp.in l.una nu.45.C.de rap.uirgin. Eman. à coſta
cum Dec.Felin.& Ferret.in l.cum tale.§.ſi arbitratu.
41 ampliat.11,numer.5.ff.de condit.& demonſtrat. in-
telligè tamen niſi ſi teſtator prohibeat expreſsim ne
illa mille nummū ſeſtertia aliter filia adipiſci poſſit,
quàm ſi matrimonium inierit. commune aſſerunt
Dec.conſil.419.col.5.Berous in cap.in præſentia nu-
42 mer.494.& ſeq.de probat. Viuius lib. 1. opin.125.
quamuis mihi ſolidas hac in re iuris utriuſque ratio-
nes intuenti uerius multò uidetur ut uel utroque ca-
ſu uel neutro potius filia admittatur. Sed hac de re
copioſius alibi.

43 Religionis ad alterius populos qui merces ueritas
detuliſſe probabitur, ſi pro capitolorum redemptio-
ne id eſſe factum conſtiterit,nulli fraudi damnouè il-
44 li erit:ſi tamen interim dum merces aſportantur,in-
tercipientur liberari,recuperatiuè non poterunt.cō-
mune inſit Marquard.de iudæis par.prima cap.5.nu-
me.4.& ſequen.

45 Relinquendi uerbum cum uniuerſali bonorum no
mine, uel cum aliqua illorum parte coniunctum ad
inſtitutionem refertur.ut ſi quis, uerbi cauſa, omnia
ſua bona,uel quartam bonorum ſuorum partē alicui
reliquerit,hæres inſtitutus dicetur, ac docetur, cui
relinquitur.commune dicunt Iaſ.in l.cum ij in princ.
num.6.ff.de tranſact.& in auth.nouiſsima. nu.33.C.
de inoffic.teſtament.Arius Pinelus in rub.part.1.nu.
46 15.C.de bon. mater.at ſi iſthoc relinquendi uerbum
ad rem aliquam particularem uel certam quampiam
quantitatem referatur,ad inſtitutionem trahi nō po-
terit.commune ponunt Turzan.opin. 37. Viuius lib.
1.opin.441.

47 Remiſsio delinquentis ad commiſsi delicti locum
uſu abolita, ac praxi communi antiquata iam eſt.ui-
de ſupra uer.delinquens.

48 Renunciatio etiam iureiurādo munita caſus inſo
litos,& incogitatos non complectitur.commune in-
49 quit Alex.conſi.28.col.pen.li.1.quin & generalis &
indefinita renunciatio non comprehendit futuri fi-
dei commiſsi ius, ut receptum affirmant Soc. conſil.
25.col.15.lib.2.Rip.in l.qui Romæ.§. duo fratres in
5.quæſt.ff.de uer.oblig.

50 no Renunciare legi interdicēti cum iure iurando qui
uis poterit. commune prodit Rip. in l. qui Romæ.§.
duo fratres.n.73.ff.de uerb.obli.poſt. Alex.in l.ſi cō
ſtante.§.quoties.ff.ſolut.matri.

51 Repreſalijs,ut doctores fantur, qui cauſam dedit,
52 ſeu communitas aliqua ſit, ſeu quiſpiam priuatus fue
rit,damnum ex illis paſſo omne omnino reſarciet.cō
mune atque indubitatum latè ait Franciſ. Viuius lib.
2.opin.35.poſt Iaſ.in l.2.§.ult.col.ult.uer.extat gloſ.
ff.de uerb.oblig.quod tamen non procedet cum inin
ſte & contra æquum ac bonum conceſſæ illæ argue-
rentur. ut eſt frequenter per l.ſi per imprudentiam.ff.de
euict.ind.§. ult.

53 Reſcriptum principijs, quod nouas atque inſolitas
clauſulas præ ſe fert,falſum cenſetur,& ad rē confer
ri non debet. commune ait Ioan. Nicol.in addit.ad
54 Alciat. de præſump. reg.2. præſumpt.3.in fin.ſi autē
princeps aliquod reſcriptum aduerſus legem aliquā
futuris principum conceſsionibus, ac priuilegijs non
derogantem induſerit, & nullum graue damnum in-
de alteri irrogetur,non opus erit clauſula obſtantes
leges repellenti, ut huiuſmodi ſtatutum ualeat: at ſi
55 reſcriptum illud graui damno aliquem mactet,clau-
ſula illa generali,non obſtantibus legibus cōtrarium
56 diſponētibus opus habebit. quod ſi non ſolum alteri
inſigne damnum inferat, ſed & aduerſus legē aliquā

ſtuturis eiuſmodi conceſsionibus repugnantem reſcri
ptum præbeatur, ſpecialem clauſulam requiret, qua
lex aduerſa nũcupatim appelletur, ac nõ obſtare præ
57 cipiatur. uerum enim uerò ſi damnum inſigne nemi-
ni reſcriptum creet, quanuis cõtra huiuſmodi legem
præſtetur, generali illa clauſula contentũ erit, nec ſpe
cialem legis aduerſantis deprecationem requirit. cõ
munia aſſeuerat Did. à Couarru. de ſponſal. 2. par. ca.
8. §. 9. nu. 6.
58 Reſcriptum per ſubreptionem impetratum, atque
omnia illud ſubſequuta nullius ponderis, ac mométi
ipſo iure ſunt. cõmune inquiunt Bern. Diaz reg. 445.
& uir cõmemorabilis diligentiæ Nic. Ant. Graua. ad
59 Veſtr. lib. 3. cap. 8. nu. 14. erit tamẽ appellandum tum
à tacita, tum ab expreſſa allegatæ ſubreptionis reie-
ctione. ut commune affirmant Abb. in cap. cæterum
nu. 9. de reſcrip. Feli. in ca. ſuborta nu. 4. de re iud. idẽ
Nicolaus, ubi ſupra. nu. 15.
60 Reſcriptum qui adeptus eſt illi renũciare iure po-
terit, tametſi reluctetur, contra quem impetratum
eſt commune interpretum dogma aſſerit Frãciſ. Tur
zan. opin. 33. ubi cum Felin. nonnullos caſus meritò
excipit.
61 Reſcriptum ſecundum ſi primi mentionem non fe
cerit, exceptione nullum reddi poterit, quanuis iure
ipſo ualeat. commune ait Panorm. in ca. cæterum nu.
5. de reſtitut.
62 Reſpondere qui ſimpliciter eſt ſtatuti forma tene-
tur, & alioquin ꝓ confeſſo haberi debet, nõ ſimpli-
citer reſpondiſſe uidebitur, ſi dicat quod centum nũ-
mos, quos Mæuius ab eo petit, non recepit, & quod ſi
aliud aliqua ratione apparuerit, ait ſe illos in eiuſdẽ
Mæuij negocia expendiſſe. commune inquiunt Iaſ. in
l. 1. §. ſi quis ſimpliciter col. 4. ff. de uulg. & pupi. Boer.
deciſ. 339. nu. 4.
63 Reſponſuris de facto proprio tempus ad delibe-
randum non indulgetur. commune proferunt pract.
Conrad. pag. 280. numer. 2. Amad. de ſynd. nu. 184.
Iul. Clar. in pract. §. ult. q. 45. uer. ſed hic quæro.
64 Reſtitutio ex ignorantiæ capite aduerſus trigin-
ta annorum præſcriptionem cõcedi proculdubio de
bet. commune affirmant Alexand. conſil. 77. colum.
1. lib. 6. Bertrand. conſil. 15. numer. 42. lib. 1. Gozad.
65 conſil. 56. nume. 11. Curt. Iun. conſi. 57. num. 3. Balb.
de præſcr. 4. par. quartæ part. quæſt. 19. quanuis con-
trarium cõmune perperam affirmet Soc. cõſi. 2. col.
pen. uer. Præterea, lib. 3. Sed & poſt quadraginta an-
norum ſpatia eccleſiæ, ac pauperibus conueniet. com
mune inquiunt Boer. deciſ. 39. numer. 7. Bellon. 46.
numer. 15.
66 Reſtitutio in integrum & contra ſententiam dabi
tur ſcripturæ denuo repertæ nomine. ut frequenter
67 placitum ait Curt. Iun. cõſi. 18. nu. 1. nec hæc nec alia
reſtitutio relegato iuſtè illam poſtulanti deneganda
68 eſt. commune inquit idem Curt. conſi. 182. nu. 13. om
nis tamen in integrum reſtitutio in pœnis ſilet. cõmu
69 ne eſſert Mauric. de reſtitut. in integrum cap. 152. ubi
autem poſtulata in integrum reſtitutio eſt ſententiæ
executionem remorabitur. cõmune dicunt Pariſ. con
ſil. 100. nume. 18. lib. 1. Bellon. conſi. 18. nu. 22. Did. à
Couarru. in pract. quæſt. cap. 25. nu. 7. amicus noſter
Graua. ad Veſtrium lib. 8. cap. 3. num. 25. nec initium
70 antea capiet reſtitutionis in integrum petendæ tem-
pus quàm à ſcientiæ die, quanuis antea centum anni
præterfluxerint. commune affirmant Dec. conſi. 36.
Ioan. dilect. de art. teſtand. titu. 11. caut. 1. Viuius li. 1.
opin. 146. col. 2.
71 Reſtitutio in integrum & ob res minimas minori
concedetur. ut uerius ac receptius aſſerunt Arius Pi-
nelus in l. 2. par. 1. cap. 1. nu. 26. C. de reſcind. uẽditio.
Did. à Couarru. lib. 1. uariarum reſolut. cap. 3. nu. 11.
Emanuel à coſta in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum 2. par.
nu. 77. cum ſequent. ff. de lib. & poſthum. quæ ſi in ijs
72 minori indulgetur, quæ indiuidua & coniuncta ſunt,
ad conſortes dilatatur. commune ponit Mauric. de re
73 ſtitut. in integrum cap. 185. præbebitur autem omnis
reſtitutio regi, quæ minori cõceditur. commune pro
74 nunciant Boer. deciſ. 265. num. 2. quin & reginæ quo
que indulgebitur ut iudicatũ atteſtatur Luc. de pen.
75 in l. cubicularios de proxen. ſacr. cubic. lib. 12. & cui-
nis etiam reipublicæ, cuiuis urbi atque etiam caſtro
popularibus ita referto, ut ſuis adminiſtratoribus re
gatur proculdubio elargietur. commune ponunt Ro
man. conſil. 423. pro pleniori lib. 3. Dec. conſil. 42. in
fin. Turzan. opin. 141. & amicus noſter Nicol. Ant. ad
Veſtrium lib. 8. cap. 3. numer. 22. qui uero reſtitutio-
76 nem in integrum iure minoris deſiderat, allegare ac
probare debet ſe uel propria facilitate, uel aduerſarij
77 dolo læſum eſſe, at quod adhuc intra reſtitutionis tẽ-
pus ſit, nec allegare neceſſe habet. commune dicunt
Ioã. Nicol. in additio. ad Alciat. de præſumpt. reg. 1.
præſumpt. 42. pag. 161. Emanuel à coſta in l. ſi ex cau
tione. poſt limit. ult. pag. 179. num. 3. C. de non num.
78 pecu. Viuius lib. 1. opin. 215. huic porrò reſtitutionis
beneficio minor minori in ætate renunciare nequit.
79 ad maiorem ætatem perductus nulla re id facere pro
hibetur. commune effantur Panor. in can. 5. diligen-
ti de for. competen.
80 Reſtitutio in integrum etiam poſt decurſum qua-
tuor annorum ſpaciũ, ſi enormiſsima læſio arguatur
concedi debet. commune fatur Socin. conſil. 166. in
cauſa. colum. 12. li. 2. & ſemel atque petita reſtitutio
81 eſt ſentẽtiæ executionem impedit. cõmune inquiunt
Iaſ. in l. qui ſe obtulit. §. condemnatum num. 23. ff. de
re iud. amicus noſter Grauat. ad veſtrium lib. 8. cap.
3. nu. 25. & uide ſupra nu. 69.
82 Reſtitutioni ſubiecta quibus interpretum defini-
tionib. illuſtrentur uide ſupra uerſi. alienari, & uer-
83 ſi. prohibita. & memineris quod nec pro ſe ipſo redi-
mẽdo filius alienare illa poterit. cõmune dicunt Iaſ.
in authen. res quæ num. 20. commune de legat. Arius
Pinelus meritò atque humaniter, in contrariam ſen-
tentiam abiens in auth. niſi tricennale num. 36. pro-
pe fin. C. de bon. mater.
84 Reſtituitur ad appellãdũ reipublicæ cauſa abſens,
ut frequenter placitum aiunt Aret. conſil. 160. nu. 7.
85 Curt. Iun. conſi. 60. nu. 7. etiam cuius quidem reſtitu
tionis effectus is eſt, ut & abſentiæ, & impedimẽti tẽ
pus de medio auferatur. cõmune inquit Balb. de præ
ſcrip. par. 6. quæſt. 1. caſu 22. nu. 26. & uide quæ ſupe-
rius obſeruo uer. abſens.
86 Reſtitutus principis gratia bannitus, uel deporta-
tus non ea bona recuperat, quę iam in tertium aliena
ta ſunt. commune inquiũt Felin. in cap. inter quatuor
de maior. & obedien. Iaſ. cõſi. 139. in cauſa. col. ult. li.
87 1. Viuius lib. 1. opin. 244. excipies tamen ubi fęcunda
atque uberi clauſula reſtituitur, & ſi fructus inter de-
portationem & gratiam perceptos nunquam ſeruet.
cõmune ponit Viuius ubi ſupra, & qui latius de hac
re agit Iul. Clar. in pract. §. ult. quæſt. 59. uer. itẽ quæ
ro, cum ſeq.
88 Retractatio actus ab aliquo geſti in pœnis nume-
ratur. commune aſſerit Boer. deciſ. 1.
89 Reſuſcitati teſtamentum rumpent, & ſi hæreditas
ab alio adita iam ſit. cõmune dicit Fulgoſ. in l. iura cõ
ſtitui. ff. de legib.
90 Reuendẽdi pacto obligatus ſi rei tradendę faculta
tem habeat, non ſatisfacit ſoluẽdo eo, quod intereſt,
ſed rẽ omnino tradere cogitur. cõmune ait cordatè
ac diligẽter Ar. Pinel. meus iuris doctor. in l. 2. par. 2.

91 cap.3.nu.22.C.de reſcin.uend. licet autē reuendendi
pactum in tempus perpetuum ineatur, ritè triginta
annorum curriculis illi præſcribetur.commune teſtā
tur Iaſ.in l.petēs.n.10.C.de pact.& in l.ſi mater.col.
ult.C.de inſtit.& ſubſti. latiſsimè Balb. de præſcr.4.
par.quintæ part.princ.quæſt.3.& qui contrarium nō
de nihilo cum Fabian.teneat Anton. Gomez de con-
tract.cap.2.num. 28.
92 Reus iuſtis de cauſis litigans non cōdemnatur in
expenſis.ut frequenter placitum inquit Cagnol. in l.
qui in ius nu.25.ff.de reg.iur.& uide quæ ſuperius ob
ſeruo uer.expenſæ.
93 Rubrica ſi legibus ea contentis generalior ſit, re-
ctè in ſui ipſius generalitate allegatur. commune ef-
94 fert Curt.Iun.conſil.65.nu.13.nec à legibus aſtringi
tur,ſed illarum tractatum amplificat potius, ac dila
tat.commune ponunt idem Curt.conſi.107.nu.8.la-
tè Viuius lib.1.opin. 314.
95 Ruſtici teſtamentum tunc demum quinque teſti-
bus ritè conditum cenſebitur,cùm & à ruſtico, & ru
ri exaratum erit.commune affirmant Boer. deciſio.
328.numer.10.Iulius Clarus de teſtamen.quæſt.56.
uer.ſcias de teſtamen.

S

1 SALARIVM ſeu honorariū aduocati,
uel ꝓcuratoris gratis opitulati nō petit
uictor à uicto,ut frequēs dogma inquit
Boer.deciſ.210.nu.5.
2 Salarium integrū debetur magiſtratui
ante officij finem mortuo ut & aſſeſſori, ac doctori
publicitus profitenti, atque aduocato.commune pro
3 nunciant Iaſ.nume. 38.Curt.Iun.nume. 29. & nume.
4 37.ac nume.53.in l.diem defuncto. ff.de offic. aſſeſſ.
& hanc etiam in rem uideto quæ ſuperius obſeruo
uer.mortuus.
5 Scholaris quāuis uagus ſit & ab ſtudio abhorreat,
ſi tamen honeſtè uiuat, ſcholarium priuilegijs potie
tur.commune inquiunt Iaſ.in l.1.nu.50. ſolut.matri-
mo.& Tiraq.in trac.ceſſante cauſa uer.priuilegij cau
ſa nu. 207.
6 Scholari,qui lectione cōtempta ſtudium alterius
ſcholaris uicini perturbat,ſilētium iure imponetur.
commune ait Iaſ.in l.2.nu.47.ff. ſolut. matrim.
7 Scientia patientiæ coniuncta tunc demum conſen-
ſum notat,cum res,quæ geritur,me nolente geri ne-
quit.ut eſt Accurſij doctrina in l.Caius.ff.de pign.a-
ction.crebrius probata iuſta Corn.col.2.Iaſ. nu. 11.
Curt. Iun.num.2.in l.cum proponas.1.C.de pact.A-
lexan.in l.ſæpe fol.193.col.2.ff.de re iudi.Ioā.Crot.
in l.filiusfam.§.diui.nume.148.ff.de leg.lib.1.Carol.
8 Ruin.in l.4.§.cato.numer.169.ff.de uer. obl.quin &
mandati formam ac fines generaliter profert, & dila
tat quanuis mandatum de nouo non inducat. ut ue-
rius ac receptius contra complures cum quampluri-
mis ponit Arius Pinelus in l.2.par.2.cap.1.nu.18.C.
de reſcind. uendit.
9 Scientia ſola nūquam in delictis regulariter ac ge
neraliter punitur. commune inquit Carauit.ſuper 4.
10 ritu magnæ curiæ nu.2.quanuis in læſæ maieſtatis cri
mine ſola ad infligēdam mortis pœnam ſufficiat. cō
mune inquiunt Menchiaca cōtrouerſ.Illuſtr.cap.16.
nu.1.Placa de delict.cap.22.num.17.Tacg.in pract.
crimin.cap.7.nu.9.Aegid.Boſsius in pract.tit.de cri
11 min.læſæ maieſt.nu.6.& ſeq.longè tamen mihi ueri-
us,humanius ac iuſtius uidetur ut qui aliquam ꝓdi-
tionem uel in regem uel in rempublicam texi ſcierit,
atque illam,cum potuerit,non indicauerit,citra natu
ralem mortem plectatur.quod etiam receptius affir-
mât Cagnol.in l.culpa caret nu.21.ff.de reg.iur.Gig.
de crimin.læſæ maieſt.fol.180.nu.10.Rolād.uir mul
ta & recondita doctrina præditus conſi. 88.nu.10.li.
2.& qui accuratè hanc quæſtionem tractat Iul.Clar.
in pract.§.ult.quæſt.87.per totam.
12 Scriptores nomine ſcholarium non comprehen-
duntur.commune inquit Barb.in cap.reſcripto num.
13 23.de locato. & ſi autem horum aliquis non ſe antea
ab aliquo loco diſceſſurum promittat, quam condu-
ctam libri conſcriptionem perfecerit impunè ab eo
recedere poterit,& conuentioni ſtare non coget.cō-
mune aiunt Rip.in l.obligatione generali.nu. 9.ff.de
pignor.Franciſ.Viuius lib.2.opin. 207.
14 Scriptura priuata ut fidem faciat, tribus maſculis
teſtibus munita eſſe debet. commune pronunciant
15 Andr.Tiraq.de legib.connubial.l.9.nume.54.Viuius
lib.1.opi.348. nec ulla dici uel conſulis expreſsione
16 opus habet. commune ponit idem Viuius eod.in lo-
co.Sed quidquid ille ac Tiraq. dicat duobus teſtibus
fulta fidem applenè faciet.l.ubi numerus.ff.de teſti-
bus cum ijs,quę alibi ad hanc rem latiſsimè obſeruo.
17 Scriptura de publicis ſcrinijs exprōpta inter eos
fidem tantum facit,qui loci illius ditioni parent. ubi
ſcrinia ipſa ſita ſunt.& ad hanc rem & ad uires om-
18 nes ſcripturæ metiēdas,locus ubi facta proponitur,
non ubi alibi gentium facta producitur, inſpici de-
bet. commune pronunciant Aymon Crauet. de an-
tiquit.tempor.par.1.nu.9. Viuius,qui alios laudat. li.
1.opin.309.
19 Scriptura,quæ nec de ſubſtantia,nec de forma cō
tractus interpoſita cēſetur,teſtibus contrarijs abſque
dubio refelli poterit commune dicit Salic. in l.gene
raliter.nu.2. C. de non numer. pecun. dicetur autem
20 ac ducetur de contractus,forma,cum alteruter con-
trahentiū dixerit, ut ſcriptura de conuentis inter ip
ſos fieret:quanuis non addiderit:ut aliter nullius mo
menti geſta ſint.commune aſſerit Anton. Gomez de
cōtract.ca.2.nu.17. magis commune affirmat Proc.
in princ.nu.4.inſtit.de empt. & uendit.
21 Scriptura compluria capita complectens ex parte
probari, ex parte improbari inculpatè poteſt. cōmu
ne inquit Bellon.conſ.46.nu.11.Aymon de antiquit.
22 temp.in argum.de ſcrip.priuat.num.68.unde qui il-
lam produxerit cum clauſula, produco ſi & inquan-
tum pro me faciunt,& nō aliter,illa offendi in ijs quę
ipſi obſunt, nequit.commune effantur Felin.in cap.
imputari de fide inſtrument.Rip in cap.cum M. nu-
me.39.de conſtit.& uir magnæ diligentiæ Nico.An
ton.Grauat.ad Veſtrium lib.6.cap.1.nu.10.& ſequē.
23 excipe tamē ut quod ſupra in principio dixi,nequeat
procedere cùm uel ab adminiſtratore, uel tutore
ac ſimilibus in rationum obſeruatione,uel ab aliquo
alio particulari ſcriptura ea in literas miſſa proponi
tur. commune ponit Viuius magna diligentiæ laude
dignus lib.1.opin.259.
24 Scripturam, quæ ſine mora executioni mandari
poſsit poſt factum contractum contrahentes alter-
nis facere cogentur. commune interpretum placi-
tum affirmat meus olim iuris doctor Anton.Gomez
25 de contract.cap.2.nu.17.non tamē pœnam aliquam
addere compellentur,ut commune dogma pono ſu-
perius uer. pœna.
26 Senex uſque adeo, ut decrepitæ ætatis annis cen-
27 ſeatur nec torqueri poteſt, nec ſua confeſsione etiam
conſtanti lædetur.communia ponit Viuius li. primo
opin. 260.
28 Sententia quanuis ipſo iudicis ore pronunciari de
29 beat,tamen generali Italiæ conſuetudine illam nota
rius recitat,ac iudex ſubiungit,ita abſoluo,uel ita cō
demno.ut atteſtatur Vital.de maleſi.in rub.de pœn.
condem-

condemnat.numer.16. Iulius Clarus in pract. §. ulti.
30 quæſtio.93.in prin. quin & iudicis ſubſcriptione ſen
tentiam uallari ſufficiet, tametſi non eiuſdem manu
exaretur.commune inquit Emanuel à coſta in l.ſi ex
cautione pagin.38.uerſi.ſ.ſpecies.C.de non numer.
pecun.
31 Sententia ut perfecta eſſe, ac ſuis omnibus nume-
ris conſtare intelligatur,expletumq; iudicis officium
exiſtimetur, neceſſe cum primis eſt abſoluendi, uel
32 condemnādi uerbum illi inſeratur,alioquin nec uer-
ba illa ad id ſufficient,lata,data &c.ut frequenter pla
33 citum inquit Alex.conſ.118.omnis.col.2.12.12.li.3.
nec ſentētia ipſa aliquid ualebit. cōmune ſcribit Iaſ.
In l.errore nu.3 C.de teſtamen.
34 Sententia,à qua appellatum non eſt,quæq; in rem
iudicatam tranſiuit,magno præiudicio,ac multa præ
ſumptione munitur,ſiue illa de præſentibus,ſiue iam
olim lata ſit,& ſiue in præſentem,ſiue in abſentem da
cta proponatur,commune pronunciant Imol.in cap.
cum in iure peritis col.9.de offi.deleg. Alex.conſ.25.
uiſo proceſſu ad med.lib.6.Felin. in c.quoniam con-
tra col.15.uer.4.concluſio de probat.late D.d.à Co-
uarru.in tract.de ſponſal.cap.ult.§.ult. nu.12.uer.ex
quibus.ac Franciſ.Viuius lib.1.opin.261.ſi tamen ini
què lata fuerit,& aliquis illa ſcienter ac prudēter uta
tur,mortifero peccato ſe irretiet. commune affirmat
D.d.à Couarru.d.§.ult.nu.19.
36 Sententia, in qua iudex ſi probatum eſt, condem-
nat, alioquin abſoluit, procul dubio ualet, firmaque
omnino eſt.commune inquit Iaſ. in §.curare numer.
39.inſtitut.de action.ut & illa profecto ſeruari neceſ
37 ſario debebit,quæ prout in conſulentis conſilio con-
tinetur lata eſt.commune ait Marant.de ordin.iudic.
6.par.3. part,numer.126. ſuper.1. actu. quod tamen
38 ita demum proceſſurum intelliges ſi notum iudici
conſilium illud iam ſit,ſecus uero ſi uel adhuc literis
mandatum non ſit, uel ſaltem iudici non innotuerit.
commune affirmat Dec. in cap. cum uenerabilis nu.
144.de exception.
39 Sententia etiam quæ in actione reali fertur iudi-
cati actionem producit. ut communiter doctoribus
40 probari inquit Rip.in l.miles.§.iudicati num.6 ff.de
re iudic.quod ſi ad ea prouocabitur,ac deinde confir
mata fuerit,non iam illa, quæ confirmata eſt,ſed quæ
confirmat, actionem pariet.commune teſtantur Iaſ.
numer.18.Rip.numer.15.in l.2.ff.de re iudic.amicus
noſter Nicol.Grauatius ad ueſtrium lib.8.cap.ultim.
41 numer.31.nec tamen id circo priſtina uel obligatio,
uel actio extinguetur.commune dicit Porc.in §.præ-
terea nu.5.inſtitut.quibus mod.tollit.obligat.
42 Sententia quæ contra homicidas lata eſt,paratum
confiſcandorum bonorum effectum habet aduerſus
ipſorum hæredes.commune dicit Alexand.in l.cum
filiusfam.ilias nu.7.& nu.8.ff.de uerb.obligat.
43 Sententia in rem iudicatam nunquam tranſit ſi ex
priuilegiatis probationibus lata ſit.cōmune inquit
Corn.conſil.55.uiſis colum.7.ad finem lib.3. Io.de
44 Amicis conſil.102.numer.4.nec item unquam rei iu
dicatæ uires induet ſententia, quæ expediti alicuius
artis teſtimonio dicta eſt. commune affirmant addi-
tio Panor.in ca.fraternitatis de frigid.& malef.Grā-
mat.conſi.ciuil.518.nu.2.Cagnol. in l.conſilij. num.
32.ff.de regul.iur.Ioan.de Amicis d.conſi. 102.num.
5.& qui id eleganter conſtringit,ac multos generali
ter contrarium aſſerētes laudat Arius Pinel.in l.2.c.
45 ult.num.6.C.de reſcindend.uendit. nec item ſenten-
tia ex ipſis actis euidenter iniqua in rem iudicatam
unquam ueniet.commune ait Curt. Iun. conſil. 224.
46 num.14. nec item quæ ex ſapientis conſilio dicta eſt.
commune inquit Dec.conſi.278.non leuis in fin.

47 Sententia quamuis ex partium cōſenſu a iudice fer
ri poſsit,tamen ab arbitro non poteſt. cōmune dicit
Iaſ.in l ſi conuenerit nu.7.ff.de re iudic.
48 Sententia quæ ſuper alterius ſententiæ executione
fertur,interloquutoriæ uice ac numero habetur.com
mune ponit Franciſc.Viuius lib.1.opi.157.in finem.
49 tametſi contrarium uerius meo quidem iudicio ſit,
ut etiam arbitratus eſt Iacob.Butrigar.in l. ab execu-
tione.ff.de appel.
50 Sententia nullius momēti prorſus ipſo iure erit, ſi
ab eo tanquam à iudice, aut tanquam à delegato lata
51 ſit,qui nec iudex,nec delegatus reuera ſit,nec prode
rit,obſtabit ur quidquam quod is,qui iuriſdictionem
alteri concedere nec delegare poteſt,illam poſtea ra-
tam habuerit.commune aio ex Guid.Pap.deciſ.286.
num.1 Georg.in clemen.ſæpe,uer. mandato de re iu
dic.Barb.in clemen.1.colum.3.de ſequeſt. poſſeſſ.Fe
lin.in ca.nonnulli.§.ſunt & alij, colum.4.in princip.
52 nu.49.de reſcript. item ſecundo ſententia nulla ipſo
iure habenda erit,ſi a duobus iudicibus feratur, cum
53 & tres creati eſſent,& tertius abeſſet. nec quidquam
officiet quod tertius ille poſtea præſens eam confir-
met.commune renuncio ex Ang. in l.licet in finē. ff.
de iudic.Dec.conſi.434.in fin.Sebaſtian.Vant.de nul
54 lit pag.155.num. 176. tertio nulla penitus ſententia
erit ſi eo non citato feratur, cuius intereſt.commune
pronūciat Anton.de Tremor.in addi.ad Bon.in præl
iud.except.num.17.in finem.Villalob.in ſua collect.
55 quarto nulla iure ipſo ſententia eſt,quæ uel non inſpe
ctis rei probationibus lata eſt,ut commune effatum
aſſerit Alexand.conſi.53.quæritur in finem lib.1.uel
56 quam non perſpectis actis latam eſſe conſtat.commu
ne ſcribit Anton.de Tremor.in addi.ab Bon. in rub.
de impediment.execut.num.17.in uer.alij caſus,uer.
57 quid autem de publicatione.quinto nec nomen ſentē
tiæ nedum uires conſequetur ſententia,quæ expreſſo
facti errore innititur,uel manifeſtum, & liquidum
58 errorem continebit ut frequenter placitum renūcio
ex Felin.in cap.quoniam contra nu.26. de probatio.
Sebaſtian.Vant.de nullit.pag.328.nu. 126.quamob-
59 rem ſi ſe ad acta nihil probantia retulerit,nulla ipſo
iure erit.quod in ſpecie commune enunciatū dicunt
Alexand.conſi.123.diſcuſſis.nume.4.lib.1. Iaſ.in l.ſi
is ad quem num.21.ff.de acquiren.hære. Dec.in cap.
60 quoniam contra num.158.de probation.item conſe
quenter nulla etiam ipſo iure erit,ſi ſe ad inſtrumen-
tum in proceſſu nuſquam adductū referat. quod rur-
ſus in ſpecie commune profitetur Iaſ.in l.at ſi præter.
61 § ſi iudex nu.59.ff.de re iudi.rurſus etiam cōſequen
ter uel a fortiori nulla omnino ſentētia erit ſe ad pro
bationes referens,in quibus contrariū reperitur.cō-
mune reſtantur Alex.in.conſ.127.numer. 7.lib.2. A-
lex.numer.11.Iaſ.nume.11.in l.ſi is ad quem.ff.de ac-
quirend.hæred.Felin.in cap. inter cætera nu.2.in fin.
de re iud.Soc.conſ.99 nu.13.lib.3.Matth de Afflict.
62 deciſ 47.num.3.Sed & ſexto nulla ipſo iure ſentētia
erit quæ per errorē iuris intellammet expreſſum ferre
63 tur. quod ſi error in ipſam non exprimetur, ualebit
quidem,ſed appellatione reſcindi poterit.communia
affirmo ex Iaſ.in l.cum prolatis num.7 & in l.præſes
num.3.ff.de re iudic.& in l.pen.nume.6. ff. de iuſtit.
& iur.& in l.ſi is ad quem a num.26.ff.de acqu.hære
dit.Marant.de ordin.iudi.part.4.numer. 5.pag.149.
& part.6.à num.117.pagin 631.latè Sebaſtian.Vant.
64 de nullit.pag. 324. à nu.118.item ſeptimo nulla erit
ſentētia, quæ ex falſa cauſa contra minorem dicitur.
commune profert Iaſ.in d.l.ſi is ad quem nu.14.ff.de
65 acqui.hære.octauo uires, nullumque pondus ſenten-
tia ſortietur,in qua iudex cauſam ineptam expreſsit.
66 quamuis nullam rationem iudex exprimere teneatur.
commune

commune aſſerũt Curt. Iun. in l. 1. num. 33. ff. ſi cert.
67 pet. Franciſc. Viuius lib. 1. opin. 156. quod tamen nõ
procedet, ſi iudex in reddenda cauſa uerbo, maximè,
uſus ſit, & alia legitima cauſa perpenſis actis eluce-
ſcat. alioquin etenim ſecus. cõmune teſtificatur Ca-
68 ro. Rui. conſ. 63. nu. 16. lib. 1. Item nouo nullũ robur,
nullumq; momentum ſententiæ ineſt, quæ poſt fini-
tam inſtantiam fertur. commune ponit Viuius d. lib.
69 1. opin. 262. rurſus decima ſentẽtia, in qua quis in ma
iorem mulctam damnatur, quam ſtatuto ſanciatur, ea
fini nullas uires habet, qua ſtatam ſummam ſupergre
ditur. commune inquiunt Ioan. de Cane mortuo cõſ.
33. nu. 2. inter conſ. crimin. Iulius Clar. in prac. §. ult.
70 q. 93. uer. quæro ſi iudex. Vndecimo nihil ſentẽtia ua
let, in qua quis ex petitorum parte damnatur, ex alia
nec abſoluitur, nec condemnatur. cõmune ait Franc.
71 Viuius lib. 1. opin. 176. cũ Corn. Gozad. & alijs. Duo
decimo ſic nulla erit ſentẽtia ob iudicis turpitudinẽ,
ut nec amplius corrigi, nec amplius aliter à iudice
pronunciari poſſit: cõmune enunciat Panorm. in ca.
cũ oporteat nu. 6. de accuſa. Tertiodecimo nulla prorſ
72 ſus erit ſententia ſi noctu feretur. commune inquiunt
contrarium cõſuetudine pleriſque in locis ſeruari at
teſtantes Iaſ. in l. non minorem num. 3. C. de tranſact.
Seb. Vantius de nullit. tit. de nullitate ſententiæ ex de
fectu iuriſdi. nu. 132. Soc. in trac. fallent. reg. 359. fal-
len. 2. ac Iacob. Menoch. qui in arbitris ſecurè contra
rium probat de arbitr. iudic. lib. 1. q. 62. nu. 1. deniq;
73 (non enim latius in hãc rem nunc ſpatiari lubet) ſen
tentia iure ipſo nulla erit, ſi euidenter iniqua oſten-
datur. ut receptum interpretum dogma ponunt Fel.
nu. 26. Dec. nu. 36. Lanfranc. in prin. rep. n. 41. in cap.
quoniã contra de probat. idem Felin. in cap. inter cæ
teras col. 5. uer. 6. declaratio. & col. 6. uerſi. 2. declara
tio de re iudic. Grat. huiuſmodi nullitatẽ, & poſt tres
ſnias cõformes admittendam aſſerens conſi. 72. col.
2. lib. 2. & qui complures laudat Nic. Ant. Graua. ad
Veſtr. lib. 4. cap. 4. nu. 26. quãuis contrarium longè
uerius iure ſit, ut latiſſime alibi demonſtro, & ut con
74 ſtanter exiſtimauit Bald. quem ſequitur Felin. ſibi ad-
uerſus in cap. per tuas, num. 4. ad finem de ſentent. ex
communicat. aſſerit idem luculenter Angel. in l. 1. C.
de re iudic. & quanquam dubitet, tamen hoc magis
probat Curtius in l. ſi diuerſa nume. 13. C. de tranſa-
ction. ſed nos, ut diximus, hæc alibi ubertimè. Notã
75 dum porrò eſt, & memoriæ diligenter commendan-
dum, quod ſententia ſimpliciter confirmans ſenten-
tiam ipſo iure nullam, & ipſa quoque iure ipſo nulla
eſt. ut commune auſim conſtituere ex Iaſ. ac Dec. in
col. 4. uer. 3. concluſio in l. una. C. de error. calcul. Fe
lin. in capit. ea quæ col. 2. uer. meritò, de re iudic. Se-
76 baſt. Vant. de nullit. pag. 325. nu. 131. Notãdum rur-
ſus hac in materia eſt, & memoriæ tenaciter inſcribẽ
dum quod ſententia euidenter ac notorie, ut docto-
res fantur, nulla nec etiam poſt duas alias conformes
penitus ſententias executioni mandabitur, ſed nulla
ſemper dici, nulla ſemper declarari poterit. cõmune
efferunt Bertrand. conſilio 84. lib. 1. Maria. Iunior cõ
ſil. 45. col. 5. Aymon Craue. conſi. 3. col. 1. in finem, &
conſil. 104. colum. 2. Grat. conſil. 72. colum. 2. & con-
ſil. 80. colum. ult. & conſi. 25. col. 1. lib. 2. Pariſ. conſi.
77 98. colum. 3. lib. 3. ratio autem ea eſt, quam nos in elu
cubratiſſimo cõſilio pro Salomone Darderio cõtra
Baptiſtam Lambertũ duabus ſentẽtijs iure nullis in-
nitentem copioſius attulimus, quia huiuſce generis
ſentẽtiæ impropriè, ac falsò ſentẽtiæ dicũtur: cum re
uera nec ipſum nomẽ, nedum effectum ſentẽtiarum
aliquẽ habere intelligãtur. l. 4. §. cõdemnatũ. ff. de re
iudic. l. nõ putãnt. §. nõ quæuis. ff. de bonorum poſ-
ſeſſ. cõtra tabul. tradit late Felin. in cap. ex tenore nu.
4. de reſcrip. cõferunt ad idem tex. in l. 2. ff. de autho
rit. in l. quoties. ff. qui ſatiſdare cogan. in l. ſi quis ali-
quid. §. teſtamentum. ff. de pœn. in l. ſi aut nullum. C.
78 de legit. hæred. ſed & notandum denique in hac eadẽ
materia ualde eſt, ac mẽti ſeriò inſculpendum, quod
ſententia nulla ipſarum partium conſenſu nequit cõ
ualeſcere, quamuis pacti inſtar uires ſumat. commune
ait Paul. in l. 1. nu. 7. C. qui pro ſua iuriſdict.
79 Sentẽtia iudicum delegatorum, quibus ſemper in
iungitur, ut iuſtitiam faciant, nõ ideo nulla erit, quia
iniqua ſit. commune affirmant Felin. in cap. cauſam
quæ de re iudic. & qui aliquammultos in contrarium
profectos diligẽter refert Franciſc. Turzan. opi. 156.
cuius diſcordiæ ueritas ex ijs pendet, quæ ſupra pro-
ximè poſui uer. deniquè, & alibi uberius à nobis ex-
cutiuntur.
80 Sententia arbitrorum eo compromiſſo electorũ,
quo illis ſumma indulgetur facultas appoſitis omni
bus uerborũ cautelis, ſemper nihilominus reductio-
ni ad arbitrium boni uiri obnoxia intelligitur. com-
mune inquit Dec. conſil. 11. colu. 4. uer. quarto prin-
cipaliter, & conſi. 36. colum. penult. circa medium. &
81 conſi 60. colum. 1. lib. primo. debebit tamen intra tri
ginta annos proponi reductionis petitio. commune
affirmat Dec. d. conſi. 39. col. pen. circa fin.
82 Sentẽtia arbitraria, quæ ex compromiſſi proroga-
tiuis fertur, nõ aliter ualet, quàm ſi prorogatio parti
bus ipſis renunciata, atque intimata fuerit. commu-
ne aſſeuerat Dec. conſil. 39. iuridicam, in principio
lib. 1.
83 Sententia ob inſtrumenta de nouo reperta, quorũ
uſus in primo iudicio certam ob cauſam impedita
eſt, retractari poterit. cõmune pono ex Iaſ. in l. Impe
ratores numer. 6. ff. de re iudica. Andr. Alciat. in l. ſub
84 prætextu pag. 340. C. de tranſa. quod ſi nulla iuſta im
pedimenti cauſa oſtendatur, nec inſtrumentis de no-
uo repertis, nec etiam teſtamento, uel aliqua alia ulti
ma uoluntate de nouo eruta, atque inuenta reſcinde-
tur. ſic enim dictat uera, & frequentius recepta Accur
ſij doctrina in l. 3. §. item ſi ipſe uer. euicerit. ff. ſi cui
plus quàm per leg. Falcid. à qua ſtant eodem in loco
antiquiores iuris proceres, & Alexan. in d. l. Impera-
tores num. 1. Iaſ. in l. non minorem. nu. 5. C. de tran-
85 ſactio. quamuis perperam aliud autumarint Romani
ſing. 195. Iaſ. ſibi aduerſus in laudata. l. Imperatores.
num. 2. Felin. in cap. ſuborta num. 11. de re iudic. & il
lud cum Alexand. in d. l. ſub prætextu nume. 6. magis
commune poſuerit Franciſ. Turzan. uir alioquin ma-
gna diligentiæ laude dignus opin. 84. qua etiam de re
latius alibi.
86 Sententia quæ uel per aduerſarij confeſſionem ini
87 què obtenta probatur, uel ſic rem eſſe liquidò cõſtat,
reſtitutione cõdemnato indulta infringetur. commu
ne inquit Alciat. in capit. nouit nu. 46. de re iudic. uel
88 per piam, ac religioſam denũciationẽ retractabitur.
commune fatur Curt. Iun. cõſ. 104. num. 4. quæ appri
mis conferunt ad ea, quæ ſupra obſeruaui nu. 50. uer.
denique.
89 Sententia, qua nullum fuiſſe teſtamentum contra
hæredem pronunciatur, & ijs, quibus aliquid lega-
tur, nocet. commune ponunt Alexand. & qui illum
laudat Ant. de Tremor. in addi. ad Bon. in rub. de ex-
cept. & bon. nu. 5. uer. nota autem omno. ac Villalob.
in ſua collect.
90 Sententia, quæ irretractabile damnum infligit, ſi
nulla dicatur, non antea executioni mandabitur, quã
illius uires diligẽter excutiantur, tametſi alteri inda-
gine opus ſit. commune inquiũt Iaſ. in l. 3. §. ſi ſeruus.
nu. 9. ff. de acq. poſſ. Iul. Clar. in pract. §. ult. q. 94. uer.
ſcias autem.

91 Sententia in criminalibus cauſis lata quanuis ante
92 decẽ dies appellationi præſtitutos executioni tradi
non debeat, tamen generali conſuetudine cõtrarium
obſeruabitur. ut atteſtantur Marian. In repe. cap. qua-
liter, & quando, num. 567. de accuſatio. & qui copio
ſius hac de re agit Iulius Clarus in pract. §. ulti. quæ
93 ſtion. 96. differetur tamen abſque dubio criminalis
ſententiæ executio, & cùm damnatus rationes alicui
94 eas poſtulanti redditurus eſt, & cùm accuſatio ab eo
95 dem in alium orſa ad finem perducenda adhuc erit, &
cùm ad pœnitentiam adigẽdus monitionibus propo
96 netur, & cùm grauida mulier corporis ſuppliciũ lue-
re alioquin debebit. ut freqũẽter placita atteſtatur,
& accuratè explicat Iulius Clarus in pract. §. ult. quæ
97 ſti. 97. per totam. differetur item rurſus, ſi de damnati
innocentia alicunde poſtea cõſtiterit. commune affir
mant Anton. Gomez de delict. cap. 8. nu. 4. Iul. Clar.
in d. §. ult. q. 98. uer. ſed nunquid.
98 Sentẽtia declarari ex coniecturis, ſi quæ ſint ab eo
99 iudice poterit, qui ipſius latori ſucceſſerit: quanuis
alioquin abſque illis nequeat. commune ponit Fran-
ciſ. Viuius lib. 1. opin. 157.
100 Sententia executioni mandari poteſt per eum iu-
101 dicem, qui uel ipſius latori ſucceſſerit, uel ſtatuto, iu-
re, aut conſuetudine ſententijs exequendis præfectus
ſit, quanuis nullæ ad id literæ proponantur. ut cõmu
ne inquiunt Soc. in l. à Diuo Pio. §. ſententiam Romę
num. 17. & ſequen. ff. de re iudic. quem laudat Viuius
d. lib. 1. opin. 157. & qui latius aliquantulo loquũtur
Aegidius Boſsius in pract. tit. de for. compet. nu. 87.
Iulius Clarus in pract. §. ult. quæſtio. 96. uerſic. item
quæro.
102 Sententiæ uerba preſsè ac ſtrictè exaudiri debent.
commune interpretum placitum effatur Curt. Iun.
conſi. 74.
103 Sequeſtratio non aliter fieri poteſt, quàm armorũ
timore, atque offenſionis euitandæ cauſa. quo nomi-
104 ne ſi ſe illam fieri iuſsiſſe iudex aſſerat, fidem abſque
dubio merebitur. commune inquiunt Soc. conſ. 115.
105 lib. 1. Franciſ. Viuius lib. 1. opin. 173. tolletur autem
regulariter ſatiſdatione ut commune ponit, ac rectè
106 declarat idem Viuius eodẽ lib. 1. opinio. 266. nec ali
ter unquam poſſeſsione poſſeſſorem interuertet, quã
ſi ex utriuſque partis conſenſu fiat. quemadmodum
frequẽter placitum latè ait idem Viuius d. li. 1. opin
265. & ante eum amicus noſter Nico. Anto. Grauat.
lib. 7. cap. 2. nu. 17.
107 Seruitus uiæ, quæ ſemel aſsignata eſt, immutari
poterit, ſi uia æquè commoda alibi præſtetur. cõmu-
ne inquit Soc. conſi. 141. nu. 4. lib. 1.
108 Seruitutis, quæ uel cõtinua uel diſcontinua (ut uul
go fandi mos eſt) cẽſetur, allegatus titulus, ac propo
ſita iuſta aliqua illius cauſa idonea probabit, ſi quis
ſe illa uſum inter præſentes per decẽ annos, inter ab-
ſentes per trãſactũ uiginti annorũ curriculũ oſtẽdat,
ut eſt celebris Accurſij authoritas in l. ſeruitutes. 14.
in uer. certam. prope finẽ. ff. de ſeruit. quam commu-
niter interpretibus probari cõſtat ex Bar. nu. 4. Fulg.
nu. 3. ad eandem l. & Paul. Caſtren. in l. ſi filius. C. de
petit. hæredit. & in l. quã tuberonis. §. 1. num. 3. ff. de
pecul. Imol. in l. 1. in finem. ff. de aqua plu. arcen. teſti
ficanturque illam frequenter placitam Alex. conſ. 79.
circa primũ dubium col. 3. lib. 5. Felin. in ca. de quar-
ta nu. 41. de præſcri. Balb. de præſcr. 2. par. 4. par. prin
cip. in princ. nu. 3. Did. à Couarru. lib. 2. reſolut. cap.
17. nu. 11. uer. & ſiquidẽ. quæ tamẽ opinio de iure fal
109 ſa prorſus eſt ſi uerum erit ſeruitutes reales, & ut ſer-
mo eſt, diſcontinuas tempore hominum memoriam
ſupergreſſo duntaxat præſcribi, quanuis tũc nulla ad
id uel ſcientia, uel domini patientia exigatur. quod
commune affirmant Iaſ. in l. imperium num. 21. ff. de
iuriſdict. omnium iudicum. idem Iaſ. nu. 76. Rip. nu-
me. 4. in l. 1. ff. de acqui. poſſeſ. Felin. in d. ca. de quar-
ta colu. penult. Balb. d. 2. part. quartæ part. quæſtio. 1.
colum. penult. Did. à Couarru. d. cap. 17. nu. 11. Curt.
110 Iun. conſil. 274. numer. 28. & nume. 38. ut non iniuria
ab illo frequenter placito deſciuerint relati à Bar. d.
num. 4. Florean. num. 36 Paul. num. 9. in eandem l. ſer
uitutes, Alexand. num. 19. Iaſ. num. 45. in l. qui aliena.
ff. de acq. hæred. & ij, quos citat Balb. in d. trac. 1. part.
3. part. q. 10. nu. 10. à quibus ſtat etiam Zaſius ex recẽ
tioribus in l. 1. col. 5. num. 8. ff. de ſeruit. Sed quidquid
illi dicant, cùm longe uerius ſit ex ſolida Iuriſconſul
torum doctrina omne ſeruitutum genus ſtatis tẽpo-
ribus præſcribi, ut alibi uberrime demonſtro, uerior
abſque dubio, & incunctabilis ſuperior recepta ſen-
tentia cenſeri debet.
111 Seruus extra cauſam peculiarem nec ciuiliter nec
quo ad obligationis naturalis effectus naturaliter
obligatur. commune dicit Porc. in §. præterea nume.
112 3. inſtitut. quib. mod. tolli. oblig. nec unquam in pecu
niariam pœnam cõdemnari poteſt. quemadmodum
frequenter placitum inquit Placa de delict. lib. 1. nu.
18. & qui eum cum alijs laudat Iul. Clar. in practi. §.
ult. quæſt. 80. uer. item quæro.
113 Seruus & abſque cauſa mera modũ à domino im-
pune uerberari poteſt. cõmune ait Porc. in §. ſed hoc
tempore ad gl. uer. cognita nu. 6. inſtit. de ijs, qui ſunt
114 ſui, uel alien. iur. & cùm authoritate ac iuſſu domini
flagitia uel atrocia patrauerit, leuiori pœna plecte-
tur. commune affirmat Did. à Couarru. de ſponſa. 2.
par. cap. 3. §. 4. num. 7.
115 Seruus ſi matrimonium cum libera muliere cõtra
xerit, ac dominus cùm id ſciret uel cõſenſerit, uel nõ
contradixerit, & mulieri conditionem ſerui ignoran-
ti non ſe dominum eſſe nunciauerit, libertatem ipſo
116 facto cõſequetur. at ſi uel mulier ſtatum ſerui nõ igno
rauit, uel dominus ipſi illum eſpoſuit, matrimonium
quidem ualebit, ſed ſeruus libertatem non adipiſce-
tur. commune latè ponit Did. à Couarru. de ſponſal.
2. par. cap. 3. §. 7. num. 1. qua in re grauiter hallucinan
tur Ang. & qui eum ſequitur Iaſ. ad Porc. addit. 1. in
princip. inſtit. de nupt.
117 Seruo, qui ſtipulatus eſt, rectè ac iure regulariter
ſoluitur. cõmune inquit doctor meus Emanuel à Co
ſta in l. ſi ex cautione uer. tua nu. 6. pag. 41. C. de non
numer. pecun.
118 Seruus pœnæ uita functi loco ponitur, ut cenſet
glo. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. 2. uer. ſed cũ dece-
dit. ff. ad S.C. Trebell. neceſſaria, & cõmuniter inter-
119 pretibus probata iuxta Claudium ibi ad finẽ. quan
uis cum nõnullis haud de nihilo reluctetur meus iu-
ris præceptor Eman. à Coſta. in l. Gallus. §. & quid ſi
tantum par. 2. nu. 1. ff. de lib. & poſthum.
120 Seu dictio in legatis amplificat. commune ait So
cin. in l. ſi is qui ducẽta. §. utrum colum. ſecunda. ff. de
121 reb. dub. quod tamen ex coniecturis huc atque illuc
trahi poterit.
122 Simulatio contractus & teſtibus, & literis proba-
ri poteſt. commune inquit Boer. conſi. 12. num. 9. nec
123 iureiurando expreſsim renunciata quidquam proce-
det. commune aiunt Berous in ca. ad noſtram nu. 12.
& ſequent. de empt. & uendit. Franciſ. Viuius lib. 1.
opin. 185.
124 Societas omnium bonorum nõ ſolum expreſsim,
ſed & tacitè, ritè, rectèq; contrahitur. cõmune inquit
125 Soc. conſi. 291. in princ. lib. 2. non tamẽ idcirco inter
fratres contracta cenſebitur, quod hæreditas paterna
inter illos indiuiſa perſtiterit. cõmune ponit Iaſ. con
ſil. 5. factum ſic ſe habet in princ. lib. 1. cu tamen uide,
quæ

quæ alibi ea de re ſcribo.
126 Socius, qui induſtriam ac laborem pecuniæ, quam
alter confert, præſtat, partem ſortis poſtea deperdi-
tæ alteri non reſarciet. commune pronunciat, ac re-
ctè exponit Didac. à Couarru. lib. 3. reſolut. capit. 2.
numer. 2.
127 Socij à Socijs compelli poſſunt, ut in communi do
mo cõductorem idoneum accipiant. quemadmodũ
frequenter placitum ait Iaſ. in l. quauquam, nu. 24. C.
qui teſtam. fac. poſſ.
128 Sodomiæ uitium teterrimum & cum maſculis, &
129 cum fœminis patrari intelligitur, eiusque pœnæ olim
130 mors, et bonorum proſcriptio fuit, hodie infamia, te
ſtamenti incapacitas, bonorum cõfiſcatio atq; ignis:
ut receptum latè ponunt Franc. Viuius libr. 1. opin.
131 267. Iulius Clarus in pract. §. ſodomia. ac iuſtam ſem
per matrimonio diſſoluendo cauſam præſtat, ſeu uir
cum uxore, ſeu cum alijs illud ſuſcipere nitatur. com
mune pronunciant Abb. in cap. maritus in finem de
adult. Barbat. conſi. 64. num. 8. lib. 1. Franciſc. Viuius
lib. 2. opinion. 256. Iulius Clarus d. §. ſodomia uerſi.
item propter.
132 Solennitas antiquo actui, cuius inſpectio nõ aliud
præfetert, adfuiſſe præſumitur. commune inquit Cur
133 tius Iunior conſi. 130. num. 4. quin & extrinſecæ ſo-
lennitates longiſsimo tempore præſcribuntur. com-
134 mune ait Boer. deciſ. 281. num. 15. quanuis ſolennita
tes, ſeu ſolennia, aut quæ formæ, ſubſtantiæ ve nume-
ro habentur, conſuetudine non ſuppleantur. ut com-
mune ponere auſim ex Felin. cap. ex literis nume. 13.
uer. ſed ad hæc, de fide inſtrument. Dec. in l. ſemper in
ſtipulationibus nu. 16. ff. de reg. iur. in l. ut liberis nu.
8. C. de collat.
135 Solennitatũ defectus, quæ in aliquo actu ad alien-
ius perſonæ fauorem exiguntur, actum nec uitiabit,
nec impediet, ſi actus illi eidẽ perſonæ utilis oſtẽda-
tur, ac reuera ſit. commune aio ex Imol. in l. cum lex
ad finẽ. ff. de fideiuſſor. Soc. in l. conditionibus pupil-
lus num. 1. in princip. ff. de condit. & demonſtrat. Iaſ.
in l. contra iuris nu. 8. ff. de pact. Soc. Iun. conſ. 28. nu.
21. li. 2. Gomez in §. omnium col. 10. inſti. de act. latiſ
ſimè Tiraq. de iur. marit. q. 8. gl. 8. à n. 56. & uide quæ
hanc in rem obſeruo etiam ſupra uer. mulier, & uer.
minores contractum.
136 Solitum unico actu inducitur, etſi conſuetũ duos
actus exigat. commune inquiunt Gozadin. conſi. 53.
num. 5. qui enim laudat Franciſc. Viuius lib. ſecundo
opin. 257.
137 Solutio quanuis in ea moneta fieri debeat, quæ cõ
tractus tempore in uſu erat, ut cõmune ait Cur. Iun.
138 conſ. 24. nu. 4. tamen alia fieri debebit, ſi illius tempo
ris nummorum indicatio mutetur: ut commune ef-
139 fert Boer. deciſ. 327. nu. 4. poterit q; ſemper de conſue
tudine fieri ſolutionem maiori moneta, quàm quæ in
ipſa obligatione exprimitur. commune effatur Curt.
Iun. d. conſ. 24. n. 5. quam etiam in rem uide, quæ ſupe
rius obſeruo uer. moneta.
140 Solutio teſtibus probari poterit, quanuis etiam non
aliter probari poſſe, quàm ſcriptis contrahentes paci
ſcantur. commune inquiunt Ant. de Can. in tracta. de
execut. inſtrumen. q. 36. nu. 75. Folier. in pragmat. de
cenſib. uerſi. quæ quidem executio nulla falſitatis nu
me. 57. & ſeq.
41 Solutionis iam factæ exceptio tum ſententiæ, tum
executioni contractus ſine mora faciendæ opponi po
teſt. commune aſſeuerat Cagnol. in l. bona fides nu.
2. ff. de reg. iur.
142 Solutionis loco rei data ſubibit remediũ l. 2. C. de
reſcindend. uendition. ſi dantem ultra iuſti ac germa
ni precij dimidium læſerit. commune dicit late, ele-
ganter, atq; accuratè id explicans Arius Pinel. meus
iuris doctor in illã eandẽ l. 2. par. 1. c. 4. nu. 8. & nu. 9.
143 Soluturũ ſe in aliquo ſtato loco promittens, ac fo-
ro ſuo renuntians in eo loco & non inuentus conue-
niri poteſt. ut frequenter interpretibus probari teſta
tur Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 36.
144 Somnus tum demũ criminis à dormiente ſuſcepti
pœnas tollet, cum nũquam aut rarò delicti patrator
talia aggredi ſomnolentus conſueuit. ut receptũ af-
firmant Did. à Couar. in clemen. ſi furioſus pag. 319.
num. 6. de homicid. Plaza de delict. lib. 1. ca. 31. nu. 3.
Iulius Clarus in pract. §. ultim. quæſt. 60. uerſ. quæro
etiam.
145 Soror quanuis ſtatuto à fratris hæreditate exclude
tur, non idcirco etiam ab illius hæreditate frater abi
getur. commune affirmat latè Franciſc. Viuius lib. 1.
opin. 195.
146 Speciales, uel priuilegiati alioquin caſus generali
bus iuris definitionibus regẽtur, ſi nullam expreſsim
prærogatiuã in ipſa ſpecie, de qua agitur, habeãt. cõ-
mune aio ex Barto. in l. 2. nu. 1. ff. ſi quis in ius uocat.
ex relatis à Dec. num 8. Cagnol. in finem ad l. 1. ff. de
reg. iur. Bald. in l. 3. num. 5. C. ſin. regun. Iaſ. à num. 9.
Alciat. à nu. 6. in l. 1. ff. ſolu. matrim. Iaſ. rurſus in l. ult.
colum. 3. num. 4. ad finem. C. de teſtament. & in l. ult.
num. 14. C. de edict. diui Adrian. tollen. Dec. in l. 2. in
finem C. unde lib. Straccha de mercat. pag. 476. nu. 5.
adde gloſ. notab. in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. qua ibi
Paul. ad hoc celebrat, & arbitratur optimã meus iu
ris doctor Arius Pinelus in rub. 2. par. cap. 1. num. 15.
147 C. de reſcindend. uendit. ubi tamen ſemel prærogati-
uam aliqua in ſpecie quis habuerit, nõ illam amittet
per nouam legem, uel ſtatutum de nouo conditum,
tametſi generalia, atque uniuerſalia uerba faciat. quẽ
admodum cum aliquammultis receptum atteſtatur
Franciſc. Viuius lib. 1. opin. 321. cui addes ſupra lau-
datos authores, & Dec. conſi. 165. uiſo tenore colu. 2.
in princip. & conſil. 174. uiſo conſil. ad finem. atque
eundem præclarum iuris antiſtitem Pinelũ in auth.
niſi tricennale num, 59. uer. tandem hæc opinio poſt
148 medium. C. de bonis matern. licet generaliter gene-
ralem diſpoſitionem non comprehendere caſus, nec
perſonas priuilegiatas cenſeant. gloſſ. in l. poſtquã li-
ti. C. de pact. Rip. in l. prima nu. 58. cum ſequen. ff. de
uulgar. & pupilla. Gozad. conſ. 43. nu. 12. & ſeq. Rui.
conſ. 135. nu. 6. lib. 1. & latè Io. Cephal. conſil. 72. nu.
11. & ſeq.
149 Spiritualium rerum cauſa, ſi circa factum ipſum cõ
trouertatur, coram ordinario populi iudice inciden-
ter diſceptari, ac determinari poterit, ſecus ſi de ali-
quo ipſius iure agatur. ut frequentius doctorum pla-
citum cum Alex. in l. quoties. C. de iudic. ponit Tur-
zan. opin. 90.
150 Spoliatus nec accuſationi, nec inquiſitioni reſpõde
re antea tenetur, quàm reſtituatur. commune ponit
151 Viuius lib. 2. opin. 275. non tamen contra eum, qui
titulo ac bona fide poſsideat, reſtituetur. commune
aiunt Pariſ. conſil. 1. lib. 1. Socin. Iun. conſi. 47. & ſe-
152 quent. lib. 2. Gozad. conſil. 28. licet contrarium com-
mune teſtentur Alexand. conſi. 97. lib. 2. & conſi. 91.
colum. ultim. lib. 5. idem Alexand. ac Rip. nu. 27. in l.
qui rem nobis. ff. de acquiren. poſſeſ. atque amicus no
ſter Nicol. Antonius Grauatius ad Veſtrium libr. 7.
cap. 3. num. 41. & poſt eum Viuius d. lib. 1. opin. 272.
153 Agere autem ſpoliatus poterit, & poſt decurſum mil
le annorum ſpatium, ut receptum teſtatur Chaſſado-
154 rus deciſ. 6. in tit. de reſtitut. ſpoliat. quanuis uerius
meo quidem iudicio ſit, ut ſolum intra triginta annos
poſsint agere. quod etiam frequentibus interpretum
calculis ſuffultum affirmant Bertrand. conſil. 247.
Anton.

Anto.Galleſius in tractat.de exercit. iuris peritorum
lib.3.num.50.& amicus noſter Nicolaus Anton. Gra
255 uatius dicto cap.3.ac dicto num.41.Porrò non opus
erit ut beneficialibus,uel ſpiritalibus rebus ſpoliatus
titulum ſibi afferat,ſed poſſeſsionem ſuam duntaxat
iuſti alicuius tituli allegationem munitam probet.cō
mune pronunciant Panorm.& qui eum laudat Tur-
256 zan.opin.129.ſi tamen denique apertè conſtiterit res
ad ſpoliantem non ad ſpoliatū attinere,ſpoliatus qui
buſcunque temporarijs rebus nunquam reſtituetur.
commune dicit accuratè Didac. à Couarru.de ſpon-
ſal.2.par.cap.7.§.5.num.10.

257 Sponſa coniugis appellatione, & ſponſalia matri
monij nota in odijs,ac pœnis non continētur. com-
mune inquiunt Guliel. in cap. Raynutius uer. duas
habens filias num.151. de teſtam. Did.à Couarru.de
258 ſponſ.2.par.cap.1.nu.2.& 3.quanuis qui ſponſam al-
terius de præſentibus permolit,adulterij iudicio, ac
ſupplicio obnoxius fiat:ut receptū aſſerūt An.Gomez
in l.80.tauri.Iul.Clar.in pract.§.adulterium uer. ſed
hæc omnia.

259 Sponſalia etiam à ſeptennio minoribus, ſi quæ a-
gunt,intelligent,rectè contrahentur. commune po-
nit Did.à Couarru.de ſponſal.1.par.cap.1.nu.1.poſt
260 Soc.uidendum conſ.3.circa præſentem in princ.li.1.
nec illa à quibuſuis contracta unquam ob ſponſæ de-
261 ductionē in uiri domum uel ob amplexus atq; oſcu-
la,uel ob munera,& ſigna,& ſimilia nomē ac uim ma
trimonij induent.communia inquit Did. à Couar.d.
262 1.par.ca.4.§.2.nu.1. ac num.2.quin & ſi iureiurando
ſponſalia confirmentur mutuo poſtea iuratorum cō-
ſenſu nihilominus diſſoluentur.commune ſcribit ac-
263 curatè idem Did.eadem.1.par.ca.5. num.1.intellige
tamen quod ſi ſponſalia de præſentibus cōtracta fue-
rint,& legitima ætas ingruerit,per amplexus, oſcula,
& munera in matrimonium tranſibūt. commune pla-
citum ait Dec.cōſ.348.in cauſa matrimoniali col. 2.
circa medium.

264 Spōſiones,quas uulgus ſcommeſſas fatur, quin ua-
leant,nullum ius impedit. commune aſſerunt Did. à
Couarru.in rep.cap. peccatū fol.122.in fin.Straccha
de ſponſion.3.par.Iul.Clar.in pract.§.ludus uer.quæ-
ro etiam,Franciſ.Viuius li.2.opin. 211.

265 Spurius rectè ac iure à patre inſtituitur ſub condi-
tione ſi natalibus reſtituatur. commune ponunt Di-
dac.à Couarru.de ſponſal.2.part.capit.8. §. 5.nume.
12.Iulius Clarus de teſtamentis quæſtion. 31. uerſic.
266 ſed quæro nunquid.quin & interim, dum conditioni
ſatisfit,hæreditaria bona ut illorum curator admini-
267 ſtrabit.receptum aſſerunt ijdem ibidem. Matri autem
etiam non plebeiæ,nec pullatæ ſpurius filius ea coitu
damnato,non tamen accuſationi, ac pœnis obnoxio
ſuſceptus tum teſtato tū inteſtato ſuccedet: ſed enim
268 uterinis fratribus,& cognatis inteſtato uita fungenti
bus hæres erit.communia ſcribunt Fulgoſ. in l.ſi qua
illuſtris num.3.& num.4.C.de Orfician.Socin.conſi.
148.nemini tam ſunt. colum. penulti. libr.1.prolixè
Did.à Couarru.d.§.5.num.15. & num. 19. alioquin
269 ad parentum hæreditatem nec ſtatuta ſpurios iure ac
ualidè admittent. commune inquiunt Deci.in cap.i.
in præſentia de probation.& conſil.271.in caſu tranſ
miſſo.Hipp.ſing.273.& 303.& 734.Ioan. Dilect.de
art.teſtand.tit.1.caut.14.Did.à Couarru.d.§.5.num.
270 6.Sed nec legitimus filij ſpurij filius auo inteſtato ſuc
cedet. commune dicunt Curtius Iunior conſil.157.
nume.1.Phyrrh.in conſuetud.Aurel. de ſucceſſ. cap.
271 6.ſi tamen auus legitima prole deſtitutus erit donare
ac teſtamento relinquere ſuis ex filio ſpurio nepoti-
bus nequaquam prohibetur. commune interpretum
dogma affirmant Alex.& Dec.conſi.462.colum.pe-
nult.Iaſ.in l.hæreditas n.8.C.de ijs,quib.ut indig.co
pioſe Did.à Couarru.d.§ 5.num.13.& qui de mate-
272 ria uberrimè agit Iul.Clar.de teſtam.q.35.intelliges
tamen, quod ſi hi nepotes legitimi patri filij erūt,pro
hibere neceſſario auus debet ne uſusfructus ſpurio il-
lorū patri quæratur, aut ſaltem opus erit ne eos ho-
noratos patris cauſa eſſe conſtet. commune pronun-
ciant Ioan.dilect.de art.teſtand.tit.1.caut. 14.nume.
273 12.Did.à Couarru.d.§.nu. 13. quod ſi etiam ipſi ne-
potes ſpurij ſint,nihil omnino amplius exigetur, quā
ne auus legitima prole aliunde auctus ſit. commune
affirmat meus iuris doctor Ar.Pinel.in l.3.nume. 22.
274 C.de bon.mat. ſed & præterea ſpurius ipſe filius pu-
pillariter omnibus fratris pupilli bonis ab utrinſque
patre ſubſtitui poteſt.commune efferunt Rip.in l.Lu
cius num.3.ff.de uulg.& pupill.Gulielm.in cap.Ray
nutius uer.& uxorem nu.690.de teſtamen. Arius Pi-
nel.in d.l.3.numer.21.C.de bon.mat.& patrem item
275 ſuum ſemper ac populsris etiam iudicis ope adiget
ad ſuppeditāda ſibi alimenta,ut frequenter placitum
dicit Alciat.in rub.nu.2.ff. de uerb. obliga. quod in-
276 telliges proceſſurū niſi ſe aliūde alere ipſe poſsit.cō-
277 mune ait Curt.Iun.conſil.148.num.1.quę uero idige
nus ſpurijs prohibēte alioquin iure relinquuntur ad
iuſtos relinquentis liberos uel agnatos proximiores
lege redeunt: uel illis intra duos menſes negligenti-
bus aut renunciatione, uel pacto excluſis ad fiſcū de
feruntur.commune diligenter tradunt Did. à Co-
uarru.dicto §.5.nume.3.Iulius Clarus ubi ſupra quę-
ſtio.31.

278 Statuta & à populo alterius ditioni mancipato cō
di poſſunt,ut commune inquit Andr. Alciat. in cap.
279 quod ſedem nu.59.de offic. ordin.& à ciuitate ſine ſu
perioris facultate componi queunt.ut receptum affir
280 mant Gozad.conſil.35.nume.16.latè Franciſ.Viuius
281 lib.1.opin.324. intelligique ſemper debent ne foren
ſes ſeu exteri ligentur, & ne quis indebitè damnum
patiatur,quanuis alioquin ſuperflua cenſeātur. com-
munia ponit Franciſ.Viuius d.li.1.opin.286.colum.
282 3.& 4.& opin.288.comprehenduntur tamen exteri
ſi de ijs ſtatuta egerint,quæ uoluntariæ iuriſdictionis
ſunt.commune ait Iaſ.in l.cunctos populos. num.86.
C.de ſum.Trinit.porrò illorum uerba preſſe ſemper
283 ac ſtrictè exaudiri,accipique debent. commune affir
mant Dec.in l.non uult.nu.4. cum ſequen. ff. de reg.
iur.Beroui in cap.ſi quis epiſcopus nu. 6. de accuſat.
284 ubi tamē ſtatutum aliquo in caſu expreſsim loquetur,
& tāta rationis ſimilitudo in alio erit, ut ſi ſtatuen-
tes interrogati fuiſſent,aliter reſpōdere non poſsent,
ad illum etiam ſtatuti uerba proferemus,ut commu-
ne renuncio ex Aleaan.conſil.83.& conſi.222.lib.5.
Soc.conſ.128.atque alijs quos laudat Viuius d.lib.1.
285 opin.314.notabis præterea quod licet ſtatuta ius cō-
mune antiquent, ſi tamen de uno correlatiuo uerba
fecerint,ad aliud ampliabūtur.commune aſſerit Cur.
286 Iun.conſi.6.numer.1.habebitque id locum,quamuis
pœna aliqua imponatur.commune profert Iaſ.in l.ſi
287 prius nu.54.ff.de nou.oper.nuncia.non tamen id ge-
nus ſtatuta ſi in caſu uero loquentur & in ficto proce
dent.commune inquit Aleaan.conſi.189.niſo ſtatuto
col.pen.lib.7.Crauet.cōſi.205. num.25. notabis rur
288 ſus ſtatuta ſimpliciter loquentia ad contractus iure-
iurando confirmatos non referri.cōmune dicit Curt.
289 Iun. conſi.67.num.1. notabis deinde quod ſtatuta, ſi
obligationem naturalem uel ciuilem quouis tempo-
ris ſpatio tollent,nulla prorſus erunt. commune aſſe
uerat Balb.de preſcrip.2.part.3.part.q.5.num.14. &
290 5.part. quintæ partis quæſtio. 6. quanuis alio pro a-
lijs obligare & pecuniarijs pœnis ſubdere poſſe rece
ptum ſit,teſte Dec.in cap.cognoſcentes col.1. uer.&

ex his

ex his de conſtitu. notabis denique ac memoriæ per-
petuo indes quod ſtatuta in alicuius certæ perſonæ
damnum ac præiudicium condi nihil uetat aut re-
moratur. cōmune inquiunt Dec. in cap. cum omnes
lect. 1. num. 15. cum ſequen. de conſtitu. & in cap. cō-
ſuluit. 3. numer. 32. de appellat. Curt. Iun. in l. ult. nu-
mer. 25. C. de edict. diui Adrian. tollen. quanuis ab il-
192 lis appellar. poſsit: ut commune ponunt Dec. in d. c.
cum omnes lect. 1. nu. 15. Iaſ. in l. 1. nu. 3. & ſeq. ff. de
legib. Rip. lib. 1. reſpon. cap. 21. num. 4. quæ autem ſta
193 tuta moribus utentium nunquam accepta ſunt, nul-
las uires prorſus habent. commune affirmat Alex. cō
ſil. 6. uiſo themate colum. 1. lib. 1.
194 Statutum ſi ueſtium aut alterius rei uſu cum pœ-
na interdicat, non in alios, quam in apprehenſos lo-
cum habebit. commune pono late ſupra uer. iu-
uenius.
195 Statutum ſuperſtitibus maſculis fœminas exclu
dens ad bona in alterius ditionis loco ſita non profer
tur. quemadmodum magis commnunem eſſe doctorū
ſententiam memoriæ prodidit Alex. conſi. 16. uiſo ti
196 tulo lib. 1. cenſetur autem ſola agnationis conſeruan
dæ ratione initum ut uerius arbitror, & magis commu
ne pono ex Bal. in l. maximum uitium colum. 4. C. de
lib. præter. Rom. cōſi. 32. col. 1. & 2. in fi. & cōſi. 311.
col. 1. Dec. conſi. 333. col. 3. & conſ. 372. col. 2. Iaſ. cō
ſil. 205. col. 2. & conſi. 225. col. 5. lib. 2. Curt. Iun. con-
ſil. 87. col. pen. & conſil. 111. col. 4. & conſi. 150. col. 1.
Ruin. conſ. 20. col. 5. & cōſi. 89. col. 4. & conſi. 93. col.
2. & conſil. 107. col. 2. & conſil. 179. col. ult. & conſil.
203. col. 5. li. 2. Tiraq. qui multos laudat, in tract. ceſ-
ſante cauſa limit. 12. num. 15. atque ante eos ea Paul.
Caſtren. in l. ſi uero. ff. de ſolut. matrim. & conſil. 40.
lib. 2. Ang. Aret. in §. 1. colum. ult. inſtitu. de iur. nat.
gent. & ciu. Alex. conſ. 110. col. pen. lib. 3. & conſ. 89.
col. 2. lib. 6. Soc. conſ. 128. colū. 1. lib. 4. quidquid mul
ti contrarium deblaterauerint. de quibus alibi.
197 Sterilitas ad remittendam penſionem idonea tum
demum exiſtimatur, cum ſemine ipſo & expenſis de-
ductis tanta fructuum penuria eſt ut ſi conductor lo-
catorem abſoluat, damnum ultra iuſtæ mercedis di-
midium facturus ſit. id enim magis commune affir-
mant Aret. conſi. 52. numer. 2. Soc. nep. cōſil. 68. nu-
mer. 8. libr. 2. Grat. conſi. 161. nume. 2. libr. 5. & hanc
eandem in rem uideto quæ ſuperius obſeruo. uer.
conductor.
198 Stillicidij recipiendi ſeruitus non impedit ædifica
re, ſi nihil ei, cui illa debetur, ea in re incommodatur.
commune inquiunt Soc. conſ. 141. lib. primo. Cepol.
de ſeruit. ſtillicidij quæſt. 7. nu. 7. Franciſ. Viuius lib.
2 opinio 11.
199 Stipulatio proprie cōtractus nec dici, nec duci po
teſt. ut frequētius dogma pronūciant multa in cōtra-
rium acutè adducentes Ioā. Crot. lect. 2. nu. 11. Gale
aul. nu. 125. Hieronym. Verrius ad fin. Ioā. Coraſ. nu.
21. poſt alios in rub. ff. de uer. obli. Ronchegallus &
apprimè doctus & cum primis eruditus in l. eādem
nu. 28. cum ſequen. ff. de duob. reis. quibus aſſentior.
200 ualebit autem ſtipulatio, qua quis rogatus intra uni-
us diei ſpacium reſpondit, ſi neuter ſtipulantium in-
terim ad extraneos actus diuerterit: ut frequēter pla
citum atteſtatur & acutè defendit Lanfrancus Gyp-
ſius Lugienſis egregiæ eruditionis uir in antiparado-
xion libello ca. 3. cuius certè hominis memoriam iā
plurima inſigniter commendant, tum longè maxime
Ioannes Zanellus eius nepos atque ingentis ſpei iu-
uenis ob pręclarum ingenium elegantiſsimo iudicio
coniunctum, ob raram eruditionem ac doctrinam, &
candidiſsimos ac ſanctiſsimos uitæ mores cōſeruat,
auget, & amplificat.

201 Stipulatione qui ſe ſine cauſa obligat prudēs ſciens
nihil alioquin debere, uidetur donare, atque idcirco
202 ſtipulatio firma rataque eſt. quod ſi ambigatur num
ille ſcierit ſe non teneri, necne ſtipulationi uires nul-
læ aderunt. commune inquit Curt. Iun. conſi. 131. nu.
203 4. ſiquidem neceſſarium eſt, ut qui ex huiuſmodi ſti-
pulatione agit, ex certa ſcientia permiſſum eſſe lucu-
lenter probet. quemadmodum communem docto-
rum eſſe ſententiam ante Curt. affirmauit etiam Alex.
conſi. 13. ea his lib. 1. quem laudat Franciſ. Turzan. o-
204 pin. 145. etsi at aūt originem hęc frequens interpretū
ſententia ex l. C. doctrina in l. 2. §. circa. ff. de doli ex-
cept. ea quā falsò, atque adeo inſulſe collectum ab
omnibus eſt promiſsionem, ſeu ſtipulationem, quæ
abſque cauſa ineatur, nullius ponderis ac momenti
fore oppoſita doli exceptione. ut conſtat illic ex Ac
curſ. atque ea Alb. ſe ita obſeruari in iudicijs uidiſſe
atteſtanti in l. generaliter. C. de non nu. pecun. Alex.
conſi. 13. lib. 1. & conſi. 152. nu. 2. lib. 2. & conſi. 19 li.
4. & in l. à Titio. ff. de uerb. oblig. Iaſ. in l. Iuriſgentiū
§ ſed cum nulla. nu. 4. & num. 23. ff. de pact. & in l. le-
cta. nu. 25. ad finem ff. ſi cert. petat. Felin. in cap. ſi cau
tio. colu. 1. de fide inſtrum. Hipp. in rub. nu. 318. ff. de
fideiuſſ. Loriot. qui aliorum errorem ſibi inauſpicato
aſcribit, in titu. de pact. cap. 59. de qualit. contrac. nu.
3. cum ſequentib. Franciſ. Connan lib. 5. cap. 9. Anto.
Gouean. lib. 1. uariarum cap. 35. Franciſ. Hothom. in
princi. inſtit. de uer. oblig. Ioan. Cephal. conſil. 508.
nu. 1. quorum de errore iam late primo obſeruationū
libro egimus.
205 Stupri pęna in clericum depoſitio eſt, ut commu-
ne aiunt Grilland. de diuerſ. crimi. lib. 3. quæſt. 7. nu.
206 2. Bermond. de concub. fol. 104. nu. 18. in alios ſacris
non initiatos non alia nunc de conſuetudine infligi-
tur, quam ut ſtupratores uel matrimonium cum illis
contrahant, quibus uitium intulerunt, uel dignam eis
dotem elargiātur. commune effantur Anton. Gomez
meus olim iuris doctor. in l. 80. tauri. numer. 7. Iulius
207 Clarus in pract. §. ſtuprū. uer. ſed quæro. at ſtupri cū
uidus patrari nulla hodie pœna prorſus eſt. commu-
ne aiunt idem Gomez d. l. tauri. num. 14. atque idem
208 Clarus d. §. uer. cæterum. ſi quæ autē ſe uirginem fuiſ
ſe aſſeret, cum ludibrio habita eſt, fidem merebitur,
ni contrarium probetur. commune fantur Abb. in c.
1. nu. 5. de adulter. Bermon. de concubin. num. 9. Fol-
209 ler. in pract. fol. 19. num. 13. quin porro ſtupri crimē
tranſactione aboleri poſsit, nihil impedit, ut frequen
ter placitum cenſent Ioan. Coraſ. lib. 2. Miſcellan. ca.
5. num. 5. Anton. de Padella in l. tranſigere. nume. 82.
C. de tranſact.
210 Stuprum domeſticis teſtibus probari non poterit,
quanuis illi non leue inditium facturi ad eius proba-
tionem ſint. commune ponunt pract. Cōrad. fol. 387.
num. 8. Iulius Clarus in pract. § ſtuprum. uer. quæro.
probabitur tamen præſumptionibus ut pœna pecu-
niaria infligi poſsit. ut cōmune pono ex Ang. & Au-
guſt. ad illum de malefic. uer. che hai adulterato, nu.
45. Foller. in pract. pag. 19, nume. 13. Alex. conſi. 115.
in fin. libr. 3. Cepol. conſil. 6. col. 3. Roman. conſ. 451.
Matheſil. & eius addition. latiſsimè in ſing. 118. Boe.
212 decis. 164. criminaliter autem puniri ſic conuictus
haud poterit. commune affirmo ex eiſdem & ex Cra
uet. conſi. 205. nu. 19. & 20.
213 Subſcriptio ſatis ſuperq; eſt ut ſcriptura ipſius ſub
ſcribentis manu conſcripta tota cēſeatur, etiam quo
ad omnes ſtatutorum diſpoſitiones, quanuis alterius
manu exarata fuerit. commune ait Dec. in authen. ſi
quis in aliquo nume. 17. C. de eden. magis commune
profitetur Eman. à coſta in l. ſi ex cautione uerſi. tuſ
pag. 40. C. de non nu. pecun.

Subſtitutio

214 Subſtitutio ex una ſpecie ad aliam profertur atque
extenditur. commune dicunt Iaſ.conſ.203.lib.1. Ioã.
dilect.de art.teſtand.tit.5.caut.5.Anto.Gomez de te
ſtamen.cap.3.num.10.Eman.à coſta in l. Gallus.§.&
quid ſi tantum par.5.nu.1.cum ſequen.ff.de lib.& po
215 ſthum.ſi autem illa ab aliqua conditione pependerit
nec ad teſtatoris filios ante conditionis euentũ trãſ-
mittetur,ſi aliud ipſius teſtatoris uoluntas cõiecturis
collecta nolit.commune pronunciant Curt. Iun.con
ſil.3.num.15.& Franciſ. Viuius cum multis alijs lib.
2.opin.335.
216 Subſtitutio in liberorum defectum,hoc eſt, ſi quis
ſine liberis deceſſerit,& tunc euaneſcet, cùm is, cui
ſubſtituitur, religionem profitebitur. commune in-
quiunt Barb.conſi.20.ſtat.difficultas colum. 1.lib.1.
217 Dec.in c. in præſentia numer. 227. & ſeq.de probat.
quanuis idem proceſſurum non ſit ſi tantum clericus
efficiatur.commune affirmant Boer.deciſ.253.Sylua.
218 nupt. lib. 5.numer. 61.cum duobus ſequen.nec item
idem proceder ſi ſubſtitutio ad captiuorum redem-
219 ptionem fiat. quemadmodum frequenter placitum
aſſerit Corn.conſi. 53. libr. 4. nec denique id etiam
proceder,cùm teſtator aliter expreſsim cauerit. com
mune teſtificatur Calcan.conſil.7.incipit,quia à me.
col.15.
220 Subſtitutio uulgaris inferior impendio eſt, quam
uel iure ſanguinis, uel iure deliberandi tranſmiſsio.
221 quin nec ullas uires habet, quandiu tranſmiſsioni ex
his capitibus locus eſt. commune dicit Socin.conſil.
296.in præſenti col.pen.lib.2.Andr. Alciat.in l.1.nu
mer.22.ff.de uulg.& pupil. magis commune teſtatur
Anto.Gomez de teſtamen.cap.9.numer.50.uer.& in
expreſſo.
222 Subſtitutio uulgaris tacita,quæ ex pupillari ſubſti
tutione expreſſa colligitur, tunc extra pupillarẽ æta
tem porrigetur,cum nulla mentio uel pupillaris æta-
tis,uel temporis infra eam ætatem ſit,ſed aut ſimplici
ter,aut in longius tempus compoſita eſt,quàm puber
tatis ætas comprehendat. uerbi cauſa ſi ſubſtitutio in
hanc formã exaretur:Titium impuberi filio meo ſub
ſtituo,aut,Titium, ſi filius meus intra decimũ annum
cadauer exuerit,bonis eius potiri uolo,extincta pupil
lari ſubſtitutione & uulgaris extinguetur. at ſi ita te-
223 ſtator uerba fecerit: Titius, ſi filius meus è corporis
cuſtodia euaſerit,hæres eſto,aut, Titius, ſi filio meo
intra uigeſimum quintũ annum quid humanitus con
tigerit eius locum habeto:tunc illic ſemper hic ad ex
preſſum uſque tempus ſubſtitutio uulgari durabit, ut
commune eſſe antiquorum placitum teſtificatur Al-
ber.in l.precibus col.6.nu.4.C.de impub. & alijs, ac
receptum etiam neotericorum dogma pronunciat
Imol.in l.qui habebat.ff.de uulga. & pupil.& in cap.
Raynutius in materia uulgaris ſubſtitutionis col. 36.
nu.83.de teſtament.
224 Subſtitutio pupillaris expreſſa matrem omnino tũ
legitima portione,tum bonis a linea materna pupil-
lo quæſitis interuertit tam iure fori, quàm iure poli.
quemadmodũ frequenter receptũ inquit Anton.Go-
mez de teſtamen.cap.4.nu.7.uer.ſed his non obſtan-
225 tibus.quin & tacita pupillaris ſubſtitutio hæreditatẽ
piæ alicui cauſæ delatura matrẽ excludet. commune
ait Rip.in l.1.col.pen.ff.de uulg.& pupil.alias autem
226 ſecus. ut frequenter placitum atteſtatur Dec. conſil.
211,ſubtilis eſt caſus in prin.
227 Subſtitutio pupillaris quã auus præterito filij emã
cipati nepoti facit, hodie ualet, ac firma rataq; eſt.
commune inquit Franciſ.Rip.in l.2.numer. 31.ff. de
228 uulgar.& pupil. nec ulla unquam hodie irrita fiet pu
pillaris ſubſtitutio quod patris teſtamentum ob filij
præteritionem irritum ſit. commune affirmant Rom.
conſil.506.in caſu propoſitæ ad finem.Anto. Gomez
de teſtament.capit.4.numer.4.Emanuel à Coſta in l.
Gallus §.& quid ſi tantum part. 3.nume. 103.ff.de li-
ber.& poſthu.& uide quæ ſuperius obſeruo uer.præ-
teritio.
229 Subſtitutio quaſi pupillaris,ſeu, ut uocant, exem-
plaris non ſolũ mente captis ac furioſis, ſed omnib.
ijs perſonis, quæ ſibi teſtamentum condere nequeũt,
fieri rectè ac ritè poteſt.commune dicit Vigl.in §.qua
230 ratione nu 4.inſtit.de pupill.ſubſti. & matrem tum à
legitima tùm à cæteris filij bonis exigit,atque expel-
lit.commune aiunt Iaſ.nu.43.Rip.nu.48.in l.ex facto
ff.de uulgar.
231 Subſtitutio compendioſa uerbis directis facta ſi in
re directæ pupillaris ualere potuit, iure fideicommiſ
ſariç extra pupillarem ætatem non ualet.ut magis cõ
mune inquiunt Alex.nu.64.Iaſ.num. 29. Rip.nu.69.
232 in l.Centurio.ff.de uulg.& pupil. quanuis aliud gene
233 raliter receptum dicat Iaſ.conſ.129.li.1.excluder au
tem illam matrem,ut latè receptum ponit Franc.Vi-
uius lib.1.opin.334.
234 Subſtitutio his uerbis concepta,inſtituo,& ſubſti-
tuo.ex uerbo,inſtituo,directam, ex uerbo,ſubſtituo,
fideicommiſſariam ſubſtitutionem inducet.commu-
ne teſtatur Cur.Iun.conſi.83.num. 2. Villalob.in ſua
collect.
235 Subſtitutus pupillaris non minus grauari, onera-
riq; poteſt,quàm quiuis ab inteſtato ſucceſſurus. cõ-
mune interpretum dogma inquit Rhoderic. Soarez
in l.quoniam in prioribus fallent.1.nu.15.C.de inoſ.
teſtamen.
236 Suſpenſio ad tempus abſque aliqua abſolutione
tollitur elapſo ſuſpẽſionis ipſius tempore. ut commu
ne accuratè ponit Did.à Couar.de ſponſa.2.par.cap.
6.num.16.
237 Suſpitio omnibus unius ciuitatis doctoribus intẽ-
238 tari nequit,ut nec omni ſenatui,uel concilio intenta-
ta procedet.communia aſſerit Franciſ. Viuius libr. 1.
239 opi.332.cum Boe.deciſ.269.atque alijs.uerum enim
uero ſi ipſum concilii caput ſuſpectum erit,toti con-
240 cilio non minus rectè intentabitur,quàm omni colle
gio,ut frequenter placita ponit idem Viuius eodem
in loco,quanuis ipſe ſemper ſuſpitionem honeſtis in-
241 nixam rationibus contra omnes admitterẽ. Sed hac
242 de re latius alibi.obſeruabis autem quod licet iure cæ
ſareo cauſa ſuſpitionis non allegetur,pontificio tamẽ
allegari debet.commune pronunciat Anton. de tre-
mor.addit.ad Bon.in pract.excepr. Rub. de recuſat.
nu.2.litera B.Villalob.in ſua collect.
243 Suus hæres repudiatam ſemel hæreditatem iterũ
re integra repetere poteſt. commune inquit Iaſ.in l.
pupillorum nu.2.ff.de acquir.hæred.
244 Suorum hæredum iura & adiectiones huius condi
tionis,ſi filius uoluerit,labefiunt, & appoſito uulgari
245 ſubſtituto euertentur.illud communius ait Socin. in
l.conditionibus pupillus colum.3.uer. 2. cõcluſio.ff.
de condit.& demonſtrat. hoc frequentius conſtituo
ex Aret.colum.antepen.Alexan.pen. Iaſ. antepen.in
l.ſi filius hæres.ff.de libe.& poſthum. Corn.in l.3.nu
me.22.C.de iur.delib.Soc.in l.1.num.75.ff.de uulg.
& pupil.Alexan.conſi. 4. uidetur inſpectia colum.6.
246 lib.2.quin & cohæredis additamento iura ſuorum.
quo ad pupillaris ſubſtitutionis confirmationem
ruunt.cõmune fatur Rip.in dicta l.1.nume. 166.ff.de
247 uul.& pupil. exhæredatione autem ſolum tollentur,
quatenus ipſorum ratio ducitur, quatenus uero parẽ
tum commoda ſpectantur, non loco ſuo mouebun-
tur.commune ponit Ant.Gomez de teſtamen.cap.4.
numer.3.
248 Suorum iniuriam ij proſequi dicuntur, & cenſen-
tur,

tur, qui ſexto cognationis gradu iniuria affectum attingunt. commune dicit meus olim iuris doctor Anton. Gomez de delict. cap. 1. nu. 34. ad finem.

T

1 Talionis pœna iam hodie improbo more omnis omnino antiquata eſt, ut latè atteſtatur Iulius Clarus in pract. §. ulti. quæſtio. 81.

2 Taxatiua legis uel ſtatim uerba non excludunt caſus ſimiles, ut frequenter placitum affirmant Rip. nu. 86. Ioan. Crot. nu. 56. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. matrim. Anton. Gomez de teſtamen. cap. 11. nu. 12. uerb. nec obſtat.

3 Tempeſtatis cauſa quæ in mare iactantur tunc demum pro derelictis non habita cenſentur cum bene compoſita & colligata iactātur. ut eſt communis opinio cum Accurt. in l. qua ratione. §. ult. ff. de acquirē. rerum domi. & in l. falſus. §. ſi iactum. ff. de furt. & in l. interdum. §. 1. ff. de acquiren. poſſ. & in l. 2. §. ulti. & in l. qui leuandæ. ff. ad l. Rhod. de iact. & in §. pen. inſtit. de rerum diuiſ. quam tamen nos alibi latè & euidenter confutamus.

4 Tempus præſcriptum ad aliquid agendum nō currit ignoranti. ut commune aſſeuerat Curt. Iun. conſi. 8. num. 2.

5 Tempus decem annorum lōgum dicitur, commune ait Martin. Nauar. reconditæ doctrinæ uir in cap. 1. §. 2. num. 5. de pœniten. diſtinct. 1. at centum anno-
6 rum tempus dicitur ac ducitur hominum memoriā ſeparare, ut commune placitum enunciant Curtius Iunior conſi. 90. nu. 2. Aymon Crauet. hac in re ſemper uidendus de antiquit. tempor. par. 4. uerſi. abſolutis differentijs.

7 Tempus, quod ad ſolutionem iudicatis indulgeri debeat in iudicis arbitrio ponitur. commune effatur Boer. deciſ. 45. nu. 2.

8 Tempus à lege ſic exactum, cùm fuerit ſeptem annorum, aut cùm peruenerit ad ſeptem annos, aut, cum eius ætas ſeptennium fuerit, non ſatis eſt ordiri
9 ſed opus eſt pertexi, ac perfici. at ſi tempus ijs uerbis deſideretur, cùm in ſeptimo anno fuerit, ſatis ſuperque erit incipere atque auſpicari. communia ponit latiſsimè Did. à Couarru. de ſponſal. prima part. cap. 2. numero 2.

10 Tempus in illius odium duplicabitur, qui ante tempus egerit commune inquit Anton. de tremor. in addi. ad Bon. in pract. exceptio. nu. 25. uer. conditionem in rub. quib. mod. ſuo nom.

11 Teſtamentum ac teſtamenti factio iuri gentiū accepta refertur, quamuis illius ſolennitates iuri ciuili aſcribantur. commune inquiunt Iaſ. in l. admonendi colum. 74. ad finem. ff. de iur. iur. Vigl. in § ſed prædicta inſtitut. de teſtamen. Arius Pinelus in rub. par. 1. cap. 1. num. 23. C. de reſcind. uendit. Did. à Couarru. lib. 3. reſolut. cap. 6. nume. 7. Anton. Gomez de teſtamen. cap. 1. num. 5. Bellon. conſi. 5. num. 4. Iulius Cla-
12 rus de teſtament. quæſtio. 2. teſtamenta tamen omnia ea diſpenſatione ualent, quòd quæ illis cauentur poſt mortem fiant. ut frequenter placitum renuncio ex Dec. in rub. C. qui teſtamen. facer. poſſ. & in l. eum qui, num. 4. ff. de iuriſdict. omn. iudic. Gulielm. in ca. Raynutius uerſi. teſtamentum in 1. num. 5. & num. 6. de teſtament. Alciat. in l. filiusfam. §. 1. nu. 5. ff. de leg. lib. 1. Anton. Gomez de teſtamen. cap. 2. nu. 1. Arius Pinel. in l. 2. num. 7. colum. 2. in finem. C. de bon. matern. & in rub. cap. 1. nu. 23. C. de reſcind. uend. quamuis non pauci aliud ineptè deblaterent.

Teſtamentum uel teſtatoris uel alterius manu clā exaratum quod teſtator poſtea coram ſeptem teſtibus ſolum oſtendens ait ſuam ultimam uoluntatem idem eſſe, ac ſuum teſtamentum, & uelle ut ipſum ualeat, atque omnia eo contenta ſeruentur, ratum firmumque prorſus erit, tanquam teſtamentum nuncupatiuum: ut frequenter placitum affirmant Bellon. conſil. 72. nu. 11. Iulius Clarus de teſtamen. quæſt. 4. uer. ſed pone aliquis.

14 Teſtamentum, qui ſcriptis exarare uoluit, ſi ſolennitates omnes iure ad id requiſitas non adhibuit, nec quod egit, ut nuncupatiuum teſtamentum ualebit, ſi de illa teſtamenti ſcriptis comprehendendi uoluo-
15 tate conſtiterit, alioquin in re dubia ſecus erit. commune ponit accuratè Iulius Clarus de teſtam. quæſt. 4. uer. ſed quæro pone.

16 Teſtamentum qui condere regulariter nequeunt, nec ad pias cauſas teſtari quidquam efficient. com-
17 mune aſſerit Iaſ. in l. 1. num. 12. & ſeq. C. de ſacroſan. eccleſ. unde nec ſi pupillus pubertati proximus ad pias cauſas teſtetur, eius teſtamentum quidquam ualebit. commune effantur Alexand. conſil. 182. num. 2. lib. 5. Gulielm. in cap. Raynutius uerſi. adiectæ impu-
18 beri nume. 88. uerſi. ſed aduertatis, de teſtament. nec ſi prodigus, cui adminiſtratio bonorum interdicta eſt, teſtamentum ad eaſdem pias cauſas condiderit, quidquam ualidum efficiet. commune teſtificantur Beſſet. in repet. l. prima num. 100. C. de ſacroſan. eccl.
19 Alexand. dicto conſil. 18. C. numer. 6. lib. 5. nec item furioſi teſtamēto ad illas eaſdē cauſas conſcripto uires ullæ aderunt. commune ponit Grat. conſil. 30. nu-
20 mer. 32. lib. C. Iulius Clarus de teſtamen. quæſtio. 5. uerſi. ſed an furioſus. nec denique ſi ad mortem damnatus piè teſtetur, ualiturum elogium emittet. commune ſcribunt Abb. in rub. 11. uer. de damnato, de
21 teſtamen. Alex. d. conſi. nu. 5. uerum enimuero teſtamentum filiifam. ad pias cauſas conditum ualet, ac firmum ſtabileque eſt. commune profitetur Alexā. in l.
22 1. §. hoc autem nu. 4. ff. ad trebel. quod tamen exaudiri ita debet, ut patris conſenſus una in id acceſſerit. commune pronunciant Gulielm. in d. ca. Raynutius. uerſi. mater. inſuper cleram. nume. 28. Pariſ. in cap. in præſentia nume. 20. de probat. Ioan. dilect. de art. teſtand. tit. 1. caut. 1. num. 1. in finem. latè Iulius Clarus ubi ſupra quæſtio. 5. uerſi. ſed nunquid filiusfam. in-
23 tellige. 2. quod non ſic prorſus id teſtamentum ratū erit ut legata extra pias cauſas in alios collata conſequenter robur habeant. quemadmodum receptum affirmant Iaſ. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto nu. 10. uer. 2. pro iſta. C. de teſtamen. Guliel. in dicto cap. uer. teſtamentum nume. 69. Iulius Clarus ubi ſupra, uerſi. unum tamen. & uide inferius uer. teſtamē-
24 tum minus ſolenne. alioquin autem filiusfam. regulariter ac generaliter teſtamentū nequit exarare, quamuis & illius pater conſentiat, & de bonis aduentitijs, quorum ipſe plenum ius habet, teſtari modo uelit. commune affirmant Alexand. in l. Senium num. 6. in finem. C. qui teſtamen. facere poſ. Idem Alex. ac Iaſ. uterque nu. 2. in l. nemo. C. illo eod. tit. & qui latè cumulant Iulius Clar. ubi ſupra quæſtio. 18. uerſi. uera igitur eſt, & Franciſ. Viuius libr. 1. opin. 121. quin nec
25 filiafa. de dote ſua aduentitia ualidè teſtabitur. ut eſt communis doctorum concluſio teſte Alex. in d. l. lenium nu. 3. Viuio d. opin. col. 2. & 3. ſi tamen codicil-
26 laris clauſula horum teſtamentis adijciatur, & is, qui inſtituitur, uel relicto honoratur, teſtamenti tempore præſens fuerit, aut aliter ante teſtatoris mortem agnouerit, quod fit, factumve eſt, ualebunt quæ relinquūtur in uim donationis cauſa mortis, quæ ab utro-
27 que illorum iure fieri poteſt. aliàs ſecus. communia teſtificatus Socin. conſil. 245. num. 2. lib. 3. Iulius Cla-

rus

rus de donatio.quæſtio.6.uerſi.ſed quæro tu ſcis. me
28 minerit porrò quod nec illud teſtamenti genus ualebit,
etſi tunc temporis factum ſit,cum pater apud ho-
ſtes captus detinebatur.commune inquit Ioan.Crot.
29 in l.ſi is qui pro emptore nu.18.& ſeq.ff.de uſucap.
memineris deinde id generaliter proceſſurũ,ſi filius
fam.aduocatus de ijs teſtamẽtum condat,quæ à ſuis
clientulis comparauit.ut frequentius dogma teſtatur
Iaſ.in l.ult.nu.1.C.de inoffic.teſtamen.
30 Teſtamentum,in quo teſtes rogati,atque ad id ſpe-
cialiter accerſiti à notario non dicuntur,non aliter
31 nec aliàs unquam ualebit,quàm ſi uel ad pias cauſas
32 attineat,uel ſeſe teſtes ſubſcripſerint. communia in-
quiunt Boer.deciſi.34.Iulius Clarus cum alijs de te-
33 ſtament.quæſtio.6.uerſic.2.erunt autem ſatis ſuper-
que pontificio iure duo teſtes ac parochialis presby-
ter,uel quatuor teſtes & quiuis alius ſacerdos, ut te-
ſtamentum rite conditum cenſeatur, ac robur uires-
deciſ.321.Grãmat.deciſ.11.nu.12.& deciſ.34.n. 49.
276 nec teſtibus idcirco iniuriarum actio competet, ſi cri
277 mina probabũtur.alioquin competet. cõe proferunt
Boer.conſ.4.n.21.& ſeq. Iaffredus deciſ.395. Iulius
Clarus in pract.§.ult.quæſt.53.uerſ. caueant tamen.

278 Teſtibus affirmãtibus maior fides habetur, quam
teſtibus negantibus.commune aſſerit, ac diligenter
& rectè explicat meus doctor Arius Pinel.in l.2.ca.
279 ult.nu.14.C.de reſcind.uend.cui adde Dec.in l.in om
nibus cauſis pro facto nu.9. ff.de reg. iur. quamobrẽ
licet teſtibus de ſana teſtatoris mente deponentibus
280 fides non adhibeatur, ut commune inquit Boer. de-
ciſ.35.nu.73.& ſeq.tamen in re dubia magis illis cre
datur,quàm contrarium aſſerentibus. cõmune ponit
Franciſ. Viuius lib.1.opin.383.in fi.

281 Tortura uide ſupra uer.quæſtio,& memineris quod
illa denuo inſligi nemini poteſt,niſi noua inditia con
currerint.commune aiunt Alex.conſi.5.in caſu inqui
ſitionis colu.1.lib.1. & Bologin. ad illum Carrer.in
282 pract.crimin.in prin.n.189.& qui id prorſus iudicis
arbitrio terminari receptum ſubiungunt Boer.deciſ.
63.nu.10.Catald.de ſynd.q.231.Iulius Clarus in pra
283 cti.§.ult.q.64.uer.ult. memineris deinde quod om-
nes illi regulariter torqueri poſſunt, qui expreſsim
prohibiti non reperiuntur.commune aiunt ac late &
diligenter multifariã declarationibus illuſtrant Ant.
284 Gomez de delict.c.13.nu.3.Iulius Clar.d.q.64. uer.
ubi ſubſint cum ſequen memineris.3.quod ſi reus tor
mentis ſubiectus neget,& inditia purgaſſe dicetur &
abſoluendus erit.cõmune pronunciant Ant. Gomez
285 d.c.14.num.18. Iul. Clar.accurate declarans.d.q.64.
uer.illata ren.memineris.4.quod legitimis probatio
nibus conuictus torqueri non debet. commune dicit
286 Hipp.in l.1.col.2.n.7.ff.de quæſtio. memineris ulti-
mo quod iudici inìquè torquenti pœna capitis ſan-
cta eſt.cõmune ponit Hip.in pract.§. expedita.n. 87.
287 Tertius libello poſtulati non debitor nequit ſimpli-
288 citer negare ſe debere cũ quantitas debetur, ac peti-
289 tur,ſecus ſi qualitas debeatur. atque ideo contra fa-
ciens periurio obligabitur,ubi iuſiurandum interue-
nerit.communia ſcribunt Aret. Alex. & alij in l.j.§. ſi
ſtipulanti.ff.de uerb.obli. Capel.Toloſ.deciſ.208.E-
man.à Coſta in l.ſi ex cautione uer. eſt & in factum
nu.6.C.de non num.pec.& qui duas hac in re com-
munes opiniones è regione ſibi aduerſas accuratè re
fert Did.à Couarr.lib.1.uariarum reſol.c.2.nu.5.

290 Tradere rem qui tenetur,rem præciſè tradere cõ-
pelletur,ſi facultas adſit,commune inquit Alex. conſ.
69.ſuper eo lib.4.& uide ſupra,uer.uenditor.

291 Tranſactio ab ijs regulariter fieri nequit,quibus a-
lienãdi copia ac facultas nõ eſt.commune renũcio ex
Iaſ.in l.ult.n.122.q.10.C.de iur.emphy.& ex ampla
allegatione Tiraq.de retract.lign.§.1.gl.14.à nu.60.
292 & de iure marit.gl.5.nu.205.q.20. & tum tranſactio
tum compromiſſum paris omnino iuris ſunt. cõmu-
ne dicunt Alci.in l.cùm te nu.4.C.de tranſact.Arius
Pinel.in l.1.par.3.nu.44.in fi.C.de bon.matern.

293 Tranſactio de criminibus ante accuſationem inita
& ob generalem uſum procedet, & accuſationem al
terius in gradu remotioris impediet ſi uerò poſt ac-
cuſationem pertexatur nullius ponderis ac momen-
ti erit.communia ponit Iul. Clar. totam hãc tranſa-
ctionis ſuper criminibus materiã accuratè explicãs
in pract.§.ult.quæſt.58.per totam.

295 Tranſactio & ſi ob dolum ſeu calumniam ab acto
ris parte interuenientem uitietur, tamen ſi dolus à
reo dicatur interpoſitus,haud uitiabitur. cõmune ait
Paul.Caſtr.in l.2.C.de tranſact.

296 Tranſactio non ſatis inditij præſefert,ut tormẽta
in ijs criminibus incutiantur,quæ uel capite plectun-
297 tur,uel tranſactionem iure admittũt.alioquin ſecus. ut
frequenter placitum renunciat Marc. Anto. de indi-
cijs nu.306.

298 Tranſactio de re liquidò conſtanti ſi iureiuran-
do ſtabiliatur, in pacti uim ualet. commune profite-
tur

299 tur Alciat.in c.cum contingat nu.148.de iur.iur.Sed
& tranſactio de alimentis teſtamento debitis ſi iure
iurando muniatur,ualebit.commune inquiunt Alci.
ubi ſupra nu.192.Gigas de penſion.quæſ.45.
300 Tranſactio obnoxia nõ eſt diſpoſitioni l.2.C. de re
ſcind.uend.commune pronunciant Aret. in l. ſi quis
cum aliter col.4.ff.de uerb.oblig.Alex. conſi. 42.ſu-
per præmiſſo colum.5.& col.6.lib.1.Pariſ.conſi.96.
301 nu.60.lib.1.Cotta in memorab.uer.uenditor.quan-
uis contrarium magis commune aſſerant Soc.Sen.cõ
ſil.85.nu.3.lib.2.Soc.Nep.conſi.98.num.17. lib.2.
Cagnol.in l.1.num.29. C. de pact. pro cuius contro-
uerſiæ diremptione adeundus omnino eſt Arius Pi-
nellus magnus legum interpres ad illam eandem l.
2.par.2.cap.4.à nu.12.
302 Tranſmiſsio ex iure deliberandi tunc modò locũ
habet cum hæres tranſmiſſurus ſe ſciuiſſe hæredem
inſtitutum probatur.commune inquit Anto. Gomez
303 de teſtamẽ.cap.9.nu.53.nullius autẽ cuiuis & ex quo
cunque capite tranſmiſsioni locus eſt in hæreditate,
304 uel legatis ac fideicommiſsis, uel quibuſcunque ſub
ſtitutionibus, quæ à conditione pendent. communia
pronunciat idem Ant.Gomez eodem cap.nu.49.
305 Trãſmiſsio ſuitatis iure & in quoſcunq; extraneos
hæredes abſque dubio procedit. commune inquiunt
Roman.conſi.58.uiſis narratis.ac Dec.conſi. 250.an
tiqua & ſatis nota.& conſi.331.pro reſolutione col.
2.ad fin.& ante eos Corne.conſi. 8. ſemper dubitaui
col.ulti.lib.3.Alex.conſi.20.uiſo in princ.lib.1.Soc.
conſi.8.poſt redditum col.pen.in fi.lib. 4.
306 Trebelleanica quarta non minus quàm falcidia à
teſtatore prohiberi poteſt.commune aiunt Iaſ.conſi.
84.lib.1.& conſi.46.lib.2.Bellon.in §.ſed quid nu.6.
inſtit. de fideicommiſſ.hæredi.Ant.Gomez de teſta.
cap.11.nu.15.latiſsimè Iulius Clarus de teſtamen.q.
62.uer.tu ſcis,& uer.ſeq.ac Franc. Viuius lib.1.opin.
307 142.col.2.quorum opinio etiam tunc uerior atq; æ-
quior eſt cum filius hæres inſtituitur.qua in ſpecie il
lam frequenter placitũ teſtantur Alex. conſi. 29. lib.
5.Corn.conſi.22.lib.2.Alciat.in l.cum proponas.C.
de pact.Rub.conſi.2.nu.24.& conſi.44.n.2.copioſè
308 Iulius Clarus.d.q.uerſi.difficultas eſt cum ſeq.Fran-
ciſ.Viuius d.opin.142.poſt princip.qui multos con-
trarium receptum ac magis receptum aſſerentes re-
ferunt.Sed quidquid illi deblaterent,quod ſupra po-
ſuimus uerius iuſtius atq; utilius eſt.
309 Trebelleanicam quartam nedum ſuam ipſorum le
gitimam filij detrahent,quib.iniunctum eſt, ut ſi ſine
liberis deceſſerint,hæreditatem alteri reſtituant.cõ-
310 mune fantur Alex.conſi.139.eleganter lib.1.Franciſ,
Turzan.opin.142.quin & cum non purè ſed diuerſis
temporib.hæreditatem reſtituere iubentur tum legi-
timam ipſorum portionem,tum trebellianicam pon
tificio iure ubiq; obſeruando non detrahent,commu
ne affirmant Matth.de Afflict.deciſ.367.nume.4.Be
rous in cap.in præſentia nu.437.cum ſeq. de probat.
311 Franciſ.Viuius lib.1.opin.142.& opin.204. nunquã
autem trebelleanica hæc quarta filijs hæreditatem pa
ternam reſtituturis cõpetens ex fructib.interim per-
ceptis imminuetur.commune aiunt Pariſ.conſi.126.
nu.35.lib.1.Picus in l.in quartam nu.10.ff.ad l. Fal.
Franciſ.Viuius d.lib.1.opin.133.
312 Trebelleanicam quartam prohibuiſſe teſtator ui-
313 detur,qui uel plenam hæreditatem, uel quidquid ad
hæredem perueniſſet,uel omnia bona reſtituere man
dauit.commune dicunt Alex.conſi.5.lib.3. Ioan. di-
lect.de art.teſtand.tit.5.caut.31.& qui de materia la
tiſsimè agunt Iulius Clarus de teſtam.quæſt.61.uer.
ſed quid ſi hoc,cum ſequentib. Franciſ. Viuius lib.1.
314 opi.143.ad finem.non tamen ſi teſtator hæredem ro
gauerit ut quidquid ſuæ mortis tempore ſuperfuerit,
reſtituat,quarta trebellianica non deducetur ab hæ-
rede nihil hæreditatis imminuẽte.ut frequenter pla
citum enunciat Anto.Gomez de teſtamen.capit.15.
num.16.uerſi.item adde quod in prædicto. quod au-
315 tem etiam inſtitutis liberis prohiberi trebellianica
poſsit, dicunt receptum Corſet. in tract. de poteſta.
reg.in quæſt.de treb.in 1.dub.Dec.conſ.380.in caſu,
316 colu.ulti.quamuis contrarium affirmẽt frequenter pla
citum Dec.conſi.81.colum.2.Guid.Pap. in q.51.ſe-
cundum ſtilum.quod placet.
317 Trebelleanicam quartam filij etiam teſtatoris,ne-
dum alij hæredes reſtitutioni obnoxij amittent,ſi in-
uentarium non confecerint. cõmune affirmant Cor.
conſi.168.in hac conſultatione lib.3.Dec.conſi.236.
nõ parua difficultas col.4.& cõſ.480.in caſu ꝓpoſito
318 col.2.ad fi.& ij, quos ſupra nomino uer.hæres hære-
ditatis uniuerſæ, & ſi contrarium perperã commune
ſcribant Alex.conſi.67.uiſis & ponderatis lib. 4. Iaſ.
in rub.col.1.ff.ad S.C.Trebel.& conſi.84.puto col.2.
lib.1.Crauet.conſi.17.& alij alibi.
319 Tutela à matre filijs poſtulanda & integrum annũ
320 habet & cum non petita eſt,tum demum matrem fi-
321 liorum hæreditate priuat, cum nulla iuſta excuſatio
obtendi poſsit.at enim auia & alij proximiores nul-
lo ob id caſu ab eorum hæreditate propellentur. cõ-
munia ponit Franciſ.Viuius lib.2.opin.214.col.3.&
ante illum Soc.conſi.153.pulchra & ſubtilis in fi.lib.
2.nunquam autem aliter ipſa uel mater uel auia libe-
rorum tutelam ſuſcipient, quàm ſi uelleiano ac reli-
322 quis exceptionibus renunciarint.commune aſſerit cõ
trarium de conſuetudine ſeruari atteſtatus idem Vi-
uius eadem opin.colum.3.
323 Tutor teſtamentarius ſi tutelam non ſuſceperit
quæcunque ſibi in eodem teſtamento relicta ſeu tu-
telæ illius contemplatione, ſeu ſecus, iure hodierno
amittet.commune inquit Rom.conſi.235.quo ad pri
mam col.2.uer.eſt igitur uidendum.

V

VASNALIA tum legato rerum ſeu bo-
norum generali, cum obligatione uel
tacita uel expreſſa bonorũ rerũ nẽ ge-
nerali comprehenduntur. ut commune
interpretum placitum diligenter recen
ſet doctor meus Arius Pinel.in rub.part.1. nu.39.&
nu.96.C.de bon.mater.
2 Vagabundi(ut doctores fantur) ſeu uagi homines
dicuntur,qui nullum alicubi certũ domicilium, ubi
habitent, fingentes per mundum uagantur. commu-
ne aiunt Marian.in cap.ult.num.57.de foro compe.
Aegidius Boſſ.in pract.tit.de foro compet.nu.70.at
3 que ii ubicunque reperientur tum accuſari tum puni
ri delictorum ubicunque gentium admiſſorum nomi
ne poterũt.commune aſſeuerant Did.à Couar.in pra
cti.quæſt.11.nu.7.Iulius Clarus in practi.§. ultim.q.
39.uer.cæterum.
4 Vectigalia ab eo imponi nequeunt, qui ſuperiorem
agnoſcit,& cuius ſubditi,ut Martialis inquit, non ſer
ui,ſed uicarij ſunt.commune inquit Curt.Iun. conſi.
74.nu.1.
5 Velleiani renunciatio à muliere, quæ rei totius cer
tior facta ſit,interpoſita ualet omnino ac firma pror-
ſus eſt.commune profitentur Dec.nu.30. Alciat.nu.
43.in l.pen.C.de pact.Alex.nu.29.Iaſ. num.31. Ioã.
Crot.nu.41.in l.ſciendum.ff.de uerb. oblig. Capella
Toloſ. & eius additio q.37.conſentiunt græci ut con
6 ſtat de Harmenop.lib.3.titu. 6.pag.250.ad finem,cre
daturque notario certiorẽ factam mulierem affir-
manti

7 manti: ut frequens placitum inquit And. Alc. de præ
ſumpt. reg. 3. præſumptio. 13. ſi tamen notarius roga-
tus quid Velleianum ſit, neſciat, nihil ea renunciatio
8 ualebit. commune ponit Franciſ. Viuius lib. 1. opin.
220. quod intelliges niſi renunciatio iureiurando in-
nitatur. quia ea in ſpecie nulla præcedens mulieris co
gnitio uel certitudo requiritur. commune ſcribit Frã
ciſ. Turaan. opin. 132.

9 Venatio inter ea ponitur, quæ iuriſgentium cenſen
tur. communem cõcluſionem inquiũt Iaſ. conſi. 119.
col. 1. ad fin. lib. 4. Matt. ab Afflict. & qui eum laudat
10 Roland. à Valle conſi. 9. nu. 2. quam ob rem ſi quis eo
in loco uenatione alijs interdicat ubi antea uenari il
lis licuerat, prohibitio ſiue interdictio nullius momẽ
ti prorſus erit. commune alleuerant Iaſ. d. conſi. col.
1. Roland. ubi ſupra nu. 12.

11 Venator quas feras in agris alienis capit non pro-
hibitus alioquin in eos ingredi perfectè iure omni lu
cri facit. commune dicit Cepol. de ſeruit. ruſtic. præ-
12 di. cap. de aucup. colum. 1. quin & ſi ingredi uetitus ſit
ferarum quidem dominus fiet, ſed agrorum domi-
no iniuriarum tenebitur. cõmune interpretum dog-
ma ac praxi rerum uera doctrice receptum atteſtan-
tur Fab. Angel. col. 1. & reliqui interpretes in §. feræ
inſti. de rerum diuiſ. Franc. Marc decif. 530. num. 14.
Ioan. de Anan. & qui eum laudat Iulius Clarus in pra
cti. §. iniuria uer. quæro Roland. à Valle cum Iaſ. & a-
lijs conſi. 9. nu. 23. quidquid Porc. in d. §. feræ nu. 8. cõ
trarium effutiat.

13 Vendere & res ſoli & res uictui neceſſarias tunc
quis compelletur, cum è re publica fuerit. commune
ponunt latè Anton. Gomez de contract. cap. 2. num. 1.
Did. à Couarru. lib. 3. reſolut. cap. 14. Franciſ. Viuius
14 lib. 1. opin. 433. quib. etiam in caſibus preciũ ac mo-
dum uenditioni præſcribi publicitus poterit. com-
mune affirmant ijdem ibidem.

15 Venditio non erit ſi inter partes expreſſim conue-
nerit, ut uenditor dominium transferat. quemadmo-
dum de mente omnium eſſe aſſeruit Hieronym. Buti
gel. in l. 2. nu. 41. ff. ſi cer. peta. cuius opinionis author
uidetur Bal. in l. ult. colu. 2. ff. de condict. ob cauſam.
quem illic ſequitur Iaſ. num. 11. & And. Alciat. in l.
unam cap. 2. num. 27. C. de ſerment. quæ pro eo quod
intereſt. Zaſ. carta. 3. inſtitu. de action. Sed quidquid
16 ipſi aſtruant, non dubito quin contrarium iure uerius
ſit & æquius atque utilius. quod etiam affirmarunt
Paul. ad fin. Rip. num. 32. Purpur. nu. 49. Butigel. nu.
41. in l. 2. ff. ſi cer. peta. Dec. in l. certi condictio num.
12. ff. illo eod. tit. Ludouic. Gomez in §. ſic itaque nu.
7. inſtit. de action.

17 Venditio non probatur ſi teſtibus uel inſtrumen-
to de re ac precio conuentum fuiſſe conſtet, ſed quæ
precij quantitas fuerit, non liqueat: niſi ſi ad uſucapio
nẽ huiuſmodi probatio ſpectet. qua ſolum in ſpecie
18 plena ac perfecta uidebitur. commune ponunt Alex.
& Arius Pinellus in rub. par. 2. capit. 1. num. 7. C. de
reſcinden. uendi.

19 Venditio trifariam intelligitur, adijcitur perfecta:
nam primum perfecta, numeriſque omnib. abſoluta
ducitur, ut amplius reſcindi retractarique in nullum
caſum parte altera inuita queat, ſtatim atque de mer
ce certa, ac de precio certo conuenit, deinde quo ad
periculum, cùm uel res numerata, ponderata, menſu
ratauè eſt ſi pondere uel numero, uel menſura res cõ
ſtat, tertiò denique perfecta uenditio cenſetur quoad
executionem totius negocij & partium liberationẽ.
cùm hinc merx, inde precium interuenit. commune
zio ex gl. in l. 1. C. de peric. & com. rei uendi. ex ead.
gl. Ang. Ac Porc. nu. 1. Fab. nu. 5. Baldu. Canciuncul.
Myſin. & cæteris interpretib. in prin. inſt. de empt. &
uend. Hoſtien. in ſumma de empt. & uendi. §. 1. Bal.
Salic. ac Paul. Caſt. in l. 2. C. quan. liceat ab empt. di-
ſc. caſtr. rurſum in l. ſicut. C. de act. emp. & in l. bona
fides. ff. eo. tit. Dec. conſi. 179. nu. 3. Afflict. decif. 280.
nu. 3. & 4. Pariſ. conſi. 59. nu. 5. & conſi. 64. nu. 7. lib.
1. Iacob. Men. de recup. poſſ. remed. 15. nu. 127.

20 Venditionis contractus ut & ſimulatus, & uſura-
rius dicatur ſatis ſuperq; eſt quod modico precio res
diſtrahatur, & pactum unà de retrouendendo ſubiũ-
gatur, quamuis emptor uſuris exercendis alioquin de
ditus nõ ſit. commune interpretum dogma aiunt Ca-
ſtrenſ. & Fulg. in l. in emptione. C. plus ualer. quid a-
git. Alex. conſi. 46. in princip. lib. Boer. decif. 182. nu.
10. Matth. de Afflict. decif. 40. nu. 17. & decif. 65. Ay-
mon Crauet. conſi. 156. nu. 8. Iacobin. in l. rogaſti. §. ſi
21 tibi dedero. ff. ſi cer. pet. & hæc ſane ſententia uerior
mihi atq; æquior uidetur, quamuis contrarium, immo
quod etiã exigatur emptorem fœnerari alioquin caſ-
ſueuiſſe affirment receptum Alex. ſibi contrarius cõ-
ſi. 109. col. ulti. lib. 4. Dec. conſi. 167. Grammat. decif.
176. nu. 26 & ſeq. Caſſad. decif. 1. n. 1. in titu. de uſur.
22 Boer. conſi. 12. atqui Alex. de Neuo conſi. 95. n. 21. præ
ſumetur præterea uenditio ſimulata & fraudulenta ſi
poſt eam factã adhuc uenditor rem uenditam poſſe-
derit. commune inquit uidendus Cor. conſi. 205. in
præſenti col. 1. uer. nec uidetur lib. 3.

23 Venditio ſi fiat prædij, quod mille iugera habeat,
non cenſebitur ad menſuram facta, at ſi unicuiq; iu
24 gerum certum precium ſtatuatur, longè ſecus erit. cõ
mune aiunt Dec. conſi. 347. nume. 1. Pariſ. conſil. 64.
numer. 31. & ſequen. lib. 1. latè Brixiania de finibus
capit. 8.

25 Venditionem retrò facere alteri ex duob. pro ra-
ta nemo cogitur, qui utrique uendere pactus eſt. com
mune inquiunt Bertraod. conſi. 41. lib. 3. latè Tiraq.
de utroque retract gl. 1. §. 23. Baſcoletus in arborem
diuidui, & indiuidui nu. 58.

26 Vendita res non ideò uendicari poterit, quod intra
conſtitutum tempus non ſoluatur, ſi fides de precio
habita ſit, uel ſolutio in tempus dilata: ut frequenter
placitum ait Porc. in §. uenditæ num. 7. inſtitut. de re
rum diuiſ. ubi Angel. num. 2. cum compluribus idem
fore affirmat, ſi dictum ſit ſi intra decem dies ſolueris
fidem tibi habeo. & hanc etiam in rem uide quæ ſupe
rius obſeruo uerſi. contractus. & uerſi. uenditio tri-
fariam.

27 Vendita re uel ad pondus, uel ad menſuram, & põ
deris, & menſuræ ea ratio habebitur, quæ in contra-
ctus loco cõſueuit. commune dicunt Cagnol. in l. ſem
per in ſtipulationibus nu. 5. ff. de reg. iur. Curt. Iu. con
ſil. 76. num. 7.

28 Vendita res duob. quando primo emptori, quan-
do ſecundo adiudicari debeat, uide ſupra uer. l. quo-
tiens. C. de rei uindicat.

29 Venditus equus uel quid ſimile ſi intra triduũ mo
riatur, & morbo antea laboraſſe præſumitur, & uen-
ditorem precij accepti nomine conſequenter oblig.
cõmune pronunciãt Rip. de peſte in rub. de remed.
ad curand. peſtem. nu. 141.

30 Venditor ubi ſtatuto punitur, & emptor eodem pu-
nietur, atque è cõuerſo. commune aiunt latè Euerar.
topicis in loco à correlatiuis nu. 76. Franciſc. Viuius
lib. 1. opin. 284.

31 Venditor quando euictionis uinculis irretiatur, ui
de ſupra uer. emptori. & adde Dec. conſi. 74. col. 1. ad
finem lib. 1. Iaſ. in l. 2. §. uoluntatem col. ulti. ff. ſolut.
matrimo.

32 Venditor, qui arrhas accepit, ſi contractui non ſta-
bit, non ſolum illas duplicatas luet, ſed & ad omne id,
quod emptoris intereſt, tenebitur. commune inquit
Alex.

Alex.in l.cùm dotem col.10.uer.& iſta faciunt.ff.ſol.
matri.& uide ſupra uer.arrhæ.
33 Venditor fidem de precio habere cenſetur, cum
emptori tempus indulgetur.commune dicunt Ange.
in §.uenditæ inſtitu.de rerum diuiſ. Alex.in l.traditio
34 nibus col.1.C.de pact.immo & cum rem uenditam
emptori tradiderit, fidem illi de precio in re dubia ha
buiſſe uidebitur.commune ait latiſsimè Tiraq. de re
35 tract.conuen.in finem num.77.etſi cõtrarium longè
uerius, ęquinsq; ſit, ut alibi copiosè oſtendimus, &
affirmant Fulg. in l.procuratoris.§.plane ff.de tribut.
Aret.in l.quotiens C.de rei uind. Hoſtien. in ſumma
36 de empt.& uend.nu.6.Fabian.de emptio. q. 5. nu.8.
notabis autẽ, ac perpetuo memoriæ inſculpes quod
uenditori nunquam res ab ipſo uenditæ tacitè obli-
gatæ uidentur, nec ulla illi præ cæteris creditoribus
prærogatiua in eas competit.ut frequenter placitum
conſtituo ex l.ſi cum dotem.§.ultim.col.ulti.ff.ſolut.
matri.Rip in l.ſi uentri §. in bonis.nu.6.ff.de priuile.
credit.Iaſ.in l.creditor.1.ff.ſi certum pet. Neguſant.
de pignor.4.part.prin.nu.35.
37 Venditor ſi facultatem rei tradendæ habuerit, non
eo, quod intereſt, ſoluendo liberabitur, ſed rẽ ipſam
omnino tradere compelletur.commune aiunt Porc.
in §.precium nu.4.inſtit.de empt.& uendit. Ant.Bur
genſ.in rub.nu.3.de empt.& uendi. Anton. Nicell.in
gl.concor.54.Anto.Gumez de contract. c.2. nu. 30.
uer.2.principaliter.Emanuel à coſta.lib.1. ſelect. in-
terpret.c.23.nu.3.Ar.Pinen.in l.1.par.3.nu.25.C.de
bon.mater.& in rub.par.2.cap.2.nu.25.C. de reſcin.
38 uend.Francil.Viuius lib.1.opin.431. quin nec conſti
tuti clauſula liberabitur, ſed adhuc ad naturalẽ poſ
ſeſsionem tradendam cogetur.commune aſſerit cum
multis And.Tiraq.de conſti.par.1.nu.10. quanuis a-
liud commune perperã dicat Iaſ.in l.ab emptore.nu.
12.& nu.13.ff.de pact.
40 Venditor generis alicuius dominium illius tranſ-
41 ferre omnino tenetur, quanuis ſpecie uenditor non
teneatur.ut eſt Bar doctrina in l.exempto.nu.5. ff.de
actio.emptio.& in l.5.ad finem.ff.ſi cer.pe. ubi Por-
pur.nu.55.Rip.nu.35. illam commune pronunciãt.
quod etiã teſtatur Iaſ.in l.cũ mota.n.2. & ſequentib.
C.de tranſact.& in l.ſi ab ſubſtituto.§.1.num. 3.ff.de
42 leg.lib. 1.ampliat idẽ Iaſ.in §.ſic itaque,& in §.actio
numer. 144. inſtitutio. de action. quamuis contra-
rium non de nihilo moliantur Dec.lect.1.colum.ul-
tim. Andr. Alciat. nume.27. & ſequentib.in d.l.2.ff.
ſi cer.pet.
43 Venditor rerum quarumcunque uitioſarum intra
ſex menſes actione prætoria illas redhibere, & intra
utilem annum actione quanti minoris de precio de-
cedere cogetur. commune dicit latè Anto. Gomez.
contract.c.2.nu. 48.
44 Venditor negociari ſolitus ab emptore non ſoluẽ-
te tùm precium ipſum, tum ceſſans omne lucrum cõ
ſequetur.commune dicit Soc.conſ.156.lib.1. Iaſ.ac
Rebuf.nu.601.in l.una.C.de ſentẽ. quæ pro eo quod
intereſt. Iaſ.rurſus in l.3.§.ulti.ff.de eo quod certo lo
co.Dec.conſi 451.ad fi.Soc.conſi.155.coln. 2. lib.2.
45 quanquam contrarium apertè, ac luculenter probat
tex.in l.ſi ſterilis §.cum per uenditorẽ ff.de act.empt.
46 ſed ea de re uberius alibi. obſeruato tamen quod ad
fructus rei uenditæ perceptos ab emptore morã ad
mittente agere uenditor abſque dubio poterit.ut cõ
mune ponit latè Franciſ. Viuius lib.1 opin.433.
47 Venditor eiuſdem rei duobus ſeparatim homini-
bus & olim pœnas falſi pendebat, & hodie per gene
ralem conſuetudinem nullas omnino dat. commune
aſſeuerant prac.Papienſ.in forma libelli in actio.hy
poth.in uer.ſub eadem.col.ulti.quã cum alijs refert
Iul.clar.in pract.§.falſum uer.uendens. qua de re ni-
hil aliud habeo dicere, quã hic ſummopere illud Me
garonidis apud Plautum in trinummo quadrare i in-
quit ille,

Nam hic nimium morbus inuaſit bonos,
Ita plerunque omnes iam ſunt intermortui.
Sed dum illi ægrotant: interim mores mali,
Quaſi herba irruga ſuccreuerunt uberrimè.
Neque quicquam hic uile nunc eſt, niſi mores mali.
Eorum licet iam meſſem metere maximam.

Atq; illud rurſus Staſimi apud eundẽ eadẽ in fabula.
Nã nunc mores nihil faciũt, quod licet, niſi quod lubet.
Sed hæc alibi opportunius.
48 Veniam qui ſolenniter in iudicio petit, crimen fate
49 ri uidetur, at, qui extraiudicialiter illã poſcet, haud
itidem uidebitur. commune atteſtatur Iul. Clar. in
pract.§.ulti.q.49.uer.ult.
50 Verba nunciantia, & tunc probant, cùm aliquid ne
ceſſarium ad eius, quod geritur, robur ac ualiditatem
continent.ut cõmune inquiunt Iaſ.in l.ex ijs uerbis.
col.11.limit.8.C.de teſta.mili.Dec.conſi.118.num.
5.late Nicunic.in cap.quoniam contra fol.88. & 90.
51 de proba.& cùm principaliter inter partes circa id
lis poſtea mouetur, quod enũciatione expreſſum eſt.
ut frequenter placitum enunciant Soci.conſi.68. nu.
7.lib.4.Dec.conſi.539.num.6.& conſil.513.in fin.&
conſi.248.ad finem, Iaſ.ubi ſupra, & in l.iuriſgentiũ.
§.quod fere nu. 3. de pact.Alex.conſi.21. lib. 1. quã-
uis Soc.conſi 68.nume.7.uerſi. ſed his lib. 4. ea in re
52 negligenter labaſcat.& item præterea cùm iureiuran
do enunciatio uallatur.commune affirmant Alexan.
conſ.127.lib.7 Franciſcus Viuius lib.1.opin.440.ubi
alia complaſcula ad hanc rem non pœnitenda ſcri-
53 bit.aliàs autem nec in piæ cauſæ fauorem huiuſmo-
di uerba probabunt.quemadmodum receptum teſti-
ficantur Soc.Iun.conſi.109.col.antepen.lib.2. Pariſ.
conſi.73. lib.1. Aymon Crauet.de antiqui.tẽp.4.par.
54 nume. 7. facient tamen ſemper & in tertij fauorem
probationem ſemiplenam, ut frequens dogma a-
iunt Iaſ.in d.l.ex his numer. 2. Franciſcus Viuius d.
opin.440.
55 Verberæ pœna non cenſetur capitalis, ut frequen-
ter interpretibus placuiſſe inquiunt Marant.& qui il-
lum laudat Iulius Clar.in pract.§.ulti.quæſt.70. uer.
eſt etiam.
56 Vidua ſtupro inquinata dotem amittit. commune
dicunt Boer.deciſ.338. Bellon.in rub.num.83. C.de
edend.& qui alios congerit Franc.Viuius lib.1. opi.
447.col.3.ſed quidquid illi comnicentur, uerius pro-
57 fectò, ac iuſtius contrarium eſt, quod cum quam plu-
rimia aſſerit doctor meus Arius Pinel.in l.4.num.9.
uer.ſed contrarium. C. de bonis mater. quod etiam
magis commune atteſtatur Soc.Iun.conſi.3.nu.7.lib.
3.& uſu receptum Iulius Clarus in pract. §. ſtuprum
uerſi.ſed nunquid.
58 Vidua inhoneſtè habens eaſdem prorſus pœnas
ſubit, quas ſecundò nupta intra luctus annum. ut com
mune pono ex Ang.in §.ult.in fin.inſti.de legit.patr.
tut.Hipp.in l.una nu.54.& nume.56.C.de rapt.uirg.
Palat.Run.in rub.§.67.num.3.& nume.14.de donat.
inter uir.& uxo.Arelat.in l.generaliter nume.21. C.
59 de ſecund.nup.Arius Pinel.in l.4.nu. 18. C.de bon.
mater.Vidua autem intra luctus annum ſecundis nu
ptijs ſe ſubijciens licet põtificio iure nullas hodie pœ
nas in mariti gratiam iure ciuili ſanctas det, tamen
pœnis ob liberos indictis, etiam ſi poſt illud anni tem
pus ſecundo nubat, obnoxia fiet.ut commune ſcribo
60 copioſe ſupra uerſi. nuptias. quin & uiduæ uel mere
trices uel inhoneſtè uiuentes nullis uiduarum priui-
legija

légijs ſtatuto, ſeu conſuetudine indulcia potiuntur.
commune inquit Fel.n.in cap.ſignificantibus col. pe
nult.de offic.delegat. Cagnol. in l.cum quædam puel-
la nu.5.de iuriſd.omn. iudi. Franciſcus Viuius lib. 1.
opin.293.
61 Vidua ſua conditione non nubendi legato hone-
ſtata, ac poſt mortem illud reſtituere iuſſa, ſi condi-
tioni non paruit, è ueſtigio ipſum reſtituet. commu
ne interpretum placitum conſtituo ex Iaſ.in l.Gallus
§.quid ſi tantum nu.28. ff.de libe.& poſth.& in l. Lu
cius col.2.ff eod.tit.& in l.ſi mater.colu.1. uer. facit
iſta lex.C.de inſtitut.& ſubſti.Iacob.de Sanct. Geor.
in l.ſi pater.C.de iur.dot.Ant.Gomez latè de cótrac.
cap.11.nu 34.
62 Vidua pauper intra dotis reſtituēdæ tempus à ma
riti hæredibus alenda eſt.commune renuncio ex Iaſ.
in l.diuortio num.18 ff.ſolu.matrim. Capiſ.deciſ.24.
Ant.Gomez in l.50.tauri.nu.48.Rebuff.ad conſtitu.
Gallic lib.1.tit.de ſenten.prouiſ.art.9.gl.1.num.10.
& qui inconſideratè generalius, atque in perpetuum
63 id profert Franciſc.Viuius lib.1.opin. 144. non tamē
itidem lucrum ceſſans aut damnum emergens illius
temporis uidua conſequetur, ex deciſ.cap. ſalubriter
de uſur.ut receptum affirmant Matth. de Afflict. de-
ciſ.284.Aymon Crauet.conſi.189.num.5.Did.à Co-
uarru.lib.3.reſolu.cap.2.nu.3.uer. ſexto hinc etiā cō
64 ſtat.ubi eleganter, & copioſè hanc rem agit.quin nec
ſtatuto concedi uiduis poterit, ut interim dum illis
dos non ſoluitur, decem pro unoquoque centenario,
aut quid ſimile nanciſcantur.quia etiam id uſuræ at-
tribuatur.commune aiunt Soc.conſi.56. col. 2. lib.3.
Iaſ.in §.fuerat nume.19 inſtitu.de act. & qui multos
in contraria profectos refert, atque id rectè explicat
Did.à Couarru.d.cap.1.num.3.uer.ſeptimò ab eadē
ratione.quam etiam io rem uide quæ infra obſeruo
uer.uſuræ.
65 Viſis a priuato iniſtè illata nec ob uitæ defenſionē
imponè propulſatur.commune inquit Raphel Fulg.
in l ut uim num.1.ad fi.ff.de iuſt.& iur.
66 Vita humana ad centum uſque annos duratura nō
præſumitur, & ſi ultra eos non durare præſumatur:
quamuis enim ad illos quiſpiam aſpirare poſsit, ta-
men præſumptio generalis non eſt, & quemuis aliū
ad ipſos peruenturum.& ſi maxima ſit neminem ul-
tra illorum ſeculum uitam prolaturum. ut uerum &
commune interpretum dogma renuncio ex Aret. in
l.ſed & ſi de ſua col.4.ff.de acquir.hære.Corn.conſi.
219.& conſi.340.lib.1.& conſ.182.col.7.lib.2. & cō
ſil.208.col.pen.& conſi.243.lib.2. Iaſ.in l. ult. ad fin.
C.de ſacroſanct.eccl.Dec.in c.cum dilecta.colu.4.de
confir.util.& in l.ult.nu.28 C.de edict. diui Adrian.
tollen.& conſi 575.num.10.& in l.ſi emancipati col.
2.C.de collat.& Cor.Soci. Gozad. Alciat. Marmer.
Capit.Neuiz.Gozad.Mon.Cotta, quos laudat & pro
bat præclarus iuris anteceſſor Arius Pinel.in l.2.c.ul
ti.n.33.C.de reſcin.uend.Pariſ.conſi.87.in fin.lib.4.
Viuius ēt lib.2.opin.318.ac Porc.lib.1.concluſ.11.
67 Vniuerſitas per præfectos aut priores non aliter
obligatur, quàm ſi id illis ſpeciatim committatur.cō-
68 mune inquit Alex.conſi.135.nu.1.lib.7. nec item uni
uerſitas alias deliquiſſe dicitur uel puniri poteſt, quā
cum conuocato ad aliquid pœna dignum concilio
illud poſtea patrauerit.ut frequens placitum inquiūt
Abb.nu.13.Ioan.de Anan.nu. 12. in cap. dilectus.2.
de Sim.& qui accuratè id exponit Iul. Clarus in pra
ct.§.ul.q.16.uerb.ulterius quæro, & uer.ſeq.ubi quo
uiam pacto uniuerſitas puniatur, tradit.
69 Voluntas ceſſare non reuocati, per cuiuſuis mor-
tem intelligitur.commune inquit Dec.conſi.208. in-
cipit, ita uidetur in princip.lib.3.
70 Voluntate etiam conatu aliquo adiuncto multa-
tib.legib.derogatum eſt totius terrarū orbis conſue-
tudine ut frequenter placitum renuncio ex Barb.cō-
ſil.33.lib.2.Iaſ.in l.1.§.hæc autem nu.16.ff.quod quiſ
que iuris.Gād.in rub.de pœn.reor.col.2. & 2. Hipp.
in l.una nu.144.& n.254.cum ſeq.C.de rap.uirg. Alc.
in l.ſæpe in fin.ff.de uerb.ſignifi.Marc. Mant. de ſol-
uē.arg.pag.287.poſt med.late Did.à Couarru.in cle.
ſi furioſus 3.par.in princ.à nu.6.de homic. latius Iul.
71 Clar.in pract.§.ulti.q 92.limitabis tamen.1.in eo, qui
uulgo Aſſaſsinus dicitur, is enim & effectu non ſub-
ſequuto punietur.commune aſſerunt Did. à Couar.
ubi ſupra ſol.280.uerſi.2.opponitur. Placa de delic.
cap.19 num.9.Iul.Clar.in d.pract.§.aſſaſsinium uer.
72 ſcias etiam lim.t.2.in crimine læſæ maieſtatis. quip-
pe quia & in eo ſola affectatio ſine effectu plectitur.
commune affirmant Boer.de ſeditioſis in 7.præſup-
poſ.num.42.Did.à Couarr.in d.clem.ſi furioſus.ſol.
278.uer.1.infertur.Iulius Clar.in d.pract.§.læſæ ma-
ieſtatis uer.ſcias autem, Franc.Viuius lib.1.opin.326.
73 quem etiā adi.lib.2.opin.53.& 54. limit. 3. ut nec in
illo commune hoc dogma procedat, qui ueneno aliū
intercipere molitus eſt.commune ait Igneus in l.1.§.
occiſorum.n.41.& in l. ſi ſequens. §. cum ex parte.n.
74 20.ff.ad S.C.Syllan.limi.4.generaliter in omnib.atro
ciorib.delictis, ut cum eleganti diſtinctione tradit re
75 ceptum Iulius Clar.d.q.92.uerſic ſcias tamen.limita-
bis denique in transfuga. cuius affectatio & conatus
puniuntur.ut receptum ait Bolenc.in repe. l. capita-
lium.§.falſos.nu. 82.ff.de pœn.quanuis illum nō im
merito carpere uideatur Iul.Clar.in d.pract. §. ulti.
q.62.uer.transfuga.
76 Vſuræ iure omni diuino & humano hodie prohi-
bitæ ſunt.quanuis iuriſconſultorū reſponſis aliquād
aliqua in quantitate permitterentur. cōmune ponūt
Iaſ.in §.omnes.num.14.inſtitut.de action.Berous in
rub.num.80.de uſur.Alciat.in c.perniciosſam. nume.
74.de offi.ordin.late Did.a Couarru. lib. 3. reſolut.
c.1.nu 5.& ſeq.Marquard.de Iudæis part. 1.cap. 12.
77 nume.6.uer.non obſtat cum nu.præcedentib.quamo
brem conſuetudo, uel ſtatutum, quod etiam uiduis ali
quid uſuræ nomine præſtari iubet, quoad etiam ipſa-
rum dos illis ſoluatur, nullius ponderis momentiq;
eſt.commune proferunt Iaſ.in §.fuerat.num.9. inſtit.
de action.Rochus Curt.in c.ult.quæſt.2.nu.18.& ſe-
78 quen.de conſue.quanuis praxis nō improbabilis alio
quin iuris doctrix aliud obſeruet: ut atteſtatur Mat-
th.de Afflict.deciſ.284.
79. Vſurarum crimen, quatenus ſit, necnè tractatur,
80 omnino ad eccleſiaſticum iudicem pertinet, quate-
nus puniendum eſt, tum ad eccleſiaſticū, tūm ad po-
81 pularem iudicem ſpectat, quatenus uerò ipſæ uſu-
ræ ſolum repetuntur, ad laicum ſeu popularem magi
ſtratum attinet.communia latè atque accuratè effe-
runt Did.à Couarru.lib.3.reſolut.cap.3.Iul. Clar.in
83 pract.ult.q.37.uer.quæro igitur.poterit tamen abſq;
dubio lege principum reprimi, ac puniri.ut commu-
ne interpretum axioma ponit idem a Couar.in tract.
de ſponſ.2.par.cap.7.nu.18.ad fi.
83 Vſurarum crimen quanuis ſingularib. teſtib. pro-
bari nequeat, etſi etiam ſtatutū epiſcopale id iubeat,
ut commune aiunt Did.à Couarru.lib.3.reſolut.cap.
84 3.nu.5.Iul.Clar.in prac.§.ult.q.53. uer. ſed quid ta-
men illarum conſuetudo per ſingulares teſtes & re-
cte, & tute probabitur.commune pronunciat Aymō
Crauet.conſi.73.nu. 32.
85 Vſurarum in fraudem quando ſimulatus cōtractus
cēſeri debeat, uide ſupra uer. uēditionis contractus.
86 Vſuras qui manifeſtò exercent cā mortis donare
nequeūt, nedū ut teſtamenti conſcribendi ius habeāt.
commune

commune inquiunt Cur.Iun.in l.eius qui in prouin-
cia nu.4.in fi.ff.ſi cer.peta.Iul.Clar.qui meritò mul-
87 tos cōtrarium affetentes damnat,de dona.q.7. quan-
do tamen uſurarius teſtamentum poſsit condere ui-
debis apud eundem Iuliū diligenter ea de re tractan
tem,ubi ſupra q.26.& uidere idē quæ nos ſupra ob
ſeruamus uer. Iudæus,ac Franc.Viuiū lib.1.opi.443.
88 Vſurarius is non dicetur, qui pecuniam in monte
(ut doctores fantur) habet: quoniam ſortem petere
non poteſt,cum uol.commune inquiunt Alexā. in l.
item quia §.1.nu.2.ff de pact. Viuius lib.1.opi.443.
89 col.3.ſed mihi idē nō eadē ratione,uerū utilitate pu
blica probādum omnino uidetur.nec enim & ij, qui
fœnori pecunias locant, cùm uolunt ſortem poſſunt
repoſcere: & tamen uſurarij dicuntur etiam cum fœ
nerati deſierunt.commune proferunt Dec. atque a-
lij, quos laudant Iulius Clar.de teſtam.q.26.uer.itē
quarto,& idem Franciſcus Viuius eadem opin. 443.
colum.ulti.
90 Vſusfructus ſi alieni cum onere uel rei nō alienan
dæ,uel ſeruitutis conſtituendæ legetur,& proprietas
ſimul legata cenſebitur.ut frequenter placitum ex im
menſa doctorum congerie ponit Arius Pinel.contra
rium ipſe cordatè, ac prudenter docens in l.1.par.3.
num.41.C.de bon.mater.
91 Vſusfructus teſtamento relictus iure ipſo ante ul-
lam hæredis traditionem ei, cui legatus eſt, acquiri-
tur.commune aiunt Iaſ.in l.1.nu.62. ff. de leg.lib.1.
Alciat. in l.2.§.& harum nu.51.ff.de uerb.obli.
92 Vſufructuarius,& dominus dicitur, ut commune
pronunciant Ludouicus Gomez in §. æque col. ulti.
ad fi.inſt.de actio.Ruber.in l.naturaliter §.nihil com
93 mune nu.110.ff.de acquir.poſſ.& commoditatem ſeu
facultatem percipiendorum fructuū alienare poteſt.
commune dicunt Fab.de emptio.& uendi. q. 22. nu.
53.ſub 4.q.princ.Did.à Couar.lib.1.uariar.reſol.ca.
94 2.n.7.ipſum tamen uſumfructum diſtrahere nequit.
quin potius ſi illum diſtrahat, & alienatio irrita erit,
& uſusfructus ad proprietatis dominum redibit. cō
mune ponunt Ant.Gomez in l.70.tauri nu.33. & de
95 contract.cap.15.nu.5.atque Arius Pinel.qui contra-
rium cum non nullis uerius accuratè oſtendit in l.1.
par.3.nu.38.& nu.39.C.de bon.mater.
96 Vſufructuarius quàm primū fructus à ſolo ſeparas
eorum dominus fit,quamuis illos nondum in horrea
condiderit.commune dicūt Gemi.in c.ſi propter de
reſtit.lib.6.And.Tiraq.lib.2.de retract.§.5.glo. 4.in
97 princ.quin & ante cautionem præſtitam collectorū
fructuum dominium adipiſcitur. commune teſtatur
Alex.conſi.120.nu.5.lib. 6. magis commune latè ac
diligenter demonſtrat doctor meus Arius Pinel.in l.
1.par.2.nu.77.C.de bon.mater.
98 Vſufructuarius ſi ob paupertatem fideiuſſorem non
inueniet, iureiurando præſtito à cautione liberabi-
tur.commune dicit Porc.in princ.nu.5. inſtit.de uſu
99 fru.quamuis cautionis gratia uſufructuario uel rerum
quæ uſu non conſumuntur,à teſtatore fieri nequeat.
us commune ait multos laudans multum laudandus
Arius Pinelus in l.1.par.2.num.76.C.de bon.mater.
idemq; teſtantur diligentes profectò iuris doctores
Iul.Clar.de teſtament. quæſt. 64. Franciſcus Viuius
lib.1.opinion.30.& opinion.445.poſt Iaſ. conſi.40.
tria ergo lib.1.qui merito aliud in uſufructu inter ui-
100 uos conſtituto proceſſurum affirmat. quin autem ab
hærede cautio cuius uſufructuario remitti poſsit, ni-
hil uetat. quemadmodum receptum aſſerunt Franc.
Rip.num.41.Hannibal,num.165.in l.nemo poteſt.ff.
101 de leg.lib.1.Carol.Rui.conſi.115.num. 5. lib. 5. ſed
& ab inuentarij confectione nec illum teſtator ipſe
excuſare poterit.commune teſtificantur Soc. Iunior.
conſi.125.nu.14.lib.1.Bellon.conſi.54.nu.3.
102 Vſufructuarius naturaliter poſsidet. commune di
cunt Alex.ac Iaſ.in l.naturaliter in princ.ff. de acqui.
poſſ.Did.à Couarru.in reg.poſſeſſor.2.part.in princ.
num.5.de reg.iur.lib.6.& nos latiſsimè ad illam l.na
turaliter.
103 Vſufructuarius æs alienum ſoluere non tenetur,
104 ſed ad id hæres prorſus obligatus eſt.commune inter
pretum placitum affirmans Dec.conſi.485. col.pen.
ad fi.& conſi.620.Iaſ.in l.1.colu.1 & 2.uer. ſecundò
mouetur.ff.ad S.C.Trebell.ac Ioan.Dilect.de art.te-
ſtan.tit.6.caut.42.tradunt latè Caſtrenſ.conſi. 388.in
cauſa quæ uertitur Bononiæ col. 2. ad fin. & conſilio
459.dubium de quo quæritur col.ulti.lib.2.Soc.con
ſil.131.col.6.lib.1.& in l.1.in princ.col.2.ff. ad S.C.
Trebel.Alex.in l.uſufructu ff.ad leg. fal. Franciſ. Vi-
uius lib.1.opin.445.
105 Vſufructuarius ſi uel frugiferas arbores cædat,uel
re,quà utendi fruendi ius habet,abutatur, ab ipſo uſu
fructu prorſus emendari poteſt, quamuis cautionem
præſtiterit.commune renuncio ex Ioan. Hannib. in
l.nemo poteſt nu.168.ff.de leg.lib.1.Carol.Rui.con
ſil.ulti.num.32.lib.2.latè Andr.Tiraq.de retract. cō
uent.§.3.gloſ.1.num.22.
106 Vſufructuaria ac domina relicta uxor liberis hæ-
redib.inſtitutis alimenta ſolum conſequetur,ſi aliud
teſtatorem uoluiſſe palam non fiat. commune in-
quiunt Cor.conſil.173.circa primum colum. penul.
lib.3.Alex.conſi.56.perlectis lib.3. Dec. conſi. 454.
num.1.Gozad.conſi.99 num.8.& uide ſupra uer. do
107 mina,maſſaria,& infra uer.uxor ſi hæres uſufructua-
ria,ac memineris quod ſi filij fato ceſſerint,integrum
bonorum uſumfructum conſequetur.commune affir
mat Dec.conſi.476.concluſionem colum.1.uerſi.2.re
ſpondetur.
108 Vſus loquendi communis ſemper ſpectari debet,
ſeu ſtricti iuris materia,ſeu odioſa, ac pœnam indi-
cens, ſeu potius gratioſa ac fauore plena tractetur.
commune inquit additio Panorm.in capit. nonnulli
de reſcrip.
109 Vulnera,etiam letalia qui animo occidendi infert
non aliter homicidij pœnas luit,quàm ſi mors re ue
ra illius ſubſequatur,qui uulneratus fuit, ut commu-
ne doctorum effatur pronunciant Vital. de maleſic.
in rub.de inſulto nu.15.Iul. Clar.in prac.§. homici-
dium uerſi.ult.
110 Vxor maritum ſequi non tenetur ſi pactio in loco
certo commorandi tunc inita proponatur, cùm ma-
111 trimonium contraheretur.commune ait Did. à Co-
uarru.in contrarium indiſtinctè ipſe nō de nihilo re
cedens in tract.de ſponſal.2.par cap.7. nu.5.
112 Vxor ac maritus & ſi ſimul cōfiteantur uenditi do
talis prædij pecuniam accepiſſe, non tamen idcirco
pars eius pecuniæ ulla ad uxorem perueniſſe cenſebi
tur,ſed integra uiro ipſi tradita credetur. commune
inquiunt Aymon Crauet.conſi. 91. latè Franciſ. Vi-
uius lib.2.opin.169.& opin. 215.
113 Vxor ſecundo nupta & abſque liberis decedens
nō amplius & hodiè marito ualidè legabit,quā quan
tum unus primi matrimonij filius percipiet. cōmune
inquit Alex.cōſi.144.nu.9.lib.5.& uide quę ſupra ob
ſeruo uer.l.ac edictali.& uer.nuptias ſecundas.
114 Vxor ſi hæres uſufructuaria ad uitam inſtituatur,
ac poſt mortem reſtitutione bonorū grauetur, nō in
hæreditatis proprietate,ſed in hæreditariorum bono
rum uſufructu inſtituta hæres cenſetur. ut frequenter
placitum aiunt Paul.de monte Pico. in l. Titia cum
teſtamento.§.Titia cum nuberet quæſt.56. & nume.
79.ff.de lib.2.Carol.Ruin.conſi.51.nu.15.& conſil.
54.nu.16.& nu.57.& conſi.516. nu.21.lib.5.

115 Vxor putatiua, ut doctores loquuntur, hoc eſt nomine tenus & dotem & paraphernalia ob adulteriũ perinde amittit ac uera & legitima quæuis uxor. cõmune ponit Franciſ. Viuius lib. 1. opin. 447. & uide
116 ſupra uer. adultera. atque obſerua præterea & diligenter memineris, quòd uxor & dote & cõiugali conſortio oſculum modo uel amplexum labitur, commune inquit Bellon. & Franciſ. Viuius qui illum laudat
117 d. opin. 447. ac Did. à Couarru. qui uerè longè alıud uerius affirmat in tract. de ſponſ. 2. par. cap. 7. §. 6. nu. 3. qua etiam de re ſcribo ſupra uer. oſculum.
118 Vxor ueſtes operoſas, uel precioſas, ac feſtiuas, ut ſermo eſt, à marito acceptas dotis reſtituendæ tem-
119 pore aut reſtituere aut compenſare debet: uiles autẽ, & quotidianas, atque etiam non uulgares, ſed in mariti, & ſuum honorem frequenter indui ſolitas tanquam dono datas retinebit. cõmune inquiunt Porc. in §. eſt & aliud num. 6. inſtitut. de donat. Palat. Ruu. in rub. colum. 34. §. 5. de donat. inter uir. & uxo. latè Iulius Clarus de donat. quæſt. 10. uer. ſucceſſiuè quæ
120 ro. Vxor, uide quæ ſupra obſeruantur uer. coniuges.
121 Vxori facta iniuria, eiuſdem uiro facta cenſetur. commune pronunciant Placa lib. 1. de delic. cap. 6. n. 14. Iul. Clar. in pract. §. iniuria, uer. item iniuria.
122 Vxori uel nobili uel iuueni in nobilitatis, aut inuentutis præmium dos à marito conſtituta, aut dotis
123 confeſsio eo nomine facta non ſolum ualet, ſed etiã extra legem exceptionis non numeratæ dotis omnino eſt. ut commune interpretum placitum conſtituo ex Iaſ. in l. diuortio num. 50. cum ſeq. ff. de uerb. obliga. Rip. in l. fœminæ nume. 35. C. de ſecund. nup. Palat. Ruu. in rub. § 31. per totum de donat. inter uir. & uxo. Zaſ. in l. ſi ita ſtipulatus fuero in 6. §. ult. ff. de uerbor. obli. And. Tiraq. de iure maritali fol. 29. pa. 1. & affirmant receptũ. Cur. Iun. conſi. 6. nu. 50. Iulius Clarus de dona. q. 9. uerſi. ſed pone. Franciſ. Viuius lib. 1. opin. 71. in fi. atque hic in gratioſis mulierum fauoribus lubet huic impigro ac fermè improbo labori finem imponere. quẽ, ſi uitam ulterius Deus optimus maximus annuerit, locupletare, luculentius digerere, atque illuſtrare non deſiemus. & ſi enim ex alio ſcribendi genere longe maiorem nominis ſplendorem, ac gloriam comparari agnoſcamus, tamen multo potior atque antiquior apud nos ſtudioſorum utilitas eſt. quos ſemper diſcere ac docere maiorem in modum iterum atque iterum adhortamur, & noſtrum hunc animum æqui boni conſulere identidem obſecramus.

δόξα τῷ θεῷ.

Cav. G. DI GIACOMO
Restauro del Libro Antico
PESCARA
71